
REAL ORDENANZA ADICIONAL

A LA DE REEMPLAZOS

DE TRES DE NOVIEMBRE

DE MIL SETECIENTOS Y SETENTA,

POR LA QUAL SE SIRVE S. M. declarar varias esenciones y casos para la mas fácil y exâcta egecucion del alistamiento y sortéo, guardada equidad.



EN MADRID:

En la Im[prenta de Pedro Marin.]


REAL ORDENANZA ADICIONAL

A LA DE REEMPLAZOS

DE TRES DE NOVIEMBRE

DE MIL SETECIENTOS Y SETENTA,


POR LA QUAL SE SIRVE S. M. declarar varias esenciones y casos para la mas fácil y exâcta egecucion del alistamiento y sortéo, guardada equidad.



EN MADRID:

En la Imprenta de Pedro Marin.

Año de MDCCLXXIII.



DE TRES DE NOVIEMBRE

POR LA QUAL SE SIRVE S. M.
declarar varias opiniones y casos para
la mas fácil y exácta execucion del
reemplazo y sorteo, guarda-
... Magestad.



EN MADRID:

EN LA IMPRENTA DE PEDRO MARIN.

Año de MDCCLXXIII.

De la casa professa de la comp. de Jesus de Sevilla.

Philippi Decij Mediolanensis Iurisconsul. clarissimi Commentaria in Ius Pontificium.



Philippus Decius Lectoribus.



Quoniam ea, que in scriptis reponuntur, maiorem diligentiam videntur, requirere, idcirco vt animus ad studiū acutiori stimulo concitetur, super isto titulo de constitutionibus, proposui quedam scribere, quibus quantum in hoc meo in patriam regressu in quotidianis lectionibus laborauerim, facile poterit iudicari.

De constitutionibus. Rubrica.

Summarium.



1 † Continuatur hec rubrica secundum Abbatem post alios hic: quia author tractaturus de iure, premisit de summa trinitate pro fundamento operis. argu. c. cum Paulus. j. q. j. & fuit continuatio Hostien. quam omnes hic sequuntur. Sed considerandum est quod fundamentum, quod supra premittitur, non respicit specialiter istum titulum de consti. sed in quolibet alio titulo haberet locum: quia in principio cuiuslibet operis, in Deo, & in Christo debet fundamentum fieri. d. c. cum Paulus. & xxvj. quest. v. c. non liceat. facit tex. in auth. de armis. in principio. in auth. quomodo oporteat episcopos. in princip. & not. in proem. Insti. in princ. vbi glo. Ergo ista non videtur bona cōtinuatio: quia titulus, qui sequitur, debet specialiter applicari ad precedentem: & titulus precedēs aliquo respectu speciali debet postulare sequentem. l. ij. ff. de statu homi. Facit tex. in l. cōtinuus. in prin. de ver. obli. Insti. de leg. in prin. cum simi. Preterea fundamentum consistit in sola inuocatione, vt colligitur in iuribus s. allegatis: sed hic in titu. precedenti ponuntur cōstitutiones edite in concilijs a summo pontifice circa fidem, & ideo videtur quod titulus generalis de consti. premitti debuisset.
2 † Aliam continuationem tradit Andr. Sicu. hic dicens: Supra visum est de actu concernente ipsum Deum immortalem, congruū fuit videre de actu spectante ad ipsum papam: quia papa vicarius Christi dicitur, & vicē Dei gerit in terris. c. vn. j. vt eccle. benefi. in c. quanto. in c. licet. de translatio. Episcop. Et ista etiam non satisfacit: quia s. in titu. precedenti, licet in subiecto illius tituli tractetur de Deo, tamen agitur de constitutionibus pape, & concilij, editis a summo pontifice circa fidē: vnde cōueniens fuisset quod iste generalis titulus prius positus fuisset, vt supra dixi. Et ideo conuenienter sic adaptari potest. Nam tractaturus author de iure scripto, quia dignius videtur esse ius scriptum de Deo ratione subiecti, de illo prius specialiter loquitur: nā propter eius dignitatem conueniens fuit quod de illo specialiter tractetur: argu. l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de iniurijs. & postea competenti ordine rubrica, de constitu. subijcitur, arg. l. si seruus seruum. §. inquit lex. ff. ad legem Aquil. Vel etiam aliter continuari potest: supra dictum est de summa Tri. & fide catho. que ab omnibus debet teneri l. j. C. de sum. Trini. merito hic ponitur de constitutionibus que etiam ab omnibus debent obseruari. c. j. j. eo. Et dum Abbas dicit quod dignius est ius scriptum iure non scripto, hoc a quibusdam declaratur, quia ius scriptum originem habuit a Deo, cum leges diuinitus per ora principum promulgate sint xvj. q. iij. in c. fi. & no. in l. fi. C. de prescrip. lon. tempo. Sed ius nō scriptum procedit a tacito cōsensu populi, merito ius scriptū diuinitus promulgatum nobilius videtur. Sed ratio ista nihil valet: quia quod dicitur de legibus quod sint diuinitus promulgate, idem videtur dicendum de consuetudine, que diuinitus a populo inducitur: quia omnia, que fiunt, permissu Dei fieri dicuntur. c. nec mirum. xvj. q. v. notat Abbas in c. j. de sepul. Vnde aliter responderi potest, quod ius non scriptum, & sic consuetudo, legem imitatur. §. ex non scripto. Insti. de iure na. ibi: Diu-
a turni mores legem imitantur: ergo videtur quod prius[a] esset ius scriptum: arg. l. in testamēto. la j. ff. de condi. & demon. & est text. in c. consuetudo. j. di. vbi dicitur quod pro lege consuetudo suscipitur, cum lex deficit. Cum ergo consuetudo in defectū legis admittatur, manifestum videtur quod ius scriptum, quod in primis attenditur, nobilius sit: & quia in iure scripto est consensus expressus, qui est potentior, iuxta gl. notabilem in clemen. sepe.
a in verbo, partibus. de verborum signific.[a]
2 Pro expeditione eorum, que in ista rubrica occurrūt, calcādo vestigia do. Abbatis primo queritur quid sit constitutio.[1]
3 Et † secundum Abb. prima conclusio est, quod proprie dicitur cōstitutio illud, quod princeps statuit. ij. di. in c. constitutio. Ad idem text. in l. j. ff. de consti. prin. & in §. sed & quod principi. Insti. de iure nat. ibi: He sunt, que constitutiones appellantur. Et
1 quod dicitur de principe, idem est in rege.[1] d. c. constitutio. ibi: Quod Rex, vel Imperator constituit: nam Rex in suo regno
b Imperator[b] est, vt no. Bal. in l. exemplo. C. de prob. in auth. hoc amplius. ver. quero an filij regis. C. de fideicōmis. & in proemio Digestorum, in versi. item not. in c. cum venissent. j. de eo, qui mit. in pos. & ideo quod dicitur de Imperatore in l. penul. C. de do. inter vir. & vxo. secundum Bal. ibi habet locū in rege: & no. hoc Oldr. in consi. cxxxj. Vt eius, de quo queritur. & Bald. in l. imperialem. §. fi. de prohi. feud. alie. per Feder. dicit illum text.
4 qui loquitur de Imperatore, quod habet locum in rege. † Secunda conclusio Abb. est, quod constitutio large accipitur pro omni iure scripto, etiam ab inferioribus a principe. can. consuetudo. §. cum itaque. j. di. Et ista conclusio confirmatur: quia constitutio quodam iure peculiari principi adscribitur. d. l. j. de constitu. prin. & in d. §. sed & quod principi. ibi: He sunt, que constitutiones appellantur. Ergo secus videtur esse in alijs: arg. l. cum pretor. de iudi. in c. nonne. de presump. xxv. di. c. qualis. Secundo ad idem tex. in d. c. constitutio. dum dicit quod constitutio tantum est, quod Imperator, vel Rex constituit: ergo videtur secus in alijs cum tantum de Rege, vel Imperatore loquatur: cum tamen iura scripta aliorum, etiam constitutiones vocentur. d. §. cum itaque. & iij. distinct. in c. j. Vt iura ad concordiam reducantur, consonat vt dicamus quod proprie constitutio sit in
5 principe: in alijs large sumatur, vt Abbas dicit. † Predicta cōclusio sic comprobata limitatur secundum And. Sicu. hic, nisi inferior a principe haberet potestatem condendi ius ciuile: quia tale ius ciuile inferioris, etiam constitutio proprie appellaretur per tex. in c. ij. dist. vbi dicitur quod constitutio ius ciuile appellatur. Secus ergo, secundum eum, in inferiore, qui non potest facere ius ciuile, sed pretorium, iuxta notata per Bar. in l. v. in prin. de verb. obli. quia dum tex. in d. can. j. inquit, Ius ciuile appellatur. secundum eum, videtur excludere pretoriū. Sed ista ponderatio non satisfacit, quia ibi manifeste patet quod ius ciuile non dicitur, ad differentiam iuris pretorij: sed ius ciuile accipitur pro toto iure ciuili, ad differentiam constitutionis ecclesiastice: prout in principio ibi distinguitur, quod constitutionum alia ciuilis, alia ecclesiastica. Preterea nō dicitur ibi, quod ius ciuile dicatur constitutio, prout iste arguit: sed econtra bene dicitur quod constitutio ciuilis, ius ciuile appellatur. Et dato quod diceretur, potest intelligi largo modo, prout Abbas intelligit tex. in d. §. cum itaque. j. di. Et ita indistincte remanet firmata communis opinio, quod in inferioribus a principe largo mo-
6 do dicatur constitutio. † Vlterius tamen cogitanti, videtur di

cendum ꝙ statutum episcopi, vel marchionis, ⁊ sic inferioris a
3 principe, proprie tamen dicatur consttutitio:[3] quia terminus
iste, constitutio, generalis videtur, cum pro quadam ordinatio
ne, ⁊ decreto accipiatur: vt colligitur j. dist. in d. c. consuetudo.
§. cum itaque. vbi constitutio ius scriptum dicitur, ibi: constitu
tio, siue ius appellatur. ⁊ in l. j. ff. de priua. delic. in prin. ⁊ in c. lex
est constitutio scripta. j. dist. Facit tex. in c. j. iij. di. vbi tex. distin
guit plures species constitutionum. ⁊ in c. fi. de rebus eccle. non
alienan. ibi: Non cōstitutio, sed destitutio. ⁊ iiij. dist. in prin. ibi,
4 Constitutionis legum. Et sic patet ꝙ constitutio, est genus:[4]
⁊ ideo quelibet species constitutionis, est proprie constitutio: qr
species proprie sub genere continetur: vt no. Bal. in l. ij. C. de iu
re aureo. annulo. ⁊ facit rubrica hic, que simpliciter loquitur
de constitutione, iuncto c. cum omnes. ⁊ c. cum M. j. eo. tit. Nō
obstat ꝙ proprie in principe sit constitutio: quia non per hoc
excluditur quin etiam in alijs inferioribus dicatur proprie cō-
stitutio. Et ad hoc facit, quia dicitur cōstitutio principis cum
illa qualitate, vt habetur in rub. de consti. prin. ff. ⁊ sic etiam di-
citur constitutio episcopi, vel alterius: nam in istis proprie di-
citur constitutio. Non obst. ꝙ imo absolute, ⁊ quodam iure spe-
ciali in principe dicatur constitutio, dum dicitur, He sunt, que
constitutiones appellantur: quia ista verba referuntur ad ru-
bricam, ⁊ sic supplentur constitutiones principum. Secundo, ⁊
melius, respondetur, ꝙ iura preallegata loquuntur de consti-
tutionibus in principe, ad differentiam legis, vel senatuscon-
sulti, ⁊ aliarum specierum iuris scripti, de quibus ibi loquitur
⁊ sic specialiter ibi accipitur constitutio prout distinguitur a
lege, vel senatusconsulto. Secus videtur si absolute considere-
tur: qr est genus, vt dixi. Et hoc in simili Abbas dixit, in c. ius
generale. j. di. ⁊ Moder. referunt ibi. Vel tertio, ⁊ postremo, di-
ci potest ꝙ constitutio proprie accipiatur prout in principe cō
sideratur, ⁊ in genere, pro decreto, ⁊ ordinatione: ⁊ tamen pro-
prie, vt de adoptione habetur l. j. ⁊ ij. ff. de adop. ⁊ no. Abb. in c.
Rodulphus. per illum tex. j. de rescri. Nec obst. tex. in d. c. consti
tutio. dum ibi dicitur ꝙ Rex, vel Imperator tantum consti-
tuit: quia taxatiua Tantum, ponitur ad exclusionē senatuscō-
sulti, de quo s. proxime loquitur, in quo plures interueniunt:
sed constitutionem solus imperator facit. Nam illa dictio tan-
tum, nō excludit casus similes l. ob es. C. de pred. min. ⁊ alius in
ferior in hoc similis videtur, cū habeat potestatē legis cōdēde.
7 ¶ Secundo queritur vnde dicatur cōstitutio. † Et primo Ab
bas concludit ꝙ in principe proprie dicitur constitutio, quasi
communis statuitio: quia lex debet esse communis iiij. dist. erit
autem lex. ⁊ posteriores hoc sequuntur. Sed ista conclusio vide
tur contra tex. in §. sed ⁊ qđ principi. in ver. plane. Insti. de iu-
re naturali. vbi patet ꝙ in principe dicitur cōstitutio, licet nō
sit communis, dum ibi in primo dicitur, He sunt, que constitu-
tiones appellantur. ⁊ postea dicit, Plane ex his quedam sunt
personales. ergo ista expositio nō videtur generalis. Preter-
ea ista ratio, Quia lex debet esse communis. etiam militaret in
inferioribus a principe, ⁊ sic soli principi non cōueniret: cuius
contrarium Abb. sentire videtur, dum specialiter loquitur in
8 principe. † Secunda conclusio est. ꝙ cōstitutio dicatur in prin-
cipe a con, quod est simul: quia simul cum consilio procerum le
gem facit. l. humanum. C. de legi. in c. per venerabilem. §. ratio-
nibus. qui filij sint legi. ⁊ Abbas ibi not. illum tex. ꝙ papa non
5 potest ardua explicare sine consilio[5] cardinalium. Et no. Bal.
in l. cum multa. C. de bo. que lib. ⁊ est dictum Io. Mona. in c. su
per eo. de hereticis. in vj. ⁊ tenet Cardi. in repe. c. perpendimus.
de sen. excom. cum simi. vt tradunt And. Sicu. ⁊ Moder. hic. ⁊
latius idem And. Sicu. prosequitur in tractatu de Cardinal.
in ij. q. prime partis principalis, ⁊ in cōsi. j. ex sacris. in j. li. Sed
6 tamen communis opinio in cōtrarium[6] est, vt dicit Domi. in
c d. c. super eo. videlicet ꝙ solus[c] Papa possit. Facit tex. in c. cū-
cta per mundum. ix. q. iij. ibi: sine vlla synodo. nam papa liberā
habet potestatem: cle. ij. vt lite penden. c. ij. de preben. in vj. ⁊ c. si
gnificasti. in fi. de elec. Ergo alios non tenetur requirere: iuxta
gl. in cle. dudum. in verbo, libere. de sepul. Et est gl. que hoc te-
net in c. fundamenta. in §. decet. in verbo, contigerit. de elect. in
vj. cum simi. vt congerunt Moder. hic. Et hoc communiter te
netur, vt dicit Io. de Ana. in c. firmissime. de hereticis. Et in-
7 ter alia dicitur ꝙ papa solus potest facere cardinales[7]; vt not.
Io. And. in c. sane. de conuer. coniug. ⁊ Anto. de But. ibi sequi
tur. Et ad hoc allego gl. notabilem in cle. ne Romani. in ver-
9 bo, Potestatis, quā ibi do. Abb. ponderauit, de elect. † Et quā
tum ad propositum nostrum, ꝙ solus princeps legem facere
possit, est tex. in l. fi. C. de legi. ⁊ Albe. ibi: ⁊ in rub. eo. titu. dicit ꝙ
ista est comunis opinio, ⁊ ꝙ ita seruatur: ⁊ idem Pau. de Cast.
in d. l. humanum. in fi. Ex quo infertur ꝙ ista secunda expositio
non videtur bona: quia non est verum, ꝙ de cōsilio procerum
debeat princeps constitutionem facere: ⁊ istud etiam dicūt do
10 cto. hic. † Sed vlterius aduertendum est ꝙ etiam dato ꝙ con-
silium procerum requireretur, ista tamē expositio non satisfa-
cit, licet doct. aliter sentire videantur: quia constitutio facta a
principe de consilio procerum, ipsi principi adscribitur, nec ali
quo modo a consulentibus fieri videtur. arg. l. aliud est vende-
re, aliud est vendenti consentire. ff. de reg. iur. Et est ꝙ no. Bal.
in l. ij. in xx. q. C. de rescin. vend. ⁊ ideo constitutio facta a papa
cum consilio cardinalium, ⁊ concilij, dicitur constitutio pape, ⁊
B nō concilij.[B] [8] c. licet deuitāda. de elec. no. Abbas in c. j. de pac.
8 ⁊ in c. j. de sponsa. cum simi. vt dixi in c. j. de iudi. in princi. Ter-
tio Abbas concludit, Si constitutio largo modo accipiatur,
dicitur a con, quod est simul: quia omnes de congregatione si-
mul statuunt. Sed ista conclusio etiam non satisfacit: quia hoc
modo non potest large dici constitutio, ex quo non conuenit
principi, qui solus constitutionem facit: nec constitutioni, quā
legatus facit, iuxta no. in c. fi. de offi. lega. Item non consonat
quod alia sit etymologia quando vocabulum stricte, et alia
quando vocabulum large accipitur, prout Abbas presuppo-
nit, ⁊ patet in iuribus, in quibus habetur de etymologia voca-
buli. Et ideo concludendum videtur quod constitutio tam in
principe, quam in inferiori pro ordinatione, ⁊ decreto accipia-
tur. Et dum Abbas in ista tertia conclusione dicit ꝙ omnes
de congregatione ita statuunt, intelligitur interpretatiue de
maiori parte, que omnes representat l. quod maior. ff. ad muni.
Postremo ad omnia supradicta de etymologia vocabuli ad-
uertendum est: quia etymologia non debet impugnari ex eo ꝙ
non valeat argumentum ab ipsa etymologia, vt patet in mu-
tuo l. ij. §. mutuum. ff. si cer. pet. In testamento, Insti. de testa. in
prin. In possessiōe, l. j. in prin. ff. de acqui. pos. cum vulgaribus.
Sed responderi potest, ꝙ in dictis casibus, ⁊ similibus, est ety-
mologia legislatoris, que impugnari non potest, cum illi neces
sario standum sit: secus in illa, que traditur a doctoribus, quia
debet talis fieri, vt valeat argu. quia nomina debent esse conse-
quentia rebus. §. est ⁊ aliud genus. Insti. de dona. ⁊ facit text. in
l. tugurij. de ver. signi. Vel secundo respondetur, ꝙ in casibus
supra dictis vbi est vocabulum, etymologia concurrit: vt in mu
tuo, ⁊ testamento, ⁊ similibus: non sic in casu isto, vbi est consti-
tutio, que non est communis, nec simul statuitio, vt supra dictū
est in principe, ⁊ in inferioribus, qui soli constitutionem faciūt:
⁊ sic etymologia in casu nostro habet se in minus, quam voca-
bulum: sed in supra dictis casibus se habet in plus.
11 ¶ Tertio, ⁊ vltimo † queritur, an de essentia legis scriptura re
9 quiratur.[9] Articulus esset disputabilis: ⁊ primo pro parte ne-
gatiua, quam Abbas tenet facit text. in c. j. de renunc. libr. vj. ⁊
Domi. ibi ver. nunquid scriptura, ponderauit illum text. dum
ibi statutum prius factum reducitur ad scripturam, propter ti
morem obliuionis. Sed ille tex. nihil facit, quia non precipitur
ibi ꝙ reducatur in scriptis, sed inter alias constitutiones: erat
enim prius extrauagans illa constitutio, in scriptis tamē, pro-
ut solitum est fieri. Secundo facit, quia sola voluntate princi-
pis fit constitutio. §. sed ⁊ ꝙ principi. Instit. de iure natur. ibi:
Quod principi placuit. ⁊ ibi: Cognoscens decreuit. ⁊ in l. j. ff. de
consti. prin. ergo scriptura non videtur esse necessaria. Sed re-
spondetur, ꝙ illa verba non accipiuntur ita simpliciter: sed in
telliguntur eo respectu, ꝙ sola voluntate principis lex consti-
tuitur, absque alia ratione: quia in his, que sunt iuris positiui,
est pro ratione voluntas. debet tamen talis voluntas appare-
re debito modo: vt per gl. in d. §. sed ⁊ ꝙ principi. in verbo, pla-
cuit. ⁊ ideo intelligitur scriptura interueniente, prout requiri
tur. Et hoc patet, quia talis cōstitutio principis ius scriptum
dicitur. §. constat. Instit. de iure na. gen. ⁊ ciui. Tertio videtur
tex. in c. j. de iureiu. in vj. ibi: Nisi iurent statuta ⁊ constitutiones
ipsarum ecclesiarum scripta, ⁊ non scripta. Videntur ergo esse
aliqua statuta non scripta: ergo scriptura necessaria non vide-
tur. Sed responderi potest ꝙ illa verba, Non scripta, intelligū
tur pro consuetudine, de qua supra proxime dixit: ⁊ no. ibi glo.
in verbo, scripto. Vel etiam intelligi potest scripta vel non, sci
licet iura: quod in idem recidit. Quarto tex. in c. si quis. j. q. vij.
ibi in prin. dum inquit: Traditionem ecclesiasticam scriptam
vel non scriptam violat. Sed potest responderi ꝙ illud verbū,
Traditionem. satis verificatur in consuetudine, quia est ius
non scriptum. Vel secundo loquitur ibi eo respectu, vt sit scri-
pta, vel non scripta inter alias cōstitutiones. Quinto facit tex.
in c. institutionis xxv. q. ij. ibi: Siue que scripto decernimus, si-
ue que in nostra presentia videntur esse disposita. Nam prout
in principio ibi colligitur, loquitur de decretis summi pontifi-
cis: ⁊ presupponitur ꝙ valeant sine scriptura. Sed responde-
tur ꝙ loquit̄ in priuilegijs: vt colligitur in principio ibi: Que
sunt priuilegijs, ⁊ ordinatione disposita. Quo casu in priuile-

gijs scriptura non requiritur.glo.in cle.dudum.§.nos etenim.
de sepul. Uel secundo loquitur in sententia principis, in qua
scriptura non requiritur:vt per gl.in c.fi.in verbo, Illustrium,
de re iud.in vj.& glo.in d.c.institutionis.hoc dicit, quod loquit
in sententia.Uel tertio videtur loqui ibi de dispositis ab alijs
in psentia pape,& de scriptura nihil dicit.Sexto facit text.in l.
ij.§.hec disputatio.& in §.nouissime.ff.de ori.iu. vbi respõsa pru-
10 dẽtum dicunt ius sine scripto.Sed rñdetur quod ille tex.[10] lo-
quitur ante quam data essent respõsa:quo casu disputabatur,&
sic non erat ius scriptũ,hoc est non firmatum, neq; determina-
tũ:quia in interpretatione futura cõsistit. Secus post data re-
sponsa,& firmata,quod ius scriptũ dicitur.§.constat.in verbo,
Responsa prudentũ.instit.de iure nat.& ita patet quod ille tex.
parum facit.Septimo facit tex.in §.singulorũ.instit.de rerum
diui.dum ibi dicitur quod leges scribi ceperunt: ergo videtur
quod essent priusquã scriberentur. Sed ille tex.videtur potius
probare cõtrarium: quia imo scriptura ibi coniuncta videtur
essentia legis:& hoc patet dum ibi dicitur de magistratibus, q
creati fuerunt, & prius nullo modo erant: ita ergo illa verba,
Scribi ceperunt.intelligi debent quod essentiã a scriptura ca-
perent.Octauo,quia in diffinitione legis,de qua habet in d.§.
constat.in ver.lex est.de scriptura nihil dicitur: ergo nõ videt
de essentia legis,scriptura.Sed responderi põt ꝙ imo de scri-
ptura ibi dicitur, ex quo ibi lex ponit sub capitulo iuris scri-
pti:vt patet ibi in d.§.constat.& j.di.in c.lex est.dicitur ꝙ lex est
cõstitutio scripta. Preterea in diffinitione apud legislatorem
non ponunt omnia, que in re diffinita requiruntur:vt not.in l.
j.ff.de testa.& in l.j.§.j.ff.de tutel.Nono,quia lex in ratione consi-
stit.j.di.c.cõsuetudo.ergo videtur ꝙ scriptura non requiratur.
Sed dic quod sola ratio non sufficit,sed alia reqruntur:& text.
in d.c.consuetudo.loquit respectu consuetudinis, in qua ratio
consideratur absq; scriptura. Secus videtur in lege,prout ibi
colligitur. Decimo arguitur ꝙ sententia principis habet vim
legis generalis.l.fi.C.de legi.in c.de causis.de re iud.sed in sen-
tentia principis scriptura non reqrit,fm gl.in c.fi.de re iud.in
vj.ergo in effectu videtur dari cõstitutio absq; scriptura. Sed
responderi potest,quod dum dicitur, Sententia lata a princi-
pe habet vim legis:hoc intelligit,si alia concurrunt, que in le-
ge sunt necessaria:& sic intelligitur,scriptura interueniẽte,pro-
ut requiritur.Et dũ dicitur, Sentẽtia non reqrit scripturam.
hoc est verũ in sententia simplici:secus videt quãdo habet vim
legis.Undecimo facit tex.in l.ij.§.exactis.ff.de ori.iur.vbi dicit
ꝙ leges xij.tabul.redacte sunt in scripturam,& posite pro Ro-
stris,vt apertius perciperentur.ergo videtur quod scriptura
solum requirat p maiori notitia. Et ita arguit Are.hic.Sed
respondetur,ꝙ solũ dicit ibi, quod posite fuerunt pro Rostris
vt apertius perciperentur:& non dicit ibi ꝙ propter hoc facta
sit scriptura: & ibi presupponitur quod scriptura prius esset in
legibus xij.tabu.Duodecimo,& vltimo.quia lex nos teneat eo,
quod iudicio populi recepta sit.l.de quibus.ff. de legi.ergo nõ
videtur necessaria scriptura:quia iudicium populi sufficit, vt
etiam Areti.dicit.Sed respondetur, ꝙ intelligitur de iudicio
populi debito modo declarato, sicut supra dictũ est de sentẽtia
11 principis.Et istam partem[11] firmauit late Joan.And.in regu
la,nemo potest.de reg.iur.in vj.Domi.in d.c.j.de renun. libr.vj.
in vers.nunquid scriptura.Ant.de Butr.post Jo.And.in c.fi.
de consuet.& Albe.post Cy. in rub.C.de legi.sentit Bar.in l.hu
manum.C.de legi.& tenet Rota in j.decisi. in titul.de constitut.
in nouis.

¶ In 9rium vero pro parte affirmatiua, quod scriptura sit
necessaria,plura offeruntur.Primo tex.in l.humanũ.C.de leg.
vbi dicitur,legem debere dictari,& sic scribi.Sed respondetur,
quod etiã dictari dicit,quod viua voce disponit. l. dictãtibus.
C.de testa.Uel secundo,illa forma, secundũ Bar.ibi,non videt
necessaria.Uel tertio, habetur respectus ad communem obser
uantiã,que est,quod reducat in scriptis,non ꝙ scriptura sit ne
cessaria,vt j.dicam.Secundo,quia lex,vel cõstitutio dicitur es-
se ius scriptum.§.constat.de iure naturali.Sed dic ꝙ ius scri-
ptum dicitur ad differentiã consuetudinis, que est ius nõ scri-
ptũ prout ibi distinguit:nõ ꝙ essentia legis in scriptura consi-
deretur.Et codẽ modo rñdetur ad tex.j.dist.in c.lex est.vbi di-
cit quod est cõstitutio scripta:nã ad differentiam cõsuetudinis
intelligitur,de qua supra dixit.Tertio facit tex.in l.leges.C.de
legi. vbi presupponitur, legem esse scriptã. & in c. consuetudi-
nis.xj.distinctione ibi, Legem scriptam.Sed respondetur,il-
lud esse ad faciliorem pbationem:vt in l. cõtrahitur.ff. de pig.
Uel ad differentiam consuetudinis, vt dictum est. Quarto,
quia si scriptura non esset necessaria in lege,nulla esset differen
tia inter legem & consuetudinem, que hoc modo distinguitur:
vt in iuribus s.allegatis.Sed dic quod illa differentia scriptu
re procedit habito respectu ad communem contingentiam: si-
cut alibi in l.contractus.ff. de regul. iur. fit differentia inter cõ
modatum & depositum, propter communem contingentiam:
prout illum tex.declarat Bar.in l.quod Nerua.in xij.q.ff.depo
siti.& illa scriptura,vt supra dictum est,ad faciliorem probatio-
nem requirit.Et remota scriptura,remanet tamen differentia
inter legem & cõsuetudinẽ: quia solo consensu lex constituitur:
sed in cõsuetudine plures actus requirunt,& tẽpus,& tanquam
tacitũ ab expsso,cõsuetudo a lege distinguit, vt no.in l.de qui-
bus.ff.de legibus.Quinto,quia,vt dictum est,distinguitur ius
scriptũ a non scripto.d.§.constat.& in c.lex est.j.dist.& in can.cõ-
suetudo.§.cũ itaq;.Sed in iure non scripto videtur de substan
tia ꝙ non interueniat scriptura:ergo pariter econtra, in iure
scripto scriptura necessaria videtur.Sed respondetur, quod
illa non est substantialis differentia,vt dictũ est, sed cõmunem
respicit contingentiam. Et patet, quia etiam in consuetudine
interuenire potest scriptura, & tamen non desinit esse consuetu
d dod:vt not.Bar.in l.de quibus.ff.de legi.& Ant.de But.in c.fi.
consue.Sexto facit tex.in d.§.constat.dum inquit,ꝙ constat ex
scripto: ergo immediate videtur habere essentiam ab ipsa scri
c ptura:quia dictio Ex,[c] causam immediatã significat: vt not.
in l.non dubiũ.vbi Bar.C.de legi.in l.eo tempore.§.fi.ff.de pe-
cul.facit tex.in l.ex hoc iure.ff.de instit.& iure.Sed respõdetur,
quod respectu probationis ad differentiam consuetudinis im
mediate ex ipsa scriptura hoc cognoscit, & probat: sed per hoc
non infertur:ꝙ scriptura de substantia sit.Septimo probatur
in §.singulorũ.Inst.de rerũ diui.vbi leges scribi ceperunt.& in
j.dist.omnes.in §.ex his omnibus. ibi: Nomine vero legis hu-
mane,mores iure cõscripti,& traditi intelligant.Sed dicẽdum
est ꝙ ista,& similia iura,habent respectum ad communẽ cõtin-
gentiã,que est ꝙ leges scribant: nõ tñ scriptura videtur esse de
substantia,sed fit ad faciliorem probationẽ.Octauo,quia con-
stitutio accipit nomen a scriptura.d.§.cum itaq;.j.dist. vbi dici
tur ꝙ illa est constitutio,que in scriptis redigitur: sed, vt dixi,
loquitur ibi ad differentiã cõsuetudinis,vt ibi patet:nõ quod
absolute constitutio ab ipsa scriptura nominetur. Nono facit
tex.in l.inciuile est.ff.de legi.ibi:Nisi tota lege perfecta. &c.quia
debet promulgari publice.c.j.de postu. prela.& ista vidẽtur scri
pturam requirere.Sed respondetur ꝙ ista,& similia iura pro-
cedũt habito respectu ad cõmunem obseruantiã,& ad id,quod
cõmuniter contingit,vt supra dictũ est.Decimo facit text.in l.
imo.in fin.ff.de legi. dũ ibi dicitur ꝙ adeo preualet authoritas
consuetudinis,vt non fuerit necesse scripto illam cõprehẽdere:
ergo a cõtrario sensu videtur ꝙ in lege scriptura necessaria sit.
Sed responderi potest quod Necesse,ibi exponitur pro,Utile:
vt in l.j.ff.de nego.gest.Uel secundo,necessaria est scriptura,vt
trãseat in notitiam,& vt obseruetur, nõ autem vt sit de essentia
ipsius legis,per supra dicta. Ultimo facit text.xix.q.ij.in c.due
sunt.in princi.vbi dicitur ꝙ lex publica est, que a sanctorũ pa-
trum scriptis est confirmata. Sed respõdetur ꝙ illa confirma
tio arguit quod prius valeret:vt not.in c.inter dilectos.de fide
instru.licet aliter dicat Areti.hic. Et ex his patet ꝙ articulus
esset disputabilis.Et istã partem tenent Bal.& And.Sicu.hic,
& Sali.in d.l.humanũ.cum simi. vt prosequuntur Moder.hic.
Sed cõcordando opi. Bal. in l.humanũ.C.de legib.distinguit
quod scriptura non est de forma substãtiali legis: est tamen de
forma accidentali,ad inducendã obligationem ex lege. Et se-
quitur Pet.de Anch.in regula,nemo.de regu.iur.in vj. in fin.
& idẽ in effectu voluit Bald.hic, qui dicit ꝙ ad primordiale es-
se,scriptura non requiritur,sed ad obseruationem: quia aliter
nõ posset innotescere,nec publicari:vt patet in legibus duode
cim tabul.Andr.Sicul. reprobat hoc dictum Bal.& dicit non
esse verum,quod propter obseruationem legis scriptura neces
saria sit. Et hoc patet, secundum eum, in consuetudine, que li
gat, & obseruatur, & tamen non scribitur: ergo pro obserua-
tione scriptura necessario non requiritur. §. & non inelegan-
ter. Instituta de iure naturali. Sed responderi potest, quod
in consuetudine alia ratio esse videtur:quia longo tempore in
ducitur, ideo facile innotescit: non sic in lege, que momento
expeditur.Et ideo quod Baldus dicit.videtur recte procede-
re. Et cum eo videtur concordare Aretin. qui distinguendo
concludit quod scriptura non requiritur ad essentiam legis,
sed ad necessitatem probationis. Ulterius tamen videtur
quod essentia legis non possit distingui, & separatim conside-
rari ab obseruatione,prout Baldus & doctores dicunt,quia fi
nis legis est, quod liget. l.j. ff. de legibus. Unde licet sententia
legis sit prius, quam obseruantia: tamen videtur suspensa in
futuram euentum scripture, & publicationis:argument. text.
notabilis in l. qui absenti. ff. de acquirenda possessione. Facit
textus in §. in his autem. Instit. de emptio. vbi ante scriptu-

ram venditio non habet perfectionem, & essentiam suam. Et
ad hoc videtur textus in c.in illis.§.j.distin.iiij.ibi dum inquit,
Leges instituuntur dum promulgantur.ergo ante promulga-
tionem leges nõ videntur.Ad idẽ bene facit tex.in auth.vt fa-
cte noue cõstitutiones.§.j.vbi disponitur.constitutiones ex il-
lo tempore valere,ex quo facte sunt manifeste: ergo prius non
videntur valere, nec habere essentiam legis. Unde concluden-
do dicamus q scriptura non est de substantia: quia sine scri-
tura.& sine publicatione valet lex,& ligat statim,si conditor ve-
lit:vt per glo.in cle.ij.de here.no.in c.ij.§.eo.Sed in dubio,quã-
do non constat de mente conditoris.intẽtio eius videt suspen-
sa,donec fiat scriptura,prout cõsuetum est:& tali casu non.vide
tur q prius dicatur esse lex, per supra dicta. ¶ Ex supra scri-
ptis notandum est,q gratia, & priuilegium bene valent absq
scriptura:vt probatur in c.institutionis.§. allegato.& in clem.
dudum.§.nec etenim.de sepul.Unde si papa pronunciauit ali-
quem esse episcopum alicuius ciuitatis, statim episcopus esse
dicitur:vt not.Bal.in d.l.humanum.in fi.& statim q dicit, fiat,
12 gratia statim perfecta[12] est,vt idem Bal.dicit in l.fin.in princ.
C.de cõmu.ser.manu.& in l.fin.versic.& ideo fuit questio. C. sent.
rescin.non pos.in l.si qua per calumniam.versic.deinde vos vi-
detis.C.de epis.& cler.& in l.falsus.in versicu.scias. C.de furt. Et
ideo si post gratiam factam solo verbo,papa moriatur, gratia
non expirat: debent tamen litere successoris facere mẽtionem
de dispositione predecessoris, vt Bald.concludit in d.l.huma-
num.in fi. Et ista conclusio procedit, quando gratia fuit facta
13 simpliciter:secus si deberet fieri per alium,cui cõmitteretur[13],
vt not.Bald.tradit in l.fi.versi.sed pone q princeps.ff. de con-
stitu.prin.& in notabili casu cõsuluit Old.consil.cccxiiij.factũ
tale est.Secundo, predicta cõclusio locum habet quantum ad
validitatem & essentiam gratie,vel priuilegij.Sed quo ad pro-
bationem,scriptura necessaria est,vt tenet Bal.in d.l.humanũ.
in fi.& in d.l.si qua per calumniam.& idem Bal.per illum tex.in
fi.in l.idem Ulpianus.ff.de excu.tuto.Et hoc etiam in magnis
priuilegijs.Bal.dicit in c.constitutus. de rescr. Et idem tenet
D Cardi.in proemio[D] cle.versi.nec sane.in fin.& not.Abb.in c.no
sti.in vlt.not.de elec.vbi inquit q hodie non sufficeret probare
per testes,q papa pronuntiauit aliquẽ episcopum, ad hoc vt
in ecclesia recipiat tanquam episcopus, sed oportet q probet
per literas Pape.Et idem Abb. in c.qualiter. in princip. de
12 elect.† Sed tamen in hoc contrarium videtur de iure, videli-
E cet q gratia etiã per testes probari possit[E]: quia nõ reperitur
expressum in iure q iste sit de casibus, in quibus requirat scri-
ptura:ergo erit stãdũ regule,que ponitur in l.pactũ,quod bo-
na fide.C.de pac.facit tex.in c.cum Joannes. de fide instru. Et
e ideo videmus q collatio beneficij probatur testibus[e]: vt not.
Bal.per illum tex.in c.ij.de resti.spo.& Rota in deci. xxxviij.de
prob.in antiquis.Sic etiã doctoratus testibus probari potest:
vt not.Bald.in proemio Decretalium, versicul. modo quero.
14 Et in gratia[14] hoc videtur tenere Oldr.consil.cccxxiiij.in fi.su
pra allegato.& Rota in decis.v.tit.de proba.in antiquis.& in vl-
tima decisione de rescriptis,in antiq.Et hoc idem tenet Ang.
per illũ tex.in l.j.in vltimo not.C.de sen.pas.& facit tex. in d.cle.
dudum.§.nos idem.vbi tex.equiparat priuilegium,& gratiam
concessam verbo,vel scripto:ergo videtur parificari q probe-
tur scriptura,vel testibus.Et per illũ tex.in d.cle.dudum.vide
tur tenere Bal.in c.constitutus.de rescrip. ibi tamen aliter di
cit esse in magnis priuilegijs,vt §. retuli.Sed illud ad facilio-
rem probationem,intelligendũ videtur iuxta l.contrahitur.ff.
de pigno. Et ad hoc etiã facit, q prioritas gratie, & priuilegij,
testibus probari potest:vt per glos.in c.duobus.in verbo,Ap-
paret.de rescrip.in vj.& in c.si a sede.in verbo, Apparet.de pre-
ben.in vj.& facit tex.in c.auditis.in prin.de restitut.in integ.vbi
per testes ampliatio priuilegij probatur:ergo pariter idem vi
detur dicendum de toto priuilegio.Et facit tex.in c.cum olim.
15 de priuileg.vbi tenor amissi priuilegij probatur[15] testibus: pa-
ri ergo ratione nihil obstare videtur quo minus,etiã a princi-
13 pio,testibus pbari possit, per supra dicta.† Ultimo in hac ru-
brica ad verificationẽ septime cõclusionis publicate, notandũ
est,q licet secundum cõmunẽ opinionẽ,a qua hactenus nullus
discrepauit,rubrica,qñ habet orationem pfectam,possit allega
16 ri[16] pro textu vt notat Joannes Andre.in additio.Specula.
in titul.de disputatio.& allegat §. fina. circa finem. & Anto.de
Butrio supra in proemio. & Abbas ibi cum similibus. tra-
dit Alexander in l. j.ff. si certum petatur. & idem Alexander
consil.lxxxiij.Uiso processu cause vertentis, libr.iij.& in consil.
xxij. visis his.eod.libr. Tamen contrarium hac ratione breui-
ter suaderi potest: quia actus agentiũ non operatur vltra eo-
rum intentionem.l.non omnis.ff.si certum pet.sed rubrica po-
nitur ad designandum illud, quod in nigro continetur. l.j. ff.

si certum peta.ergo non videtur disponere.nisi quatenus in ni
gro reperitur. Confirmatur hoc, quia rubrica videtur habe-
re relationem ad nigrum:ergo non disponit, nisi quatenus in
nigro reperitur.ar.l.in testamento.la.j. ff.de cond. & demon.fa
cit quod not.Bartol.in l.admonendi.versicu.pone quod in li-
bro.de iureiuran. Et certe de iure contrarium non reperitur:
nam in rubricis,que allegantur pro tex.que orationem habent
perfectam,vt in rub. C.ne fideiuss.doti. dentur.in rub.ff.quod
quisque iur.in rub.ne sede vac.in rub.vt eccle.bene.cum sim.ni-
grum concordat cum rubro, & nigrũ est illud quod tribuit au-
thoritatem rubrice:& rubrica tanquam magis nota virtute ni-
gri allegatur.Et ita loquuntur,& locum habent omnes rubri-
ce,que pro communi opinione adducuntur.Secus ergo vide-
tur,qñ non reperitur nigrum,quod rubrice correspondeat:qa
tunc nullo modo videtur q pro tex. allegari possit, per supra
f dicta.& ita etiam dixi in l.j.ff.si cert.pet[f].Et ex predicta conclu
sione infertur alia conclusio, quod si rubrica sit generalior ni-
gro,quod non attendatur:cuius tamen contrarium glo.& do-
17 ctores omnes tenent[17].

¶ Additiones.

* ¶ Constitutio. Uide hic per Felyn.j.notabi.

Incerto autore.

a ¶ Signifi. Adde q dici potest etiam quod ius scriptum sit di
gnius consuetudine, eo quia est generalius: nã consuetudo vt
plurimũ particularis est:& ideo põtifex qui omnia iura in scri
nio pectoris habere presumitur, nõ psumitur scire particula-
res consuetudines omnium locorum: vt dicit textus in c. j. de
constitution. in vj. preterea ius scriptum dici potest nobilius
consuetudine: quia est facilioris probationis quam consuetu-
do propter scripturam: probatio enim consuetudinis diffici-
lis est.ita inquit idem Decius infra in c.j.ij.lectu.versic.de ter
tio.hoc eodem titu.

b ¶ Concilij. Que cõstitutio dicatur concilij,& que Pape,vide
per abba.in c.consensus.de re.eccl.non alie.& per Fel.in c.j.ver-
sic.iiij.nota.ibi,Et dominus meus dñs Ant. burgos hispa.so-
litus erat dicere dum legeret Bononie,q quelibet constitutio
facta in generali concilio siue preponeretur siue non nomen
pontificis, conciliaris est. Et ad hoc allegabat ipse c. cum in
officijs.iuncto c.relatum.de testamen.

c ¶ Ex. Dictio ex,denotat causam immediatam. Adde Bald.
in c.iniuria.in fi.de pac.iur.firm.& Bartol.in l. non dubium.C.
de legi.versicu.not.quod dictio ex. & ibi etiam.per Bald.ponit
Abb.in c.inter dilectos.de fide instrument. versiculo, nota ibi
ex eo.& de ista dictione ex,ponit Are.in l.qui liberis.§.hec ver-
ba.ff.de vulg.& pup.& Bartol.in l.liberorum.ff.de verb.signific.
versiculo,quero quid si in aliqua.vbi querit an nepotes veniãt
filiorum appellatione,quando fit mentio in aliqua dispositio-
ne de filijs ex se natis:& ista dictio ex, denotat etiã qualitatem.
Bald.in l.ex arrali.C.de actio.empti.& dicit Feli. in c. placuit.
in ver.& dũ iste tex.quod ista dictio ex,apposita termino, vt pu
ta si dictum est ex tali die, facit vt dies termini non compute-
tur in termino:& allegat Bald.in l.a calligato milite. C. de nu-
ptijs.& ista dictio ex, facit vt tempus de momento ad momen-
tum non computetur:vt dicunt doct.inter quos Deci.in c.su-
per eo.de appel.§. licet loquatur de dictione a. tamen dictio a,
& ex,sunt eiusdem nature,vt notant doctor.in l. prima.ff.si quis
caut.& de ista dictione ex,vide Alexand.in l.petens. in versicu.
sed hoc est violare.C.de pactis. & Paulus de Castro, in dicta
l.non dubium.in versicul. in text.ibi. C. de legib. & per eundem
Pau.in lege prima, in versic.v. notabi.C.si seruus exter.se emi
manda.

d ¶ Proemio. An bullatio sit de substantia gratie vel priuile-
gij, Cardin.ponit in loco hic allegato,& concludit quod non:
quia nec etiam scriptura est de essentia gratie seu priuilegij, ni
si quo ad probandum ipsam gratiam seu priuilegium.

e ¶ Probari possit. Dicas q imo contrarium videtur dicen-
dum:quod gratia pape testibus non probetur.& ita communi
ter tenetur de stilo curie post longas altercationes inter doc.
ita refert Felyn.in c.ex diligenti.in fine.de simon. & Cardin. in
proem.clement.in versic.sane.in fine,vbi ad hec allegat decisio-
nem Rote que incipit, licet Romana curia. in qua deciditur
hoc & rationem assignat Cardina. in dicto loco, dicens quod
ideo gratia per testes non potest probari, propter multa ab-
surda que sequerentur permittendo probationem gratie per
testes, apud quos difficilimum & quasi impossibile esset scire
omnem continentiam gratie. nec obstat quod prioritas gra-
tie possit probari per testes: vt dicit Decius hic: quia respon-
detur quod illud ideo est, quia non est ita difficilis ista proba
tio, sicut probatio gratie. nam testis melius recordabitur de
tempore gratie quam de toto tenore ipsius gratie. istam tamẽ
conclusio

conclusionem vt gratia per testes probari non possit, limita vt per Felynum in d.c.ex diligenti. in fine.ɀ adde dum ibi Felinus dicit, quod circunstantie gratie, bene poterunt probari per testes. Rota in decisio. cccxxxij.in nouis. vbi voluit Rota, quod qualitates ɀ accidentia gratie possint probari per testes, ɀ ideo dicit quod certa scientia Pape per testes probari poterit: tamen motus proprius testibus non probatur sed scriptura,ɀ est decisio supra allegata que incipit licet Romana curia.ɀ adde etiam hic quod licet potestas ɀ auctoritas collectoris apostolici,in toto hoc venetorum dominio probanda sit per scripturam, tamen auctoritas subcollectoris per testes probari potest, vt voluit Rota decisione cclxvj. in rubrica de proba.in nouis. Hieronymus Bigas.

1 ℂ Constitutio. Quid differat constitutio a lege, vide Iasonem in l. constitutiones.C. de iur.ɀ fac. ignoran.nu.j.

2 ℂ Rege. Uide Boscbum hic vbi disputat. Intellige tamen de rege non recognoscente superiorem,vt hic per Rip.vbi extendit ad omnes non recognoscentes superiorem, ɀ quod rex in regno suo sit imperator, vide Somenium in capitu.j.numero xxxiij.de constitutio.libr. vj.ɀ tradit idem Decius in consil. cxc.quoniam.Socinus consi.iij.li.iij.Deci.in consi.cclxix.consultus.Parisius consil.xxxi.nume. cvj.libro primo.Iaso. in l. hac consultissima.§.ex imperfecto.C.de testa.nu.iij.

3 ℂ Constitutio. Et ideo si compromissum sit, vt iudicetur secundum constitutiones. verificabitur etiam in his.Abb.in capitu.iij.in iij.notab.de eo qui mitti.in rubri.de consuetud. ɀ habens facultatem dispensandi super irregularitate contracta ex constitutione dispensabit etiam in his vt in simili voluit Calder.in vj.tit.de constitut.consi.xvj.ɀ in consilio xix. in titulo de regula.

4 ℂ Genus.Ripa hic limitat in odiosis.

5 ℂ Consilio. Hanc questionem late disputat Io. cro. in rubri. cod.lib.vj.vbi limitat,ɀ latius eam prosequitur Io.Hiero.Albanus Bergomen.in tracta.de cardinalatu.in xxxix.q.vbi nimium indulgenter loquitur.

6 ℂ Contrarium.Contrarium tamen tenet hic Boschus in fi. ɀ Ferret.hic disputat tandem tenet communem.Bosch.tamé hic ampliat x.modis,ɀ limitat iiij.modis.vbi videndum.

7 ℂ Cardinales.Idem Felyn.hic.ɀ Hierony.Alban.tracta.de Cardinal.quest.xliiij.Sed contrarium tenet Ferret. num.xij. quod vidi seruari.

8 ℂ Concilij. Late idem Decius in c.j. in j. lectura in princip. infra de iudic. in c. at si clerici. §. de adulterijs. eodem titulo. Alciat.in d.c.j.

9 ℂ Requiratur.Utilitas huius disputationis est,quia si liber constitutionum perderetur posset dispositio probari testibus Rota decisio. cclvj. in no.ɀ duas alias vtilitates considerat hic Ferretus.nu.xv.

10 ℂ Ille text. Male intelligit Decius quia ille text. dicit sine scripto venisse illud ius ab initio, postea vero memorie causa compositam esse illam fori disputationem , vt in testamento nuncupatiuo dicitur, ita intelligit ibi Zasius, cuius intellectus mihi non placet, quia intelligo quod venit ab initio sine scripto, eo quod tales responsiones non scribebantur in formam legis sed pro casuum decisione, ɀ hoc est quod dixit venire sine scripto ibi.

11 ℂ Istam partem.Ampliat hic Boschus ɀ limitat,ɀ quod hec opinio sit communis, vide Marescot. in rubrica eodem libro vj.in princi.

12 ℂ Perfecta est. Uide Domi.in consi.lxv.in fin.ɀ Fely.hic.

13 ℂ Committeretur. Et an scriptura requiratur ad probandam facultatem collatoris,vel subcollatoris. Rota decisio.cclxv.in no.ɀ an ad probandam commissionem conferendi beneficia Rot.deci.cccxcvij.si episcopus.in no.

14 ℂ Et in gratia. Et quod in gratia, expeditio literarum nihil prestet nisi respectu probationis, cum solo verbo principis perficiatur, clemen.j.de sepult.Archid.ɀ Ioan.Andr.in proemio vj.Oldra.consi.cccxxvj. quod articuli. cum simili.b.vt per Pari.de put conf.v.nu.lx.libr.iiij.

15 ℂ Probatur.Quales autem debeant esse eo casu testes, vide late Deci.in authen.si quis in aliquo.C.de eden.

16 ℂ Allegari.In notabili casu in cōstitutione quadam Marchie consuluit Parisius in consilio quinquagesimo tertio.numero xxiij.lib.iij.

17 ℂ Docto.omnes tenent.Doctores omnes post Barto. in l.j. ff.si cert.petat. Syluester Aldobrandinus.

a ℂ Prius.Hoc est cōtra tex.c.fi.§. ius vero cōsuetudinis. ideo Decium in hoc reprobat Rochus Cur.in rub.j. de consuet.in prin.ɀ Fran.Ripa hic.

b ℂ Imperator. [redacted]

c ℂ Solus. Tamen Franc.Rip.hic.nu.xx. late distinguit.Ui de Ioan.Gerson.trac.de potesta.eccle.

d ℂ Consuetudo. Unde recipit interpretationem etiam a veteri modo ante scripturam ɀ alios effectus. Dixi in proemio consue. Paris.

e ℂ Testibus.Idem Bald.in rubri.de rescrip.Roma.consilio cccxxvij.Bellamera decisione dcccxlvj.Philip.Decius consil. clxix.vbi dicit quod etiam mandatum vicariatus potest probari testibus.

f ℂ Si cert.peta.nume.vij. vbi ostendi communem esse contra Decium.adde Paul.Parisi.consil.liij.libr.iij.

Secunda lec. Rub. de constitut.

ℂ Pro solito more Papiensium lecturus iterum de constitutionibus , quem superiori anno diligenter interpretatus sum,procedam breuiter perscrutando ea,que prius dicta sunt, ɀ quandoque addendo, prout opportunum videbitur. Et in primis inuestigando causam huius tractatus, cōsiderandum est,quod cum Deus creasset hominem ad similitudinē suam, vt habetur xxxiij.questio.v.c. hec imago.ɀ in l. si quis in extr lum.C.de pen.cum eo prodijt ius naturale, quod incepit ab exordio rationalis creature.c.j.in prin.v.distinct.Et multiplicatis hominibus iuxta illud,quod habetur Genesis j. Crescite, ɀ multiplicamini. erant homines ad malum proniores, quia humana natura quodammodo labitur ad delicta.§.si quis igitur.in authenti. de monach. duodecima questione prima. c.omnis etas.proclinus est enim cursus ad voluptatem, ɀ imitatrix est natura vitiorum.xx.q.iij.in c. proclinus. opus fuit homini concupiscentiam refrenare,que est radix omnium malorum.xlvij.distinc.c.bonorum.c.nam concupiscentiam.j.eo. Unde data fuit per Moysen lex decalogi, in qua decem precepta continentur. Nam δέκα decem, ɀ λόγος sermo dicitur: deinde translato sacerdotio lex noua successit.c.translato.j.eo.Hinc sancti patres.ɀ summi pontifices decreta ɀ constitutiones ediderūt, vt sub iuris regula homines coarctati discāt honeste viuere,alterum nō ledere,ius suum vnicuiqꝫ tribuere, vt dicitur §.in proemio huius libri,in ver.ideoque.Et ex predictis colligitur,secundū Gof.hic causa,propter quā prodite fuerunt cōstitutiones.Pro quo est tex.iiij.dist.in princ.vbi dicitur:Causa constitutionis legū,est humanam coercere audaciam, ɀ nocendi facultatem refrenare. Et idem habetur eadē dist.c.facte sunt leges. Et contra predictam rationē argui, ɀ responderi potest,vt no.Io.And.ɀ Imo post Card.in proem.§.in princ. xxij.ɀ xxiij.oppo.ɀ Domi.post Arch.in c.j.iiij.distinc.

1 † Uenio nunc ad continuationem rubrice, ex qua ex dictis Abb. tres conclusiones colliguntur. Primo cōtinuatio ad precedentia. Secundo ad sequentia.Tertio quod ius scriptum arctius sit, ɀ dignius iure non scripto . Circa primū ista fuit continuatio Host.quam cōmuniter omnes sequūtur: sed mihi nō placuit. per ea que alias dixi. Reformari tamē potest:quia author tractaturus de iure, vt pollicetur §.in proemio, conueniens fuit prius tractare in precedenti titulo de iure scripto circa fidem, quia ratione subiecti dignius videtur: deinde in titulo isto de constitu.de iure scripto circa mores hominum.Et in effectu etiam ita alias dixi. Ad secundum de continuatione ad sequentia, est aduertendū ꝙ inter istum titulum de constit. ɀ titul.de consuetudine, ponitur de rescriptis, de quo Abb. nihil dicit: sed rūdetur ꝙ rescriptū iuri scripto attribuitur , ɀ ideo de re-

2 scriptis,idem iudicatur quod de cōstitutionibus.† Et etiā ad-

aduertendum est, quia [redacted] vi-
d[redacted] loqui de [redacted]tudine, quam de constitutionib. vt
p[redacted]us.ff.de legi.& per omnes alias leges eiusdem
ti[redacted] finem, que ponuntur ante titulum de constitu.
p[redacted] de iure scrip[redacted]deri potest quod
[redacted] habuit alium respectum: ibi enim loquitur de
con[redacted] in specie de constit. prin. & prius [redacted] de alijs specie-
bu[redacted]ribus constituuntur, prout est in lege, que
fit [redacted]cōsulto & similibus, vt habetur in §.lex est.
Institut.de iure naturali. Et cum illis conformatur consuetu
do, que tacito consensu populi inducitur, vt no.in l.de quibus.
ff.de legi.& postea ponitur de constitut.princip.que fiunt a solo
principe. Secus in casu nostro, vbi ponitur generalis rubri.de
consti. De tertio, videlicet quod ius scriptum sit arctius: hoc
clarum videtur, quia ipsa scriptura apparet, que faciliorē pro-
bationem facit.l.contrahitur. ff. de pignor.& scriptura semper
loquitur.c.cum Marthe.de cele.missa. Consuetudo, cum sit fa
cti, probari debet: cōsuetudo autē non ita de facili probari po-
test. Facit quod no.Bar.in l.non fatetur.ff.de confessis. Quod
autem sit nobilius, dicendū est vt alias dixi. Et vlterius aduer
tendum est: quia argui potest quod imo ius non scriptum no-
bilius sit. Nam ius naturale erat ius non scriptum, vt patet:
quia homines nesciebant scribere. Et tamen constat illud no-
bilius esse, quia inter omnia iura antiquitate, & dignitate obti
net principatum.c.j.v.distinc. Sed respondetur quod Abb.de
iure non scripto Romanorum loquitur, prout loquitur tex.in
§.constat.institut.de iure natu. & tale ius non scriptum, est for-
matum a iure ciuili scripto: quia consuetudo secundum termi
nos iuris inducitur, vt habetur in l.de quibus. ff. de legib.& in
l.j.& ij.C.que sit longa consue. Et sic in effectu Abb. loquitur de iu
re nō scripto positiuo, de quo ipse tractaturus intēdit. ¶ Cir-
ca istā rub. primo Abb. querit quid sit cōstitutio. Et ex dictis
eius tres conclusiones habentur. Prima est, ꝙ ꝓprie dicitur qd'
princeps statuit. Secūda, ꝙ ꝯstitutio largo modo accipitur ꝓ
constitutione inferioris, & ꝓ omni iure scripto. Sed, vt late al's
dixi hic, vers. ij.conclusio. videtur ꝙ etiā constitutio inferioris
a principe proprie dicatur cōstitutio, cōsiderando cōstitutionem
vt genus, vt late dictum fuit. Et addatis ꝙ istā opinionem te-
nent antiqui, quos refert Anto. hic, in versi.ij. vnde dicitur, & ex-
presse Imo. idē tenet, dicens ꝙ constitutio est nomē gñale. Et
hoc idem sentit Hos.in sum.eo.tit. vbi inquit, ꝙ constitutio est
ius scriptum. nā ponendo diffinitionē hoc modo, ꝓprie loqui
videtur. Nō obstāt iura, que allegantur in ꝯtrium: quia rēspōsum
fuit in prima lec.vers.secundo, & melius respōdetur.& presertim
illa respōsio vera videtur: quia illa iura loquuntur considerando
constitutionē in specie ad differentiā legis vel senatusconsulti,
de quibus ibi s.proxime dicitur. Et hoc in simili voluit domi.
Abb.in c.ius generale.j.di.vbi inquit ꝙ appellatione legū ve-
niunt canones.c. Nicena.xxj.dist. Non obstat quod habetur in
c.lex est.ij.dist.vbi dicitur ꝙ lex est, que fit a populo. quia rñdetur
quod lex ibi describitur multum stricte, & specialiter ibi ponitur
vt species distincta a senatusconsulto, plebiscito, & ab alijs spe-
ciebus iuris, de quibus ibi habetur: alias si semper sic accipitur,
prout ibi describitur, appellatione legis nō venirent constitu-
tiones principum: & ita latius declaratur quod alias dixi. Ter
tia cōclusio Abbatis incidenter colligitur quod qñque nigrū
est generalius rubro. Et pro ista cōclusione est glo.not.in auth.
de inces.nu.in prin. Et ista conclusio clara est, quia nigrū dispo
* si constat de mente legis*, ꝙ precipere velit,vel verba preceptiua sint:contrauenienis,ad peccatum mortale obligatur. c.ij.de ma.ꝛ obed.xiiij.q.j.in c.quod precipitur.ꝛ in c.in his.j.de verb. sig.bonus tex.in c.nulli fas.xix.dis.in c.violatores.xxv.q.j.ꝛ no. Domi.in c.detestanda.in prin.de concess.prebend.in vj.vbi ad hoc plura iura adducit.ꝛ idem no.Card.in cle.dudum.ver.fin. in ij.no.de sepult.ꝛ in cle.ij.in ver.vlt,de vit.ꝛ hone.cler.Et hoc etiam habet locum in statuto municipali,vt not.Domi.in c.ij. in glo.iij.eod.tit.in vj.ꝛ ibi etiam dicit hoc procedere, si alia pena imponatur,per glo.ibi.ꝛ idem Domi.per illū tex.in c. perpetue.in vj.no.de elec.in vj.ꝛ in c.commissa.§.fi.in ij.not.eo. tit. in vj.Et ex ista conclusione infert Bar.in l.si quis pro eo.in iij. membro.ff.de fideiuss.ꝛ in l.cum lex.eod.tit.ꝛ in auth. sacramenta puberum.C.si aduer.vend.ꝙ mulier vel minor,qui cōtrahit absqꝫ consensu propinquorum contra prohibitionem statuti, mortaliter peccet.ꝛ sequuntur Moder.hic.Sed in hoc Pau. de Cast.in l.legis virtus.ff.de legi.ꝛ in d.aut.sacramenta pube-
5 rum.tenet contrarium [5][c]: quia cum tale statutum respiciat cō-
c modum, ꝛ fauorem eius, qui prohibetur,in effectu videtur esse consilium,ꝛ nō preceptū.ꝛ idem Pau.de Ca.in l.is,cui bonis. de ver.obl.Sed respōderi potest, ꝙ ex quo tale statutum factū fuit ad obuiandum, ne mulier , vel minor ex eorum fragilitate in contrahendo decipiātur, tale consiliū in effectu preceptum videtur.Unde predicto statuto non videtur ꝙ minor,vel mu-
6 lier renuntiare possit[6],ex eo ꝙ no.per gl.in l.j.C.ne fideius.do. den,Bar.in l.de his.ff.de transac.cum si. Et quia si in effectu esset consilium,vt Pau.de ca.dicit,sequeretur ꝙ mulier vel minor non obligaretur ad obseruantiam statuti:quia consiliū nō astringit.iiij.di.can.si.in §.hec ꝛ si legibus.in fi.ꝛ hoc falsum est. Alia tamen ratione dictum Bar.non videtur procedere, vt j.
3 dicam.† Similiter ex predicta conclusione Abb.infert in rub. de obser.ieiu.in fi. ꝙ ille, qui transgreditur preceptum ieiunij, mortaliter peccet.ꝛ in simili not.Abb.in cap.sacris. quod met. cau.in cap.peruenit.in princi.de deci. Et conclusio supra facta primo limitatur non procedere , quando esset iniustum preceptum legis:quia,vt supra dictum est in cap.j.lex iniusta non ligat in foro conscientie.Et etiam precepto iniusto summi pon-
A tificis non est parendum[A]:vt per Innoc.in cap.inquisitionis.

de sent.excom.not.Abb.post alios in c.significauit.de off.ordi. in c.cum teneamur.j.de prebendis.ꝛ in c.si quando.vbi videbimus.j.de rescri.Secundo fallit, quando tali precepto esset derogatum a consuetudine: quia tunc contra faciens, dato quod
7 consuetudo non valeret, leuiter peccat[7], secundum Joan.An. in c.fin.de cog.spi.in vj.quem refert, ꝛ sequitur Domi.ibi in gl. in ver.contrahitur.ꝛ Mod.hic. Addatis quod in cõtrarium est gl.no.in ca.deniqꝫ.in ver.consuetudine.iiij.dist.que dicit, ꝙ licet consuetudo excuset a pena temporali, non tamen excusat a pena gehennali: ꝛ sic nõ excusat a peccato, de quo agitur hic. ꝛ not.Ro.in consi.cccclxvj.videtur prima fronte.in princ.Sed responderi potest ꝙ glo.in d.c.deniqꝫ, videtur procedere in cõsuetudine, que esset contra preceptum iuris naturalis, vel diuini, in quo cõtraueniens non videtur ꝙ pretextu alicuius cõ
8 suetudinis excusari possit a peccato[8]. Et ita illam gl.declarat do.Abb.in c.cum venerabilis.de consue.pro quo est bonus tex. in c.inter dilectos.de excess.prela.Secus videtur in alio precepto, de quo loquitur Joan.And.in d.c.fin.de cog.spir.facit qđ not.Cardi.in proemio.Clemen.in ver.vniuersitati. Et in tali precepto licet contrauenientes ratione consuetudinis a peccato excusentur, vt dictum est, secus tamen videtur in illis, qui a principio contrauenerunt, in quibus ratio consuetudinis cessat: vt not.Abb.post alios in c.j.de treug.ꝛ pace. Alex. in consi. cxxxij.visa facti narratione.in prin.lib.j.Tertio fallit, quando preceptum obscurum esset ꝛ vario modo intelligi potest: quia tunc contraueniens a peccato excusatur: vt est no.dictum Innoc.in c.per tuas.el ij.j.de simo. refert ꝛ sequitur Bald. in l.ab eo.versi. sed quid si propter intricationes.C.quomo. ꝛ quan.iu. Abb.in c.capellanus.ver.ꝛ no.ex hac gloss.j.de fer.Facit quod not.Abb.in c.proximo.j.eodem.vbi videbimus. Nam excusatur a peccato, qui ex aliqua iusta causa precepto superioris nõ obtemperauit: vt no.Abb.in ca.licet ex quadam.de testibus.in c.eam te.in iij.not.j.de rescrip. Quarto aduertendum est: quia regula, ꝛ conclusio supra facta generaliter non videtur vera: sed solum videtur procedere in quibusdam casibus: vt infra dicam.Et ad hoc primo facit gloss.no.in summa in quarta questione j. que dicit quod non soluens pecuniam ad mandatum iudicis, non tamen peccatum mortale incurrit. Secundo ad hoc est not.dictum Archid.lxxvij.dist.in c.vtinam. vbi inquit quod licet veniens contra preceptum iuris diuini semper peccet mortaliter, non tamen sic ligatur veniens cõtra ius humanum: nam euitare potest, si quis habet aliquam iustam causam contraueniendi.Et refert, ꝛ sequitur Abb. in cap. licet ex quadam.de testib.ꝛ in c.quoniam contra. in vlt.not.de probat. Tertio istam conclusionem tenet, ꝛ efficaciter probat Joan.de Imo.in ca.ij.j.de maio.ꝛ obed.vbi primo dicit hoc non proce-
D dere in precepto iudicis secularis[D] cum ipse non habeat potestatem respectu peccati, qđ respicit animã, que spiritualis est. arg.c.decernimus.de iudi.ꝛ per istam rationem dictum Bar, in d.l.si quis pro eo.de fideiusso.cum simi.s.allega.non videtur
9 verum[9]. Secundo in iudice ecclesiastico etiam idem dicẽdum videtur. Nam aut fuit factum preceptum in materia, in qua alias secundum ius diuinum vel canonicum transgressio obligaret ad peccatum mortale: tunc contrafaciens incurrit peccatum virtute legis diuine, vel canonice, ꝛ non propter preceptũ quod factum videtur secundum subiectam materiam: arg.l.si vno.in princi.ff.loc.Aut preceptum emanauit in tali materia, in qua alias contraueniens non incidit in mortale peccatum: ꝛ tali casu etiam non videtur quod preceptum factum simpliciter respiciat peccatum, sed potius intelligitur quod actus factus in contrarium sit nullus, vel quod alia extraordinaria pena imponatur, vt latius idem Joan.de Imo.tradit in ca.cum contingat.j.de iureiurand. Solum ergo predicta conclusio videtur habere locum, quando quis ex contemptu faceret cõtra preceptum superioris, vel quando a iudice ecclesiastico pena peccati expresse iniungeretur. Postremo superius dicta bene
e procedunt in his, que de precepto sunt: secus si de consilio[e] sint: quia lex consilij non astringit.xiiij.q.j. c.quod precipitur. ꝛ iiij. dist.in §.fin.Abb.hic, ꝛ dictum fuit in c.j.s. eodem. Quomodo autem preceptum a cõsilio cognoscatur, ꝛ distinguatur, prima conclusio sit, ꝙ si constat, subiectam materiam esse de precepto, illa attenditur: ꝛ verba, que de sui natura importarent consilium, impropriantur, vt Abb.hic dicit.ꝛ est tex.in cap.rogo. xj. quest.iij.vbi gloss.ꝛ in cap.j.in ver.hortamur.vbi glos.exponit, id est, precipimus. de testamen.ꝛ per glo.in clemen.j.versi.hortamur.de testib.cum simil.vt tradunt Mod.hic.Sed considerandum est: quia non videtur quod tali casu verba debeãt impropriari, prout gloss.ꝛ doc.dicunt: quia non est inconueniens ꝙ quis hortetur ad illud, ꝙ facere tenetur. c.peruenit. lxxxiiij. dist.Et ideo verbum, rogo, ꝛ verbum, hortamur, in locis preallegatis proprie intelliguntur, ꝛ non inducunt preceptum: sed per alia iura, materia precepti esse dicitur. Secunda conclusio contra est, si materia, de qua agitur: consilij sit, ꝛ non precepti, licet verba preceptiua sint secundum subiectam materiã pro cõsilio accipiuntur, vt not.Abb hic, ꝛ idem Abb.in cap.j.de vita ꝛ honest.cler.not.per gloss.in l.cum pater.§.mando.in ver.consilij.de leg.ij.in c.dilectissimis.in gloss.fina.xij.q.j.in cap.si quis ingenuus.in ver.faciat.xxix.q.ij.cum simil.vt per Moder.hic. Et isto casu bene verum est, ꝙ verba improprie ponũtur: quia natura consilij repugnat vt preceptum dicatur. Et ex his duabus conclusionibus infertur quod actus non iudicatur prout
f verba sonant, sed secundum subiectam[f] materiam, ꝛ ab effectu rei denominatur, vt not.Bal.in l.ij.in versi. sed iuxta hoc quero.C.commod.vbi alleg.tex.in l.insulam.ff.de prescript. verb.ꝛ idem not.do.Abb.in c.constitutus.per illum text.cum gloss.de relig.domib.ꝛ idem Abb.in c.j.dum allegat l.si vno. ff.locat. j. de commoda.facit tex.in l.si olei.C.loca.in l.vbi ita donatur. ff.
4 de donat.cau.mor.† Tertia conclusio Abb.est ꝙ in dubio preceptum, vel consilium, secundum quod verba sonant debet iudicari, vt probatur in d.c.quod precipitur. cum alijs supra allega.ꝛ tex.in c.integritas.xxxij.q.j.in princ. ibi: pro consilio suadeo, non pro imperio precipio.Et est regula communis, quod in dubio a proprietate verborum non est recedendum.l.nõ aliter.de legat.iij.l.j.§.si is, qui nauem.ver.in re igitur dubia.ff.de
5 exerc.† Dubitatur tamen de quibusdam verbis[10] an de sui na
10 tura preceptum inducant ꝛ presertim in verbis imperatiuis, de quibus Abb.dicit ꝙ ex se non semper important preceptũ, vt in clemen.exiui.§.nos itaqꝫ.de verb.sign.Et idem dicunt aliqui doc.hic per tex.in c.paratus.xxiij.q.j.Sed tamen videtur ꝙ imo de sui natura importẽt preceptum: quia ꝙ imperatur, necesse est fieri: vt dicitur in d.cap.quod precipitur.xiiij.qđ.j.ꝛ bonus tex.in d.c.integritas.xxxij.q.j.ibi dum dicitur.quod virginitas suaderi, ꝛ non imperari potest. Allegata in contrariũ procedunt secundum quod supradictum est in secunda conclusione, quando apparet quod materia nõ est precepti.Et ad supradicta, que differentia sit inter preceptum, ꝛ consilium, tradit Archid.Flor.in Summa sua, in prima parte. in titul.xiiij. cap.vn.§.vij.ꝛ ibi refert Sanct.Thom.in prima ij.quest. cviij. articu.iij.

¶ Additiones.

* ¶ De mente legis. Veniens contra legem an peccet mortaliter, Feli.hic in princ.

Incer.Ant.

A ¶ Parendum. Adde quod principi obediendũ non est, quando ex eius mandato scandalum sequeretur, siue magnum peccatum, vt inquit Abb.in c.que in ecclesiarum.ꝛ ibi Fel. versi.limita quarto.ꝛ xij.alias dixit glo.not.in c.sacerdotes.ij.q.vij.ꝙ a prelato non seruanti canones subditi recedere possunt.

Hier.Sig.

1 ¶ Sequuntur. Vide eundem in ij.lec.j.in j.no.

2 ¶ Permissiua. Adde omnino Deci.in consi. iij.vbi voluit qđ si reperiantur duo statuta in eodem volumine contraria, attẽdatur prohibitiuum non permissiuum. ꝛ idem in priuilegijs, vt per eum ibi, ꝛ in cap.pastoralis.de appel.ꝛ adde aliam differentiam per Joan.Crot.in repet.l.si constante.ff.solut. matri. quod licet notorium cadat super facto affirmatiuo, secus est super negatiuo.ꝛ vide Dec.in cap.cum M.j.eodem.ꝛ in nota. casu vide eundem Dec.in cap.penult.j.eodem.ꝛ in capit.j.j.de rescript.ꝛ in cap.at si clerici.de iudic.ꝛ in consi.cccccxx.ꝛ consil. dlxvij.limita tamẽ nisi affirmatiua esset specialis, negatiua generalis.Dec.in c.significasti.de offi.deleg.

3 ¶ Intelligitur. Sequitur idem Dec.in consilio iij.ꝛ in capit. an sit.de appellat.

4 ¶ Affirmatiua. Idem voluit Fel.in c.fi.de treu.ꝛ pac. ꝛ idem Dec.in consi.iij.Ludo.Gomes.in rub.insti.de act.in fi.

5 ¶ Contrarium. Vide Jas.in aut.sacramenta. C.si aduer.ven.

6 ¶ Renuntiare possit. Idem ponit Jas.in l.ij.de leg.j.

7 ¶ Peccat. Etiam si consuetudo esset nulla.Dec.in authent.si quis in aliquo.C.de edend.

8 ¶ Peccato. Vide j.in ij.lec.

9 ¶ Non videtur verum. Vide eundem in ij.lec.ꝛ vide Mathesil.in nota.lxxviij.

10 ¶ Verbis. Limitari possunt hec, nisi verba prolata sint a principe: quauis enim rogationem sapiant, inducũt tamen prece[redacted]in l.j.§.si iussum.ff.quod iuss.tradit idem Dec.in ca.clerici.de iudic.in prin.Idem in patre, vt per eundem Dec. s. eod.tit.in c.j.in j.lect.

Sil.Ald.

B ¶ Prohibitiua. Dec.j.eod.cap.cum Martinus.ca.in presentia.de prob.in l.si Rufinus.C.de testa.Alex.consi.100.li.iij.dixi.

¶ Negatiua.

b ¶ Negatiua. Dec. d. l. si Rufin⁹. n. 7. ⁊ l. j. n. 13. C. de pac. vbi dixi.
c ¶ Contrarium. Idem Alex. consi. xxvij. lib. j. Abb. in c. cū contingat. de iureiu. ⁊ vltra Fel. hic, late Alciat. d. c. cū contingat. nu. 10 nu. 225. ⁊ bene cessante fraudatione proximi. licet And. Tiraq. de legib. connub. glo. ij. nu. 18. cogitandum relinquat.
d ¶ Secularis. Hec sententia Imole est contra dicta apostolorum. j. Pet. ij. Roma. xiij. ⁊ contra Imolam tenet Alcia. d. ca. cum contingat. nu. 102.
e ¶ Si de consilio. Uide bonum tex. ij. q. vj. c. qui desistat. ⁊ de maio. ⁊ obe. c. ij. in fi. Abb. in c. omnis vtriusque. de peni. ⁊ remissio.
f ¶ Subiectam. Alex. consi. cxxix. lib. ij. deci. l. quoties idem sermo. de reg. iur. vbi dixi. ⁊ in consuet. Parisi. §. xxx. nu. 19.

Secunda lectur. capit. Nam concupiscentiam.

1 ¶ Concupiscentia, hoc verbum sonat in malam partem.
2 Et cetera, hec dictio, si scribitur abbreuiate, vel ad lōgum, quid importet. nu. 3.
4 Prohibito aliquo, videntur omnia prohibita per que ad illud peruenitur.
5 Generalis prohibitio continet omnes species prohibitionis.
6 Lex debet esse bona.
7 Inobediens principi seculari, an peccet mortaliter.
8 Professio religiosorum comprehendit tantum tria.
9 Notitiam habere alicuius quando quis dicatur.

1 ¶ † In tex. ibi: concupiscentiam. hoc verbum in malā partem accipitur: vt no. Host. hic. facit tex. in c. quanto. in fi. de transla. epis. ⁊ no. Arch. in c. j. j. dist. vbi differentiam facit inter concupiscentiam, ⁊ voluntatem. Concupiscētia enim in malam partem accipitur, ⁊ voluntas in bonam. ⁊ sequitur Anto. de But.
2 in proe. s. ¶ † In text. ibi: ⁊ cetera, hec dictio ponitur hic articulate cum omnibus syllabis, ⁊ eodem modo habetur in ca. ij. de reg. iur. ⁊ in c. fi. de libel. obla. ⁊ tali casu accipitur prout verbum sonat. Sed quando abbreuiate ponitur, comprehēdit aliqua vltra precedentia, ⁊ comprehendit illud, quod est solitum
1 sequi¹: vt not. Abb. in d. c. ij. Sed ista distinctio prima facie non sapit: quia non videtur differentia an abbreuiate, vel extēse ponatur, nam licet abbreuiate ponatur, virtualiter extense legitur: ⁊ in casu nostro hic, vbi expresse ponitur, comprehenditur tamen illud, quod comprehensum fuisset, si abbreuiate posita fuisset. Unde differentia non videtur in hoc consistere, an dictio ⁊c. posita sit abbreuiate, vel extense, in hoc non est vis. Sed considerandum est, an indeterminate ponatur, ⁊ sic aliter non
a declaretur: ⁊ tunc veniunt consueta, ᵃ ⁊ ea que sunt de natura contractus, vel actus, de quo agitur. l. Gallus. §. idem credendum. de lib. ⁊ posth. ⁊ in l. magis puto. §. si pater. de reb. eorum. ⁊ in l. si ita quis. ff. de euic. ⁊ in l. periculi. ff. de nau. feno. Si vero
A dictio, ⁊c. ᴬ breuiter, vel extense determinate ponatur, tunc illa includuntur, que exprimuntur ibi, vel per relationē ad aliud. auth. ex causa. C. de libe. preter. l. nam quod. §. qui compulsus. ff. ad Treb. ⁊ in l. is cui. §. qui legatorum. ff. vt in poss. lega. ⁊ in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de iureiuran. Et hoc modo
3 intelligendo doctrinam Abb. bene dicit. † Et notandum est ꝙ quando dictio ⁊c. indeterminate ponitur, licet videatur cōprehendere consueta, nunquam tamen includit ꝙ pena apponatur, si hoc expressum non fuerit: vt no. Bar. dicit in l. fi. C. de execut. rei iud. ⁊ Alex. sequitur in consi. xxviij. viso. lib. ij. Secundo non venit, vt includatur iuramentum, quia requirit formalitatem verborum: vt not. Ant. in c. pe. de iureiurā. ⁊ ibi concludit ꝙ ille, cui data est potestas extendendi instrumentum, non potest addere iuramentum ꝙ Abb. ibi dicit esse notabile. ⁊ tradunt hoc Mod. Senenses in d. l. Gallus. §. idem credendum. ff. de lib. ⁊ posthu. Tertio sub ista dictione ⁊c. non veniunt illa,
2 que sunt de substantia contractus²: vt not. Bald. in c. cum in iure peritus. de off. deleg. ¶ Primo no. ꝙ lex prohibitiua extenditur ad ea, que ex illo sequuntur. de quo dicendum est, vt dixi. ⁊ quod no. Pau. de Ca. consi. xlvij. in nouis. Et adde quod ista conclusio procedit s̄m Bal. hic, quando sequitur ex illo prohibito, vel per illud: secus si occasione eius proueniat, ⁊ nō per illud, alle. tex. in l. verum. ff. de fur. la. ij. vbi ille qui fregit ostium meretricis libidinis causa, non tenetur pro furto commisso ab alio, qui per ostium fractum domum intrauit. Sed contra hoc prima facie facit tex. in l. non dubium. C. de legi. vbi etiam prohibitum videtur quod ob id secutum fuit. Responderi potest ꝙ tenetur, quādo fuit secutum ex eo, vel propter illud, vt Bal. dicit, ꝙ illud prohibitum erat ordinatum ad hoc: ⁊ tūc saltem fuit causa remota. Secus si accidentaliter occurrit, prout loquitur tex. in d. l. verum. Et vlterius aduertēdum est, quia licet in casu d. l. verum. ille, qui fregit ostium, non teneatur furti, quia non habuit animum furandi. l. qui iniurie. ff. de fur. in prin. tamen in effectu tenetur ad estimationem damni: vt no. Bartol. ibi. ⁊ sic etiam ibi verificatur conclusio ꝙ prohibitiua constitu
4 tio extenditur ad ea, que ex prohibitione sequuntur. † Sic etiā quando aliquid prohibetur, videtur omnia prohibita, per que ad illud peruenitur. tex. est in l. oratio. ff. de spon. vbi si prohibetur matrimonium etiam sponsalia prohibita videntur. Et licet ille text. ad hoc communiter allegetur, prima facie contrariū probare videtur, videlicet ꝙ prohibitio facta in matrimonio non habeat locum in sponsalibus: quia per viam extensio
3 nis ibi illud statuitur³: vt colligitur ibi dum text. dicit, vt suppleatur ꝙ orationi deest. Ergo datur intelligi ꝙ prius non esset, quia non fuisset opus supplemento. Et isto modo arguendi vtitur Bar. in aut. quas actiones. C. de sacrosan. eccl. dum allegat l. si furiosi. C. de nupt. ⁊ illum text. in l. oratio. ita declarat Bal. in l. j. C. si rec. prouin. Sed tamen responderi potest ꝙ supplementum ibi consideratur respectu verborum: quod patet, vt dicitur, ꝙ oratio non erat locuta de sponsalibus, ⁊ suppleatur respectu verborum litere, ⁊ non quo ad mentem, que vtiqꝫ erat etiam in sponsalibus. Et ad regulam d. l. oratio. notādum est: quia primo limitatur, quando prohibitio est perpetua: secus si ad tempus: quia tunc prohibito matrimonio, non sunt prohibita sponsalia. l. si quis officium. ff. de ritu nup. Et ita cōcludit Jo. And. post Dyn. in regula, cum quid prohibetur. de reg. iur. in vj. ⁊ facit tex. in l. solet. §. fi. ff. de his, qui not. infa. De quo tamen dicendum est, vt no. in l. j. C. si rector prouin. Secundo dicta regula locum habet, quando finis absolute prohibetur: secus si tantum modus prohibitionis sit: vt not. dicit Bal. per illum tex. in c. innotuit. de elect. versi. no. prohibito aliquo. Tertio illa regula non procedit respectu pene: quia pena imposita contrahenti matrimonium non habet locum in sponsa
4 libus⁴. vt per gl. no. in cle. j. in verb. cōtrahere. de consan. ⁊ affi. De hoc tamen videtur glo. in contrarium in c. j. in glos. fin. de postu. prela. ⁊ Abb. ibi, qui dicit ꝙ vbicunqꝫ duo ita se habent, quod de vno peruenitur ad aliud etiam in materia penali, statutum in vno, habet locum in alio. Et ideo pena ibi statuta in electione habet locum in postulatione, per quā ad electionem peruenitur electiue. Aliter tamen in hoc loquitur do. Abb. in c. ij. de testa. vbi concludit ꝙ dispositio c. nullus. de elec. in vj. nō habet locū in postulatione. Et hoc verius videtur, quia postulatio nō est medium ad electionem sed est via per se: vt no. Innoc. in c. j. in fi. de postu. prelat. ⁊ gl. in d. c. j. potest habere locum quando postulatio ⁊ electio essent equiparata in illa materia: quia tunc statutum in vno haberet locum in alio. c. si postquā.
b in fin. cum glo. de elec. in vj. cum simi. vt dixi ᵇ in cap. translato.
5 ¶ † Secundo not. quod sub generali prohibitione omnes species comprehenduntur, ⁊ quidem proprie: vt not. Bal. in l. ij. C. de iure aureo. annu. Et no. differentiam esse, an aliquid constituatur generaliter, vel regulariter: nā qđ regulariter fit habet
5 plerunqꝫ exceptionem⁵, vt inquit glos. in rub. de reg. iur. in vj. ⁊ no. Abb. post Car. in c. quoniam. in prin. vt lit. non conte. facit tex. in l. regulariter. ff. de pe. he. ⁊ in l. regula. ff. de iu. ⁊ fa. igno. ⁊ in c. pe. de re iud. cum concor. ⁊ tradit Jo. And. in rub. de regu. iur. Secus si generaliter aliquid disponatur quia omnia fine aliqua exceptione includuntur: cum plus sit aliquid genera
6 liter fieri, quam regulariter⁶: vt probari videtur in c. venerabilem. de elec. ibi: regulariter ⁊ generaliter. ⁊ Abb. ibi ad hoc pōderauit stricte. ⁊ idem Abb. in d. c. quoniam. in prin. ⁊ Moder. ibi sequuntur. Sed tamen aduertendum est, quod ista differentia non videtur vera: quia regula constituitur ex oratione vniuersali, vel indefinita, que generalis dicitur: vt gloss. in rub. de reg. iur. in vj. ⁊ in rub. ff. eo. ergo regulariter videtur significare generaliter, vel vniuersaliter, secundum qđ verba regule loquuntur. Et probatur in d. c. quoniam. vbi dicitur ꝙ regulariter testes ante litis contestationem nō recipiuntur: ⁊ talis regula etiam habetur generaliter in rub. vt lit. contest. ergo pro eo ponuntur. ⁊ facit tex. in l. obligatione generali. de pign. vbi generalis obligatio modificatur. Et alias non esset differētia cum quo generaliter vel vniuersaliter loqueretur, contra not. per Barto. in l. generali. §. vxori. ff. de vsufruct. lega. ⁊ not. Ale
6 xand. in consil. cxviij. in casu. libro v. ¶ † Tertio notab. secundum Andr. Sicu. quod lex debet esse bona. Sed istud notabile non probatur hic: quia simpliciter dicitur quod bona est lex, que malum prohibet. Nam non sequitur est bona: ergo debet esse bona: sicut non sequitur, lex mala est, que malum permittit: ergo debet esse mala, in se dictum verum est: quia lex debet esse bona, ⁊ iusta. iiij. distinc. cap. erit autem lex. Notandum tamen est quod quandoque ius est equum, ⁊ bonum, vt hic, ⁊ in l.

j.§.j.ff.de iusti.ꝛ iure.ꝛ quandoq; bonum,ꝛ non equum, vt per gloss.ꝛ Bartol.in dicta l.j.ꝛ not.Bald.in rub.§.de constitut.in principio. ¶ Ultimo secundum Abb.colligitur, iuncta gloss. quod veniens contra prohibitionem legis peccat.in quo Abbas late insistit,ꝛ alia plura dixi in prima lectu.versic.circa ea,
7 que domi.Abb.ꝛ vlterius.† Primo adde quod etiam non obediens principi seculari mortaliter peccat:vt not.Abb.in capi. ij.in fin.de maio.ꝛ obe.Nec obstat quod nec iudex nec princeps secularis,videtur habere potestatem ligandi animam ad peccatum,cum anima tanquam spiritualis subijciatur ecclesiastico,vt dicebat Imo.quem alias allegaui in c.ij.de maio.ꝛ obed. quia potest responderi quod non obediens principi seculari
c incurrit peccatum propter constitutionem ecclesie[c] que asserit obediendum esse principibus secularibus.cap.ij.ꝛ capit.solite. in princ.ibi:siue regi,siue ducibus.de maior.ꝛ obed.ꝛ xj.q.iij.ca. qui resistit.ꝛ c.Julianus.Secundo adde quod contrauenieins constitutioni peccatum incurrit:etiam si alia generalis pena constituta sit:vt no.Domi.in c.perpetue.per illum tex.ꝛ in c.commissa.de elect.in vj.cum simil.ꝛ tradunt Mod.hic.ꝛ alias dixi. Sed in contrarium facit quod not.scribit Mathesil. notabili lxxviij.no.doctrinā mirabilem.vbi inquit quod si in regula cōtinentur aliqua facienda a religiosis,ꝛ certa pena apponatur, puta ieiunij duorum, vel trium dierum: contrafacientes non incurrunt peccatum:quia intentio cōditoris fuit limitare prohibitionem tantum ad illam penam expressam.alleg.Hostiē.ꝛ Joan.And.in c.relatum.ne cler.vel monac.Et istud dictū confirmatur:quia vnius inclusio alterius est exclusio.ca.nonne.de presump.l.cum pretor.de iud.Unde opponendo specialem penam ieiunij, videtur alias penas excludere:ꝛ facit quod notat Cy.in l.non dubium.C.de leg.Barto.ꝛ doct.in l.pretor.in prin. de oper.no.nunt.Et tenendo istud dictum Mathesil. non obstat tex.in dicto cap.perpetue.ꝛ c.commissa:quia ibi vtraq; pena exprimitur, vt colligitur ibi, dum dicitur, preter diuinam, quam incurrit,offensam.Unde non mirum,si vtraque pena locum habet:secus videtur quando pena limitata fuit ad vnam prout loquitur Mathesil.Sed tamen defendendo quod Do-
d mi.ꝛ doc.dicunt,considerandum[d] est quod licet conditor regule apponendo specialem penam ipse non videatur de alia pena cogitare,tamen exclusa non videtur pena, que ex alio fonte proueniat:ꝛ ideo distingui potest quod aut specialis pena imponitur in materia,que alias erat prohibita,ꝛ vltra specialem penam habeat locum etiam pena generalis , que est vt faciens contra prohibitionem peccat:nam tali casu illa specialis pena imposita videtur vt cōtrafaciens solus grauetur ꝛ inductum ad vnum finem non debet operari contrarium.Legata inutiliter. de legat.j. Aut illa pena specialis apponitur in materia prius non prohibita:ꝛ tūc solum illa pena expressa intelligitur habere locum:ꝛ isto casu loquitur Mathesi.ꝛ ista distinctio colligitur ex his,que docto.tradunt in d.l.pretor.de ope. no.nun. Tertio adde quod licet , vt alias dixi,contrafaciens prohibi-
e tioni excusetur a peccato ratione consuetudinis,[e] vt not.Domi.post Joan.And.in c.fi.de cog.spir.ꝛ sic ratione consuetudi
7 nis quis excusatur ab actu prohibito[7].Et ad idem facit glo.in cap.cum venerabilis.in gloss.j.in fin.ꝛ Abb.ibi de consuetud.ꝛ quod not.Barto.in l.quis sit fugitiuus.§.apud Labeonem. ff. de edil.edic.Pet.de Anch.in consi.50.consuetudo.circa fin. facit quod not.Joan.And.ꝛ Anto.in cap.ij. de fide instrument. vbi tenent quod consuetudo excuset a pena.In cōtrarium tamen alias allegaui gloss.in cap.deniq;.iiij.distin.que in effectu vult, quod consuetudo non excuset a peccato. Et respondendo dixi quod consuetudo non excusat contra ius naturale,vel diuinum:alias secus. Et adde gloss.in ver.flagitio.xxij.q.vij.ꝛ facit text.in cap.non satis.de simo.ꝛ in cap.inter dilectos.de excess.prelato.Et vlterius aduertendum est,quia sicut in talibus casibus non excusatur quis contra ius diuinum , vel naturale a peccato , pariter non videtur excusari in foro contentioso,ꝛ in pena temporali, vt probatur in iuribus preallegatis:ꝛ ideo non verificatur glo.in dicto cap.denique.que differentiam facit inter penam eternam , ꝛ temporalem. Quarto aduertendum est ad differentiam,quam Abb.facit inter verba communia,ꝛ verba preceptiua:quia illa distinctio,quam Abb.facit in verbis communibus, ponderando materiam, talis distinctio etiam videtur habere locum,quando essent verba preceptiua: quia in effectu subiecta materia attenditur.Et etiam considerandum est : quia verba ista communia, statuimus, ꝛ decernimus ,in effectu videntur preceptum importare, maxime si pena apponatur.Facit tex.in clemen.ij.in fin.de rebus eccle. non alien.ꝛ in cap.quanto.de vsur.ꝛ in l.decernimus.C.de sac.sanc.
8 eccle.† Quinto,ꝛ vltimo dum Abb.concludit quod in religiosis eorum professio tantum respicit tria substantialia,ꝛ nō alia singula exempla, que in regula continentur. Et aduertēdum, quia ista conclusio videtur contra istum textum, vbi vno prohibito videntur prohibita , que sequuntur ex illo:ꝛ quia rela-
f tum est in referente[f] cum omnibus qualitatibus eius,vt not. Barto.in l.j.ff.de recepta.ergo professio,que refertur ad regulam,videtur referri ad singula.Sed responderi potest ad primum, quod alia capitula regule non sequuntur ex illis tribus substantialibus,sed separata sunt, ꝛ ita tollitur primum argumentum. Secundo nō obstat quod si videtur facta relatio ad omnia,que in regula continentur: quia hoc negari potest,per ea,que not.Barto.in l.si cui.la ij.§.si a filio.de lega.j. Preterea dato quod ad omnia esset facta relatio,non tamen intelligitur equaliter,sed aliter,ꝛ aliter, secundum quod regula loquitur, vt probatur in dicta clemen.exiui.¶ In gloss.hoc enim nota. quod Apostolus sciebat per experientiam facti,quid esset concupiscētia,sed eius proprietatem ignorabat,ꝛ isto respectu di-
9 cebatur nescire.† Ex quo notandum est,secundum Anto.ꝛ Imo. hic,quod proprie quis dicitur habere notitiam de aliquo, quando notitiam habet de effectu, ꝛ proprietate eius,quod no
g tandum est contra testes,qui deponunt de fama : [g] quia debet scire proprietatem fame,ꝛ effectus eius. Et ideo testis , qui deponit de mala fama , si interrogatur quid sit mala fama, ꝛ ne-
8 sciat,non probat [8]: vt not.Bald.in l.j.ff.de his, qui sunt sui, vel alien.iur.Alexan.in consil.cl.in causa,ꝛ lite.lib.v.ꝛ idem Bart. dicit de mutuo,in l.j.ff.si certum petat. cum simil. vt tradit ibi Alexan.ꝛ idem Alexand.in consi.xlv.visis.lib.ij.vbi Alex.hoc idem dicit in consuetudine,de qua testes deponunt.ꝛ facit glo. not.in c.concertationi.de app.in vj.in verbo,sciuit. Et illā pro notab.alleg.Alex.in consi.cxiiij.ponderatis his.lib.j.quod vbi re-
b quiritur scientia,debet haberi cum qualitatibus [h] eius.ꝛ idem Roma.in consi.cccxliij.expositio.circa fi.ꝛ tradunt Mod. in c. quo ad consultationem.de re iudi.

¶ Additiones.

a ¶ Dictio ꝛc. De hac dictione ꝛc.vide late per Socinum in l. Gallus.§.idem credendum.ff.de liber. ꝛ posthum. ꝛ vide late per Felinum in cap.cum P.tabellio.versi.sexto queritur.j.de fide instrument.ꝛ Oldra.in consi.cxxxviij.in fi.ꝛ de hac dictione ꝛc.vide etiam que late scribit Jason in dicta l.Gallus.§.idē credendum.ꝛ Card.in consi.cxxxiij.Corne.in consi.ccxxv.incipit,antiquam.ꝛ in consi.cccxxvj.incipit,videtur.in iij. volumi. ꝛ de effectu huius dictionis,ꝛc.vltra alios plene per And. Tiraquel.in tracta.de iure constitut.part.iij.limitat.xxxj. numero 2.3.ꝛ 10.

Hier.Gig.

1 ¶ Sequi.Adde Bal.in consi.ccclxviij.lib.iij.Roma.in consi. cccxliij. Deci.consil.xlvij.ꝛ dicit Imol.in consil.lxxxvj.quod si quis in actis iurauit ꝛc.dicitur solenniter iurasse,ꝛ quid si minor in contractu iurauit ꝛc.Bald.consi.cxxxiij.lib.iij.

2 ¶ Contractus. Adde quod similiter non venit constitutum, vide Dec.consil.ccccxlix.in fin.contrarium vide per Paul.de Cast.in consi.x.si vera.in antiq.ꝛ vide Corn.consi.cxxxvij.libro iiij.omnino Soci.consi.cj.in iij.lib.ꝛ quod non veniant ea que sunt de substantia contractus,vide Jas.in l.si duo patroni.§.si quis iurauerit.col.fi.de iureiur.

3 ¶ Statuitur.Idem dixit in cap.iurauit.de probat.in l.generaliter.§.cum autem.in ij.not.C.de inst.ꝛ subst.in l.ij.in fin.ff.de iurisd.om.iud.

4 ¶ Sponsalibus.Adde Jas.in l.cum quidam.in fi.ff.de liber.ꝛ posthum.in l.fi.ff.de in ius vocando.in l.ij.ff.de iurisd.omnium iudicum.

5 ¶ Exceptionem. Uide Deci.in l.prima. ff.de regulis iuris.in principio.

6 ¶ Regulariter.Uide Dec.in l.j.ff.de regul.iur.in l.omnia. in princ.ff.si cert.pet.

7 ¶ Prohibito.Quinimo ꝛ consuetudo reprobata excusat.Roman.singu.xix.an consuetudo.ꝛ consuetudo excusat,licet de re alias prohibita,si est introducta sub specie permissa.Deci.in l. ij.in iiij.not.in fi.C.de instit.ꝛ subst.

8 ¶ Probat.Adde que late posui in l.j.ff.si cer.pet.ꝛ ibi Dec. in gloss.in verbo,varios.vbi omnes.

Sil.Ald.

a ¶ Consueta. Non tamen que nouam dispositionem inducat, ꝛ dixi ad Alex.consi.xxvij.lib.ij.adde Soc.consi.xciiij.lib.j.consil.cj.lib.iij.Corne.consi.cxxxvij.lib.iiij.Laurent.Calca. consilio xlviij.ꝛ consil.lxx. Aymo. consilio xxxiiij.ꝛ consilio lxxv.ꝛ quarta decision.consilio ccccxlix.vbi tenet quod nec venit constitutum.

b ¶ Ut dixi.Idem Dec.c.j.j.de postu.prelat.

c ¶ Ecclesie. Imo propter mandatum Dei,a quo secularis potestas est.Roma.xiij.j.Pe.ij.Jo.xix.b.

¶ Conside

d ¶Considerandum.Idem Dec.j.de testib.c.in nomine.
e ¶Consuetudine.Roma.sing.xix.an cõsuetudo.Pe.Gerard. sing.lxxxiij.Ancb.consi.xlvj.consi.cclxxxiij.Alex.consi.viij.lib. vj.vbi dixi.Aymo.consi.cxlv.nu.12.
f ¶Referente.Dec.consi.xlvij.consil.ccxcij.l.vnica.C.de errore calcu.Bal.consi.cccxxxviij.lib.ij.Aret.consi.clv.limitat Aret. consi.xxj.col.ij.Curt.Senior.consi.xlix.
g ¶De fama.Decisio.Tholosa.ccclxxx.
h ¶Qualitatibus.Alexand.consil.cxiij.libro j.vnde non nocet Ratificatio,nisi lectus sit tenor.Oldrad.quest.cccxxix.Bald. consi.clxxvj.lib.ij.Pau.consi.cccclxv.lib.j.consi.ccclxxxij.libr.ij. Corne.consilio clxv.libro ij.

[redacted].

1 ¶Iudex debet iudicare secundum canones,⁊ secundum leges,non secundum suam prudentiam.
2 Prudentie nomen quid importat.
3 Commissio facta prudentie tue quid importat.
4 Doctores ecclesie si varie loquantur,cui est potius credẽdum. numero 5.



Einnitaris. ¶†Primo not.ꝙ iudex non debet secundum suam prudentiam iudicare,sed secundum decreta canonum,⁊ secundum leges: vt Abb.hic dicit.Facit text.in c.relatum.xxvij. dist.⁊ xxv.q.ij.in c.institutionis.Et sic reprobatur hic singularis prudẽtia iudicis:quia canonibus,⁊ iuri aduersatur:alias vero bene debet iudex iudicare,prout sibi iustũ videtur.§.j.in autb.iusiurand.quod prestatur ab his.⁊ ibi dicitur quod debet sequi equitatem.ad idem tex.iiij.q.iiij.in cap.j. ibi:iudices autem equitate vti debent.⁊ in l.quod si Ephesi.ff. de eo,quod cert.loc.Et hoc intelligitur de equitate informata
1 a iure[1]: a vt not.Abb.per illum tex.in c.ex parte.el ij.j.de offic.
a deleg.in iij.not.Vel in subsidium,quando ius scriptum,nõ reperitur,vt dicit tex.in c.fi.j.de transac.facit tex.in l.ij.§.itẽ Va
2 rus.in fin.ff.de aqua plu.arc.¶†Secundo not.quod verbum,
2 prudentie tue,importat liberam voluntatem[2],secundum Anton.de Butr.prout Abb.refert:ipse tamen tenet contrarium: quia hic,talia verba ponuntur improprie,vt per gl.hic.⁊ idem dicunt Imo.⁊ Moder.hic.Sed aduertendum est,quia primo Anto.de But.non videtur hic accipere prudentiam pro volũtate simplici,prout Abb.refert:sed dicit ꝙ ista verba,facias secundum tuam prudentiam:intelliguntur de prudẽtia non regulata a iure:sed per hoc nõ infertur quod pro voluntate simplici accipiantur.⁊ vere hic pro voluntate simplici non accipiuntur:quia pro libito voluntatis iste non monebatur,sed ex singulari eius prudentia,credens se facere quod iustum esset. Sed talis prudentia in iudice non attenditur,ex quo canones
3 contradicunt.⁊ istud est,quod voluit dicere tex.hic.†Secundo dum Abb.concludit ꝙ commissio facta prudẽtie tue arbitrio
3 boni viri facta videatur[3].Idem tenent Imo.hic,⁊ Mod.contra Ant.de But.per rationes,quas Abb.inducit ⁊ idem Ab. in c.j.de sequest.poss.⁊ fruc.Sed tamen prima facie opi.Anto. de Butr.probabilis videtur:quia ratio,quam Abb.potissime adducit videtur procedere in prudentia,que absolute consideretur.Secus videtur,quando prudẽtie tue aliquid committitur:quia tua singularis prudentia videtur cõsiderari,prout verba sonant.Et licet talis prudentia hic reprobetur in iudice,qui secundum iura debet iudicare,non sic videtur in cõmissione,que a volũtate partium,vel superioris regulatur.⁊ istud videtur de vi verborum.Nihilominus propter verisimilem voluntatem superioris,vel partium,que cogitauerunt de isto tãquam de bono viro,qui deberet facere,quod iustum esset cõcludendum est prout communiter doct.dicunt,quod arbitrio boni viri commissio facta intelligatur:quo casu arbitrium boni viri a iure,⁊ statutis loci debet regulari,sicut in iudice dicitur: quia bonus vir pro iudice intelligitur.l.vir bonus.ff.iud.sol.l. continuus.§.cum ita.de verborum oblig.Et ita tradit Alexã. in consil.v.puto.lib.iiij.Et ad predicta faciunt que dixi in cap.
4 j.§.eodem.Non obstat,[4]quod hic illa verba prudentie tue,non accipiuntur pro arbitrio boni viri:quia ex modo loquendi hic apparet de mente superioris quod non possunt intelligi pro arbitrio boni viri,prout in simili dixi in cap.j.§.eodem.de illis verbis,suo sensu.Vel dicamus quod quando prudentia alicuius reprobatur,non accipitur pro arbitrio boni viri,vt hic: secus si approbetur,prout est quando prudentie tue aliquid committitur,vt supra dictum est.¶Tertio nota,quod dicta
A sanctorum patrum seruari debent[A].Ad idem text.xx.dist.ca.j. in fin.⁊ idem not.Abb.per illum textum in ca.cum ab apostolica.in tertio notab.de his,que fiunt a prela.sine consen.cap.vt tradunt Moder.hic.⁊ idem Abb.in cap.cum causam.in quinto notab.de elec.in cap.primo.de offic.deleg.Et ad hoc est glo. in §.cogitatio.in ver.eloquiorum.in authent.vt iudic.sine quoquo suffrag.que dicit quod scripture diuine possunt allegari ad decisionem causarum.Sed aduertendum est,quia ista conclusio,quam pro regula ponunt Moder.hic,non videtur vera.Nam solum hoc videtur procedere in casibus,in quibus
b hoc expressum reperitur[b] vt hic,cum similibus supra allegat. Nam in talibus casibus de dictis sanctorum patrum est facta lex,vel decretalis,cui standum est,propter authoritatem summi pontificis:alias ergo secus videtur.Et ita de authoritati
5 bus aliorum authorum[5] dicunt Iacob.Butri.⁊ Pau.de Ca. in l.j.ff.si certum petatur.Et in proposito de dictis Salomonis prout tex.hic loquitur.hoc specialiter dominus Abb.tradit in cap.j.j.de presumpt.in princ.dum inquit quod ibi statur dicto Salomonis,quia a summo pontifice approbatur,alias secus:quia Salomon non habuit potestatem legis condende. Et ista ratio videtur habere locum in omnibus dictis sanctorum.⁊ Abb.hic expresse circa fin.hoc dicit,dicens quod preualet constitutio pape dictis sanctorum:quia sanctis nõ fuit data authoritas legis condende,⁊ idem Abb.in capi.qualiter.el secundo.in princ.de accu.⁊ not.gloss.xx.dist.in summa.Nam ex ista ratione absolute infertur quod dicta sanctorum non habeant authoritatem legis,⁊ ista opinio de iure verior videtur. In vno tamen casu dicta sanctorum authoritati pape preponuntur,videlicet quãdo sunt munita authoritate noui vel veteris testamenti:vt dixit gloss.no.in cap.de libellis.xx.distinct. in ver.[redacted]c,⁊ in dicto cap.[redacted]ingul. cccc[redacted].hic.Et ratio videtur:[redacted] xxv.quest.[redacted]in cap.sunt quidam.Ex quo duo inferuntur.Primum est,quod tali casu non statur dictis sanctorum propter se,[redacted] propter authoritatem veteris Testamenti,⁊ non bene verificatur quod dictum sancti preferatur authoritati summi pontificis,⁊ ideo ista limitatio non bene cadit.Secundo infertur quod in casibus,in quibus papa potest ex causa derogare iuri diuino,iuxta not.in cap.que in ecclesiarum.j.eodem.tunc constitutio Pape,⁊ authoritas eius preualeret,a cessante ratione,argumen.cap.cum cessante.de appellatio.in l.adigere.§.
4 quamuis.de iure patronat.†¶Vltimo notandum est,quod
6 si doctores ecclesie[6] vario modo loquantur,illi potius credendum est,qui in professione,de qua agitur magis peritus sit:vt no.voluit gloss.ij.in cap.vt veterum.ix.dist.⁊ Do.ibi.⁊ Mod. inferunt quod de vulnere,an sit mortale,videtur potius credendum chirurgo,quam physico.Et idem in examine doctorum,dicunt Moder,hic quod preualebunt voces illorum,qui peritiores sunt,⁊ magis profitentur facultatem,in qua quis debet approbari.Et pari ratione inferri potest quod si Bart. ⁊ Ioan.And.dissentirent:in materia legali Barto.⁊ in materia iuris canonici,potius Ioan.And.credendum esset.⁊ sic de similibus.⁊ not.Domi.in consil.cxiiij.si procurator.Et ad hoc bene applicatur questio,de qua sepenumero dubitari contingit,an magis sit standum doctoribus canonum,quam theolo
B gis[B].Et breuiter concludo quod circa interpretationem iuris diuini quo ad opera Christi quatenus interpretatio tendit ad spiritualitatem,⁊ ad cognitionem vere fidei contra hereticos,⁊ iudeos,magis credendum est theologis:sed quatenus interpretatio iuris diuini respicit moralem philosophiã, recurrendum est ad doctores iuris canonici,puta in matrimonio,in voto,in decimis,in vsuris,vt late tradit Pe.de Ancb. in disput.incipien.antiquis,⁊ modernis temporibus.refert,⁊ sequitur Ioan.de Anan.in cap.in ciuitate.de vsur.Alexand. in consi.j.lib.ij.Et ad hoc bene facit quod voluit Hosti.in cap. j.de consangui.⁊ affini.quem Abb.post alios sequitur,vbi concludit quod si eligendus sit episcopus in loco,vbi plures sint
c heretici,theologus debet preferri.Si[c] vero causarum ventilatio ibi frequens sit,canonista preferendus erit.

¶Additiones.

A ¶Debent.Adde notata per dominum Felinum hic.⁊ in cap. secundo.versicul.de libris autho.versicul.authoritates diuine scripture.de rescrip.⁊ per Alexand.in l.prima.versic.circa tertiam partem.ff.si certum petatur.Et authoritates diuine scripture allegari possunt in causis decidendis sicut leges.ita dicit Bald.in authentic.ad hec.in versicul.quero nunquid vsure.C.de vsuris.

B ¶Theologis.Adde quod doctor theologie ratione subiecti alijs est dignior:vt notant doct.in cap.clerici.de iud.vbi Dec. ⁊ ponit idem Dec.in rub.ff.si certum petatur.Et vide eundem in l.cum quid.in versicu.secunda regula.eodem titu.vbi ponit quando ⁊ quibus casibus doctor Theologie canonistam pre

cedat. de quo etiam vide per eundem in dicto capitulo clerici. de iudic.

Hier. Sig.

1 ¶ A iure. Aliter Dec. in cap. ex parte. in iij. notab. de offi. deleg. in l. si tibi. in v. not. ff. si certum pet.

2 ¶ Voluntatem. Adde Felynum in cap. primo. §. eodem. Alexand. in l. si sic. ff. de legatis primo. vbi multum eleganter discutit, & respondet ad istum textum. & vide infra in secunda lectura. in principio.

3 ¶ Videatur. Vide Jaso. in l. si sic. ff. de legatis & fideicommissis primo.

4 ¶ Non obstat. Hec fuit responsio Alexand. in dicta l. si sic. ff. de legatis primo.

5 ¶ Authorum. Idem Jason in l. illam. in ij. notab. C. de colla. in l. j. ff. si certum pet.

6 ¶ Ecclesie. Vide Dec. in cap. proposuisti. in vltimo notab. de probatio. & an credatur illis sine iuramento Jas. in repet. l. admonendi. ff. de iureiurando.

Silvest. Aldob.

a ¶ A iure. Bald. in rubric. C. de constitut. pecu. consilio xcvij. libro secundo. secundum veterem, alias consilio cj. libro tertio. secundum nouam impressionem, dixi in consuetud. Parisi. §. xlj. numero 86.

b ¶ Reperitur. Idem Dec. §. de offic. deleg.

c ¶ Preferri. Hostien. sequitur gloss. pragam. titu. de collation. §. insuper. versicu. habeant. At Anton. par. iij. titul. xxj. cap. secundo. §. octauo. censet ceteris paribus preferendum theologum. [redacted]

Secunda lec. c. Ne innitaris.

¶ Primo not. secundum Abb. iudicem non debere iudicare secundum voluntatem suam, & ideo quando fertur sententia, si

1 citatio facta sit ad audiendum voluntatem iudicis, nō valet[1], vt tenet Rota in xvij. decisio. retento eodem themate. de re iudicat. in nouis. Mathesil. in notab. viij. & Joan. de Anan. post Jmo. in cap. ad petitionem. de accusation. debet enim exprimi ad audiendam sententiam: vt not. Domi. in cap. ij. in v. notab. de dolo & contumac. in sexto. & per gloss. in clement. sepe. in verbo, ad id. de verborum signifi. cum similibus. vt tradunt Moder. ibi. & in cap. consuluit. de offic. delega. Similiter non debet iudex iudicare secundum suam prudentiam, vt hic dicitur. & sic reprobatur singularis prudētia iudicis que canonibus aduersatur, declarando vt dixi. Et adde quod etiam scrupulosa conscientia iudicis reprobatur: quia debet secundum iura, & iudicium rationis confirmari. vt not. Abb. in cap. & si questionis. in princip. de simo. & idem Bald. in l. secunda. C. de sentent. ex breuicul. recit. Abb. in cap. constitutus. in secundo notab. de appellat. cum similibus. vt dixi ibi. ¶ Secundo not. secundum Anton. de Butr. quod verbum, prudentie tue, importat liberam voluntatem, Aliter tamen Abb. dicit hic, de quo concludendum est, vt alias dixi. Et adde quod pro opinione Anton. de Butr. facit quod prudentia quandoque accipitur pro simplici scientia, & voluntate. l. qui edes. ff. de incend. rui. naufrag. ibi: si modo sciens prudens. & facit text. in cap. fina. de desponsa. impuberum. Sed pro opin. Abb. facit, quia prudentia proprie accipitur pro voluntate regulata, & maturo consilio. cap. statutum. §. notarium. de rescript. in vj. ibi: prudenter refrenet. & in proe. digestorum. in princ. ibi: prudentia nostra. & in proe. instit. in §. & cum sacratissimas. ibi: veteris prudentie. & in versi. fi. ibi: viri prudentes nobis obtulerūt. Et ideo dicitur ꝙ oportet episcopum esse prudētem. xxxvj. dist. in prin. & c. qui reliquistis. ea. di. vbi dicitur: Estote prudentes sicut serpentes. ¶ Tertio no. secundum Abb. quod dicta sanctorum patrum seruari debent pro lege. qui text. tamē hic loquitur de decretis patrum simpliciter, & non de dictis sanctorum. Et isto modo etiam loquitur tex. in l. abolitionem. C. de adul. ibi, patrum decretis. doc. tamen communiter dicunt quod dicta sanctorum possunt allegari in decisionibus causarum. Sed ego alias dixi hoc non esse verum, nisi in casibus, in quibus hoc expressum reperitur, in quibus de dictis sanctorum est facta constitutio ecclesiastica: vt de dictis Salomonis not. Abb. in c. j. de presumpt. Et in simili de dictis poetarum no. Paul. de Cast. in l. j. ff. si cer. pet. Sed nunc addatis ꝙ in dictis sanctorū hoc expressum reperitur generaliter, quod habeāt authoritatem iuris: vt probatur in c. j. in fi. xx. dist. vbi expresse dicitur quod in causis diffiniēdis dicta sanctorum secundum obtinent locum, videlicet post summos pontifices: & sic inducuntur quatenus canonibus non contradicunt. & fecit text. in c. cum ab apostolica. vbi Abb. in iij. not. de his, que fiunt

5 a maio. par. capi. † Notandum tamen est, quod quādo in dictis sanctorū esset diuersitas, quia vario modo sentirent, tunc quis potest eligere opinionem quā velit: vt no. Jo. And. hic, & Bal. in l. captatorias. versic. & scias. C. de testa. mili. cum simil. vt tradunt Moder. hic, & Alex. in cōsil. v. lib. ij. & Joan. de Ana. in c. j. de hereti. Et hoc intelligendum videtur, nisi opinio alterius esset cōmuniter approbata: quia ab illa non esset recedendum, per ea, que dicta sunt in cap. j. §. eod.

[redacted] ¶ Additiones.

1 ¶ Non valet. Et idem tradit Maria. Soc. in trac. de citat. artic. xx. q. xviij. Dec. in c. consuluit. de offic. deleg.

Sil. Ald.

1 ¶ Consuetudo quod canonici percipiant fructus in absentia valet.

2 Aliud in distributionibus quotidianis. 3.

4 Annexio potest fieri prebendis, que sunt tenues.

5 Statutum si factum sit in odium alicuius persone potest ab eo appellari.

Pars maior non potest disponere in preiudicium non consentientium, quando res est communis pluribus vt singulis contra numero 6.

7 Factum a maiori parte vniuersitatis vt valeat, absentes debent vocari.

8 Canonici in actibus vniuersitatis, & collegij, debent simul congregari: & non sufficit quod separatim consentiant.

9 Canonici quod omnes consentiant in vnum congregati, necesse est, etiam in actibus pertinentibus ad singulares, quādo maior pars potest preiudicare minori.

10 Distinctio est habenda in vestibus, & cibarijs inter personas.

11 Collegiati quot debent interuenire in actibus vniuersitatis.

12 Nomina singulorum an debeant inscribi in actu communi.

1 Cum omnes. ¶ Primo † no. cū glo. fin. ꝙ valet con-

1 suetudo vt canonici percipiant fructus beneficiorum non residendo[1]. Et idem tenet gloss. in c. dudum. el ij. in gloss. pe. de elec. in c. ad audientiam. de cler. non resi. in glo. j. & in c. fin. de

2 rescript. in vj. † Secus tamen est in distributionibus quotidia-

2 nis, in quibus non valet consuetudo[2]: vt no. gl. in c. j. per illum text. in ver. improbantes. de cler. non resid. in vj. Et hoc verum intelligitur, nisi esset dubium in iure, an deberentur: quia tunc valeret consuetudo: vt in not. casu tradit Bal. prout reperitur inter consi. Car. in consi. liij. dico quod iste quotidiane distributiones. vbi propter consuetudinem ecclesie approbat opi. Jo. An. in c. cum olim. de re ind. & sequitur ibi Car. qui illi consilio subscripsit. Et ad hoc facit quod singulariter voluit Anto. de But. in c. cum dilectus. de consuet. ibi. ex quo infertur quod licet non valeat statutum episcopi contra ius, tamen ex consuetudine cōtra ius potest interpretari, & quod de se operatur statutū virtute consuetudinis extenditur, & dicit hic esse no. quia

3 alibi non habetur. ¶ † Secundo no. valere statutum cōtra cō-

3 suetudinem, que erat de non residendo[3]. & not. Host. & doc. in c. ad audientiam. de cle. non resi. & Abb. ibi post alios. & do. Abb. in c. cum M. in ij. not. §. eo. tit. Et hoc in isto casu clarum videtur: quia per statutum res ad ius commune reuertitur, ꝙ est quod beneficiati residere teneantur. c. peruenit. el ij. de appel. c. inter quatuor. c. conquerente. & c. pe. de cler. non resi. Et ideo ta

a le statutum reputatur fauorabile[a], vt per glo. in c. statutum.

a in ver. numerandum. de preben. in vj. Alias tamen extra istum casum etiam sepenumero reperitur, ꝙ a statuto cōsuetudo tollatur. in l. eos. C. de vsu. in aut. nauigia. C. de fur. & in cle. statutū. de elec. & ibi per glos. in ver. consuetudine. quod per hoc futura consuetudo tolli nō videtur: de quo late scribit Alex. in l. si mi-

4 hi, & tibi. §. fi. de leg. j. ¶ † Tertio no. ꝙ singularia bona capituli annecti possunt prebendis, que forte tenues sunt. Et idem de capellis Abb. hic dicit. Et adde quod si non sint bona, que applicari possint, episcopus debet de bonis suis supplere: vt not. Abb. in c. exposuisti. de preb. & idem Abb. in c. iij. in gl. ij. de ecc. edi. facit quod idem Abb. dicit in c. fi. circa fi. eo. tit. de eccl. edi.

4 ¶ Quarto no. ꝙ canonici dicuntur successores[4]: & hoc secundum Abba. largo modo intelligitur. Proprie vero canonicus non dicitur habere successorem: vt per gl. in c. quod sicut. in ver. cōsentire. circa fi. de elec. vbi Abb. not. Bar. in l. bonorum. in fi. ff. rem

b ra. hab. Do. in c. si duo. de procur. in vj. Et ideo non potest con-

5 trahendo obligare[b] successorem[5]: vt tradunt Jmo. & doct. in c.

fi. ne

si.ne prela.vices suas. Ange.in consi.ccxlv.quia omne bonum.
Sic ⁊ commissio facta canonico ad successorem eius non porri-
6 gitur[6]: vt not.Jo.And.in c.quoniam Abbas.de offic.delega.
Bal.in l.si plures.C.de cond.inser.Pet.de Anch.in reg.priui-
legium.versi.sed iuxta predicta quero.de reg.iur.in vj.Domi.
in c.statutum.de rescri.in vj.Jmol.in cle.⁊ si principalis.de re-
5 scrip.⁊ in c.dilecto.de preb.¶ †Quinto no.[5] s'm Abb.text.hic
B pro opin.Barto.in l.omnes populi.ff.de iusti.⁊ iure.vbi voluit
c quod si factum sit statutũ in odium particularis persone,[c] ab
7 eo possit appellari[7]:argum.l.j.in fi.ff.de excep.do.⁊ idem tenet
Abb.in c.consuluit.el iij.de pact.Bald. in l.j.in princ.ff.de leg.
cum concord.vt tradunt Moder.⁊ adde Alex.in consi.clxxix.
mature digestis.in ij.lib.⁊ idem Alex.in consi.cxix.visis,que in
themate.in iij.lib.⁊ dixi in dicto ca.consuluit.Secundo in ista,
questione Abb.tenet q̃d etiam si appellatum nõ fuerit,nihilo-
d minus reclamari[d] potest: quia extraiudicialia non transeunt
in rem iudicatam.⁊ Moder.simpliciter sequũtur. Et propter
hoc in proposito dicit Bal.in l.j.§.similique modo. in fin.C.de
Lati.lib.tol.quod fortior est sententia iudicis quã statuti.No-
tandum tamen est quod talis facultas non est perpetua,sed so-
e ¶ Clausula solita. Dec. cons. cccccxxxiij. in l. semper in stipulationibus. de reg. iur. in l. vt liberis. C. de colla. Hip. Mars. sing. cxxiij. Pet. Girar. sin. xlj. Fran. Rip. hic, nu. 39. cum seq. Limita vt dixi ad Alex. cons. xxvij. lib. ij. cons. clxiij. lib. vij.

f ¶ Consuetum. Pet. Ancha. repet. c. si propter tua debita. iiij. oppositio. de rescri. in vj. Alex. consi. xxxvij. nu. 9. lib. ij. vbi dixi.

g ¶ Codicillaris. Sed imo verior est opi. Barto. nisi quando ex alijs verbis testamenti apparet de mente, vt quia dixi, velle valere testamentum in vim donationis causa mortis, vel alias, licet verbum codicillus, esset omissum, vt nuper de facto cõsului.

h ¶ Communiter. et bene, Fran. Ripa hic, nu. 55.

i ¶ Speciale. Idem Francisc. Ripa nume. 58. per clement. religiosus. de proc.

k ¶ In integrum. Proprie non est speciale ob ipsam restitutionem, sed quia contrauenitur facto, cuius rescissio petitur, que dependet a voluntate: que non presumitur mutata contra factum proprium. Quare idem est si petatur rescissio ex l. ij. C. de rei vend. licet ibi mero iure agatur, sine restitutione: tamen contrauenire facto proprio non venit in generali mandato: nisi hactenus vt temporis prescriptio interrũpatur et remedium, vel beneficium iuris conseruetur. quod nota, quia nullus adhuc tetigit.

l ¶ Solutionem. Nemo dubitat sic recipi posse: sed questio est, an exigere ab inuito, in quo quicquid dicat Decius vera est communis sententia quod nõ potest sine mandato sufficienti ad tutam apocham, et cum communi Fran. Ripa hic, nu. 60.

m ¶ Ulterius. Sed quicquid dicat Dec. vera est opi. Fel. et communis. Fran. Ripa hic, nu. 61. 63.

n ¶ Protestationis. Late Fel. hic, Fran. Ripa. nu. 68. vsque ad nu. 166. Anto. rub. repe. §. morte. in l. non solum. ff. de oper. noui nunc. Alci. l. detestatio. de verb. sig.

o ¶ Non valet. [redacted]

p ¶ Ipsi creditori. Idem Jas. d. §. morte. Fran. Ripa hic, num. 125. Alciat.

125.Alex.d.l.detestatio.⁊ est communis opin. Sed verius puto non sufficere, nisi creditor aperte consenserit protestationi, vt vult Prepo.Mediol.in c.solicitudinem.de app.Anto.Rub. in d.§.morte.nu.321.347.

q ¶ Verior.Alex.cons.lxxviij.nu.1.lib.j. vbi dixi Anto.Rub.d.§.morte.nu.327.

r ¶ Secus.Idem Felin.hic,nu.20.⁊ in c.Jacobus de simonia. Sed quod etiam statutum valeat,tenet Alber.j.parte statu.q.lxvj.vide Fran.Rip.hic,nu.175.Aufre.in addi.decis.Tholos. cccxij.glos.pragmat.de annatis.ver.consuetudines. Clamasi. versi.Simonia.ij.§.v.Deci.cons.cxviij.

s ¶ Sponte.Dec.j.de rescrip.c.ex tenore.in fi.cons.dcxc.nu.9.⁊ plenius cons.xxij.

t ¶ Quod tacite.Franc.Ripa hic,nu.177.Dec.j.de preb.c.relatum.Semi.cons.lxxxiiij.glo.pragmat.tit.de colla.§.sequuntur. vers.voluerit.Decius in d.c.significasti.nu.17.

1 ☞ Statuta quot modis dicantur esse contra libertatem ecclesie. nu.2.3.4.5.
6 Loca,que sunt de foro ecclesiastico, non subijciuntur statutis laicorum.
Quid de clericis in minoribus ordinibus.
7 Persone ecclesiastice que dicantur.
8 Clerici an includantur appellatione populi.
9 Etiam,dictio includit casum magis dubitabilem.
10 Districtus,hoc verbum respicit territorium.
11 Religiosus,hoc verbum capitur multis modis.13.
12 Conuersi an dicantur laici.
14 Remedium nouum tollit superfluitatem, quando affert aliquam vtilitatem:alias non.
15 Dispositio, que generaliter loquitur, an includat personas constitutas in excelsa dignitate.
16 Statuta laicorum approbare,spectat ad Papam.
17 Papa vtrum possit se subijcere iurisdictioni Imperatoris.
18 Bona patrimonialia clericorum an gaudeant priuilegio bonorum ecclesie.
19 Sententia lata absque citatione,qualiter,⁊ quando sit nulla.
20 Citatio non est necessaria,quando quis presens est in iudicio.
21 Monitio iudicis sedentis pro tribunali, habet vim citationis,⁊ peremptorij.
22 Citatione facta,si iudex procedit,non data copia parti ad defendendum,sententia est nulla.
23 Sententia est nulla prolata a iudice non informato de meritis cause.
24 Constitutio Imperatoris, que specialiter loquitur de clericis,⁊ rebus ecclesiasticis,an valeat.27.
25 Lex ciuilis generaliter loquens, ⁊ que non potest seruari sine peccato,non valet.
26 Legatum an possit prescribi per legatarium, qui non habet notitiam testamenti.
28 Lex ciuilis quando deuiat a iure canonico, ⁊ implicat peccatum,debet seruari in foro suo.
29 Ab hac regula excipiuntur plures casus.30.31.32.33.
34 Lex ciuilis tollens lucrum in materia spectante ad ecclesiam, non valet.
35 Pene omnes,que imponuntur mulieri transeunti ad secunda vota sunt indistincte sublate.
36 Statutum laicorum quod mulier sine consensu patris nō possit contrahere matrimonium,non valet.
37 Lex ciuilis si disponat circa temporalia ad actum spiritualem,sicuti de dote,valet.
38 Iudex secularis potest supplere negligentiam iudicis ecclesiastici, etiam si preuenisset.
39 Lex ciuilis,si disponit circa actum spiritualem,lex vero canonica contradicit statur iuri canonico. 41.
40 Episcopus potest mulierem non suspectam retinere in domo secundum iura canonica.
42 Leges, ⁊ statuta laicorum concernentia ordinem iudiciorum, sunt seruanda,etiam contra clericos.
43 Clericus litigans in foro seculari, an poterit appellare ante sententiam diffinitiuam.
45 Statum laicorum compellens ad compromissum, an habeat locum in clerico litigante in foro seculari.
46 Statuta facta contra consanguineos clericorum, an valeant.
47 Statutum laicorum,quo cauetur quod idem ius reddatur clericis in foro seculari,quod redditur laicis in foro ecclesiastico, an valeat.
48 [redacted]
49 Sta[redacted]
50 Statuta inferiorum a [redacted] disponant contra clericos,non valent.51.52.
53 Statutum disponens quod extantibus clericis masculis femine excludantur, an valeat.
54 Ecclesia habet priuilegiū,vt acquirat dominiū sine traditione.
55 Statutum Mediolani,quod nullus subditus potestati Mediolani, possit alienare in non subditum, nisi soluat tantum pro libra,an alienatio possit fieri in personam ecclesiasticam.
56 Statutum an loquatur in rem, vel in personam multū refert.
57 Clericus negotiator,tenetur soluere gabellam.



Ecclesia sancte Marie.

¶ Ne ad huius famose decretalis interpretationem protinus accedamus, premittendum est primo secundum Bal.in ru.§.e.tit.in princ.
1 in vers.quero an fit differentia.quod licet† statutum contra ius ecclesie, vel contra libertatem ecclesiasticam neutro casu valeat,vt hic,tamen qui statuit contra libertatem ecclesie,plus punitur.auth.cassa.C.de sacros.eccl.non minus.c. aduersus.de immu.ecc.Quod dictum prima facie non videtur procedere sine dubio:quia vbi maius delictum est,maior pena
1 requiritur,cum pena debeat delicto commensurari [1 a]. xxiij.
a q.j.in c.non afferamus.no.Bartol.in l.leuia.in princ.ff.de accu. Bal.in auth.clericus.de epis.⁊ cler.⁊ in l.j.vers.quarto opponitur.C.qui acc.Cald.in cons.j.in tit.de acc.⁊ tradit gl.ij.in c.proposito.xxvij.q.j. Et maius delictum videtur in eo,qui statuit contra ius eccl'ie,quia tollit ius commune,quam in eo,qui contra libertatē ecclesiasticam constituit,quia tollit priuilegium. argu.l.eius militis.§.militia missus.ff.de test.mi.ergo plus debet puniri.Sed potest responderi ꝙ semper non est verum,ꝙ pro maiori delicto maior pena imponatur: nam propter frequētiam delicti,vel propter maiorem inclinationem ad delinquendum,maior pena quandoque pro minori delicto imponitur:vt per gl.in d.c.proposito.⁊ in c.admonere.in verbo,existimes.xxxiij.q.ij.per illum text.vbi maior penitentia imponitur
2 interficienti vxorem,quam matrem [2]: quia vt gl.ibi dicit, homines proniores sunt ad interficiendum vxores, ⁊ ita videtur dicendum in casu isto. Nam laici clericos oppido infestos ha-
3 bent [3], vt dicit ij.q.vij.in c.laicos.⁊ hoc maxime,pretextu libertatis ecclesiastice,in qua clerici sunt melioris conditionis, quā seculares,⁊ ex hoc maior inuidia concitatur: ⁊ ideo proniores sunt laici ad statuendum contra libertatem ecclesiasticam,⁊ sic contra priuilegia ecclesiarum,vel clericorum:vnde vt retrahātur ab eo,in quo magis inclinātur,maior pena statuitur. Quātum tamen ad hoc quod statuta sint nulla,⁊ non valeant in pre-
4 iudicium ecclesiasticorū [4], pluribus modis dicuntur esse ꝯ li-
2 bertatem ecclesiasticam.† In primis ꝑm Inn. in c. nouerint. de sent.exc.sunt illa statuta, que veniunt cōtra priuilegia cōces-
a sa ecclesijs a Deo,vl' a Papa vl' ab Imperatore [a 5], ⁊ sequū-
5 tur,ibi Host.Jo.An.Pet.de Per.⁊ Abb.post alios in d.c.nouerint.⁊ Cy.Bar.⁊ Sal.in aut.cassa.C.de sacros.ec.⁊ idē Bar.ī ꝯs.clxxxvij.dñi prioris.⁊ in l.j.in vers.quinto q̄ro. C.de sum.tri. Bald.in ru.§.e.in prin.ver.sed quero.⁊ in auth.statuimus.in fi. C.de epi.⁊ cle.Pe.de Anch.in c.j.§.e.in ver.q̄ro igitur.Car.in c.ppendimus.in iij.q.de sen.exc.Abb.in cons.lxiij. videtur pri-
3 mo.in prin.li.j.†Secundo, qn̄ auferuntur ea,que concessa sunt ecclesijs,vl' ecclesiasticis psonis de iure cōmuni.canonico,vel ci-
6 uili [6].vt no.Ant.de But.in d.c.nouerint.vbi inquit ꝙ libertas magis tollit in his,que cōpetunt de iure cōmuni.alle.c.fin.de reb.ecc.nō ali.⁊ c.fi.de vi.⁊ ho.cler.⁊ idē Ant.de Bu.in c.cū terra.per illū tex.de elec.cū cōc. vt tradit Alex.in l.filiusfamilias. §.diui.de leg.j.⁊ idem Alex.in ꝯs.ccx.visa facti.li.ij.⁊ in ꝯs.ccix. eo.li.⁊ idem sequit Alex.in cons.xvij.viso instrumento.lib.iiij. Andr.Sic.late in cons.xxxj.lib.iiij.⁊ idem tenet Lap.alle.xcij. inspeximus. Et ideo qn̄ statuitur, ꝙ clerici non possint ꝯhere cum laicis,dicitur statutū ꝯ libertatē eccl'ie:vt no.Domi.in c. fi.in ij.not.de immu.ecc.in vj.⁊ idē Card.in ꝯs.cxliiij.super thémate.⁊ statuta,que subtrahūt libertatē, seu obedientiā Pape, dicuntur ꝯ libertatem ecclesie:vt not.Do. per illum tex.in c.ij.
4 §.ceterum.in iiij.no,de ver.sig.in vj.†Tertio cōtra libertatem
7 ecclesie dicuntur illa statuta,ex quib⁹ clerici timidiores [7 b] red-
b duntur:vt voluit Bart.in d.aut. cassa.vbi exemplum ponit, si minor pena imponat pro homicidio commisso in clericū, quā in laicum.⁊ idem Bart.per illum text.in l.j.§. que onerande.ff. quarum rer.actio non datur.vbi Ange.sequitur,⁊ do. Abb.in d.c.nouerint.Pet.de Anch.in loco supra allega. ⁊ idem Abb. in cons.lxxviij.presens dubium.in princip.lib.j.⁊ Pau.de Castro in consilio cccxxxv. primum dubium. Et isto casu tollitur clericis, quod de iure communi eis conceditur. Unde ista conclusio sub conclusione precedenti satis includitur.

5 Quarto † cōtra libertatem ecclesie etiā statutū dicitur quādo
est cōtra libertatem vnius ecclesie particularis: quia qui facit
iniuriam vni ecclesie, totam Dei ecclesiam offendit: vt notat
Bal. in l. j. in repetit. C. de summa trinit. Et in hoc reprehendit
Innoc. qui videtur aliter voluisse in dicto c. nouerint. & refert
do. Joan. Baptis. de sancto Seuerino in l. omnes populi. ff. de
iustitia & iure. & idem Sal. in authen. cassa. in ij. q. C. de sacrosan.
eccl. vbi circa hoc notabiliter loquitur. Et hoc idē voluit Car.
in dicto c. perpendimus. in iiij. & v. q. & ibi prius late declarat
in quibus libertas, & immunitas ecclesiastica dicatur consiste-
re. Et in ecclesia particulari rationem adducit: quia vniuersa-
lis ecclesia offenditur, sicut in vno clerico, qui coram seculari
conuenitur, quia toto ordini clericorum derogatur. c. si diligē
ti. de foro competen. Et ista libertas concessa ecclesijs dicitur
etiam de iure diuino. c. quanquam. de censib. in vj. glos. nota. in
c. si Imperator. xcvj. distin. in verbo, discuti. facit ille tex. in d. c.
si Imperator. & text. xj. q. j. c. in sacerdotibus. & in c. Syluester. &
x. distinct. in c. certum est. el j. & in c. solite. vbi Abbas not. illum
tex. & inducit, de maiorit. & obedient. facit etiam tex. xxj. dist. c.
j. & not. Oldra. in consil. lxxxiij. an episcopus. Cardina. in c. per
pendimus. de senten. excommunica. Et propter hoc concludit
Rot. in x. dec. in titu. de consuet. in antiquis quod nō valet con
suetudo quod rex Anglie habeat iurisdictionem in clericos,
nec Papa etiam circa hoc, saltem vniuersaliter, potest dispo-
6 nere: vt not. Cardin. & Mod. in c. ij. de maior. & obed. ¶ † Se-
cundo principaliter premitto quod persone, & loca, que sunt de
foro ecclesiastico, statutis laicorum non subijciuntur: quia fo-
c rum sortiri, & statutis ligari, a pari [c] procedunt [8]: vt not. Inn.
8 in rubri. j. de consuet. vbi Anto. de Butr. refert in ver. vnam re
gulam habetis, & dicit quod istam regulam posuit Bald. in dis
putatione incip. statuto. & idem Archid. in viij. dist. c. quo iure.
Spec. in tit. de constitu. §. j. versi. & nota. Et ita arguit Cuman.
in consi. cxxxix. P. laicus. Pau. de Castr. in consi. lxix. visis. vbi
allegat Fede. in consil. xcvj. apparet. & ibidem Alegan. in con-
sil. ccix. ponderatis. lib. ij. & ideo clerici omnes, etiam in minori
9 bus ordinibus constituti [9], cum sint de foro ecclesie. c. cum non
ab homine. de iudi. in c. ij. de foro compet. in c. clericum. in c. nul
lus. xj. q. j. laicorum constitutionibus non adstringūtur. Et me
rito, dicit Bald. in c. cum venissent. de eo qui mitt. in poss. quod
statutum laicorum de compromissis necessarijs non ligat cle-
D ricos, etiam in minoribus [D] constitutos [10]. Et ista etiam pro
10 cedunt in clericis prime tonsure: quia habent immunitatem ec
11 clesie [11]: vt per gloss. in c. nullus. in verbo, tonsura. de temp. or-
di. in vj. & gaudent priuilegio fori: vt not. Hostien. in c. cum con
tingat. de eta. & qualita. Abb. in d. c. cum non ab homine. Nam
clericus prime tonsure idem est, quod cantor, secundum glo. in
d. c. cum contingat. & isti omnes clerici dicuntur. xxj. dist. in c. cle
ros. lxxij. dist. in c. clericum. xj. q. j. c. de persona. ver. ne vero. cū si.
vt per gl. in d. c. cleros. & i d. c. si quis suadente. xvij. q. iiij. Et qa,
sm canones, prima tonsura dicitur ordo. d. c. cum contingat.
in fi. facit tex. xxvij. q. j. c. si quis episcopus. xliiij. distin. c. non o-
portet. el j. Unde consonat quod iura, que loquuntur in priui-
legio fori, vniuersaliter de clericis, in quibuscunque ordinibus
constituti sint. d. c. cum non ab homine. & in d. c. clericum. xj. q. j.
e etiam in clericis prime tonsure [e] verificentur: & per consequēs
statutis laicorum nō subijciantur. Et idem esset in clericis con
12 iugatis: quia in casibus, in quibus retinent priuilegium fori [12],
vt in capi. j. de cler. coniug. in vj. pariter etiam a statutis laico-
13 rum eximantur [13], per supra dicta. Et hoc specialiter late tra
dit Lap. allegatione cxviij. queritur non leuiter an clericus.
Et non solum in clericis, sed idem generaliter dicendum est in
omnibus personis ecclesiasticis, de quibus expresse textus hic
7 dicit, ibi: super ecclesijs, & ecclesiasticis personis. † Et que di-
cantur ecclesiastice persone, not. per gloss. in c. quisquis. xvij. q.
iiij. in c. duo sunt. xij. quest. j. in c. vt lex. xxvij. q. ij. in verbo, eccle-
siasticis. Et sunt omnes persone, que gaudent priuilegio fori,
de quibus doctores tradunt in c. ij. de foro competen. Et predi
cta non solum locum habent in ecclesijs, de quibus textus hic
f loquitur, sed etiam in omnibus locis pijs [f], cum sint de foro
ecclesie, & ecclesijs equiparentur. c. fin. vbi Abbas in tertio no-
tab. de testamen. capi. accedentibus. vbi Abbas in ij. notabi. de
priuilegijs. not. in c. de quarta. de prescript. Et ideo statutum
13 laicorum non ligat hospitale [13], vt tradit Anton. de Butr. in
consi. xl. nulla est dubitatio. Abb. in consilio xxvi. videtur quod
si: quanquam. Alegand. in consil. ccviij. statutis accurate per-
spectis. libro secundo. Facit tex. in l. omnia. & quod ibi Bartol.
C. de episcopis & cleric. cum similibus. Et generaliter omnia,
que sunt de foro ecclesiastico, statutis laicorum non subijciun-
8 tur, per supra dicta. ¶ † Tertio nō impertinenter queritur,
g an appellatione populi [g], clerici includantur, cum hic tracte

14 tur an statuta populi, vel laicorum, ad clericos extendātur. 14
Et primo pro parte negatiua faciunt plura, in quibus clerus,
& populus, tanquam diuersa ponuntur, in c. quod sicut. de ele-
ctio. in fin. ibi: cleri, & populi. in c. fina. de ferijs. ibi: cum clero, &
populo. in ca. ex parte. el primo. de priuilegijs. ibi, clerum & po-
pulum. & text. in c. vbi periculum. §. super his. de electionibus.
in sexto, in capit. j. de censi. in sexto. in c. vt commissi. de heretic.
in sexto. in clementina prima de reliquijs & veneratio. sanctor.
Cum enim copula ponatur inter diuersa, vt not. in rubri. ff. de
iuris & facti ignorantia. bene infertur quod appellatione po-
puli clerus non comprehendatur. Et ita arguit Abb. post cle.
in alios. in c. j. per illum tex. de prebend. Cardina. in plerisque.
de electionib. Dominicus in capitulo qui in aliquo. per illum
textum. lj. distinctio. ad idem text. lxiij. distinctio. c. nosse. & xciij.
distin. c. miratus. cum similibus. Sed ad ista iura dupliciter re
sponderi potest. Primo quod appellatione populi clerus con
tineatur. non tamē clerici dicuntur esse de populo simpliciter
sed vltra qualitatem popularem alia conditio in ipsis clericis
reperitur, cum sint sorte electi, & diuino officio mācipati: vt di-
citur, in c. duo sunt. xij. quest. j. & xxj. dis. in c. clericos. & in c. cum
secundum de prebend. & propter talem qualitatem iura distin-
cte loquuntur de clero, & populo, non quod diuersa sint, sed tā-
quam genus, & species se habent. vt in rub. C. de ser. & aqua. Le
gitur in Euangelio, discipulis, & Petro. Fit enim ista specia-
lis mentio ad maiorem declarationem. Nam forte videbatur
quod sub nomine populi non comprehenderentur populares
qualificati prout sunt clerici: ad remouendam hanc dubitatio
nem iura sepenumero de clericis specialiter loquūtur. Ad hoc
bene facit text. in l. quesitum. §. penultimo. ff. de fundo instruct.
Uel quia i illa specie est aliquid plus, quam in alijs speciebus,
ideo nominatim specificatur: argument. l. item apud Labeo-
nem. §. ait pretor. ff. de iniurijs. Secundo respondetur, & aduer
tendum est, quod omnia iura supra allegata primo nominant
clerum, deinde populum, quo casu appellatione cleri non ve-
nit populus: quia premissa nominatione cleri, necessaria fuit
nominatio populi, ex quo materia erat communis, & non so-
lum clericis, sed omnibus alijs competebat. Argumentum
quod fit de iuribus supra allegatis haberet locum, quando pri
mo populum, & postea clerum nominarent: quia tunc nomina-
tio cleri post populum non esset necessaria, si sub nomine po-
puli contineretur: sed predicta iura semper prius de clero lo-
quūtur: quod non videtur fuisse factum sine ministerio, ex quo
ita vniformiter semper reperitur. Prima tamen responsio ma
gis satisfacit. Secundo pro ista parte facit tex. xij. questio. pri-
ma capitulo duo sunt vbi dicitur quod duo sunt genera Chri
stianorum, clerici, & laici: ergo non videtur quod sub vno gene
re veniant illi, qui de illo genere sunt. Sed respondetur quod
ille text. loquitur de clericis, & laicis, qui sunt tanquam species
opposite, vt probatur in capitulo j. de vita & honestate clerico-
rum. questio nostra est de populo, & clero, que nomina tāquam
species, & genus distinguunt, vt dictum est. Et verevnicū est ge
nus Christianorum, quia omnes sunt Christiani, & appellatio
ne Christianorum ita veniunt laici, sicut clerici, vt ibi colligi-
tur, & in l j. C. de summa trinita. & fide catholica. Unde verbum
genera, ponitur ibi pro speciebus: quasi dicat, due sunt spe-
cies: vt in simili habetur in lege tertia. §. genera. ff. de acquiren
C da possessione. [C] Tertio hoc videtur efficaciter probari in ca
pitulo si sententia. de senten. excommunicatio. in sexto. vbi si
sententia interdicti proferatur in clerum, populus interdi-
ctus nō videtur, & econtra: & sic vno ipsorum interdicto, alius
licite admittitur ad diuina. Ergo datur intelligi quod ap-
pellatione populi clerus non includatur. Confirmatur hoc,
dum dicit idem econuerso: videtur enim textus equiparare
istos casus. Unde sicut appellatione cleri populus non conti-
netur, vt clarum est, ita econtra, appellatione populi non de-
bet clerus contineri. Sed tamen etiam ad illum textum re-
spondere potest, & dico quod licet ibi interdicto populo, cle-
rus non includatur, hoc prouenit ex eo, quod de vi sermo-
nis, non veniat clerus appellatione populi, sed ibi hoc specia-
liter disponitur contra propriam naturam verborum: quia in
clericis agitur de maiori preiudicio, vt illi interdicti sint, ad
quos rerum diuinarum administratio pertinet. Unde inde-
finita non equipollet vniuersali, quando diuersa ratio repe-
15 ritur [15]: vt nota. in rubrica de regulis iuris in sexto bonus
textus in l. quesitum. §. illud. de legatis tertio. Et patet in simili
de episcopo: nam episcopatus est dignitas, & quidem culmen
16 dicitur dignitatum [16], in capitulo venerabilis. de prebend. &
tamen dispositio, que de habentibus dignitatem simpliciter
17 loquitur, non includit episcopos [17]. c. dilectus. de concessio.
preb. c. inquisitores. de here. in vj. in c. quia periculosum. de sen-
tent. ex

tent.excom.in vj.Secundo respondetur,& dici potest quod ibi
per extensionem de nouo hoc inducatur,& sic Papa ita decla-
rando intētionem suam vlterius procedit,alias ergo secus vi-
detur,arg.tex.in l.j.& quod ibi Bald. C.si rector prouinc.Et in
simili not.Bartol.in authen.quas actiones.C. de sacrosanc.ec-
cle.per tex.in l.si furiosi.C.de nup.facit ad hoc text.in d.c.si sen-
tentia. in verbo,intelligitur, quod de sui natura improprieta-
tem denotat.l.j.in prin.C.de rei vxo.acti.Non obstat quod text.
videtur illos casus equiparare: quia illa equiparatio restrin-
gitur specialiter in illo casu prout loquitur: fit enim illa equi-
paratio immediate, & non per modum rationis adducitur: &
9 patet hoc ibi in illa dictione † etiam, dum inquit.nec etiam e-
conuerso.de cuius natura est implicare causam magis dubita
18 bilem [18]: vt per gloss.in l.si putator.ff.ad leg.Aquil.& ideo ar-
gumen.contra,non videtur absolute pariter procedere. Quar
to inducitur tex.in d.c.duo sunt.dum ibi dicit quod λαὸς gre-
ce Latine dicit populus:ergo videtur ꝙ laici, & populus idē
sint. Sed appellatione laicorum clarum est quod non veniunt
clerici:quia tanquam species opposite ponuntur in c.j.de vita
& honest.clerico.ergo ita videtur dicendum quod nomine po-
puli non veniant clerici.Et ita illum text.inducūt Mod.hic.&
prius illum tex.eodem modo ponderauit Alb.in dictionario,
in verbo,laici.Sed tamen pro responsione considerandum est,
quod laici apud Grecos ponuntur pro specie opposita cleri-
cis:vt in c.j.de vita & honesta.cler.Et si hanc qualitatem homi-
num contrariam clericis exprimere volumus latine,non habe
mus vocabulum,quod precise hoc exprimat. Si tamen aliquo
modo latine hoc dicendum sit,vtimur vocabulo generis, & di-
cimus populum:& sic non precise λαὸς & populus,idem signifi-
cant,sed potius vt genus & species se habēt.Quod ita sit,dedu-
citur ex eo,quod in eodem c.duo sunt.dicitur quod κλῆρος gre-
ce,sors latine dicitur:& tamen precise idem non sonant, cū ver-
bum,sors,sit longe generalius:vnde patet quod pro vocabulo
speciei apud Grecos, nos vtimur vocabulo generis, cum a-
pud nos maior sit terminorū penuria. Nam si populus laicos
proprie designaret,iura vterentur verbis latinis,& dicerent po
pulares,& nō laicos.Unde ex quo iura semper de laicis loquū-
tur,datur intelligi quod verbum,populus,hoc specialiter nō-
demonstret.Et ita resoluūtur, que pro ista parte communiter
19 adducuntur. In contrarium vero [19] quod appellatione popu
li venit clerus,facit primo text.in §.plebiscitum.instit. de iure
natu.vbi dicitur quod populus est genus, & sub nomine eius
varie hominum conditiones continentur: ideo plebeij,senato
res,& patricij includūtur:ergo idem videtur dicendum in cle-
ricis.Sed respondetur quod ille text. intelligitur in homini-
bus eiusdem professionis, qui sunt omnes laici, & Imperatori
subijciuntur:non autem videtur habere locum in clericis, qui
sunt extra iurisdictionē Imperatoris, de quibus ibi loquitur
c.nouit.de iud.xcvj.distin.c.cum ad verū.facit tex.in c.a nobis.
de sent.excom.in c.ij.de consti.in sexto. Secundo hoc probatur
in c.dilecti.de foro compe.vbi priuilegiū datum Anglicis,etiā
clericis competit.Si ergo nomine Anglicorum,vel Mediola
nensium,veniunt clerici, idem videtur dicendū nomine popu
li.Sed ista equiparatio negari potest:quia verbum illud An-
glicis,videt respicere naturam,& originem. Nam verum est di
cere quod Mediolanensis quis dicatur,licet clericus sit: per
hoc enim quod clericus efficiatur,origo natiuitatis non varia
tur:non sic videtur sub nomine populi,quia propter qualita-
D tem clericatus eximuntur, vt non dicantur esse de populo [D],
vt Cardi.tradit in dicta clementina in plerisque.de elec.Secū
do potest responderi quod illud priuilegiū datum Anglicis
a sede apostolica,ex qualitate concedentis intelligatur Angli
cis,scilicet clericis,qui sunt de foro ecclesie. Cum enim ibi vir-
tute priuilegij concedatur a sede apostolica quod Anglici cir
ca mare non possunt conueniri,& ita forus remittatur, intelli-
gitur de clericis,qui erant de foro ecclesie:& hoc modo ille text.
nihil facit.Tertio pro ista parte arg. per textum in authenti.
de questore.in princ.vbi appellatione populi veniunt forenses:
ergo pariter videtur quod clerici comprehendantur. Sed re-
spondetur quod in clericis alia ratio videtur, quā in forensi-
bus simpliciter, cum ipsi exempti sint a iurisdictione seculari,
adeo quod se illi subijcere non possunt: secus in alijs forēsibus.
Vel secundo ille tex. intelligitur duntaxat in ciuitate Roma-
na,prout illum tex.declarat Bald. in rubric. C. qui accusa.Vel
tertio intelligi potest de forensibus, qui haberent ibi domici-
10 lium. Prima tamen responsio melior videtur.Quarto † facit,
20 quia clerici dicuntur etiam de districtu [20]: vt not.Joan.An-
dre.in c.si.de offi.deleg.& ibi Do.in vj.& probatur hoc in c.acce-
dens.el ij.vt lite non contesta. ergo idem videtur appellatione
populi.Ad hoc etiam responderi potest,quod verbum distri-
21 ctus,respicit territorium [21] dicto c.accedens ibi:de districtu & i
cti comitis.Unde licet clericatus non eximat quem de territo
rio,videtur tamen eximere de qualitate populari, que respicit
personam.Et sic,vt patet ex predictis, articulus esset disputa-
bilis:& sic alias disputaui Pisis. Communis tamē opinio est,
quod in materia odiosa appellatione populi clerus non com-
prehendatur.dicto cap.si sententia.de sentent.excomm.in vj.se-
cus in materia fauorabili,dicto cap.dilecti.vbi Abbas ita con
cludit,& idem Pet.de Anchara.Imo.& Abbas in dicto c.j.de
prebendis.& Abbas in c.j.de vita & honestate clericor.cum simi
b bus.vt tradunt Moder [b]. hic. Sed in ista communi opinio-
ne aduertendum,quia iura,que allegantur,non correspondēt.
Et primo textus in dicto c.si sentētia. non videtur loqui in ma
teria odiosa: loquitur enim in interdicto, cuius materia non
videtur odiosa, cū alias fiat lata interpretatio, quia agitur de
salute anime:vt not.Abbas in capit.cum in partibus.in fin.de
verborum significatio.& in capit.primo in gloss.penulti.per il-
lum text.de postulatio.prelatorum.facit tex.in c.penulti.de sen
tentia excommunicatio.Secundo text.in dicto capitu. dilecti.
qui allegatur pro materia fauorabili, continet priuilegium cō
22 tra ius commune,quod solet stricte interpretari [22]. cap.ex tua
rum.de authorit.& vsu pal.not.in capi.cum his.de priuilegijs.
Tertio,quia cōmunis distinctio imperfecta videtur:quia dun
23 taxat materia odiosa [23] vel fauorabilis consideratur, & de ma-
teria indifferenti, nihil dicitur:& quia licet materia odiosa sit,
tamē fit lata interpretatio,quatenus proprietas verborum re-
quirit [24]. l. cum lege.ff.de testamen. vbi Areti. Unde pro re-
solutione circa istum articulum faciatis quatuor cōclusiones.
Prima sit, quod de proprietate vocabuli appellatione populi
veniat clerus, vt probatur in dicto §.plebiscitum. Primo,dū
ibi dicitur, quod vniuersi ciues continentur appellatione po-
puli,ergo etiam clerici,qui dicuntur ciues: vt de populo legi-
tur.x.distinc.c.si in adiutorium.ibi:se Romanum ciuem esse te-
statur. Secundo, quia nomen populi est genus.dicto §. plebis
citum. ergo quelibet species sub genere continetur. Compro-
batur hoc,quia ante clericatum isti erant de populo, vt patet:
& qualitas clericatus superueniens non repugnat:quin clerici
ciues sint & de populo, attenta natura verborum, licet secula-
rium iudicio non subijciantur.Secūda conclusio,quod in ma
teria competenti duntaxat clericis, appellatione populi tan-
tum,clerici continentur.viij.q.j.in capit.licet. dum ibi dicitur,
quod prestantior ex omni populo in episcopum eligitur. Nam
in episcopum eligitur duntaxat ille,qui sit in sacris.cap. a mul
tis.de etate & qualitate.ergo illa verba,ex omni populo,solum
de clericis intelliguntur. Tertia conclusio est econtra in mate
ria,que non competeret clericis,sedtantum laicis conueniret,
appellatione populi non comprehenduntur clerici: vt in cap.
grauem.de sent.excomm.ibi dum dicitur,a potestate, & popu-
lo. Quarta conclusio, in materia indifferenti, & communi ap-
pellatione populi veniunt clerici.facit text.in l.j. C. de summa
trinitate.& in cap.forus.§.iudex.de verbor.signific.ibi:quasi ius
dicens populo.& in c.forte.vigesimatertia quest.iiij.ibi:in popu
lo Dei.Et ad hoc etiam facit text.not.in c.accusatus.in fin. de
her.in vj.& ibi gloss.& Domi.dicit quod in materia indifferen-
ti,appellatione secularium veniunt clerici, a fortiori ergo ap-
pellatione populi. Fallit in casu d.c.si sententia.ratione quam
supra dixi.Et ad supradicta conferunt que Oldr.scribit in cō-
sil.xxxij.questio est.vbi probat quod sacerdos dicatur etiam de
vniuersitate.& idem Alber.in l.j. versic. vidi etiam dubitari.ff.
quod cuiusque vniuersita.no.vbi tacito authore reassumit di-
cta Oldra.in consilio preallegato.& idem sequitur Baldus in
capitulo primo versiculo an sacerdos. de milite, qui bellica ar-
ma depos.Sic etiam episcopus, & vicarius eius,dicuntur esse
25 officiales communis,siue communitatis [25], vt notabiliter tra-
dit Petrus de Ancharano in consilio cccxlij. viso themate.
¶ Summatur, & diuiditur vt per Abbatem hic. Primo se-
cundum Abbatem hic, videtur text. contra Bartolum in l.j.
C.de summa trinitate. hic enim statutum laicorum erat gene-
i rale,non nutriens peccatum,& fundatum in ratione,& tamen [i]
26 non habet locum in personis,vel in rebus ecclesiasticis [26], con
tra Bar.in d.l.j.vt Abbas hic latius deducit. Et ita fundamē
tum Abbat.contra Bartol. est, quia statutum erat generale.&
hoc tenet gloss.in c.ecclesia.§.vt lite penden.Bal.hic,& Salicet,
in authen.cassa.C.de sacrosanc.eccle.& alij,quos Andre.Sicul.
hic refert.Et idem,quod Abb.hic,tradit Cal.in cons.xj.de cō-
stitut.Barto.vero intelligit quod tex.hic de clericis,& ecclesijs
specialiter loquatur.Et idem Card.in repet.c. perpendimus.
de sent.excomm.& hoc sequitur Andreas Sicul. in rubri.de re
bus eccles.non alienand.in secundo dubio.per tex. hic in versi.
vnde statutum Basilij ibi,ornamentis ecclesiarum. Ergo pa-

tet quod specialiter loquitur de rebus ecclesie. Sed ad hoc pri
ma facie responsio manifesta videtur: quia Abb. non loquitur
de statuto Basilij, sed de alio statuto populi Romani de quo
principaliter agebatur hic: & ideo idem Andr. Sicul. hic, per
pendit de hoc, & conatur respondere, dicens quod etiam statu
tum populi Romani verisimiliter specifice de bonis ecclesia
rum loquebatur, ex quo statutum Basilij, quod a simili indu
citur, ita loquebatur: alias non fuisset bonum simile de statuto
Basilij loquentis spāliter ad statutum populi Romani, quod
generaliter loqueretur. Et ulterius cōprobatur hoc duplici ra
tione. Primo considerando rationem, que in principio poni
tur antecedentis, quod laicis non est data potestas super eccle
sijs: nam, vt ex ista ratione ad casum propositum inferatur, di
cendum est quod illud statutum de rebus ecclesiasticis, specia
liter loqueretur: alias si statutum illud generaliter disposuis
set, prout Abb. dicit, potuisset dici quod non intelligeretur de
rebus ecclesie, in quibus statuentes non habebant potestatem,
arg. c. a nobis. de senten. excom. Et ratio illa super ecclesijs, in
qua text. fundatur, non conueniret. Secundo, quia text. dicit
statutum laicorum nullius esse firmitatis, ergo debet intelli
gi quod specialiter de clericis, & expresse loquatur, alias saltem
respectu laicorum valuisset: & sic non esset verum, quod nullius
esset firmitatis. Tertio, etiam alia ratione iste text. contra o
pin. Bar. nihil facit, quia loquitur Bar. quando statutum non
est contra ius cōmune: hic vero statutum erat contra ius com
mune, & contra rationem quod absque citatione possessor esset
priuandus possessione. c. licet episcopus. de preben. in vj. & sic di
ctum Barto. ab isto tex. defendi potest. An autem in se verum
sit, infra videbimus. ¶ Secundo not. Abb. dicit, quod causa
ecclesie licet coram seculari agitetur, non tamen debet decidi se
cundum statutum laicorum. et bene dicit. decidi, & non tracta
ri: quia quo ad ordinationem iudicij, & processus debet seruari
lex fori, vbi iudicium agitatur, vt per glo. & docto. in c. quod cle
ricis. de foro compe. de quo dicam post Abb. Ex quo infertur
quod aliud est, quod causa decidatur, & aliud est, quod in causa
27 procedatur: & ideo de vno ad aliud non infertur [27], vt in not.
q. tradunt Bal. & Pau. de Castro in l. procuratorem. ff. de pro
cura. & quod no. Bart. in l. si in lege. in prin. ff. loc. Pau. de Ca
stro in l. qui Rome. §. Callimachus. de verbo. oblig. ¶ Tertio
not. quod iudex secularis, etiam incidenter non habet iurisdi
ctionem in negotijs ecclesie: vt Abb. hic per istum text. dicit.
Sed hoc non videtur bene probari hic: quia factum iudicis se
cularis non reprobatur hic ratione persone sue, ita quod ipse
non haberet potestatem super facto monasterij incidenter: sed
quia non debuit moueri ex statuto laicorum ad decidendum.
Nam etiam si iudex fuisset clericus, haberet locum quod hic di
citur. Dictum tamen in se verum est, quod iudex secularis, e
k tiam incidenter [k] non habet iurisdictionem in clericos, nec in
materia spirituali. c. tuam. vbi gloss. & doct. de ordi. cognit. c. la
tor. vbi gl. qui filij sint legi. & in c. si iudex. de sent. excom. in vj. de
28 quo dixi in c. decernimus. de iud. [28] ¶ † Quarto not. quod lai
11 corum quidam religiosi dicuntur, quidam non. Et verbum, re
ligiosus, capitur pluribus modis: vt Abb. hic prosequitur in
iiij. notab. ex cuius dictis plura colliguntur. Primo, quod dū
tex. loquitur de laicis religiosis, etiam intelligi potest de con
uersis laicis, qui electioni interesse non possunt. c. ex eo. de elec.
in vj. Conuersi enim dicuntur qui se, & sua obtulerunt habitu
mutato, & profitentur tria substantialia: sunt tamen seculares,
quia non promouentur ad ordines, vt Abb. declarat in c. non
est. in ij. not. de regula. & in c. nō dubium. in fi. de sentent. excom.
Et de pluribus speciebus cōuersorum, not. Cal. in cons. vj. in ti
tu. de regula. Sed cōsiderandum est, quod in talibus cōuersis,
de quibus Abb. loquitur, non videtur loqui tex. hic, quia tales
nullam haberent potestatem, etiam respectu laicorum. xxij. q. j.
in c. duo sunt. & tex. hic videt loqui de laicis, qui habēt potestatē
statuēdi quo ad laicos, licet talis potestas ad clericos nō extē
12 datur. † Et quia tales cōuersi sunt proprie religiosi, vt dictum
est, & Abb. ipse fatet, & a laicis distinguūtur. d. c. duo sunt. xij. q. j.
ergo nō sunt proprie laici. Et ad hoc facit, quia prescribūt spi
ritualia, vt no. in c. causam que. de prescri. vbi Abb. Non obst.
text. in d. c. ex eo. vbi conuersi laici dicuntur: quia respondetur
vt per Do. ibi: & ideo tex. hic, qui loquitur de laicis, etiam reli
giosis, non videt in talibus verificari: quicquid Abbas hic di
13 cat. ¶ † Quinto no. est quod Abb. dicit, quod proprie dicunt
29 religiosi, qui tria substātialia profitentur [29]. Et idem Abb. in c.
dilecta. in glo. de maior. & obed. & in rubr. de regularib. & idem
in c. cum olim. circa fin. de arbitr. Et ideo in statuto ita accipi
tur, vt Abbas dicit in rubr. de regular. & stricte accipiendo, de
illis intelligitur, qui habitum sumpserunt in religione: vt not.
Domi. in c. officium. §. verum. versi. nota bene istud dictum. de
hereticis in sexto. Predicta conclusio limitatur, nisi statutum
alias nihil operaretur: quia tunc verbū, religiosus, largo mo
do intelligeretur. Exemplum in casu notabili, in quo consu
luit Petrus de Anchara. quem Abb. refert in dicta rubr. de
regul. videlicet in statuto Senensi, quo cauetur quod religiosi
non possint habere officia publica ciuitatis. Si enim de reli
giosis proprie intelligeretur, statutum esset superfluum, per
ea, que habentur in c. sicut. & per totum. j. ne cleri. vel mon. ideo
secundum Petr. de Anch. statutum intelligitur de religiosis
largo modo: & sic excluditur hospitalarius, & operarius eccle
sie, licet proprie non sint religiosi. Abbas tamen in dicta rubri
ca tenet contrarium: quia statutum debet proprie intelligi, vt
supra dictum est. Et ad rationem Petrus de Ancha. respon
det, quod satis est, quod statutum nouum ius producat, iuxta
no. per Bartol. in l. j. §. j. ff. ad leg. Falci. Moder. hic dubitant.
Mihi plus placet, quod dicit Petr. de Anchara. considerata
mente statuentium, arg. glos. in l. tale pactum. §. fina. ff. de pact.
30 Non obstat quod nouum remediū statutum inducat [30], vt Ab.
dicit: quia hoc attento nūquam haberet locum communis do
crina doct. in pluribus casibus, in quibus volunt quod statu
tum interpretetur contra ius commune, vt aliquid operetur.
Et ita rationem Abb. in alio proposito destruit Alexan. in l. si
14 cum dotem. in princi. ff. soluto matrimo. † Vel secundo magis
formaliter respondetur, quod nouum remedium tollit super
fluitatem, quādo affert aliquam vtilitatem: alias secus: vt no.
tradit Are. in cons. xx. in questione. & quod no. Mathesi. in not.
lxxx. not. quod Bartol. Ex supra dictis infert Cardina. in con
sil. cxxxviij. dico per premissas literas. quod iura que prohibēt
nouas religiones, vt in c. fin. de religio. dom. in c. j. eo. titu. in vj.
de relig. proprie intelliguntur: &, secundum eum, proprie etiam
religiosus dicitur is, qui per professionem omnem suam volū
tatem imperio prelati irreuocabiliter submittit. c. religiosus.
de elect. in vj. Et ideo non includuntur, secundum eum, paupe
res, qui dicuntur apostoli. Et ad hoc bene facit quod Abb. tra
dit in consil. lv. in questione, que vertitur. in prin. iūcto eo, quod
ibi dicit in ver. & primo ad iura. lib. j. Et per hoc inferunt Mo.
hec, quod non recte Abb. loquatur in c. ij. de foro compet. dum
inquit quod fratres Jesuati faciunt contra prohibitionem. c.
fin. de religio. dom. vbi prohibetur, ne quis nouam religionem
inueniat. Nam, secundum supra dicta, ex quo non sunt proprie
religiosi, hoc non videtur contra illam prohibitionem, que de
vera religione intelligitur. Sed tamen cōsiderandum est, quia
imo prohibitio canonum, videtur in talibus procedere. Dici
tur enim in c. j. e. tit. in sexto. ne quis de cetero nouum ordinem,
aut religionem adinueniat, vel habitum noue religionis assu
mat. Certe ista verba in talibus personis satis videntur veri
ficari: quia saltem est nouus ordo, vel nouus habitus religionis:
& quia eadem ratio videtur, ne confusio inducatur, vt dicitur
in d. c. fin. de relig. domi. Unde cum eadem ratio videatur, pre
31 sertim cum ibi expressa sit: debet extensio [31] fieri ad istos, qui sal
tem largo modo religiosi dicuntur. l. filium habeo. ff. ad Mac.
cum sim. Tertio Ab. hic dicebat in isto quarto notabili, quod
cum text. generaliter loquatur de statutis laicorum, idem erit
in Rege, vel Imperatore, cum laici sint. Et hoc in isto casu vi
detur bene procedere: quia in eis est eadem ratio, videlicet defe
ctus potestatis. xcvj. dist. c. bene quidem. & in c. nouit. in c. cum
non ab homine. de iudic. & est text. in c. tua. de deci. vbi Abbas.
15 Sed in alia materia dici solet quod dispositio, † que generali
ter loquitur, non includit personas in excelsa dignitate consti
tutas. arg. c. quia periculosum. de sen. excom. in vj. & in pulchra
questione tradit Pet. de Anch. in cons. cccxcvj. pro clariori. & in
consil. cccxcviij. efficacibus. dicens quod regula cancellarie, que
annullat gratias, in quibus verus valor beneficij non exprimi
f tur, non habet locum in gratia facta Cardinali [f] [32]. Et idem
32 late Rom. probat in consil. cccxcviij. in casu, quo vertitur quod
cardinales non tenentur ad onus charitatiui subsidij. dictum
tamen consilium Roma. late impugnat Barto. Bellenzinus
in tracta. de charitatiuo subsidio. q. lxvj. vbi plura adducit vl
33 tra ea, que tradunt Moder. in c. ad aures. de rescrip. [33] † Quin
16 to not. casum Pape reseruatum, videlicet approbare statuta
laicorum: alius ergo inferior non potest. Et ratio, secundum
Abbatem videtur, quia negotia ecclesiastica non potest pre
6 latus laicis cōmittere, sed hoc summo pontifici reseruatur [6],
vt habetur in capitu. ij. de iudicijs. Et licet ibi hoc dicatur ra
tione fori, & respectu potestatis iudicandi, idem tamen est quo
ad potestatem statuendi, quia a pari procedunt, vt supra in
principio dictum fuit. Ratio tamen, quam Abbas adducit,
non videtur generalis: quia prelatus causam temporalem lai
co committere potest, secundum glos. quam doctores commu
34 niter [34] sequuntur in d. c. ij. de iudic. Et attenta ratione Abb.
esset dicen

esset dicendum quod tali casu valeret statutum confirmatum
a superiore, qui haberet potestatem faciendi statutum in mate
ria, de qua ageretur. Et ideo dicendum est hoc esse de reserva-
tis Pape immediate per istum text. quare ratio Abb. non sa-
tisfacit. Et ista confirmatio, per quam actus nullus confirma-
35 tur, debet fieri ex certa scientia [35], vt no. Inn. in c. j. de transac.
in verbo, infirmitatis. Bar. in l. priuilegia. C. de sacrosanct. ecc.
in l. si constat. ff. de app. ⁊ tradit Alex. in cons. lix. viso instrumẽ
to. lib. j. And. Sicu. hic. Et in dubio Papa confirmando non
videtur confirmare statuta, que sunt contra libertatem eccle-
sie, vt no. Bal. dicit in l. omnes populi. ver. sed nunquid Papa.
ff. de instit. ⁊ iur. ⁊ idem Bal. in c. venientes. ver. sed quid si prin
ceps. de iureiurand. Et Potestas, qui iurauit seruare statuta,
non tenetur seruare illa, que sunt contra libertatem ecclesie, vt
not. Bald. in l. obseruare. §. proficisci. in xxvij. quest. de offi. pro-
cons. ⁊ lega. Et quamuis Papa reprobaret aliqua statuta for-
te contra libertatem ecclesiasticam, non tamẽ videtur alia in-
36 ualida approbare [36]: vt not. Bald. ⁊ Imol. in l. legata inutili-
ter. de lega. j. Et generaliter statuta iniusta nunquam in dubio
videntur confirmata a summo pontifice, vt no. Bar. in l. j. ff. de
his qui sunt sui vel alie. iur. alleg. c. j. de iniur. in vj. ⁊ idem not.
Bal. in l. j. in princ. ff. de constitu. princip. ⁊ in c. j. in princip. per
17 quos fiat inuestitu. cum simil. † Et ex predictis infertur ad q.
per dominum Abb. post Io. And. ⁊ alios, vtrum Papa pos-
sit se subijcere iurisdictioni Imperatoris, vel alterius laici. Et
37 communiter doct. tenent quod non [37]: vt Abb. hic concludit.
⁊ idem Abb. in c. significasti. vers. ex his dictis. de foro compet.
⁊ in c. at si clerici. in prin. de iudi. in c. P. ⁊ G. de offic. deleg. Et
ratio potissima videtur, quia hoc esset in dedecus dignitatis:
ideo non videtur quod ipse renunciare possit, argum. c. si dili-
genti. in c. significasti. de foro competen. Et simpliciter Mod.
hic sequuntur. Et ad hoc facit, quod Papa habuit a Deo istã
prerogatiuam, vt ab alijs iudicari non possit. xix. distin. ita do-
minus. ergo non videbitur ab eo posse abdicari: cum ius diui-
num ipse tollere non possit. xxv. q. j. c. sunt quidam. ⁊ quia vni-
uersalis status ecclesie turbaretur, ergo videtur quod non pos
sit, vt no. Abb. in c. ij. de maiorita. ⁊ obed. per ea, que no. per glo.
in c. literas. de restitu. spolia. Sed tamen predictis rationibus
responderi potest. Nam primo tex. in d. c. si diligenti. cum simi.
videtur procedere, prout loquitur in eo, qui habet iudicem su-
periorẽ, ⁊ sic ab alio iudicari potest. Secus videtur esse in Pa-
pa, qui ab alio iudicari non debet. Unde conuenit ad tollen-
dum suspicionem, que esset in causa propria vt alteri se subijce
re possit. Et sicut ipse in causa propria iudicare potest, ita vi-
detur quod alteri hoc committere possit. c. vt litigantes. de of-
fic. ordin. in vj. ⁊ in regula, potest. de reg. iuris. in vj. Et per hoc
etiam respondetur ad c. significasti. quia ibi agitur de preiudi-
cio alterius iudicis: ideo sine consensu eius non potest alteri se
subijcere. Que ratio cessat in summo pontifice, qui est iudex in
causa propria, ⁊ quia Papa potest renũciare Papatui: vt est
text. in c. j. de renunc. in sexto. ergo pariter videtur quod alteri
se submittere possit: nisi dicatur quod hoc argument. non va-
let. quia facta renunciatione remaneat priuatus: ⁊ hoc non vi-
detur inconueniens: non sic quando Papa remaneret, ⁊ alteri
subijceretur, quia absurdum videretur: ⁊ ideo respondetur: vt
supra dictum est. Non obstat quod dicitur de vniuersali statu
ecclesie: quia hoc haberet locũ, quando Papa generaliter sub-
ijceretur iudici seculari: secus in aliquo casu particulari. Et
Papa potest in aliquo ius diuinum limitare, licet tamen il-
lud tollere non possit, vt dictum fuit in c. que in ecclesiarum. s.
e. Et ita euitari possunt rationes, que pro communi opinione
38 adducuntur. Unde alia fuit opinio affirmatiua [38], quod Pa
pa possit, prout tenet glo. lxiij. distinctio. in c. in synodo. in ver-
bo, Apostolicam. ⁊ in c. nemo. in glos. j. ix. q. iij. ⁊ sensit gl. in proe
mio sexti, in verbo, seruus. ⁊ probatur ista opin. in l. est receptũ.
ff. de iurisd. om. iu. vbi iudex maior potest iudicio inferioris se
subijcere. Sed Imol. hic, respondet quod ille tex. procedit, quã
do iurisdictio inferioris prorogari potest: secus videtur in ca-
su isto, vbi iurisdictio laici prorogari non potest. d. c. si diligen-
ti. Ad hoc replicari potest, quod in summo pontifice iurisdi-
ctio etiam in laicum videt posse prorogari, cum ipse etiã cau-
sas spirituales laico cõmittere possit: vt not. in c. decernimus.
de iud. Secũdo pro ista parte videt tex. in c. nos incõpetenter.
ij. q. vij. vbi Papa iudicio Imperatoris se submittit. Doc. cõ-
muniter respõdent, quod ibi, iudicium, pro discretione accipi-
tur: ⁊ ibi loquitur tex. ex quadam humanitate, non sm dispositi-
onem iuris. Sed hoc videtur contra illum tex. dum inquit: le
gitimo terminẽtur examine. ⁊ ibi: indiscussum vel indefinitum
remaneat. Nam ista verba ostendunt, quod textus loquatur de
vero iudicio. Et ita Dom. ibi ponderauit illum text. ⁊ sequun
tur Mod. hic, ⁊ in d. l. est receptum. Sed tamen ad illa verba,
in quibus magnam faciunt vim Mod. respõderi potest, quod
non respiciunt iudicium Imperatoris, cui Papa ibi subijci-
tur, sed referuntur ad illum, qui per informationem transmit-
titur, prout patet ibi. Talis enim debet omnem rem diligen-
ter, ⁊ legitimo examine perscrutari, vt veram relationem face-
re possit. Et ideo ille tex. non bene ponderatur. Et ista opinio
verior de iure videtur, licet altera opinio communiter appro-
18 betur. ¶ † In glossa secunda in fin. nota. secundum Abbat.
quod bona patrimonij clericorum gaudent eodem priuilegio
39 cum bonis ecclesie [39]. Et hoc procedit solum in casibus expres
sis a iure: alias secus, vt Abbas hic concludit. ⁊ idem Ab. post
Antonium de But. in capitulo si diligenti. de prescriptio. ⁊ in
c. j. de consuetud. in c. fi. de vita ⁊ honesta. clericor. in c. ex literis.
de pignor. cum similib. vt tradunt Mod. hic. Sed in ista com-
muni resolutione animus non quiescit. In effectu enim regula
esset negatiua quod clerici in bonis patrimonij non haberent
priuilegia clericorum: cuius cõtrarium videtur presuppone-
re text. in c. fin. de vit. ⁊ honest. cleric. Unde probabiliter dici po
test quod quando bona principaliter sunt in consideratione,
non gaudẽt priuilegio clericorum: secus si persona considerez
principaliter, quia tũc que accessorie veniunt, gaudent priuile-
gio clericorum. Et hoc modo plura dicta contraria docto-
rum, que simpliciter referuntur per Mod. hic concordari pos
sunt. Nam ratione fori bona patrimonialia eodẽ gaudent pri-
uilegio. l. decernimus. vbi text. C. de episc. aud. quia quo ad fo-
rum persona principaliter consideratur: vt not. Oldr. in cons.
lxxiij. an episcopus. facit quod not. Abb. in c. qualiter. de iud.
dum loquitur, quando clericus actione reali conuenitur. Et si
cut non possunt collectari res ecclesie, ita nec bona patrimonij
clericorum [40]: vt not. Anto. de Butr. in c. j. de consuet. versi.
40 quid si consuetudo. vbi Imo. sequitur. ⁊ idem Anto. de Butr.
in c. non minus. in iij. not. de imm. ecc. In isto enim casu etiam
persona principaliter cõsideratur: quia collecte ille dicuntur,
41 que imponuntur persone pro rebus [41]: vt notat Bartolus in
l. rescripto. §. sciendum. ff. de mun. ⁊ hono. ⁊ in l. libertus. §. sola.
ff. ad muni. cum simil. vt Alexand. scribit in consil. lxviij. ⁊ viso.
in prin. in ij. libro. Secus, vt dixi, quando principaliter ipsa bo
na sunt in consideratione: quia tunc bona patrimonij non ha-
bent priuilegium clericorum, prout est in tributo: vt per gl. xj.
q. j. in c. si tributum. de decimis. ⁊ per glo. in c. nouum genus. de
deci. ⁊ in prescriptione, vt per gl in c. possessione. xvj. q. iiij. cum
simi. facit quod habetur in d. l. rescripto. §. sciendum. ff. de mu. ⁊
hono. Et ista ratione non datur restitutio in integrum cleri-
co in bonis patrimonij: quia illa conceditur respectu honorũ,
⁊ non intuitu persone. c. j. de restitut. in integ. Predicta conclu
sio limitatur non habere locum, quãdo bona patrimonij in ti-
tulum conceduntur: quia tunc talia bona indistincte gaudent
priuilegio ecclesie. glo. no. in c. ecclesie. glo. no. in c. episcopus. in
glo. fin. de preb. quam adducunt Mod. dicentes quod non so-
let ad hoc notari. Sed addatis Bald. qui illam glo. ad hoc alle
gauit in tit. de pace Constan. in ver. ex his apparet. Et pro di-
cto gl. arguunt Mod. hic ex regula cõmuni, qua subrogatum
capit naturam eius, in cuius locum subrogatur. l. si eum. §. qui
iniuriarum. ff. si quis caut. Cum ergo tali casu bona patrimo-
nij subrogata sint in locum beneficij, ⁊ bonorum ecclesie, debent
habere priuilegium. Sed responderi potest, quod per illam in
titulationem bona non videntur subrogata in locũ bonorum
ecclesie, sed pro exoneratione episcopi, qui teneret prouidere or
13 siones colliguntur. † Prima est, ꝙ si cōstitutio que simpliciter loquitur, declaratoria sit, habet locum in preteritis. vt not. Barto. in d. l. omnes populi. in v. q. princi. versicu. circa tertiū. per text. in authenti. de fil. ante dot. instr. no. §. j. & idem no. Bal. in l. non dubium. in tertio nota. per illum text. C. de legib. bonus text. in authenti. de rap. §. fina. in fin. cum simi. vt tradunt Moder. hic. & idem Alexander in consi. vij. visis. lib. ij. Roma. in consi. lxv. viso. Et aduertendum est: quia ista conclusio clara videtur in simplici declaratione, que nihil noui facit. l. heredes palam. §. si quid post. ff. de testamen. & ibi Paul. de Cast. dicit quod Papa multoties hoc facit, declarando suam intentionem circa gratias factas aliquibus. & notab. tradit Angel. in consilio cclxxiij. non est dubium. Nam hoc bene procedit in declaratione propria, que consistit circa aliquod verbum dubiū. Secus dicit Paul. de Cast. in dicto. §. si quid post. si non esset
12 dubium[12]. quia tunc esset noua dispositio, que non tolleret ius quesitum. Et hoc in declaratione facta a summo pontifice
f quod non possit[f] tollere ius alteri quesitum, voluit not. Pet. de Ancha. in consi. cccxcix. premitto pro clariori decisione. Et idem Paul. de Cast. in consil. xlvj. viso & examinato puncto. parte secunda. facit quod not. Cal. in consi. xij. in tit. de rescrip. in fine. Et licet isti loquantur in rescripto, vel priuilegio, idem tamen videtur dicendum in proposito, videlicet in lege, vel cōstitutione, que cum loquatur simpliciter, non trahitur ad preterita in preiudicium alterius, vt hic, & in c. ij. §. eo. nisi agatur de propria & simplici declaratione, que consistit in decla ratiōe verborum, in qua non potest dici esse ius alteri quesitum: vt declarat Paul. de Cast. in dicto §. si quid post. Et hoc modo hec prima conclusio declaratur. Secundo limitatur, nisi lex declaratoria referat se ad futura: quia tunc de mente authoris constare videtur, quod noluit preterita comprehendere, secundū Imolam hic, versicu. nam primo post Anto. de But. quem refert per textum. in c. fina. de spon. duo. & in c. j. de postula. prela. in vj. cum simi. vt tradunt Moder. qui hoc simpliciter sequuntur. Et ista limitatio comprobari potest per textum hic, vbi cōstitutio que de sui natura ad preterita non porrigitur, tamē fallit quando in constitutione hoc expresse dicitur: ergo pariter econtra videtur quod illa, que de sui natura includit preterita, ad illa non referatur, si de mente legis appareat. Sed tamen considerandum est, quia si constitutio proprie & simpliciter declaratoria sit, prout isti loquuntur, ex quadam necessitate videtur, quod ad preterita referatur: alias resultaret quedam perplexitas, & repugnantia quod esset constitutio declaratoria, & non haberet locum in preteritis, per supra dicta. Nō obstant iura supra allegata: quia non videntur loqui in declaratione, sed potius videntur procedere per viam confirmationis, vel annullando. de quibus infra videbimus. Tertio limitatur predicta conclusio, nisi constitutio declaratoria reperiret communem obseruantiam in contrarium: quia tunc ad
13 actus preteritos non porrigitur[13]. glo. in capitulo primo. de postulatio. prel. in vj. in versicu. si de cetero. & ibi Domi. in ver. nota bene istam glossam. Anto. de But. hic, & in c. finali. in iiij. nota. de spon. duo. ad idem glo. in capitulo primo. §. qui vero. in ver. receperint. & ibi Domi. in ver. secundo nota. ex glossa & not. Joannes de Anania post Antonium de But. quem ibi refert in capitulo cum tu. in glossa in ver. fine post de vsuris. Et ista limitatio sane intelligitur, quando non erat euidens irrationabilitas, sed ita postea declaratur: secus si manifesta irrationabilitas fuisset: quia tunc constitutio declaratoria omnino haberet locum in preteritis, non obstante quod communis obseruantia in contrarium fuisset. glos. not. in clementi. secunda. in ver. decernimus. de rebus eccle. non alienan. & ibi Cardi. in septima questione post antiquos. Anto. de But. & Abbas hic, & idem Abbas in capitulo aqua. in vltimo nota. post illū textum. de conse. eccle. vel alta. Nam si manifesta erat irrationabilitas, illa communis obseruantia, non valebat: quia consuetudo debet esse rationabilis. c. fina. de consue. & tunc omnino actus de se redditur nullus absque quod constitutio trahatur ad preterita. Quarto fallit in preteritis casibus, in quibus sententia lata reperitur: quia talis sententia non debet retractari propter errorem, qui ex constitutione declaratoria detegatur: argu. l. Barbarius. ff. de offic. preto. & ita dicunt Jo. & Doc. hic, qui tamen subijciunt hoc non habere locum, quādo a sententia appellatum fuisset, per textum in capitulo cum causa. infra de re iudicata. vt latius referunt & sequuntur Moder. hic. Sed aduertendum est: nam quod docto. dicunt de sententia, hoc clarum videtur, quando in rem iudicatam transiuit: quia tunc pro veritate habetur. l. res iudicata. ff. de regul. iuris. c. cum inter. de re iudica. & ideo rescindi non potest: adeo quod etiam per instrumenta de nono reperta non retractatur capitulo suborta. infra de re iudicata. l. Imperatores. ff. eodem titulo. Si vero non transiuit in rem iudicatam vt quia appellatum sit, volunt docto. quod possit retractari, per capitulum cum causa, de re iudicata. sed ille textus parū facit: quia absq; appellatione sententia ibi non habuisset locum: quia erat nulla propter manifestam irrationabilitatem. Nam expressum iuris errorem continebat, cum ibi virtute constitutionis laicorum contra archipresbyterum pronuntiatum fuisset: quo casu sententia est nulla capitu. primo. de re iudicata. & sic in dicto c. cum causa. nulla erat vis in appellatione. Preterea in causa appellationis iudicandum est secundum iura, que erant tempore sententie: vt probatur in authentica vt cum de appella. cogno. in princip. ergo non debet retractari sententia ex eo iure, quod appellatione pendente superuenit: & sic hoc esset ex eo interposita appellatione sententia non transiret in rem iudicatam, idem esset dicendum in omnibus casibus, in quibus

sententia,

sententia, etiam absque appellatione, non transit in rem iudicatam. Et ideo concludendo in tali sententia, que non transiuit in rem iudicatam, dicendum est, prout supra dictum fuit de communi obseruantia, que erat in contrarium in preteritis casibus: quia si declaratio postea facta ostendat euidentem irrationabilitatem, etiam in preteritum fuisse, retractabitur talis sententia: argu. glo. in dicta clemé. ij. de rebus eccle. nó alie. Et probatur in d. c. cum causa. de re iudicata. Et hoc maxime dicendum esset in sacramentalibus, in quibus sententia lata virtute opinionis reprobate semper retractatur, secundum Ioan. And. hic, propter periculum anime: per textum in c. veniens. infra de presby. non bapti. & Moder. simpliciter sequuntur. & idem Ange. in l. Barbarius. ff. de offic. preto. vbi allegat Inno. in c. nihil. de elec. & hoc idem sequitur Bald. in l. non mutat. C. de lib. cau. & in l. ij. in fin. C. de ser. & aqua. & not. per gloss. fi. in fin. in c. ij. de presby. non bap. per quam Abb. ibi dicit quod
g in sacramentalibus, & in dependétibus ab ordine[g] communis error non facit ius: valent tamen gesta quo ad meritum, propter fidem eorum, qui probabiliter crediderunt, secundum gl. in d. c. ij. vbi Abb. post alios sequitur. ad idem glo. no. in c. dudum. el ij. in versi. decepte. de elec. † Secunda conclusio Ab. est
14 quod si constitutio, que simpliciter loquitur, procedit annullándo, & causa annullationis sit de preterito, locum habet in preteritis. l. fina. C. de pac. ibi: secundum itaque veteres regulas. ad idem text. in authenti. de ali. & emphy. & circa fin. in §. omnia vero, que contra. & in §. & hoc quidem. in authenti. de incest. nup. & in l. pe. C. de incest. nup. que iura Barto. adducit in d. l. omnes populi. in v. q. princi. versi. circa tertium. Et ratio huius conclusionis manifesta videtur: quia annullatio in effectu non videtur fieri a noua lege, sed per legem antiquam. Et sic virtualiter non est verum dicere quod lex noua habeat locum in preteri-
15 tis. facit quod supra dictum est de lege noua declarante. † Tertia conclusio Abb. est, quod constitutio non porrigatur ad preterita, quando procedit confirmando. Et ista conclusio vera est: & intelligitur, quando actus nullus confirmatur: quia tali casu, qui confirmat, de nouo dare videtur vt no. in l. adoptio non iure facta. ff. de adopt. & per Barto. in l. & quia. ff. de iurisdi. omnium iudi. Et quia actus valet prout nunc, & non tra-
14 hitur retro in preiudicium tertij[14]: vt not. in l. si partem. §. fin. ff. quemadmo. ser. amit. & per Bartolum in l. bonorum. ff. rem ratam haberi. Et de confirmatione not. Abb. per illum text. in c. dudum. de decimis. in pe. no. secus vero si actus validus confirmetur: quia ad preterita porrigitur. vt per Baldum in
16 l. leges. C. de legi. † Quarto Abb. concludit quod noua constitutio, que respicit ad ordinem procedendi, etiam causas pendentes includit. glo. in c. licet canon. in ver. de cetero. de elect. in vj. no. Barto. in d. l. omnes populi. & in l. ij. §. finali. per illum textum. C. de iuramen. cal. Bald. in l. leges. C. de legi. vbi infert ad not. questionem. facit quod Bald. not. in c. fin. in fi. infra vt lit. penden. Sed contra istam conclusionem arguit Ioannes de Imola: quia sicut hic noua constitutio non habet locum in preteritis nisi expresse dicatur: idem in pendentibus, nisi exprimatur. d. l. ij. §. fina. Et ad hoc videtur text. in authentica vt cum de appel. cog. §. j. vbi causa debet examinari secundum leges antiquas. Moder. hic dicunt, quod ille textus de examinatione nihil dicit. Sed non est verum: quia imo text. expresse dicit de examinatione: vt patet ibi, dum inquit, causam examinari, & terminum secundum ipsas accipere. Et ista opinio de iure verior videtur: quia natura legis est, futura respicere non autem preterita, nec pendentia, nisi exprimatur: vt hic, & in capitulo penulti. de officio lega. in vj. Non obstat quod actus sit de futuro respectu processus futuri quia relationem habet ad preterita, cú fiat super actu preterito. & ad hoc bene facit quod
17 statim infra dicam. † Quinta conclusio, secundum Abba. est quod si constitutio respicit executionem, habet locum in actu preterito respectu executionis future per glossam notabi. in clemétina secunda. in ver. in posterum. de etate & qualita. facit quod not. Bald. in l. illam. in ver. ex hoc arguitur. C. de dona. & in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. cum si. vt tradunt Mo-
b der. hic. Sed in hoc etiam contrarium[b] tenet Imo. hic: quia non videtur quod lex debeat trahi ad casus preteritos, licet executio sit de futuro, per text. hic. Non obstat d. clementi. ij. de etate & qualitate. quia ibi verba sunt, que expresse preterita respiciunt, ibi, emancipati. & idem in clementina prima. de testa. dum loquitur de deputatis. secus ergo videtur, quando constitutio loquitur simpliciter. & pro hoc bene facit text. hic, vbi executio cedendi videtur esse de futuro, & tamen constitutio nó habet locum. Et quia dispositio principalis attenditur, & non executio: vt est text. notabi. in c. in literis. de rescrip. & in notab. q. Ange. tradit in l. si possessor. in princi. ff. de petitio. heredita. facit quod not. Baldus in l. prima. C. de nundi. cum simi. & in proposito vide que tradit Areti. in consilio lxxxv. considerata.
18 † Sexta conclusio est, quod noua constitutio nó porrigitur ad actum perfectum, licet effectus sit in pendenti: vt est text. in l. iubemus. C. de testamen. Sed aduertendum est, quia ille text. in d. l. iubemus. non haberet locum, quando testator superuixisset & potuisset mutare testamentum: quia tunc deberet formam noue constitutionis obseruare: vt not. voluit Ange. in authentica. vt fac. noue consti. per illum textum, a contrario sensu.
i & Moder[i]. sequuntur in d. l. iubemus. per illum textum. qui cósiderat quod testatori nihil potest imputari: que ratio videtur cessare, quando testator superuixit, & potuit testamentum mutare. & ad hoc etiam allegat bonum text. in l. iij. C. de inoffic. testamen. vbi in simili casu consideratur quod testator superuiuat, & facultatem mutandi testamentum habuerit. Et retenta ista limitatione ad text. in d. l. iubemus. infertur quod ista conclusio non sit vera: quia imo noua constitutio etiam haberet locum in testamento prius facto, quod potest mutari: secus esset in testamentis preteritis, que non possent mutari, de qui-
19 bus videtur loqui text. in d. l. iubemus. † Postremo ex supradictis infertur, secundum Abb. hic an pena imponi debeat secundum tempus delicti vel sententie. de quo per Bartolum in d. l. omnes populi. cum simi. vt tradunt Moder. hic in viij. fal. & per Mellum in tracta. suo bannitorum. in vndecima questióe. in iij. parte secundi temporis. Alexand. in l. penul. ff. si ex noxa. cau. agatur. & domi. Ioan. Bap. de sancto Seue. in d. l. omnes populi.

¶ Additiones.

a ¶ Includit. Dictio omnis, cum sit vniuersalis, omnia includit. Adde eundem Decium in consi. lxix. vbi voluit, quod idé sit dicere, relinquo omnem hereditatem, quod dicere relinquo totam hereditatem: & ideo consuluit quod ille qui reliquit omnem parté hereditatis alicui, dicatur illi reliquisse non solú partem hereditatis, que sibi obuenerat: sed etiam parté quam emerat ab alijs coheredibus: vel ad illú quoquo modo peruenerat. Hier. Sig.

1 ¶ Includuntur. Hec omnia latius ponit & declarat idem Decius in l. omnia. in j. nota. ff. si cer. peta. & vide Decium in consi. cccclxxij. in princi. Et quid operetur hoc verbum omne, vide per Petrum de Ancharano in consi. lxvij. subtiliter quoniá refert & sequitur Ioan. cro. in l. si constante. post princi. ff. sol. matrimo. & in nota. casu vide Paulum de Cast. in consi. ccccx. in causa decimali. versi. item inuestiture. & adde omnino que ponit idem Deci. in rub. ff. de iuris. omnium iudi. in j c. sedes. in ij. notabili, in fi. de rescrip. & in d. consi. cccclxxij. in princi. vbi late, ad que vide omnino Socinum in l. quidam relegatus. ff. de rebus dubijs. & Zasium omnino in suis intell. singula.
2 ¶ Regulam. Adde Decium in l. j. in j. nota. ff. de regu. iuris.
3 ¶ Oratione. Aduertendum existimo: quia res per se clara est. differunt enim obscurum & ambiguum, nam vt dicit Quintilianus lib. vij. c. xj. aliud est obscurum ius, aliud ambiguum, dicemus igitur illud obscurum esse cuius sensum elicere non possumus, & cuius sententia latet, ambiguum dicitur quoties verba clara sunt, sed sensus in diuersas partes trahi potest, prout exemplificat Cicero, lib. j. ad heren. in c. cófirmatione, & cófutatione, vbi dicit quomodo ex ambiguo contrcuersia nascatur, & ponit exéplum. Tulius heres Terentie vxori dato xxx. pondo vasorum argenteorum que volet. post mortem mulier petit que vult vasa, heres dicit dare se debere que ipse volet: & hec est cótrouersia que nascitur ex ambiguo, de hoc tamé vide omnino Au. Gellium libro vndecimo cap. duodecimo. & Alciat. in l. nepos proculo. ff. de verborum significationib[9]. in l. in conuentionibus. eodem titu. vide Socinum in d. l. in ambiguo. ff. de rebus dubijs.
4 ¶ [redacted]
5 ¶ [redacted]
6 ¶ [redacted]
to non habet locum argumentum a simili.
7 ¶ Potest. Adde Deci. in consi. cvij.
8 ¶ Ratio. Adde Deci. in capitu. ecclesia sancte Marie. §. eod. in c. j. de rescript.
9 ¶ Iurisdictionem. Adde in simili casu quod scribit Alexander in consi. xj. versi. super iij. lib. j.

10 ¶ Finite. Adde Joan. Fran. Balb. in tracta. de prescrip. ver. ix. principaliter. Alex. in cons. ccxiij. viso. in princi. li. ij. Deci. in cons. cclxxij. in fi. in cons. olviij.

11 ¶ Operatur. Idem dicit Deci. in d. c. super eo. de offic. deleg. & habet in cle. per literas. de preben. Parisius in cons. cxl. inspectis indultis. nu. ix. li. iiij. Dec. in cons. cccccvij. visis & diligenter consideratis. versicu. primo clausula illa motu proprio. numer. xx. & Cardin. in consi. cxxxvj. premitto. late Dec. in consil. ccccx. in causa mota Mediolani. versicu. similiter illa clausula motu proprio. nu. xxiij.

12 ¶ Dubium. Adde ad hec quod quoties declaratio prioris dispositionis non stat in meris terminis declarationis, quia verba non sunt dubia transit in nouam dispositionem, & non preiudicat iuri quesito ex priori dispositione, & ita etiam voluit Pau. Cast. in consi. xxij. visa quadam scriptura. lib. j. & in d. consi. clvj. quod est consi. cxlviij. lib. j. & apertius in consi. cccxl. premissis allegationibus adhereo. eo. lib. j. Deci. in l. in ambiguis. ff. de reg. iu. in c. cum venissent. de iudi. & idem prius voluerat Bald. in c. j. versi. item qui interpretatur. s. de constitu. ad quod facit text. in c. cum dilecti. de accu. vbi declaratio seu interpretatio debet fieri non perimendo, sed exponendo: quem ad hoc ponderat Bald. in l. j. in fi. C. de lit. pret. in l. si de interpretatione. in princ. ff. de legi. reiicitur enim illa interpretatio qua recedimus a verbis claris. Bar. in l. ab executore. versi. item si verba, & ibi Im. & Ang. de Aret. ff. de app. Bal. in l. voluntatis. versicu. quero si statutum. C. de fideicom. Ang. in l. si quis intentione. versi. vlti. scias. de iudic. Domi. in c. licet. versi. premisse. in tertio nota. de testa. Pau. de Cast. in consi. ccccxxxviij. quia exceptiones. lib. j. Areti. in l. v. §. stipulatio. versicu. sed huic rationi. ff. de verbo. obligatio. Purpura. in l. edita. C. de eden. nu. centesimo. Alex. in l. diuortio. versi. item dictu. ff. solu. matrimo. in consil. xxviij. visis. lib. j. Soci. in l. naturaliter. §. nihil commune. versicu. sed tu considera. ff. de acquiren. possessio. Andre. sicu. in consi. trigesimooctauo. versi. & si quispiam. lib. ij. Bertran. consil. cclxix. viso. lib. v.

13 ¶ Porrigitur. Declara illam glo. vt per Abbatem in capit. causam que. in secundo nota. de rescrip. vbi vide.

14 ¶ Tertij. Vide Deci. in l. quod in inuito. ad fin. ff. de de regu. iur. Siluest. Aldob.

a ¶ Ro. Jas. l. j. §. hec verba. ff. quod quisque iur.

b ¶ Magis. Dec. c. j. in fi. infra de consue. Roma. consi. cccxxvij. Bald. l. j. ff. de ferijs. gloss. zenzeli. In extrauag. execrabilis. in ver. de liberatione. Francisc. Purpur. l. fin. nu. lv. lix. de pactis.

c ¶ Tertium. Pau. cons. ccccxxxix. lib. ij. Cur. Senior. cons. xlix. Caro. Rui. cons. xxj. lib. v. vbi loquitur pro Bentiuolis Nicolai Boer. Deci. Burdeg. lxiiij.

d ¶ Contrarium. Alberi. iiij. parte statu. q. xlvj. Alex. cons. cj. nu. vj. lib. ij. vbi dixi. Matth. de Aff. decis. Neapoli. cxvj. Jas. consil. cxxix. cons. cxcij. lib. j. cons. xxj. lib. iij. fallit in tract. pacis. Nicol. Boeri. decis. Burde. xxxviij. nu. vij.

e ¶ Tertij. Phil. Franc. c. si tibi. in fi. de preb. in vj. Vital. in tra. clausul. in clau. motu proprio. Fe. in c. ad aures. nume. viij. de rescript. Soci. cons. cxv. lib. iij. etiam si ageretur de modico preiudicio glo. in c. cum olim. in verbo, preiudicium. de consuet. Nec obstat l. ij. §. merito. ff. ne quid in loco publico. quia procedit, quando constat principem velle preiudicare, & hoc scire. Jason consi. xxiij. lib. iij. tamen tex. in d. c. cum olim. & glo. quam vulgo allegant, probat potius oppositum, quia ibi erat rescriptum ad postulationem partis, & sub expressa conditione. dummodo nulli inferretur preiudicium.

f ¶ Non possit. Deci. l. j. C. de impube. & alijs substit. in l. in ambiguis. de reg. iur. j. de excep. c. pastoralis. in fi. Pau. cons. cccxxxviij. cons. cccxl. lib. j. cons. xlvj. lib. ij. Alex. consi. xj. nu. xiiij. lib. vij. vbi dixi.

g ¶ Ordine. [redacted]

h ¶ Contrarium & bene. Et sic ex nouo statuto quod debitores sub garantigio instrumento obligati possunt capi, non capietur debitor obligatus sub tali instrumento facto ante statutum publicatum, quicquid dicat Pan. hic.

i ¶ Mod. scilicet Jason. Idem Angel. in authenti. vt cum de appel. cogn. in prin. contrarium tenet Pau. in d. l. iubemus. & verius per tex. in authen. vt facte noue consti. qui vult omnino iam facta testamenta valere, etiam si testatores, noue legi superuiuant. Et licet textus subdat quod non semper facultas est testandi, hec ratio est impulsiua, & non restringit. sed etiam aduertendum quod Justinianus ibi loquitur, & suis, & imperialibus constitutionibus duntaxat, non autem de alienis, vel municipalibus. In quibus Barto. in d. l. omnes populi. aliud tenet, dicendum vt scripsi in consuet. Parisi. q. clvj. [redacted]

¶ De rescriptis. Rubrica.

1 ☞ Rescriptum proprie dicitur, quando rescribit princeps ad obseruantiam iuris communis.

2 Priuilegium quando proprie dicatur.

3 Beneficium est nomen generale.



Uoniam. Super isto titulo multa extant antiquorum, & Modernorum commentaria, breuiter instabo solito more calcando vestigia Abbatis, & aliqua addendo dictis omnium, qui hactenus scripserunt. Et rub. ista secundum Abba. post Ant. de But. primo continuatur. Nam supra dictum fuit de consti. & quia parum esset iura condere, nisi essent ministri id est, iudices, qui ea exequerentur. c. vbi periculum. §. preterea. de ele. in vj. l. ij. §. post originem. ff. de orig. iu. ideo post ti. de consti. videndum est de ministris iuris, videlicet de iudicibus. Et quia iudices plerunque dantur per rescripta, merito ponitur rub. ista de rescri. Sed ista continuatio licet communiter approbetur, non satis

1 facit. Primo[1] quia illa attenta, prius hic poni debuisset tit. de offi. ordi. & de off. deleg. in quibus titulus principaliter de ipsis

2 iudicibus tractatur. Preterea, & secundo[2], si Papa prius voluisset tractare de iure, deinde de ministris, & sic de iudicibus, sicut premisit tit. de consti. ita etiam debuisset premittere de consuetudine, secundum quam etiam iudices iudicare debent. instit. de offic. iud. in princ. l. iubemus. C. de iud. Secundo, aliam continuationem ponit Jo. An. hic, & Host. in summa. eod. tit. supra enim dictum fuit de consti. & quia rescriptum inter partes habet vim constitutionis, ideo ponitur iste tit. de rescript. & istam

3 tenent Ant. Car. Imo. And. sic. Mod. hic. Sed nec ista[3] continuatio videtur procedere sine dubio: quia attenta tali ratione, idem esset dicendum de priuilegijs que habent instar legis quo ad priuilegiatos. iij. distin. c. priuilegia, de quibus tamen j. lon-

4 go interuallo habetur. Unde tertio[4], & melius, potest continuari vt dicamus s. dictum fuit de constitutionibus, & sic de iure scripto, & quia rescriptum videtur quedam species iuris scri-

5 pti[5], vt not. Abb. in rubr. de consuet. bene facit gloss. in rubric. C. de mand. prin. ideo post titul. de constit. ponitur de rescript. Ex predicta continuatione notandum est quod Jo. An. & do. dicit quod rescriptum habet vim legis inter illos, inter quos conceditur. Sicut enim lex debet esse communis inter omnes. iiij. distinct. c. erit autem lex. ita rescriptum debet esse commune inter partes. Et ideo quod dicitur in rescripto, pro illo, qui

6 impetrauit, etiam habet locum pro aduersario[6]: vt not. per Rot. in ij. decis. in titu. de dolo & contuma. in antiquioribus. facit quod not. Bart. in l. in sacris. la iij. in fin. C. de proxi. sac. scri. libr. xij. cum simil. vt tradunt Mod. hic. Et ratio videtur, quia in iudicijs debet seruari equalitas. l. fi. C. de fruct. & lit. expens. & in reg. in iudicijs. de reg. iu. in vj. Et dicunt Moder. hic, quod etiam quo ad alios, in similibus causis rescriptum principis ha-

7 bet vim legis[7]: vt not. Domi. post Archi. xxxviij. distinc. in c. ignorantia. per text. in c. licet. xvj. q. iij. & ij. q. j. in c. multi. & facit tex. in l. metum. §. sed quod pretor. ff. quod met. caus. secus est in inferioribus a principe. vt not. Angel. in l. j. ff. de fer. & sequitur ibi Alexan. reprobata alia opin. quam tenuit idem Angel. in l. item veniunt. §. ceterum. in ver. & ex his habes. ff. de peti. hered. etiam idem Alexan. in cons. xxxvij. alias de facto. lib. iij. & ita resident Mod. hic. Sed aduertendum est, quia rescriptum principis non videtur habere vim legis, quo ad alios: vt est textus in l. secunda. C. de legibus. & hoc intelligitur, nisi appareat de mente principis quod velit habere vim legis generalis. §. sed quod principi. institu. de iure natura. l. prima. ff. de constitutio. princi. & hoc modo intelliguntur iura, que Modern. hic adducunt. Et facit quod nota. Pau. de Cast. in l. prima de consti tutio. princi. vbi inquit, quod epistola principis habet vim le-

8 gis[8] quando dirigitur vniuersitati, vel quando inserta est in corpore iuris, & idem videtur, si aliter constaret de mente prin cipis:

cipis:vt quia in rescripto essent signa legis generalis: de qui-
bus habetur in l.tertia.C.de legib.facit textus in l.fina.C.de le-
gib.⁊ in capitu.in causis.de re iudi. Et in simili etiam dicit de
contractu principis,qui habet vim legis.l. Cesar. vbi Barto.
9 ff.de puplica.[9] l.penulti.vbi Bar. C.de donatio.inter virum ⁊.
vxorem.nam etiam hoc intelligitur, quando fuit factus con-
tractus ea intentione, quod haberet vim legis.vt not.Alexan
der in lege,ciuitas.ff.si certum petatur.Et differentia,quam fa
ciunt Moder.post doctores in locis supra allegatis inter prin
cipem ⁊ inferiores, qui habent potestatem legis condende,
non videtur vera: quia ex quo habent potestatem, ⁊ de volun-
tate constat,idem videtur esse, quod in principe, cum omnino
eadem ratio subesse videatur:⁊ ideo dictum Angeli in dicta l.
item veniunt.verius videtur.⁊ facit quod notat Baldus in le-
ge j. in principio de constitution. principum. vbi inquit quod
etiam contractus inferiorum a principe habent vim legis ⁊
idem Baldus in lege j.C. de heredi.vel action.vend.Et reten-
ta conclusione supradicta,quod rescriptum, vel sententia prin
cipis habeat vim legis,infertur quod alij ad exemplum prin
cipis debeant iudicare.Et limitatur regula,que dicit non esse
A exemplis [A] iudicandum.l. nemo. C. de sent. vt non habeat lo-
cum in principe:vt notat Abbas in c. in causis de re iudicata.
Sed melius dici potest,quod ex quo apparet de mente princi-
pis,quod voluerit rescriptum, vel sententiam eius haberi pro
lege in effectu iudicatur lege,⁊ non exemplis simpliciter: sicut
quando iudicatur secundum consuetudinem, que medianti-
bus exemplis inducitur,non tamen verum est dicere quod ex-
1 emplis iudicetur,vt not.in capitu. fina. de consuet.¶ † Que-
rit Abb.post alios, quid sit rescriptum. Ex dictis eius prima
conclusio est,quod rescriptū proprie dicitur, quando rescribi-
tur ad obseruationem iuris communis: vt quia dicitur quod
fiat ius.Et ad hoc est text.in lege falso.C.de diuers.rescrip.facit
text.in l.rescripta.C.de precibus Imperator. offerend.⁊ notat
Bartolus in l.finali supra de constitution.princip.Et propter
10 hoc rescriptum dicitur esse modici preiudicij [10], vt not. Bal-
dus in lege prima C.de diuers. rescript. Et propter hoc etiam
11 rescriptum interpretatur secundum ius cōmune [11] c. causam,
que. infra eodem. Et verba posita in rescripto debent confor-
mari iuri,⁊ equitati, licet natura verborum non patiatur: vt
per glossam in capitulo paratus.xxiij. questione prima in ver.
si vera.Et clausule posite in rescriptis recipiunt omnes inter-
12 pretationes, quas recipit ius commune in tali materia [12]: vt
notat Dominicus post antiquos in capitulo licet canon. §. fi-
nali.de election.in sexto. in versiculo, nota bene istud dictum.
Et ex predictis Abb. infert in dicto capitu.causam,que.quod
13 magis stricte interpretari debet rescriptū,quam statutum [13];
quia in statuto interpretatio debet fieri, vt aliquid operetur:
non sic in rescripto, quod ad ius commune reducitur. Et per
istam rationem idē videtur in priuilegio, quod debet aliquid
operari.c.in his.de priuileg.c.si Papa eodem titu.in vj. Et sic
videtur quod strictius debeat interpretari rescriptum, quam
priuilegium isto respectu, vt verba aliquid operentur. ⁊ ita
Bald.dicit in rubric.in princ. Et ad hoc etiam facit quod not.
Abb.dicit in c.capitulum.versi.⁊ nota hoc verbum. infra eod.
vbi inquit quod rescripta ad lites,strictius debent interpreta-
ri,quam ad beneficia:quod dicit notandum esse:quia in benefi
cialibus fit stricta interpretatio. c. quamuis, de prebend.in vj.
Et ex his non videtur verum quod Bald. hic dicit in rubrica
quod rescriptum debet interpretari,vt aliquid operetur:nam
hoc non videtur verum quantum ad merita cause, sed saluari
potest respectu iudicis dati in rescripto.Et predicta conclusio
quod rescriptum dicatur, quando rescribitur ad obseruatio-
nem iuris communis, intelligitur quando iurisdictio tribui-
tur:secus si absque iurisdictione aliqua facultas concedatur:
quia non esset rescriptum.vt no.Cal.in cons.v.eo.tit.Secundo
limitatur procedere habito respectu ad merita cause,videlicet
vt fiat iustitia, ⁊ tribuatur vnicuique quod suum est: secus est
quantum ad iudicem datum in rescripto:quia recedetur a iu-
re communi, ex quo ordinarie iurisdictioni derogatur. ⁊ isto
respectu rescriptum potest dici priuilegium,vt no. Anto.in c.
olim.de verbor.signific. Et ista consideratio quandoque rescri
ptum,gratia appellatur.c.sedes.⁊ in c.nonnulli.in prin.j. eod.
Et ideo quando in rescripto conceditur aliquid contra ius
commune,mutat nomen rescripti,secundum glo.in c.j. in ver.
noscatur.de constit.in sexto.vnde quandoque appellatione re-
14 scripti priuilegium continetur secundū subiectam materiā [14]:
vt not.Domi.post antiquos in c.j.de rescript.in sexto. in versi.
querit Lapus.Tertio declaratur, secundum Bald.in fin.qui
dicit quod rescriptum proprie dicitur, quando absenti scribi-
tur:quia cum absente loquitur qui epistolam scribit. Et istud
dictum Bal.videtur procedere considerato eo,quod commu-
niter fieri solet: sed de iure nihil obstare videtur, quin etiam
presenti scriptura proprie dirigatur: quia scriptura ad faci-
liorem probationem fieri videtur, iuxta legem contrahitur.ff.
2 de pigno. † Secunda conclusio Abb.est, quod proprie dicitur
B priuilegium,quando scribitur contra ius commune [B], ⁊ dici-
tur priuilegium quasi lex priuata,⁊ non communis: quia respi
15 cit priuatam vtilitatem alicuius particularis [15].tertia distinc.
in c.priuilegia.c.Abbate. versiculo contra quod.de verborum
signification.notat Bartolus in l.ij.ff.de constitu. principum.
⁊ in l.j. C. de iuris ⁊ facti ignorantia. cum similibus. vt tradit
Alexander in l.quia personale.ff.soluto matrim.⁊ Paulus de
Castro in l.maritum.ff.eodem titul.facit quod notat Baldus
in l.item lapilli.versic.ego dico.ff.de rer. diuisio. Hostiensis in
summa eodem titu.⁊ in ver.quas vires.⁊ Domi. in c.j.de exce.
3 prelatorum.in sexta opinio. quam ibi refert. † Tertio, ⁊ vlti-
mo Abbas concludit quod beneficium est nomen generale. c.
olim.de verborum significatio.vbi Anto. circa finem ita dicit.
Et not.etiam Abbas in c.nonnulli.§.sunt. Hoc modo accipi-
tur in c.j.§.beneficium.quib.mod.feud.amitt.vbi dicitur quod
est beneuola actio gaudium tribuens capienti. Sed stricte, ⁊
proprie dicitur gratia concessa a principe preter ius: vt not.in
c.olim.de verbor.significatio. ⁊ alij.in gloss.in ver. restringen-
do.⁊ in c. ad audientiam. el secundo,in princip. infra eodem.⁊
idem Alexand.in consil. clix.viso themate. libro ij. Et notabi-
lem questionem ponit Bartol.in l.beneficium. ff.ad legem fal-
cid.cum simi.vt tradit ibi Alexand.Et quando dicatur benefi
cium,in alia questio.Alexand. scribit.in consil.xij. viso thema-
te.in fine.libro ij. Et de hoc beneficio ecclesiastico,quando dica
16 tur,not [16]. Petrus de Ancharano in regula prima de regu-
lis iuris in sexto. Et ibi concludit quod quatuor debent con-
currere, ad hoc vt proprie dicatur beneficium ecclesiasticum.⁊
idem Cald.in c.in nostra.in iij.questio.in fin. Moder. ibi post
a Anton.de rescriptis.Et appellatione beneficij venit altare [a],
quod datur in titulum.gloss.j.in fin.in clemen.ij.de deci.⁊ Do-
mini.in cap.j.de consuetud.in sexto.Et est beneficium simplex:
vt per Abbatem in c.recolentes. circa finem de statu monach.
⁊ appelllatione beneficij non venit canonicatus sine preben-
17 da [17]. Abbas in c.in nostra.in princip.infra eodem.Nec etiam
cum prebenda in materia stricta:vt per Rotam in secunda de
cis.in tit.de filijs presbytero.in nouis. Sed largo modo sic, vt
notat Abbas in c.postulasti.⁊ Moder. ibi.de rescript.Et ad-
de Dominic.in capitu.finali in princip.in secundo notabili.de
concession.prebend.in sexto.vbi tenuit quod veniat prebenda,
officium,⁊ alia,de quibus ibi habetur. Et appellatione benefi-
C cij non venit pensio [C]. capitulo quamuis.el primo.⁊ ibi Dom.
de prebend.in sexto cum similibus.vt tradunt Moder,in c.ad
audientiam.el ij.in princip.infra eodem.Et appellatione bene
ficij an veniant prestimonia,notat Federi.in trac.de permuta.
benefic.quest.ix.Et Joan.miles in ver.beneficium. ⁊ quod tra-
dunt Mod,in c.postulasti.vers.circa secundam.j.eo.⁊ adde Ol
dra.consil. lxxxj. quod processus.in princ.⁊ Dominic.in c.fina.
in princ.de concess.prebend.per illum text. vbi tenet quod pre-
stimonium dicatur beneficium ecclesiasticum, quando datur
in titulum. Et an appellatione beneficij hospitalia cōpreben-
dantur: Joan.Miles in d.verbo,beneficium.alleg.Federic.in
d.trac.de permut.benefic.in q.xiiij.⁊ alia.vt ibi per eum.⁊ facit
text.in clem.per literas.de preb. de cuius intellectu late scribit
Andre.Sicul.in consil.lxiiij.libr. iij. Et appellatione beneficij
18 largo modo dignitates comprehenduntur [18]: glos.in c.j.de re
gu.iur.in sexto.clementi.auditor. in ver.beneficium.de rescrip.
in clem.j.vt lit. penden. in ver.beneficio.in clem. si Romanus.
de preben.eo.verbo.⁊ in clem.in ver.beneficiali. de caus.possess.⁊
proprie.⁊ not. Dom.in c.si pro clericis pauperibus.in fi.de pre
bend.in vj. Et etiam papatus, comprehendi videtur appella-
tione beneficij.c.j.de malef.Sed in materia stricta,appellatio-
19 ne,beneficij, non venit curatum beneficium [19]. c.cum illis. de
preben.in sexto.⁊ Petr.de Anchara.ibi in iij.not.⁊ notat Ab-
bas in c.postulasti.in glos.ij.de rescript.in c.si.in ij.not.de preb.
⁊ per glossam in c.si eo tempore.de rescript.in sexto.in ver.cum
cura.⁊ Petrus de Anchara.in princip. Et hoc intelligitur,ni
si esset eadem ratio:quia tunc etiam in materia stricta appella
tione,beneficij,venit curatum:vt notat Domin. in c.si gratio-
se.de prebendis,in sexto. Et ideo si alicui concedatur facultas
conferendi beneficium,etiam de curatis intelligatur. vt notat
Domini.in c.dudum. vers.ex his infertur.de prebend.in sexto.
Et hoc de vicario notat Domin.in cap.fina. circa fi. de officio
vica.in sexto. Et ibi alleg.decisio.Rot.que est vij.de officio vic.
in antiquis.Et tradunt Moder.in capi.postulasti.versiculo ⁊
scias.infra eodem.Adde tamen Cardin.qui aliter loquitur in

consil.xxx.in hac dubia questione:ver.ad predicta.

Additiones.

a Exemplis. Adde quod ista regula limitatur pluribus modis, vt per Sozi.in suis fallentijs.ꝛ regula ccclxxxiij.ꝛ remissiue per Fel.in c.afferte mihi gladium.infra de presum.

B Commune. Quod priuilegium dicatur quando scribitur contra ius commune per Papam, vide eundem Decium in consil.suo, clvij.in versi.ij.ad declarationem. vbi etiam ponit quid sit rescriptum,ꝛ qualiter a priuilegio differat.

C Pensio. Pensio non venit beneficij appellatione. ratio est, quia dicitur temporale nil habens spiritualitatis, vt voluit Cardin.in c.constitutus.de religios. dom.ꝛ hinc est quod pensio assignari potest etiam laico, nisi talis sit que consueuisset pro beneficio ecclesiastico assignari.ita voluit Bal.in c.ad audientiam.el ij.versicu.j. capio glossam.infra eodem titulo nostro.ꝛ de materia pensionum vide latius quam alibi per Fel.in d.c. ad audientiam.el ij. Hier.Sig.

1 Primo. Responderi potest rescriptum respectu iudicum preparatorium esse,ideo premittendum.doc.in rub.C.de eden. Preterea debet precedere vt necessarium antecedens ad cognitionem iudicum,ante enim quam cognoscamus qui sint iudices habentes potestatem cognoscendi necesse est vt intelligamus an rescriptũ sit validũ, ergo pmittendus erat iste titu.

2 Secundo. Responde quod hic tractatur de modo introducendi iudices:vnde cum supra dictum sit de cõstitutio. quibus constituuntur, nunc ꝛ de rescrip.de consuetudine autem ponatur postea:quia cum rescript. sit pars iuris scripti prius de eo dicendum erat quam de iure non scripto,ꝛ quod consuetudo tribuat iurisdictionem, tex.in c.cum contingat.de foro compe. in c.dilecti.de arb.l.fi.C.de eman.lib.

3 Nec ista. Dic satis esse quod titulus de priuilegijs particulari ratione ibi applicetur,ꝛ nota quod reprehensio Decij facit contra eius continuationem:quia priuilegium est pars iuris scripti.

4 Tertio. Hec continuatio est Abb.s.in tit.de consti.vbi continuat tres titulos,ꝛ idem ibi sentit Dec.in ru.in ij.lect.

5 Scripti. Et ideo habetur pro lege, Deci.in l.ciuitas.num.6. ff.si cer.pet.in l.legem.nu.3.C.de pac.ꝛ declarat idem Deci.in l. cognitio.ff.de offi.eius.

6 Aduersario. Pro hoc facit tex.in c.prudentiã.de mut.peti.

7 Uim legis. Uide Dec.in c.j.in ij.lect.de constit.

8 Uim legis. Uide Jaso. in l.ciuitas.ff.si cert.pet.in fi.Alex.in cons.xcviij.alias de facto.lib.iij.

9 De public. Uide Jas.in cons.j.in iij.dub.lib.j.

10 Preiudicij. Adde Dec.in c.super literis.j.e.

11 Commune. Late Dec.in c.causam que. in j.no.j.e.limita nisi aliter constaret de mente rescribentis. Dec.consi.xxxiij. Ale. in l.ex facto.ff.de vulg.ꝛ pup.Dec. in c.ex parte.el ij.in j.not.de offic.deleg.

12 Materia Deci.in 3.xxxiij.in cons.ccix.ꝛ cons.cccxxxiiij.in fi.

13 Statutum. Jmo quod equiparetur vide Dec.in c.cũ accessissent.in xxv.de 3sti.in c. causam que.in gl. in ver.inferẽda.j.e.

14 Materiam. Uide Alex.in l.quia tale in prin.ff.so.mat.

15 Particularis. Et in hoc differt a rescripto Deci.in consil. cxlvij.in princip.

16 Dicatur not. Uide Dec.in cons.cex.

17 Prebenda. Uide Rot.dec.ccccxlv.si legatus in no.

18 Comprehenduntur. Uide Rot.decis.cxlvij.habens.in no.

19 Beneficium. Uide omnino Deci.in c. postulasti. in fin.j.eo. vbi Deci. fortiter opponit contra hanc conclusionem.

Sil.Ald.

a Altare. Geminia. Philippus Francus capitu.j.de consuetud.in vj. Deci.cex.nu.iiij. Ludoui. Gomes.in regu. cancellar. xviij.q.xxiij.

1 Jndultum,hoc verbum significat gratiam.
2 Causa potest committi a summo põtifice,appellatiõe remota.
3 Princeps potest tollere defensionem.
4 Generi quando derogetur per speciem,tractatur hic.
5 Rescriptum speciale derogat generali precedenti.
6 Rescriptum primum spẽale,derogat secundo gñali posteriori.
7 Quid si vtrunque sit generale vel vtrunque speciale.
9 Priuilegium secundum speciale non derogat primo, siue generali, siue speciali.
10 Priuilegium,ꝛ rescriptum,si concurrant quod preualeat.
11 Priuilegium contra ius commune, si det formam rescriptis impetrandis,non valet secundum.
12 Priuilegium si producit exceptionem peremptoriam,non impedit rescriptum.
13 Rescriptum si precedit priuilegium,nõ fit preiudicium rescripto:ꝛ priuilegium non nocet cause incohate.

1 Sicut Romana. † Jn tex. ibi: indultum. Hoc verbum gratiam significat.l. licitatio.§. earum.cum glo.ibi in ver.indulgentiam.ff.de pub.ꝛ per glo. in clem.fin.in ver.indulgemus. de celeb.mis.facit tex.in l.ij.in l.generalis.in l. cum indulgentiam.C.de sen.pass.ꝛ bo.tex.in c. cum ad monasterium.de sta.mo.ibi:quanquam ex indulgentia possit. Quandoque tamẽ indulgentia pro beneficio concesso a iure accipitur: vt in regula,indultum.de regu.iur.in vj.ꝛ quandoque pro simplici concessione accipitur:vt in c.ij.ꝛ fin.de dila. Et not.quod minus tribuit indulgentia,quam statutum.glo.not. in §.cum autem.in gloss.fin.inst.quib.mod.ius pat. Et quomodo cognoscatur indulgentia a statuto,not.Bald.in l.cum lex.ff.de legib.
1 Et que sit differentia inter indulgentiam,ꝛ priuilegium [1], tradit Anto. in c.nostra.in ij.op.de sepul.ꝛ ibi dicit quod indulgẽtia temporalis est priuilegium perpetuum:vel quod indulgentia respicit locum,ꝛ priuilegium personas. Sed talis differentia nõ probatur iure:ꝛ ideo dici potest ꝙ indulgentia fit, qñ pe
1 na remittitur [2] §.sed ꝛ quod princip.inst.de iu.nat.ibi.si cui ob meritũ indulsit.ꝛ gl.ibi.ꝛ in l.j.in fi.ff.de cõsti.prin. Et in effectu indulgentia est species priuilegij. Priuilegiũ vero est genus ꝛ comprehendit quamlibet concessionem factam 9 ius commu-
2 ne:vt s.dictum est in rub. † Primo no.quod causa a summo
a pontifice cõmitti põt,appellatione remota [a] ꝛ idem est in pn-
B cipe [B] seculari.l.j.§.fi.ff.a qui.ap.non lice. secus est in inferioribus a principe,vt in d.§.fi.dicitur:ꝛ ideo nec etiam legatus potest causam appellatione remota committere, vt Abb.hic dicit ꝛ est gl.in c.quod translationem.in gl.mag.in fi.de offi. leg.ꝛ sequitur Bal.in l.ij.ver.sed nunquid legatus.C. de app. ꝛ idem tenet Spe.in ti.de leg.§.nunc ostendendũ.ver.xiiij. Sal.in l.fi. C.de sen.ꝛ tradit Per.in ru.de ap. Et hoc ẽt procedit in legato,cui data esset potestas iudicandi appellatiõe remota: quia
3 ipse hoc alteri cõmittere nõ põt [3]: vt no.Bal.in l.ij.circa fi.ver. sed qd.C.de ap.ꝛ est tex.in c.super questionũ.§.si võ.de offi.de le.ꝛ no.Per.in c.pastoralis.in §.q.de ap.Ang.Are.in l.j.§.fi.in prin.ff.de app. Et pdicta pcedunt in inferioribus a summo põtifice:secus est in inferioribus a pricipe seculari,q possunt causam appellatione remota cõmittere. Jta dicũt Mod. hic allegantes Bal.in l.fi.in fi.C.quo.ap.vbi inquit valere statutũ ciuitatis quod pcedat appellatiõe remota ꝛ ꝙ no. Paul.de Ca. in cons.ccxxv.sup primo dubio.vbi dicit quod episcopus,ꝛ alij prelati magis adstringunt,quã alij seculares inferiores a principe seculari.ꝛ probatur in c.quod super his. de maiori.ꝛ obed. iuncta l.omnes populi.ff.de iustit.ꝛ iur. Sed aduertendum est, quia non videtur verum quod inferior secularis a principe possit causam appellatione remota committere: nam contra hoc est text.in d.l.j.§.fina.ff.a quib. appel.non lic.ad quem text. non aduertunt Mod.hic. Non obstat dictum Bald. in dicta l.fina.quia locum habet in ciuitate, que non recognoscit superiorem,alias non valeret statutum,vt no. Abb.in c. venientes. in prin.de iureiur.ꝛ not.Bartol.in l.omnes populi.versi.iuxta premissa quero.ff.de ius.ꝛ iu.cum similib. vt tradit Andr. Sic. in consilio lxxix.libro iij. Non obstat dictum Pauli de Castro in cõsilio preallega.quia potest habere locum in alia materia, prout loquitur: sed non respectu appellationis, que non potest tolli,nisi a principe, vt dictum est. Secundo predicta conclusio, quod appellatio non tollitur ab inferiore, locum habet in appellatiõe diffinitiua:secus est ab interlocutoria:vt notat Bartolus per illum text. in l.fina.C.de sentent. Moderni hic dicunt quod intellectus Bartoli communiter reprobatur: ꝛ quia textus in dicta lege finali intelligitur de appellatione friuola, circa quod talis clausula apposita per inferiorem in effectu nihil operatur:vt notat Bartol. in dicta l. fina.cum similibus.vt tradunt Moder.hic. Sed non consonat quod tex. in dicta l.fina,intelligitur de appellatione frustratoria in effe-
4 ctu,per tex.in c.pastoralis.de app. Unde vera resolutio [4] videtur quod in d.l.fine.inferior iudex possit appellatione remota, causam committere. Sed intelligitur quod remota sit ab eo,ꝛ non in preiudicium superioris:vt not.declarat Angel. in d.l.j. §.finali.ꝛ sequitur Angel. Aretinus ibi, qui dicit quod ista est veritas. Alia dicta Moder. de potestate legati de latere, non prosequor, quia extra propositum sunt, de quo vltra ea, que Moderni hic dicunt,notat Federicus in consilio cxcv. factum tale est.ꝛ in consilio cc.quod permutatio Baldi in titul. qui feud.dare possunt.in capitulo primo in princi.vers.quid de legatis cardinalibus.ꝛ Aluar. ibi. Roman. in consilio xxxvij.
viso

viso predicto.in secundo dubio.⁊ in consi.ccclxj.in casu propo-
site consultationis.Abb.in c.pro illorum.⁊ in ca.dilecto.in iiij.
notab.de preben.Alexā.consi.j.⁊ in consi.xcij.lib.v.⁊ Moder.
repetentes in clemen.sepe.in ver.mandamus.de verborum sig.
Et quod dicitur hic de clausula, appellatione remota: idem
B est,si audientia denegetur:quia tollitur appellatio [B], vt notat
Archid.xvi.q.vij.in c.si quis deinceps.in ver.audientia. Et se-
quitur Anto.de Butr.in c.significauerunt.circa finem.in ver.
vltimo inquantum.de exce. Imo.tamen ibi tenet contrarium,
per tex.in c.in nomine domini.xxiij.distinc. vbi excommunica
to,audientia denegatur. Et idem precise, ibi,nec aliqua super
hoc audientia reseruetur:⁊ tamen excommunicatus appellare
potest.c.significauerunt.c.si.de except.Sed respondetur quod
in isto modo arguendi,fallacia est.Nam dum dicitur quod ex-
communicatus appellare potest: verum est regulariter, quia
excommunicato non denegatur audientia absolute, sed dun-
taxat si agere velit.c.intelleximus. de iud.c.cum inter.de exce.
Sed quando precise,⁊ absolute audientia excommunicato de-
negatur,prout specialiter in d.ca.in nomine domini. disponi-
tur,in illo casu etiam appellatio prohibita videtur.Et ita de-
clarando,dictum Archidiac.bene procedit: quod etiam tenet
Specu.in titu.de appel.§.ij.versic.xxxij.Et in effectu differen-
tia est vtrum audientia denegetur generaliter, vel agendo tan
tum,vel excipiendo:vt tradit Peru.in rub.de appel.Et reten
ta conclusione, quod denegata audientia tollatur appellatio,
talis conclusio videtur procedere:quia de vi verborum si tolli-
tur audientia,exclusa videtur appellatio: secus si verba essent
generalia, ex quibus necessario non inferatur ad appellatio-
nem:puta si causa committatur: cum plena,⁊ omnimoda po-
testate.Nam per hoc non tollitur appellatio:vt not.Bald.in l.
ij.in ver.sed pone.C.de appel.Et propter hoc dictum Bal.non
videtur quod bene dicant Anton.⁊ Imo.in c.irrefragabili.in
princ.per illum tex.de offic.ordin.volentes quod si causa com-
mittatur libere expedienda, ⁊ terminanda, quod tollatur ap-
pellatio. Nam dictum eorum in effectu videtur contra illud
quod Bald.dicit.Non obstat tex.in d.c.irrefragabili. in princ.
quia respondet Peru.in rub.de appel.versic.sed quid si com-
mittatur.quod imo ille text.probat contrarium: quia ibi non
intelligitur exclusa appellatio, vbi foret iusta causa appellādi.
Sed ista responsio non videtur vera:quia licet ibi admittatur
appellatio ex iusta causa videlicet si modus excedatur, vt glo.
ibi dicit per illum tex.tamen ex quo regulariter ibi appellatio
prohibetur,propter illud verbum,libere,dictum Ant.⁊ Imo.
ibi probari videtur.Unde ad illum text.aliter responderi po-
test, quod ibi loquitur de appellatione ab interlocutoria, que
impediret processum in causa principali: secus videtur in ap-
pellatione a diffinitiua,de qua loquitur Bald. in loco supra al
leg. quia in diffinitiua agitur de maiori preiudicio, ⁊ officium
iudicis non impeditur: quia lata sententia, est functus officio
suo.l.iudex postquam.de re iud. Et ad predicta notandum est,
differētiam esse, an appellatio per rescriptum tollatur, vt hic,
vel tollatur a iure:quia a iure efficacius remouetur:vt no. vo-
luit Host.in c.pastoralis.§.fin.de offic.delega.Et illud dictum
pro singulari refert Anton.ibi.⁊ Abb.post alios sequitur.Si-
militer notandum est, quod si appellatio remota sit, intelligi-
tur in causa principali: vt not.Bald.in l.si ex causa.§.nunc vi-
dendum.ff.de mino.⁊ idem Bald.in c.conquerente. de restitu.
spo.Ange.in consi.xlvi.viso puncto.de quo dicendum est vt di
3 xi in c.pastoralis.in princi.de appel. ¶ Secundo not.princi-
pem posse tollere defensionem, ⁊ quia appellatio, defensio est.
c.suggestum.de appel.hoc videtur contra clementi.pastoralis.
de re iudic.Sed Abb.respondet, quod tollitur formalitas ap-
pellationis,que est de iure positiuo.⁊ hoc videtur Abb.dixisse
ex eo,quod habetur in c.pastoralis.de appel.vbi propter clau-
sulam,appellatione remota, non tollitur quin per superiorem
5 grauamen emendari possit [5], secus ergo videtur, si appellatio
ex toto tollatur:ita videtur sentire Abb.hic. Sed tamen con-
trarium dicendum videtur, videlicet quod appellatio absolu
6 ta tolli potest:quia appellatio est defensio ciuilis [6]:vt no.Abb.
in c.dilecti.de except.Domi.in c.non solum.in ij.not.de appel.
in vj.Petr.de Anch.⁊ Archid.in c.j.de appel.de quo late dixi
in rub.de appel.vbi videndum est: quia non soleo semel dicta
4 repetere. ¶ In gloss.j. Abbas late insistit, ⁊ finaliter, secun-
dum eum,resolutio est,vt dicamus quod aut per generale pri-
uilegium est ius quesitum in re, in qualibet specie cōtenta sub
genere,⁊ tunc species non derogat generi, vt in exemplo deci-
marum. Nam si generaliter vni concedantur decime in paro-
chia,⁊ alij postmodum concedatur vt possit decimas alicuius
predij percipere in eadem parochia, hoc secundum priuile-
gium speciale non derogat primo generali, de quo mentio fa-

7 cta non fuit [7]: ⁊ tali casu habet locum text.in capit.veniens.de
prescript.⁊ quod not.per gloss.in regula,generi.de regulis iu-
ris.in vj.⁊ xxxv.quest.ij.in summa.aut non fuit ius quesitum in
b re, sed ad rem [b]: ⁊ procedit iste text.vbi priuilegium prius da-
tum generaliter quod possit appellari in qualibet causa, non
tribuit ius in re de presenti, sed datur facultas appellandi in
futurum, oblata occasione. Ideo secundum priuilegium spe-
ciale derogat generali,nulla de eo facta mentione: sicut est in
priuilegio dato alicui generaliter conferendi beneficia in cer-
to loco, cui derogatur ex speciali derogatione alteri facta de
quodam beneficio dicti loci, licet de priori priuilegio generali
nihil dictum sit:vt est text.in cap.dictum.in capi.quanuis.el ij.
de preben.in vj. quia etiam in tali casu non est quesitum ius in
re,sed ad rem:⁊ non tollitur primum priuilegium,sed illi dero
gatur:ita Abbas hic, ⁊ idem Abbas tradit in dicto capit. ve-
niens.Aret.in consilio lxxvi.visis diligenter.versic.circa secun
c dum.⁊ sequuntur Andr.Sicu.⁊ Modern. [c] hic, per regulam
capit.postulasti.infra eodem. Et quia differentia est inter ius
8 in re,⁊ ius ad rem [8]. cap.penul.de preben.in vj.in cap.fina.de
concession.preben.Sed aduertendum est,quia licet doctrina
Abba.a posterioribus approbata sit, dubitabilis tamen vide-
tur. Nam primo text.in cap.postulasti.quem Modern. addu-
cunt,potius in contrarium facit,dum ibi requiritur quod fiat
mentio de eo,quod si Papa sciuisset,non ita de facili concessis
set:quia negari non potest quod si Papa sciuisset de iure alte
rius: etiam ad rem,non ita de facili in contrarium rescripsis-
set.Similiter non obstat quod dicunt Modern.differentiam
esse inter ius in re,⁊ ad rem:quia dato quod istud verum sit, ⁊
quod ius ad rem facilius tollatur, tamē etiam de iure ad rem
etiam minimo, quod possidet.
3 Impetrans beneficium an debeat facere mentionem de nobi-
litate sua.
4 Impetrans debet facere mentionem de beneficio notabili.
5 Quid de cura animarum.
6 Beneficium quando dicatur esse curatum.
7 Impetrans beneficium an debeat facere mentionem de quali
tate continue residentie.

8 Quid de dignitate, vel ordine. 9.
10 Quid de valore beneficij.
11 Quid si gratia sit concessa motu proprio.
12 Impetrans debet facere mentionem de qualitatibus beneficij obtenti.

1 d aures. ¶ † Nota primo tria beneficia, que sonant in nomē dignitatis, decanus, archidiaconus, & precentor: vt colligitur ibi: vel alijs ecclesiasticis prediti dignitatibus. Decanus enim dicitur
1 pars honorabilior capituli [1], secundum glos. in c. cum inter vniuersas. in princ. de elect. allegat text. in c. post electionem. de concess. prebend. vbi Doctor. presupponunt pro constanti quod habeat dignitatem: vt no. ibi Imol. Et ad hoc facit quod decanus, a multis dicitur archipresbyter. c. ad hoc de offic. archip. 50. dist. c. in capite. & no. lx. dist. c. j. & ij. Archi. vero
2 dato etiam quod non haberet administrationem [2]: dicitur tamen habere dignitatem, vt Ab. post alios concludit in c. de multa. versiculo secunda conclusio. de preb. Et precentor etiam dicitur habere dignitatem, secundum statutum, vel consuetudinem, que esset in loco, secundum not. in c. j. de consuet. in vj. & in c. cum olim. de consuet. vbi etiam tex. de precentore. Et alias etiam reperitur precentor, & precentoria, de qua in c. cum deputati. de iud. & in c. abbate sane. in suprascriptione, de re iudic. in
2 sexto. ¶ † Secundo nota quod impetrans beneficium, etiam minimum, debet facere mentionem specialiter de dignitate, quam obtinet, de quo infra videbimus post Abbat. qui late insistit. Successiue Abb. post alios opponit, & in effectu concludit, quod dum text. loquitur de impetratione facta super minoribus beneficijs, debet subaudiri, maxime: quia idem esset in maioribus beneficijs, quia Papa facilius minora concedit quam maiora: & quia de quolibet minimo debet mentio fieri c. si motu proprio. de preben. in vj. Sed certe maxima diuinatio videtur quod subaudiatur, maxime, vt patet: nā si Papa hoc voluisset, dixisset. l. j. §. sin autem. C. de caduc. tol. Et ideo dicendum videtur quod iste text. habeat locum tantum in minoribus beneficijs, vt loquitur: & necessario presupponendum est quod iste fecisset mentionem de alio beneficio simpliciter, & in genere, quia aliter non valuisset impetratio, per iura, que Abb. adducit. Et facit tex. in c. cum adeo. infra e. & in c. cum teneamur. de preben. & probatur hic, dum tex. facit vim, quod nomen dignitatis expressum non fuit. Nam non esset opus facere vim in taciturnitate nominis dignitatis, si de beneficio nulla mentio facta esset: quia ex regula communi impetratio non valeret. Et ideo in text. hic ponderatur quod non fuit expressum nomen dignitatis, quia Papa voluisset tale beneficium tenue reseruare pauperibus clericis. In beneficijs vero * maioribus satis est facere mentionem de primo beneficio, dato quod dignitas non exprimatur, & ita videtur velle text. hic, qui facit vim in dignitate suppressa. Et in effectu iste videtur intellectus Cardinalis, secundum quem infertur quod regulariter non requiritur quod fiat in specie mētio de beneficio, quod impetrans habet: sed sufficit quod simpliciter, & in genere facta sit mentio de beneficio. vt per gl. in clem. j. de preben. Sed Ab.
a reprobat [a] istum intellectum: quia simpliciter hic appellauit se clericum, & nulla penitus erat facta mentio de beneficio, etiam in genere, secundum eum. Sed respōderi potest quod imo presupponendum est, quod hic fuisset facta mentio de beneficio in genere, ex quo tex. vim facit in qualitate dignitatis, vt supra dixi. Si enim nulla mentio penitus facta fuisset de bñficio, alia ratione generali non valuisset impetratio, per regulam, que habetur in c. si motu proprio. de preb. in vj. & non fuisset opus facere vim in qualitate beneficij: prout tex. facit. Secundo Abb. arguit contra intellectum Car. quia induceret ius nouum: quod non est dicendum: quia Papa respondet ad consultationem. Sed responderi potest, non esse hoc inconueniens, quando fit consultatio in casu alias nō determinato. Tertio Ab. allegat, quia tex. regulare quod debeat fieri mentio de qualitate bñficij, per cle. si Romanus. de preben. vbi in illo casu spāle est: ergo in contrarium est ius commune. Sed respondetur quod ibi speciale non est propter qualitatem beneficij, sed absolute: quia in illo casu non est opus facere aliquam mentionē de beneficio. de
3 hoc j. videbimus. ¶ † Successiue ex dictis Abb. colligit post
3 Jo. And. & alios contra Host. quod de nobilitate [3], & diuitijs impetrantis non debet mentio fieri. And. Sic. hic tenet opi. Hosti. quibusdam rationibus leuibus, quibus Mod. rñdent, & sequūtur opinionem communem: quia facilius nobilibus debent beneficia conferri: vt no. in c. de multa. de pre. Et adde tex. not. in c. venerabilis. j. de preb. vbi in collatione beneficiorum nobilitas non attenditur, & acceptio personarum non habetur. Vi-
4 detur [4] tamen quod si nobilitas capitur pro potentia, & diuitijs, & agat de beneficio tenui, quod deberet mentio fieri in tali casu, de nobilitate, per rationem text. hic. Et licet tex. loquatur in illis, qui abundant ex reditibus beneficiorum, videtur tamē quantum ad intētionem superioris militare ratio, que in tex. allegatur, ne fiat preiudicium pauperibus clericis. Et notandum est quod hic videtur considerari preiudicium alterius, ét in spe multum remota. Sed dicendum est quod hic potius cōsideratur intentio superioris, quam alterius preiudicium. Et ad predicta conferunt, que de patrimonio tradunt Mod. in c. postulasti. j. eo. & de nobilitate in c. cum adeo. j. eod. ¶ Pro resolutione aliorum, que Abbas hic scribit, videndum est de tribus. Primo, an & quando debeat mentio fieri de qualitatibus beneficij impetrandi. Secundo specialiter, an de valore beneficij debeat mentio fieri. Tertio an de qualitatibus beneficij ob-
4 tenti. † Circa primum Abbas concludit quod de qualitate beneficij notabili mentio facienda sit: quia talis qualitas inducere potest Papam ad non concedendum, secundum regulam. c. postulasti. infra eodem. Et istam cōclusionem secundum etiam Ab. tradit in c. super literis. in glos. in verbo, literas. in princ. infra eodem. Domi. in c. dudum. in glos. in verbo, de ipsa. de preben. in vj. & idem tradit Lapus allegatione lxxxix. factum, super quo. vers. item sciendum. & Rota decis. xxxij. quidam habens canonicatum. de rescript. in nouis. & in decisio. lxj. dominus Papa Gregorius. de concess. preb. in antiq. & Old. cons. xxij. ad questionem. in fi. Alex. cons. cxiiij. ponderatis his. lib. j. dum allegat pro singulari illum tex. in d. c. postulasti. Et aduertendum est, quia de qualitate, que induceret superiorem ad facilius concedendum, est de consilio quod exprimatur, sed de necessitate non requiritur. Et predicta cōclusio procedit in qualitatibus, de quibus non est iure cautum quod exprimantur: secus est in his, in quibus iura disponunt quod expressio debeat fieri: quia tunc precise expressio facienda est, nec consideratur tunc intentio superioris: vt not. Domi. in c. dudum. in loco preallegato, per d. c. si motu proprio. de preb. & not. Mod. in c. in nostra. vers. theo-
5 rica. j. eodem. † Secundo Abb. specialiter infert quod debeat
B mentio fieri de cura animarum [B], si quam illud beneficium habet. c. cum in illis. de preb. in vj. vbi Dom. per illum tex. dicit quod beneficium curatum nunquam includitur, nisi facta sit mentio de ipso. & no. Card. cons. xxx. in hac dubia questione. cum simili. vt per Mod. in c. in nostra. in x. corollario. j. e. Et fuit dictum Calde. in d. c. in nostra. vbi Imo. Et adde quod hoc est verum, nisi curia accessorie annexa sit, quia tunc non reputatur curatū
5 beneficium. c. super eo [5]. de preben. Et dicit Dom. in d. c. super eo. quod ad iudicandum beneficium curatum non attenditur illud, quod ex accidenti competit, sed eius natura cōsideratur.
6 & hoc idem Old. dicit cons. cij. factum tale est. † Secundo quod non videtur facta mentio de cura, licet in executione dicatur quod cura animarum non negligatur. tex. sing. in cle. j. in prin. de preb. Tertio adde quod curatū dicitur beneficium, siue habeat curam fori contentiosi, siue fori penitentialis: vt not. Inno. in c. dudum. el ij. de elect. & Abb. ibi in ix. nota. & idem Abb. in c. de multa. de preb. & per glo. in extrauaganti, execrabilis. in ver. curam animarum. Sed tamen proprie, & stricte cura animarum est in foro penitentiali, & nulli conuenit, nisi sacerdoti: vt not. Innoc. in c. cum satis. de offic. archidiaco. vbi Anto. de Butrio versicul. circa primum. Cardin. consil. xlviij. ad dubia. Et que sit dignior cura fori contentiosi, vel fori penitentialis, disputat Cardinalis in clementina prima in principio. quest. septima, & Imola ibi. Et curatum beneficium proprie intelligitur, quando quis facit illud ex necessitate: quia ipse adstringitur, & alij coguntur accedere: vt notat Abbas in dicto capitulo de multa. vbi allegat gloss. in clementina dudum. in verbo, impendant. de sepul. & ibi Abbas. Et notandum est quod habere baptismum, & chrisma, non faciunt vt beneficium curatum sit: vt tradit Federicus consilio lxx. factum tale est. &
7 Cardinalis in decisio. j. quarta questione de baptismo. † Tertio specialiter Abb. infert quod debeat mentio fieri de qualitate continue residentie vt per Cald. in c. in nostra. vbi Imol. de rescript. per nota. in c. fi. de cle. non resi. Sed obstare videtur quod omnia beneficia de iure communi requirunt residentiam: vt not. Innoc. Joan. And. & Abb. post alios in d. c. fi. de cleri. non residen. Et de qualitatibus, que insunt beneficio de iure communi, non est opus facere mentionem. vt tradit Rota decisio. lxx. dominus Vrbanus. de rescriptis. in antiquis. facit quod tradit Ro. singulari xxxvij. vtrum nobilis. in fine. cum similibus. vt tradunt Moder. in c. in nostra. iiij. corollario. infra eodem. & in c. super literis. vers. secunda regula. infra eodem. Sed responderi potest quod predicta conclusio procedit habito respectu

respectu ad consuetudinem generalem, que est quod simplicia
beneficia non requirant residentiam: vt not. in c. gratia. de re-
8 scrip. in vj. † Quarto Abb. infert quod debeat mentio fieri de
dignitate, per istum text. Sed iste tex. parum facit, quia loqui-
tur in isto casu particulari, quando agitur de minoribus bene
ficijs, per ea, que supra dixi, secundum intellectum Cardin. Et
ideo pro ista conclusione bene facit text. in c. de multa. de preb.
vbi dignitas, et curatum beneficium equiparantur. Sicut ergo
debet fieri mentio de cura, ita videtur etiam de dignitate. Se-
cundo probatur in c. fi. de preben. vbi mandatum vt prouidea-
tur alicui de beneficio, non includit dignitatem. Ex quo datur
intelligi, quod dignitas sit qualitas notabilis, de qua mentio
fieri debet. Tertio facit text. et ibi Abb. in fi. per illum text. in
c. ad hec. de preb. dicit quod quelibet dignitas residentiam re-
9 quirit: ergo mentio fieri debet, vt supra dictum est. † Ultimo
Abb. concludit quod de defectu ordinis requisiti non est opus
facere mentionem, per c. ei, cui. de preben. in vj. no. Cald. in d. c.
in nostra. et refert Imol. ibi, et est etiam text. in c. si pro clericis
pauperibus. de preben. in vj. Et ibi Domi. in secundo not. di-
cit quod taciturnitas ordinum sacrorum requisitorum non in
ducit surreptionem in literis beneficialibus: et hoc, nisi expres-
se illud disponatur, vt dicit Domi. ibi. in iij. nota, per text. in c.
nemo deinceps. de elec. in vj. Et vide Abb. qui hoc notabiliter
10 declarat in c. cum in cunctis. §. inferiora. de elec. ¶ † Circa se-
b cundum articulum an debeat mentio fieri de valore[b] beneficij
ex dictis Abb. tres conclusiones colliguntur. Prima est, quod
6 de iure non requiritur quod exprimatur valor beneficij[6]: vt
per glos. in cle. j. de preben. in glo. v. quam sequitur ibi Cardin.
et Imo. et Anto. de But. et Imo. in c. in nostra. infra eod. Et ra-
tionem huius conclusionis Abb. hic adducit: [redacted] beneficium
debet principaliter [redacted] er spiritualia: temporalia ve-
ro accessorie veniunt, et non sunt in consideratione. Facit quod
supra dixi de cura, [redacted]
debet. c. super eo. de [redacted]
c. in nostra. in corollario. xxxiij. infra eod. et Rota decis. xlvj. eo-
dem titu. in antiquis. Sed tamen considerandum est quod ra-
tio Abb. videtur procedere in accessorijs non necessarijs: non
sic videtur in accessorijs necessarijs, prout sunt temporalia, sine
quibus spiritualia esse non possunt. j. q. iij. c. si quis obiecerit. si-
7 cut anima sine corpore esse non potest[7]: vt per gloss. in c. illud.
de maio. et obedien. Secundo pro ista conclusione Abb. in fine
ponderauit text. hic, qui solum facit mentionem dignitatis,
dum annullat literas: ergo valor, et reditus beneficij non viden
tur esse in consideratione, vt latius per eum hic. Sed respon-
detur quod finis intelligitur secundum precedentia: et in prece
dentibus patet, quia de dignitatibus loquitur respectu redi-
tuum. Nam in principio dicit quod supprimunt nomen digni
tatis. Deinde infert text. quod non est conueniens quod plu-
ribus reditibus abundantes habeant talia minora beneficia.
Ex quo patet quod in principio tex. loquitur de dignitatibus
respectu redituum: quia ex dignitate verisimiliter presumitur
de reditibus. Et hoc modo inducendo tex. videtur probare cō
trarium eius, quod Abb. dicit. Et quod sit de iure quod valor
beneficij exprimatur, facit ratio, quia Abb. hic adducit ad iu-
stificandum illud, quod est de stylo curie, dum dicit quod quan
titas valoris posset principem mouere, vel inducere ad conce-
dendum, iuxta regulam, que habetur in c. postulasti. infra eod.
Nam ista ratio etiam videtur militare de iure. Et ideo conclu
dendum videtur quod non est de iure precise, quod valor expri
matur: quia iure cautum non reperitur, sicut est cautum de be
neficio, licet minimo. c. si motu proprio. de prebend. in vj. Sed
quantum ad coniecturandum intentionem superioris, est de
iure, secundum regulam. d. c. postulasti. Secūda conclusio Ab.
est, quod de stylo curie est, quod valor exprimatur. Et ita ordi-
8 nauit Urbanus Papa vj. vt habetur[8] per Rotam in xix. deci
sione. licet impetrans. eod. tit. in nouis. et not. Pet. de Anchar.
in consil. ccxcvj. pro clariori euidentia. in prin. et consil. ccxcviij.
efficacibus. in princi. et idem statutum fuit per Ioannem Pa-
pam xxij. vt refert Pet. de Anch. consi. cxxxviij. de natura. Et
idem temporibus nostris ordinauit Innocentius viij. in regu
la xj. incipien. item voluit quod in gratijs. Et huius styli Ab.
hic rationem adducit: quia quantitas redituum posset Pa-
9 pam remouere a concessione, secundum qualitatem persone[9],
argum. dicto capit. postulasti. Sed aduertendum est, quia ista
ratio etiam inferre videtur quod hoc sit de iure, vt supra dixi.
c Et stante stylo[c], prout Abbas hic loquitur, ista ratio non de
bet attendi: quia tunc stylus debet precise obseruari. Nam quē
admodum dictum est quod de iure debet fieri mentio de alio
beneficio, etiam minimo. capit. si motu proprio. de prebend. in
sexto. et tali casu non attenditur intentio superioris, sed pre-
cise seruandum est quod a iure disponitur: ita ergo videtur
in stylo: et ex quo ita statutum fuit a pluribus pontificibus, iam
11 videtur esse non tantum de stylo, sed etiam de iure. † Tertia
conclusio Abbatis est, per quam precedens conclusio amplia-
d tur, videlicet quod etiam si gratia motu[d] proprio facta sit, vi-
10 tiatur tamen si verus valor non exprimatur[10]: quia licet mo-
tus proprius extinguat surreptionem. c. si motu proprio. de
preben. in sexto. et in clementina si Romanus. de prebend. non
tamen firmat gratiam contra voluntatem concedentis: vt la-
tius per eum hic. Sed contra hoc facit text. in dicto cap. si mo
tu proprio. et in dicta clem. si Romanus. vbi vitium taciturni-
tatis alterius beneficij purgatur, et tollitur per clausulam, mo
tu proprio, et certe hoc videtur contra voluntatem conceden-
tis: quia alias non presumitur voluisse prouidere beneficiato:
vt in c. cum adeo. j. eod. et in c. cum teneamur. de preb. Et ita ar-
guit Aret. in c. causam. el ij. de testi. et in terminis nostre questio
nis contra Abb. et Pe. de Anch. consi. cxxxviij. de natura et effi
cacia. vbi inquit, quod sicut clausula, motu proprio, operatur
circa pluralitatem beneficiorum, ita debet operari in quantita
te valoris. Et allegat quod not. Ioan. And. in d. c. si motu pro
prio. vbi inquit, quod sicut motus proprius purgat vitium ta-
citurnitatis aliorum beneficiorum, ita omnem aliam tacitur-
nitatem, que alias vitiaret. Et facit quod de clausula motu
proprio, etiam not. Pet. de Ancha. cons. ccxcvj. pro clariori. in
prin. et Ro. cons. cccxxvij. iste sunt. cum simil. vt tradunt Mod.
hic, concludentes contra Abb. in ista tertia conclusione. Et fa-
cit quod de clausula motu proprio, not. Barto. in l. vniuersi. in
princ. C. de lega. lib. x. cum simi. tradunt Areti. et Mod. in c. cau
sam. el ij. de testib. Facit tex. in l. iij. in princ. ff. quod quisque iur.
et glos. not. in l. qui autem. ff. si quis cau. et quod ibi Alexan. post
alios. et quod not. Ange. in l. sed et si quis. in §. quesitum. in fi. ff. si
quis caut. Et idem Ang. in l. omnes. in princ. ad fi. C. de quadr.
prescrip. et quod not. Abb. in c. ij. de immu. eccl. Non obst. quod
motus proprius non operetur contra voluntatem conceden-
tis, prout Abb. hic dicit. quia contrarium probari videtur in
d. c. si motu proprio. Et ideo distinguendum est de voluntate
concedentis: quia aut loquimur quo ad vitium surreptionis:
et isto respectu bene operatur, etiam contra verisimilē volunta
tem concedentis. d. c. si motu proprio. vt s. dixi. Aut quo ad dis
pensandum circa inhabilitatē impetrantis: et motus proprius
non operatur. Et pro ista distinctione bene facit text. in c. non
potest. in fi. de preb. in sexto. vbi prouisio alicui facta a summo
pontifice de beneficio, non obstante quod aliud haberet bene-
ficium: ista verba non inducunt dispensationem, vt retinere
possit vtrunque beneficium, sed solum operantur quod gra-
tia non sit surreptitia. Et sic remanet firmata opin. Petr. de
Anchara. contra Abbat. quod valet gratia facta motu pro-
prio, licet verus valor non exprimatur: talis enim taciturni-
tas non vitiat. secus tamen esset in valore expresso: quia si falso
exprimatur in notabili quantitate, gratia vitiatur, licet mo-
tu proprio concessa fuerit: vt notabiliter concludit Petrus
de Anchara. in consilio cxxxviij. de natura et efficacia. Et sic in
effectu plus vitiat falsitas expressa in valore beneficij, quam
taciturnitas. Nam quando falsus valor exprimitur, videtur
expressa falsa causa: quo casu non valet gratia, licet motu pro
prio facta sit: vt notat Abbas in capitulo quia circa. de con-
sanguinitate et affinitate. versiculo sed quero. et Cardinalis con
silio xcvj. videtur vnio. in principio. et Petrus de Ancharano
consilio clxxxviij. visis consilijs. cum similibus. vt hic per Mo
der. Et adde Baldum in l. imperialis. §. si miles. in fine. C. de
nuptijs. vbi inquit quod proprius motus principis errantis
non facit valere priuilegium. Et quod dictum est de valore ex
primendo secundum stylum curie, non habet locum in Car-
11 dinalibus[11], vt concludit Petrus de Ancharano in consi-
lio ccxcvj. pro clariori euidentia. et in simili casu tradit Roma-
nus consilio cccxlviij. in casu, de quo queritur, cum similibus:
vt tradunt Moder. hic. Et adde quod istam questionem late
prosequitur. Bartol. Bellen. in tractatu de charitatiuo subsi-
dio. in quest. lxv. vbi sequitur opinio. Petri de Ancharano et
late reprobat Romanum in consilio supra allegato. ¶ Uenio
ad tertium dubium, videlicet an debeat mentio fieri de quali-
tatibus beneficij impetrati: in quo ex dictis Abb. due conclu-
siones colliguntur. Prima est, quod si agatur de dispensatio-
ne, ita quod liceat retinere secundum cum primo, nō valet dis-
pensatio, nisi sit facta mentio de qualitate primi: et ideo habens
prepositurum, si impetrauit vt possit habere aliā dignitatem,
et simul retinere cum prepositura, si non fecit metionem quod
prepositura esset curata, prout erat, non valet dispensatio: vt
probatur in clemen. prima. in princip. de prebendis. Et ad hoc
facit, quia iura, que requirunt in literis beneficialibus expres-

sionem certarum qualitatum, habent etiam locum in impetrationibus dispensationum super beneficijs retinendis: vt notat Domi. per glos. ibi, in c. non potest. in princ. ad fin. de prebend. in vj. Et ille text. bene facit in fin. vbi vitium surreptionis facilius purgatur, quam quod dispensatio inducatur. Et in ista prima conclusione notandum est quod incidenter dicit Abb. quod vbi sunt duo impedimenta, vno sublato, aliud non tolli-
12 tur: vt not. Bart. [12] per illum tex. in l. si domus. de seruit. vrba. predio. & Oldrad. qui allegat illum text. in d. l. si domus. consil. cclxvij. factum tale est. not. Bald. in l. j. C. de furt. facit quod not. Bal. in l. eam, quam. ver. sed pone, quedam. C. de fideicom. cum simil. vt late per Moder. in c. postulasti. in princi. infra eodem. Secundo notandum est quod Abb. dicit de illo, qui impetrauit dispensationem super beneficio, quod illicite occupauit, non facta mentione de vitioso ingressu: quia dispensatio non valet. & idem notat Domi. in c. eum, qui. de preben. in vj. Imol.
12 in c. postulasti. cum simili. vt late ibi congerunt Moder. † Secunda conclusio Abb. est, quod de qualitatibus beneficij ob-
c tenti [c] debet fieri mentio specialis, vt probat hic. & idem Abb. in c. in nostra. in vltimo notabi. per illum text. infra eod. & facit text. in cle. ij. de offic. ordi. cum simili. vt per Mod. in princ. hic. Est verum quod Andre. Sicul. hic tenet contrarium quibusdam rationibus, quibus Moder. hic respondent. Sed concordando opi. dicendum videtur quod si facta sit mentio simpliciter de beneficio in genere: videtur purgari vitium pluralitatis, iuxta c. quia in tantum. de prebend. Et quia hoc est expressum in iure, debet exprimi, etiam si minimum beneficium sit. c. si motu proprio. de prebend. in vj. Et tali casu non debet attendi intentio superioris, qualis verisimiliter fuisset: sed precise debet fieri mentio de beneficio, saltem in genere: quia ita est statutum a iure. d. c. si motu proprio. & not. Domi. in c. dudum. de preben. in vj. Sed de qualitatibus beneficij obtenti non videtur cautum iure absolute quod exprimatur: sed debet considerari an sit talis qualitas, que verisimiliter haberet retrahere superiorem ad non concedendum, secundum regulam c. postulasti. infra eod. ¶ In glos. j. in fi. not. est illa gloss. secundum Abb. quod litere ad beneficia per alium interpretari possunt
13 sine speciali mandato: secus est in literis ad lites [13]. & idem gl. in c. nonnulli. in §. j. in glo. magna, in fi. infra eo. & not. Abb. in c. ex ore. primo nota. de his, que fiunt a maiori parte capi. de quo dicendum est vt tradunt Doct. in d. c. nonnulli. §. j. vbi Mod. vers. fallit primo.

¶ Additiones.

* ¶ In beneficijs vero. Inter has varietates vide per do. Fely. hic. Adde Philippum Francum in c. si apostolice. nume. 6. de preben. lib. vj. Incer. Aut.

B ¶ De cura animarum. Adde quod licet fieri debeat mentio de cura animarum, non propterea opus est exprimere an cura sit magna vel parua. ita dicit Car. notáter in cons. xxx. hic alle. & assignat rationem: quia hoc iure non cauetur. Preterea quando ad idem concurrunt cura collegij & cura parrochie, non est opus facere mentionem de cura parrochie, sed sufficit exprimere curam collegij. ita voluit Car. in d. consi. vers. iij. ad idem vbi ad hoc allegat c. statutum. de elec. lib. vj. & que sit ratio quod fienda sit mentio de cura animarum quando impetratur beneficium, vide per eundem Cardi. in d. consilio in versicu. item omnis ratio. Hiero. Hig.

1 ¶ Capituli. Adde Dec. in c. prece. in prin. vbi idem dicit.
2 ¶ Administrationem. Adde Card. in cle. si. de preb.
3 ¶ Quod de nobilitate. Adde Deci. in c. cum adeo. in glos. infra eodem.
4 ¶ Videtur. Et quod magis nobilibus sit prouidendum, dicit Goffre. in sum. in tit. de temp. ordi. §. sed circa hospitalitatem. in fi. facit tex. in c. de multa. de preb. in c. cum adeo. j. eo. in c. constitutus. el ij. de ap. glo. in l. societas. §. societas. ff. pro soc. & quod not. gl. in c. statuimus. in vers. volumus esse potiorem de maio. & obe. cum si. que late deducit Bonus de Cur. lib. xj. in suo trac. nobilita. vers. par. in xv. priuilegio.
5 ¶ C. super eo. Vide qualiter idem Deci. declaret hic j. no. 27.
6 ¶ Beneficij. Adde Deci in consi. cclxij.
7 ¶ Non potest. Indignum sane verbum homine christiano, nihil enim aliud est homo. nisi ex spiritu carnem facere, & ex carne spiritum.
8 ¶ Vt habetur. De hoc vide late Gomesium in comment. regu. canc. de valore beneficiorum in impetrationibus exprimendo, in princ.
9 ¶ Persone. ¶ Vera ratio fuit propter fraudem annatarum euitandam: nam videmus quod in beneficijs non soluentibus annatas non exprimitur valor, vt in monasterijs monialium & hospitalibus datis in administrationem. Item quod Cardinales qui non soluunt annatam non tenentur hac regula, ita voluerunt Fernan. cordubin. Hispa. in tract. de annatis. & Bellenzi. in trac. de charit. subsi. q. xvj.

10 ¶ Exprimatur. Aduertatur quia q. hec superuacanea est, attento quod secundum stilum curie, valor nó exprimitur in collationibus motu proprio factis: quamuis enim olim ita statuerit in sua regula. Urbanus vj. & eam secutus sit Martinus v. prout de ea meminit Petr. de Ancha. in consil. cccxvij. efficacibus & cons. cccxv. pro clariori. tamen Jo. xxiij. primus. d. regulam sustulit: quem excepto Martino vsque ad hec tempora omnes sunt imitati. & vide Felin. in c. dudum. vers. sed vltra omnes alios de presum.

11 ¶ Cardinalibus. Hec opin. communis est, & recepta Rome & cum ea transit Bellen. in tra. de charita. subsi. q. lxvj. Ripa consil. xv. lib. j. respons. And. Sicu. in cons. xxiij. in iij. dub. lib. j. c. in nostra. j. eod. vbi dicitur quod hec opposi. est firma sicut petra. quamuis contrarium teneat Gomesius. in d. regula cancell. de valore reprimendo. in j. q. vbi videndum.

12 ¶ Vt no. Bart. Adde Jas. in l. fi. ff. de const. princ. Dec. in consilio x. Alexan. consi. lx. lib. ij. in consi. cxcv. lib. ij. Feli. in c. postulasti. de rescript.

13 ¶ Ad lites. Adde Deci. qui idem dicit in c. ad hec. in ij. nota. infra eod. Siluest. Ald.

a ¶ Reprobat. Et bene. Feli. hic, Fran. Ripa late, quicquid dicat Barbat.
b ¶ Valore. q. Thol. ccccxxxv.
c ¶ Stylo. [redacted]
d ¶ Motu. Nisi Papa habeat valorem pro expresso.
e ¶ Obtenti. Felin. hic, Joan. Sel. tract. de benefi. parte iij. q. xj. numero 51. [redacted]

1 Rescriptum secundum non faciens mentionem de primo, habet effectum, si primus impetrator fuit negligens vtendi suo rescripto.
2 Dolus regulariter non presumitur.
3 Dolus an probetur ex indicijs.
4 Negligentia probatur per lapsum termini statuti.
5 Exceptio est perpetua, licet actio sit temporalis.
6 Jus offerendi an sit perpetuum.
7 Jus excipiendi quando non habet causam distinctam a iure agendi, si competit, quia habet ius agendi, sublato iure agendi, tollitur ius excipiendi.
8 Replicatio regulatur secundum naturam actionis respectu temporis: durat enim tanto tempore, quanto durat actio.
9 Reus habens exceptionem, potest preuenire, & petere vt declaretur actori nullum ius competere.



I autem. Summa, & diuide vt per Abb. hic. ¶ † Nota pri-
1 mo quod secundum rescriptum [1] non faciens mentionem de primo, habet effectum, data negligétia primi impetrantis. Ex quo datur intelligi quod non est nullum ipso iure: quia si esset nullum, non posset recóualescere: vt in regula, nó firmatur: de regul. iur. in vj. Et hoc verum intelligitur, nisi constaret de mente Pape, qui bene potest illud, quod est nullum, conualidare: vt not. Inno. in c. iij. de his, que fiunt a prela. ¶ Secundo nota quod rescriptum extinguitur, data negligentia petentis. Et hoc quando secundum impetratum fuit. Et ita limitatur. l. falso. C. de diuers. rescri. secundum Abb. hic, & Moder. sequuntur reiecta opin. Bald. in peculio eius, qui dicebat istum tex. procedere de iure canonico: secus est de iure ciuili. Et quod Abbas hic dicit, tenet Bart. in d. l. falso. & sequuntur ibi Bal. & Paul. de Cast. & idem tenet gl. hic. Et ad hoc facit, quia in dubio non debet constitui differentia inter ius canonicum, & ius ciuile: vt no. in c. j. de oper. no. nunc. & quia tex. in d. l. falso. loquitur respectu temporis, quod tali respectu perpetuum est: quia tempore non tollitur simpliciter. Sed in casu isto agitur de re-
2 uocatione primi rescripti per secundum, de quo non agitur [2] ibi. ¶ Tertio nota casum, in quo dolus, & negligentia equiparantur. Ad idem facit tex. in c. significauit. de offic. ordin. vbi Anto. de

Anto.de But. Magis tamen dolus, quam negligentia, puniri debet: vt dicitur in c.ad falsariorum.in fi.de fal.& in c. nihil est
a de elect.vbi Abbas. ¶ †In gl.j.ex dictis Abb.habetur primo quod dolus nō presumitur, per regulam l.quoties.§.qui dolo. ff.de proba. Et ista regula limitatur, vt per Floria.ibi, cuius dicta simpliciter reassumunt Mod.hic. Et adde ꝙ propter hoc
3 in notario semper potius presumitur error, quam dolus[3]: vt no.Bar.dicit in l.quoties.§.j.ff.de hered.insti. Et idē de iudice qui male iudicauit: quia potius imperitia, quam malitia, presumitur: vt no.Bal.in l.obseruare.in §.proficisci.xxix.q.ff.de offic.proconsul.& lega. Et predicta maxime procedunt, quando agitur de modico preiudicio.cap.accedens.de cri.fal.& Abb. ibi dicit ꝙ in re parua dolus non presumitur, sed intelligendum est, maxime. Et etiam in eo qui mendacium dicit, non presumi
4 tur dolus, nisi agatur de vtilitate eius[4], vt probatur in l.elegāter.§.fi.cum l.seq.vbi Bar.ff.de dolo.& not.Alex. in l.dolum. C. de dolo.qui per hoc reprobat Pau.de Cast.vbi simpliciter dicit, ꝙ ille, qui scienter asserit illud, quod ignorat, dicitur esse in dolo.& Moder.sequuntur hic. Sed dictum Pauli de Cast.saluari potest, prout ipse loquitur, quando quis pro certo constāter asseruit ꝙ ipse ignorabat, & non erat verum. †Secūdo Ab-
3 bas concludit quod dolus probetur ex indicijs: vt est text. in c. ij.de renuntia.in vj.& per glo.in l.apud Celsum. in princ. in gl. ij ff.de excep.doli.cum simi.vt tradunt Mod.hic, & prius Alexand.in l.dolum.C.de dolo. Et adde quod ex qualitate facti dolus probatur l.j.§.fi.vbi glo.in verb.ex facto.de excep.doli.facit textus in l.summa cum ratione.§.j.ff.d pecul.in l.omnes.§. Lucius.ff.de his, que in fraud.cred.in l.dolus.C.de rescind.vendi. & in l.j.§. quod autem. ff. de eo, per quem fac.erit. Similiter ex qualitate temporis dolus arguitur l.si mandauero.in fi.ff.mā-dati.l.si quis forte.ff.de penis l.si hominem.in princ.ff.depositi. Similiter ex qualitate persone dol⁹ arguitur l.vidue.C.de nuptiis.l.j.C.vbi pupil.educa.debe.& in authen. quibuscunque. C. de sacrosan.eccles. Et ex pluribus alijs dolus presumitur, vt late Alber.prosequitur in l.dolum.C.de dolo.post Pileum, quē ibi refert: & ibi etiam plures casus ponit, in quibus suspicio doli purgatur. Et adde text.& gl.& Bar.in l.propter veneni.§.nec quis.ff.ad Sillanianum.vbi inquit quod ille, qui scit factum, contra ius, & facit, presumitur esse in dolo. Non tamen omnis sciens, in dolo est: vt dicitur in l.nouissime. ff. quod falso tuto. autho.& in l.ait pretor.§.quod ait.ff.de his, que in fraudem credit. Et adde quod etiam ex non facto probatur, & presumitur l si procuratorem.§.si ignoranter.vers.dolo autem.& in l.dolus. ff.mandati.in l.j.in fi.ff.depositi.& not.Paulus de Castr.in d.l. dolum. Et in dolo esse dicitur, quando quis non facit illud, ad quod tenetur, & scit se teneri, vt probatur in iuribus supra pre-
4 a allegatis. †Tertio Abbas hic post glo.dicit quod negligentia probatur per lapsum termini [a]statuti. Et generaliter quomodo probetur negligentia, late Bart.consi.cij.charissime domine.Cardinal.consil.lv.in casu domini Christofori.cum concordan.vt late per Moder.hic. Et adde Alexan.consi.lxxxi.stantibus his.lib.iiij.vbi ponit quomodo probetur negligentia. Et etiam tradit And.Sicu.consi.lxiiij.inter consilia do. Laurentij Calcanei. Et quando quis dicatur negligens in faciendo, etiam notat Barto.in l.inficiando.§.infans.ff.de furtis. Et qd notat Bar.in l.tutor.in prin.ff.de administ.tuto.& in l. si seruū. in princ.ff.de verb.obli.cum simil.vbi tradit Alex.in l.si ab hostibus.§.j.ff.solut.matr. Et in probando negligentiam debent testes, etiam nō interrogati, rationem adducere: vt not.Bart. in l.qui testamento.§.final.circa finem.ff.de testam.& in consilio preallegato.quem refert, & sequitur Bald.in l.solam.C.de testi. Et quomodo diligentia probetur notat Angel. in l.& ideo. C. de his, quib.vt indig.Andr.Sicul.consi.vlti. in quinto dubio.
5 iij.lib. ¶ †In gloss. ij. ex his, que Abb.dicit, tres conclusiones colliguntur. Prima est, quod exceptio perpetua est, licet actio temporalis sit. Et hoc secundum Abb.intelligitur, quando exceptio non descendit ab actione l.pure.§.fi.ff.de except.doli.vbi ratio in tex.allegatur: quia non est in potestate rei, quando vtatur exceptione. Sed aduertendum est, quia ista ratio non
a videtur vera: quia etiam reus, [a] cui exceptio competit, agere
5 potest, & exceptionem per viam actionis deducere[5], vt per glo. & Bar.in l.si contendat.ff.de fideiuss.& not.Abb.hic, circa fi. Rapha.Cuma.ita arguit in dicta l.pure.§.fi.post glo.ibi, & in l.ij. ff.de except.respondet quod reus dum agit pro exceptione sua vtitur remedio extraordinario: sed text.in dicta l.pure.intelligitur de remedio ordinario. Et Moder.videntur sequi in dicta l.ij. Et ad hoc facit, quia ius agendi, quod reo competit, est per officium iudicis: vt notat Bar.in l.j.versi.sed contra opponitur.ff.de condict.ex lege.& est tex.in l.iij.C.qui bo.ced.possunt & per consequens est extraordinarium remediū l. pecunie verbum.§.persecutiones.de verb.signifi.l.cum filius.ff.si cer. pet. l. j.C.de libe.& eorum libe.cum simil.vt dixi in rubr. infra de iudi. Ista tamen responsio non videtur tollere rationem, que consideratur in dicta l.pure.§.fi. que est, quod actor potest consequi ius suum agendo. Et ita videtur in reo, quia etiam ipse de iure suo experiri potest. Et licet extraordinario iure agatur, non refert in effectu. Unde aliter ad dictam l.pure.respondet Alexan.in l.si finita.§.eleganter.versic.nec obstat.ff.de damno infecto.videlicet quod ibi dicitur non esse in potestate rei, quando conueniatur, verum est: sed quando reus agit pro sua exceptione, non petit quod conueniatur, sed quod declaretur illum nō teneri. Et ita etiam dicit Pau.de Cast.in l.si contendat.ff.de fideiuss. Sed ista responsio etiam non satisfacit.quia verbalis videtur: nam satis est quod est in facultate rei vt ius suum conseruetur, cum de iure suo experiri possit. Aliter etiam respondet Bal.in l.iij.C.qui bon.cedere possunt.vbi inquit, ꝙ si reus non possidet, agere non potest, sed expectare debet quod ad iudicium prouocetur, dicta l.pure.secus si possidet. Sed ista distinctio non sapit: quia text.in dicta l.pure.§.fi. generaliter loquitur.& quia ille, qui possidet, minus videtur habere facultatem agendi.§.eque.Insti.de actio. Et ideo concludendum videtur non esse verum regulariter quod reus agere possit, per dictam l.pure.§.fi.prout efficaciter probat Imo.in d.l.si contendat. ff. de fideiusso. vbi respondet ad omnia allegata in contrarium, declarando quod habeant locum in casibus particularibus.
6 Et †retenta premissa conclusione.quod exceptio perpetua sit, infertur quod si alicui competat ius offerendi, ꝙ exceptionem producat, vt exceptio perpetua est: ita etiam ius offerendi per
6 petuum erit, & nullo tempore prescribitur[6], vt not. Barto. in l. pignori.in secundo membro distinct.ff.de vsuc. Anto.de But. in c.quoniam frequenter.in fi.vt lite non contest.& Signo. consil.cxl.casus, A.pretio librarum decem.& Ange.Are.in §. actio
7 nem.versi.ex his omnibus.Insti.de actio. †Secunda conclusio Abbatis est, ꝙ quando ius excipiendi non habet causam di-
b stinctam a iure agendi, [b]si competit, quia habet ius agendi, tūc sublato iure agendi, tollitur ius excipiendi l. Papinianus. §. si filius.ff.de inoffi.testa.vbi eo tempore, quo filius excluditur a querela, etiam a iure excipiendi excluditur.& ita ille tex.allegatur per Abb.& Moder.hic post alios. Sed tamen ista conclusio non videtur probari ibi: quia in dicto §.si filius.nullum verbum de tempore dicitur, sed solum text. dicit ꝙ si filius exheredatus possidet rem hereditariam, & conueniatur per modum contradictionis querelam inducat, quemadmodū ageret, si nō possideret, sed peteret. Ista enim equiparatio alio respectu verificari potest, quam respectu temporis, vt not. Bart. in dicto §.si filius. secundum vnum intellectum. Istam tamen conclusionem Abba.in effectu etiam ponit Barto.in l. secunda. ff. de exceptionibus.vbi inquit, quod quedam est exceptio compēsationis: & huic exceptioni prescribitur, quia est in potestate tua, quando illam exerceas: & sic cessat ratio dicte l.pure.allegat l. final.in fine.ff.rem ratam haberi.vbi ille, qui excluditur tempore a iure agendi, quod sibi competebat, etiam a iure excipiendi excluditur: & notat Angelus in l.secunda.in fine. C. vnde vi. Et ista conclusio videtur bene procedere in exceptione compēsationis, prout loquitur Bartolus: quia per prescriptionem
7 in effectu tollitur debitum, sicut per solutionē l.sed & si vnius 7. §.pretor ait.ver.si ante.ff.de iniurijs.& l.si pupilli.in fi.vbi Bar. ff.de admi.tuto.& ideo non admittitur exceptio compensationis.l.quecunq.ff. de compensa. & quia exceptio cōpensationis nō
8 est proprie exceptio[8], quia habet in se impugnationē: quia qui cōpēsat, dicitur petere l.amplius non peti.ff.rē ra. habe. Et ideo bene dicit Bar.ꝙ exceptio cōpensationis cōpetit, quia actio cōpetit ad debitum, ꝙ debet cōpensari. Et tali casu hec secunda conclusio Abb.bene procedit: quia exceptio cōpensationis pronenit ex alio fonte, & non respicit actionē propositā, nec continet merā defensionē, per supra dicta: secus videtur in exceptione propria, que sapit merā defensionē, per d.l.pure.§.fin.& l. licet.C.de except. In tali enim exceptione licet ius excipiendi videatur habere causam a iure agendi, quia ex eodem facto actio, & exceptio oriuntur, & cui datur actio, a fortiori ex eodem facto exceptio cōpetit l.inuitus.§.cui dam⁹.ff.de regulis iuris.l.j.§. ꝙ autem.ff.de superficie. Et sic videtur ꝙ exceptio perpetua sit, licet actio tēporalis sit d.l.pure.§.fi.& ibi ius excipiendi nō videtur habere causam distinctam a iure agendi: quia ex eodem facto actio, & exceptio producitur. Non obstat ꝙ actio de dolo respicit penam, & exceptio respicit interesse, vt Abb. hic dicit.& idem Card.& Imo.hic: quia ratio iuramenti in d.l.pure.§.fin. videtur etiam habere locum, dato ꝙ actio non esset penalis: quia considerat ibi text.ꝙ in potestate actoris sit agere, quando velit, & non in potestate rei, quando conueniatur. Nā ista ratio etiam

militat, dato q actio non esset penalis, & solum in exemplo cõpensationis, vt dictum est, videtur procedere ista secunda con
8 clusio Ab. per rationes, quas superius induxi. † Tertia cõclusio est, q replicatio regulatur secundum naturam actionis respectu temporis, quia tanto tempore durat, sicut actio: vt per gl. in l. licet. C. de excep. Et ad hoc est tex. qui allegatur in l. quesitũ. §. fi. & glos. ibi. ff. de peculio. secus est in alijs: quia replicatio
9 habet naturam exceptionis[9]. l. ij. ff. de excep. & not. Bar. in l. nemo. in fi. ff. de excep. & tradit Alex. pulchre in l. fi. C. de eden. Nec obstat huic conclusioni, si dicatur q in replicatione eadem ratio videtur, que est in exceptione, vt debeat esse perpetua: quia non potuit actor cogitare de replicatione respectu exceptionis, de qua diuinare non potuit: quia potest respõderi q actori imputãdũ est, qui potuit, & debuit cogitare, & omnia perscrutari ante quam ageret. & de materia not. Salic. in d. l. licet. C. de
9 excep. Albe. in l. necnon. §. exemplo. ff. ex quib. caus. maio. † Postremo Abb. concludit q reus, qui habet exceptionem, preuenire potest, & petere q declaretur, actori nullum ius competere, iuxta gloss. in l. si contendat. ff. de fideius. cum simi. & no. Bar. in l. si finita. §. eleganter. ff. de damno infec. vbi late Alexan. insistit. & hoc petitur officio iudicis l. iij. C. qui bon. ced. pos. & not. Bar. in l. j. ff. de condi. ex lege. Et hoc non solum procedit in a
10 ctione personali, sed etiam in reali[10]: vt no. Aret. per illuz tex. in c. in presentia. de proba. & no. Ro. consi. ccccxij. pro habenda. Et de hoc formam libelli ponit Bald. in l. ij. C. ne filius pro patre. & dixi in dicto c. in presentia. in iij. notabili.

¶ Additiones.

a ¶ Termini. Negligentia probatur per lapsum termini statuti: adde tamen q lz quis petere debuisset certũ suũ creditũ certo, & statuto termino: nõ propterea si in dicto termino non petijt probatur eius negligentia: quando petendo in termino exceptione repelli poterat. ita voluit Petr. de anc. in consil. v. incipit, pro parte in vltimo dubio. quem refert & sequitur idem Decius in l. non videtur. in prin. ff. de regul. iur. Hiero. Sig.

1 ¶ Rescriptum. Vide Deci. in c. j. in viij. no. de appella.
2 ¶ De quo non agitur. Vide Jas. in l. qui accusat. in iij. not. C. de edend.
3 ¶ Dolus. Vide Deci. in consi. vij.
4 ¶ Utilitate eius. Et an qñ reus petit declarari se liberatum & aduersario silétiũ imponi dicatur actor vel reus, vide deci. cõs. xliij. Pau. de ca. in l. de pupillo. §. si remissionẽ. ff. de ope. no. nũ. Et de hac materia vide Alex. in consi. ciij. li. v. Et ad practicaz huius materie, vide Afflictũ decision. neapoli. ccliiij. nu. j. & qui iudex hoc casu adiri debeat, Alex. in d. cõs. ciij. li. v. & vide quod scripsi in consi. xlvj. lib. xj. & q habeat hoc locum etiam in reali vide Dec. in c. in pñtia. in iij. & iiij. no. j. de prob. & vide multa per Jo. de mil. in suo reperto. in versi. actor agens.
5 ¶ Deducere. Vide eundem s. in c. j. versi. Quarta cõclusio vbi videtur velle contrarium.
6 ¶ Prescribitur. Hec opi. cõis est, vt attestatur Ang. de are. in d. §. actionum. & idem voluit Sali. in l. cum notissimi. §. eo autem tempore. C. de prescrip. xxx. an. Jo. fran. balbus in tract. de prescrip. in iiij. par. v. par. prin. q. ij.
7 ¶ L. sed & si vnius. Et secundum hanc regulam arguit Deci. in c. fi. in fi. de const. & quamuis prescribẽs similis sit solventi, id tamẽ nõ est verũ per oĩa vt declarat Feli. in c. ad aures. de prescrip. tradit late Jo. fran. balbus in d. trac. de prescrip. in j. par. prin. in vj. q. in fi. versi. est autem ratio.
8 ¶ Exceptio. Adde Deci. in c. cum inter. in fi. de excep.
9 ¶ Exceptionis. Vi. Deci. in c. ij. in iij. col. in fi. de excep.
10 ¶ Reali. Vide que addidi s. hoc eo. c. nu. x

Silue. Aldob.

a ¶ Reus. Alex. consi. lxx. nu. ij. vbi dixi. lib. vij. & plenius dixi in l. corruptionẽ nu. xxij. C. de vsufruc. in nonis intellectib.
b ¶ Agendi. Jd est a solo iure agendi descendit. Secus si tam agere quam excipere liceat, vt dixi in tract. vsura. q. xvij.

[redacted]

1 ¶ Litere deuiantes a communi stylo sunt suspecte, nec est illis credendum.
2 Rescriptum est nullum in duobus casibus.
3 Jncertitudo quando, & qualiter reprobetur.
4 Rescriptum, in quo negotia alicuius omnia presentia, & futura committuntur, non valet.
5 Actus, qui alias non valet de iure communi, confirmatur ex certa scientia principis.
6 Certa scientia Pape, per que verba vel signa potest apparere.
7 Papa an possit committere causam suspecto, remota facultate recusandi.



D hec sumus. Summa, & diuide vt per Abba. ¶ Jn tex. ibi: vt asserunt. Ex isto modo loquẽdi dicit do. Anto. de But. hic, q cautela colligitur, q vbi factuz alterius recitatur, q quis confiteri non intendit, dicat talis, vt asserit,
1 vel vt asseritur[1]. Ad idem tex. in c. iij. j. de eo, qui mit. in pos. ibi sicut asserit. & in c. P. & G. de offic. deleg. & in c. iurauit. de probatio. & no. Bald. in consi. viij. in tit. de rescriptis. & Cardi. in consi. lxix. quo ad primum. circa fi. cum similibus, vt tradunt Mod. in c. iurauit. preallegato. Et idem Pet. de Anch. cõsil. cxxxvij. de natura. & facit tex. in cle. pastoralis. §. j. ibi: iuxta impetratoris assertionem. de re iud. Adde tñ q ista cautela est vtilis ad abũdantẽ cautelã. sed nõ videtur esse necessaria: qz ille, qui simpliciter dicta aduersarij refert, nõ videtur fateri: vt voluit gl. not. in l. Gallus. §. idẽ credendum. versic. pronepos. in fi. ff. de li. & posth. quam Ang. Jmo. & Alex. ibi sequuntur. ¶ † Nota pri
1 A mo q litere deuiantes a communi stylo, suspecte [A] sunt, & non
2 est illis credendum[2], vt Abbas hic dixit. Et istud dictũ, est verum in se, vt in c. quaz graui. de crimine falsi. & in c. si quando. supra eodem. Sed quantũ ad tex. hic in isto casu particulari tex. videtur probare contrarium, quia ita statuendo vlterius procedit. ¶ Secundo nota rationem, quare litere ad lites, odiose sunt: quia ordinarie potestati derogetur, contra c. peruenit, xj. q. j. & ideo rescripta ad lites strictius interpretari debent, quam
3 litere ad beneficia[3]: vt not. Abbas dicit in c. capitulum. versi. & nota hoc dictum. infra eo. tit. Facit, quia in rescriptis ad lites speciale mandatum requiritur: secus in beneficialibus, vt di
2 ctum fuit supra eodem, in c. ad aures. in glo. j. ¶ † Tertio not. duos casus, in quibus rescriptum est nulluz. Primus, si omnia alicuius negotia committantur. Secundus, si iudex datus incertus sit, licet veniat certificandus. Sed tamen vt infra dicam, tantum videtur vnus casus: quia textus hic videtur procedere concurrentibus his, de quibus in tex. Et q dictũ est de incertitudine iudicis, limitatur non habere locuz qñ datus sit vnus iudex cum potestate eligendi sibi collegam: vt not. Domi. in c. studeas. per illum tex. in iij. notabili. 50. distinc. Jta dicit limitari istum tex. hic. Sed tamen videtur q etiã alteri cõmitti possit simpliciter electio iudicis: qz text. hic loquitur in parte, que verisimiliter fauorabilem sibi, & aduersario suspectũ eligeret, prout in tex. expresse dicitur. Jn alio eniz ista ratio ces
3 saret. ¶ † Glos. j. concludit secundũ Abb. q incertitudo reprobatur, quando potest declarari per agentem vel impetrantem alias secus, vt in contrarijs. Et ad hoc facit q libellus incer
4 tus valet qñ incertitudo pendet a facto rei[4]. l. j. §. qui antẽ. vbi Bar. quorũ lega. cũ similibus, vt tradit Alex. in l. vbi autem. §. qui illud. ff. de ver. obl. Et plures casus, in quibus incertitudo vitiat. no. Spe. in ti. de emphyteus. §. nunc aliqua. ver. lix. & per gl. in c. ij. de electio. in vj. & tradit Bar. in l. quidã recte. ff. de reb. dub. vbi plura dicit: & qd not. Barto. Alex. & Modern. in l. iij. §. incertam. ff. de acquir. possessio. & q no. Barba. consi. lv. & consi. lxxix. Et inter alios casus dicitur de executore, qui nõ potest constitui, prout talis elegerit: vt not. Jo. And. & Dominic. in c. j. versi. licet. de procu. in vj. & sequitur Bal. in l. & in epistola. C. de fideicommis. versi. quero nunquid testator. & idem Bal. in l. id, q pauperibus. iiij. q. C. de episcopis & clericis. & in l. executorez. versi. sed nunquid. C. de execu. rei iudic. not. Bar. in dicta l. quidam. versi. quid in executoribus. & Moder. ibi. & idem Pau. de Cast. consi. clxxvij. lib. ij. in questione, que vertitur. Ultimo illud nota q de equitate canonica incertitudo in spiritualibus nunquam vitiat: vt no. Archi. dicit in c. sunt nonnulli. j. q. j. & sequitur Ant. de But. & Abb. in c. ex parte. de censib. & idem Ab
4 bas in c. j. de deci. ¶ † Jn gl. ij. circa intellectum decretalis Ab. concludit quod si facta sit commissio in forma iusticie, non valet rescriptum, in quo oĩa negotia alicuius presentia, & futura committuntur. Et codẽ modo, non valet rescriptum, in quo iudex incertus sit, & q presentia negotia bene committi possunt, vt per eũ hic, quẽ posteriores sequuntur. Sed aduertendũ est, quia si omnia presentia negotia committi possent, ergo debuisset hic valere rescriptum, vbi simpliciter omnia negotia commissa fuerunt: nam vt commissio valeret, debuit interpretatio fieri de presentibus, argu. l. quoties. ff. de reb. du. & ipse Abb. hic expresse tenet q si simpliciter committãtur omnia negotia, nõ intelligitur d futuris. c. fi. j. e. Et certe tex. hic ita loquitur. Preterea etiam videtur valere rescriptũ. in quo omnia negotia vnius presentia, & futura committuntur: qz si potest fieri respectu pluriũ, vt Abb. fatetur, non video rationẽ cur fieri nõ possit respectu vnius. Non obstat tex. in c. fi. j. e. qz ibi de futuris expresse dictum nõ fuit, sed commissio facta fuit simpliciter, prout etiam Abb. inferius dicit, allegãdo illum tex. Similiter iudex hic

dex hic non reprobatur ratione incertitudinis,sed qꝛ data fuit electio actori,qui elegit suspectū:ꝛ ideo videtur dicendū ꝙ tex. hic intelligatur prout loquitur, his omnibus cōcurrētibus,vi
a delicet qđ omnia[a] negotia impetrantis committantur illi,quē ipse impetrans elegisset:ꝛ extra istum casum,decretalis ista nō haberet locū.¶ In fi.gl.no.est secūdum Abb.ꝙ actus,qꝛ alias non valet de iure communi,ex certa scientia Pape confirma
B tur[B], Nā ꝙ princeps facit ex certa scientia, non potest in du
5 bium reuocari[5]:vt no.Bar.in l.conficiuntur.§.codicilis.in pͥn. ff.de iure codi.Pan.de Cast.consi.clxxviij.j.lib.donatio predicta.vbi allegat gl.hic:ꝛ idem Bar.consi.cxcvj. ciuitatis camerini.Jo.de Ana.consi.lxxxj.viso instrumento,Oldra.consilio cclvij.factū tale est,Alex.consi.ccxv.nec arguendi sumus.ver.sex
5 to confirmatur.lib.ij.†Ex quo infertur,secundū Ab.hic, quod
b clausula.Ex certa scientia,habet vim [b] clausule de plenitudine
propria authoritate, posset recedere: ut per glo. in c. cum non liceat. in ver. recedere, de prescrip. que allegat istum tex. Et rationem Abb. ibi adducit, quia schismatici sunt excommunicati. c. in nomine domini. xxiij. dist. c. licet. j. e. quo casu ab excommunicato receditur propter communionem prohibitam: ut no. Abbas et doc. in d. c. cum non liceat. Et predictam rationem etiam Abb. adducit in rubr. de schismat. ubi limitat hoc, nisi questio schismatis esset dubia, prout dicit fuisse tempore suo, ut ibi in fi. dicit. ¶ Quinto not. casum, in quo suffraganei supplent defectum metropolitani: et hoc est de iure, secundum Abb. ut per [redacted]
5 [redacted]
ecclesia propter d[redacted]
[redacted] Durante tamen [redacted]
6 pastoralis. in §. verum. [redacted] tis not. Abb. opponit, et respondet, et secundum eum, conclusio est, quod quo ad Deum peccatum per penitentiam reintegratur: sed quo ad ecclesiam militantem propter peccatum noto[redacted]net irregularis, et mediante dispensatione habilitatur. Et ad hoc bene facit glo. no. in c. de his. de accu. in glo. fi. in fi. que dicit quod mediante penitentia quis absolutus est a crimine quo ad Deum: sed per hoc non tollitur, quo minus in iudi-
3 cio accusari possit[3]. Et idem no. per glo. xxxiij. q. ij. in c. admonere. in verbo, penitentia. et in c. pe. in ver. quibus. de pe. dist. j. et no. Imo. post Anto. de But. in c. tue. in verbo, sed potes dicere. de proc. Et hoc procedit, etiam si delictum tamen commissum sit ante baptismum: quia licet videatur novus homo per baptismum, et delicta prius commissa non noceant, xxvj. dis. in c. j. et in c. una tantum. de conse. dist. iiij. c. ij. in fi. hoc intelligitur quo ad Deum; sed non liberat baptismus quo ad penam delicti in pre-
4 iudicium Reip. vel privati[4]: ut not. per glo. que est fi. in fin. in c. gaudemus. de divor. ubi Anto. de Butr. et idem Abb. ibi, et in d. c. de his. de accu. Car. in cle. j. §. sane. xiiij. q. de usuris. cum sim.
7 ut dixi in cons. cxxxij. in notabili casu, qui fuit Padue. †Et subijcit Ab. hic, quod in isto casu dispensatio Pape requiritur ibi, dispensative permittimus. et ideo, secundum eum inferior, etiam legatus de latere, videtur quod dispensare non possit. Sed tamen idem Abb. tenet contrarium, quod imo cum schismatico etiam episcopus dispensare possit, in c. at si clerici. §. de adulterijs. versic. item dubitatur. de iud. Et idem Abb. concordando opi. in c. ij. de schisma. circa fi. post Host. distinguit quod in episcopatu solus Papa dispensare potest. Et idem est in alijs, qui scienter, vel cum ignorantia crassa, a schismatico ordinem receperunt: si vero probabilis ignorantia fuit, tunc episcopus dispensare potest Sed tamen indistincte videtur quod episcopus dispensare possit ex quo talem dispensationem Papa sibi non reservavit: argu. c. inter. de sent. excom. ut in glo. in verbo, non retinuit. Et est dictum Inno. in c. dilectus. de temp. or. quod Abb. alleg. hic. Et hoc modo in simi. casu arguit Abb. in c. per tuas. el ij. de simo. et in c. ij. in ij. not. de eo, qui cogno. consan. uxo. sue. et in ca. postulasti. in glo. in ver. dispensatum. de cle. excom. mini. Non ob. text. hic, quia non videtur facta reservatio, licet text. dicat, dispensative permittimus. Et notandum est, quod ille, cum quo dispensatum fuit simpliciter, etiam ad episcopatum habilitatus videtur, ut Abb. concludit in d. §. de adulterijs, et dixi ibi. ¶ In glo. fi. ibi: protestatio necessaria est. melius dixisset glo. quod sit utilis, secundum Imo. hic. Nam non videtur necessaria: quia etiam si facta non fuisset, idem tamen esset. et ad hoc faciunt plura, que dixi in c. fi. j. de appel. ubi videndum est. Ultimo secundum Abb. queritur an hereticus vel schismaticus rediens ad fidem, recuperet bona. et ex eius dictis, due conclusiones colliguntur, in quibus instandum
8 erit. † Prima est, quod ubicunque fuit facta publicatio bonorum ab homine, vel a iure per solam penitentiam bona non recuperantur, et ideo cum in heretico ipso iure bona publicata sint. c. vergentis. de hereticis. j. c. cum secundum. li. vj. infertur quod bona publicata per solam penitentiam non restituuntur: et no. Abb. et Jo. de Ana. in d. c. vergentis. Et ista conclusio ampliatur, etiam si indulgentia
5 concedatur a principe: quia non extenditur ad bona[5]: ut nota. Bar. in l. fi. C. de sent. pass. facit quod not. Bald. in l. si ademptis bonis. C. de senten. passis. Limitari tamen potest ista conclusio nisi plena indulgentia concessa fuisset: quia tunc videtur quod etiam
6 ad bona trahatur[6]: ut in simili not. And. Sic. in c. causam, que versi. ego vidi dubitari. de rescrip. dicens se consuluisse. et refert quod si princeps dicat, facimus tibi plenam gratiam quod ta-

li casu bona includuntur, ex eo, quod not. Bald. in titu. de pace Constan. in princ. in ver. in plenitudinem gratie nostre recepimus. Et hoc dictum referunt Moder. in c. inter quatuor. in fi.
9 de maio. et obe. † Secunda conclusio Abb. est, quod si facta fuit ex-
b presse restitutio ad bona, non trahitur ad bona prius alienata[b],
7 per principem[7]. et idem dicunt hic Card. et Imol. quia restitu-
8 tio videtur facta sine preiudicio tertij[8] arg. ca. quamvis. de rescript. in vj. et not. Barto. in l. Gallus. §. et quid si tantum. ff. de liber. et posthu. cum simi. ut tradit Alexander ibi, et Modern. in c. inter quatuor. Et ista conclusio limitatur procedere nisi facta fuisset restitutio in forma plenissima: ut quia dicatur, quod restituit in pristinum statum, non obstante aliqua condemnatione, quam vult haberi pro non facta: quia tunc restitutus, etiam bona in tertium alienata recuperabit: ut dicunt Car. et Imol. hic, et sequitur Alexander in d. §. et quid si tantum. versic. secundo limitatur, dicens hoc esse notabilissimum verbum. Ex quo sumitur cautela ad formandum restitutionem favorabilem pro amico. et facit quod not. Abbas in consil. lxxxiiij. illud in summa. libr. j. Sed contra istam limitationem videtur tenere ipse Cardi. in c. ad petitionem. j. de accu. quem ibi refert, et sequitur Joan. de Anan. in ultim. not. et Bald. in d. l. Gallus. §. et quid si tantum. versicul. tertia conclusio. dicit quod dominium quesitum ex contractu, auferri non potest: et ideo videtur quod princeps, qui rem vendidit, non possit postea rem alienatam revocare. Et ista ratione in c. fi. de constitutio. tenui contra istam limitationem, quam tradit Car. hic, et Im. Et non ob. una ratio, quam Im. hic adducit, quod illi tertio non videtur grave preiudicium inferri, quia pretium recuperabit. arg. l. venditor. §. si constat. ff. commu. predi. in l. servi. C. pro qui. cau. lib. ser. accip. quia licet solvatur pretium, videtur tamen grave preiudicium, quod quis invitus dominio rei sue privetur. l. dudum. de contrahen. empt. facit text. in l. nec emere. C. de iure delib. Si tamen volumus defendere opin. Car. et Imo. hic, predicte rationi responderi potest, quod tale dominium acquisitum tertio ex contractu, habuit originem ex facto ipsius principis: unde videtur acquisitum dominium revocabiliter secundum naturam, et qualitatem rei: et tali casu non videtur eadem ratio, que est in dominio quesito de voluntate domini: ut dicitur in §. per traditionem. instit. de rerum divi. unde non mirum, si talis alienatio revocari potest: quia emptor hoc potuit cogitare inspecta qualitate rei, et accedente solutione pretij, non reputatur quod iniuria sibi inferatur.

¶ Additiones.

1 ¶ Non possit. Ad idem Deci. in c. at si clerici. ver. quintus casus est in schismatico. de iudi.

2 ¶ Hereticus. De hoc vide Joan. de ana. in rubr. de schisma. et Dec. in d. c. at si clerici. in princ. d. versic.

3 ¶ Accusari possit. Idem voluit Decius qui plura allegat ad hoc in consi. cxxxi. proponitur quod iudeus. versi. ultimo non obst. quod absolutio. et quod quando sumus in delicto. in quo principaliter deus offendatur quod absolutio facta in foro penitentiali et tollat ut accusari non possit, voluit Bar. in consi. incip. Minister fratrum. ubi consuluit quod ille qui blasphemavit: quia principaliter offenditur deus, si absolutus fuerit in foro penitentiali videtur habuisse pacem ab offenso ut pena sibi remittatur. seq. Petr. de Anchar. et Joan. de ana. in cap. fina. de male. Decius in consil. cxxxvij. versi. et maxime hoc est dicendum.

4 ¶ Privati. Adde eundem Dec. in c. que in ecclesiarum. num. 84. de constit.

5 ¶ Ad bona. Faciunt que ponit idem Dec. in cap. j. in princip. s. de rescript.

6 ¶ Trahatur. Pro hoc dicto facit quod dicitur quod licet remissio iniuriarum facta in foro conscientie, non operetur in foro contentioso, ut per Bald. in l. non solum. §. j. ff. de iniur. in suis add. Rom. in l. ij. ff. ad silla hoc tamen limitatur nisi iniuriam passus dixisset se facere plenam remissionem, ut per Fel. in c. inter quatuor, circa fi. de mai. et obe. et dictum And. sicu. refert et sequitur et comprobat Hip. marsi. in singul. cclvj. remissio.

7 ¶ Principem. Idem Dec. in c. fi. de constitutio.

8 ¶ Tertij. Est tex. in l. et si fine. §. sed quod papinianus. ff. de minor. in l. fin. C. de sen. pas. Rota. deci. dlviij. postquam titius in anti. Jas. in consi. cxxxiij. in causa que vertitur. libr. j. et vide Deci. in consil. cccccxxv. Silve. Aldob.

a ¶ Greci. [redacted]

b ¶ Alienata. Dec. supra de constitut. capitu. fina. num. viij. ubi tetigi. [redacted]

1 ¶ Papa facere pōt constitutionē super electiōe successoris.
2 Et hec potest ex potestate sibi tradita per illa verba, quodcunque ligaueris.
3 Verba quodcunqꝫ ligaueris intelligūtur, statuto, vel precepto.
4 Papa non potest de iure sibi eligere successorem.
5 Papa de potestate absoluta potest sibi successorem eligere.
6 Plena concordia non dicitur, quando concurrunt due partes collegij.
7 Electo in Papam opponi non potest quod non sit de numero cardinalium.
8 Electo in Papam opponi non potest quod sit monachus.
9 Contra Papam electū opponi non potest quod sit vxoratus.
10 Electus in Papam ex sola electione consequitur papatuꝫ, nec confirmatio requiritur.
11 Papa appellatur episcopus.
12 Que pene imponantur gerenti se pro pontifice.
13 Contra quem habeant locum dicte pene.
14 Electus a maiori parte cardinaliū se gerere nō dēbet ꝓ pōtifice.
15 Maior pars sufficit in explicandis per vniuersitatem vel collegium: ⁊ an requiritur maior ⁊ sanior. 16.
17 Concilium non est supra Papam.
18 Consensus alicuius quando requiritur in actu, non requiritur si actus fiat contra ipsum.
19 Collegium cardinalium si esset negligens, etiam particulares cardinales concilium conuocare possent.
20 Electio Pape ad cardinales spectat.
21 Cardinales si tantum duo essent presentes: illi eligere possent Papam.
22 Electio Pape ad concilium congregatum tēpore mortis pape spectat.
23 Contra electum a duabus partibus cardinalium exceptio de heresi opponi potest.
24 Que exceptiones opponi possint contra electum in pontificē. 25. ⁊ 26.
27 Electio Pape facta a cardinalibus sub conditione valet ⁊ valet electio pape facta per seditionem.
28 Electio pontificis facta per metum an valeat.
29 Electus non computatur in numero duarum partium.
30 Due partes presentes esse debent in agendis pro vniuersitate.
31 Mortuis cardinalibus electio Pape ad quem spectet.



Icet de vitanda. Famosa est ista decretalis, in qua de electione summi pontificis tractatur. Summatur ⁊ diuiditur vt per Abb. hic. 1 ¶ † Primo not. ꝙ Papa potest facere cōstitutionem super electione sui successoris. Et idem probat in c. in nomine domini. xxiij. dist. in c. vbi periculū de electio. li. vi. ⁊ in cle. ne Romani. eo. ti. facit tex. in c. in synodo lxiij. dist. in c. si transitus. lxxix. dist. Et ex hoc secundum Abb. infertur ꝙ Papa videtur habere potestatem super explicandis post mortem eius. Et hoc verum videtur, ⁊ procedit in his que incipiunt habere effectum Papa viuente, prout est in constitutione ipsa, que statim valet. Secus esset in his, que ipso viuente non possunt habere locū: ideo nō potest Papa sibi eligere successorem, vt infra statim videbimus. Et ita declarat domi. Ant. Rosel. in lib. de potestate Pape de quo inferius dicā. 2 a † Et dicit Abb. hic ꝙ Papa potest facere constitutionem super electione futuri[a] pontificis ex potestate sibi a Christo tradita, dum in persona dicit quodcunque ligaueris: prout habetur xxiiij. q. j. c. quodcunqꝫ. In quo considerandū est, ꝙ per illa verba, quodcunqꝫ, translatū fuit sacerdotiū, ⁊ in consequentiā potestas legis condende translata fuit, vt dicit text. in c. translato. supra de consti. Et talis potestas legis condende nō videtur magis respicere constitutiones, que respiciunt electionem successoris summi pōtificis, quā alias cōstitutiones: q2 talis potestas generalis fuit, ⁊ non est nouū in summo pōtifice, q2 ēt in alijs, qui habēt potestatē legis condende, vt patet in legato, cuius statuta perpetua sunt, ⁊ durāt, etiā finito eius officio. c. fi. j. 3 de off. deleg. † Et subijcit Ab. hic ꝙ illa authoritas, quodcunqꝫ ligaueris: intelligitur statuto, vel precepto. Et idem Abb. in c. translato. de consti. ⁊ in c. quanto, post Inn. quē ibi refert, de cōsue. in c. proposuit. de conces. preb. In contrarium tamen facit illud, ꝙ Abb. dicit hic, dū inquit ꝙ verba illa, quodcunqꝫ: vniuersalia sunt, ⁊ omnia includunt. c. solite. de maio. ⁊ obe. ergo nō solum quodcunqꝫ prelatus ligauerit statuto ⁊ precepto, sed ēt alio quocunque modo. Nisi dicamus qđ quicunque alius modus includatur sub statuto vel precepto. Et successiue Abb. di- b cit ꝙ illa authoritas, quodcunque intelligitur claue discretionis non errante: ⁊ quod due sunt claues[b] ecclesie: vna est potestatis, altera discretionis ⁊ scientie. Sed tamen concludenduꝫ est quod vna tantum est clauis. facit tex. in c. fi. de excessi. prelato. ⁊ ista clauis consistit in potestate prelati: sed quia vltra potestatem prelatus debet habere discretionem ⁊ scientiam, dicuntur due claues, propter diuersos effectus: vt no. per glo. xx. dis. in summa. ⁊ idem Abb. in c. fi. in vlti. no. de exces. prelat. ⁊ in c. j. de summa trini. cum similibus. vt tradunt Moder. ibi circa fi. 4 † Vltimo Abb. in isto primo no. dicit ꝙ Papa non potuit sibi c eligere successorem[c]: vt not. per glo. viij. q. j. c. apostolica. §. his omnibus. Et dicit Abb. ꝙ communiter[2] ita tenetur: quia effectus electionis confertur in tempus, quo non erit Papa. Et idem Abb. dicit in rub. de testa. Brixien. tamen dubitat de hoc quia videtur de iure positiuo, in verbo Papa. ⁊ ideo Papa videtur habere potestatem eligendi successorem. ⁊ Moder. referunt. in c. j. in iiij. fal. s. de consti. Et hoc confirmari potest: quia Christus constituit sibi Petrum successorem. ca. ita dominus. xix. dist. ⁊ xxi. dist. in c. nouo. ⁊ omnis Christi actio, nostra est instructio. c. significasti. s. eod. Et hac ratione Petr. Clementem successorem elegit. viij. q. j. si Petrus. ⁊ in testamento veteri ēt reperitur quod Moyses filios sibi successores instituit. viij. q. j. Moyses. ⁊ Papa permisit Maguntino archiepiscopo, vt successorem sibi eligeret. vij. q. j. in c. petisti. in fi. ⁊ quia Papa potest disponere, ⁊ statuere de forma adhibenda in electione summi pōtificis: vt s. in prin. dictum fuit. His tamen non obstantibus contrarium communiter tenetur, vt dixi. Et ita cōcludit Anto. Rosel. in d. trac. de potestate Pape: quia talis electio respicit tempus, quo non erit Papa arg. l. eum qui. ff. de iurisdi. om. iud. ⁊ facit text. in l. Titio, cum morietur. ff. de vsufr. ⁊ quia hoc esset mutare statum vniuersalem ecclesie, vt glossa dicit in d. §. his omnibus. viij. q. j. Non obst. quod dicitur de Christo quia quod ipse fecit vt homo, est nostra instructio: secus super his, que fecit vt deus. Nam ipse ambulauit super aquas ⁊ ieiunauit quadraginta diebus: ⁊ ad ista non adstringimur: quia illa fecit miraculose vt Deus: ⁊ sic Petrum ex diuinitate sibi cōiuncta sibi eligit, secundum quam falli non potuit: nō est sic in summo pontifice, qui vt homo errare potest. ⁊ ista ratione Clemens vocatus a Petro, videns ꝙ esset posteris perniciosum, voluit renuntiare: vt notat per gl. viij. q. j. in d. c. si Petrus. Nō ob. c. petisti. quia loquitur in archiepiscopo, cui ex dispensatiōe Pape hoc permittitur: secus videtur in ipso summo pontifice, per supra dicta. Non ob. quod potest constitutionem facere de electione summi pontificis: quia aliud est eligere sibi successorem, aliud est facere constitutionem circa electionem futurā summi pontificis. Et ita in effectu residet Rosellus in loco preallegato. Sed tamen disputatiue de iure videtur non obstare supra dictis quod Papa possit successorem sibi eligere, saltem de potestate absoluta: quia de primitiua ecclesia hoc erat permissum, sed ex constitutione ecclesie ita ordinatum fuit, d. §. his omnibus. viij. q. j. ergo videtur ꝙ summus pontifex in contra- 3 rium dispensare possit, quia est supra ius[3]: c. proposuit. de cōces. preben. Et ad hoc facit tex. in d. §. his omnibus. vbi dicitur hoc constitutum fuisse, quia officium cepit deferri non vite, sed sanguini. Et cessat ratio, que erat in Petro, qui idoneum successorem sibi elegit, vt ibi dicitur. Ex quo patet, ꝙ Papa potest dispensare, saltem quando idoneum successorem sibi haberet, ⁊ deputaret. Non ob. rationes, que in contrarium adducūtur. Primo ꝙ dicitur de d. l. eum qui. quia illa lex procedit in legato, ꝓut loquitur. quia delegatus facit nomine delegantis, ⁊ nihil ꝓprium habet l. j. §. qui mandatam. ff. de offic. eius. ideo illo mortuo non potest representare mortuum: quia mors omnia soluit §. denique, in authen. de nup. Nō sic in ordinario, prout est summus pontifex, ⁊ successor eius qui habet potestatem iure proprio, ⁊ non representat illum, qui eum constituit: vt dixi in rub. de appellatio. circa fi. Non obstat ꝙ Christus constituit sibi successorem vt Deus, non vt homo: quia hoc negari potest, cum hoc etiam videatur homini competere: vt patet in Petro, ⁊ in alijs, qui in primitiua ecclesia successorem sibi constituerunt. Non obstat quod aliud sit eligere successorem, ⁊ aliud facere cōstitutionem pro electione futuri pontificis: quia eadem ratio videtur in vtroque, ex quo effectus confertur post mortem, ⁊ in vita etiam vtroque casu valere potest in effectu, ex quo confertur post mortem: sicut in donatione, que potest fieri si conferatur post mortem, vt per glo. ⁊ doct. in l. si. C. de pactis. ⁊ facit qđ habetur in titu. vt act. ab here. ⁊ contra here. Et sic probabilis videtur conclusio ꝙ Papa possit de potestate absoluta successorem sibi eligere. Sed tamen ꝙ Papa eligatur, vt constitutū fuit in d. §. his omnibus. bonis rationibus ordinatum fuit: q2 eligi debet prestantior, ⁊ sanctior ex omni populo. viij. q. j. in c. si prestantior. Et hoc melius fit per electionem, in qua vota plurium exquiruntur: ideo maturior videtur deliberatio. ca. plu-

dentiam.§.j.de offi.deleg.cum si. vt late tradit Car.sancti Si-
xti,in lib.ij.eius summe ecclesiastice.c.50.vbi alias rationes ad-
ducit,τ forma eligendi debet seruari, τ non debet Papa sorte
eligi:vt no.Bal.in l.si. C.cõmunia deleg.Et hoc dictum pro no.
refert Martinus Laud. in trac.de principe.lxvj.no.¶Secũ-
do not.ꝙ Papa sepe facit statutum approbante concilio,τ nõ
disponente,vt Abb.hic dicit,quod latius declarari debet,vt di
6 xi in c.ij.supra eodem.τ in c. j.de iudic. ¶†Tertio not.ꝙ con-
currentibus duabus partibus collegij,non dicitur plena con-
cordia. Et ad hoc facit, quia penitudo aliud non videtur ad-
mittere.vi.q.j.in c.si omnia.In contrarium tamen videtur tex.
in c.cum olim.de re iud.vbi ista verba.in plena concordia,secũ-
dum Abb.hic etiam in maiori parte verificantur, quando pro
feruntur in negotio vniuersitatis,in quo non apparet,princi-
pem voluisse ius immutare:ideo accipiuntur secundum subie-
ctam materiam,τ ad iuris terminos reducuntur. Et idem tra
dit Aret.in l.pro herede.§.si.ff.de acqui.here.vbi inquit,ꝙ quã-
do mandatur aliquid fieri in vniuersitate,ex passiua interpreta
tione verificatur in maiori parte,licet dicatur de consensu om
4 nium,vel in plena concordia[4].Facit quod no.Bar.in l.quicũ-
que.la ij.in fi.per glo.fi.ibi.C.de omni agro deser.lib.xj.τ idem
glo.in l.exactores.C.de suscep.τ arca.lib.x.in verbo,cetu,τ quia
Abb.hic se remittit,dicendum est vt per Alexã. in l.τ suum.ff.
de pactis .in consi.cxxiiij.in causa,τ lite.lib.ij.τ late Moder. in
7 c.non potest.de re iudic. ¶†Quarto not.casum , in quo con-
tra electum omnis exceptio remouetur.Ex quo Ab. primo in
fert ꝙ non poterit opponi ꝙ electus in Papam non esset de
numero cardinalium,licet iura antiqua aliud innuere videan
tur.c.oportebat.lxxix.dist.ibi:vnus de cardinalib. presbyteris,
vel diaconibus.Et notetis illum text.ꝙ etiam cardinalis dia-
conus eligi potest in Papam : τ pari ratione hodie subdiaco-
nus eligi poterit,quia est ordo sacer. c. a nullis.de eta.τ qualit.
Et quantum ad conclusionem Abb.aduertendum est dum cõ
cludit ꝙ contra electum opponi non potest ꝙ non esset cardi-
nalis:quia in contrarium facit ꝙ ex quo electio debet fieri de
cardinali,τ a duabus partibus cardinalium,ista verba debent
verificari : vnde sicut pontifici electo opponi potest quod non
sit electus a duabus partibus cardinalium, prout ista constitu
tio loquitur, eodem modo opponi potest ꝙ electus non esset
cardinalis,prout requiritur d.c. oportebat. Sicut in simili di-
cunt,ꝙ si nulla exceptio opponi potest contra instrumentum,
poterit tamen obijci quod non sit instrumentum, de quo statu
tum loquitur:vt not.Bart.per illum tex.in l.diuus. ff.de testa.
mili.in l.j.§.τ parui.ff.quod vi,aut clam.cum simi.vt dixi in ca.
8 ex parte.el ij. de offic.deleg. † Secundo infertur ꝙ contra ele-
ctum in Papam opponi non potest ꝙ sit monachus.gloss.ta-
men tenet contrarium in c.quam sit.xviij.q.ij.Sed illam gloss.
reprobat Anto.Rosel.in tract.de potestate Pape.versicul. ex
his deciditur. quia iura que dicunt ꝙ monachus nõ habet vel
le,nec nolle.xij.q.j.in c.non dicatis.τ in c.si religiosus.eod.tit.in
vj.loquuntur per fictionem iuris,τ de iure positiuo , quod isto
casu non attenditur per istum tex.vt latius prosequitur Ro-
sel.in loco preallegato,qui bene loquitur quantum ad rationẽ
gloss.in d.c.quam sit.Sed glo.illa saluari potest ratione,quam
superius induxi:quia requiritur quod sit cardinalis ille,qui in
Papam eligitur. Et hoc etiam opponi potest contra pontifi-
cem electum : ergo sequitur ꝙ etiam opponi potest quod esset
9 monachus,τ non cardinalis.†Tertio pari ratione infertur ꝙ
non poterit obijci contra Papam electum, quod vxorem ha-
5 beat[5]:vt per glo.in c.si quis pecunia[o] lxxix.dist. quia continen-
o tia est ex constitutione ecclesie,τ sic de iure positiuo,quod tolli
videtur per istum tex.vt Abb.hic concludit , quando constat
ꝙ illa esset vxor:secus in dubio,prout gloss.distinguit in d.ca.si
quis pecunia.τ idem Abb.sequitur in c.Joannes.de regula.et
Anto.Rosel.in d.tract. Mar. Lan. in titu.de principibus.in
no.ccl.Sed aduertendum est,quia ratio,que allegatur,ꝙ con-
tinentia sit de iure positiuo,esset bona,si constaret ꝙ hoc cogi-
tatum fuisset:quia in quolibet actu potestas,τ voluntas requi
ritur.c.cum super.de officio deleg.cum simil.vt dixi ibi. et licet
tex. hic generaliter loquatur,non videtur trahi ad istum ca-
sum:quia indefinita non equipollet vniuersali , vbi non est ea-
dem ratio:vt per Dynum in rub.de reg.iur.in vj.Et in conti-
nentia non videtur eadem ratio , quia Papa non potest cum
illa disponere.c.cum ad monasterium.in fi.de statu mon.τ quia
corpore,non reperiatur in capite.lxj.dist.in ca.miramur.Et i-
deo gloss.in d.c. si quis pecunia.in fin.dicit ꝙ debet renuntiare
Papatui:τ sicut quando constat,Papa repellitur, eodẽ mo
do videtur,si dubitatur:quia in dubio allegatio attenditur ad
fundandam iurisdictionem l.cum quedam.§.quoties. ff.de iu-

ris.om.iud.Non obst.ꝙ Papa non habeat superiorem q2 imo
recurri potest ad concilium,sicut in causa heresis,τ in alijs casi
bus in quibus Papa accusari potest:vt dictum fuit in c.signi-
ficasti.supra eodem.Et quia sicut prouidetur vxori cõtra Pa-
pam,quando constat de matrimonio, vt omnes fatentur : eo-
dem modo prouidendum erit: quando mulier attestatur de
10 matrimonio,τ probare velit.¶†Quinto no. ꝙ electus in Pa
pam ex sola electione ipsum papatum consequitur sine contra
6 dictione,τ sic non requiritur confirmatio[6].Et hoc ratione cõ-
7 probatur:quia confirmatio est actus superioris[7],vt Bal.in l.si.
C.de legi.cum simil.vt dixi in rub.de confirma.vtil. vel inutil.τ
Papa nõ habet superiorem,vt hic in fi.dicitur.Non obstat qđ
dicatur hic electus. τ receptus : quia Abbas respondet ꝙ hoc
dicitur,habito respectu ad consuetudinem, que est ꝙ inthroni
zetur,id est,ꝙ in sede ponatur. Et hoc confirmatur, quia ver-
bum illud,receptus,respicit executionem facti , τ non videtur
adaptari ad confirmationem, que in iure consistit. Et ad hoc
etiam facit,quia verbum , receptus, refertur ad duas partes,
que elegerunt,τ receperunt:τ sic fuit electus,τ receptus a dua-
bus partibus,a quibus confirmatio fieri non deberet : et pa-
tet,quod pro eodem ponuntur illa verba, electus, τ receptus.
11 ¶†Sexto nota,ꝙ Papa appellatur episcopus, ibi : nomen
episcopi.τ ita obseruatur,quia quando scribit , dicitur episco-
pus seruus,τc.Et notatur per gloss.in proemio sexti,in verbo,
episcopus.τ appellatur summus pontifex.c.in causis. in princ.
τ ibi Abb.de re iudic.Et dicitur sacerdos. c. per venerabilem.
vbi Abb.qui filij sint legi. Et de pluribus nominibus Pape
not.Archid.in c.statuimus.iiij.dist.in suprascriptione.τ Mo-
der.ibi.Et adde ꝙ Papa etiã potest appellari Rex , licet hoc
vsus non habeat:vt tradit Car.sancti Sixti,in ij.lib.eius sum
12 me.c.iiij.¶†Septimo nota penas , que imponuntur gerenti
se pro pontifice contra constitutionem huius capituli: nam ex
communicatus est ipso facto,per illa verba,Excommunicatio
ni subiaceant , que important excommunicationem ipso iure,
vt Abb.hic dicit:τ idem Abb.in c.cum in cunctis.§.si. infra e.
Et idem Abb.latius tradit in c.clericis.§.si.j.ne cle. vel mona.
Secunda pena est depositio ab ordine, ibi:sacri ordinis priua-
tione mulctentur.Et ista pena intelligitur per sententiam:quia
sunt verba futuri temporis,iuxta glo.in regula,in penis .de re
gul.iur.cum simil.τ talis pena pro graui delicto imponitur:vt
not.per gloss.in c.si.j.q. v.in verbo , supplicauit. Facit textus.
vi.q.vij.c.inuentum.τ c.tue.de penis.cum simil.vt dixi in c. at si
clerici.in prin.de iud.Tertia pena est,quia ei denegatur in vi
ta communio corporis Christi.Sed ista pena videtur satis in
cludi in excommunicatione,de qua supra dicitur: quia excom-
municatus priuatur sacramentis ecclesie.iij.q.iiij.c.Engeltru-
dam.not.Abb. in c. si quis presbyterorum. in iij.not. de reb.ec-
cles.non alie. Sed dici potest ꝙ ista specialis expressio facta sit
ad maiorem terrorem:argu.c.si aduersus.j.de here. τ in c. quã-
quam.xxiiij.dist.Et facilius denegatur communio in vita, quã
in morte,vt hic dicitur.ad idem tex. in c. si quis suadente dia-
bolo.xvij.q.iiij.in c.pastoralis.§.preterea.de offi.ord.cum simil.
ibi allegatis in glo.Quarta pena,quia nisi resipuerint, perpe-
tuam incurrunt damnationem:τ sic etiam post mortem puniũ
tur,sicut Dathan τ Abiron, quos terra viuos absorbuit : vt
Abb.hic dicit , τ historiam refert. Sed in contrarium facit ꝙ
supra proxime dicitur,ꝙ cõmunio solũ in vita denegatur : er-
go nõ in morte:τ sic nõ perpetuo dãnationẽ incurrũt.Sed illđ
intelligit,si illos peniteat,alias remanerẽt etiã post mortẽ dam
13 nati.τ ita textus declaratur.†Modo in predictis penis aduer
tẽdũ est ꝙ tunc demũ videtur ꝙ locus sit dictis penis , qñ quis
esset electus a tertia parte,τ gerat se pro antipapa contra aliũ
electũ a duabus partibus:secus videtur , si nõ esset alius elect9
a duabus partibus:q2 tũc pena huius cõstitutiõis nõ haberet
locũ,q2 hoc casu textus nõ loquitur:τ cũ pene odiose sint,nõ de
bẽt extẽdi ad aliũ casũ,τ q2 maior ratio videtur quando alius
electus est a duabus partibus :q2 tunc est antipapa : que ratio
cessare videtur alio nõ electo.Ant.tamẽ Rosel.in trac.de pote
state Pape.tenet cõtrariũ:q2 tex. hic facit vim in eo qui gerit
se pro Papa,τ generaliter loquitur : ergo videtur indistincte
habere locũ,siue alius electus sit,siue nõ. Huic tamen rationi
posset responderi,ꝙ licet videatur loqui generaliter in eo, qui
gerit se p põtifice,ista generalitas restringitur stãtibus pmis-
sis,τ sic stãte alia electione facta a duabus partibus,put supe-
rius dixi.Sed tñ p opinione Ant.Rosel.efficacius induci po
test iste tex.q2 pene locũ habẽt in eo:q se gerit p Papa, quãdo
fuit electus a paucioribus,quã a duabus partibus : vt dicitur
in §. preterea. τ sic etiam in eo , qui a maiori parte electus sit.
Respondetur ꝙ pene habeant locum:ex quo non est electus a
duabus

duabus partibus,prout hic requiritur. Et sic infertur ꝙ electus a maiori parte, si gerat se pro pontifice, incurrit has penas.Ex quo sequitur ꝙ pene habēt locū in eo, qui gerit se ꝑ pontifice,licet alius non sit electus a duabus partibus. Et notandū est,ꝙ iste qui se intrudit in papatum,si spoliatus sit, nō
8 habet beneficiū restitutionis,ita ꝙ restituatur[8]:vt est gl.not.in c.in nomine domini.xxiij.dist.in ver.audientia.⁊ iij.q.j.in §.pa
14 tet ergo in verbo,pecunia.¶†Octauo nota ꝙ electus a maiori parte cardinaliū,nō debet gerere se pro pontifice:q2 due partes requiruntur,nisi alij cardinales accedant ita,vt due partes constituātur.Et hoc speciale est in electione Pape:in alijs eñ electio per aliorū accessum nō cōfirmatur.c.auditis.j.eo.⁊ not. Abbas hic.Et ratio specialitatis esse potuit, q2 cū electio pōtificis in hoc sit deterioris conditionis, ꝙ due partes necessarie sint,in alio talis electio melioris est conditionis,q2 talis electio cōfirmatur per accessuȝ aliorū:arg.l.eū qui.ff.de iureiur. Ulterius tamē aduertendū est ꝙ illa verba,in quibus probari videtur de accessu aliorū,secūdū Abb.hic,ibi:nisi maior cōcordia accesserit:nō videtur probare ꝙ dictū est ꝺ accessu:q2 intelligi potest,nisi eligatur a duabus partibus:q2 tūc maior cōcordia accedit.Et ad hoc facit,q2 ratio,quare in alijs electio nō cōfirmatur per accessum est, q2 accedentes nō cōsentiunt collegialiter: vt no.Abbas in c.auditis.in iiij.lec.j. eo. Et talis ratio etiā videtur militare in summo pōtifice,qui eligi debet a collegio cardinaliū collegialiter:vt not.Bal.in c.olim.de rescrip.Retento cōmuni intellectu ꝙ electio facta a minori parte confirmetur per accessum aliorū,hoc intelligitur,nisi prius se gerat pro pōtifice:q2 tunc incidit in penas,de quibus hic:⁊ electio tunc per accessum aliorum non confirmaretur:vt not.Imo.post Inno. hic.Et non est omittendum ꝙ quidam voluerunt hunc textuȝ habere locum,qn̄ electus habuit maiorem partē:q2 tunc accessus aliorum admittitur.Sed tamen veritas est in contrarium secundum Ant.Rose.in ꝺ.tract.vbi concludit istum textū procedere etiam in eo,qui vnam vocem tantum haberet, per istuȝ textū ibi:a paucioribus quam a duabus partibus.Nam si quis habet vnā vocē,vel tres,vel quatuor, verificatur ꝙ electus sit a paucioribus,quam a duabus partibus:q2 accessio fieri potest se
15 cundum communem intellectum.¶†Nono nota regulam,qꝺ in explicandis per vniuersitatem,vel collegium, sufficit maior pars.ad idem textus in l.quod maior.ff.ad muni.in c.cum omnes.de consti.cum simi.vt dixi ibi.Et hoc intelligitur de maiori parte capituli vel vniuersitatis, non autem de maiori parte respectu minoris:vt declarat Abbas per illum text.in c. ecclesia.el.j.j.eod .Et intantum hoc procedit, ꝙ consuetudo in contrarium non valet:vt not.Abb.dicit in c.j.j.de his, que fiunt a maio.parte c.quod dictum declaratur,⁊ limitatur,vt dixi in ꝺ. c.cum omnes.in ij.lec.Et dicit Abb.hic,hoc etiam habere locū in statutis:hoc intelligitur respectu maioris partis, prout lo
16 quitur Barto.in l.omnes populi.ff.de insti.⁊ iure.†Et subijcit Abbas hic,ꝙ copulatiue duo requiruntur,ꝙ sit maior pars,⁊ sanior,vt hic,⁊ in c.quia propter.infra eo.⁊ in ca.j.infra de his,
9 que fiunt a maiori par.c.Et in quo consistat sanior pars[9], Ab. declarat in c.ecclesia.el ij.j. in gl.fi.j. eo. Et ex hoc ꝙ sanior pars requiratur,Abb.infert in ꝺ.c.ecclesia.el ij.j.eo.versi.⁊ ex predictis,ꝙ voces non debent dari per ballotas:quia vota essent secreta,⁊ non posset constare de parte saniori.Et ꝙ dictum est ꝺ parte saniori,procedit in rebus,in quibus maior pars simpliciter attenditur secunduȝ communem opi.vt Alex.dicit in l.maiorem.ff.de pac.Et de his tradunt Mode.in c.cum omnes. de consti.ver.xiij.⁊ vltimo fallit.⁊ dixi ibi in ij.lec. ¶ Decimo nota ꝙ Papa non habet superiorē. Et circa hec,que Abbas hic
17 dicit ꝺ superioritate Pape vidēdū est ꝙ dixi in c.j.de cōst.†Et ex hoc inferri videtur ꝙ consiliū nō sit supra Papā: ⁊ videtur probari hic ꝙ super schismate conciliū congregari non possit. Sed Abbas tenet contrariū,per tex.cū gl.in c.si duo.lxxix.dis. ⁊ no.Car.in consi.cl.questitū sepe fuit. in ij.dubio. ⁊ idem Abb.
10 in c.fraternitatis.de heretic.Et quis tali casu[10] cōgregabit cōcilium? Abb.dicit ꝙ cardinales.allegat Hug.in ꝺ.c.si duo.Et idē Car.dicit in ꝺ.cōsi.cl.in iij.dubio.⁊ idē Bal.in c.olim.de rescri.Et eodē modo vbi agitur de crimine contra personā Pa
11 pe,eius authoritas nō spectatur in cōgregādo consiliū,q2 agitur de causa propria[11],vt Bal.dicit in ꝺ.c.olim.ver. in hac ꝯgregatione.Et idem Do.in c.ad apostolice.in no.de re iudi. in vj.
18 †Et ad hoc facit, quia si in aliquo actu consensus alicuius requiritur,si contra illū agatur,cōsensus remittitur:vt per gl. ij. q.vij.c.cum pastoris.⁊ in l.cū non solū.§.necessitate.in fi. in glo. mag.C.de bo.que lib.Et eodē modo si Papa sit negligēs in cōgregando consiliū,ad cardinales hoc pertinet:vt ꝯcludit Car. sancti Sixti in sua summa ecclesiastica.lib.iij.c.viij.⁊ Ant.Rosel.in suo tracta.de potestate Pape.Archi.Flor.in iij. parte sue summe,in lib.xxiij.c.ij.§.vij.Et in predictis casibus, in quibus potestas cōgregādi consiliū cardinalibus cōpetit,videtur illis cōpetere vt collegio:ideo maior pars eorū requiritur,⁊ suf
19 ficit:vt no.Bar.in ꝺ.c.olim.†Alias tamen dicebā ꝙ si collegiū cardinaliū esset negligēs,videtur ꝙ etiā particulares cardinales haberēt istā potestatē:q2 videmus in ecclesia particulari ꝙ vbi agit de interesse eius,potestas in primis cōpetit prelato : si prelatus sit negligēs,deuoluitur ad capitulū : ⁊ eo negligente, ad canonicos particulares:vt no.Innoc.in c.dilecti.de maio.⁊ obed.⁊ ibi Abbas post alios.⁊ idē Abb.in ꝺ.c. cum olim.de testi.Lap.allega.lj.dicebat in effectu in princi. idem ergo videtur in ecclesia vniuersali,q2 vbi maius periculū est, cautius est agendū.c.vbi periculū.de elec.in vj.⁊ de hoc latius dixi in con
20 si.clj.vbi videndū est.¶†Ultimo ex supra dictis,⁊ ex textu col
12 ligitur,ꝙ electio Pape spectat ad Cardinales[12]. Et rationeȝ ponit Cardi.Alex.in c.in nomine domini.in ij.not.xxiij. dist. ⁊ in tali electione cardinales ipsi habent prerogatiuā vltra alios xxiij.di.in ꝺ.c.in noīe domini. Sed de cōsuetudine omnes sunt pares,vt Abbas hic dicit.⁊ idē Rosel.in ꝺ.trac.Card.xxvj.Et hoc,ꝙ dicitur hic de duabus partibus cardinaliū,intelligitur de presentibus:absentes tn̄ per decē dies expectari debēt.c. vbi periculū.§.j.eo.tit.in vj.⁊ etiā quando due partes in presentib[9]
21 cōsiderari possūt,habet locū iste tex.†Idē tn̄ eētsi duo tm̄ essent presentes cardinales,illi possent eligere:q2 text.in ꝺ.c. vbi periculū.in plurali numero loquit̄ de cardinalibus:⁊ hoc verificat̄ in duobus.l.vbi numerus.ff.de testi.Et ꝙ duo cardinales possint eligere,tenet Host.hic.Jo.And.in reg.in totū.de reg. iur.
13 in vj.Jo.ꝺ An.in c.fi.de sortileg.Imo etiā si vnus[13] tantū esset presens,ille solus posset eligere:vt per glo.in cle.ne Romani.§. porro.in ver.omnes.eo.ti.⁊ ibi Abb.⁊ facit tex.in l. sicut.§. fi.ff. ꝙ cuiusque vniuer.⁊ ꝙ not.per gl. in c. gratū.ꝫ.de postu.prela. Nec obstat ꝙ in duobus,vel in vno non sint due partes:q2 licet formaliter due partes considerari non possent, virtualiter tn̄ esse videtur:q2 totū ius vniuersitatis residet in vno,vel in duobus,vt dictum est.Et de hoc tradit Ant.Rosel.in trac.prealle. ver.sed hic dubiū occurrit.cōcludit ꝙ etiā cardinalis, qui non
14 habet pileū,habet tn̄ vocē,rationibus[14],de quibus ibi.Et potestas,que cōpetit cardinalibus,ab ipso summo pontifice tolli potest de absoluta potestate,secundum Rosel.ver.⁊ ex istis in
22 fertur†.Et ꝙ dictū est de cardinalibus,procedit nisi esset cōciliū cōgregatum:quia tunc electio pontificis spectaret concilio secundum Abb.hic,⁊ in c.ad petitionē.in iij.not.de accus. ⁊ idē Abb. in disputa.que incipit,episcopus.in vj.dubio.⁊ per Rosel.in dicto tracta. Et subijcit Abbas hic, multa esse specialia in electione Pape,⁊ enumerando illa prosequitur.⁊ Rosel. in ꝺ.tracta. ¶ In gloss. j.circa electionem Pape Abbas narrat quinque iura:⁊ videtur loqui Abb.de electione Pape,que debet fieri a cardinalibus:alias vero sunt plura iura, que diuersi mode loquuntur:vt prosequitur Rosel.¶ In glos.in verbo,euitandi in fin.ibi:contra deuſur.l.j.Abbas respondet quod illa lex loquitur in sententia iudicis,textus hic in constitutione. Et ad hoc facit text.in c.Romana.§.vniuersitatem.de sent.excommu.in vj.vbi non valet sententia excommunicationis pro futuris culpis:secus tamen est in statuto,vt not.per gloss.in ꝺ. §.caueant.Et alias complures differentias inter statutum, et sententiam prosequitur Do.in ꝺ.§.caueant. Ista tamen differentia, que sit inter statutum,⁊ sententiam, non tollit contrarium de l.harum.⁊ l.egi.que loquuntur in sententia:⁊ ideo suppleri debet ex his,que idem Abbas tradit in c.in nostra. in gl. in versicul.de tertio.de sepul. vbi inquit ꝙ quandoque obligatio nondum est orta de presenti respectu futuri temporis. ⁊ tali casu iudex se intromittere non debet ꝺ.l.j.de vsuris.vbi dicitur iudicem non posse condemnare ad vsuras futuri temporis : q2 respectu vsurarum futurarum nulla est orta obligatio : ⁊ est in potestate debitoris, soluendo impedire, ne in futurum nascatur.Quandoque obligatio est orta de presenti, prout est de seruitutib[9],⁊ alijs prestationibus:⁊ tunc potest iudex etiam proui
23 dere in futurum.ꝺ.l.harum.⁊ l.egi.cum simi.¶†In gl.in versicul.exceptione.tenet gl.ꝙ cōtra electum, a duabus partibus potest opponi exceptio de heresi.Docto. vario modo loquuntur.Conclusio glo.vera videtur,si non sit adeptus possessioneȝ sed post habitā possessionē,cū habeat i[9] plenū ex toto, exceptio no cadit,sed erit opus procedere contra eum per viam accusa
24 tionis.¶†Successiue Abbas ad declarationem textus querit que exceptiones opponi possunt.Et primo concludit quod contra electum opponi potest quod non sit electus a duabus partibus cardinaliū,⁊ ꝙ aliqui ex eligētibus nō essent cardinales: q2 iste sunt qualitates requisite:vt in simili de instrumēto dicit̄

cui,licet ex forma statuti nulla exceptio opponi possit, poterit tamen opponi q non sit instrumentum,de quo statutum loquitur vt not.Barto.in l.j.§.ꝛ parui.ff.quod vi,aut clam.ꝛ in l.diuus.ff.de testa.mili.cum simil.vt tradit Alexand.in consil.xxxiij.viso themate.lib.j.ꝛ in consi.iij.in causa,ꝛ lite.lib.ij.Et in ista questione latius loquitur Anto.Rosel.in tract.preallег.Et ex hoc videtur inferri q obijci possit q non sit electus legitime: quia textus hic loquitur de electo:vt in simili not.Bar. in l.nõ putauit.§.non quęuis.ff.de bo.pos.contra tab.cum simil.vt tradit Alexan.in l.iiij.§.condemnatum.ff.de re iudi.ꝛ in consil.cj. super primo quesito. Roma.in l.si vero.§.de viro. in xxxij.fal.

25 ff.solu.mat.†Secundo Abb.concludit q exceptio,que fit de iure diuino,vel naturali,opponi potest.ꝛ idem Rosel. ver.nunc venio.Et ista conclusio ratione comprobatur:quia vbi agitur de iure naturali, vel diuino, Papa disponere non potest: vt not.in c. que in ecclesiarum.de consti.nec tali casu habet potestatem dispensandi:vt not.Bart.per illum textum in l.fi.C. de testa. mili. Unde sub illa generalitate absque vlla exceptione non excluditur casus,in quo Papa non habet potestatem:ar

26 gu.c.a nobis.el j.de sent.excom.†Tertia conclusio Abb.est, qđ rejiciũtur exceptiões,q̃ sunt de iure positiuo.Ex quo infertur secundum Abb.q non potest opponi quod sit vxoratus,vel laic⁹. de vxore dictum fuit supra in no.Et q non possit opponi q sit laicus,nõ videtur hoc procedere sine dubio:quia debet esse cardinalis ille,qui eligitur in pontificem,ꝛ saltem requiritur q sit diaconus.lxxix.dis.c.oportebat.Non obstat q Ab.dicit de Petro,qui laicus erat,ꝛ electus fuit in pontificem : quia illud fuit

27 in primitiua ecclesia,ꝛ postea mutatum fuit d.c.oportebat.†Et ex ista tertia conclusione infertur q valet electio facta a cardinalibus sub conditione:vt per glo.in c.ij.eo.tit.lib. vj.in verbo. alternatiua.Et plura alia inferri possunt,vt prosequitur Rosel. Ex predictis infertur successiue secundum Abb.an valeat electio pontificis facta per seditionem.Et Abb. concludit qđ sic per istum textum.Et eodem modo valet electio facta per simoniam:vt per gl.in c.si quis pecunia.lxxix.dist.ꝛ videtur probari per illum tex.a contrario sensu,dũ ibi dicitur,q si quis pecunia,vel gratia humana,vel alia corruptione, quam per pecuniam,vt in c.gratia.ꝛ in c.sunt nonnulli.j.q.j.electus sit,sine concordia, ꝛ canonica electione,ergo a contrario sensu, si facta sit electio per simoniã, dũmodo adsit consensus cardinaliũ,valet electio:vt voluit gl. in d.c. si quis pecunia. hoc modo declarat Car.Alex.ibi.Sed iste intellectus non satisfacit:ꝛ quia electio etiam a cardinalibus concorditer facta per seditionem , vel simoniam, annullatur d.c.in nomine dñi.xxiij.dist.Et non est illi derogatũ:q2 tex.hic procedit addẽdo,non derogando:ꝛ q2 hoc modo electus,non videtur electus, ꝛ sic nõ verificantur verba tex.hic:q2 sicut potest opponi q nõ sit electus a duabus partibus cardinaliũ,pariter potest opponi q nõ sit electus , ex quo canonice nõ est electus.Nõ obstat tex.in d. c. si quis pecunia.q2 arg.a cõtrario nõ debet sumi cõtra tex.in d.c. in noĩe dñi. arg. l.ij.C.de cõdi.inser.ꝛ per gl.in c.cupiẽtes.§.q si per viginti.e.ti. in vj.Preterea,dato q sumatur ar.a cõtrario sensu,tex.ibi copulatiue loquitur,ꝛ requirit q electio facta sit in cõcordia,ꝛ canonice. Unde nõ sufficit q a cardinalibus cõcorditer facta sit per simoniã,vel per seditionẽ:q2 talis electio nõ esset canonica, prout ibi copulatiue requirit,arg.l.si heredi plures.ff. de cõdi. inst.Bal.tñ in cõsilio schismatis,q cõsiliũ habet in tit.C.si quis aliq.testa.pbi.vid. ap pbare intellectũ gl.in d. c. si quis pecunia.cõsiderãdo illũ tex.a cõtrario sensu,vt s.dictũ est. sed min⁹

28 bene,vt declaratũ fuit.†An aũt valeat electio facta per metum

15 a cardinalib⁹[15].Cõclusio cõis est negatiua,quã tenet post alios Abb.hic,ꝛ Jmo.p tex.in c.vbi periculũ.§.ceterũ.e.ti.in vj.Et q2 ita est in matrimonio carnali,q nullũ est,si cõtrahatur per metũ,vt per gl.in c.Abb.q me.cau.ergo idẽ videtur esse in matrimonio spirituali.c.inter corporalia.de transla. episc.ꝛ idẽ tenet gl.in c.bone.el j.in verbo,metuebat.vbi Abbas,ꝛ in c.quisquis. in verbo,abusum,vbi Abb.j.e.ꝛ Bal.in l.j.§.sed ꝛ qui dñi. C. de Lati.lib.tol.ꝛ in cõsi.schismatis.ꝛ idẽ tradit Alexã.in consi.xlviij.qñ per excellentissimũ.lib. iiij. Limitatur tñ ista cõclusio, secundũ Abb.hic,vt habeat locũ,qñ per metũ certa persona e

e ligeretur:secus[e] autẽ secundũ eũ,si electores per metũ cõpellãtur eligere de certo genere personarũ:q2 tũc valet electio:quia tunc libertas non tollitur,sed restringitur: sicut est in cõsuetudine,que potest restringere libertatẽ eligẽdi,licet illam tollere non possit:vt no.in c.cũ terra.j.eo.vbi Abbas hoc idẽ dicit.Sz

f tamen in contrariũ[f] videtur dictũ Bald. in l.fi. §. sed ꝛ si quis. circa fi.in ver.quid si populus.C.cõmu.de leg. vbi tenet q electio Pape non valet qñ Cardinales sunt coacti eligere vnum de Jtalia.Et idẽ Bal.in consi.preallег.schismatis. vbi allegat bonũ textũ,ꝛ dicit q ius eligendi restringi non debet, in l.si optio.ff.qui,ꝛ a quibus.Non obstat simile,q Abbas adducit de consuetudine:q2 consuetudo habet tacitum cõsensũ, ꝛ potest iuri derogare.Unde non mirum,si consuetudo restringere potest potestatem eligendi:Non sic videtur in electione facta per

29 metum.†Jn gl.in verbo,a duabus.tenet glo. q electus non computatur in numero duarum partium.Facit text.in c.cum in iure.j.eo.Abb.tñ hic dicit q si electio facta sit per scrutiniũ publice,q tali casu electus publice ab alijs potest electioni de se facte consentire.Et idem latius Abbas tenet in d.ca.cum in

g iure.ꝛ in d.c.Cumana.Sed tamen[g] opinio gl. indistincte sustẽtari videtur de iure:quia fundatur ratione efficaci,ex eo quod quis non potest seipsum eligere:vt dicit gl.in d.c.cũ in iure. j. eo.ꝛ not.Bar.per illum textũ in l.si mandauero.§.si tibi.ff.manda.gl.ꝛ Bar.in l.plane.ff.quod cuiusque vniuer. Unde considerandum est q electus cõputatur in numero duarũ partiũ: vt dicitur in d.l.plane.q2 in casu illius legis maior pars erat sufficiens,ꝛ alij cõstituebãt maiorẽ partẽ,nõ cõputato electo :ꝛ tali casu electus nõ dr seipsum eligere: q2 nõ cõputatur in numero eligẽtiũ,lz cõputet in numero duarũ partiũ,q̃ dñt esse psentes secus videtur vbi electio deberet fieri a duabus partibus:quia tunc vnus ex illis non posset eligere se ipsum: q2 sibijpsi non deberet dare vocẽ vt declarat Pau.de Cast.in d.l.plane.Et eo dẽ modo, si electus deberet cõputari ad faciendũ maiorẽ partem , que requirit , ꝛ electus in illa maiori parte non debet cõputari.c.Cumana.j.eo.Difficultas est in rñdendo ad textũ in d.c.cũ in iure.in quo Doct.valde laborant.Sed breuiter rñdetur q ille textus pcedit, vt Cõpostel.ibi dicit , q2 ita actũ erat in cõpromisso,q illi,in quos factũ erat cõpromissum, eligerent vnũ ex se ipsis,cõputata voce electi.Et hoc satis pbatur per illũ textũ ibi:iuxta formã cõpromissi:et hoc modo res pcederet sine dubio pter formã cõpromissi.Uel secũdo ille textus pcedit duobus cõcurrẽtibus,vcz qñ electio debet fieri per viã cõpromissi,put dicebat ibi Host.ꝛ ita loquit ille text⁹.Secũdo cõcurrit,q2 nõ dicit ibi q elect⁹ det vocẽ, ꝛ q eligat pncipalit cũ alijs,sed dicit q debet cõsentire electiõi sue.Nã qui cõsentit alij facięti,nõ dicit ipse facere l.aliud est vẽdere.in prin. ff.de regu. iur.l.si pater.in fi.ff.de manu.vind.ibi tñ in d.c.cũ in iure.interpretat q ille cõsensus habeat p electione, q2 facit prepõderare

30 electionẽ,que facta erat in pari numero.†Jn gl. in ver.speciale.ibi:sed q debeãt esse presentes.cõclusio gl.est q in agẽdis per vniuersitatẽ debeãt esse due partes presentes. Et dicit Abbas hoc pcedere tã de iure canonico, quã ciuili:ꝛ q sit a maiori parte illarũ duarũ partiũ presentiũ sufficit.Et ita intelligitur regula l.q maior.ff.ad munici.Et idẽ Abbas tradit in ca. cũ oẽs.de cõsti.cũ cõcor.vt dixi ibi,in ver.postremo in ista materia.Et ista cõclusio procedit,nisi aliqui essent absentes per contumaciã,vt quia vocati per superiorem nõ venissent : ꝛ q2 tunc totũ ius residet in presentibus, dato q ibi non essent due partes:vt Abbas concludit in c.in causis.j.eod.quia sicut ius vniuersitatis residet etiã in vno l.sicut.§.fi. ff.q cuiusq3 vniuer.ita videtur residere in presentibus, alijs absentibus per cõtumaciã.Et propter hoc Abb.ibi reprobat Bart.qui aliter videtur voluisse in l.omnes populi.ff.de insti.ꝛ iur.dũ inquit q non sufficit, vocatos esse illos de vniuersitate, nisi due partes presentes sint.Et secundum opinionem Abbatis esset dicendum qđ nedum due partes , sed nec etiam maior pars videtur necessaria,ex quo ius residet in presentibus quotquot sint,propter cõtumaciam absentium.Et attenta ista opinione Abbatis, esset dicendum qđ conclusio supra facta q due partes debeant esse presentes , non sit vera.Abbas in di.c.in causis.videtur sentire difficultatem,ꝛ restringit text.in d.l.plane.quod cuiusque vniuer.cũ simi.vt habeat locum , quando vniuersitas congregata sit a se ipsa,ita q absentes non sint contumaces:secus si authoritate superioris facta sit congregatio : quia tunc non venientes excluduntur,tanquam cõtumaces,ꝛ totum ius vniuersitatis residet in presentibus,vt dictum est.Sed,vt dixi in d.c. cum

16 omnes[16].ista responsio ad l.plane.cũ simi. non satisfacit: quia consonat q illa lex que loquitur de duabus partibus vniuersitatis,intelligatur secundum aliam regulam,que est q vniuersitas debeat congregari authoritate superioris l.ij.vbi Barto. C.de decurio.li.x.Et idẽ Bar.in l.omnes populi.ff.de insti.ꝛ iure.ꝛ si vocati contumaces sunt , cogi poterũt ad veniendũ sub pena.Et ẽt Bar.in l.j.§.ff.de albo scrib. tenet q si vocati non veniunt,ius residet in presentibus.Sed hoc intelligitur , dũmodo due partes presentes sint.Nõ obstat tex.in l.sicut.§.fi. quem Abb.adducit:q2 procedit qñ alij nõ sunt de vniuersitate:secus qñ absunt,qui congregari possunt:vt latius dixi in d.c.cũ oẽs.

31 vbi videndũ est.†Ultimo querit ad quẽ spectet electio Pape mortuis cardinalibus oĩbus,an ad clerũ Romanum, vel ad cõciliũ.Abbas post Host.inclinare videtur in illã opinionẽ q ad cle

ad clerũ Romanũ:argu.c.in noĩe dñi.xxiij.dist.q2 difficile esset
17 cõgregare cõciliũ. Sed tñ altera opinio [17] verior videt, ꝙ ad cõciliũ:arg.c.si duo.cũ gl.lxxix.dist.Nõ obstat tex.in d.c.in noĩe dñi.q2 ibi cõsensus cleri Romani nõ requirit principaliter in electiõe põtificis,sz accessorie ad cõsentiẽdũ:vt patet,dũ ibi dicitur,reliquus clerus ꝛ populus ad cõsensum noue electiõis accedat.Cõfirmat hoc:q2 sub eadẽ determinatione dicit de clero ꝛ populo:ꝛ clarũ videt ꝙ ad populũ talis electio nõ spectet:ergo pariter idẽ videt dicẽdũ de clero.Et de hoc etiã no. Bal.in l.vbi absunt.ff.de tut.ꝛ cura.da.ab his. vbi inquit ꝙ deficiẽtib9 cardinalibus electio Pape pertinet ad Patriarchas.Si aũt essent duo Cardi.Abb.hic tenet ꝙ ipsi possunt eligere.de quo
18 s.dictũ fuit.Si vero [18] sit vnus Cardinalis tantũ,Abbas concludit ꝙ poterit noĩe collegij cardinaliũ alteri dare potestatẽ eligẽdi,ꝛ cõpromissarius poterit illũ eligere.Et ista cõclusio ꝓcedit,quando compromissarius eligit nomine proprio,vel nomine vniuersitatis.Secus si eligeret nomine illius cardinalis, qui solus remansit:vt Abb.no.distinguit in c.si.de insti.

¶ Additiones.

1 ¶ Successoris. Et videmus hoc factum fuisse a Julio ij. in sua extraua.incip.cum tam diuino.cum hec. n. sint positiui iuris,non est dubitandum ꝙ in dispositione Pape sit subiectuz. vt tradit Albanus intract.de cardinalatu.q.xxxi.

ficium, ⁊ vna requirit ordinem post assumptum beneficium: ⁊
de ista supra dictum est in j.conclusi.quedam est annexio,que re
quirit ordinem preambulum,vel tempore collationis beneficij,
ita quod ordo deficiens vitiat collationem: ⁊ de ista dictum est
in ij. conclusione hic. Et secundum istam conclusionem consu-
luit Andre.Sicul.in consi.xxxiij.in ij.dubio.lib.ij.vbi loquitur
in testatore qui fundauit capellam, ⁊ voluit quod conferatur
presbytero.Et in effectu doctrina Abb.ad hoc reducitur,quod
si ordo requiritur tempore promotionis,non habenti ordinem
requisitum collatio fieri non potest. Aut ordo requiritur post-
ea adepto beneficio:⁊ satis est quod postea ordinetur.et de hoc
no.Dom.in c.si pro clericis pauperibus.de preben.in vj.¶ In
gloss.in verbo,velut.ibi:sola voluntas non sufficit. nam in quo
libet actu voluntas ⁊ potestas requiritur.c.cum super. de offic.
delega.cum similibus,vt dixi ibi in iiij.not. De vltima questio
ne Abb.hic remittit se ad c. dudum.el j.j. eod.vbi tamen nihil
dicit.Sed not.per glo.in c.j.lx.dist.⁊ per Domi.⁊ doctor.in c. si
pro clericis pauperibus.de preben.in vj.

¶ Additiones.

1 ¶ Necessaria est. Hoc fuit ex edicto Augusti.prius enim etas
xxx.annorum lege annaria exigebatur.
2 ¶ Necessaria est.Adde Alexan.in l.si mora.⁊ in l.diuortio. §. si
fundum.ff.solut.mat.
¶ Solennis.Et quid sit anathema,⁊ in quo differat ab excom
municatione Dec.in c.cum non ab homine.de iudic.
4 ¶ De iure communi.Vide Dec.in rub.de offic.deleg.in prin
cip.⁊ de hac consequentia alias solet disputari, an sit meri im-
perij,vt per Abbat.in c.cum contingat.de foro.compet.in cap.
transmissam.hoc eod.titul. Silue.Aldob.
a ¶ Secus.Vide late.Oldra.consil.cccxxv.cum multis sequēt. [redacted]

1 ☞ Eligentes scienter indignum quibus penis afficiantur.
2 Verba dispensationis in sententia penali ita large interpreta-
ri non debent,vt verba sonant,sed restringi.
3 Ex eodem delicto quandoque quis duplici pena punitur.
4 Eligentes indignum puniuntur: secus in facta nominatione,
que effectum non habuit.
5 Pena imposita reformantibus aliquid in fauorem bannitorū
in proponentibus locum non habet.
6 Episcopus scienter cōferens beneficium indigno,priuatur po
testate conferendi:sed si ignoranter contulit,secus est.
7 Capitulum supplet in collatione,quando episcopus priuatur
ob delictum.9.
8 Deuolutio quomodo fiat in collationibus beneficiorum.
10 Collatio facta criminoso ipso iure non valet.

1 §.Clerici. Summatur,⁊ diuiditur,vt per Abba. hic.
¶†Primo nota duas penas incurrere,eli
gentes scienter indignum.Prima est,quod sunt priuati pote-
1 state eligendi[1]:vt hic,⁊ in c.quanto.eodem titu.lib.vj.Et hoc ha
bet locum etiam in postulantibus:vt not.per glo.in c.j.in verb.
ponere.j.de postu.prela.⁊ ibi dictum fuit. Et idem est in presen
tatis:vt tradit Andre.Sicu.in consi.xxxiij.in ij.lib. Et notan-
dum est ꝙ presumptio est,ꝙ eligentes indignum, hoc scienter
faciant:vt not.Bart.in l.si patronus.ff.de confir.tut. Et quod
dictum est,ꝙ eligentes scienter indignum, priuantur potesta-
te eligendi,intelligitur pro prima vice. c. cum Vintoniensis.j.
eod.Et ad hoc facit,quia agitur de pena,que odiosa est, ⁊ stri-
cte debet interpretari:vt in regula,in penis.de regul.iur.in vj.
Et ista ratione dispensatio, que odiosa est,c.j.de filijs presbyt.
in vj.etiam in prima vice terminatur. c. non potest. §.j. de pre-
ben.in vj.Secunda pena est,quod eligentes scienter indignum
2 suspensi sunt per triennium a beneficijs ecclesiasticis[2]. Et ista
pena intelligitur tantum quo ad illa beneficia, que habent in
illa ecclesia,in qua fuit facta electio de indigno. cap.si compro-
2 missarius.eod.titu.in vj.†Ex quo infert Joan.Andr. in regu
la,odia.de regul. iur.in vj.ꝙ verba dispensationis in sententia
penali non debent interpretari ita large vt verba sonant, sed
debent restringi, quando subest ratio efficax restringendi. Et
hoc dictum pro not. Abb.hic sequitur. Sed certe non videtur
hoc procedere sine dubio:quia in contrarium induco text. in l.
j.§.quod autem.ff.de alea.vbi textus interpretatur penam,que
imponitur illi, qui tenet ludum in domo, vt agere non possit
pro furto: nam late interpretatur Jurisconsultus, quod non
possit agere ad penam,neque etiam ad restitutionem: quia sim
pliciter pretor dicit,si quid subtractum erit, iudicium non da-
bo.Nam ibi erat alia ratio in restitutione rei, quam in pena: ⁊
tamen illud dictum generaliter intelligitur. ad idem text. in l.
cum lege.ff.de testam.vbi ille, qui in penam efficitur intestabi-
lis,fit lata interpretatio: quia non potest facere testamentum,
nec potest esse testis:neque hoc potest dici testimonium:qꝛ natu
ra verbi hoc importare videtur, vt Aret. dicit ibi. Et pro ista
conclusione specialiter bene facit quod not.ipse Abb. per illū
text.in c.tua nos.de iureiuran. vbi in ij. not. dicit quod periu-
rus ratione periurij commissi respectu certi beneficij priuatur
non solum illo beneficio,sed omnibus alijs. Et ita fuisset dicen
dū hic in isto textu,nisi superuenisset noua dispositio.c. si com
promissarius.eod.tit.in vj.vbi Papa vlterius processit ita dis-
3 ponendo. ¶ † Secundo nota quod quandoque quis ex eodē
delicto duplici pena punitur. Et hoc intelligitur quando ex
vna pena nō videtur sufficienter punitus:alias secus,quia du-
plici pena non debet quis puniri.c.at si clerici. §. de adulterijs.
vbi Abb.in princi.declarat.j. de iudicijs.et facit quod not.per
glo.vij.q.j.in c.cum pactio.⁊ etiam dicitur quod de eiusdem ho
minis delicto sepius non queritur,l.licet.§.j.ff. nau.caupo. l.si
cui.§.ijsdem.ff.de accus.cum si.vt dixi in consi.cxxxvij. in princ.
4 ¶†Tertio nota quod eligentes incurrunt penam,quando e-
legerunt:secus secundum Abb. si tantum facta fuisset nomina
tio,que non habuit effectum:quia non incurrunt penam. c.per
☞ petuo.eod.ti.in vj.Ex quo infertur secundum Abb. quod pe
na imposita a iure propter aliquod delictum,non habet locum
nisi delictum consummatum fuerit:vt not. Joan.And. in reg.
odia.cum simi.vt Abb.hic dicit.⁊ tradunt Modern. in tracta.
quando solus conatus puniatur. in iiij. fallen. Et vlterius ad
hoc bene facit textus in clementina prima. in versic. contrahe-
re.de consanguinitate,⁊ affinita.que dicit quod pena imposita
contrahentibus matrimonium,non habet locum in sponsali-
5 bus.†Et pena imposita reformātibus aliquid in fauorem bā-
nitorum

nitorum,non habet locum in proponentibus tantum:vt notat Bal.in l.vn.C.si rec.prouinc.circa finem.Et ibi etiam Baldus ad propositum dicit quod si episcopus excommunicat eligentes,non sunt excommunicati hi, qui dant vocem in scrutinio: quia illa non est electio. In simili questione etiam not. Bal. in l.j.§.docere.ff.ne quis eum.⁊ tradit Alex. in consi.cxciiij.consi-
6 deratis verbis.li.ij.⁊ dixi in c.iurauit.de prob.¶ † Quarto nota quod episcopus cōferens beneficium indigno, priuatur potestate conferendi.Et hoc si fecit scienter:secus si ignorāter.Et idem est de canonicis,q propter ignorātiam excusantur.c. innotuit.§.eod.⁊ notat Bart.in l.ij.§.data.ff.de optio.leg.⁊ in l.ij. ff.de vac.mu.Et est conclusio generalis, quod ignorantia excusat a pena:vt notatur per gloss.in l.j.ff.de recepta. facit text.in c.si vero.de sentent. excommu.in c.apostolice.de clerico excom mu.mini.cum simi. vt dixi in c.ij.de const.⁊ in c.ij.in prin.de except.vbi videndum est. Et quando quis propter ignorantiam excusatur,debet exprimi in accusatione quod scienter illud factum fit:vt not.Bart.in l.omnes.circa fi.C.de agri.⁊ cens.lib.xj.
3 declarando vt dixi in d.c.ij.de except[3]. Et adde quod in casu nostro scientia requiritur a principio: nec sufficit quod postea superueniret.gl.notat in clem.j.in verbo, scienter. de consang. ⁊ affinita.Et bene facit quod not.Cardi.in nota. casu in consilio cxxxiij. duo sunt videnda. Et quod dictum est de scientia, que debet articulari quando quis excusatur propter ignorantiam,hoc videtur habere locum in alijs casibus. Sed quātum ad istum textum non videtur procedere: quia in dubio presumitur quod scienter electio de indigno facta fuerit:vt no.Bartol.in d.l.si patronus.ff.de confir.tuto.
7 ¶ † Quinto nota quod sicut capitulum supplet negligentiā episcopi in collatione beneficiorum,c.ij.de supp.neglig.prelat.c.j.de conces. prebend.ita supplet,quando episcopus priuatur propter delictum: vt hic: secus est in c.quāquam.⁊ in c.si compromissarius.e.tit. in sexto.
8 vbi isti duo casus non equiparantur. ¶ † Successiue Ab.late
4 insistit quomodo fiat deuolutio in collationibus bñficiorum[4]: ⁊ dum cōcludit quod licet in beneficijs spectantibus ad episcopum proprio iure,ipso negligente, deuolutio fiat ad capitulū: ⁊ eodem modo episcopo conferente beneficium indigno,vt hic dicitur,succedit capitulum:secus tamen est in beneficijs deuo-
a lutis[a] ad episcopū ex negligentia superioris:quia in illis propter delictum episcopi potestas cōferendi non deuoluitur ad capitulum:⁊ sic non habet locum iste text.vt tenet Innoc. hic, ⁊ Ab.sequitur,qui rationem adducit: quia in beneficijs deuolutis episcopo nō est tanta cōmunio cum capitulo, sicut in spectantibus iure proprio: quia in deuolutis episcopus illa confert tāquam superior,ideo in illis capitulum non succedit,sed ad alium superiorem fit deuolutio,⁊ secūdum regulam,c.licet. ⁊ c.fi.de suppl.neglig.prela.⁊ idem Abb.concludit in c.ij.in vlt. not.infra de cōcess.preb. Sed ista ɔclusio dubitabilis videtur: quia in contrarium videtur decisio Jo.And.in c. quanquam. eod.titu.in sexto.vbi inquit quod licet capitulum nō succedat in collatione beneficiorum, que episcopo competebātiure proprio,c.illa.ne sede vac. succedit tamen capitulum in beneficijs episcopo deuolutis.Et Ab.ipse hoc sequitur in d.c.illa.vbi rationem adducit,quia deuoluta spectant ad episcopum ratione iurisdictionis episcopalis:merito capitulum succedit in iurisdictione episcopi,⁊ in talibus habet potestatem. Et aliam etiam rationē adducit:quia deuolutio fit fauore beneficij:ideo non expectatur nouus successor, sed capitulum habet potestatem,vt facilius prouideatur beneficio.Vt tollatur ista contrarietas inter dictum Inn.⁊ Joan.Andre. in dicto c.quāquam. Ant.de But.hic distinguit,quod quando vacat sedes, quia iurisdictio transit in capitulum.c.is,qui.de maiori.⁊ obed.etiam in capitulum transfertur potestas conferendi beneficia deuoluta: quia ratione iurisdictionis fit illa deuolutio. Et ita loquitur Joan.Andr.in d.c.quanquam. Sed sede non vacante, prout est in casu nostro hic, in quo fit deuolutio propter delictum episcopi,talis deuolutio non fit ad capitulum, sed ad superiorem,prout loquitur Inn.hic. Istam distinctionem sequitur Domi.in d.cap.quāquam. Moder.in c.verum. de fo.compet.arguunt contra predictam distinctionem:quia qua ratione,vacante sede,capitulum representat episcopum. Sed istud argumen.tollitur ex ratione diuersitatis, que supra allegatur, quia vacante sede ea,que sunt iurisdictionis,trāseunt in capitulum:⁊ talis deuolutio respicit iurisdictionem. Sed quando episcopus non delinquit,non vacat sedes, nec iurisdictio trāsfertur ad capitulum,prout Imo.hic declarat. Finaliter tamē quia tex.hic generaliter loquitur, ⁊ dixit quod episcopo delinquente deuoluitur ad capitulum, potestas cōferendi cum generaliter loquatur,videtur habere locum siue iure proprio, siue iure deuoluto,potestas episcopo competeret:arg.l.j.§.⁊ generaliter.ff.de lega.prestan.⁊ ita tenet Imo.hic.Non obstat ratio,quam Abbas hic adducit, quod in beneficijs competentibus episcopo iure proprio,videtur maior communio,quam in deuolutis:quia in isto casu non cōsideratur communio episcopi ⁊ capituli:quod patet,quia capitulum nō succedit ad collationem beneficiorum.c.illa.ne sede vacan.Sed quando episcopus est negligens fauore beneficij, vt supra dictum est,capitulum succedit. Et ista ratio pariter militat in episcopo delinquente.Et de hoc etiam no.Fran.Paul.in trac.ne sede vac.in ij.questione secunde partis principalis.⁊ Moder. in c.cum olim.de maio.⁊ obed.
9 † In alijs,que Abbas prosequitur, angustia temporis in hac vltima lectione non patitur,vt veritas perscrutari possit.Et ideo dum successiue Abbas concludit quod capitulum succedit in potestate conferendi, ista conclusio late confirmatur ex his,que Fran.Paul.scribit in trac. preallé.ne
10 sede vacan.in iiij.q.ij.partis principalis.† Et dum incidenter Abbas tenet quod ipso iure collatio facta criminoso non valet:recurrendum est ad ea,que Mod. late scribunt in c.ij.de re scrip.Et de vltima questione Abbatis hic videndum est quod dixi in c.super eo.ij.in v.no.§.de appel.⁊ que tradunt Mod.in c.ita quorundam.in fi.de iudeis.

¶ Additiones.

1 ¶ Eligēdi.Fuit alias dubitatum an si maior pars eligat sciēter indignum minor pars dignum,valeat electio facta a minori parte.⁊ allegabam Ab.in c.dudum.el j.vers.vltimo no.§. eo. quod sic iunct.his que dicit Ab. in c. congregato.eo.ti.⁊ idem respondisse postea reperio Dec.in cons.dxxij. in causa electionis.in iiij.q.vbi optime prosequitur.

2 ¶ Ecclesiasticis.Item suspensus est vt durante triennio eligi ipse non possit.c.per inquisitionem.§.eod.sed hoc habet locum in beneficijs in eadem ecclesia.vt declarat Cesar Lamb. in suo tract.de iure patro.lib.ij.in xxviij.arti.ix.q.pri.j.par.vbi querit de notabili questione an presentans scienter indignum, priuetur,vt durante triennio non possit eligi vel presentari.

3 ¶ C.ij.de excep.Dec.loquitur de hoc ibi in j.not.

4 ¶ Beneficiorum. Adde quod hanc materiam melius quam quiuis alius attigit Paul.de Cita.in tract. de iure patr.in vj. par.in xxvj.q. hoc verum est Papam nullo tempore astringi, etiam si sciat deuolutionem ad eum factam ex negligentia inferiorum secundum Jo.Andr.in c.iij.de preb.li.vj.vbi optime Phil.Fran.licet Pau.de Cita.ibi aliter dixerit, ⁊ vide Rot. decisio. cclxiij.si propter negligentiam.in nouis. Sil.Ald.

a ¶ Deuolutis. Et bene:Idem vbi specialiter prouidetur.vnde in affectis nominatis ab vniuersitatibus,vel graduatis simplicibus nūquam succedit capitulū: quia specialiter prouisum est de deuolutione ad superiorem immediatum. Capitulum autem etiam exemptum non tamen superior est. Et ita obseruatur,⁊ de materia deuolutionis late Pau.de Cita.trac.de iure patro.par.vj.q.xxvj. [redacted].

De officio,⁊ potestate iudicis delegati. Rubrica.

1 ¶ Titulus de officio delegati,cur preponitur titulo de officio ordinarij.
2 Delegatus a principe an sit maior quocunque ordinario.
3 Officium,quot modis accipitur.
4 Delegatus Pape an gaudeat priuilegio, quo cauetur quod ordinarij iudices nō possint procedere cōtra officiales Pape.
5 Statutum Florentie facit mentionem de officialibus communis Florentie.
Potestas Pistorij an dicatur officialis communis Florētie.
6 Delegatus quis proprie dicatur.



Materia huius tituli,vtilis admodum ⁊ quotidiana est:ideo ad eius interpretationem diligenter insistendum erit.Et pro expeditione eorum, que in rubrica ista occurrunt.Primo videbimus de continuatione rubrice,⁊ de ordine tituli.Secundo de officio,⁊ potestate.Tertio de ordinario deleg. applicando plura notabilia,prout infra apparebit.¶ Circa primum continuatur rubrica secundum Host.Joan.Andr.⁊ Abb.post alios hic:quia supra in titulis precedentibus dictum est de his,qui vices alterius gerunt in diuinis officijs, ⁊ in iurisdictione voluntaria: merito,⁊ competenti ordine ponitur ista rubrica de officio delega. in qua tractatur de his, qui gerunt alterius vices in iurisdictione contentiosa. Ista continuatio reprobatur per An

n

dream Sicu.hic:quia etiam supra dictum est de officio Arch.
1 ⁊ de officio archipresby.qui gerũt vices non alienas [1], sed pro-
prio iure.Nam archidiaconus,⁊ archipresbyter habent iuris-
2 dictionem ordinariam [2]: vt per glo.in c.perlectis.xxv.distinc.
in verbo,iurgia.⁊ facit tex.in c.ad hoc.de officio archidiac.ibi:
audire debet iurgia singulorum.⁊ not.Host. in summa.in titu.
de offic.archid.versic.quero quid sit officium.Sed responderi
potest quod imo archidiaconus gerit vices episcopi,⁊ dicitur
vicarius eius.c.j.in prin.⁊ d.c. ad hoc.in princip. de officio ar-
chidiaco.⁊ similiter archipresbyter, vt habetur in c.i.de officio
archipresb. Aliter tamen contra predictam continuationẽ in-
stari potest:quia supra etiam dictũ est de iurisdictione conten-
tiosa,vt patet in archidiacono, qui contentiosam habet iuris-
dictionem.d.c. ad hoc.⁊ patet in vicario episcopi, qui ordina-
riam habet iurisdictionem.c.sua.de officio vicar.⁊ per gloss.in
c.j.de officio vicar.in vj.in verbo,officialem.facit text.in c.ij.de
3 consuetu.in sexto.Sed etiam ad hoc potest responderi [3], quod
continuatio intelligitur,considerato eo, quod supra principa-
liter tractatur.Nam in titulis supra precedẽtibus agitur prin
cipaliter de his, qui gerunt vices alienas in diuinis officijs, ⁊
in iurisdictione voluntaria, quia administratio diuinorum vi
detur voluntarie iurisdictionis:⁊ isto respectu cõtinuatio do-
ctorum bene procedit,⁊ ad supra dicta immediate adaptatur.
Non enim in titulo precedenti tractatur de vicario episcopi,
qui ordinariam, ⁊ contentiosam habet iurisdictionem : sed de
vicario in diuinis: vt pz fere per totũ illum titulũ.Et licet etiã
aliquid tractetur de iurisdictione contentiosa in d.c. ad hoc. ⁊
in d.c.sua.inspicitur quod principaliter tractatur.argu.l.que-
1 ritur.de statu ho.⁊ in l.si quis nec causam.ff.si cer.pet. ¶ † Ex-
4 pedita breuiter cõtinuatione,queritur de ordine tituli [4], qua-
re iste titulus de offic.deleg. ponatur ante titulum de offi.ord.
Et respondetur,secundum Jo.Andr.in j.quest. quem Ant.de
Bu.sequitur quod in isto titulo principaliter tractatur de offi
cio delegati a principe,qui dicitur dignior ordinario:quia re-
presentat principem.in c.sane.el secundo.infra eo. Et iste ordo
non seruatur in libris Digestorum:quia ibi principaliter tra-
ctatur de delegatis ab ordinario : ideo ille titulus ponit post
titulum de officio ord.Et ita dicunt Paul.de Castr.⁊ Alex.in
2 rubri.de officio eius. † Et ex predicta ratione notandum est,
5 quod delegatus a principe est maior [5] ordinario.d.c.sane.An-
dreas Sic.hic tenet contrarium:⁊ mouetur principaliter dua
bus rationibus,quas posteriores secuti sunt, reputantes illas
efficaces.Prima est, quia illa videtur dignior iurisdictio,que
capacior est:vt per gloss.xxj.dist.c.in nouo . ergo videtur iuris-
dictio ordinarij dignior,quia latior est. Sed respõdetur quod
argumen.haberet locum,data paritate terminorum,videlicet
quando vtraque iurisdictio ab eodem fonte procederet : secus
videtur in isto casu:quia delegatus principis habet causam ab
ipso principe,quem representat d.c.sane. Et ratio ista cessat in
ordinario.Secunda ratio est,quia si delegatus a principe ma-
ior reputatur, quia representat principem, idem pariter vide-
tur in ordinario, qui creatur a lege:quia princeps, ⁊ lex ipsa ,
equiparantur.§.fi.in authent.de consulibus.Sed huic rationi
etiam respondetur, ⁊ dico quod talis equiparatio in isto casu
procedit : quia licet ordinarius habeat a lege iurisdictionem,
non tamen representat ipsam legem eo modo, sicut facit dele-
gatus.Hoc patet,quia a delegato principis ad ipsum delegã-
tem appellatur.l.j.ff.si quis,⁊ a quo.l.precipimus.C.de appella.
non sic tamen in ordinario:quia ab ipso non appellatur ad su-
periorem,qui illum constituit:vt declarat Angel. Areti. post
Cuma.in d.l.j.ff.quis,⁊ a quo.⁊ dixi in rubr.de appell.in fin.he-
ne fatentur omnes,quod iurisdictio ordinarij sit fortior,quam
6 delegati etiam a principe [6]: vt not. Archi.in c.si episcopus.ij.
q.vj.in fi.Bal.in l.si vt proponis.la j.C.quomodo ⁊ quando iud.
⁊ late tradit Alex.in rubr.ff.de officio eius.vbi finaliter conclu
dit quod ordinarius iudex firmiorem habeat iurisdictionem:
delegatus autem a principe dignior esse dicatur.Et in ista con
clusione Moderni omnes residere videntur. Alterius tamen
aduertendum est: nam quod nullo modo delegatus principis
dicatur dignior ordinario,arguitur:quia in illa causa speciali,
in qua representat Papam,non cadit comparatio : ⁊ si respe-
ctu illius cause delegatus,maior dicitur.d.c.sane. prout docto.
dicunt,erit etiam maior legato de latere,qui in illa speciali cau
sa nullam habet potestatem.c.studuisti. de officio delegati. Et
concludendum est quod delegatus a principe non dicatur ma
ior ordinario solum respectu illius cause, quia hoc indubita-
tum est , sed dicitur maior absolute propter representationem
summi pontificis,que in ordinario non reperitur. Et per hoc
respondetur ad illud,quod Andr.Sic.hic dicit,quod delega
tus est maior secundum quid,videlicet respectu illius cause si-
bi commisse, ⁊ non absolute:quia dico quod maior videtur ab
solute,propter illam representationem, que in ordinario non
reperitur,vt dictum est.Et ex predictis defensata remanet cõ
munis ratio doctorũ,quod iste titulus ratione maioris digni-
tatis preponatur. Sed finaliter alijs rationibus predicta ra-
tio non satisfacit. Prima,quia attenta tali ratione, debuisset
prius ponere titulum de officio legati:cum legatus, presertim
de latere,longe maior sit delegato in vna causa speciali.Et ra-
tio ista concludit.Secunda,quia supra dicitur de officio vica-
rij:⁊ clarum videtur quod vicarius non sit dignior suo princi-
pali argum.l.quod per manus.ff. de iure codicil. ideo non vi-
detur Papa hic habuisse respectum ad maiorem dignitatem.
Unde concludendum videtur quod ista ex arbitrio summi põ
tificis procedunt,de quibus ratio reddi non potest.l. non pos-
sunt.ff.de legib.Non omitto tamen nonnullos esse, qui dicunt
quod si bene consideretur ordo istius compilationis,in effectu
non differt ab ordine Digestorum:quia sicut hic post istum ti-
tulum ponitur de officio ord.ita videtur in libr. Digestorum:
quia post titulum de officio eius,cui manda.est iurisdictio.po
nitur de of.ord.generaliter,videlicet de iurisdictione omnium
iud.Et sicut ante istum titulum ponuntur aliqui tituli specia-
les,in quibus agitur de ordinarijs in specie, Ita in libris Di-
gestorum obseruatum fuit. Et istam considerationem habuit
d.Bulga. Seneñ.tempore meo,dum legeret Pisis anno M.
cccclxxij.cum qua Moderni concurrunt in rubri.ff.de officio
7 eius.Sed non placet [7]: quia talis ordo non videtur bene ade-
quari:quia in titul.de iurisd.omn.iudic. non dicitur precise de
officio ordina.sed vniuersaliter de omnibus iudicibus:ergo e-
tiam de delegatis.Et hoc not.per gloss.in rubr.ff.de offic.eius.
⁊ quia in libris Digestorum,ante titul.de offi.deleg.ponuntur
ordinarij in specie.non sic videtur hic,vbi post istum titul.qui
dicitur de officio delegati,ponitur titulus de officio lega . qui
ordinarius est.c.ij.de officio legat.in sexto.⁊ quia tituli qui hic
precedunt,non tractant de iudicibus ordinarijs, qui principa
lem habent iurisdictionem, ⁊ eorum officium principaliter in
3 alijs consistit,videlicet in diuinis. ¶ † Uenio ad secundum,in
quo principaliter queritur de offic.⁊ potesta.Et primo de offi-
8 cio.Est enim officium nomẽ generale ad omne ministerium [8]:
vt nota.per gloss.per illum tex. in l.legatis.§.si ex officio.de le-
gat.iij.Etymologia vocabuli hoc indicat:quia dicitur ab effi-
ciendo:vt not.Abb.post Cald. in c.post cessionem.in pen. not.
de prob.Et ibi etiam ipse dicit quod est nomen generale.Ideo
A etiam coquus [A] dicitur habere officium,clem.ad nostrum.§.j.
de censi.facit tex.in l.si quid venditur.§.fin.ff.de edil.edict.not.
Joann.de Ana. in c.j.de sagittarijs.Similiter tabernarius,⁊
macellator dicuntur habere officium.clem.j. de vita ⁊ honesta-
te cleric.in prin. Et custos arcis,vel portarum dicitur habere
officium:vt not.Petr.de Ancha.c.j.in fin.de consuetudi.in vj.
Andre.Sic.hic per text.cum gloss.in l.ne quis.C.de dignitati-
bus.lib.xij.Et procurator similiter dicitur habere officium:vt
not.Dominic.per illum tex.in c.si quem.de procura.in vj. cum
simil.vt tradunt And.Sicul.⁊ Moder.hic. Alex.in l.j.ff.de iu
risd.omni.iudic.Jo.de Ana.in d.c.j.de sagitta.⁊ idem Andre.
Sicu.in consi.lviij.lib.j.⁊ late Fran.Pauinus in tract. ne sede
vac.in verbo,officio.Petr. Philippus de Corneo in consilio
lxxvj.presens consultatio.lib.iij.⁊ de consiliario no.Bal.in con
sil.vlt.in iiij.libro.Sed dictis omnium in locis preallegatis ad
4 do duas notabiles questiones. † Prima est ad declarationem
rubrice,in qua dicitur de officio delegati, quero , cum delega-
tus Pape dicatur officialis Pape, gratia exempli, habetur
in extrauaganti Joannis xxij.inci.cum Mattheus. ⁊ in extr.
Eugenij iiij.incip.diuina.quod ordinarij iudices non possunt
a procedere contra officiales Pape: an ergo delegatus [a] Pa-
pe debeat gaudere tali priuilegio. Et alias consultũ fuit quod
non:quia licet habeat a Papa commissionem,non tamen dici
tur officialis Pape:quia non agitur de re spectante ad Pa-
pam,quando causa inter partes cõmittitur. Et ita visus inter
pretatus est,vt nota.decidit Lapus de Castilione in consil.in-
cipien.factum,super quo consilium petitur.ver.ad secundum.
Et illud consilium approbatum, ⁊ subscriptum fuit a pluri-
bus doctor.inter quos fuit Cyn.de Pisto.⁊ Joan . de Lign.⁊
hoc consilium impressum reperitur post consilium Oldradi,⁊
in dicto consilio declaratur, quando quis dicatur esse officia-
lis alienus: de quo notat Antonius de Butrio in consi.lxxiiij.
5 visis statutis.⁊ facit quod dicam in sequenti questione. † Se-
cunda questio est, statutum facit mentionem de officialibus
communis Florentie, an potestas Pistorij, qui gerit magi-
stratum pro communi Florentie ibi dominante, dicatur offi-
cialis communis Florentie.Et fuit alias consultum ⁊ indica-
tum:quod non,vt notabiliter tradit Nellus de sancto Gemin.

in tra

in tracta. bannitorum. in secunda parte secundi temporis. in
lxvj.quest.vbi ad hoc allegat tex.in l.voluit. ff.de interrogato.
actio,§.j.vbi preses prouincie non dicitur magistratus populi
Romani,vt colligitur ibi:Magistratus populi Romani,vel
presidis prouinciarum. Ad idem allego textum in l.iij.in fine.
ff.quod metus cau.ibi:populi Romani, magistratus,vel pro-
9 uincie preses.Et quis dicatur officialis communis 9, no.Pe-
trus de Ancharano in consilio cccxlij.viso themate.⁊ in nota-
bili casu Angelus tradit in consilio ccxxix.premitto ad euidē-
tiam.⁊ dixi in consilio quadragesimo ⁊ notat Bald.in consi.vl
timo.libro iiij.supra allegato.Secundo quod de potestate dici
10 tur,hoc verbum pluribus modis accipitur 10. l.potestatis ver
bo.ff.de verborum significatio.⁊ per glos.in §.rursus.in verbo,
potestate.institut.de actionibus.⁊ quod not. Bald. per illum
textum in authentic.presbyteros.in principio.C.de episcopis ⁊
cleric. cum similibus.vt late scribit Pauinus in tractatu de
sede vacā. in quarto premisso. Sed quantum ad propositum,
hec potestas,⁊ officium,pro eodem accipiuntur,vt primo Jo.
Andr.hic dicit:⁊ ad hoc facit tex.in c.ij.supra de bigamis.ibi:
ordinatores eorum potestate, ⁊ officio. Et hoc consonat,quia
in alijs titulis dicitur,de officio simpliciter. Vel secundo Jo.
Andre.dicit quod officium respicit illud,quod delegatur:po-
testas vero cōcernit illud,quod potest delegatus. Sed ista dif
ferentia non sapit:quia equaliter omnia verba ad ipsum dele-
gatum referuntur: vnde prima expositio magis placet. Vel
tertio dicamus quod officium respicit actum,⁊ exercitium:po
testas vero respicit habitum,⁊ potentiā: vt in simili dicit Pe.
de Anchara.de officio ⁊ iurisdictione,in reg.ea,que. vers.item
premittendum est. de regulis iuris in sexto. Et hoc in effectu
Bald.dicit hic,dum inquit quod officium respicit actum,⁊ po
testas,secundum eum dicitur quoddam abstractum,sicut albe
do: sed officium dicitur quoddam concretum, sicut album.
6 ¶ Tertio † principaliter,⁊ vltimo,quia in rubrica dicitur,iu
dicis delegati, queritur quis dicatur esse iudex delegatus. Et
prius premittendum est quod delegare,est vice sua alium da-
re.l.delegare.ff.de nouatio. Et extra propositum nostrum,hic,
delegatio dicitur proprie, quando illud, quod mihi debes, de
mandato meo promittis creditori meo:vt notat Paul.de Ca
stro in l.si vsusfructus.ff.de nouation. Baldus in l.ij.C.de exec.
rei iudica.Azo in summa.C.de nouationib.Alexander in lege
qui vsumfructum.ff.de verborum oblig. Et hoc modo accipi-
tur in titul.ff.⁊ C.de nouation. Sed quantum ad propositum,
hic delegatio dicitur,quando quis habet potestatem iudican-
di,⁊ alteri illam committit.l.precipimus.C.de appellat. Et se-
cundum Goffred.iudex delegatus est, cui a Papa, vel legato
eius,causa cognoscenda,⁊ decidenda committitur. Ista diffini
tio non videtur generalis: quia etiam delegatus reperitur a
lege:vt probatur in c.irrefragabili.§.ceterum. infra de officio
ordin.⁊ talis delegatus in diffinitione Goffre. comprehensus
non videtur.Sed responderi potest quod non est opus in dif-
finitione exprimere personam,que causam committit,vt patet
in diffinitione Hostien.de qua statim dicam. Vnde illa expres
sio facta per Goffred. videtur facta gratia exempli,que quidē
exempla non restringunt regulam c. j.infra ne clerici vel mo-
nachi.§.hactenus.institut.de gradibus. Secundo responderi
potest. quod etiam talis delegatus satis comprehēditur in eo
quod dicitur de Papa, qui est lex animata in terris.Alia ta-
men ratione diffinitio Goffredi non videtur bene procedere,
dum dicitur copulatiue,cognoscenda,⁊ decidēda: quia etiam
ex sola cognitione delegatus dicitur.c.si delegatus.in fin.de of
ficio delega.in sexto. Vnde secundo Hostiens.dicebat quod de
legatus est is, cui causa decidenda, seu exequenda committi-
tur, vices alterius representans, proprium nihil habens. Et
11 dum dicitur de causa exequenda,videtur quod executor dica-
tur delegatus.Et hoc verum 11 videtur,quando sit datus cum
clausula, vocatis vocandis:quia tunc assumit partes iudicis:
vt notat Abbas in c.exhibita.infra de iudic.Rota in xxx.deci
sione.de rescript.in nouis.Cardin. consilio lxiij.dico. in princ.
cum similib.Secundo quod Hostiens. dicit de causa, idem est
si principium,vel finis cause committatur: vt notat Alexand.
in rub.ff.de officio eius.Et sic diffinitio non videtur perfecta:
quia appellatione cause articulus non comprehenditur:vt gl.
12 in c.statutum.in princip. in verbo, cause. de rescriptis in sexto.
Sed tamen dici potest 12 quod etiam, saltem largo modo, ar-
ticulus cause,causa dici potest:sicut pars fundi, etiam fundus
appellatur.l.quod in rerum.§.sicut potest.ff. de legatis primo.
B Tertio dum dicitur,vices alterius representans: videtur sen-
tire Hostiens.quod delegatus,⁊ vicegerens B idem sit. Et hoc
b potest esse verum largo modo,sed proprie distinguuntur:quia
delegatus est ille,cui iudex ipse committit: vicegerens b vero
dicitur ille, cui superior committit, propter impedimentum
principalis officialis. Et iste dicitur habere ordinariā iurisdi-
ctionem:vt notat Bartol. in l.ij.C.de officio eius. ⁊ in l.j.§.hi,
quibus.de legatis iij.Bald.hic,versic.sed quero.Paul. de Ca-
stro in l.ij.ff. de officio eius.Et licet Alexander aliter dicat in
rubrica ff. de officio eius.allegata per eum habent locum,ca-
piendo vicegerentem largo modo.Et iste vicegerēs etiam ap-
pellatur surrogatus:vt per Baldum hic, in loco preallegato.
Reperitur etiam suffectus,qui dicitur substitutus in locū de-
functi ante tempus officij.c.quidam.ibi Archidiaconus in ver
bo,suffecti.ij.distinctio.⁊ not.Goffred.in summa. de officio vi-
carij. in princip. Alberic.in l.ij.C.de officio eius,qui vicem al-
terius gerit.vbi allegat text.in l.ij.in §.post hunc.in fi.ff.de ori-
gine iuris.Reperitur etiam vicarius, qui dicitur ille, qui vi-
cem alterius gerit,siue in officio voluntario, siue contentioso:
vt per Goffre.in summa.de offi.vic.in prin.

¶ Additiones.

a ¶ Coquus.Adde quod coquus esse est ars:ita notabiliter vo
luit Romanus in singulari suo,lxvj.quod incipit nunquid es-
se coquus.allegat tex.in l.si quis venditor.in fine.ff. de edi.edic.
⁊ refert Baldum dicere quod coquus Imperatoris habet di-
gnitatem.

B ¶ Vicegerens. Nunquid autem vicegerens habeat omnem
potestatem quam habet is qui eum constituit,vide per Rom.
in notabi.suis singulari,ccclxviij.incipit,Bart.in l.filius.⁊ per
Fel.in c.cum olim.el ij.in prin.ff.hoc eodem tit. ⁊ per Decium
infra in c.sane.in prin.hoc.e.tit. Hier. Gig.

1 ¶ Alienas.Adde Roc.de Curte decis.xj.in anti. Petrus de
Anch.in cons.lj.consuetudo.Rocus in c.fi.in v.limit. ver.quin
to limita.vbi late prosequitur.idem Card.Flor. in clem.si vna.
q.viij.in fi.de reb.eccl.non alie.

2 ¶ Ordinariam. Adde Deci. in c.cum in cunctis.§. inferiora.
nu.13.de electio.

3 ¶ Responderi.Idem in rub.ff.de offi.eius.in prin.

4 ¶ Ordine tituli.Idem in rub.ff.eo.

5 ¶ Est maior. Hinc dicitur quod delegatus Pape est maior
episcopo.Alexan.cons.lxxix.circa primum.versi.quis igitur.li.
j.⁊ delegatus episcopi maior vicario episcopi in illa causa.Ro
ma.sing.cccclviij.tu habes titulum.Gui.Pape.q.cclxxviij.iu-
dex delegatus.⁊ inter delegatos ille dicitur maior,qui est dele-
gatus maioris iudicis vel princi.vt tradit Soc.in cons.lxxviij.
serenissimus.vers.prima difficultas.lib.iij.

6 ¶ A Principe.Idem Deci.in c.ad hec.el j.de app.Alex.in l.
a Diuo Pio.ff.de re iud.effectus colligunt Alex. ⁊ Riminal.
in d.rub.ff.de off.eius cui mand.est iurisd.⁊ ibi Purpu. versic.
Tertia conclusio.

7 ¶ Non placet.Hanc eandem obiectionem tollit pluribus mo
dis Purpurat.in rubri.ff.eod.vers.secundo modo ad difficul-
tatem.

8 ¶ Ministerium.Adde Fel.in c.post cessionem.in ij.notab.de
prob.And.Sicu.in cons.lvij.preclare.li.j.Corn.cons.lxxvj.pre-
sens consultatio.vers. vltimo.lib.iij.⁊ adde hic dictis quod offi
cialis appellatione venit etiam coadiutor.Decius in capitul.
iij. de probatio.

9 ¶ Officialis communis. Et an episcopus,vel eius vicarius,
dicantur officiales communes vel communitatis,dic quod sic.
vt Dec.in c.ecclesia sancte Marie.de constitu.n. 42. in c.signi
ficasti.j.eo.⁊ in c.sane.e.tit.in prin.⁊ tex.in l.voluit.ff.de interro.
act.ponderauit ad hanc conclusionem Franc.de Albergo.ibi,
ad idem tex.in d.l.iij.§.ceterum. ante Decium clarissimus do-
ctor,⁊ aduocatus Florentinus.d. Anto. Malegonnella.⁊ hoc
idem in notarij opere,⁊ eius officialibus fuit consultum Flo-
rentie per celebratissimos aduocatos Florentinos.d. Oto-
nem de Nicolinis,d.Benedictum acceltum,Petrum de Esio,
Bernardum Bon,Hieronymum Guliel.de Tunaglis.⁊ ego
alias idem consului,⁊ scripsi super statuto Florentino sub ru.
xxviij.de productione actorū.in fi.vbi vide quia multa dixi.

10 ¶ Accipitur. Et quod verbum potestatis late pateat vide
Decium in cons.cxxviij.

11 ¶ Et hoc verum.Vide Feli.in c.dudum.de presum.⁊ an ⁊ quo
modo iudex delegatus dicatur ipse executor Deci.in c.scilcita
tus.de rescr.vbi quid in statuto.

12 ¶ Dici potest.Hoc non placet,quia post causam in esse dedu-
ctam,causa vnum quid dicitur,quod mutari non potest:secus
in fundo qui constituitur ex destinatione patrisfamilias.
Sil.Ald.

a ¶ Delegatus. Quis autem proprie dicatur delegatus, vide
Ant.s.de rescr.c.quoniam.

b ¶ Vicegerens.Dec.c.dilecti.ij.in fi.j.de app.Ang.Aret.inst.

de except. in rub. [redacted]

1 ¶ Potestas pluribus modis accipitur.
2 Exhiberi precipimus, hec verba, quid importent.
3 Mine, ⁊ terrores, qualiter differunt.
4 Scriptura sacra potest allegari in causarum decisionibus.
5 Delegatus potest iurisdictionem suam exercere, non solum inter partes, sed etiam contra quoscunque iurisdictionem suam impedientes. 14. 16.
6 Lex j. C. ne liceat poten. an habeat locum.
7 Obuiare delicto an quis teneatur. 8.
9 Consilium malum mandans, an teneatur. 10.
11 Cooperari quando quis dicatur alicui in delicto.
12 Auxilium, ⁊ opem prestans, an pari pena puniatur, sicut delinquens.
13 Consensum prestans per modum authoritatis, an plus peccet.
15 Delegatus an possit impedientem iurisdictionem suam priuare beneficijs.

1 Uia quesitum. † Summatur ⁊ diuiditur vt
per Abb. hic. ¶ In text. ibi: quid faciendum sit, dicit And. Sic. quod per ista verba interrogatus, potest respondere non solum super facto principali, sed ⁊ super appendicibus: quia Papa hic respondet nõ tantum quo ad impedientes, sed etiã quo ad consentientes. Et in effectu, secundum eum, ista verba idem important ac si cõsulatur super puncto quid iuris: quo
1 casu consultor etiam de accessorijs respondere potest [1]. vt no. Ange. in l. eius, qui. in princ. ff. si cer. pet. ⁊ in l. querebatur. de testamen. milit. cum simil. vt tradunt And. Sicul. ⁊ Mod. hic, ⁊ Alex. in l. qui quadringenta. in princ. ff. ad legem Falci. ⁊ Perusinus in c. intimasti. de appel. Sed aduertendum est in duobus. Primo, quia equiparatio, quam And. Sicu. facit, non videtur bene procedere: quia verba illa, quid faciendum sit: generalia sunt, ⁊ videtur referri ad practicam. Sed illa verba, quid iuris: solam iuris dispositionem respiciũt. Nisi dicamus quod ex quo talis interrogatio facta est illi, qui de iure respondet, secundum qualitatem persone interrogatio intelligitur, videlicet quid faciendum sit de iure, arg. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu ⁊ habi. Et ad hoc specialiter facit text. in l. qui mihi donatum. ff. de don. ibi: querebatur quid ageretur, intelligitur scilicet de iure. Secundo aduertendũ est, quia Ang. in d. l. eius, q. ⁊ in d. l. querebat. dicit quod consultor potest consulere super appendi
a cijs. Sed tamen dicendum est quod tenetur [a]: vt no. Bal. in c. j. de controuer. inuest. vbi inquit, quod si committitur causa consulenda per istum modum, quid iuris: nisi super omnibus red
1 dat consilium, non videtur consilium reddidisse [1]. arg. l. quid tamen. ff. de arbitr. Sic per istam rationem videtur quod necessitetur. Et ita loquitur Perusinus in d. c. intimasti. ¶ In text. ibi: de potestatibus que, hic in feminino genere loquitur. ⁊ idẽ habetur in c. fi. j. de iud. ibi: Florentina potestas. ⁊ in c. si Imperator. xcvj. dist. ibi: potestates, quas. ad idem tex. x. dist. q. ij. in c. precarie. xv. q. iiij. c. ij. Et tali casu denotat ipsam dignitatem. Sed quando in genere masculino ponitur, vt dicit Ioan. Andre. hic, designat personam habentem ipsam dignitatem: vt in c. tua. de homic. in l. si fideiussor. in prin. ff. de pignor. ⁊ ibi gloss. dum dicit, a potestate, scilicet aliquo. Et licet verbũ, potestas, pluribus modis dicatur, vt dictum est s. in rubr. tamen in magistratu potestas proprie accipitur pro illo, qui habet merum
3 imperium [3]: vt no. Pau. de Cast. in l. eum, qui. per illum text. ff. de iurisdict. omnium iudi. facit tex. in l. potestatis. ff. de verbor. sign. vbi dicitur quod in persona magistratuum imperium significat: vt in l. imperium. ff. de iurisdict. omnium iudi. vbi merum imperium potestas appellatur. facit etiam tex. in l. ij. §. pignori. ff. de reb. eorum. ibi: presidis, vel alterius potestatis. ⁊ in l. iij. §. fin. ff. de arb. ⁊ in l. episcopale. C. de episc. aud. in c. inquisitionis. §. prohibemus. de heret. in vj. Est verum quod Alexan. tenet contrarium in d. l. cum, qui. sed illa, que ipse adducit, procedunt largo modo: ⁊ ita etiam largo modo videtur procedere tex. hic, qui etiam haberet locum in eo, qui non haberet imperium, sed modicam coercitionem propter subiectam materiam. Et ad predicta etiam facit tex. in c. grauem. de sent. excõmunic. in l. j. C. si rector prouin. in l. j. C. si quacunque pred. fu. pote. in l. fin. ff. quod metus cau. in l. ij. C. de exec. ⁊ exactio. libro xij.
2 ¶ † Primo no. ibi: iustitiam exhiberi precipimus, ista verba important vt fiat quod iuris est. Ita Bald. c. cum venissent. veri. quero Papa mandat. de testib. Et effectus horum verborum est, quod vnicuique tribuatur quod suum est, ⁊ quod iu
5 ris ordo obseruetur [5]: vt not. Angel. in §. exheredatos. in aut. de hered. ⁊ Falc. ⁊ in l. eius, qui. in princ. ff. si cert. pet. Et sub verbo, iustitia, non solum cognitio, sed etiam decisio comprehenditur: vt no. Dom. in c. quoniam. de immu. eccl. in vj. facit quod not. Bal. in l. nemo. in fin. C. de sent. Et ista clausula apponi solet in libello, vt Abbas hic dicit: ⁊ valde est vtilis: quia licet a
6 lias in libello conclusio attendatur, ⁊ non narratio [6], vt not. in c. ex parte B. de foro comp. vbi Abb. post alios, per illum text. not. Bartol. in l. certi condictio. in princ. ff. si cert. pet. Paul. de Ca. in consil. vj. in causa, que vertitur. cum simil. tamen virtute predicte clausule etiam narrata attenduntur, ⁊ super illis pro
7 batio fieri potest, ⁊ iudicari [7]: vt not. Bald. in c. ij. de ordine cognitio. vbi Abb. post alios. Ang. in l. fi. C. de annali excep. Anto. de Butr. in c. examinata. de iudi. cum simil. vt tradit Alex. in consilio cxxj. viso processu. libro primo. ⁊ in consilio xxxviij. visa petitione. libro tertio. ⁊ in consilio xliij. visis. libro quarto. Quod tamen declaratur, ⁊ limitatur, vt idem Alex. scribit in consil. xcvj. consideratis his. lib. v. ⁊ in consil. cx. attentis. eod. li. v. Pau. de Cast. in cons. clxiij. queritur primo. Aretin. in cons. xvij. consideratis. Et de ista clausula videndum est quod not.
3 Bal. in l. fi. ff. de iust. ⁊ iure. ¶ † Secundo no. ibi: minis, ⁊ terroribus, quod ista inter se differunt. ad idem facit tex. in c. constitutis. el j. de testi. ibi: minis, ⁊ terroribus. Nam mine in verbis, terrores in atrocitate facti consistunt. Promiscue tamen accipiuntur, vt Abb. hic dicit. facit tex. in l. iij. §. qui armati. ff. de vi ⁊ vi arma. ibi: terror armorum sufficit. in l. iij. in fin. ff. quod metus causa. ibi: terrore verborum. in l. fin. §. si iusto metu. ff. eo. tit. vbi iusto metu quis territus fuit, quia aduersarius potens minabatur. Et de magistratu dicitur, quod habet ius terrendi. l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. signi. Et debet esse delinquẽtibus terribilis. §. talem. in auth. de mand. princip. Et concludi potest quod mine possunt esse, que non terreant: terrores vero sunt, quando iustum metum inducũt: ideo agendo dicitur, minis, ⁊ terroribus: vt hic, ⁊ in d. c. constitutis. Et dicit Ab. hic, quod mine, ⁊ terrores, iustum metum inducunt. facit text. in d. c. constitutis. Nam etiam metus verborum excusat: vt per glo. vij. distin. in c. fuerunt. ⁊ in c. cum dilectus. quod met. causa. Et vultus terribilis potentis iustum metum inducit: vt no. Bald. in c. j. §. iniuria. col. pen. de pace iu. firm. Et metus consideratur ante, quam quis ledatur: vt no. Alexan. in cons. cj. quoniam per excellentissimum. lib. iij. Et subijcit Abbas hic, quod ad hoc vt mine inducant iustum metum, qualitas persone minantis de
8 bet considerari [8]. allegat Bart. in l. si donationis. in fin. ⁊ in l. metum. C. quod metus causa. ⁊ idem Bart. in l. j. §. que onerande. in fin. ff. quarum rer. not. Bald. in l. fin. ff. de here. institu. Et hoc de magistratu no. Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi pretori. ff. de oper. no. nunc. cum similib. vt tradunt Andre. Sicul. ⁊ Moder. hic. Adde Bartol. per illum text. in l. hec autem. ff. si cui plus, quam per legem Falci. Angel. in cons. ccxv. thema tale. Ro. in cons. cccxxxij. quo ad primum. Alexand. in consil. clvj. viso instrumento donationis. lib. ij. Et dicit Ab. hic hoc etiam habere locum in marito, vt tunc demum mine mariti iustum metum inducant, quando est solitus seuire. Et idem Abb. in c. causam matrimonij. ij. j. eo. de qua ibi videbimus. Et notandum est, quod sicut ex parte inferentis metum qualitas persone debet considerari, vt dictum est: ita ex parte eius, cui metus infertur, qualitas consideranda est. Et ideo glo. nota. in c. cum locum. de sponsa. dicit quod minor metus in muliere sufficit, quam in masculo. De quo videndum est, quod dixi in c. fina. de appel. Et not. quod contra illam gl. in d. c. cum locum. videtur tex. in c. consultationi. de spons. vbi text. in muliere loquitur, ⁊ dicitur ibi quod requiritur metus, qui cadat in constantem virum: nisi dicamus quod intelligatur de constanti muliere, vt text. loquitur, cuius constantia minor est, quam viri, propter fragilitatem sexus. Postremo aduertendum est, quod ea, que supra dicta sunt de qualitate viri inferentis metum, in se vera sunt, sed quantum ad text. hic, non videntur procedere: quia text. hic videtur generaliter habere locum quando iurisdictio delegati impeditur, dato quod esset timor, qui non caderet in constantem virum: quia sufficit quod delegatus turbetur, ⁊ impediatur, vt hic: ibi, si eos cognoueris iustitiam impedire, ⁊ facit tex. in c. preterea. j. e. ¶ Tertio nota quod agentes, ⁊ consentientes pari pena puniuntur. ad idem est tex. ij. q. j. c. notum. in
4 fin. cum sim. de quo late in gloss. videbimus. ¶ † Quarto not.
a quod sacra scriptura allegari potest in decisionibus [a] causa
9 rum [9]. De quo dicendum est vt dixi in c. ne innitaris. in iij. nota. de constit. vbi conclusum fuit quod illud dictum non sit verum simpliciter, sed solum in casibus expressis in iure, in quibus de dictis sacre scripture, facta est decretalis, cui standum est propter authoritatem summi pontificis, vt ipse Abbas dicit in c. j. de presum. Et in simili de dictis authorum not. Pau. de Ca

de Castro post Jacob. But. in l. j. ff. si cert. peta. ⁊ latius decla-
raui in d. c. ne innitaris. ⁊ in dicta lege prima. ff. si certum peta.
5 ¶ † Quinto, ⁊ vltimo no. quod iudex delegatus potest iurisdi
ctionem suam exercere, nõ solum contra partes, sed etiam con
tra alios quoscunque. Et ista videtur quedam prorogatio iu-
risdictionis ratione delicti: vt no. Ant. de Bu. hic dicit: sicut si
quis in loco alieno delictum committit. c. fi. de fo. comp. ⁊ c. j. de
rapt. Et ex hoc videtur quod non sit necessaria illa clausula,
que in rescriptis apponi solet, dum dicitur, compescendo con
tradictores ecclesiastica censura: quia delegatus datus simpli
10 citer, habet talem potestatem [10]: vt not. Abb. in c. querenti. de
verb. signific. Et non solum ecclesiastica censura vti potest dele
gatus, sed etiam aliam penam extraordinariam imponere po
test: vt Abb. concludit in dicto c. querenti. ver. sed quero. ⁊ not.
Alex. in cons. xxxv. viso themate. lib. ij. Et ex his infertur quod
non bene dixit Bal. in l. j. §. filius. in prin. in ver. item excusatur.
ff. ne quis eum. dum inquit quod eximens citatum coram dele-
gato, non punitur pena illius tituli: quia iurisdictio delegati
non extẽditur de persona ad personam. c. P. ⁊ G. j. e. nam hoc
videtur contra istum text. ⁊ ita dicit Andr. Sicul. hic. Sed ta-
men dictum Bal. videtur posse saluari, considerando quod de
legatus habet limitatam contra impedientes eum, ne manda
tum apostolicum exequatur: ⁊ sic videtur habere potestatẽ re-
monendi impedimentum futurum, vel quod de presenti insta
ret. Sed non videtur quod impedimentũ illatum punire pos-
sit: quia illud, quod factum est, pro infecto haberi non potest. l.
in bello. §. facte. ff. de capt. Et delegatus solum videtur habere
limitatam potestatem contra impediẽtes, nisi dicamus quod
punire etiam possit illos, qui impedierunt, vt illi, ⁊ alij a futu-
ro grauamine coerceantur: quia aliter iurisdictio delegati ni-
hil operaretur, ⁊ elusoria redderetur, contra tex. hic. ⁊ de his vi
6 debimus in glo. j. in fi. ¶ † In gloss. j. ibi, iactura cause afficiun
tur. Abb. hic post Ant. de But. concludit quod pena d. l. j. alle
gate in glo. non habeat locum in isto casu: quia tantum loqui-
tur in alienatione. Et idem sequuntur Andr. Sicu. ⁊ Moder.
hic: quia d. l. j. loquitur in actore: vt per glos. j. ibi, ⁊ in l. j. in ver-
bo, tenebitur. ff. de aliena. iudi. mutan. cau. fac. hic autem loqui-
b tur in reo. Et quia pena [b] priuationis non habet locum, nisi in
11 casibus a iure expressis [11], vt per gloss. in c. fi. de iure patro. fa-
cit tex. in l. at si quis. §. diuus. ff. de reli. Et quia non debet quis
affici duplici pena. c. at si clerici. §. j. j. de iud. cum simil. ibi alle-
gatis in gloss. Sed tamen dictum glos. a rationibus predictis
defendi potest. Et primo non obstat quod Abb. dicit: quia imo
ille text. in d. l. j. habet locum non solum in alienatione, sed ge-
neraliter in quocunque casu, in quo patrocinium potentioris
imploratur, vt colligitur ibi in rub. ⁊ not. Bart. in d. l. j. in prin.
dum loquitur de implorantibus patrocinium priorum ciuita-
tis. ⁊ idem Barto. in l. cum miles. ff. de aliena. iud. mutan. causa
facta. Non obstat quod ille text. loquatur in actore, quia etiam
procedit in reo: vt not. Barto. ibi, ⁊ doct. communiter sequun-
tur. Non obstat quod dicitur de pena priuationis, que non ex-
tenditur: quia hic non agitur de extensione, sed habet locum il
le tex. qui generaliter loquitur. Non obstat quod dicitur de du
plici pena: quia alteram iudex debet eligere. c. quoniã frequen
ter. in fine. vt lite non contesta. ⁊ quia hic agitur de pena spiri-
tuali: iura allegata in contrarium procedunt in penis tempo-
ralibus. Alia tamen ratione gloss. reprehendi potest: quia tex.
in d. l. j. tantum procedit in potentibus ratione officij: secus si
potens sit ratione diuitiarum, vel quia sit ex primatibus ciui-
tatis: vt no. gloss. ⁊ Bar. in d. l. j. Sed tex. hic habet locũ in quo-
libet potente, ⁊ etiam in priuato, qui iurisdictionem delegati
impediret. Resoluendo concludendum videtur quod dictum
glo. hic intelligatur, prout loquitur, referendo se ad text. dum
loquitur de potestatibus, ⁊ sic potentibus ratione officij, de
quibus loquitur d. l. j. nam impetrans auxilium talium, puni-
tur, secundum illum titu. quia verificatur illud, quod ibi requi
ritur, ⁊ etiam punitur secũdum quod hic dicitur. Sed in alijs
potentibus non ratione officij, ⁊ in priuatis, in quibus tamen
haberet locum iste tex. in his clarum est quod pena d. l. j. nõ ha-
7 bebit locum. ¶ † In gloss. ij. circa primum membrum, quando
quis consentit negligendo. Ex his, que Abb. dicit, prima con-
clusio est, quod de iure ciuili quis non tenetur obuiare deli-
B cto [B c] vt per glo. in l. culpa caret. ff. de reg. iur. ⁊ not. Barto. in
c l. j. §. sed in eo. ff. ad Silla. in l. metum. §. sed licet. ff. quod metus
cau. per illum text. vbi quis licite potest pecuniam accipere, vt
alium defendat. Ergo datur intelligi quod non tenetur: quia
turpiter acciperet. l. pen. ff. de condiction. ob turpem causam. ⁊
ita per istam rationem tenet glo. in c. quante. de senten. excom-
mu. ⁊ isto fundamento vtebatur Jaco. Butr. quem Bartol. re-
fert, ⁊ sequitur in l. vt vim. ff. de iustitia ⁊ iure. Salice. in l. quis-
quis. §. id quod. C. ad legem Juliam maiestatis. ⁊ Rom. in con
silio cxvij. ex premissa. Et predictam rationem omnes Mod.
vbicunque sequuntur. Sed tamen videtur posse respõderi du
pliciter. Primo, quia text. in dicta l. metũ. §. sed licet. loquitur,
quando quis suscipit defensionem alterius generaliter, vt libe
retur a vi hostium, vel latronum: tunc enim licite accipit pecu
niam: quia videtur locare operam suam, ⁊ res videtur habere
tractum successiuum. d. §. sed licet. in fin. ibi: mercedem accepis-
se videtur: secus videtur, quando agitur de aliquo casu parti-
culari, ⁊ momentaneo occurrenti: prout doct. loquuntur: quia
tunc videtur quod alium iuuare teneatur, si potest: vt proba-
tur in d. l. culpa caret. a contrario sensu. Secundo responderi
potest, quod tex. in dicto §. sed licet. loquitur, quando quis non
poterat alium iuuare sine periculo suo: quia agebatur quod il
lum defenderet a vi hostium, ⁊ latronum: ⁊ hoc gratis facere
non debet: quia periculose subijcere non tenetur. c. ex parte. el
ij. de appel. not. in l. ij. ff. si quis cautionib. secus videtur, quan-
do potest absque periculo suo, prout questio doctorum intelli-
gitur: ⁊ istud occurrebat. Et reperio quod Alber. in d. §. sed li-
cet. ita respondet. Pro communi tamen opinione facit, quia
quis non compellitur alteri bene facere: vt per gloss. j. in c. ad
reprimendam. de offic. ordina. Sed potest responderi, hoc non
habere locum in delictis, quibus quis obuiare debet si potest.
d. l. culpa caret. a contrario sensu. Retenta tamen communi
opinione Bal. infert in l. vt vim. in viij. quest. ff. de iustit. ⁊ iure.
quod si potui iuuare offensum clamãdo, ⁊ non feci, non teneor:
⁊ si scio quod Titius vult occidere Seium, si tacui, non teneor,
licet esset honestum reuelare. Et idem not. Pau. de Castr. in l.
fin. in fin. C. de his, quib. vt indignis. Et predicta communis o-
c pinio limitatur [c] secundum Bal. hic, non habere locum in de-
licto atrocissimo parricidij, per l. vtrum. ff. de parrici. ibi: con-
scij, ⁊ extranei, eadem pena afficiendi sunt. ⁊ idem Barto. in l. j.
§. occisorum. ff. ad Sillan. gl. tamen in d. l. vtrum. in verbo, con-
scij. aliter intelligit illum text. supplendo de conscijs participi
bus. Et Bart. ibi hoc sequitur. ⁊ idem Salicet. in l. quisquis. §.
pen. C. ad legem Juliam maiesta. ⁊ in l. j. C. de raptor. virg. Sed
contra istum intellectum facit, quia manifestam continet diui
nationem, supplendo de conscijs ⁊ participibus. Et vlterius
hoc videtur contra illum tex. in illa implicatiua, etiam extra-
nei, que implicat filios, qui ex sola, ⁊ simplici scientia tenentur.
l. ij. ff. de parricid. ergo pariter extranei ex sola scientia tenen-
tur. Et contra predictum intellectum plus vrget tex. in §. alia.
institut. de public. iudic. vbi text. expresse loquitur de conscijs, ⁊
participibus separatim. ⁊ ita illum textum ponderauit Bar-
tol. in d. l. vtrum. Saluando tamen gl. in d. l. vtrum. consideran
dum est quod ille text. loquitur de filijs, qui patrem interfece-
runt: ibi qui occiderunt parentes, ⁊ dicit conscios, ⁊ extraneos
pari pena afficiendos. Sed istud videtur falsum in cõscijs sim
pliciter, qui minori pena puniuntur: vt est tex. in dicta l. ij. ff. de
parricid. Vt ergo illa equiparatio de pari pena verificetur, ne
cessarium est dicere quod tex. ibi intelligatur de conscijs, ⁊ par
ticipibus, prout gloss. ibi, ⁊ Bart. dicunt. Non obstat text. in d.
§. alia. quia Ang. in d. l. vtrum. dicit quod legit illum §. ⁊ quod
ibi nihil dicitur de participibus, Andreas Siculus hic dicit
quod imo loquitur de participibus dũ inquit, cuius dolo ma
lo factum est, vel conscius criminis existit. Sed replicari po-
test quod illa verba, cuius dolo malo factum est: generaliter nõ
inferunt ad participes, sed verificari possunt in eo, qui dolo
persuasit. c. sicut dignum. §. j. cum gl. in verbo, prouocassent. de
homic. Et iste est vnus modus, in quo quis dicitur esse parti-
ceps delicti. Sunt alij plures modi, in quibus quis esse potest
particeps delicti: vt per gloss. in clem. j. in verbo, defensauit. de
pen. Et alijs modis potest intelligi, ⁊ verificari verbum illud,
conscius. Et ita responsio gl. ⁊ Barto. in d. l. vtrum defendi po
test, ⁊ dictum Ange. ibi declaratur. Verum, quia ista dicta non
procedunt absque cauillatione, tutior videtur responsio Bal.
quod sit speciale in crimine parricidij, ⁊ idem est in crimine le-
se maiestatis. l. quisquis. §. id, quod. C. ad leg. Juliam maiestat.
Ex quo infert Bartol. in d. l. vtrum. in fin. quod subditus, qui
sciens non reuelauit tractatum contra principem, vel suam rẽ
publicam puniatur. ⁊ idem not. Barto. in l. j. §. occisorum. ff. ad
Sillan. vbi etiam Ange. ⁊ Abb. hic, ⁊ in c. j. de restitut. spol. Et
hoc sane intelligitur, quando sciens tale delictum futurum, il-
12 lud probare potest [12]: alias secus videtur: vt not. voluit Bald.
in cons. incip. quanquam. Et ibi inuehit contra assessores, qui
simpliciter sequuntur dictum Bartol. Et ita refert Angelus
Aretin. in tracta. maleficiorum. in verbo, che hai tradito la pa
tria. ⁊ Joannes de Anania in rubri. de his, qui filios occi. Mo
der. in cap. quante. de sentent. excommunica. ⁊ in c. de cetero. de
re iudica. Et pro dicto Bal. bene facit text. ij. q. vij. in c. quapro

pter.ibi:probationibus competentibus exhibitis.Dicit tamē Ange.Aretin.quod opin.Bart.in practica seruatur:ꝛ ita obseruatum fuit Florentie:dum legerem Pisis contra Renatū de Patijs,qui decapitatus fuit, quia non reuelauit coniura-
13 tionem contra Rempubli[13]. quam sciebat.Et hoc maxime haberet locum in ducatu nostro Mediolani propter quoddam decretum,quod reperitur valde rigorosum:de quo dixi in consil.lxiij.Et secūdum predictam opi.Bar.infertur quod dispositio d.l.quisquis.que de Imperatore loquitur, etiam habere
14 videtur locum in Republ[14]. De quo late Soc.scribit in consil.cclxxv. in causa fratris. Et quod dictum est de pena scientis,ꝛ non reuelantis crimen lese maiestatis,non haberet locum
15 in patre:quia non debet filium offerre ad supplicium[15]. l.miles.§.desertorem.ff.de re milit. Ita Sali.dicit in l.propter insidias.C.qui accus.ꝛ not.Joan.de Ana.in c.fin.in ver.considera, quia.de his,qui filios occid.ꝛ Barbo.Veronen.in cautela pri-
8 ma.† Secunda conclusio Abb.est.quod de iure canonico quis tenetur obuiare delicto,vt tenet glo.in reg.culpa caret.ff.de regulis iur.ꝛ probatur in c.quante.in fi.ꝫ.de sentent.excomm.ibi: eos delinquentibus fauere interpretans,qui, cum possint,manifesto facinori desinunt obuiare.ꝛ ad idem est tex.in c.sicut dignum.§.illi etiam.ꝫ.de homic.ꝛ in c.dilecto.de senten.excomm. in sexto.ꝛ in c.non inferenda.xxiij.q.iij.in c.fina.in c. qui potest. eadem causa,ꝛ q.vt no.Arch.ij.q.vij.in c.negligere.ꝛ videntur sequi Mod.hic allegantes Ang.in l.vnica.C.de Mili agge.non rump.Et istam differentiam etiam sequitur Hieron.Zanetinus in c.j.in xv.differentia.ꝫ.de acc.Andr.Sicu.tamen hic,de quo Moder.nullam faciunt mentionem,tenet quod glo.in d. l.culpa caret.non sit vera:ꝛ concludit quod etiam de iure canonico quis non tenetur delicto obuiare.Et hoc in foro cōtentioso:secus est in foro conscientie.Et hoc modo iura supra allegata,secundum eum,intelliguntur:ꝛ ita nō est noua eius opi. Nam ita in terminis voluit Ant.de But.in d.c.quante.circa finem.vbi dicit quod glo.in dicta l.culpa caret.intelligitur in foro penitentiali.Et hoc idem expresse tenet Abb.in c.j.de restitut.spoliat.in versic.ad tertium.in fin.ꝛ idem Salicet. dicit in l.quisquis.versic.ad id,quod.C.ad leg.Ju.maiest.ꝛ Bald.in l.j. C.de seruis fugit.ꝛ Joan.de Ana.in c.ij.de heret. Et ita etiam tenent Moder.in d.c.quante.ꝛ in dicta lege vt vim. licet predicta non allegent. Et sic in effectu non videtur differentia inter ius ciuile, ꝛ canonicum, sed solum inter forum contentiosum,ꝛ penitētiale.Et licet ista videatur cōmunis opinio Modernorum,tamen pro defensione glos.in dicta lege culpa caret. considerandum est:quia non consonat quod iura supra allegata restringantur in foro conscientie,prout doc.in locis preallegatis dicunt:quia simpliciter loquuntur:ergo intelliguntur simpliciter de iure canonico in foro contentioso: prout communiter iura canonica loquuntur. Et quia quādo iura canonica aliter in foro conscientie,quam in foro contentioso, volunt disponere,solent hoc exprimere.xvij.q.iiij.in c.quicunque.ꝛ in c.inquisitioni.de sentent.excommunicat.not.in c.tua nos.de sponsa.Et quia si in foro conscientie quis tenetur alium iuuare.idem videtur esse de iure canonico:quia etiā de iure canonico: bonum anime consideratur:vt per glo.in c.cum contingat.de iureiur. ꝛ facit tex.in d.c.quāte.dum inquit quod catholica authoritas condemnat facientes,ꝛ consentiētes pari pena.ꝛ certe hoc primum dictum videtur habere locum de iure canonico in foro contentioso:vt etiam hic probatur : deinde in dicto c. quante. dictum primum de consentientibus interpretatur,ꝛ dicit text. eos fauere delinquentibus,qui,cum, possint desinunt manifesto facinori obuiare. Unde sicut primum dictum de iure canonico in foro contentioso intelligitur, ita etiam in isto secundo dicto dicendum videtur:quia lex interpretans, secundum legem interpretatam intelligitur.in authenti.de fil.ante dot.instru.nat.§.j.Comprobatur hoc,quia loquitur tex.in dicto cap. quante.de manifesto facinore: ergo videtur loqui de foro contentioso:quia in foro conscientie idem esset in facinore non manifesto:quia in foro conscientie sola veritas attenditur: vt per Innoc.in c.plerique.de immuni.eccle.ꝛ eodem modo loquitur tex.in dicto cap.sicut dignum.ꝛ in dicto capit.negligere.facit etiam text.in d.c.dilecto.versicul.ꝛ quidem , vbi primo dicitur quod quis potest vicinum,vel proximum defendere.Et hoc etiam clarum est in foro contentioso:vt not.in l.vt vim.ff. de iust.ꝛ iur.ꝛ inferius dicam ampliando,in eodem casu dum tex. dicit,imo si potest,ꝛ negligat, videtur iniuriā fouere:ergo hoc secundum dictum pariter intelligitur in foro contētioso. ꝛ ita defendatur gloss.in d.l.culpa caret. Et retenta ista conclusione, inferri potest idem esse de iure ciuili, ex quo contrarium non est de iure ciuili cautum: vt not.in capitulo primo de operis noui nuncia. imo idem probatur de iure ciuili in dicta lege culpa caret.a contrario sensu. Et hoc , quando potest absque periculo suo:alias secus vt supra dictum est. Et subijcit in isto primo membro Abb.hic,quod etiam de iure ciuili quis potest alium iuuare ne offendatur.ꝛ ita tenet Barto.in l.vt vim.quia dicit ipse,si licet pro rebus proprijs defendendis alium interficere,a fortiori pro personis.argument.l. sancimus.C.de sacros. eccles.ꝛ ad textum in d.l.vt vim.dum ibi dicitur,quod licet hoc ob tutelam corporis sui:subauditur, maxime, secundum eum. quod profecto maximam diuinationem continet.ꝛ ratio Bartoli etiam non videtur multum cōcludens ad defensionem alterius,prout ipse arguit:Unde idem Bartol. in l.si quis in seruitute. in fine.ff.de furtis.melius argumentatur per istum tex. quia si licet alium defendere in rebus suis , a fortiori in persona eius.Et pro dicto Bart. est text. in c.dilecto.§.ꝛ quidem.de sentent.excomm.in sexto.ꝛ notat Bartol.in l.prohibitum.C.de iure fisci.libro decimo.cum simil. vt tradunt Moder. in d.l. vt vim.ꝛ in c.si vero.el primo de sentent.excommu.ꝛ idem Ab. in c.olim.versic.sed nunquid.de restit.spol. Paul.de Castro in cons.cclxxvij.in causa carceratorum.Ange.Aret.in tract.maleficio.in verbo,se defendendo.Non obst.tex.in d.l.vt vim.dum ibi dicitur,ob tutelam sui corporis.cum simil. quia responderi potest quod etiam in tali casu agitur de tutela proprij corporis: quia cum licite alterius defensionem suscipiat , in tali defensione ponit se in discrimine:ꝛ sic immediate agitur de tutela proprij corporis,licet a principio pro alterius defensione in
9 terueniat. ¶ † In secundo membro principali de consulente Abb.post Hostiens.concludit quod si is,cui consulitur, non e-
D rat alias facturus[D], consulēs pari pena tenetur:sed si erat fa-
16 cturus,debet mitius puniri[16].Et probatur ista distinctio.c.sicut dignum.§.qui vero.de homicid.facit tex.in l.non solum. §. si mandato.versi. Attilianus autem.ff.de iniur. Et idem tenet gloss.in §.ope.in verbo.certe.insti.de oblig.que ex deli.nascun. ꝛ in l.j.§.persuadere.ff.de seruo corrupto. in verbo , facturus.ꝛ no.glo.ꝛ Barto.in l.sepe.in verb.etiam dici potest.ff. de verbo. signific.Bald.in l.ob hec verba.ff.de his,qui notan.infa.in l.data opera.C.qui accusa. non poss. in l.j. C.de seruis fugiti.ꝛ dicit Alberi.in d.l.ob hec verba.quod doct.communiter ita tenent. ꝛ ita concludit Sal.in l.j.vers.quero.C.de raptu virg.Et idem sequitur Jmol.in c.querelam.in fi.de elect.ꝛ Matthesil. in notab.xcvij.nota quod is, cuius consilia.vbi propter hoc reprehēdit questionem Bart.in l.non solum.§.si mandato.in versi.veniamus,ad persuasorem.ff.de iniur.vbi indistincte tenet quod consulens obligetur , siue principalis esset alias facturus siue non.Et dictum Bart.sequitur Jmol.in clem.j.de pen.Et Angel.Aret.in tracta.maleficiorum.in verbo,mandatorem.versi. xxij.queritur.Et istud dictum Bart . saluari potest,vt intelligatur quo ad aliqualem penam , secundum distinctionem supra factam,que communiter approbatur.facit quod not. Ange.in l.is,qui opem.ff.de furt.dum allegat Joann.Andre.in c. felicis.de pen.in vj.ꝛ idem Angel.in l.fur.§.ope.ff.eod.titul.de furt.Bartholo.Ueronensis in consi.xxvij.requisitus.Et secundum predictam distinctionem intelligitur tex.in d.§.ope.dum absolute dicit,quod furti non tenetur, ꝛ quod non tenetur eadem pena:mitiori pena tamen puniri potest arbitrio iudicis: vt not. Angel. in locis supra proxime allegatis. Et ita etiam declaratur quod not.Bartol.in cons.clxv.in questione que vertitur.dum inquit quod factum est impunibile,quando quis dedit consilium ei, qui erat alias facturus. Predicta distinctio
E non habet locum in atrocioribus[E], in quibus consulens ꝛ delinquens indistincte pari pena punitur.capit.felicis.in princi.
D de penis.in vj.clem.j.eod. titul. Dicunt[D] tamen Moder. hic, quod forte dicta iura debent restringi secundū distinctionem supra factam,per tex.in dicto capi.sicut dignum.vbi ita distinguitur in homicidio, quod tamen est de atrocioribus. Et ad hoc videtur text.in d.c.felicis.in princip.iuncto §.illud autem. vbi pro nudo consilio pena mitigatur.Sed tamen vlterius ad
17 uertendum[17] est:quia ista limitatio defendi potest per dicta iura,que loquūtur in homicidio cardinalis ꝛ archiepiscopi. ꝛ facit text.in l.vtrum.ff.de parricid.in l.quisquis.C. ad legem Juliam maiesta.Et reperio quod hoc tenet Bal.in l.j.C.de ser.fugiti . vbi inquit quod in atrocissimis consulens punitur , licet principalis esset alias facturus.Non obstat tex.in dicto capitulo sicut dignum . quia loquitur in homicidio simplici. Non obstat.§.illud autem . in dicto capitulo felicis . quia loquitur in consilio nudo,quod nihil addit:vt gloss. ibi dicit: secus videtur in consilio, quod augeret malitiam , licet ille esset omnino facturus. Et de duplici consilio not.per glossam in cle . prima in verbo,consiliarios.de foro competenti.Non tamen videtur quod consulens precise eadem pena puniatur : quia non tantum delinquit,sicut principalis:sed extraordinaria pena arbitrio

trio iudicis puniri debet: vt not. Baldus in d.l.j. Et in isto ca-
su in atrocioribus arbitrabitur iudex de grauiori pena, quam
in alijs. Et hoc verum est, nisi aliter expressum sit in iure de pa
ri pena. d.l. vtrum. ⁊ d.l. quisquis. ⁊ d.c. felicis. in prin. Secundo
conclusio supra facta procedit in consilio, quod constat esse ad
malum: alias in dubio interpretari debet quod bonum consi-
lium, ⁊ consulens non teneatur: vt notat Baldus in l.j. versicu.
⁊ nota quod consilium. C. de seruis fugiti. ⁊ Alexand. sequitur
in consil. cxxviij. quoniam abunde. libr. iiij. facit text. in l. meri-
to. ff. pro socio. ⁊ quod notat Bartolus in l. non solum. §. sed vt
probari. ff. de operis noui nunciat. ⁊ specialiter quod de vindi-
cta nota. in l.j. C. de his, quibus vt indigni. ⁊ quod ibi Paul.
de Castro ⁊ Alexand. ⁊ quod notat Angel. in verbo, auferri.
in l. postquam, circa finem. ff. de petition. heredita. ⁊ quod not.
Bartol. de verbo, violenter. in lege secunda. ff. de duobus reis.
cum similibus. vt dixi in c. in presentia. de probationib. Tertio
limitatur, quia ad hoc vt quis ex cõsilio obligetur, probare de-
bet quod consilium precesserit delictum: vt notat Baldus in
dicta lege prima. versiculo item nemo. ibi: hoc dicit in manda-
to. ⁊ consilio. C. de seruis fugitiuis. ⁊ idem Bald. in l. ob hec ver
ba. ff. de his qui notant. infamia. in versicul. item ⁊ alij. vbi alle-
gat glos. in l. si vero non remunerandi. §. si vero post creditam.
ff. manda. ⁊ sequitur Alexan. in consil. cxcvj. circa princip. libro
10 secundo. † Quarto, ad hoc vt quis ex consilio teneatur, requi-
ritur quod delictum secutum sit: vt not. Cardin. in clementi. j.
in princ. in xij. q. de penis. Et in ipso actu debet consilium pre-
stari: vt notat Signor. in consil. cxxxv. in questione. circa finem.
Et hoc verum intelligitur, nisi consilium per se consideretur:
quia etiam per se est titulus criminis, ⁊ indistincte punitur: vt
not. Bald. in l. data opera. vbi alleg. l.j. §. persuadere. ff. de ser.
corrupt. ⁊ idem Bartol. dicit in l. non solum. §. si mandato. in fi.
ff. de iniurijs. ⁊ Angel. Aretin. sequitur in dicto verbo, manda
torem. in fin. ⁊ tali casu punitur etiam facto non secuto: vt no-
tat Salicet. in d.l.j. in prima questio. C. de raptu virgin. Quin-
to conclusio, ⁊ distinctio supra facta non habet locum in inter-
18 dicto vnde vi, in quo ex consilio quis non tenetur[18]: vt notat
e Innocent[e]. in c. querelam. de electionib. per c. cum ad sedem.
de restitut. spoliat. ⁊ sequitur Angel. in l. is, qui opem. circa fin.
versic. scias autem. ff. de furtis. ⁊ Bald. in l. ij. versic. sexto queri
tur. C. de seruitut. Abbas in c. sicut dignum. de homicid. Dicũt
tamen Moder. hic, quod ista limitatio non videtur vera: quia
satis dicitur spoliare, qui consilium prestat. ⁊ ad hoc allegat
Roma. in singul. dcclxij. in contractibus. vbi dicit contra In-
nocent. determinatum fuisse per dominos Rote, per regulam
c. sicut dignum. de homicid. Sexto fallit, quãdo ille, cui datum
fuit consilium, nomine consulentis delictum committit: quia
19 tunc consulens indistincte tenetur[19]: vt no. Bal. in l. metum. in
fin. C. quod metus causa. vbi allegat c. cum quis. de restitu. spo-
liator. in sexto. Et licet Bald. loquatur in mandante, idem ta-
men videtur in consulente: quia tunc etiam ex consilio motus
20 videtur. Septimo fallit, quando specialis pena consulenti im
ponitur[20]: quia tunc predicta distinctio non attenditur, sed
dispositio legis, de qua constat, precise obseruatur. l.j. C. de ra-
ptu virgin. vbi Salicet. in versic. secundo quero. ⁊ not. Bartol.
in dicta l. is qui opem. ff. de furt. vbi allegat l.j. C. de Mili agge.
non rump. Et hoc modo procedit text. in dicta l.j. §. persuade-
re. ff. de seruo corrup. secundum Sali. in dicta l.j. Octauo fallit
propter diuersam qualitatem facientis: quia tunc consulens
quandoque minori pena punitur. l. qui seruo. §. item placuit. ⁊
quod ibi Bart. ff. de furt. §. hi, qui. versicu. qui vero ope. institu.
de obliga. que ex delicto nascun. not. Salic. in dicta l.j. in ij. q. C.
de raptu virg. facit tex. cum glo. lxxxvj. distinctio. c. in tanta. in
gloss. fina. ⁊ quod not. Bald. per illum tex. in l. huius actionis.
in princ. ff. quod falso tutore autho. Et quandoque etiam mino
ri pena ipse consulens punitur, vt declarat Salic. in d.l.j. in d.
ij. quest. ⁊ Joan. de Ana. in c. sicut dignum. §. ille etiam. de ho-
micid. Et sic in effectu regula procedit, quando est eadem qua-
litas facientis, ⁊ consulentis. ⁊ de hoc videbimus in sequenti
membro de prestante opem. Nono, consulens nullo modo po-
test condemnari, quando principalis absolutus esset: vt notat
f Innocentius in dicto[f] cap. sicut dignum. vbi Abbas ⁊ Joan
nes de Anania sequuntur: ⁊ Petrus de Ancharano in regu-
la, accessorium. versic. iuxta quero. de reg. iuris, in sexto. ⁊ dixi in
consil. viij. viso puncto. in fine. Decimo, consulens non tenetur,
si consilium datum reuocauit: vt notat Innoc. in c. ad audien-
tiam. de homicidio. cum similibus. vt tradit ibi Jo. de Ana.
⁊ declaratur hic, per Angel. Aretin. in d. verbo, mandatorem.
circa finem. Et dictum Innocen. sequitur Bartol. in l. non so-
lum. §. si mandato. de iniurijs. cum simílib. vt tradit Alexand.
in consil. lxv. visa. libro iiij. ⁊ Moderni in dicto cap. ad audien-
tiam. in fine. Undecimo fallit in statuto, quod imponeret pe-
nam facienti: quia non haberet locum in consulente: quia sta-
tutum proprie intelligitur: vt in similibus notat Bartol. in l.j.
ff. de sicar. Abbas in capitu. inter solicitudines. infra de purg.
canoni. in capi. mulieres. de sentent. excommunic. Et hoc in si-
mili in mandante tradit Bald. in l. non ideo minus. versic. ego
reuertor. C. de accusat. ⁊ late Alexand. in consilio lxv. visa. libro
quarto. Duodecimo, ⁊ vltimo, conclusio supra facta locum ha-
bet, quando consulit in delicto: si vero prestetur cõsilium circa
id, quod non cadit in delictum, nõ adhibet dicta distinctio, an
esset alias facturus, sed consideratur an consulens sit in dolo,
vel non. l. consilij non fraudulenti. ff. de regulis iuris. vbi gloss.
facit text. in l. ij. in fine. ⁊ gloss. penulti. ibi. ff. mandati. ⁊ ita Bar.
concludit in l. non solum. §. si mandato. de iniurijs. per gloss. in
regula, nullus ex consilio. de regulis iuris in sexto. Et not. ibi
Perusinus, qui dicit hoc non procedere in consilio, quod pre-
statur ratione officij, puta in assessore. de quo Alexand. ⁊ Mo-
der. in l. ij. ff. quod quisque iuris. Et notandum est ad declara-
tionem conclusionis, quod in dubio presumitur quod non fuis
21 set alias facturus: ⁊ sic in dubio consulens tenetur[21]: vt dicũt
F Moder[F]. hic, argum. lege, merito. ff. pro socio. Sed ista ratio
Moder. videtur in contrarium: quia propter hoc nõ plus ex-
cusatur principalis, ⁊ consulens magis obligatur. Pro dicto
tamen Moder. est decisio in l. data opera. C. qui accusa. vbi al-
legat l.j. C. de raptu virgin. Et idem expresse Angelus dicit in
lege prima in principio in versicu. vltimo est videndum. ff. de
eo per quem factum erit. Cardinalis in dicto capit. ad audien
tiam, ⁊ ibi Joan. de Anania. Dicit tamen Bal. in lege prima.
C. de seruis fugitiuis. quod an esset quis alias facturus, hoc in
probatione facti consistit, ⁊ secundum eum, probatur ex conie-
cturis: vt per Baldum ibi, facit quod notat Bartol. in l. si ven
tri. §. finali. ff. de priuileg. credito. Baldus in lege multum in-
terest. C. si quis alteri vel sibi. ⁊ in c.j. §. iuuare. versiculo quero si
Titius. de pace iurament. firm. Et aduertendum est ad illud,
quod dictum est, quod presumatur quod non fuisset alias fa-
cturus: nam ex quo hoc consistit in probatione facti, vt Bald.
dicit in d.l.j. videtur quod allegans hoc fuisse factum ex consi-
lio, teneatur probare. l. ei, qui. ff. de probationibus. nisi dicamus
quod ex quo constat de consilio, contra ipsum consulẽtem pre-
sumitur: quia iura dicunt, quod quis ex consilio obligatur. Un
de si velit ab ista regula se eximere, debet pbare quod omnino
ille erat alias facturus. Postremo esset videndũ, quando quis
dicatur consilium prestare: de quo not. Bald. in l.j. in iiij. oppo.
C. de seruis fugitiuis. ⁊ notat Bartolus in lege non solum. §. si
mandato. in fine. ff. de iniurijs. Angelus Areti. in dicto verbo,
mandatorem. in fine. ⁊ in notabili casu tradit Angelus in con-
silio xxij. pro decisione questionis. Bartholomeus Ueronensis
in consil. xxvij. ⁊ Bald. in consil. ccxx. in questione Milani. libr.
iij. ¶ In tertio membro principali, quãdo quis consentit de-
linquenti cooperando, ex dictis Abba. due conclusiones colli-
11 guntur. Prima † est, quod quis cooperatur, vt quia simul cũ
alijs delictum commisit: tali casu est socius criminis. ⁊ clarum
22 est quod pari pena punitur[22]. Et idem no. Cardinalis in cle
mentina prima in princip. in decima quest. de penis. facit text.
in l. vulgaris. §. penulti. ff. de furt. in l. item Mela. §. si plures. ff.
ad legem Aquil. loquitur in dicta l.j. C. de raptu virgi. Angel.
q. vlti. ⁊ notat Bartol. in l. si rixa. ff. de sicarijs. in l. qui seruo. §.
fina. ff. de furtis. cum similibus. vt tradit Alexand. in consi. xv.
viso processu. libr. j. Petr. de Ancha. in consil. cccxvij. nos Bar
tholomeus. ⁊ Dominicus post glossam in capitu. cupientes. §.
ceterum. in verbo, culpabiles. de electionibus in sexto. ⁊ de isto
12 casu non agitur hic. † Secunda conclusio Abbatis est in eo,
qui non apposuit manum in delicto, sed opem, ⁊ auxilium pre-
stitit: de quo in proposito tractatur hic. Et Abbas pariter se-
G cundum glossam concludit hic, quod pari pena puniatur[G].
Et idem Bald. in l. raptores. in vltimo notabili. C. de episcop.
⁊ cleric. vbi reassumit istam glossam. Et in tertio membro con-
cludit quod pari pena puniatur. Et ita etiam tenet Bartolus
in l. in furti. §. ope. in l. is, qui opem. ff. de furtis. ⁊ sequitur An-
gel. Aretin. in tractatu maleficiorum. in verbo, semper astitit.
in versiculo, quero que pena. facit quod notat Angelus in l. si
sciente. ff. de parricidijs, cum similibus. vt tradit Alexander in
lege iij. §. si procurator. ff. quod quisque iur. Et ista est commu-
nis opinio vt dicit Petrus. Philippus de Corneo in consil.
viij. circa primum. libro quarto. ⁊ Bartholomeus Soci. in con
silio clxxxviij. visa bulla. Et in isto casu non adhibetur illa di-
stinctio, an ille, cui prestatur auxilium, esset alias facturus: vt
not. Barto. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniurijs. Et hoc,
quod dictum est, etiam haberet locum in statuto: quia secun-
dum ius commune debet interpretari: vt notat Salicet. in l.j.

C.de raptu virg. Et ista conclusio procedit, quando prestatio operis dedit causam delicto. Secus si non dedit causam deli-
23 cto[23]: quia tunc mitiori pena punitur: vt late concludit Salic. in l.j.C.de raptu virg. et facit tex. ibi, in §. penas autem. et ad idē tex. in c.sicut dignum. §.illi etiam. iuncto §. preced. de homi. vbi talis distinctio probari videtur. Et fuit ista opin. Dyn. quam Salic. late defendit in d.l.j. Et illa etiam sequitur Bartho. Veronen. in consil. xxxiiij. circa primum. in versicu. videndum est. et Bartholo. Socin. in consil. clxxxviij. preallega. Et ad hoc facit quod not. Bal. in l.j.C. ad leg. Jul. peculat. vbi inquit quod prestans opem per actum proximum facto, eadem pena punitur: secus si per actum remotum: quia mitius puniri debet. et quod not. Ange. in l.is, qui opem. et in l.furti. §.ope. ff.de furt, dum ibi allegat Joan. Andr. in c.felicis. de penis. in sexto. Secundo, predicta conclusio limitatur, quando constat commissum fuisse maleficium: aliter non potest quis puniri de auxi-
24 lio[24], vt notat Barto. in l.si quis rem. la ij. §.si tu Titium. ff.de furt. Petr. de Ancharia. in dicto cons. cxvij. l.fin. et idem Salic. in l.j. de raptu virg. vers. quero successiue. et facit quod supra dictum est de consilio. Tertio predicta cōclusio procedit, nisi ver
g ba essent scripta[g] in personam: puta, si dicatur, si quis occiderit, vel percusserit: nā tunc non debet puniri eadem pena: quia prestans opem non dicitur proprie delictum committere, vt dicit Anto. de But. hic, Bart. in d.l.is, qui opem. et sequitur Angel. in dicto verbo, assistit. versi. secundo posito. et Alex. in consi. cxl. videtur in casu proposito. lib. ij. facit quod not. Barto. in l. hec verba. ff.de adulter. et in l.at qui aliter. §.fina. ff. quod vi aut clam. cum simil. Quarto limitatur procedere, nisi lex expresse aliter disponat statuendo penam prestāti auxilium: quia tunc
25 a dispositione legis non receditur[25]: vt not. Bartol. in d.l.is, qui opem. Salicet. in d.l.j. de raptu virginum. Angel. in d.l.is, qui opem. et in l.j. in fin. C.de Mili agge. non rumpen. Quinto limitatur, quando auxilium prestitum fuit ante delictum, vel in ipso actu: secus si post actum: quia tunc eadem pena non puni-
26 tur[26]: vt dicit Anton. de Butr. hic. et not. Bartol. in dicta l.in furti. §.ope. vbi notabiliter hoc declarat: et in l.si quis in graui. §.si quis. ff. ad senatuscons. Silla. not. Bal. in l.non ideo minus. versicu. quero an associans. C.de accusatio. et Salicet. qui circa hoc late loquitur in d.l.j.C.de raptu virginum. Angelus in d. l.j.C.de Mili agge. et idem Bal. in cons. xliij. videamus. li.j. secundum primam impressionem. Et ista limitatio satis comprehendit in prima limitatione supra facta. Et procedit ista conclusio, nisi precessisset promissio de prestando auxilio post actum: vt Bart. in d.l.is qui opem. Et hoc presumitur, quando incontinenti hoc sequitur: vt per Bald. in d. l. non ideo minus. Et hoc, quod dictum est, non habet locum in crimine heresis, vbi indistincte punitur, etiam qui post actum prestat fauorem. ca. excommunicamus. §. credentes. de here. Nam appellatione fauoris etiam comprehenditur, qui post actum prestat fauorem: vt not. Abb. in clement. j. de pen. Et quod dictum est de heresi, idem videtur in alijs atrocioribus delictis. l.j. C.de his, qui latro. occul. Uel dicamus quod in illis casibus ita sit expressum per supra dicta. Sexto fallit, vbi agitur de strage multorum: quia tunc seueritati detrahitur, et eadem pena non debent auxiliantes puniri: vt not. Angel. in d.l.is, qui opem. vbi allegat textum in l.pen. ff.de sicar. et gloss. in l. aut facta. in gloss. pen. ff. de pen. facit text. v. dist. in cap. vt constitueretur. in fine. Et ista limitatio videtur communis ad illud, quod supra dictum est
h de consilio. Et nonnulle alie limitationes[h] date ibi, accommodari possunt ad istud membrum de ope, et auxilio. Postremo predicta habent locum, quando principalis, et ille, qui opem prestat, sunt eiusdem qualitatis. Quid autem si diuerse qualitatis sint, propter quam pena augetur, vel minuitur. Primo casu, quando pena augetur, attenditur qualitas faciētis, et opem prestans eadem pena tenetur, licet in eo illa qualitas non reperiatur. l.vtrum. ff.de parricid. Et ibi Bartolus infert, quod si plebeius prestat opem nobili, qui ex forma statuti magis punitur, eadem pena plebeius tenetur, quia inspicitur qualitas facientis. Et idem Bartol. in l.is, qui opem. ff.de fur. Ab. hic, et Ang. in l.vnica. C.de Mili agge. non rump. Salice. in d.l.j.C.de raptu virg. vers. quero, si propter qualitatem. Bene facit quod not. Spec. in tit. de treu. et pace. circa fi. vbi Ugoli. de Fontana concludit quod prestans opem frangenti pacem, eadem pena pacis fracte tenetur. Et idem tenet Bar. in cons. lxvj. ad declarationem questionis. et sequitur Jmo. in l.si stipulatus. la ij. de verb. obli. Et idem in simili questione tenet Jo. Fab. in §. alia. inst. de pub. iud. vbi inquit quod non subditus non committit crimen lese maiestat. et hoc not. per gloss. in clem. pastoralis. de re iudica. notat Bal. in l.nihil. C.de manu. in l.ij. C.de falsa moneta. Et tamen si prestat opem subdito, tenetur crimine lese

maiestatis. et ibi Joann. Fab. etiam aliam similem questionem ponit. Et eadem ratione, quando qualitas est in faciente, ratione loci, vel temporis, tunc prestans opem eadem pena punitur: vt not. Bartolus in d.l.is, qui opem. circa finem. Anto. de Butr. hic. Angel. in d.l.j.C.de Mili agge. Et ratio manifesta videtur, quia prestans opem est causa illius delicti, secundum supradicta: merito ipse tenetur secundum qualitatem delicti. Et ista conclusio limitatur primo procedere, quādo illa qualitas, que reperitur in faciente, respicit delictum: ita quod delictum grauius reddatur. d.l.vtrum. secus si delictum nō sit grauius, sed faciens magis punitur: quare illi minor reuerentia debetur, quam prestanti opem. quia tunc ille, qui opem prestat, minus punitur. Gratia exempli, si decurio prestat opem plebeio, non videtur quod eadem pena decurio teneatur, cui maior reuerentia debetur. l.moris. §. iste. ff.de penis. facit text. in l.j. in princip. iuncta l.iij. §. fina. ff.de sicar. Jta Aret. notabiliter dicit in dicta l.si stipulatus. la ij. vbi hoc modo respondet ad ea, que notat Baldus in l.non ideo minus. C.de accusatio. Et pro dicto Aret. est dictum Bal. in l.j. in quarto not. C.de rap. virg. Secundo limitatur, quando prestans opē sciebat qualitatem inesse in persona principalis delinquentis, propter quam pena augetur: vt not. Angel. in d.l.j.C.de Mili agge. per d.l. vtrum. ibi: conscij, et participes, secus ergo si ignorabat. Sed contrarium in hoc tenet Joann. Andre. in loco supra allegato, vbi inquit quod prestās opem frāgenti pacem, tenetur, licet ignorauerit pacem ruptam, Et ita illum referunt Jmol. et Are. in d.l.si stipulatus. et contra Angelum etiam tenet Andr. Siculus hic: quia dās operam rei illicite, tenetur etiam vltra intentionem: vt notat Bartol. in l.diuus. ff.de sicar. facit text. in c.fi. de homicid. in vj. cum similib. vt per Moder. hic. Sed dictum
b Angel. verius[b] videtur: et bene facit quod idem Ange. scribit in §. fina. in authenti. de eccles. titu. vbi instruit formantem inquisitionem contra auxiliantem, vt dicatur quod prestitit auxilium, et fauorem scienter. facit quod notat Romanus consilio xxvij. premissa. in princip. et quod notat Baldus in l. quicunque. versicu. sexto nota. C.de seruis fugiti. Non obstat quod dans operam rei illicite tenetur vltra intentionem. d.c. fina. de homicid. in sexto. Quia respondetur quod illud habet locum, quādo delictum quod committitur, erat ordinatum ad illud, quod sequitur, prout loquitur text. in d.capit. fina. alias secus, prout in casu nostro videtur: quia prestans opem non potuit cogitare de pace rupta. Et ita illum textum in d. c. fina. declarat Bart. in d.l.diuus. in fin. et Bald. in l.cum mandati. C.mandat. Alexand. in consilio cxl. videtur in casu proposito. libro ij. Tertio limitatur, quando illa qualitas aderat tempore delicti: secus est si superuenit post delictum preter intentionem delinquentis: quia tunc opem prestans non tenetur: vt not. Bartolus in d.l.is, qui opem. per illum text. vbi opem prestans solum tenetur furti non manifesti, licet principalis deprehendatur in furto manifesto. Et ideo si pena augetur in principali propter contumaciam non obligatur opem prestans, secundum Bartolum ibi: et Anton. de Butr. et Jmol. hic. Jdem notat Barto. in l.libertis. §. posthumus. ff.de alimen. et cibar. lega. Jn secundo casu principali, quando pena minuitur propter qualitatem principalis. Bartolus concludit in l.qui seruo. §. item placuit. ff.de furtis. quod non minuatur pena eius, qui opem prestat: quia ipse secundum naturam delicti punitur. Unde infert quod si nobilis prestitit opem populari, qui minus punitur, nobilis secundum suam qualitatem puniendus est: et sic plus, quam principalis, per illum tex. et in l.si quis id, quod. circa fin. ff.de iurisdic. omn. iud. et tenet Bald. per illum text. in l.j. in iiij. not. in fine. C.de rap. virgin. et ibi etiam Salicet. versi. quid econtra. Angel. in d.l.j. versic. item deficit. Et ideo si ex forma statuti offensus potest facere vindictam impune, tamen o-
i pem ferens debet puniri: vt not. Angel. consilio[i] clxxij. prout Areti. refert in d.l.si stipulatus. Et ista conclusio procedit quādo illud, quod fit a principali delinquēte, est delictum, licet impunibile sit in persona principalis: secus si non esset delictum, quia tunc opem prestans non tenetur: vt notat Bartol. in l.si is, qui rem. §. si tu Titium. ff.de furtis. Et sequitur Areti. in d. l.si stipulatus, quod tū declaratur distinguendo vt per Bart. in d. §. si tu Titium. Secūdo limitatur quod dictum est de vindicta, in eo, qui apponeret manum: quia non licet, ex quo vindicta solum offenso personaliter conceditur: secus si quis associaret simpliciter offendentem: quia nō debet puniri: cum hoc accessorium sit ad actum premissum. ar. l. Gracchus. C.de adulte. Jta Bal. concludit in l.vt vim. versicu. et ideo si statutum. ff.de iustitia et iure. Aretin. in dicta lege si stipulatus. videtur hoc reprobare: quia ex quo associare aliquem, est ferre opem, quod teneretur secundum eius qualitatem, vt in premissa conclusione

dictum est. Et hoc confirmatur: quia attenta ratione Bald. de
actu accessorio sequeretur ꝙ semper opem prestans esset liber
ex persona principalis, qui non tenetur. dictum tamē Bal. sal-
uari potest, quando vindicta esset permissa omnino, ita ꝙ non
reputaretur delictũ, prout ipse loqui videtur: nā tali casu pre-
stans opem non tenetur, vt in precedenti limitatione, dictum
est. Postremo cõsiderandũ est, quia secundũ supra dicta infer-
tur, ꝙ opem prestans semper teneatur ad grauiorē penam, at
tenta qualitate facientis, vel propria. Unde videtur dicendum
ꝙ prestās opem, puniatur secundũ qualitatē principalis: quia
ipse est causa huius delicti, ꝙ propter illā qualitatem augetur,
per supra dicta. Et pari ratione videtur ꝙ si propter qualita-
tem principalis delictũ in se minuatur, opem prestās debet mi
nus puniri: quia si qualitas principalis inspicitur, vt pena au-
geatur: ergo etiā eius qualitas attendi debet, vt pena minuat:
quia idem operatur propositũ in proposito, quod operatur op
positum in opposito. l. fi. §. fi. ff. de leg. iij. l. ⁊ si contra tabulas. ff.
de vulga. ⁊ pup. Et hoc verum est, ⁊ procedit, quando qualitas
k respicit delictũ: secus si respicit personā [k]: quia tunc ad aliũ nõ
porrigitur: vt no. in d. l. j. in iiij. not. de rap. virg. ⁊ supra dictum
13 est. † In quarto casu principali Abb. concludit ꝙ prestās con-
sensum per modũ authoritatis plus peccat, vt gl. hic dicit, ⁊ in
cle. j. in verb. defensarit. de pe. Et hoc verũ est in causa heresis, ⁊
in similibus grauioribus delictis, alias pari pena debet puni-
ri, per istum tex. hic. ⁊ ita cõcludit Abb. post Hosti. ⁊ alios hic.
Sed contra istam cõclusionē facit: quia imo videtur ꝙ debeat
minus puniri ex eo, ꝙ supra dictũ est de prestāte opem post fa-
ctum: ⁊ ita esset in eo, qui simpliciter defenderet illum, qui deli
quit, ne capiatur: nisi ageretur de atrociori crimine: quia pari
pena puniri debet. l. j. C. de his qui lat. occult. secus vero quādo
quis delinquentē defenderet in ipso actu, dicendo ꝙ esset lici-
tum, ⁊ commendaret illud quod esset delictum: quia tunc gra-
uius peccat, propter malum exemplum: vt no. Ange. in d. l. j. in
fi. de Nili agge. non rumpen. vbi inquit, ꝙ peccat in duobus: q⁊
videtur particeps delicti: ⁊ quia impedit iustitiā: ⁊ quia, vt di-
ctum est, prestat malũ exemplum alijs. Et isto respectu est ma-
ius delictum lenocinium, q̃ adulterium: vt per glo. ⁊ Bar. in l.
athletas. §. qui lenocinium. ff. de his qui notan. infa. Et maius
delictum est, delinquere in alium, quam in seipsum. §. eos. in au
then. vt iud. sine quoquo suffrag. ⁊ gloss. ibi, in ver. quod magis.
Et specialiter in proposito nostro not. Pe. de Anch. in cle. j. §.
sane. de vsur. in ij. nota. per illum tex. vbi dicit ꝙ ille, qui asserit
non esse peccatum exigere vsuras, plus punitur, quam vsura-
3 rius: quia hereticus reputatur 3. Et sic patet ꝙ plus punitur
ille, qui defendit vsurarium, q̃ vsurarius. Et eodem modo in-
duci potest tex. in cle. ad nostrum. §. septimo. de here. ibi: qui di-
cit fornicationem non esse peccatum, hereticus dicitur, ⁊ ita
plus punitur. De quo Jo. de Ana. in c. qualiter. el ij. §. ad cor-
rigendos. de accu. Et eodem modo de periurio. not. Sal. in l. j.
C. de summa tri. Jo. de Ana. in c. preterea. de here. Et ibidē di-
cit de eo, qui dicit non esse soluēdas decimas, ⁊ clericos esse ex-
pellendos his temporibus, quia male viuunt. Et eodem modo
de illo, qui dicit non esse peccatũ duas vxores accipere: nā he-
reticus reputatur, vt no. Domi. in c. accusatus. §. sane. de here.
14 in fi. ¶ † In gl. fi. conclusio est, ẜm Abb. post alios, ꝙ iudex de-
legatus exercere potest suam iurisdictionem in quascũq; per-
27 sonas ipsius iurisdictionem impedientes [27 l], ⁊ idem Abb. in
l c. significasti. in vl. not. j. eod. ⁊ in c. dilectus. circa fi. de penis. ⁊
not. Spec. in tit. de iudic. deleg. §. sequitur. versi. item ad eius of
ficium. ⁊ Card. in cle. ij. in fin. de here. vbi per istum tex. dicit ꝙ
inquisitores possunt procedere contra dominum temporalem
impedientem familiam suam in delatione armorum. Et pro-
pter hoc delegatus nuntium coram se falsum referentem, pu-
nire potest: vt not. Bal. in c. preterea. in fi. j. eo. ⁊ in l. ij. de spor.
in princi. Et idem est in delegato inferioris a principe, vt not.
Inno. ⁊ Anto. de Bu. hic, qui tamen dicunt differentiam esse,
quia delegatus Pape contra omnes habet potestatem: dele-
gatus vero inferioris solum contra subditos delegantis. ⁊ idē
Bal. hic, Specu. in dicto versi. item ad eius officium. ⁊ Abb. in
dicto cap. significasti. in vltimo notab. Sed tamen consideran
dum est, quia contra illos, qui impediunt qualescunque sint,
etiam delegatus inferioris, videtur habere potestatem: quia a
lege prorogata videtur iurisdictio, ratione delicti, ⁊ propter
impedimentum, vt dictum fuit supra in vltimo notab. Et re-
tenta conclusione supra dicta excipitur persona collega, cõtra
28 quam delegatus non habet potestatem [28]: vt not. Barto. in l. j.
§. is videtur. in fin. ff. si quis ius dicent. quia par in parem non
habet imperium. l. ille, a quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebellia. ⁊
ad hoc facit gloss. in c. cum causa. j. eod. tex. in c. studeat. 50. dist.
⁊ ibi Dominic. in iiij. notab. per illum text. in verb. suadere. Et
simile est in procuratore, qui non exigit ab alio procuratore. l.
duos. ff. de procura. Et hoc, quod dictum est de collega, verum
est, nisi dati sint cum clausula, quod si ambo non possint, alter
exequatur: vt not. Domi. in cap. si contra vnum. vers. sed pone.
eod. tit. in vj. ⁊ ita Mod. sequuntur hic. Sed aduertendum est,
quod illa ratio, quod par in parem nõ habet imperium, etiam
videtur habere locum, dato quod delegati sint cum clausula il
la, quod si ambo ⁊c. quia alter non videtur habere potestatem
in alterum, prout dictum est duobus procuratoribus: nam li-
cet dati sint in solidum, vnus tamen nihil potest contra alte-
rum: vt not. Barto. ⁊ Pau. de Castr. in d. l. qui duos, nisi dica-
mus quod quando est alter impeditus, alter solus remanet,
propter clausulam predictam. Et ideo si per alterum impedia
tur, contra illum impedientem procedere poterit, quia non est
collega: vt per Domini. in dicto c. si quis contra. Sed quando
sunt dati duo delegati simpliciter, vnus non potest sine altero.
capi. causam matrimonij. j. eodē. ⁊ alter non habet potestatem
compellendi alterum. Sed quando alter turbaret alterum in
casu, in quo turbatus solus procedere potest, videtur ꝙ etiam
collegam turbantem punire possit: quia ex actu turbationis
consequitur iurisdictionem a lege, vt supra dictum est. Et ex
ista declaratione in effectu, si bene consideretur, iste text. etiam
haberet locum contra collegam, si solus procedere potest: sed
collega facit quod solus procedere non possit: ⁊ sicut nõ potest
contra collegam, sic etiam contra alios solus procedere nõ po
terit: ⁊ si contra alios potest, pariter contra collegam poterit.
Et sic data paritate terminorum, non videtur differentia in-
ter collegam, ⁊ alios, licet docto. omnes aliter dicant. Secun-
do limitatur predicta conclusio non habere locum in testibus
coram eo falsum deponentibus: quos delegatus punire nõ po
test, de quo videbimus post Abb. in cap. preterea. j. eod. Quam
autem penam delegatus contra turbantem suam iurisdictio-
nem imponere possit, tex. hic dicit de districtione ecclesiastica.
Nā hoc primo intelligi potest pro cēsura, ⁊ pena spirituali: vt ī
c. querenti. de ver. sig. ⁊ facit tex. in c. pe. de immu. eccl. in vj. ⁊ ta
lis pena ꝑ delegatum imponi non dꝫ, quando verisimiliter nõ
sit profutura: vt dicit Ant. de But. hic, ⁊ idem Jo. And. in c. so
let. de sentent. excomm. cum simili. vt tradunt Moder. hic, ⁊ in
cap. apostolice. de excep. ⁊ facit tex. in cap. clericos. de vita ⁊ ho-
nesta. clericorum. Secundo illa verba, districtione ecclesiastica,
intelligi possunt etiam pro pena temporali: vt not. Abb. hic: ⁊
idem Abb. in cap. nuntios. de decimis. ⁊ in cap. j. de iureiuran-
do. Et ideo delegatus etiam extraordinariam penam impo-
nere potest: vt notat Abb. in dicto cap. querenti. ⁊ Alexand. in
consilio xxxv. lib. ij. vt dixi in notabilibus. Et hoc verum vide-
tur, virtute commissionis facte ipsi delegato: argumen. ca. pre-
terea. j. eodem. ⁊ not. Abb. in dicto cap. querenti. sed non de vi
verborum: quia districtio ecclesiastica plus importare non vi-
detur, quam censura ecclesiastica: quia vtroque casu dicitur de
districtione, ⁊ censura ecclesiastica. Et hoc certe non potest ve-
rificari in pena pecuniaria. quia illa nõ est ecclesiastica, sed po-
tius temporalis. Unde ista verba solum intelliguntur de cen-
suris. facit tex. cum gloss. in cap. j. de iureiurando. in cap. pro il-
15 lorum. de prebend. ⁊ in cap. ij. de vsuris. † An autem delegatus
possit impedientem priuare beneficijs. Innocen. per illum tex
tum. tenet quod sic, in c. quia diuersitatem. de concess. prebend.
Contrarium tenet Domi. in c. j. §. j. de homic. in vj. ⁊ ad text. in
d. c. quia diuersitatem. responderi potest quod illud fuit ex spe
ciali commissione Pape. Moder. hic sequuntur opin. Inno.
quia potest delegatus imponere penam, quam velit, vt docto.
hic dicunt: ergo poterit etiam priuare beneficijs. Non obst. ꝙ
in d. ca. quia diuersitatem. illud fuerit ex speciali commissione
Pape: quia dicunt Moder. quod illud expressum fuit ad cau
telam: ⁊ sic non erat necessarium. Sed magis placet dictũ Do
mini. ⁊ ita videtur tenere Joan. Andr. Anton. de But. ⁊ Car.
in d. c. quia diuersitatem. dum respondent, illud esse ibi ex spe-
ciali commissione Pape, ⁊ quia ibi non erat iudex delegatus,
sed erat legatus de latere, cui illa decretalis dirigitur: quo ca-
su legatus de latere dicitur ordinarius. capit. secundo, de offi-
cio legati. in sexto. Et quia ibi non impediebatur iurisdictio
delegati, dato quod fuisset delegatus, sed ille retinebat bene-
ficium, quod minus canonice adeptus fuerat: vnde conue-
niēs fuit quod priuaretur alijs beneficijs, prout specialiter ibi
Papa commisit. Et sic, remoto illo tex. concludendũ est quod
delegatus virtute commissionis sibi facte generaliter non pos-
sit impedietē se, priuare beneficijs: quia priuatio beneficiorum
nõ fit, nisi ex magna causa. xvj. q. vij. c. inuentũ. Et nõ fit, nisi in
casibus expressis a iure: vt per gl. in c. fin. de iure patro. Et ista
ratione etiam nõ potest delegatus bona confiscare: vt no. Bal.
hic. Et ad hoc facit, quia in generali arbitrio dato alicui, non

venit potestas confiscandi bona: vt not. Bal. in c. j. in princ. ver. sed hic quero. de pace tenen. Et idem Bal. per illum text. in l. j. C. ne sine iussu princip. vbi post Azo. Odof. & Cyn. hoc dicit & Alexan. sequitur in consil. cxvj. animaduersis statutis. lib. ij.

16 † Postremo dum Abb. concludit quod ad hoc quod delegatus exercere possit districtionem ecclesiasticam, debet manifeste constare de delicto turbationis: & non sufficit, si ex coniecturis appareat. Joannes de Imola, hic tenet contrarium, quod imo satis sit hoc constare ex coniecturis, & presumptionibus. Et euidens probatio dicitur illa, que ex coniecturis colligitur. allegat text. in c. j. de cleri. non resi. in c. cum in diecesi. de vsur. & ad hoc est bonus text. in ca. non solum. de regul. in vj. & in c. veniens. in fin. de presby. non bap. Sed tenendo opi. Abb. respondetur quod iura allegata per Imo. cum si. procedūt solum in casibus in iure expressis in quibus lex statuit coniecturam habere vim probationis: alias secus est: vt not. Bal. in l. ciues. in princ. C. de appel. & per glo. in l. absentem. ff. de penis. cum simil. vt Alex. tradit in l. Imperator. de lega. j. & facit quod no. Ang. in l. j. C. quorum bonorum. & vbi inquit quod quādo requiritur quod fiat fides, intelligitur plene, & iure ordinario.

¶ Additiones.

a ¶ Decisionibus. Adde dicta per Fel. late in c. ne innitaris. s. de constit.

b ¶ Delicto: an de iure ciuili quis teneatur obuiare delicto, vide per dominum Jaso. in l. vt vim. in ver. nunquid autem. ff. de instit. & iur. & per Alex. post alios in l. talis. in fi. C. de his quibus vt indig. ibi inquit, quod speciale est in seruis vt dominum iuuare teneantur: ergo in alijs est secus. adde etiam dicta per eundem Decium in l. culpa caret. ff. de reg. iur. vbi fere de verb. ad verbum recitat dicta per eum hic.

c ¶ Limitatur. Limita istam communem opinionem nō procedere in seruis qui tenentur dominum defendere: alias puniuntur pena capitis. l. talis. C. de his quibus vt indign. imo plus voluit Cyn. ibi, quem sequitur Alexā. ibidem in d. l. talis. quod si seruus sciebat dominum habere inimicos insidiantes illius vite, & dormiebat in eodē tecto in quo dominus interfectus fuit: nihilominus licet seruus dormiens non senserit rumores, quia dormiebat, tamen punietur.

d ¶ Facturus. Adde Dynum in capit. nullus ex consilio. de reg. iur. in vj. vbi facit similem distinctionem. & vide per Fel. in c. sicut dignum. in ver. no. ibi animum. de homicidio. & per eundem hic in ver. secundum membrum glose.

e ¶ Atrocibus. Adde Fel. in c. sicut dignum. in j. limitatione. vbi etiam late examinat hanc materiam & diffusius quam hic faciat. Et ibi etiam ponit quando clericus propter consilium quod dedit delinquenti incurrat irregularitatem de homi.

f ¶ Moder. Adde quod idem late dicit Fel. in d. c. sicut dignū. de homici. in ver. vtrum autem presumatur.

g ¶ Puniatur. Istud quod prestans auxilium puniatur pari pena limita, vno modo hic non tacto per Deciū vt non procedat in eo, qui a principio non fuit in animo prestandi fauorem & auxilium: ita elicitur ex dictis Bar. in l. si in rixa. in prin. in ver. sed contra hoc facit. ff. ad l. Corne. de sicar. & ad hoc facit dictum Bal. in l. data opera. in ver. sed pone titius rixabatur. vbi voluit, quod si duobus rixantibus adinuicem venit frater vnius, & rixantem cum fratre occiderit, quod frater non tenetur: q2 eius intentio nō fuit auxiliū ferre, & dare fratri occisori.

h ¶ Limitationes. Not. quod licet regula s. facta de prestante consilium quod puniatur: fallit quando principalis fuit absolutus: tamen secus est in prestante auxilium: quia licet principalis committens delictum absoluatur, prestans opem puniri poterit: ita voluit Bart. in l. adulterium. §. si eo tempore. ff. ad l. iuli. de adulte. & idem Bart. in l. pe. §. si quis vltro. in ver. iij. not. ad questionem. ff. de question. & ista conclusio probatur not. per tex. in l. eos. iuncta gl. C. de fur. & vide Bart. in l. fi. in fi. ff. de iureiur. & Alex. in apost. ad Bart. in l. si is cui. §. j. ff. de fur. & per Dy. in consi. incip. sed pone reum absolutum: nec econtra sententia lata contra principalē nocet auxilianti, vt per Bal. in l. iuris in fi. C. quibus res iud. non noc.

3 ¶ Reputatur. Asserens qd vsura non sit peccatū in plus punitur quam vsurarius: hoc tamen intellige sane: quando quis pertinaciter id assereret: secus si lapsu lingue & iocose: ita dicit not. Card. in cle. j. §. sane. in versi. quinto quero. de vsur. & an indistincte sit verū q hereticus sit, qui asserit: qd exigere vsuras non sit peccatum, vide eundem Cardi. in d. cle. d. §. in ver. decimo quarto quero. Hier. Sig.

1 ¶ Potest. Adde Jas. in d. l. Lelius. in princ. ff. si cer. pet.

2 ¶ Reddidisse. Idem Deci. mutare videtur sententiam in d. l. elius. in princ. in vlt. not. ff. si cert. pet.

3 ¶ Imperium. Falsum est hoc ex ea. l. potestatis. ff. de ver. sig. & l. iij. §. j. ff. de rebus eorum. Claud. cantiuncu. in l. ij. de offic. omnium iudicum.

4 ¶ Quod iuris. De importantia horum verborum, vide late Dec. in c. ex ratione. in vlti. not. de appel.

5 ¶ Obseruetur. Adde Jas. in l. causas. C. de transac. Alexan. in consil. lxxxiiij. in fin. lib. j. & idem in c. significasti. in ij. not. j. eod.

6 ¶ Narratio. Adde Dec. in consi. lvij. & que ibi addidi in princ. & in consi. lxij. in prin. & in consi. cccclxiij.

7 ¶ Judicari. Potest hoc comprobari, quia huiusmodi conclusio generalis est, & conclusio generalis facit, vt censeātur intentata omnia remedia competentia. Dec. in consi. lvij.

8 ¶ Considerari. Vide aliqua per eundem in ca. causam matrimonij. in ij. not. j. eod.

9 ¶ Causarum. Distinguendum est in hac materia, nā si loquimur de euangelio, clarum est q nedū in foro canonico sed etiā in seculari attenditur. glos. in §. cognitio. in ver. eloquiorum. in aut. vt iudi. sine quoquo suffra. etiam si lis illis esset contraria. Bal. in auth. ad hec. c. de vsur. quod tamen declarandum est, vt per Abb. in c. que in ecclesiarum. de consti. dum agitur quando princeps ius diuinum distinguat, de lege autem mosaica vidēda sunt que tradit Jas. in l. pactum. C. de colla. & est tex. in c. fin. xx. di. Fel. in c. translato. de cōst. de dictis prophetarum, est tex. in c. non licet. x. di. de dictis Solomonis, vidēdus est idē Deci. in c. ecclesia sancte Marie. versi. non obstant iura in quibus canones, de consti. de dictis diui Hieronymi, est text. vbi Abb. in iij. no. in c. cum ab apostolica. de his que fiunt a prel. quod decl. vt per Jas. in §. quedā. inst. de act. de dictis Theologorū Abb. in proe. decr. Dec. in consi. clj. in j. dubio. ver. nec est curandum.

10 ¶ Potestatem. Ex simplici enim commissione delegatus habet authoritatem puniendi partes contumaces. Deci. in ca. de causis. in iiij. not. de off. del. Idē tradit in c. pterea. in ij. not. j. e.

11 ¶ Expressis. Adde Dec. in cap. ex tenore. in fin. de rescrip. & in rub. de iudic.

12 ¶ Probare potest. Adde Fel. in c. quante. de sent. excom. in c. decetero. in fi. de re iud. in c. ij. de heret. Jo. de Ana. in c. sicut dignum. de homi. Jo. de Pla. in §. publica autem. insti. de publi. iud. vbi latissime per plures. col. attigit hanc q. Jo. Igneus in l. pe. ff. ad Silla. nu. 13. qui tamen distinguit aliud esse pandere & reuelare, aliud accusare. vide omnino illum, quia late tractat de his qui scelestissimam illam conspirationem ducis Borbonij, contra Gallorum regem sciuerunt.

13 ¶ Rempubl. Coniuratio illa potius erat contra domū Mediceam, & si non existimatum fuerit paccianam illam coniura. hoc spectasse vt a medicee familie potentie rempub. florentinā eriperet, sed vt, oppressis Medicibus, ipsi principes in ciuitate fierent.

14 ¶ In repub. Vide que idem scripsit in c. sane. in j. no. j. eod.

15 ¶ Ad supplicium. Adde Fel. in c. cum accusasti. de accu. Hippol. in l. j. §. j. de questio.

16 ¶ Puniri. Idem Dec. late in l. cōsilij. de reg. iu. Fel. in c. sicut dignum. de homic. vbi dicit hanc communem: & vide Pau. de Eleaza. in cle. j. & ibi Imo. de pen. Gandi. in tra. de malefi. in ti. de penis reorum. nu. 36. Ang. in consi. xxij. pro decisione. Corn. consi. lvij. lib. iiij. Cepo. consi. lxv. vidimus.

17 ¶ Aduertendum est. Hec omnia repetit in d. l. consilij. ff. de regu. iur. in j. limita.

18 ¶ Non tenetur. Idem Dec. in d. l. consilij. in iij. limi. ff. de regu. iur. Jas. in §. omnes. inst. de act. in l. j. de ser. fug.

19 ¶ Tenetur. Repetit hec eadem in d. l. consilij. in iiij. limita.

20 ¶ Imponitur. Idem in d. l. consilij. in ij. limita.

21 ¶ Tenetur. Adde q hec eadem repetit Deci. in d. l. consilij. versi. & ad predicta.

22 ¶ Punitur. Est tamē necesse q ad hoc principaliter sint adunati. l. iij. §. homines. ff. vi bo. rap. alias enim nō puniuntur nisi de eo quod fecerunt. Pe. de Anch. in cōsi. cxvij. nos Bartbol. Cast. Hippol. in prac. malefic. §. constante. nu. 45. in consi. lxvij. nu. 44. in consi. lxix. nu. 7. consi. xxxiiij. nu. 7. consi. lxvij. num. 44. consi. lxxxj. nu. 32. consi. cx. nu. 26. consil. cxxij. nu. 21.

23 ¶ Delicto. Adde Hippo. Marsi. in consi. xxiij. nu. 17. in cōsil. xliij. nu. 46. & in prac. malefi. §. constante. in j. limi. nu. 49. versicu. & primo dicit.

24 ¶ Auxilio. Adde Hippo. consi. xxiiij. nu. 23.

25 ¶ Non receditur. Adde Hippo. in d. §. constante. in vij. limit. post Fel. in c. sicut dignum. de homic.

26 ¶ Non punitur. Idem tradit Fely. in d. c. sicut dignum. Hippol. in d. §. constante. in iiij. limit. nu. 54.

27 ¶ Impedientes. De hac cōclusione vide Dec. in c. significasti. in vlt. notab. j. eod.

28 ¶ Potestatem. Sequitur Jas. ibi in fi. vide tamen ea que not. in l. fin.

in l.fina.ff.de rerum diuisio.per Barto.in l.qui iurisdictioni.ff. de iurisd.omnium iud. Sil.Aldob.

a ¶ Tenetur. Lancelot.Dec.l.quero.de annuis legatis.Iason in l.etus qui.in fin.princ.ff.si certum petat.l.si fundum sub conditione.§.Stichū.de leg.iij.l.stipulatus sum mihi a Proculo.§.fin.de verborum oblig.Ioan.Bap.de Caccialup.repe.c.j.de feu.cogni.in vsib.feud.

b ¶ Pena.Alexand.consil.ciij.numer.15.vbi dixi.Decius consilio &c.

c ¶ Delicto.An quis teneatur obuiare delicto,Fel.Dec.in l.vt vim.ff.de iusti.& iure.vbi dixi.

d ¶ Dicent.scilicet Fely.& bene,quicquid dicat Dec.

e ¶ Innoc.Nisi in subsidium,& bene:quicquid alij post Rot.dicant,& Dec.in l.consilij.nu.7.de reg.iur.

f ¶ Innoc.In d.Caue.quia Inno.ibi non loquitur de absolutione iudicis,sed partis.Idem tamen tradit Dec.in l.consilij.nu.13.de regu.iur.August.de Ariminio in additio.ad Ang.in tracta.malefic.in verbo,dicto maleficio semper astitit.Hippo.Marsi.l.j.in fin.de questionib.Sed si consulentis dolus arguatur,puto istud dictum esse falsum:prout in simili in delictis absolutoria lata pro mandatario,etiam tanquam non fuerit delictum,non prodest mandanti,vt recte tradit Bar.in l.adulter.§.si eo tempore.de adulter.quem sequitur Petrus Anchar.in repe.c.accessorium.versi.in secundo autem membro.de reg.iur.in sexto.reprobata opinione Dyn.quam etiam reprobant Io.Andr.in mercurial.in regula,ratihabitionem.de regulis iur.in vj.& ibi Philip.Fran.idem Panor.in c.quanuis.de re iud.Alex.in l.sepe.de re iud.Ang.Aret.in trac.malefic.verbo,& ibi caput a spatulis.& August.de Arimin.in addit.ad Ang.in eodem tracta.verbo,Sempronium mandatorem.igitur idem in dolose consulente.

g ¶ Scripta.Imo idem facit Anton.Corsetus.in singula.verbo,extensio.

h ¶ Verius.Et bene:quia huiusmodi ignorantia detrahit grauitati delicti.vide Henric.de Bottis in tracta.de syno.par.iij.art.ij.nu.34.cum sequen.

i ¶ Ang.consi.Non inuenio illud consilium.Sed dictum est verum in statuto,quod tantum penam indulget,& remanet delictum.Adde Aret.l.si ita stipuler per te.de verbo.obliga.Dec.consi.cxcj.consil.cccclxix.

k ¶ Personam.Idem Ange.Aret.in trac.malefic.versi.Sempronium mandatorem.q.ij.

l ¶ Impedientes.Guid.Pap.hic limitat ad duos casus.nu.1.sed non est tam stricte limitandum. [redacted].

1 ¶ Delegati debent supersedere in causa,si non constat eis de prioritate literarum.

1 SAne. Summatur,& diuiditur,vt per Abb.hic.¶ † Primo not.quod vbi non potest iudicibus cōstare de prioritate literarum,supersedere debent,& ad Papā recurrere.Et ratio videtur,fm Pet.de Ancha.

2 quia iudex dubius de sua iurisdictione,procedere non potest[1]:vt not.Barto.in l.multum.ff.de condit.& demonst.Bald.in l.falsus.C.de furt.cum simi.vt tradunt Mod.hic,& in l.multum.& late Perusi.in ca.cum parati.de appellat.Alexan.in l.sed si de sua.ff.de acquir.hered.& in l.si finita.§.Iulianus.ff.de damno infecto.Sed ista ratio,quam Moder.sequuntur,non satisfacit,quia haberet locum,quādo iudex exercere velit iurisdictionem super illa causa principali,prout loquitur Bartol.in dicta l.multum.cum similibus.Sed quando incidenter dubitatur,an iudex habeat iurisdictionem super isto incidenti,licet iudex dubius sit,habet potestatem cognoscendi an sua iurisdictio sit.cap.super literis.capit.pastoralis.de rescript.l.si quis ex aliena.ff.de iudicijs.Et ideo de ratione ex infra dicendis apparebit.Et quod dicitur hic,recurrēdum esse ad Papam,precise de summo pontifice intelligitur,adeo quod legatus de latere talem declarationem facere nō potest:vt not.Specul.in titu.de leg.§.nunc ostendendum.in versiculo xxxiiij.quia eius est interpretari,cuius est condere.l.fi.C.de le-

2 gib.& cap.inter alia.de sentent.excommu.Et ad hoc facit,quia interpretatio coheret persone,& ab alio fieri non potest[2],vt no.Innocen.cap.fina.de success.ab intestat.cum similibus,vt dixi in cap.cum venissent.de iudicijs.Ideo etiam pro interpretatione priuilegij ad ipsum Papam,qui concessit,recurritur.cap.cum venissent.de iudicijs.l.ex facto.in princip.ff.de vulga.& in cap.ordinarij.§.si vero.de officio ordinar.in sexto.& in cap.fina.de concessione preben.in sexto.Et in isto casu ad Papam recurritur:nec est locus gratificationi,prout dicitur in capit.duobus.de rescript.in sexto.nam illud cap.procedit in gratia facienda,prout loquitur:quo casu vtraque gratia valere potest:secus est in gratia facta,de qua agitur hic:quo casu altera tantum valere potest,vt dicunt Moderniores hic.Et fuit ista distinctio,quam tradunt Ioan.Andr.Petrus de Anchara.& Domini.in cap.si a sede.de prebendis.in sexto.concordando illum textum cum dicto cap.si duobus.Sed aduertendum est primo,quia non est verum,quod in dicto cap.si duobus.vtraque gratia valere possit.Nam text.ibi contrarium expresse dicit,ibi:quo electo,alius omnino careat impetratis.Et licet a principio vtraque gratia alternatiue valere possit,idem est in casu isto.Secundo ratio diuersitatis non videtur posse assignari inter gratiam factam,& faciendam:quia vtroque casu ad Papam recurrendum videtur.Unde aliter ad cap.si duobus.responderi potest,vt dicamus recurrendum esse ad Papam,nisi aliter prouisum sit,prout ibi disponitur,quod locus sit gratificationi.Et potuit moueri summus pōtifex ibi:quia solum agitur de interesse,& preiudicio capituli habentis prouidere:merito Papa voluit quod circa ipsum gratificari possit.¶ Secundo noto ibi:supersedeant executioni.secundum Abbatem hic,quod iudices delegati dicūtur executores.Sed iste textus parum facit,quia loquitur de executione literarum,& delegatus ipse non appellatur executor:& merito Abbas dicit hoc esse verum largo modo:de quo videndum est vt dixi in

3 capit.sciscitatus.de rescriptis[3].& per istum textum dicit Dominic.hic prout Modern.referunt,quod cause cognitio largo modo dici potest executio:ex quo dicit se obtinuisse quod procedit libellus,in quo simpliciter petebatur executio instrumenti:quia intelligitur executio pro ipsa cause cognitione.Et talis libellus etiam alia via sustineri potest:quia ille,qui executionem petit,prius videtur petere quod adhibita cause cogni-

4 tione condemnetur[4]:vt not.Abbas in capit.olim.in septimo notab.de censi.& licet Barto.contrarium dicat in l.si cum nulla.ff.de re iudicata.contra Bartolum est communis opinio:vt Alexander ibi prosequitur:facit quod notat Antonius de Butr.in cap.constitutus.per glossam ibi,in ver.iuxta ratam.de religiosis domibus.cum similibus,vt tradit Alexand.in rubric.C.qui admit.¶ In gloss.primus intellectus est ad textum hic,quod intelligatur quando diuerse litere sub diuersa forma ad eosdem iudices in eadem causa impetrantur:nam propter identitatem iudicum neutre preualent,sed superior consulitur.Sed ista lectu.secundum Abbatem non procedit,si potest constare de prioritate literarum:quia prime valent,de quibus non fuit facta mentio in posterioribus.cap.ceterum.supra de rescriptis.& ita Abbas hic,& posteriores sequuntur.Ad hoc tamen videtur posse responderi,quod textus in dicto capit.ceterum.procedit quando diuersi dantur iudices,prout loquitur:secus videtur,quando sunt ijdem iudices,vt hic glos.dicit.Et ista distinctio ratione confirmari potest:quia quando agitur de mutatione iudicum,Papa verisimiliter non videtur vol[redacted]os iudices reuocare,quibus videtur fieri quedam iniuria.argumen.l.litigatores.in principio.ff.de arbitris.& declarat Imol.post antiquos,quos refert in cap.ex literis.infra eodem.Sed ista ratio cessat,quando ad eosdem iudices fit noua interpretatio:ideo tunc ad Papam recurritur,vt hic.Et si dicatur,quanuis interpretatio facta sit ad eosdem indices,fuit tamen facta sub diuersa forma,a qua Papa non ita de facili verisimiliter debuisset recedere.argumen.clement.infra de renuntiat.ideo isto casu videtur eadem ratio,que est in dicto cap.ceterum.nisi dicamus quod in cap.ceterum.agitur de interesse primi iudicis,cui ne fiat iniuria,primum rescriptum attenditur,hic vero solum agitur de voluntate Pape:vnde voluit quod ad ipsum recurratur.Secunda lectu.gloss.reprobatur per omnes,quia est contra textum ibi,vtrarunque.Tertia lectur.gloss.est quod ista decretalis intelligatur in diuersis literis habentibus eandem datam.& ita istum textum intelligit gloss.in capit.ex tenore.de rescriptis.Sed contra istam lecturam que communiter approbatur,arguit Abbas per istum textum dum inquit,non facta mentione priorum literarum:nam si litere erāt priores,ergo videtur,quod non haberent eandem datam.Abbas respondet quod in illis verbis ponitur al-

5 legatio partis supplicantis,que non attenditur[5],iuxta glos.in l.j.C.quando non petent.part.cum similib.vt dixi ibi.Fatetur tamen Abb.quod ista responsio non satisfacit:& bene,licet ipse aliter non declaret:quia Papa hic decidit casum secundum illam narrationem,quo casu talis narratio attenditur:vt not.dicit Imol.in capit.cum apostolica.de his que fiunt a prela.& Alexand.sequitur in l.j.versicul.tertio fallit.ff.de officio eius.Videtur tamen aliter posse responderi,vt dicamus priores,

scilicet respectu presentationis: quia que prius veniunt in lu-
cem, priores dicuntur. facit tex. in c. capitulum. §. de rescri. Sed
ista responsio etiam videtur contra text. qui dicit, litere a no-
bis impetrantur, & alie postea, ergo videtur loqui respectu im
petrationis, prout verba precedentia ostendunt: & illa dictio,
6 postea, denotat interuallum [6]: iuxta glos. in l. pacta conuenta.
ff. de contrahenda empt. Sed replicari potest quod verbum
ibi, postea, respicit sequentia, & determinatur ab illo verbo se-
quenti, opponuntur, vt not. Imo. hic, dicens quod text. dicit,
postea opponuntur: & non dicit, postea presentantur. Sed res-
ponderi potest quod ista responsio bene procedit, quantum ad illa
verba, alie postea impetrantur: sed efficaciter obstare videtur
illa verba, non facta mentione priorum, que terginersari non
possunt: quia respectu presentationis essent superflua: & neces-
sario intelligenda videntur, quod in literis, que postea oppo-
nuntur, non esset facta mentio priorum, prout verba manifeste
sonant. Et ista ratione etiam lectu. Hostien. reprobatur, in qua
presupponitur quod esset eadem data: quod non est verum, per
supradicta. Alia etiam lect. quam Abbas hic successiue refert,
non satisfacit: quia diuinatione non caret, quod text. intelliga-
tur in diuersis causis habentibus connexitatem. Postremo le
ctura, quam Abbas generaliter ponit, etiam videtur hic ha-
bere difficultatem: quia ex quo non fuit facta mentio priorum
literarum, vt hic dicitur, obstare videtur tex. in dicto cap. cete-
rum. de rescript. ideo primus intellectus tolerabilior videtur,
declarando vt dixi.

¶ Additiones.

1 ¶ Non potest. Idem voluit Decius in cap. prudentiam. in fi.
princip. j. eodem.
2 ¶ Fieri non potest. Faciunt not. per eundem in cap. cum ac-
cessissent. de const. & in c. cum venissent. de iudic. sciendum tamē
est, quod declaratio seu interpretatio verborum non dubiorū &
que verbis non congruit, non censetur esse declaratio prioris
dispositionis: sed noua atque alia quedam dispositio, que nō tol
lit ius alteri quesitum ex priori dispositione, secundum Petr.
de Ancbar. in consi. cccxcviij. premitto pro clariori. in fi. Pan.
de Castr. in l. heredes palam. §. si quid post. ff. de test. in consilio
xxij. visa. lib. j. in consil. cxlviij. viso, & examinato. lib. j. in consilio
cccxl. premissis. eodem lib. Dec. in l. in ambiguis. ff. de regu. iur.
in cap cum venissent. de iudic. Bal. in c. j. ver. item qui interpre
tatur. s. de constit.
3 ¶ De rescrip. Dec. ibi in ij. not.
4 ¶ Condemnetur. Adde Jas. in §. j. inst. de act. Dec. in c. ij. vbi
adde s. de rescript.
5 ¶ Attenditur. Vide Fel. in c. j. de const. est glo. in §. fin. ver. ad
sextum gradum. inst. de suc. cogna. vbi dixi.
6 ¶ Interuallum. Vide Jaso. late in l. fructus. ff. soluto matri-
monio. Sil. Aldob.

a ¶ Prioritate. Idem de omni dubio probabili super concur-
su literarum, quod per legatos, vel arbitros decidi non potest.
Panormi. [redacted].

1 ☞ Debilitas an differat ab infirmitate.
2 Delegatus principis potest causam sibi commissam alteri de-
legare.
3 Papa si ex certa scientia commisit causam simplici sacerdoti,
an possit delegare alij simplici sacerdoti non habenti sciētiam
iudicandi.
4 Delegatus principis, an possit subdelegare causas graues.
5 Causa que dicatur grauis.
6 Delegatus si dicat se impeditum esse, an debeat ei credi.
7 Delegatus subdelegando, sibi consilio reseruato, desinit esse
iudex.
8 Et hoc casu, si subdelegatus ferat sententiam, consilio non re-
quisito, an sententia valeat: & an tale consiliū sequi teneatur. 9.
10 Commissio facta iudici quod debeat iudicare secundum con-
silium alterius, an valeat.
11 Compromissum quod arbiter iudicet secundum consilium al
terius, an valeat.



I pro debilitate. Summa-
tur, & diui-
1 ditur, vt per Abb. hic. ¶ † In tex. ibi, debilita
te. Debilitas ab egritudine distinguitur, vt
colligitur in rub. de cler. egro. vel debi. quia al
ternatiua, vel, ponitur inter diuersa: vt in si-
mili arguit Bart. in l. vbi pactum. C. de transact. Et debilitas
r dicitur, quando officium membri impeditur [r]: vt not. Bart. in
l. ij. in fi. ff. de publ. iudi. Bal. in l. iij. in fi. C. de ser. fugi. Ang. in l.

idem Offilius, in fin. in versicul. secundo nota. ff. de edil. edicto.
Quantum tamen ad propositum idem iudicatur de debili,
quod de egrotante. facit quod not. in rub. preal leg. de cle. egro.
& tex. in ca. si qui testium. j. de test. in l. ij. §. si quis in iudicio. ff. si
quis cau. & not. Anto. de But. in c. quoniam. in princ. versi. que-
ro qui comprehendantur. j. vt lite non contestat. & dicit Bald.
hic: quod debilitas vel infirmitas corporis non impediunt a-
nimi iudicium. & est text. in l. ij. §. debilitas corporis. ff. de vaca.
mune. & in cap. j. de renunt. & quod ibi Bal. qui dicit quod plus
2 valet vmbra senis, quam gladius iuuenis [2]. Et ideo cōstitutus
in articulo mortis propter infirmitatem non prohibetur te-
3 stari [3]. l. quoniam indignum. & l. iubemus. C. de testa. Similiter
constitutus in articulo mortis potest matrimonium contra-
A here [A]: vt per Joan. And. in regu. sine culpa. de regu. iur. in vj.
cum simi. vt tradit Alexan. in l. si quis posthumos. ff. de liber. &
posthum. & facit quod not. Bal. in cap. j. in verbo, vasalli nostri.
versi. quero vtrum. de pace Constan. vbi concludit, quod con-
B stitutus in extremis potest examinari in testem [B], sicut potest
facere testamentum. & idem Bald. in l. hac consultissima. C. qui
testamen. facere poss. & Alexan. ibi. Unde cum in cognoscendo
& decidendo causas delegatas, agatur de iudicio animi, & intel
lectus, propter corporis debilitatem non debet impediri. & ita
arguunt And. Sicu. & Moder. hic: sed respondent negando, &
dicunt quod etiam corporis labor requiritur, vt colligitur hic,
ibi: interesse non poteris. Sed certe videtur stare argument.
quia si constitutus in graui infirmitate potest testari, & alia fa-
cere, vt supra dictum est, pariter videtur quod de causa pote-
rit cognoscere, si velit: nec in hoc labor corporis requiritur ma
gis, quam in testando. Non obstat text. ibi: interesse non pote-
tis: quia hoc videtur respicere commoditatem iudicis delega
ti: quia non posse dicitur, qui commode non potest. l. nepos
Proculo. ff. de verborum signific. Et tali casu, quando commo
de non potest, alteri potest committere, vt dicitur hic: liberum
tibi sit. non autem negatur hic, quin cognoscere, & iudicare pos
2 sit, si velit. & ista videtur clarior responsio. † Primo nota quod
delegatus principis potest causam sibi commissam alteri sub-
delegare. & licet tex. videatur loqui ex causa debilitatis, vel alte
rius necessitatis, idem tamen est dicendum, cessante qualibet
causa: vt Abbas hic dicit: quia ipse delegatus habet hoc ex pri
uilegio, vt alteri subdelegare possit. cap. pastoralis. j. eodem. &
in cap. fin. j. eodem, & in cap. cum causam. de appel. in l. a iudice.
C. de iudic. & idem tenet Abb. in cap. pastoralis. in princ. in glo.
j. eodem. & ita doctores omnes tenent. & ad tex. hic, qui videtur
considerare necessitatem, Abbas hic respōdet, quod ad istum
eff[redacted]siderat necessitas, vt subdelegatum possit com-
pellere ad acceptandum: vt notat in cap. pastoralis. j. eod. Ista
responsio Abb. non satisfacit: quia sicut potest sine causa dele-
gare, ita subdelegatum sine alia causa cōpellere potest: vt ipse
Abbas tradit in dicto cap. pastoralis. Unde ad textum, hic po
test aliter responderi, quod argumentum a contrario sensu
non colligitur: quia esset contra alia iura: quo casu tale argu-
mentum non habet locum, vt not. in cap. significasti. de fo. com
peten. in cap. quanto. de vsuris. facit tex. in l. conuenticula, C. de
episcopis & clericis. Et ista est communis resolutio doctorum
hic. Sed vlterius aduertendum, quia satis probabiliter dici
potest quod delegatus, sine causa alteri causam sibi commis-
a sam subdelegare non possit [a], per istum textum hic, & in cap. pa
storalis. in prin. j. eodem. Et ad hoc facit, quia alius delegatus
inferioris a principe, etiam subsistente impedimento, nullo mo
do potest subdelegare, vt notabiliter dicit Barto. in l. legatus.
in fin. versicu. sed quero. ff. de offic. procon. per l. pretor. §. si post
causam. in fin. ff. de vaca. mun. & ideo priuilegium datum dele-
gato principis, satis operatur, vt possit cum causa. Et quia iu-
ra ita loquuntur, vt hic, & in dicto cap. pastoralis. ibi: exigente
necessitate. Et per ista debent declarari alia iura, que simplici-
ter dicunt delegatum principis posse subdelegare: quia ista iu
ra, que requirunt causam, magis specialia sunt, & alijs deroga-
re videntur: vt in regula, generi. de regulis iur. in sexto. & quia
priuilegia debent stricte interpretari. argumen. ca. sane. de pri-
uilegijs. Et secundum istam conclusionem habetur prima de-
claratio ad regulam, quod delegatus a principe possit subdele
gare, vt hic ex causa intelligatur. Secundo ista conclusio pro-
cedit, quando Papa dicit, mandamus, vel committimus: se-
cus si dicat, precipimus: quia tunc non potest alteri subdelega-
c re [c]. gloss. notab. in l. sepe. ff. de offic. presi. not. Bald. in l. prima.
C. quomodo & quando iudex. cum similibus, vt tradunt Mo-
b dern. hic, qui tamen dicunt illam gloss. [b] non esse veram: quia
4 in principe etiam preces habentur pro iussu [4], vt per gloss. in l.
j. ff. quod iussu. ergo non videtur differentia in principe, siue di
cat, precipio, vel, mando, quia vtroque casu preceptum videtur.
Secundo

Secundo ad hoc inducunt gloss.in clemen.j.in verbo, hortan-
tur.de testib. vbi illud verbum importat necessitatem, & prece-
ptum:ergo a fortiori in verbo,mando,vel committo. Et adde
Imo.in cle.sepe.in versi.sed aduerte.de verbo.signi. qui etiam
dicit quod gloss.in dicta l.sepe.non est vera, per not. in dicta l.
j.ff.quod iussu.Sed tamen non videtur recedendum ab illa gl.
5 in dicta l.sepe.quam totus mundus approbat [5],vt Alexã.dicit
in l.more.ff.de iurisdi.omnium iudicum.& Modern.ipsi illam
etiam sequuntur in cap.eam te.de rescrip.Non obstant allega-
ta supra in contrarium:quia locum habent quo ad istum effe-
ctum,vt debeat fieri quod per superiorem mandatur:sed quod
precise debeat fieri ab illo,cui committitur,illa iura nõ dicunt.
& glo.in dicta cle.j.§.de testi. procedit propter subiectam mate-
riam,que precepti est:vt dixi in cap. nam concupiscentiam.de
constit.Et verbum,precipimus,magis astringit,quam verbũ,
mandamus.vt per glo.in c.dubium.xviij.q.ij.& facit glos.in l.j.
in ver.in possessionem.in fin.ff.de iurisd.omnium iudicum.que
dicit, Aliud est delegare,& aliud est precipere. & Alexand. ibi,
Tertio, conclusio predicta procedit in delegato principis: se-
cus esset in delegato legati de latere: quia etiam ipse nõ habet
potestatem subdelegandi,vt not.Domin.post Archid.Ioan.
And.& Pet.de Ancha.in cap.ij.de offic.leg.in vj.versicu.que-
ro an delegatus.per tex.in c.cum causam.de appel.ibi: cum nõ
nisi delegatus a principe causam alij valeat delegare.Contra-
rium tamen tenet Bald.in l.a iudice.in princi.C.de iudic.quia
speciale est in legato proconsulis, vt ipse subdelegare possit. l.
cum pretor.§.is quoque.ff.de iudic. Ergo idem videtur in de-
legato legati de latere:quia legatus de latere proconsuli equi-
paratur.c.ij.de offic.leg.in vj.Moder.hic respondent,negan-
do quod delegatus proconsulis subdelegare possit:quia tex.in
d.l.cum pretor.hoc non dicit.Sed certe hoc negari non potest:
quia tex.expresse ibi dicit quod legati procõsulum iudices da-
re possunt,ergo subdelegare possunt.& idem no.Barto. per il-
lum text.in l.legatus.ff.de offic.procon.& ideo Ange.in dicta l.
cum pretor.per rationem Bal.hoc idem tenet,& sequitur Ale-
xand.in l.more.ff.de iurisdi.omnium iudicum.& idem Abb.te-
net in cap.cum Bertoldus.de re iudic.Sed tamen prima opi-
nio quam docto.communiter tenent in dicto cap. ij. de officio
leg.verior videtur,quam Alber.tenet in dicta l.a iudice. versi.
item quero.& Pau.de Cast.ibi,in fi.sequitur,& idem Ro.in di-
cta l.more.Non obstat ratio Bal.ad quam Moder. non bene
respondent.Nam melius respõdetur quod licet legatus de la-
tere equiparetur proconsuli, non tamen delegatus ipsius lega
ti de latere in vna causa equiparatur legato proconsulis, qui
vniuersitatem habet causarum,sed data paritate terminorum
equiparatio procedit, vt quia legatus de latere in loco legatio
nis constitueret generaliter pro vniuersitate causarum delega
tum,tali casu opinio communis non procederet. & ita doc.con
cordari possunt.& vide Pau.de Cast.in d.l.a iudice.Quarto li
mitatur nõ procedere in his,que sunt reseruata principi: quia
illa alteri committi non possunt a delegato principis:vt nota.
dicunt Anto.de But.& Imo.in cap.quod sedes.de off.ordina.
& sequitur Alex.in l.more.ff.de iurisd.omnium iud.Et ideo po
6 testas legitimandi,& creandi notarios,& doctorandi, commis-
sa a principe,delegari non potest [6]: vt not.Bal.dicit in rub.§.
versi.item nota.& in c.fi.in fin.§.eod.in l.gesta.in prin.C.de re iu-
dic.& sequitur Alex.in l.imperium.ff.de iurisd.omnium iudi.&
in l.j.ff.de offi.eius.Et adde singulariter, quod ista conclusio pro-
cedit de iure ciuili:secus videtur de iure canonico,vt voluit sin
gulariter Martinus Laudensis in l.j.ff.de offi.eius. quem re-
fert,& sequitur dominus Prepo.in c.per venerabilem.§.quod
autem.in versi.concatenatur huic,§.qui filij sint legi. bene facit
tex.in c.fi.de offi.ord.& in c.venerabili.de offi.delega.& quod ibi
Abb.in fine.Vel distingui potest,vt dicamus quod tota pote-
stas legitimandi,& creandi notarios,vel doctorandi, delegari
non potest.Vna tamen causa videtur quod possit,sicut dicitur
in delegato ad vniuersitatem causarum:vt per glo.& doc.in l.a
iudice.C.de iudic. ¶ Secundo nota quod non videtur esse in
potestate delegati a principe,committere causam,cui velit,sed
debet viris idoneis delegare.Nam in iudicante debet esse sciẽ-
tia,& conscientia:vt not.Bal.in l.hac lege.versic. si scias tamen.
C.de senten.ex breuic.recitan.Et que dicantur persone idonee,
quibus causa subdelegari possit,dicit Abb.esse determinatum
in ca.statutum.in princ.de rescrip.in vj.vbi requiritur quod sit
in dignitate constitutus, vel quod sit canonicus in ecclesia ca-
thedrali.Et ita secundum Abb.colligitur quod ille tex.qui lo
quitur in delegato principis, etiam habeat locum in subdele-
gato.& de hoc est text.in dicto cap.statutum.§.in nullo.Et ideo
superioribus diebus interrogatus,dicebam quod non potuis-
set canonicus delegatus Pape, vices suas simplici sacerdoti

3 committere. † & circa hoc querunt Moder.hic de no.q.si Pa-
pa ex certa scientia commisit causam simplici sacerdoti nõ ha-
benti qualitatem requisitam in dicto capit.statutum. quo casu
videtur cum eo dispensare,vt per gloss.in dicto cap.statutum.
in verbo, literarum. an talis sacerdos, cum quo dispensatum
fuit,possit alteri simplici sacerdoti causam subdelegare.Et pri
mo arguunt quod sic. Nam surrogatum sapit naturam eius,
7 in cuius locum surrogatur [7].cap.ecclesia.el primo.§.vt lit.pen-
den.clement.j.de supplen.neglig.prelat. ergo sufficit quod iste
subdelegatus habeat qualitatem delegati, cum quo dispensa-
tum fuit.Sed Moder.respondent ad hoc de surrogato,quod
8 illud verum est in materia primordiali [8],& non in accidentali,
de qua agitur hic:vt not.Anton.de But.in dicto cap. ecclesia.
& de hoc est gloss.not.in l.certi condictio.in princi.in gloss. ij.in
fin.vbi Barto.& docto.ff.si certum petatur. Sed ista responsio
dubitabilis videtur:quia si non sapit accidentalem naturam:
ergo non videtur habilitatus ad commissionem, que acciden-
taliter occurrit. Vnde Alexand. in l.j.ff. de officio eius. dice-
bat quod tale argument. non habet locum, quando electa est
9 industria persone:quia tunc alteri committi non potest [9]. ca.
final.§.j.§.eodem. Sed ista responsio etiam non satisfacit:quia
attenta tali ratione iste delegatus etiam alteri existenti in di-
gnitate committere non posset: cuius contrarium omnes di-
cunt.Vnde postremo respondetur,vt Alexan. dicit in dicta l,
j.quod tale argumentum surrogationis non procedit in ista
materia:quia sequeretur quod delegatus,etiam ab ordinario,
posset subdelegare,sicut ordinarius potest: quod tamẽ falsum
est.l.a iudice.C.de iudic.& vide quod not.Bartol.in l.j.§.hec a-
ctio.ff.si quis testamen.lib.esse iuss.fue. Secundo pro ista parte
affirmatiua arguunt Moder.in cap.ex literis.de restitutio.in
integrum. vbi prepositus subdelegauit decano partes suas in
causa matrimonij,que nõ potest committi,nisi episcopis.Vn-
de sicut habilitatus ibi fuit prepositus,ita videtur habilitatus
decanus subdelegatus.Sed respondetur,quod delegatus cau
sam ibi subdelegauit collega suo iam habilitato per primam
commissionem summi pontificis.Vel secundo responderi po-
test quod de iure causa matrimonij, etiam alijs committi po-
test,quam episcopis.cap.proposuisti.de probat.cap.j.de eo,qui
duxit in matri.cap.j.de consang.& affi.Tertio pro ista parte fa
cit quod not.Barto.in l.j.versicu.quero nunquid delegatus.ff.
de officio eius. vbi concludit quod quando princeps ex certa
scientia causam meri imperij delegauit, ille delegatus potest
etiam alteri committere:quia virtute prime commissionis illa
causa est facta delegabilis:argument.l.pater filium.§.quinde-
cim.de leg.iij. Sed responderi potest quod illa opi.magis cõ-
muniter reprobatur:vt per Alex.in d.l.j.& ad tex.in d.l.pater fi
lium.respondet Alex.in d.l.j.ad quam etiam respondet Pau.
de Cast.in l.voluntas.in fi.C.de fideicommis. & dixi in consilio
lxxxviij.in fi. Contrarium tenent Mod.hic, videlicet partem
negatiuam: quia illa commissio facta a summo pontifice non
habenti qualitatem requisitam, fuit quedam dispensatio per-
sonalis,que personam eius non egreditur,arg.l.quia persona-
le.ff.solut.matr.in regu.priuilegium.de regu.iur.in vj.Sed ad
hoc respõderi potest,quod ex quo respectu principalis delega
ti dispensatum fuit:idem videtur respectu subdelegati:quia cum
princeps sciret delegatum eius posse subdelegare, habilitãdo
principalem delegatum, videtur etiam habilitare subdelega-
tum:& sufficit subdelegatum habere qualitatem delegati,in cu
ius locum surrogatur:arg.l.parabolani.& quod ibi Bal. C. de
episcop.& cler.Secundo Moder.adducunt tex.in dicto ca.sta
tutum.§.in nullo.vbi dicitur quod commissio fieri possit dun
taxat personis ibi expressis: ergo non debet extendi ad alias
personas.Sed respõdetur quod attenta illa generalitate,etiã
excluderetur delegatus principalis, qui non haberet illas qua
litates.Vnde sicut non excluderetur delegatus principalis,cũ
quo dispensatum fuit,ita pariter subdelegatus excludi non vi
detur.Postremo Moder.adducunt text.in ca.super questio-
num.§.si vero.§.eodem.vbi clausula,appellatione remota: ap-
posita in personam primi delegati, non transit in subdelega-
10 tum [10]:ergo pariter in proposito videtur.Sed respondetur quod
ille tex.videtur habere specialem rationem in clausula illa,ap-
pellatione remota:que odiosa est,& respicit preiudicium tertij:
secus videtur in isto casu,vbi solum agitur de qualitate,que in
iudice requiritur. Et concordando opin. dicendum est quod
cum Papa commisit causam sacerdoti, delegatus poterit al-
teri sacerdoti causam committere, secũdum qualitatem suam:
secus si non haberet qualitatem principalis delegati:vnde cau
sa per eum non poterit diacono subdelegari. ¶ † Tertio no-
4 to quod cause graues non possunt per delegatum principis
subdelegari, vt Abbas hic dicit. Sed aduertendum est, quia

istud notabile non probatur simpliciter, prout Abb. loquitur: quia text. non dicit simpliciter de causis grauibus, sed videtur ponderare qualitatem grauitatis, dum inquit, ita graues sint. Et isto modo loquendi in similiutitur tex. in c. quanto. de iudi. ibi: ita coniuncta est, & connexa. & ibi dictum fuit. Secūdo istud notabile ampliatur, vt tales cause ita graues, etiam cum causa, non possunt subdelegari, vt probatur hic in verb. nisi. Nam
D ista dictio facit exceptionem D a dicto precedenti: vt not. in l. actione. C. de transact. & in regula, peccatum. de regu. iur. in vi. Unde cum supra immediate dictum sit quod delegatus potest subdelegare ex causa, & ab isto dicto cause graues excipiuntur, vt exceptio cōueniat regule, iuxta no. in rub. de reg. in vi. videtur dicendum quod cause ita graues, etiam cum causa subdelegari non possunt. & per istum tex. limitatur illud, quod habetur in l. j. in princip. ff. de offic. eius. & ibi Alex. in ver. iuxta predicta queritur. in fin. & subijcit Abbas in isto nota. quod cause graues sunt, vbi eligitur industria persone, vel si sit causa ma-
c trimonialis, que non solet committi nisi episcopis c. Ex quo infertur quod episcopus delegatus in causa matrimoniali, nō potest committere, nec causam subdelegare nō episcopis. Sed aduertendum est primo circa istam illationem, quam vltimo loco Abb. facit, quia non bene infertur ex p̄missis. nam stante quod causa matrimonialis, secundum Abb. sit de causis grauibus, de quibus text. hic loquitur, nō potest aliquo modo delegari, etiam episcopo, ex quo presentia delegati precise requiritur, vt text. hic dicit: & in hoc Abb. inaduertenter loquitur. Secundo quod Abb. dicit quod causa matrimonialis dicitur esse grauis, hoc est verum absolute, vt not. Specul. in tit. de rescrip. pre. §. ratione forme. versi. nunc ad instructionem. & idem Abb. in c. causam matrimonij. j. eodem. & est glo. not. in cap. mulieri. de iureiuran. que propter hoc dicit, quod in tali causa nō defertur iuramentum in defectum probationis. & idem Bald. in l. in bone fidei. C. de rebus cred. Pau. de Cast. & Alexan. in l. iij. in princ. ff. de iureiu. & idē Alex. in consi. cxliij. quoniam abūde. lib. ij. vbi propter hoc infert ꝙ necessarie sunt probationes, que in criminalibus requiruntur. & dixi late in consi. cxxxiij. viso processu. Non tamē causa matrimonialis est ita grauis, quominus subdelegari possit, saltem episcopis, vt Abbas dicit. Et ideo non videtur hoc bonum exemplum ad textum hic, qui loquitur de causis, que nullo modo possunt subdelegari. Et licet Abbas dicat quod non solet delegari nisi episcopis, istud potest procedere de stylo curie, qui, si probaretur, attendi deberet. cap. quam graui. de cri. fal. Sed remoto stylo causa matrimonialis bene potest committi alijs, quam episcopis, vt probatur in cap. ex literis. de restitu. in integrum. vbi Anto. de Bu. & Imo. in cap. significauit. de offic. ordi. & in cap. j. de testi. cogen.
5 † Generaliter autem que dicatur causa grauis, arbitrio indi-
11 cis committitur 11: vt Anton. de But. dicit in cap. fin. §. is au-
e tem. j. eodem. Et quando causa ardua e dicatur, etiam residet in arbitrio iudicis: vt no. Ant. de But. in cap. edoceri. de rescr. cum simi. vt dicunt Modernio. hic. Cum enim hoc non sit determinatum a iure, arbitrio iudicis relinquitur, iuxta l. j. vbi Bal. ff. de iure deliberan. cum similibus: vt dixi in cap. sedes. in
6 glo. iij. de rescrip. † Ad predicta querunt Modern. hic, vtrum stari debeat dicto delegati dicentis se impeditum esse. Et glo. in c. pastoralis. in princ. in verb. exonerare, tenet qd sic: & Imo. ibi sequitur, cum simi. vt tradunt Mod. hic, qui tenent cōtrarium: quia ille, qui allegat impedimentum, probare tenetur: vt not. Inno. in c. ex transmissa. de prescri. facit text. in l. ij. §. quod diximus. ff. si quis caut. & in l. qui commeatus. ff. de re milita. & quia non statur dicto alicuius, vbi tractatur de preiudicio tertij. cap. cum in iure. j. eod. Sed aduertendum est. Primo, quia tenendo opinionem communem, quod delegatus, etiam sine aliquo impedimento, causam subdelegare possit, prout communiter doc. tenent, clarum est, quod sit standum assertioni iudicis de impedimento, ex quo etiam absque impedimento delegatus hoc facere potest, per ea, que not. Bar. in l. si forte. ff. de cast. pec. & ita glos. in d. c. pastoralis. in prin. & ibi declarat Imo. & tali casu opi. Moder. hic nullo modo potest procedere. Sed tenendo opinionem, quam supra firmauimus, videlicet quod delegatus non possit alteri committere sine causa, est maius dubium. doc. tamen communiter tenent idem, videlicet ꝙ cre-
12 datur assertioni iudicis asserentis se impeditum 12. & ita Alb. tenet post Guliel. de Cu. in l. j. in princ. ff. de off. eius. cum simil. vt tradunt Mod. in d. ca. pastoralis. vbi ipsi idem sequuntur. & idem not. Bal. in rub. s. eod. versi. sed ego statim quero. & Alex. idem sequitur in d. l. j. in princ. & in consi. xxxiiij. cōsultus alias. lib. iiij. & idem tradit Signo. in consi. ccliiij. in questione vertente. Non obstat ratio Moder. hic, quod ille, qui allegat impedimentum, tenetur illud probare: quia hoc verum est in priuato,

prout iura allegata in contrarium loquuntur: secus est in iudice, prout doc. dicunt in locis preallegatis: quia pro iudice presumitur. cap. in presentia. de renunt. & ita se habet communis opi. de quo tamen videndum est quod dixi in cap. cum sit Romana. in princ. in iij. not. ad fin. de appel. in gloss. j. ¶ In glos. j. Abb. sequitur d. gloss. per istum text. in verbo, liberum, de cuius natura est vt actus fieri possit, alio non requisito, per iura allegata per eum hic. & ad hoc est glo. not. in clemen. dudum. in verb. libere. de sepultu. cum similibus. vt dixi in cap. reprehensibilis. in ij. notab. de appel. Notandum tamen est ꝙ verbum, li-
d bere d, secundum alia iura restringitur: vt per gloss. in ca. cum nobis. in verbo, liberam. de elect. & ideo secundum terminos iu-
13 ris intelligitur 13, ita quod alteri preiudicium non inferatur: vt not. Bal. in l. milites. in fin. C. de testamen. mili. in l. dotalem. in fin. ff. eodem titu. Ange. in consi. cxxxix. visis omnibus. Bal. in l. ait. §. hec autem clausula. ff. de arbi. Unde ille, qui habet liberam potestatem eligendi, non potest indignum eligere: vt not. Abb. in c. cum olim. de arbit. & verbum libere, restringitur secundum subiectam materiam eo respectu, quo profertur: vt not. Alexan. in consi. lxx. viso. in ij. dubio. lib. j. per text. in ca. ij. de feud. vbi And. Sicu. idem dicit. & idem Alexan. in consi. xij. viso themate. in ij. lib. Et ex his in proposito dici potest, quod illud verbum, liberum, quod ponderatur per Abb. hic, intelligatur isto respectu: quia alius delegatus inferioris a principe subdelegare non potest. l. a iudice. C. de iudi. Isto respectu liberū est de legato principis subdelegare: quia ipse facultatē habet a lege. Et sic necessario nō infertur per illud verbū, liberū, ꝙ hoc possit inuitis partibus. Et ad hoc facit, quia delegatus inferioris nullo modo potest, etiam de consensu partium: vt not. Bal. dicit in cap. cum Bertoldus. de re iudic. Et ideo delegatus principis haberet omnino maiorem potestatem, dato quod partium consensus requireretur. Sed tamen non est recedendum ab opin. gloss. que probatur per tex. in cap. fina. §. is autem. per locum a speciali. j. eodem titu. & not. in c. super que-
7 stionum. §. quia vero. vbi Abb. in fin. j. eodem titu. ¶ † In glo. in verbo, consulere. Abb. concludit quod delegatus principis subdelegando, reseruato sibi consilio, videtur vt bono viro consilium reseruasse: & sic desinit esse iudex. Et ad hoc facit, quia cōsiliarius nullam habet iurisdictionem: vt not. Bartol de assessore. in l. j. ff. de offic. assesso. qui dicitur consiliarius. l. consiliarijs. ff. eodem titu. & in l. consiliario. C. eodem titu. de assesso. Unde qui non potest esse assessor, non potest esse consiliarius: vt notat Bald. in l. nemini. C. de aduo. diuer. iudi. & dixi in consi. viij. viso puncto. Ergo per reseruationem consilij non remanet iudex. Et pro ista conclusione bene facit tex. in cap. super questionum. §. porro. j. eodem. vbi si committitur alicui articulus medius cause, qui non sit iurisdictionis, ille dicitur auditor, & non iudex: & cum tali casu delegatus non sit iudex, quia nihil iurisdictionis sibi reseruauit, non appellatur ad eum, sed ad primū delegantem: vt not. Bald. hic, in versicu. quero quid sit delega-
8 tus. ¶ † Extra gloss. Abb. primo concludit quod quando delegatus committit causam, consilio sibi reseruato, vt hic dicitur sententia lata per subdelegatum, non requisito consilio, non
14 valet 14: vt not. Bartol. in l. j. §. si plures. versi. quarto quero. ff. de exerci. & est gloss. fina. in cap. non est. de consuetu. in vi. & probatur in cap. nouit. de his, que fiunt a prela. & no. etiam Abb. in cap. ad apostolicam. circa fin. de regu. & in c. ex parte. de consti. cum simil. vt late congerunt Mod. ibi. & idem Alex. in consilio lix. viso titulo questionis. lib. iiij. & in consi. cxv. viso processu. libro v. & in l. j. de libe. & posth. Et de hoc dicendum est, vt dictum fuit in d. c. ex parte. de materia etiam no. Pau. de Castr. consil.
9 lxxxvij. pro declaratione. † Secundo Abb. concludit ꝙ commissarius, qui fuit causa subdelegata, reseruato consilio, licet debuerit consilium requirere, illud tamen sequi non tenetur, in c. cum olim. de arb. vbi Abb. in pe. no. cap. cum in veteri. vbi Abb. de elec. & no. Bar. in l. j. §. si plures. in j. q. ff. de exer. Bal. in rub. de exerc. & Ioan. de Ana. in consi. xv. circa testamentum. in ij. dubio. & in consi. lxij. visis, & in statuto not. Angel. in consilio clxxxviij. sed nunc videndum est. Et in testatore idem Angel. tradit in consilio xcij. super primo. Unde qui consentit ꝙ causa committatur consilio sapientis, non tamen tenetur illud sequi, vt no. Roman. in consilio cccxxxviij. pro plena discussione. in vltimo dubio. Sic etiam iudex, qui tenetur causam consilio
15 sapientis committere, non cogitur illud sequi: & ideo 15 non ex-
f cusatur in syndicatu f, si illud sequatur: vt Barto. concludit in l. si conuenerit. ff. de re iudic. cum similibus. vt Alexan. ibi scribit. & Pau. de Castro in dicto consilio lxxxvij. Et merito dicit Bald. hic. versic. quid si consultor quod forma consilij accidentalis est. & idem Bal. in l. fin. §. necessitate. versicu. subsequenter querit gloss. C. de bo. que liber. dicit quod consilium non presumitur

16 mitur esse de substantia, licet secus sit in consensu[16]. alleg. Ar-
chidiac. xviij. dist. in cap. archiepiscoporum. Propter hoc va-
let statutum, ꝙ consilium alicuius requiratur in matrimonio,
e licet secus[e] sit in consensu: vt not. Bald. in c. statutum. de here.
in vj. vbi Perusinus refert: sic etiam licet sit reprobata condi-
tio, que adstringit mulierem ad cōtrahendum matrimonium
cum cōsensu alterius: secus tamen est, si consilium requiratur:
quia consilium non impedit libertatem matrimonij, ex quo
illud sequi non tenetur. d. c. cum olim. Ita not. Pau. de Castr.
concludit in consi. lxxxvj. videtur dicendum. Predicta conclu-
sio procedit, nisi expresse dicatur ꝙ consilium sequendum, sit vt
not. Bald. in d. rub. de exerci. versic. quero quid si testator. idem
Bal. in authen. ingressi. C. de sacrosanc. eccle. Et idem esset, si ex
coniecturis colligatur ꝙ consilium sequendum sit: vt in nota-
bili casu tradit Cuma. in consil. lv. duo habentes. Secundo pre
dicta conclusio habet locum, nisi delegatus reseruaret sibi con
silium, vt iudici: quia tunc videtur particeps consilij, imo con-
silium sequendum est: vt Abb. hic concludit, post Ant. de Bu.
⁊ Imol. ⁊ no. Bar. in d. §. si plures. in d. j. q. in fi. per l. Titium. in
princ. vbi Bart. Et tali casu delegatus poterit reuocare com-
missionem factam subdelegato, vt Abb. hic dicit. Nam cum re-
maneat iudex, reuocare potest. l. iudicium soluitur. ff. de iudic.
quia tali casu vices suas in totum non committit, iuxta nota. in
c. super questionum. §. porro. j. eod. tit. Tertio predicta conclu
sio limitatur, nisi causa subdelegata sit alicui inhabili, qui non
habet plenum intellectum: quia tunc debet sequi consilium: vt
not. Bart. in d. §. si plures. per tex. in l. impuberibus. ff. de suspe.
tuto. ⁊ not. Ang. Are. in §. consequens. inst. de suspec. tut. Et ad
hoc bene facit quia in locis vbi iudices communiter ignari
sunt, quando consilium requiratur, illud sequi debent: quia in-
tentio statuti ita fuisse videtur: vt not. voluit Anto. de But. d.
c. cum olim. vbi Imol. sequitur, ⁊ Alexand. in d. l. si conuenerit.
Barto. tamen in d. l. impuberibus. aliter dicebat, quod in con-
silio requisito a lege illud consilium sequendum est. ⁊ sequitur
10 Ang. Aret. in §. consequens. inst. de suspec. tuto. † Tertia con-
clusio Abb. est, ꝙ valet commissio facta iudici, quod iudicare
debeat secundum consilium alterius. ⁊ idem tenet Barto. in d.
l. j. §. si plures. in ver. septimo quero. ff. de exerc. ⁊ Bald. in auth.
ad hec. C. de iudic. ⁊ in l. nec quicquam. §. vbi decretum. versicu.
item quilibet ordinarius. ff. de offi. procons. ⁊ leg. Imo. hic post
Hostien. ⁊ idem Imo. in l. illa institutio. ff. de here. insti. Andr.
Sicu. tamen hic dicit hoc esse verum in principe, qui commit-
tere potest causam, prout vult, vt not. Bal. in cap. j. in princi. in
titu. si de inuesti. inter dominum ⁊ vasal. lis ori. ⁊ etiam quando
iudex delegatus esset imperitus: ex eo quod not. Bal. in l. solēt.
§. legatos. ff. de offic. procon. Sed regulariter concludit ꝙ ista
conclusio non sit vera per istum tex. vbi causa committi debet
viris discretis, ⁊ idoneis: ⁊ in talibus committatur, consilium
alterius superfluum videtur. Sed respondetur ꝙ non quili-
bet discretus, idoneus peritus reperitur: nam idoneus hic cō
sideratur secundum quod dicitur in cap. statutum. de rescript.
17 in vj. ⁊ peritia de necessitate non requiritur in iudice[17]: vt no.
in cap. sciscitatus. de rescript. ⁊ facit textus in capi. statutum. §.
assessorem. de rescrip. in vj. Secundo mouetur, quia consilium
alterius solum consideratur in re ardua, vt hic dicitur: secus
videtur in alijs causis. Sed respondetur quod hic non nega-
tur, quin etiam consilium reseruari possit, licet causa non esset
ardua: hoc totum est in arbitrio delegantis: ⁊ de arduis hic
mentionem facit, inspecta communi contingentia: vnde a com
muni opinione non est recedendum. Secundo limitatur non
habere locum, quando delegatus adstrictus esset ad consilium
laici in causa spirituali, vt Hostien. hic dicit, quem Abbas re-
fert, ⁊ sequitur Anto. de Butr. hic. Et hoc videtur procedere,
quando tale consilium sequendum est, prout doctores loquun-
tur: alias secus quia laicus potest esse assessor in causa spiritua
li: vt late dixi in cap. decernimus. in sexta questione. infra de iu
dicijs. Secundo non procedit, quando delegatus adstringe-
retur ad consilium imperiti: vt not. Anto. de Butr. hic, per tex
tum in cap. ad nostram. de consuetu, ille tamen tex. loquitur de
imperitis, ⁊ indiscretis, qui rectum non haberent iudicium: ⁊
tali casu bene dicit Anto. de Butr. Tertio limitatur, nisi con-
silium esset iniustum: vt not. Abb. hic: quia consilium de sui na-
tura hoc importare videtur, quod iustum sit, vt not. Bartol. in
dicto §. si plures. in iij. quest. Bal. in l. manifestissimi. §. penulti.
in fin. C. de furt. Anton. de Butr. in cap. intimasti. de appellat.
⁊ not. Barto. in l. si conuenerit. ff. de re iudica. cum similibus. vt
tradit ibi Alexan. In isto tamen casu iudex excusaretur, licet
consilium esset iniustum, ex quo dictum est quod iudicaret se-
cundum consilium eius. not. Bartol. in dicta l. si conuenerit. ⁊
11 ibi Alexan. ⁊ idem Angel. in consilio clxxxvj. visis. † Quarto ⁊

vltimo Abb. concludit non valere compromissum, quod arbi-
ter pronunciet secundum consilium alterius, per textum in l.
f item si vnus. §. idem Pomponius. ff. de arbitr. ⁊ Bartol.[f] ibi
hoc idem tenet. ⁊ idem Barto. in dicta l. j. §. si plures. in vj. qō. ⁊
sequitur Imo. post Anton. de Butr. in cap. cum olim. in fin. de
arbitr. ⁊ idem Imo. in l. illa institutio. post Baldum ⁊ Angel.
ibi. ff. de hered. instit. Et hoc idem late tradit Ange. in consilio
cclxxj. primus punctus. ⁊ in disputatione sua incip. duo adin-
uicem litigantes. versic. de quarta. Et sic patet ex supra dictis,
differentiam esse inter arbitrum, ⁊ iudicem. Et ratio diuersita
tis est, quia arbiter maiorem habet potestatem: vt Hostien. hic
dicit. ⁊ Barto. in dicto §. si plures. in vij. quest. ⁊ Angel. in locis
prealleg. Et ista conclusio procedit tenendo intellectum Bar.
ad dictum §. idem Pomponius. sed secundum intellectum
Oldra. quem Barto. refert in dicto §. idem Pomponius. ⁊ in
dicto §. si plures. in vj. quest. etiam in arbitrum valeret cōpro-
missum, quod arbiter pronuntiet secundum consilium, vel ar-
bitrium alterius: quia tali casu de arbitrio boni viri intelli-
gitur: secus si dicatur, prout voluerit, vel placuerit Titio: quia
ista verba liberam important voluntatem: ⁊ compromissum
non valet: d. §. idem Pomponius. Est verum quod Bart. ibi
conatur respondere ad intellectum Old. quia, secundum eum,
verbum placet, de quo loquitur tex. in dicto §. idem Pompo-
g nius. importat arbitrium boni viri[g]. l. thais. §. sorore. ff. de fi-
deicom. liber. ⁊ idem dicit Barto. in dicta l. j. §. si plures. in vj. q.
vbi ad hoc etiam allegat text. in l. Lucius Titius testamento.
ff. de fideicommiss. libert. Et ad hoc etiam rationem inducit:
quia legatum libertatis collatum in liberam voluntatem here
dis non valet. l. fideicommissaria libertas. la ij. in ij. responso. ff.
de fideicom. liber. ⁊ tamen legatum libertatis factum, si placue
rit heredi, valet: ergo sequitur quod verbum placet, non im-
portat liberam voluntatem, sed arbitrium boni viri. ⁊ idē Bar
to. tenet in l. si sit. de legatis j. ⁊ in tractatu ad reprimendum. in
verbo, videbitur. Angel. in consi. cxij. in facto presupponitur. ⁊
Ro. in consil. lv. si volumus dicere. in princi. Ex quibus patet,
istam esse communem opin. a qua nullus discrepat. Tamen in
puncto iuris vera non videtur. Et ideo saluando intellectum
Oldr. dico quod verbum, placet, nō restringitur ad arbitrium
boni viri: sed pro voluntate libera intelligitur. Nam hoc est in
verbo, liber, quia liberam voluntatem significat. d. l. fideicom-
missaria libertas. la ij. not. Barto. in l. alio. de alimen. ⁊ cib. leg.
Imo. ⁊ Alexand. in l. si sit. de legatis primo. ergo idem videtur
in verbo, placet. Et ad hoc facit tex. in regula, quod semel pla-
cuit. de regulis iur. in sexto. ⁊ in §. sed ⁊ quod principi placuit.
institut. de iure natura. gentium ⁊ ciui. ⁊ quod dicitur xxij. q. ij.
ca. j. ibi: non est mentiendum causa placendi hominibus. Nam
iuribus preallegatis verbum, placet, pro libera voluntate in-
telligitur. Non obstant allegata in contrarium, in quibus tota
vis consistit. ⁊ primo tex. in dicta l. thais. §. sorore. quia ibi con-
stabat de voluntate testatoris: quia Titius significauerat men
tem suam sorori, vt ille seruus redditis rationibus esset liber,
vt ibi expresse dicitur, ⁊ voluntas testatoris ibi non erat sus-
pensa in eo, quod heredi placeret: ⁊ sic ibi per illa verba, si pla-
cet heredi: non videtur recessum ab illa voluntate, de qua con-
stabat. Vel secundo dici potest esse speciale ibi fauore liberta-
tis, quod verbum, quod de sui natura liberam importaret vo-
luntatem, pro arbitrio boni viri accipitur. ⁊ probatur hoc in
dicta l. fideicommissaria libertas. in principio. Et hoc modo
etiam respondetur ad textum in dicta l. Lucius Titius testa-
mento. de fideicommiss. libertat. Vel tertio responderi potest
quod voluntas vxoris ibi non attenditur: quia abstinuit ab he
reditate, vt gloss. ibi dicit, ⁊ text. ita loquitur. Non obstat ratio
Bartol. que efficax videtur: quia pro responsione consideran-
dum est, quod quandoque omnino constat de voluntate testa-
toris, quod posuit legatum libertatis in liberam voluntatem
heredis: ⁊ non valet: quia in claris non est opus coniecturis. ⁊
ita loquitur text. in dicta l. fideicommissaria libertas. in secun-
do responso. quod incipit, quod si ita, dum inquit, legatum li-
bertatis, si heres voluerit, ita demum non valet, si totum in vo
luntate stetit heredis. Quandoque non constat de explorata
volūtate testatoris, sed testator vtitur verbis de sui natura im-
portantibus liberam voluntatem: vt quia dicit, si heres volue-
rit. Et ista verba fauore libertatis impropriantur, ⁊ valet lega-
tum: quia arbitrio boni viri accipiuntur. Ita probatur in di-
cta lege fideicommissaria libertas. in principio. Et idem est
in verbo, placet, quod fauore libertatis interpretatur pro ar-
bitrio boni viri. Ab illa enim presumptione, que ex proprieta-
te verborum colligitur, de voluntate testatoris presumitur:
prout loquitur textus in dicto versiculo quod si ita scriptum.
dum dicit, si heres voluerit: ita demum non valet, si totū stetit

in voluntate heredis. Vitiatur ergo legatum, quando omnino constat de mente testatoris: sed non vitiatur ex eo simpliciter, quod dicat, si heres voluerit: vt ibi manifeste probatur. Super his tamen cogitandum erit, quia doctores communiter aliter dicunt.

Additiones.

a Contrahere. Quod cõstitutus in articulo mortis possit matrimonium contrahere, vide vltra hic adducta per Bal. in cõsilio ccxviij. in iij. volumi.

b In testem. Adde tamen quod Roma. in l. si vero. §. de viro. in iiij. fal. ff. so. matr. dicit, quod existens in articulo mortis si examinetur in testem facit eius dictũ aliqualem presumptionem.

c Subdelegare. Adde quod idem voluit Bart. in d. l. sepe. ff. de iur. om. iudi. vbi etiam dicit idem esse quando delegatio facta est per verbum iubemus. nam etiam tunc delegatus subdelegare non poterit: dicas etiam quod istud verbum precipimus, necessitatem importat: ita not. Card. in cle. j. in ver. nono nota. de reliq. et vener. sanc.

d Exceptionem. Quod dictio nisi, sit exceptiua, adde Bal. in l. qui se patris. in princ. in ver. itẽ nisi. C. vnde lib. et vide per Bar. in l. actione. C. de transa. vbi ponit, et declarat quãdo dictio, nisi, stet exceptiue: et quando ponat: vide etiam per Old. in consil. xlix. et per Bar. in l. si cũ. §. qui iniuriarũ. in ver. venio ad dictionem nisi. ff. si quis cau. et per eundem Dec. j. in cap. consultationibus. in fin. de offic. delega.

e Ardua. Que autem dicantur cause magne, vide per Bart. in l. admonendi. in ver. sed est aduertendum. ff. de iureiu.

f Syndicatu. Adde quod hunc articulum late examinat do. Vincen. Herculanus de Perusio in d. l. si conuenerit. in versi. extra glo. Bar. ff. de re iud. an autem valeat sententia, quando iudex pronunciat secundum consilium sapientis, vide eundem in l. j. §. si quis ita. ff. de verb. oblig.

g Boni viri. Quod verbum placet importet arbitrium boni viri, vide etiam per Bar. in l. item si vnus. §. idẽ Pomponius. ff. de arbi. et per eundem in l. si quis arbitratu. in ver. placuerit. ff. de verborum obliga. et in l. cum proponas. C. de fideicommis. liberta. Hiero. Sig.

1 Impeditur. Adde Ange. in l. non solum. de rei vendic. Vero. in repet. l. si fugitiui. in iiij. notab. C. de seruis fug. et ibi Dec. in iiij. notab.

2 Iuuenis. Vide que scripsi in §. item maior. institu. de excusatio. tutorum.

3 Testari. Et quod constitutus in extremis possit condere testamentum, matrimonium contrahere, examinari in testẽ, gratiã concedere, vide Dec. in consi. clxxv. in fi. in consi. cccclxxxix. et constitutus in extremis qui vix articulate loqui poterat an condat testamentum ad alterius interrogationem, Deci. in d. consil. cccclxxxix.

4 Pro iussu. Idem dicit Dec. in l. j. C. de mand. princ. vbi late examinat. Fely. in c. cum te. de rescr. in ij. differen.

5 Approbat. Vide Alex. in consi. xvj. ponderatis. lib. iij. Dec. in c. eam te. in iij. not. de rescrip.

6 Non potest. Adde Dec. in l. j. ff. de offi. eius.

7 Subrogatur. Adde quod debet sapere eãdem naturam etiam si in aliquo discreparet: nam nihilominus in alijs sequetur eãdem naturam. Paul. de Castr. in consil. lxxiij. et in consil. cclxv. quod idem est duplicatum errore Incip. licet ista domina Lisa paulo ante fin. lib. j. Dec. in consi. cxc. circa primum dubium. versi. iiij. hoc idem in consil. cccccxliij. In casu proposito. versic. tertio hoc confirmatur.

8 Primordiali. Vide Iason. in dicta l. certi condictio. et vide que addidi ad gloss. ibi et ad glo. in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut.

9 Non potest. Vide Dec. in consi. iij.

10 Subdelegatum. Faciunt que dicit Dec. de legato. in cap. j. in j. notab. de rescrip.

11 Committitur. Idem Dec. in c. sedes. in fi. de off. delega. vbi multa circa hoc. et ibi addidi. et in cap. de appellationibus. j. de appellationibus.

12 Impeditur. Adde Dec. qui late examinat in c. cum sit Romana. in iij. not. de appel.

13 Intelligitur. Et ideo ista verba liberam facultatem, intelliguntur iuris ordine seruato. Ias. in l. j. in iij. not. C. de sac. sanc. eccl. Dec. in c. que in ecclesiarum. in princ. de consti. et habentes liberum arbitrium condemnandi, non publicant bona. Bald. in l. j. C. ne lic. sine iuss. prin. Ias. in l. ij. C. qui testa. fac. poss. versic. pro confirmatione et de his verbis libere fieri possit. vide Dec. in c. directe. in ij. not. de appel. et ista verba, liberam facultatem concedimus, vel liberam potestatem, important facultatem a iure non regulatam, seruato tamen iuris ordine. Fely. in c. j. in fi. de constit. Aret. in §. in bonefidei. versi. secundo principaliter est videndum. inst. de act. et ibi Ias. in j. not. Alexã. in l. si sic. ff. de leg. j. omnino Ias. in pulchro casu. in l. miles. in fin. in j. lec. ff. de re iud. et an ista verba, libere expediendam, tollant appellationem Dec. in c. j. nu. 17. de rescri. adde etiam quod omnia que ponit hic Dec. repetit. in c. dilecti. de iudic.

14 Non valet. Idem in c. ex parte. ver. postremo ab. s. de rescri. Io. Cro. in repe. l. si constante. ff. sol. matrimo.

15 Et ideo. Idem in consi. viij. viso. circa medium.

16 In consensu. Idem in c. ex parte. nu. 7. de constit.

17 In iudice. Idem tamen s. nu. 22. in iudice scientiam et conscientiam exigit. Sil. Aldob.

a Non possit. Fateor quod non debet, sed factum tenet. Ideo verior videtur opinio Panor. Sed dico quod pars potest appellare, si subdelegat nominato per solum aduersarium, vel si indocto, aut manifeste suspecto.

b Nam gl. Quam etiam reprobat Alex. in l. more. ff. de iurisd. omnium iudic. Ias. in l. a iudice. C. de iudic. et l. ij. C. commun. deleg. quamuis Dec. hic, et in d. l. more. conetur glo. sustinere, quam tamen reprobat in rub. C. de mand. princ.

c Episcopis. [redacted]

d Libere. Idem Alciat. in c. j. not. iij. per illum text. j. de offic. ord. vbi limitat primo quando alias verba nil operarentur. d. l. si quando. l. j. ff. de testa. milit. Secundo, quando diceretur, quod secundum liberam voluntatem suam: nam tunc non tenetur seruare solennitates iuris ciuilis, sed naturalis tantum. Bar. extrauagan. ad reprimen. verb. videbitur. in fin. Felyn. in cap. j. de const. Unde tali casu non posset preiudicare iuri quesito tertio. Bal. in l. dotalem. ff. de mi. testa. Tertio, quando alias esset necessaria alterius requisitio. glo. c. cum plures. de off. deleg. in vj. Mod. in c. reprehensibilis. j. de appel. glo. in c. j. de homic. in vj. in c. de multa. j. de preb. in cle. dudum. de sepul. subdit tamen Alciat. in d. c. j. nu. 10. se credere quod hec glo. in clemẽ. dudum. verb. libere non sit vera, et quod contra eam fuit alias consultum, vt per Fel. c. j. de rescrip. Ego vero dico d. glos. esse veram, quia data licẽtia parochi. non esset opus priuilegio. Et sic, quicquid dicat Alciat. vera est d. glo. quam Cardi. probat ibi, Francisc. Ripa in trac. de peste, et communiter omnes sequuntur.

e Secus. [redacted]

f Bar. Quem sequitur Lanfrã. de Oria. trac. de arb. sed opinio Oldra. et Decij equior est. [redacted]

1 Causa potest cõmitti, vt intra certum tẽpus terminetur.
2 Quo termino elapso iurisdictio finitur.
3 An partes possint istud tempus prorogare.
4 Pena si non sit statuta a iure, committitur arbitrio iudicis.
5 Pena quando venit imponenda pro aliquo delicto arbitrio iudicis, non potest iudex arbitrari illã penã a principio officij.
6 Prorogatio, de qua hic quando debeat fieri.
7 Tempus prorogatum an sit idem cum tempore primo.
8 Partes an possint renuntiare solennitatibus substãtialibus.
9 Tempus si sit appositũ in delegatione, iurisdictionis si intra illud non sit expedita causa, an expiret iurisdictio legati.
10 Quid si terminus sit prefixus instantie.
11 Missio in possessionem an proprie sit pena.
12 Quid de excommunicatione, an sit pena.
13 Delegatus an possit mulctare. 14.
15 Statutum si penã imponit, an videatur recessum a pena iuris.
16 Reus punitus secundum vnam legem, an possit puniri secundum aliam.
17 Laicus punitus per iudicem ecclesiasticum, an possit puniri per iudicem laicum.
18 Delegatus an possit minuere penam impositam a iure, vel statuto. 19.
20 An autem delegatus possit dispensare in pena.

De causis.



1 E causis. ¶ † Primo nota, quod causa potest committi, vt intra certum tempus decidatur. Nam sicut iurisdictio in certo loco dari potest, cap. sua. §. de offic. vicar. cap. statutum. §. in nullo. de rescript. in vj. ita certo tempore limitari potest. Valet enim arg. de loco ad tempus. l. vinum. vbi Bart. ff. si certum petatur. l. iij. §. si per venditorem. vbi Bartol. in fine. ff. de actione emp. facit gl. in clemen. ij. in verbo, regularem. de censi. Et hoc, quod dicitur hic in delegato Pape, etiam habet locum in delegato inferioris a principe: vt no. Bald. in l. properandum. §.
2 sinautem vtraque. in fine. C. de iudic. ¶ † Secundo nota, quod elapso termino, qui prefigitur iudici, et iurisdictioni, iurisdictio expirat. Et ista est natura limitati temporis, quod finito tempore dispositio cessat. l. Imperator. ff. de statu homin. cum simi. vt dixi in cap. ex literis. de consti. Et istud tempus statutum primo delegato, etiam intelligitur statutum ei, qui in locum primi surrogatur. l. si iudex. vbi Bar. ff. de iudic. Et surrogato datur integraliter, quando terminus prefigitur iudici: secus si instantie, quia tunc tempus continuatur: vt not. Bal. in dicta l. si iudex. et Pau. de Cast. ibi, per text. in l. properandum. §. sinautem. in medio. C. de indic. vbi tamen Alexand. aliter distinguit. Et quod dictum est quod expirat iurisdictio post tempus, [redacted] quantum ad delegatum: secus quantum ad delegan[redacted] qui ex eisdem actis iudicare potest: vt not. Bal. in l. prope[redacted]dum. §. sinautem vtraque. in fin. C. de iudic. et idem Bal. in l.
3 [redacted] que incipit, placuit. C. de ped. iudicibus. ¶ † Tertio no[redacted]od licet causa commissa, sit terminanda intra certum tem[redacted] possunt tamen partes terminum prorogare. ad idem est tex. in l. ij. §. si iudex. ff. de iud. Et ratio videtur, quia terminus statutus est in fauorem partium, vt Abb. hic dicit: et ideo illi renuntiare possunt. cap. ad apostolicam. de regul. Et istam rationem prius allegauit Bald. in l. si qui ex consensu. versicu. secunda species. C. de episcopa. audien. Sic etiam quando forma rescripti respicit fauorem partium, illi possunt partes renuntiare. cap. fin. §. is autem. vbi Abb. s. eodem. Ex his infertur in proposito, quod licet priuati non possint iurisdictionem concedere. l. priuatorum. C. de iurisdict. omnium iudicum. possunt tamen iurisdictionem limitatam prorogare, et extendere. Et ita Ang. dicit in l. et quia, in gloss. in verbo, lex. ff. de iurisd. omn. iu. Et hoc quod dicitur hic, locum habet in iudice delegato, prout textus loquitur: secus est in ordinario: vt not. Bald. in dicta l. si qui ex consensu. in loco preallegato. et tradit Ange. in l. fin. ff. de iurisdictione omnium iudicum. Abbas in cap. P. et G. s. eodem. Item quod dicitur hic, procedit, quando tempus statutum respicit fauorem partium, vt dictum est: secus si agatur de fauore ecclesie: vt not. Angel. dicit in dicta l. fin. in fin. versic. ego sum in ista opinione. ff. de iurisdictione omnium iudicum. Et eodem modo si agatur de fauore publico, vt est in instantia iuris communis, que prorogari non potest: vt per glos. et doct. in l. properandum. in princip. C. de iudicijs. Et aduertendum est, quia ista prorogatio, de qua textus hic loquitur, potest fieri etiam pro maiori tempore, quam esset expressum tempus. Unde licet iudex habuerit cōmissionem, vt expediret causam intra mensem, potuit de consensu partium terminus prorogari ad annum: vt not. in proposito Bald. scribit in dicta l. si qui ex consensu. in loco preelleg. Et hoc procedit in ista prorogatione, que fit de consensu partium: quia partes possunt renuntiare fauori suo, vt supra dictum est: secus esset in prorogatione, que deberet fieri per arbitrum ex potestate sibi data in cōpromisso: quia illa precise limitari debet ad tempus expressum in
1 compromisso[1]: vt not. Bald. dicit in cap. fin. versicu. dubitatur. s. de consuetud. et in cap. presentata. versicul. sed pone. de testib. in cap. sua nobis. in fin. de appel. et idem Bald. in consil. cccxix. nobiles viri. in versicul. venio ad quintum. libro primo. Aliter tamen loquitur Bald. in l. j. C. vt in possessio. lega. et tradit Alexan. in consilio lxx. viso consilio. libro ij. ¶ Quarto nota, quod delegatus ex simplici commissione habet potestatem puniendi
2 di partes contumaces[2], et hoc siue contumacia sit in non veniendo, siue sit in non parendo, vt probatur hic, et in capit. causam, que. supra. de rescriptis. Et contumacia, que est in non veniendo, maior dicitur, vt late dixi in cap. primo. in septimo notab. infra de iudic. in lectura Pisana. Unde cum sit maior contumacia, plus debet puniri. cap. quesiuit. infra de his, que fiunt a maio. par. cap. cum similibus, vt dixi in ca. at si clerici. in princip. de iudicijs. ¶ Quinto nota, quod vbi pena certa statuta
a est a iure, ab ea iudex recedere non debet[a], ad idem text. cum gloss. in capit. licet. de penis. in gloss. in verbo, penam pecuniariam. Et hoc verum est, nisi ex magna causa, propter quam iudex potest a pena determinata a iure recedere: vt est notabile dictum Innocen. in cap. primo. de constitu. et not. Bald. in l. et si seuerior. C. ex quibus causis maiores. Ubi propter hoc infert quod in pupillo, etiam doli capace, committēte homicidium, est iusta causa dispensandi, quod non decapitetur: et tali casu non tenetur iudex in syndicatu: vt not. Bald. in l. obseruare. §. proficisci. in vndecima quest. ff. de offic. procon. et lega. cum similibus. vt late tradunt Modern. in cap. primo. de constitu. Alexand. in consi. xlj. habita super contentis. lib. ij. et dixi in rub. C.
4 qui admit. ¶ † Sexto, et vltimo nota quod vbi pena non reperitur statuta a iure, quod arbitrio iudicis committitur. ad idē tex. in l. j. §. expilatores. ff. de effracto. Et est regula generalis in omnibus non determinatis a iure, quod arbitrio iudicis regulari debent. l. j. in fin. ff. de iure deliberandi. vbi Bald. ad hoc plura similia dixit in capit. sedes. de rescript. et aliquid supra in capit. precedenti. Et arbitrium iudicis cessante lege, regulari debet a cōsuetudine, vt illa in primis attēdatur. l. si quis reum. ff. de custod. reorum. et not. Anton. de Butr. hic, Abb. in dicto cap. licet. de penis. versicu. vltimo aduerte. et per glos. in l. quod ergo. in §. pena grauior. in gloss. penult. ff. de his, qui notantur infam. et not. Bald. in l. seruum quoque. §. publice. ff. de procur. cum similibus, vt tradunt Moder. in cap. inter ceteras. de rescrip. et adde text. institut. de officio iudicis. in princip. et in authent. iubemus. vbi Bal. in vltimo notab. C. de iudicijs. et idem Bald. in l. si quis non dicam rapere. de episcop. et cleric. Et cessante etiam consuetudine arbitrium iudicis regulatur de similibus ad similia: vt dicit Anton. de But. hic, alleg. gl. quam dicit se nescire alibi, in cap. inquisitionis. de accusa. Nam etiam in delictis puniendis proceditur de similibus ad similia. cap. j. §. porro. que fuit prima causa benefi. amitten. vbi Bald. in vlti. notab. dicit illum tex. ad hoc esse meliorem de iure. et est glo. notab. in l. si quis id, quod. ff. de iurisdi. omnium iudicum. cum similibus. vt tradit Alexand. et dixi in cap. translato. de constit. in notab. et in gloss. Et tale arbitrium etiam vsque ad mortem
1 extenditur[1], iuxta gloss. in §. in summa. institut. de iniurijs. de
5 eius intellectu dixi in cap. ex literis. de constitut. † Postremo adde notabilem decisionem quod quando pena pro aliquo delicto venit imponenda arbitrio iudicis, non potest iudex arbi
a trari, et declarare illam penam a principio officij[a]: quia declaratio, que potest recipere variationem in tempore, ante tēpus fieri non potest. l. cum pater. §. a filia. de leg. ij. et ibi Bartol. in fi. Sed hec variari potest ex tempore, propter qualitatem personarum, et locorum, ideo fieri non potest, vt notabiliter decidit Bar. in l. omnes populi. in v. quest. prime questionis principalis. in versicu. quero, Potestas habet arbitrium. ff. de iustitia et iure. et sequitur Petr. de Anchar. in cap. j. in j. questione principali, versicu. querit Barto. s. de constitut. et Abb. in capit. cum consuetudinis. in fine. de consuetud. et dicit Abb. ibi, quod ista ratione episcopus in casibus, in quibus habet potestatem dispensandi, non potest statuere: quia dispensatio variatur ex tēpore, secundum qualitatem personarum, et temporis, et statutum esset firmum. allegat Feder. in consil. xvij. questio talis est. versi. non obstat quod octauo. et idem Feder. in consi. cclxxv. casus talis est. Et ex hoc infertur quod facilius permittitur dispensari, quam statuere: de quo dixi in cap. fina. s. de constitut. et in rubr. eodem titu. in posterioribus scriptis. ¶ In gloss. j. ibi: iudicibus presentatur. glo. concludit quod terminus prefixus iudici currat a die presentationis literarum. Et ratio videtur, quia ante presentationem rescripti iudex delegatus nō habet
4 exercitium iurisdictionis[4]. cap. super eo. el secundo. de appel. not. Innocen. in cap. ex conquestione. de restitu. spo. Bald. in l. prima. C. vt lite pendent. cum similibus, vt tradunt Modern. in cap. ceterum. de rescriptis. et dixi in cap. super eo. Unde absurdum esset, dicere quod tēpus inciperet currere ante, quam possit iurisdictio exerceri: argumen. l. j. in fin. C. de anna. excep. in capit. quia diuersitatem. de concess. prebendarum. Et predicta conclusio limitatur dupliciter. Primo, vt non procedat, quando in specie statutum fuit tempus iudici delegato, puta vsque ad pascha: quia tunc precise illud attenditur, vt Abbas hic post Antonium de Butr. et alios concludit cum similibus, vt dixi in cap. super eo. de appella. et gratia breuitatis non repeto. Sed contra istam limitationem arguunt Moder. hic de ratione supra allegata, quia ante presentationem rescripti delegatus non habet iurisdictionem: ergo videtur quod non currat tempus, licet in specie assignatum sit. Ad quod respondetur, quod verum est quod non currit tempus propter negligētiam delegati: que sibi imputari non potest: sed currit, quia precise constat de voluntate superioris, qui voluit causam intra certum tempus expediri: et illud certum tempus prorogari, vel multiplicari non potest: vt dixi in dicto capi. super eo. et ad hoc facit quod doct. tradunt de precisa voluntate summi pon-

tificis in reuocando primum rescriptum, in cap. ceterum. de re
scriptis. Secundo limitatur, nisi de consensu partium proce-
datur: quia valeret processus ante presentationem rescripti.
ita not. voluit Bald. in l. ne quicquam. §. vbi decretum. in fin. ff.
de offic. proconsul. & legat. Est verum quod dictum hoc Bald.
reprobatur per Perusi. in dicto capit. super eo. quia cum ante
presentationem rescripti non habeat delegatus iurisdictioẽ,
non videtur quod partium consensus ei illam tribuere possit.
l. priuatorum. C. de iurisdictio. omnium iudicum. Et hoc sum
b secutus, confirmando, vt dixi in dicto ca. super eo. Sed tamen[b]
defendendo Bald. responderi potest quod consensus partium
non tribuit iurisdictionem, sed solum intimare videtur iuris-
dictionem datam in rescripto nondum presentato, & iudex ve-
risimiliter debuit credere partibus, de quorum preiudicio tra
ctatur. ¶ In fin. gloss. notandum est quod quando causa com-
missa debet terminari intra breuem terminum, etiam iu-
dex potest, & debet abbreuiare dilationes. & est dictum Innocẽ.
quem Abb. hic refert in dicto cap. super eo. de appellatio. cum
similibus, vt dixi ibi. Et dum Abbas hic dicit, quod etiã si do-
lo partis causa non decidatur in termino statuto, expirat ta-
men iurisdictio, sed contra illam partem datur actio de dolo:
vt Imo. hic concludit. l. arbitrio. in §. dolo. ff. de dolo. de quo di
6 cendum est vt dixi in capit. ex ratione. de appella. † Postremo
Abb. dicit notandum esse, quod prorogatio, de qua text. hic lo-
c quitur, debet fieri durante[c] primo termino: alias non esset pro
5 rogatio[5]. l. sed si manente. ff. de precarijs. l. iiij. in princip. ff. de
damno infecto. vbi Alexand. & not. Specul. eodem titu. §. exci-
pi potest. versicu. item quod iurisdictio. vbi in terminis istius
decretalis loquitur Anton. de Butr. in capi. preterea. in fin. de
dilatio. Ang. in consilio ccxxxj. visis. Barto. in l. iiij. in princip.
ff. de damno infecto. cum similibus, vt tradunt ibi Alexand. &
Modern. hic. & adde Anton. de Butr. in consilio lxvij. in facto
proponitur. in fin. Ange. in l. fina. in gloss. magistra. ff. de ferijs.
& Bald. in consilio ccccl xxj. cum quartus. libro iiij. Alexand. in
consil. lxxv. ponderatis his. circa finem. libro secundo. Et predi
cta conclusio ampliatur, quia sufficit quod prorogatio facta
sit in vltimo momento primi termini: vt not. Bald. hic, in ver-
sicu. quid si prorogatio. per dictam l. sed si manente. facit text. in
l. ij. C. de posthu. hered. institu. vbi sufficit quod posthumus na-
tus mométo viuat. Bald. tamen videtur limitare hoc, dummo
do in illo momẽto temporis, quod superest, actus prorogatio-
6 nis fieri possit[6], vt ipse notanter dicit in l. si a te. C. de pact. in-
ter emptorem & venditorem. & ita colligitur in dicta l. sed si ma
nente. ibi: manente adhuc precario, tempus prorogasti. & facit
textus in l. cum sponsus. §. fina. ff. de publiciana. ibi: qui momẽ-
to possedit, recte hac actione experietur. & illum textum alleg.
Bald. hic. Ille text. alias allegabatur, quod traditio possessio-
nis in instanti effectum suum operatur. Facit etiam quod no.
Bald. de momento in l. non tantum. C. de legatis. vbi inquit quod
maritus lucratur dotem secundum dispositionem statuti, li-
cet momento durauerit matrimonium. In simili notat Bald.
in cap. primo. §. quinetiam. versicu. quero quid si masculus. in ti
tu. episcopum vel abbatem. de filio nato, qui statim moritur, ad
exclusionem substituti. Et idem Baldus in l. vnica. §. in nouissi
mo. versicul. quero nunquid infans. C. de caducis tollendis. Et
in simili etiam tradit Bald. de eo, qui in officio non fuit nisi
per vnum momentum. in capit. primo. in fin. in titu. quis dica-
tur marchio, dux, vel comes. dum allegat l. qui concubinam. §.
7 vxori. de legatis tertio. † Et ex predicta conclusione alia con-
clusio infertur, quod tempus prorogatũ est idem tempus cum
7 primo tempore[7]. Et hoc in sententia excommunicationis no.
Hostien. in capit. preterea. de appella. vbi inquit quod excom-
municatus nisi intra decem dies satisfecerit: quod si tempus
decem dierum prorogatum sit, non incurrit excommunicatio
nem, lapso dicto tempore decem dierum, ex quo tempus proro
B gatum fuit[B]. de quo dicendum est, vt dixi in cap. preterea. de
appella. Secundo, quod terminus prorogatus sit idem termi-
nus, Moderni allegant Cardina. in clemen. prima. §. nos ita-
que. versicu. quinto quero. de iureiurando. vbi concludit quod
obligatus cum iuramento ad soluendum intra decem dies, fa
cta prorogatione per creditorem, non soluendo in dicto termi
8 no decem dierum non erit periurus[8]. facit quod not. Rota in
xx. decisione. versicu. secundo hoc probatur de prebendis. in no
uis. & quod not. Cardina. in clementina statutum. de electione.
cum similibus, vt tradunt Modern. hic. Et vlterius hoc te-
net Barto. in l. quarta. in principio. ff. de damno infec. vbi con-
cludit quod prorogato tempore officij, idem dicatur officium.
& idem Baldus in l. obseruare. §. proficisci. in decimanona que-
stione. ff. de officio proconsu. & legat. in l. meminisse. in fi. eodem
titu. & in l. cum, qui. §. iudicare. ff. de iurisdictione omnium iudi
cum. & notat Corneus Perusinus in consilio ccxxxv. de pluri-
bus queritur. libro secundo. Sed aduertendum est ad illud,
quod dictum est de iuramento: nam clarum est quod elapso
primo tempore, quod prorogatum fuit, debitor non incurrit
periurium: vt Cardina. dicit in loco supra allegato: & declara-
ui in dicto capit. preterea. Sed difficultas est, an postea elapso
termino prorogato, incidat in periurium, si nõ soluit. Et com-
munis opinio est quod sic: quia prorogatio videtur facta cum
omnibus qualitatibus primi termini prorogati: & quia vide-
tur, vt supra dictum est, idem terminus. Et specialiter in iura-
mento videtur hoc velle Bartol. in l. cum stipulatus sim mihi
a Proculo. versicu. item si prorogaui terminum iuramenti. de
verborum obligatione. & in l. prima. §. & post operis. de operis
noui nuntiatione. cum similibus, vt tradit ibi Alexan. & idem
Bald. in cap. venerabilem. de electio. cum similibus, vt dixi in
D dicto capit. preterea. Sed in contrarium[D] facit, quia qualitas
iuramenti non videtur in termino prorogato repetita, nisi ex-
presse dicatur. capit. penultimo. de iureiurando. Videtur posse
responderi quod text. in dicto cap. penultimo. procedit, prout
loquitur, quando iuramentum debet extendi ad aliud: secus si
agatur de eadem re: vt not. Barto. dicit in l. fina. C. de venden.
rebus ciui. lib. vndecimo. Et in isto casu idem continetur, quia
terminus prorogatus idem terminus reputatur. l. item queri-
tur. §. qui impleto. ff. loca. & supra dictum est. & ita dicunt Mo-
der. in dicta l. prima. §. & post operis. Sed ista resolutio non sa-
tisfacit: quia terminus prorogatus non videtur idem termi-
nus, saltem quantum ad peculiarem naturam iuramenti, que
est, vt solum habeat locum in eo, super quo expresse interponi-
tur. dicto cap. Unde cum solum interpositum sit super primo
termino, nõ videtur quod trahatur ad terminum postea pro-
rogatum. Et ita in terminis reperio quod tenet Bald. in consi
lio ccclxviij. queritur si factum sit compromissum: quia iuramẽ
tum limitatum videtur in primo termino, & non extenditur
ad terminum prorogatum, de quo cogitatum non fuit a prin-
cipio: secus ergo, secundum eum, videtur, si fuit a principio in
compromisso data potestas prorogandi, & ita dicendum vide-
tur de iure. Et secundum hoc habetur prima limitatio quod
terminus prorogatus non reputatur idem respectu iuramen-
ti. Secundo predicta conclusio procedit, quando prorogatio
fuit facta simpliciter: quia videtur facta cum omnibus quali-
C tatibus[C] prioris temporis[9]: vt not. Barto. in l. prima. §. & post
9 operis. ff. de operis noui nuntiatione. Baldus in l. si constan-
te. C. de donat. ante nuptias. cum similibus, supra alleg. & idem
Imo. in consi. xj. in casu premisso: secus si aliquid mutatum sit
de priori dispositione: quia tunc dicitur noua dispositio, & non
prorogatio: vt not. Domi. per gloss. ibi, in cap. hi, qui. versicul. &
nota istam glo. de prebend. in sexto. cum similibus, vt tradunt
Modern. hic. & idem Baldus in dicto consilio ccclxviij. libro
tertio. & in l. Titius. in princ. ff. de excu. tutorum. Corneus Pe-
rusinus in dicto consilio ccxxxv. libro secundo. Abb. in ca. P.
& G. in versicul. sed aduerte. infra eodem. Et hoc verum vide-
tur in qualitate substantiali: alias secus videtur quod potest
prorogatio fieri in alio loco. Et ista qualitas loci non videtur
alterare dispositionem: vt not. Bald. in consilio ccxcix. nobiles
viri. versicu. venio ad tertium. Aliter tamen loquitur in consi-
lio sequenti ccc. eodem libro primo. Tertio predicta conclusio
limitatur non procedere in materia odiosa, in qua terminus
10 prorogatus non reputatur idem terminus[10]: vt not. Bald. in
l. si a te. C. de pactis inter emptorem & vẽditorem. Et ad hoc fa-
cit, quia proprie secundum veritatem istud tempus proroga-
tum non est idem, sed per interpretationem iuris idem indica
11 tur[11]: vt not. Bald. in preallegat. consilio ccclxviij. & in l. si cum
dies. in princ. ff. de arbit. & hic, versicu. quero vtrum. Et ideo in
materia odiosa, in qua fit stricta interpretatio, argumẽ. l. cum
quidam. ff. de liberis & posthumis. inspecta veritate non dici-
tur idem tempus. Et secundum istam rationem idem esset in
statuto, quod proprie intelligitur. Vide tamen Aretin. in l. fi-
lius a patre. §. j. in iij. notab. ff. de liberis & posthumis. vbi per il
lum text. arguit contra Bald. in dicta l. si a te. C. de pact. inter
empt. & vend. Quarto limitatur non habere locum in preiudi-
12 cium tertij[12]. l. si cum Hermes. C. loca. vbi Bald. in princi. dicit
quod prorogatio operatur solum inter ipsas partes prorogan
tes, & non nocet fideiussori. & not. Specu. in titu. de fideiusso. §. j.
versicul. illud autem queritur. Angel. in l. si vnus. §. si cum reo.
ff. de pact. Et hoc intelligitur, quando fideiussor etiam obliga-
uit se limitare ad tempus: secus si simpliciter promisit, vt not.
Archid. in c. te quidem. xj. quest. j. Abb. in c. constitutus. de fide-
iussor. Et ita in effectu dicunt, & resident Moder. hic. Sed ad-
uertendum est: qui si fideiussor se obligauit simpliciter videtur
se obligare solum pro tempore, quo principalis tenetur: quia
qualitas

qualitas temporis in obligatione accessoria repetita intelli-
gitur: vt not. Bald. in l. Titius. per illum textum. C. de oper. li-
ber. facit text. in l. si vt proponitur. ff. de fideiusso. et quod notat
Bartol. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verborum
oblig. et quod tradit Alexan. in consilio xxxiiij. viso instrumen
to. lib. secundo. Preterea si ad certum tempus limitate se obli
gauit, non tenetur fideiussor ex eo, quia limitata fuit obliga-
tio: non ex eo quod agatur de preiudicio tertij, vt doctores di-
cūt. Et si ratio illa attendatur de preiudicio tertij, etiam ha-
beret locum, quando fideiussor simpliciter promitteret: cuius
contrarium doctores dicunt. Unde aliter declarandum vide-
tur. Nam predicta limitatio vera est, quod facta prorogatione
fideiussor liberatur, vt etiam Bald. tradit in l. Titius. ff. de ex-
cusa. tuto. quia respectu tertij prorogatio facit vt nouus actus
dicatur: vt doctores dicunt in locis preallegatis. Et idem no-
tat Baldus in l. Emilius. in repetitione, in v. notabili. ff. de
minoribus. vbi inquit quod si contractus locationis proroge-
tur, debet solui noua gabella. Et hoc sane intelligitur, quando
prorogatio auget obligationem, gratia exempli, si quis con-
duxit domum pro vno anno, dato fideiussore simpliciter, vel
expresse pro illo tempore, non curo, tali casu si prorogatio loca-
tionis facta sit ad maius tempus, fideiussor non obligatur pro
illo tempore prorogato. Et in isto casu bene procedit quod do
ctores dicunt, quod, facta prorogatione, fideiussor liberatur, id
est, non obligatur pro illo maiori tempore, quia agitur de no-
ua obligatione: secus si ex prorogatione obligatio non auge-
tur: gratia exempli, si debitor promisit soluere intra mensem
certam quantitatem, dato fideiussore: et si tempus appositum
fuit gratia facilioris solutionis, in isto casu licet tempus solu-
tionis prorogatum sit per creditorem debitori, non liberatur
fideiussor, quia obligatus erat, et ex tali prorogatione non ma-
gis grauatur: et sic in effectu non obligatur de nouo fideiussor
absque consensu eius: sed tamen non liberatur ab obligatione
contracta, et ita sentit Abb. in dicto cap. constitutus. in fin. et di
xi in consilio xciij. in fine. Quinto conclusio predicta intelligi-
tur, quando prorogatio fuit facta simpliciter: secus si dicatur
prorogamus vsque ad tale tempus inchoandum finito primo
tempore: quia tunc non esset prorogatio, vt Baldus hic dicit
in versicul. quero, pone, quia prorogatio confertur in tempus,
D inhabile[D]. Et in simili notat Abbas in cap. de vxore. in princ.
j. de sepultur. cum similibus, vt per Modern. hic, et facit text.
in l. eum, qui. ff. de iurisdictione omnium iudicum. et in l. quod
sponse. C. de donatio. ante nuptias. Sed tamen aduertendum
est, quia huic dicto obstare videtur, quia expressio facta, quod
tempus prorogatum inchoetur finito primo tempore, tacite
intelligebatur: quia secunda dilatio currere incipit finita pri-
ma: vt notat Baldus in l. finali. C. de repud. hered. cum similib.
vt tradit ibi Alexand. ergo videtur quod expressio eius, quod
tacite inest, nihil operetur. l. iij. ff. de legatis primo. Sed respō-
deri potest quod aliter videtur facta expressio, quam inesset:
quia quando fit prorogatio simpliciter durante primo termi-
no, ille secundus terminus confunditur, et non datur finis il-
lius primi termini, sed reputatur vnus terminus totus, sicut si
a principio ita constitutus fuisset dicta l. sed si manente. ff. de
e precarijs. secus[e] est, quando designatur finis primi termini, et
principium termini prorogati: quia in effectu tunc videtur no
nus terminus. Et ita tollitur argumē. ad quod alias magnus
doctor musauit. Ultimo notan. est quod licet post lapsum ter-
minum non dicatur prorogatio, vt supra dictum est, tamen si
iudex finito termino dicat, prorogamus vsque ad tale tempus:
actus valet in vim noue dilationis, vt notat Baldus in l. j. C. de
tempo. appel. et idem Baldus et Imo. in l. Titio centum. de le
gatis secundo. cum similibus. vt tradit Alexand. post Roma-
num in l. iiij. in princip. ff. de damno infecto. et idem Roman. in
consilio ccccxliij. quo ad primum. in fin. et sequitur Aretin. in l.
cum stipulatus, de verborum obligat. bene facit tex. in l. si quis
mihi bona. §. sed quid si. versicul. aut quid in petitam. ff. de ac-
quirend. heredi. et quod not. Bartol. in l. iij. in princip. ff. de ac-
8 quirenda possess. cum similibus, vt tradit Alexand. in consilio
cxlvi. in causa, et lite. libro quinto. ¶ † In glo. in verb. partium.
f in fine. noto quod solennitatibus substantialibus iudicij, par-
tes renuntiare non possunt[f]. Et hoc, secundum Hostien. intel
ligitur, quando in aliqua parte substantiali partes volunt re-
cedere ab ordine iudiciali: secus si ex toto ordo iudicij remitta
tur: quia hoc fieri potest. Et idem tenet glos. in cap. fin. in ver-
bo, illustrium. de re iudi. in vj. Sed istud dictum Hostien. vt
Imo. hic dicit, sonat in absurdum: quia si partes non possunt
particulari solennitati renuntiare, multo minus debent posse
totum ordinem iudiciarium remittere. arg. cap. cū in cunctis.
de elect. Ad hoc tamē responderi potest, quod non est nouum
quod in totum renuntiari possit, et non in parte: arg. l. tutor vr-
gentibus. ff. de mino. et in l. si quis aliam. ff. de solu. cum similib.
Nam si in totum renuntietur, non resultat aliquod inconue-
niens: sed pro parte absurdum videtur quod ordo iudiciarius
diuidatur: argu. l. in hoc iudicio. ff. famil. ercisc. Et ideo Abb.
hic declarat quod dictum Hostien. et glos. in d. cap. fina. intelli-
gatur, vt valeat in vim pacti, quod postea iudicatum fuerit,
sicut ex post facto quando approbatur sententia nulla, valet
13 virtute pacti[13], iuxta gl. in l. ij. C. communia vtriusque iudic.
Sed aduertendum est, quia licet post sententiam, que nulla est,
virtute pacti approbari possit, vt per glos. in dicta l. ij. non ta-
men videtur quod a principio hoc fieri possit, prout arguit
Abb. hic. Nam ipse Abbas hoc sentire videtur in cap. signifi-
casti. versicu. secundo principaliter est videndum. de foro com-
peten. cum similibus, vt tradunt Modern. ibi. Unde dictum
Hostien. saluatur secūdum Imolam hic, vt intelligatur quod
partes voluerint quod iudex cognoscat vt arbitrator. Nam in
iudicem vt arbitratorem compromitti potest: vt per glossam
in l. sed si in seruum. §. si iudex. ff. de arbitris. cum similibus, vt
tradit Alexand. in l. j. §. et post operis. ff. de operis noui nun-
tiatione. et ad hoc facit gloss. in dicto cap. fina. de re iudicata. in
sexto. que dicit quod valet illa conuentio, vt non sit locus li-
bello, nec sententie. et sic fatetur Hostien. et glo. ibi, quod renun-
tiatio non valet eo respectu, quod sententia sequatur, que va-
leat vt sententia. Et sic indistincte tenendum est quod glos. hic
dicit, quod partes non possunt renuntiare substantialibus iu-
dicij, nec in parte, nec in totum, ita quod sententia sequatur. et
pro ista conclusione Andr. Sicu. hic inducit text. in auth. offe-
ratur. C. de lit. contestat. vt late per eum, cuius rationes Anto.
de Alexand. ibi scribit in dicta authent. offeratur. Quibus ta-
men posset responderi, vt alias dixi in cap. primo. de lib. oblat.
ad quod Abb. hic se remittit. Et ideo pro nunc retenta com-
muni opinione, limitatur primo non procedere in arbitro, qui
non habet iurisdittionem: vt not. Bart. in l. si societatem. §. ar-
bitrorum. versicu. quid si expeditur. in fine. ff. pro socio. secus er
go videtur si haberet iurisdictionem, puta si eligatur ex neces-
sitate propter formam statuti: quia tunc iudex dicitur, vt not.
Barto. in l. fina. C. de iudic. cum similibus, et sic ratio Bart. ces-
sare videtur. Secundo communis conclusio locum habet in
causis, in quibus litis contestatio est precise necessaria, prout
est in causa principali: secus videtur in causa appellationis, in
qua litis contestatio non requiritur, nisi partes presentes sint:
nam tali casu partes possunt litis contestationem remittere,
vt notat Bald. in l. j. in fine. C. an liceat tertio prouocare. et tra-
dunt Modern. in cap. j. de officio iudic. Tertio procedit in so
lennitatibus respiciētibus vtilitatem publicam: secus si solum
agatur de interesse partium: quia ab ipsis partibus poterit re
nuntiari: vt per gl. hic: et not. tradit Alex. vbi aliud exemplum
9 ponit in l. si conuenerit. de re iud. ¶ † In gl. in verbo, proroge
tur. Abb. primo concludit quod non facta prorogatione, si tē-
pus sit prefixū iurisdictioni, post tēpus expirat iurisdictio de-
14 legati, et non valet sententia[14]: secus si tantum iudici: quia tunc
non expirat iurisdictio, sed iudex puniendus est. l. j. in fine. C. vt
omnes tam ciui. quam crimina. et ita etiam Bart. concludit in
l. properandum. in princi. circa finem. C. de iudic. vbi rationem
in vtroque membro adducit. et idem Bartol. in l. scire oportet.
§. consequens. circa finem. in versicu. secundo casu. ff. de excusat.
tutorum. cum similibus, vt tradit Alexan. in dicta l. properan
dum. in princip. et idem Roman. in consilio ccccxv. quo ad pri-
mum. in secundo dubio. et in consilio ccccxxvij. in proposito ca-
su. in fi. et Pau. de Castr. in consilio cccxxiij. videtur dicendum.
Et quod dictum est, quod valet sententia, quando terminus
prefigitur iudici: dicit Abb. quod limitari debet, vt per gloss.
15 in clemen. j. de iure patron.[15] Nam voluit dicere, vt puto, quod
licet dictum sit quod quando tempus prefigitur iudici, valet
sententia lata post tempus: hoc limitatur, nisi dispositio, que
prefigit tempus iudici, illi concederet iurisdictionem, ac pote-
statem, quam alias non habebat, quia tunc videtur data pote
stas cum illa forma, que seruari debet: vt per gloss. in dicta cle-
men. j. Ex quo inferre videtur quod ista conclusio non haberet
locum in iudice delegato, cui esset data iurisdictio cum forma
limitati temporis. Et sic iste tex. indistincte haberet locū quod
post tempus expirat iurisdictio: quod notandum est. Reperio
tamen Paul. de Castr. in consilio cccxxiij. preallegato. in ver.
non obstat gloss. dicte clementi. prime. vbi aliter loquitur circa
intellectum d. gloss. dicit enim illam procedere, quando appo-
nitur qualitas, que inducit modum, et formam procedēdi. Sed
tempus, intra quod causa expediri debet, secundum eum, non
concernit, nec pertinet ad modum, et formam. Sed ista decla-
ratio dubitabilis videtur: quia imo quod actus fiat intra cer-

16 tum tempus, hoc ad formam pertinere videtur[16]: vt probatur in authen. que supplicatio. vbi Bald. C. de precibus Imperat. offerend. cum similibus, vt tradunt Modern. in cap. cum dilecta. versicul. octauum signum. de rescriptis. Et reperio quod hoc dictum Bald. ipse Paul. de Cast. sequitur in l. si in lege. in princip. ff. loca. in l. qui Rome. §. Callimachus. in fin. de verbo-
10 rum obligat. ideo concludendum est vt supra dixi. †Secundo Abb. cõcludit quod si terminus sit prefixus instantie, post terminum non valet sententia. Et hoc in instantia iuris communis notatur in l. properandum. in princip. C. de iudic. Et idem est in instantia prefixa a statuto, vt Abbas hic concludit post Joan. Andr. in titu. de lega. §. restat. versicu. quid si in statuto. ⁊ doctores in locis supra allegatis. quia, vt Abb. hic dicit, terminus statuti surrogatus videtur in locum termini iuris cõ-
17 munis[17]. ⁊ ad hoc facit quod not. Bartol. in l. superuacuam. C. de tempo. in integ. restitu. pet. cum similibus, vt tradit Roma. in consilio xxxviij. in casu proposito. in secundo dubio. ⁊ in questione nostra in statuto not. Bald. in l. fina. in fin. C. vt intra certum tempus. Et hoc maxime haberet locum, quando constaret de mente statuti, quod voluit recedere ab instantia iuris communis: vt in not. casu Abb. tradit in consilio xvj. in presenti questione. libro secundo. Et predicta conclusio limitatur nõ procedere, quando statutum simpliciter imponit penam iudici non terminãti causam intra certum tempus: quia valet sententia post terminum, vt Abb. hic concludit. Et ratio videtur, quia actus factus contra legem penalem, non est nullus: quia
18 illa specialis pena tollit generalem penam nullitatis actus[18]: vt not. Bald. in l. non dubium. C. de legibus. Cardin. in clementina prima. in iij. opposi. de rescriptis. Abb. in cap. ij. de testi. de quo tamen dicendum est, vt dixi ibi in dicto cap. secundo. Secundo limitatur, nisi reus confiteatur delictum: quia confessio notorium facit. Et ideo licet perempta sit instantia, cõdemnari potest: vt not. Bald. in l. properandum. in princip. in fine. C. de iudicijs. ⁊ Moder. hic, ⁊ ibi simpliciter sequuntur. Sed aduertendum est. quia Bal. ipse contrarium tenet in l. criminis. circa finem. versicu. sed pone, statutum. C. qui accusare. vbi inquit quod ille, qui confitetur delictum, non potest opponere alias exceptiones declinatorias, sed bene potest opponere defectum iurisdictionis. ⁊ idem Bald. in l. magisterie. C. de iurisdictione omnium iudicum. Sed distingui potest an sit talis iudex, cuius iurisdictio prorogari possit: ⁊ talis confessio preiudicat: alias secus: vt notabiliter distinguit Ang. in l. j. ff. de confess. ⁊ dixi in cap. at si clerici. in princi. in iiij. notab. de iud. ⁊ que scripsi in rub. de probation. Ultimo limitatur, nisi absoluatur reus ab obseruatione iudicij: quia talis absolutoria ferri potest etiam post instantiam peremptam: vt notabiliter Ang. dicit in l. properandum. in princip. C. de iudic. per textum in l. fina. C. vt intra certum tempus. ⁊ idem Ange. ibi per illum text. dicit. ⁊ Bald. ibi rationem adducit. Ex quo colligitur limitatio ad regulam, que dicit quod qui non potest condẽnare, non potest absoluere. l. iij. ff. de re iudic. vt habeat locum in absolutoria diffinitiua: secus si absolutoria sit ab obseruatione iudicij. Et tamen etiam aduertendum est ad illum tex. in dicta l. fina. C. vt intra certum tempus. quia loquitur, quando pena statuta est iudici: vt patet ibi, in fin. Quo casu etiam sententia cõdemnatoria valeret, vt supra dictum est, nisi dicamus quod ibi prius erat statutum tempus instantie: ⁊ sic constabat quod in-
11 stantia erat perempta, vt in princip. ibi colligitur. ¶ †In glo. in verbo, certa. gloss. opponit, ⁊ non soluit. Innocen. hic respõdet quod allegata in contrarium habent locum in contumacibus condemnatis: text. hic procedit in contumacibus citatis. Ista solutio non videtur vera: quia iura allegata in gloss. loquuntur in contumacibus citatis. Et ideo Joan. And. hic dicebat quod Innocent. voluit dicere totum contrarium, quod vitio scriptoris ita reperitur. Et in effectu ista solutio in hoc resoluitur, secundum Anton. de Butr. hic, quod pena in non veniendo, est determinata a iure: sed pena contumacie in non parendo, non videtur determinata a iure. Sed etiam ista solutio non satisfacit quia videtur contra textum hic, qui loquitur de vtraque contumacia, in non veniendo, ⁊ in non comparendo. Unde dominus Abb. concludit quod missio in possessio-
19 nem proprie non est pena[19], sed respicit interesse partium. Similiter nec sententia excommunicationis dicitur proprie pena: ⁊ ideo de istis text. non intelligitur, dum loquitur hic de pena certa. Sed debet intelligi de pena, que propter contẽptum iudicis imponi debet, que arbitraria est, vt hic dicitur. Et ita And. Sicu. ⁊ alij posteriores sequuntur. Sed aduertendum est primo in missione in possessionem, quod imo pena sit, est text. in l. satis. ff. de in ius vocando. vbi satis pene sustinere dicitur, cuius aduersarius in possessionem mittitur. ⁊ idem tex. in cap.

12 quoniam frequenter. §. fina. vt lite non contesta. †Secundo de
e excommunicatione etiam videtur quod sit pena[e] dicto capit. quoniam frequenter. §. fina. Et nulla maior pena est in ecclesia, vt text. dicit in cap. corripiantur. l. xxiij. questione iij. vbi loquitur de pena excommunicationis, ⁊ dicit, qua pena maior in ecclesia nulla est. ⁊ not. Innocen. in cap. qualiter, ⁊ quando. de accusatio. cum similibus, vt tradunt Modern. ibi in §. ad corrigendos. Et certe absurdum videretur, quod si statutum de pena loqueretur, non haberet locum in pena excommunicationis. Non obstat text. hic, quia nihil facit: quia respicit aliquem casum specialem, vt colligitur ibi, dum inquit, si tale fuerit negotium. Nam text. in istis verbis non habuit respectum ad penam excommunicationis, vel missionis in possessionem: quia ille pene in quolibet negotio regulariter locum habẽt. Sed tex. hic restringit se ad naturam alicuius negotij particularis, in quo si esset statuta aliqua pena specialis propter cõtumaciam, illam debet iudex imponere: alias arbitrio suo, tũc arbitrium regulabitur, vt aduersarius mittatur in possessionem, vel excõmunicetur, prout dicitur in dicto cap. quoniam frequenter. §. finali. Et etiam, si videbitur iudici, alia pena imponi poterit, iuxta l. primã. ff. si quis ius dicent. Licet enim missio in possessionem facta fuerit, potest tamen iudex etiam mulctam impo-
20 nere[20]. gloss. notab. in dicta l. prima. §. fin. in gloss. magna, in fi. vbi Bald. post antiquos, cum similibus, vt tradit ibi Alexan. ⁊ Alexand. ibi dicit hoc limitari debere quando post missionem in possessionem iterum fuit contumax: alias secus quia vna pena sufficit. ⁊ ita voluit Pau. de Cast. in dicta l. prima. §. primo. ⁊ ibi Alexand. sequitur per textum in dicto c. quoniam frequenter. §. fin. ibi: altera pena sit contentus, ad alteram processurus, si hoc meruerit proteruitas contumacis. Et hoc sane intelligitur, nisi magna fuisset contumacia: vt not. Abb. in dicto cap. quoniam frequenter. §. fina. Preterea, etiam si contumacia non fuisset magna, sed esset talis, in qua haberet locum tex. in dicta l. prima. ff. si quis ius dicent. videtur quod pro tali contumacia missio in possessionem fieri possit: quia in hoc aduersario, ⁊ sic parti, consulitur, Et pro eadem contumacia etiã videtur quod mulctari possit propter contemptum iudicis. Jura allegata in contrarium procedunt, quando solum consideratur quod citatus inducatur ad comparendum: ⁊ sic remedia tendunt ad idem. ¶ †Successiue Abbas querit, an delega-
13 tus mulctare possit[g]. Et ex dictis eius due conclusiones colli-
g guntur. Prima est, quod delegatus principis mulctam impo-
f nere possit[f]. Et dicit quod ista est communis opinio: ⁊ notat Specul. in eodem titul. §. sequitur. in versicu. ad eius officium. vbi allegat text. in cap. primo. s. eodem. ⁊ in cap. literis. j. eod. ⁊ est bonus textus in cap. pastoralis. §. fina. j. eodem. vbi Innoc. in verbo, punire. cum similibus, vt tradunt Modern. hic. Et ista conclusio secundum Abb. ampliatur, vt possit tãtam mulctam imponere, sicut ordinarius. Sed in hoc contrarium tenet Imol. hic, per textum in l. secunda. C. de sportulis. ⁊ Alex. sequitur in rubrica. ff. de officio eius. ⁊ in l. prima. versicu. secundo fallit. ff. si quis ius dicen. ⁊ in consilio xxv. viso themate. libro secundo. Et licet iura canonica indistincte loquantur, conuenit quod secundum iura ciuilia intelligantur, per ea, que notantur in cap. primo, de operis noui nuntiatione. cum similibus. Sed tamen opinio Abb. verior videtur: quia iura canonica indistincte loquuntur: ⁊ delegatus est maior ordinario. c. sane. j. eodem. Non obstat quod iura canonica debeant distingui secundum iura ciuilia: quia hoc non videtur procedere in ista materia delegationis, in qua apparet quod aliter disponitur de iure canonico, quam de iure ciuili: vt no. in cap. quod
14 sedes. de officio ordina. †Secundo Abb. concludit quod delegatus inferioris a principe potest mulctas leuiter imponere: sed Imo. hic tenet contrarium. Et contra Abb. videtur communis opinio gloss. per illum textum in l. secunda. §. fina. ff. de iudic. Bartol. in l. prima. ff. si quis in ius vocat. cum similibus, vt tradit ibi Alexand. in versicu. extra gloss. ⁊ ibi allegat Ang. qui videtur hoc tenere in consilio octauo. his proximis diebus. Sed tamen opinio Abb. hic videtur procedere de iure canonico quia delegatus potest omnia, sine quibus causa expediri
21 non potest[21]. cap. preterea. infra eodem. Et in delegato inferioris videtur textus in cap. ex literis. infra eodem titu. allegata in contrarium locum habent de iure ciuili dicta l. secunda. §. finali. ¶ In fine gloss. Abb. concludit quod per nouam penam impositam a statuto non videtur recessum a pena iuris com-
6 munis[6]. Et sic sequitur doctrinam Barto. in l. prima. ff. vi bonorum raptorum. de quo Alexand. late se remittit in l. prima. §. hoc autem edictum. ff. de operis noui nuntiatione. Et conclusionem Abb. hic sequitur Barto. in l. in eum. C. de furt. cum similibus. vt tradit Romanus in consilio cxvij. ex premissa. in fin. ⁊

fine.⁊ Cuman.in consilio cliiij.visis.Bartholo. Veronensis in consilio xiiij.pro declaratione.Ange.Aret.in tractatu maleficiorum.in versic.⁊ caput a spatulis. Sed breuiter contrarium concludendum est,quod imo in dubio recessum videatur a pena iuris communis,⁊ solum pena statuti attendatur.⁊ ita tenet Bald.in l.data opera.versicu.item not.C.qui accusare.in l.ij.in an.C.de rebus cred.⁊ in l.qui sepulchra.in fin.C.de sepult.violat.⁊ ibi late Salicet.versicu.quero tunc.Ange.in authent.de sanctiss.episcop.§.final.cum similibus,vt tradit August.de Arimino in additionibus Angel.Areti.in loco supra allegato.⁊ hoc idem tenet ipse Ange.Areti.in §.quadrupli.versicul.an autem.institut.de actionibus.⁊ ita alias disputatum fuit,⁊ conclusum Genue,⁊ totus mundus ita obseruat, vt dicit Alber.in prima parte statutorum.in viij.quest.⁊ Paul.de Castr.in l.prima.§.dixerat aliquis.ff.de publicanis.dicit quod ita seruatur in practica.⁊ idem sequitur Petrus Philip.de Cor.in consilio cxiiij.licet primo aspectu.libro primo.⁊ videtur idem tenere Cuman.in dicto consilio cliiij. Et hoc maxime haberet locum in potestate,qui iurauit statuta seruare,quia ab illis recedere non debet,vt not.Bald.in l.non est nouum.in fine.ff.de legi.in l.quid ergo.§.pena grauior.versicul.iuxta hoc quero.ff.de his,qui notant.infa.l.prima.C.si aduersus delictum.⁊ in authent.hodie.C.de iudic.

15 †Et ex his infertur contra Abbat.hic, quod statutum imponens penam pecuniariam pro homicidio,videtur tollere penam corporalem:vt no.Bald.in dicta l.data opera.cum similibus,supra allegatis.Et ita pro constanti ab istis presupponitur valere statutum imponens solum penam pecuniariam pro homicidio:de quo late Joan.de Ana.⁊ Modern.in rub.j.de homicid. Et stante tali statuto etiam haberet locum in parricidio [b] [22]: vt not.Bald.dicit in l.data.circa fin.in versi.⁊ est argumentum.C.de donation.Sed illud dictum reprehendit Joan.de Anan.in consilio lxiij.presupposita communi opinione.⁊ dixi in rubr.de probatio.in fi.⁊ ad hoc facit quod in simili not.Jacob.Butrigar.quem Ange.⁊ Sali. ibi sequuntur in l.C.de veneficis.vbi inquit quod statutum de homicidio,non habet locum in homicidio qualificato, videlicet si factum sit cum veneno. Et sequitur Joan.de Ana.in ca.primo.de sortileg. Et in simili etiam de homicidio qualificato not.Ange.in l.fina.C.de delato.libro decimo.

16 ¶†Subsequenter Abb.querit an punitus secundum vnam legem, accusari possit, vt secundum aliam legem puniatur [3]. Et conclusio est, secundum eum,quod non,si tendunt ad vindictam:secus si respiciunt commodum priuatum. Primo, quando dicatur agi ad vindictam,vel priuatum commodum,declarat Barto.in l.pretor.§.primo.ff.de iniurijs.cum similibus,vt Alexan.tradit in consilio ccxi.visis.libro secundo.⁊ doctrina Abb.hic colligitur ex dictis Bartol.in l.j.in fine.ff.vi bonorum raptorum.⁊ in dicta l.pretor.§.j.⁊ in l.j.C.quando ciuilis actio.Et limitatur,⁊ declaratur vt Aret.scribit in cap.de his.de accu.⁊ per Barto.in l.ij.§.j.column.ij.ff.vi bonorum raptorum.⁊ gloss.⁊ Bartol.

17 per illum textum in l.quod senatus.ff.de iniurijs.† Et ex his infertur, an laicus punitus per iudicem ecclesiasticum, possit puniri etiam per secularem.De quo Abb.hic se remittit:⁊ late tradit Andr.Sicu.in cap.j.de offic.ordinar.⁊ Aret.in dicto cap.de his.de accu.⁊ in consilio lviij.diligenter consideratis.in secundo dubio.Abb.in cap.tue.de procur.cum similibus, vt habetur in locis preallega.⁊ dominus Joan.Baptista.de sancto Seuerino late scribit in l.j.C.de summa trinit.⁊ fide catholica.

¶ In gloss.penult.ex dictis Abb.due conclusiones colliguntur.

18 †Prima est,quod iudex etiam delegatus,ex causa minuere potest penam [b] a iure impositam.allegat Barto.qui hoc dicit in l.quid ergo.§.pena grauior.ff.de his,qui not.infa.⁊ est dictum Innocen.in cap.j.de constitut. cum similibus, vt ibi late congerunt Modern.in septima fallentia.⁊ prius And. Sicu. ibi,⁊ in rub.C.qui admit.⁊ reassumunt Moder.in l.j.C.de precibus Impera.offerend.Et ista conclusio ampliatur, vt etiam habeat locum in consuetudine: quia iudex ex causa recedere potest a pena,que imponitur de consuetudine: vt not.Abbas hic,in fin.allegando glo.in l.hodie.ff.de penis.Sed tamen aduertendum est,quia dictum Innocen.quod allegatur in dicto cap. j. de constitut. solum videtur habere locum in maioribus magistratibus:secus est in minoribus.vt not.Bald. dicit in authent.hodie.C.de iudicijs.vbi Pau.de Castro ⁊ Modern. sequuntur.Et pari ratione videtur dicendum nō habere locum in delegatis iudicibus,qui de minoribus esse videntur.l.ij.§.fi.ff.de iudi.⁊ ipse Innocen.hoc expresse sentire videtur in dicto cap.j.de constitut.dum ibi expresse loquitur de ordinarijs iudicibus.Ad hoc responderi potest. Primo quod in isto casu nō videtur differētia inter maiores ⁊ minores magistratus: quia licet maiores sint,non tamen possunt ipsi minuere penam,⁊ legem tollere:argumen.l.formam.C.de officio prefec.pretorio.facit tex.in clemen.ne Romani.de electio.Vnde maiores magistratus hanc potestatem consequuntur:quia lex ipsa concedit, vt ex causa possint penam remittere:⁊ si hoc lex permittit,etiā in minoribus magistratibus permissum videtur pro facultate ipsorum:nisi soluendo communem opinionem,dicamus quod talis facultas videtur concessa duntaxat maioribus magistratibus:quia de illis lex magis confidit,⁊ pro eis magis presumitur:argumen.l.j.ff.de officio pref.pretorum. Secundo aliter responderi potest quod dato quod dictum Innocen.non haberet locum in minoribus magistratibus, non bene infertur quod non habeat locum in delegato,saltem a principe, de quo doctores hic loquuntur: quia ipse videtur esse de maioribus, cum ipse sit maior ordinario.cap.sane.cap.pastoralis.j.eodem. Et talis facultas innititur iure communi,⁊ respicit iustitiam, vt infra dicam:merito videtur transire in delegatum,cui committitur quod iustitia fiat: ⁊ causa, que potuisset delegantem mouere,etiam ipsum delegatum mouere debet,vt dicitur in c.

19 super literis.in fin.de rescriptis.†Et resenta communi conclusione, dubitatur an hoc habeat locum in pena imposita a statuto,vt ex causa iudex illam remittere possit.⁊ Bald. in terminis tenet quod non,in l.j.C.si aduersus delictum.vbi post Jac.Butrig.inquit quod regula l.hodie.ff.de penis.non habet locum in penis impositis a statuto:quia statutum est precise obseruandum.⁊ idem Bald.dicit in l.quid ergo.§.pena grauior.ff.de his,qui not.infa.In contrarium tamen videtur communis opinio,quod imo idem sit in statuto:⁊ ita in statuto loquitur Barto.in dicta l.quid ergo.§.pena grauior.in fin.vbi materiam illius §.extendit, vt habeat locum in pena imposita a statuto.⁊ idem Barto.in l.fina.in fine.ff.de receptatoribus. Et hoc idem tenet ipse Bald.in l.⁊ si seuerior. versicul.⁊ ex predictis.C.ex quibus causis infa.irrog.⁊ idem Abb.tradit in capi.ij.de delict.puero.⁊ Fulgos.in consilio cxxiiij.presuppositis.in versic.ceterum.⁊ Aretinus in consilio cxxxj.Spiritus sancti gratia.in fin.⁊ idem Aret.in cap.at si clerici.§.de adulterijs.j.de iudicijs. Et ista est magis communis opinio. Nam ratio, que est in pena,que imponitur a iure communi,vt ex causa remittere possit,etiam militat in statuto. Et ideo dicit Bald. in cap.ij.in fin.de re iudica.quod dictum Innocen.in dicto capi.primo.de constitut.defendit assessores, qui quandoque statuta transgrediuntur.⁊ facit quod dixi in rubr.C.qui admit.⁊ subijcit Abb.post Hostien.hic,quod iudex esset infamis,si sine causa maiorem vel minorem penam imponeret,quam sit statuta a iure.De quo not.Roman.in singu.lxxvij.⁊ in l.si vero.in xxvi.fallentia.ff.soluto matrimonio.⁊ Paul.de Castr.in dicta l.⁊ si

20 seuerior.C.ex quibus causis infam.irrog.†Secunda conclusio Abb.est,quod delegatus,etiam principis, non potest dispensare in pena:vt glo.hic dicit.Ex quo infertur quod facilius permittitur iudici vt ex causa penam remittere possit,quam quod possit dispensare. Sed contra istam differentiam, quam doct. communiter sequuntur,facit, quia etiam quando pena remittitur ex causa,videtur esse dispensatio, que dicitur iuris communis relaxatio:vt per gloss.vij.questione j.§.nisi rigor.⁊ ideo inter ista non videtur esse realis differentia. Ad hoc cogitabam posse responderi, quod licet remissio pene facta ex causa, videatur quedam dispensatio,habito respectu ad communem regulam, tamen absolute talis remissio videtur procedere de iure communi,cum a iure communi hoc permittatur:sicut dicitur de priuilegio inserto in iure communi,quod pro iure cōmuni reputatur [21]:vt per glossam in l.heres absens.⁊ ibi Barto.ff.de iudic. cum similibus. Hinc est quod talis remissio fieri debet in ipsa sententia,postea non potest:vt not.Bartol.in dicta l.⁊ si seuerior.secus est in dispensatione, que semper fieri potest,vt not.Innocent.in cap.dilectus.de tempo.ordi.⁊ Abb.in cap.nisi specialis.j.de offic.lega.⁊ Joan.de Ana.in c.qualiter.el ij.j.de accu.dixi in capit.at si clerici.§.de adulterijs.de iudic. vbi videndum est.⁊ quod dixi in cap.consuluit.el primo. infra de appellatio.

¶ Additiones.

a ¶Non debet. Adde quod licet iudex non nisi ex magna causa possit recedere a pena iuris,potest tamen penam a iure statutam minuere ⁊ mitigare.l.quid ergo.§.pena grauior.ff.de his, qui not.infa.not.Felin.in cap.qualiter ⁊ quando.el secundo.in §.fina.in versic.circa quartum.de accu.Et dictum hic ꝙ iudex non possit immutare penam iuris,intellige maxime in delegato qui nec minuere potest,nisi sit incompetens ad penam iuris secundum suam iurisdictionem, vt late declarat Felynus vbi supra in ver.sed aduerte inquantum.⁊ per eundem hic.

b ¶Prorogatum fuit. Adde hic quod si excommunicatus absoluatur per decem dies cum reincidentia, si j. dictos decem

dies non satisfaciat: quod elapsis dictis decem diebus reincidit in excommunicationem, in qua prius erat.nec ista dicitur noua excommunicatio,sed est eadem:ideo tali casu alia declaratoria non requiritur: et late consuluit excellentissimus noster Deci.in consil.cxlvi.per totum.

c ¶ Qualitatibus.Adde Socinum in l.lecta.in versicu. octauo noto. ff. si certum petatur. vbi dicit, quod prorogatio dispositionis censetur fieri cum suis qualitatibus.et vide Alexan.post Paulum de Cast.ibidem in versicu.quinto noto ex eo.et Bald. in consilio ccclxiij. in tertio volu. vbi predictam regulam not. limitat,quem omnino videas.

d ¶ Inhabile. Quod prorogatio non possit fieri post finitum primum terminum, notat idem Decius in capitu.personas.in versicu.vlterius in terminis.de appellat.et per eundem hic, in ver.postremo Abb.dicit supra.

e ¶ Pena.Quod excommunicatio sit pena,adde eundem Decium in cap.primo.in versicul.secunda ratio est.de postulatio. prelatorum.

f ¶ Possit.Adde Angel.in consilio viij.et Alber.in l.eos. C.de mod.mul.et vide Jaso.in l.j.in ver.extra gloss.Bartol.ff.si quis ius dicen.non obtemper.vbi dicit,quod regula,que est,quod delegatus mulctare non possit,fallit in delegato principis: qui est maior ordinario.

g ¶ Communis. An pena imposita a statuto faciat cessare penam iuris communis,vltra hic adducta, vide per Baldum in l.cunctos populos.in vi.opposi.et etiam in v.quest.C.de summa trini.et fide catho.et in l.placet.C.de sacrosan.eccle.et ponit Pe. de Anchar.in repet.ca.canonum statuta.in versi.quero vtrum sicut statutum secundum.de constitu.et vide Jas.istas et plures alias cotas adducentem in §.quadrupli.institu.de actio. quando autem due pene differentes imponuntur a diuersis statutis,que attendi debeat,vide per Dec.in consil.cx.

h ¶ Parricidio.Contra hoc vide notata per eundem Deci.in consi.lxv.ver.nam primo iste.

i ¶ Puniatur.Adde Bald.in l. placet.in versiculo, querit hic Guil.C.de sacrosanct.eccle.vbi dixit,quod si quis spiritualiter a iudice ecclesiastico punitus fuerit de delicto,poterit etiã puniri a iudice seculari. Hier.Zig.

1 ¶ In compromisso.Adde Lanfranc.in tracta.de arbit. fol.5. in princip.Hippol.singul.lij.prorogatio compromissi.et si non sit adiectum,non potest transgredi maius tempus. argumen. authen.qui semel.C.quomodo et quando iudex.et l.sancimus.C. de fideiusso.et authẽ.ei qui.C.de appella.et ad dicta hic per Decium,adde Bald.in capit.Quintauallis.versicu.data est potestas.de iureiurando.Felyn.hic.Dec.in cap.sua nobis.in fin.de appellation.

2 ¶ Contumaces.Idem in capitu.preterea.in primo notab.supra eodem.

3 ¶ Extenditur.Latissime vero in l.si fugitiui.C.de seruis fug. et ad di.ad Deci.in d.c.ex literis.

4 ¶ Jurisdictionis.Idem in c.prudentiam.§.j.j.eod.

5 ¶ Prorogatio.Vide Ro.in consi.ccccxliij.nume.9.Soc.consilio xcix.libr.iij.ratio est,quia quod transactum est prorogari non potest.l.cum stipulatus sim.et ibi no.ff.de verborum oblig. Ro. in d.l.iiij.Sal.in authen.si tamen.in fin.C.de tempo.app.in fi.et Bal.in proposito in cõsi.cccxxi.verba compromissi.lib.v.Ang. in l.ij.ver.ij.in glo.forsitan.et ibi clarius Paul.de Cast.ff.de ferijs.Pau.de Cast.in l.j.C.de dila.Dec.in cap.persona.versi.vlterius.j.de appel. est enim tunc non prorogatio sed noua quedam dispositio Jo.And.in addit.Spec.in.tit.de app.par.ij.§. nunc habetur.ver.licet autem.Bal.in l.si a te.in prin.C. de pac. inter empt.et vend.et in c.Quintauallis,ver.scilicet an finito.de iureiur.in consi.lj.generali statuto.ver.item ista tria.lib.v.cõsi. ccclxv.quartus.lib.eod.Rot.decisio.ccccxxi.supposito. ver.vlt. Inno.Cuma.consi. lxxiiij.quia superius.

6 ¶ Fieri possit.Adde tex.in c.consuluit.de offi.deleg.et faciunt dicta Specu.in tit.de dila.§.dilationum.versi.quid si dicatur. et Jo.And.in c.preterea.el ij.de app.et ibi Franc.versi. septimo queritur.bene facit decisio Bal.in l.data opera.ver.vlt.not. C. qui accu.seq.Alex.in addi.Bar.in fi.§.fi.ff.de publi.facit quod scribit Salic.de eo,qui in extremo puncto appellauit.in auth. hodie.in vij.q.C.de appella.

7 ¶ Tempore.De hoc est text.in d.l.sed si manente.et in l. si cum dies.in princ.ff.de arb.et ibi glo.et Bal.voluit Spec.in fi.de iud. deleg.§.fi.ver.item quod Bar.in l.iiij.in princ.ff.de dam.infec. Ang.inter consilia Bal.consi.ccccxlvij.post hic.in princ.lib.iiij. Anto.in c.preterea.in fi.de dila.Inno.in c.fi.de precar.Pau.de Castr.in consi.cclxxxj.in causa.lib.j.et consi.cclxxxix.si considerem eodem lib.Cor.consi.ccxxxv.de pluribus.versi.vlt.lib.ij. Dec.consi.ccccxcvij.accurate.

8 ¶ Periurus.Vide omnino Soc.in consi.xcix.in fi.lib.iij.Hippo.Marsi.in sing.ccc.vbi quid in pena.

9 ¶ Temporis.Adde Dec.in l.pacta que contra.in glo. fi.in fi. C.de pac.et hoc quod hic dicit probat tex.in l.ij.§.sed si index.ff. de iud.in l.Emilius.cum glo.ff.de mino.l.lecta.ver.dicebam.et ibi Pau.de Ca.melius Alex.in v.not.ff.si cer.pe.voluit Alex. in d.§.et post operis.Bald.in l.acceptam.C.de vsur.in l.j.in x.q. C.de his que pe.no.Pau.in l. cum stipulatus sim mihi Proculo,et ibi Are.ff.de ver.obli.Vero.inter consilia crimi.consi.viij. ver.preterea.Cur.sen.consi.lvij.super eo.nu.45.Felyn.in c.preterea.ver.et ad hoc.de spon.Dec.in consi.cccxciij.ver.sed predictis.Jas.in d.§.et post operis.in fin.versicu.nota diligenter.vbi idem dicit in penalibus.

10 ¶ Terminus.Vide Jason.in loco proxime citato,et in pena. Hippol.singu.ccc.

11 ¶ Judicatur.Cyn.et Bar.in d.l.si cum dies.in prin.Albe.in l. Labeo.in pluribus locis.eod.ti.Bal.in c.j.de iud.Bal.in c.j.§. j.de lege Corrad.et consi.ccccxxxvj.queritur.lib.j.Socin.consil. xcix.libro tertio.

12 ¶ Tertij.Adde Dec.in ca.requisisti.de appel.Arch.in cap.te quidem.ij.q.j.Jac.de Are.Dy.et Bar.in l.Lucius.la ij.§.Paulus.ff.de admi.tut.Rot.decisio.dcccvj.penes Titium.in antiq. Albe.in d.l.sed si manente.nu.3.ff.de precar.Card.Flo.in cle.j. §.nos itaque.in fi.ff.de iureiur.Anch.in c.fi.de fideiuss.Jmo.in l. vbicunque.eod.tit.And.Sicu.consi.xxxj.et seq.lib.j.Are.in l.pacta nouissima.C.de pac.Maria.in c.fi.de dil.Fel.in c.preterea. ver.adduco.de spons.Jas.in l.j.C.de iud.vbi distinguit.decisio. Tholo.clxxxj.item fuit quesitum.Bertran.qui declarat. consi. clxxxviij.dico.lib.iij.

13 ¶ Virtute pacti.De hoc late Dec.in c.prudentiam.in princ.j. eod.Hippo.in l.j.§.j.ff.de questio.declarat not.Dec.in consilio ccclxxv.et in consi.ccclxxxviij.dic tamen quod quamuis valeat in vim pacti non tamẽ habet executionem nec alia priuilegia sententie.Dec.not.consi.ccccxcix.

14 ¶ Sententia.Vide Jas.in §.rursus.inst.et actio.

15 ¶ De iure patro.De illa gloss.vide eundem in cap.penul. infra eodem.

16 ¶ Videtur.Late Jas.in d.auth.que supplicatio.et quando forma importetur per tempus.vide Deci.in c.cum sit.de app.

17 ¶ Communis.Hoc idem late tradit Joã.Franci.Balbus in trac.prescrip.versi.idem est.

18 ¶ Actus.Et an et quando actus factus post tempus appositum,sit nullus,Paul.consil. ccxxviij.videtur.vbi dicit quod non, Fely.in c.ex parte.ver.sextus casus.de consti.in c. cum dilecta. ver.limita secundo.de rescript.Maria.in c.cum venerabilis. versi.circa duodecim.de iud.

19 ¶ Pena.Adde Dec.in c.ad hec.nu.29.de postu.prelat.

20 ¶ Imponere. De quo tamen vide Jas.in l.ij. in textualibus. ff.si quis in ius voc.non ier.

21 ¶ Non potest.Vide j.in c.preterea.in vlt.not.

22 ¶ Parricidio.Adde And.Sicu.in consi.viij.in iij.dub.lib.ij. et vide Dec.in c.que in ecclesiarum.nu.62.de constitut. est enim grauius homicidio.Socin.consi.clvij.in fi.lib.ij.

23 ¶ Reputatur.Verum est quod priuilegium insertum in corpore iuris,videtur sortiri naturam iuris cõmunis:et ideo eius presumitur scientia in principe, sicut iuris communis: quod non est quando non est clausum.Cardi.consil.lij.et sicut ius commune presumitur motu proprio conditum,ita et priuilegium in corpore iuris clausum.glo.et Barto.ibi,versi.secundo quero.in authen.quas actiones.C.de sac.san.ecc.Card.Alex.post Gemin. in c.ignorantia.xxxviij.dist.vbi plures casus recenset,et est not. dictum Bald.in l.liberos.C.de colla.facit l.cum ex oratione.cũ not.ibi per Bal.ff.de excu.tut.Tamen sciendum est difficilius tolli ius commune,bene verum est quod sicut difficilius tollitur ius commune quam priuilegium, ita difficilius tollitur priuilegium insertum,quam non insertum.vt per Pau.de Ca.in l. si mihi et tibi.§.in legatis.ff.de legat.j.tamen non est verum id quod dicit hic Dec.et in terminis illum reprobat Lance. Galian.in repet.l.Centurio.nu.141.ff.de vulg.et pup. Sil.Ald.

a ¶ Officij.Deci.consi.ccccxvi.

b ¶ Tamen.Et sic limita Dec.j.de app.c.super eo.nu.12.

c ¶ Durante.Dixi in consue.Parisi.§.xxiij.q.xiiij.

d ¶ Contrarium.Hãc tenet Dec.vbique,et male,vt dixi ad Dec. d.c.preterea.nu.4.in fin.

e ¶ Secus. Jmo idem, quia vt actus valeat, debet intelligi de fine intrinseco, non extrinseco termini. Et sic debet exponi illud verbum,finito,id est,finiente.

f ¶ Renuntiare non possunt.Fel.nu.6.

Mulctare

a ¶ Mulctare possit. Adde hic Henr. Bohic.
b ¶ Minuere potest penam. Adde Henr. Bohic. in c. in archie
piscopatu. infra de rapto. [redacted]

1 ☞ Simpliciter, hoc verbum qualiter accipiatur.
2 Delegatus potest punire contumacem.
3 Seueritas ecclesiastica dicitur censura.
4 Animaduersio an plus importet, quam censura.
5 Delegatus an possit punire testes corã se falsum deponentes.
6 Commisso vno, videntur omnia commissa, sine quibus illud
explicari non potest.
7 Principali concesso conceditur accessorium.
8 Equus si venditur, venit frenum, sella, ⁊ alia accessoria.



Preterea. Summatur, ⁊ diuiditur, vt per Abb. hic. ¶ In tex. ibi: non ordinario. de quo non est dubitãdum, quin cõtumacem punire possit, si causa sibi delegetur: quia hoc ex potestate ordinaria sibi competit. l. j. ff. si quis ius dicen. Ex quo inferri potest, quod iurisdictio delegata ordinario adiuuari potest vigore potestatis ordinarie, ex tacita mẽte superioris. facit tex. in c. significasti. in c. pastoralis. §. quia vero. j. eo. Et hoc notandum est ad ea, que habentur in c. cum ex officij. j. de prescriptio.
1 ¶ † In text. ibi: simpliciter delegatur, id est, generaliter: vt quia dicatur, quod fiat iustitia, secundum Card. hic post glos. facit text. in cap. is, qui. de elect. in vj. ⁊ in l. j. C. de edil. actio. ⁊ in l. j. §. si quis simpliciter. de verb. obli. cum sim. vt tradunt And. Sic. ⁊ Moder. hic. Quorum dictis adde glo. in clem. sepe. in verbo, simpliciter. que dicit simpliciter, idest, sine plica. de verbo. signific. Et simpliciter id est, generaliter, vt dictum est: ⁊ probatur in l. j. §. quod autem. ff. de aleato. ⁊ glo. ibi, in verbo, simpliciter. Et simpliciter, id est, sine distinctione. ⁊ no. Bar. in l. manifestissimi. §. j. C. de fur. Et simpliciter, id est, sine aliqua limitatione: vt not. Ant. de Butr. per illum tex. in c. j. in iiij. no. de scrutinio. facit tex. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex quib. cau. maio. in l. Marcellus. §. quidam liberis. ff. ad Treb. in l. iubemus. C. de appel. glo. in c. religiosus. in verbo, simpliciter. de testa. in vj. ⁊ iiij. q6. iij. in §. item in testibus considerandum est. in verbo, simpliciter. cũ si. que facile aggregari possunt. Sed quãtum ad text. hic aduertendum est: quia nõ videtur ꝙ verbum, simpliciter, hic absolute, ⁊ generaliter accipiatur: quia si causa commissa, sit quod intra mensem terminetur, non videtur generaliter, ⁊ absolute commissa: quia habet determinationem certi temporis, per supra allegata. Et tamẽ haberet locum iste tex. vt probatur in c. de causis. s. eo. vbi delegatus, cui causa intra certum tempus terminanda commissa est, potest tamen citare ⁊ contumacem punire: ⁊ ideo text. hic intelligitur simpliciter isto respectu, quia non est data aliqua forma in puniendo contumacem. Et quanuis respectu temporis, vel loci, forma data esset, hoc nõ facit, quin commissio dicatur facta simpliciter eo respectu, quo text. hic loquitur. Et ad hoc bene facit ꝙ not.
2 A Bal. in d. l. j. in princ. C. de edil. actio. ¶ † Primo not. quod delegatus partem cõtumacem punire potest[A], licet hoc in rescripto non dicatur: quia venit in consequentiam commissionis, dato quod specialiter non exprimatur, vt text. hic dicit. ⁊ idem Abb. in c. querenti. de verb. sig. facit text. in c. ex literis. j. eod. in l. fin. ff. de officio eius. ⁊ in l. ij. ff. de iurisdi. omn. iudic. cum simi.
3 ¶ † Secundo not. secundum Abb. ibi: seueritate ecclesiastica.
1 quod appellatione seueritatis ecclesiastice venit nõ solum censura[1], de qua in cap. querenti. de verb. signific. sed etiam facultas puniendi modo extraordinario, vt probatur hic, secũdum Abb. referendo verba ista ad consultationem, in qua generaliter queritur an contumax puniri possit. Ex quo Abb. infert quod verbum, seueritas ecclesiastica, sit magis latũ quam verbum, censura ecclesiastica, ⁊ posteriores simpliciter sequuntur. Et idem Abb. tradit in c. cum clerici. in fi. j. de pac. Sed aduertendum est, quia talis differentia non videtur iure probari. Nam licet consultatio facta sit generaliter an contumax puniri possit, tamen responsio limitata fuit ꝙ puniri potest seueritate ecclesiastica. Unde interrogatio facta simpliciter, a responsione limitata restringitur: vt no. Abb. dicit in c. ij. de treuga ⁊ pace. in c. inter dilectos. §. ceterum. de fide instr. ⁊ in notabili questione tradit Imo. in c. j. in vl. no. in ver. sed forte. j. de pac. Et de se seueritas ecclesiastica non videtur mulctã importare: quia illa esset seueritas secularis, ⁊ non ecclesiastica, vt notatur in l. j. ff. si quis ius dicen. Et sic in effectu non videtur differentia inter censuram ecclesiasticã, ⁊ seueritatem ecclesiasticam: quia vtroque casu de ecclesiastica dicitur. Et dato ꝙ seueritas ecclesiastica etiam de mulcta intelligatur, vt doct. dicunt, idem videtur de verbo, censura: quia in eodem casu, videlicet vbi agitur quod contumacia puniatur, iura vtuntur isto verbo, censura ecclesiastica, in c. fina. de sepul. in cap. tue. vt lite non contesta. in cap. j. in fin. in c. fi. de fo. compet. in vj. Et quia, censura, videtur verbum generale. cap. j. in fin. qui cler. vel vouentes. ibi: sacrorũ canonum censura. ⁊ idem dicitur in c. decetero. de testib. ⁊ xxxiiij. dist. in c. fraternitatis. Et quod dictum est de seueritate, limitatur non habere locum, si dicatur per seueritatem canonicam
4 districtissime compescantur. c. in quibusdam. de penis. † Similiter Abb. dicit quod verbum, animaduersio, plus importat, quam censura. allegat Innocen. in cap. j. de homicid. in vj. ⁊ ibi Pet. de Ancbar. in v. notab. ⁊ Domi. ibi. §. j. Et intantum hoc
2 procedit, quod animaduersio, importat mortem[2]: vt not. Domi. in c. inquisitionis. de here. in vj. ⁊ idem Pet. de Ancbara. in consi. xv. spiritualis iudex. vbi allegat text. in cap. nonnullis. de Iude. ⁊ tradit Domi. late post Archid. vj. q. v. in cap. denique. Reperio tamen quod etiam ista verba, animaduersione debita, pro simplici accusatione accipiuntur, vt not. Domi. per illum tex. in cap. fin. de excep. in vj. Ideo conclusio videtur quod secundum subiectam materiam istud verbum intelligitur. Et idem dicendum est de verbis precedentibus. Et subiecta materia principaliter consideratur, an agatur de puniendo contumaciam, vel delictum: quia pro pena delicti conuenit quod maior pena imponatur. ¶ Tertio nota secũdum Abb. hic, quod
B delegatus potest mulctare,[B] ⁊ aliam extraordinariam penam imponere. Hoc tamen notabile non videtur verum, attento verbo, seueritate ecclesiastica, p supra proxime dicta. Sed probatur per rationem tex. in fi. hic, ⁊ in cap. suspicionis. j. eodem. ⁊ dictum fuit in cap. de causis. s. eod. ⁊ in cap. j. s. eod. ¶ Quarto nota ibi: plenariam potestatem. id est, liberam, ⁊ absolutam, vt Abb. dicit. facit gloss. in l. si aliquam. §. cum plenissimam. ff. de officio proconsu. ⁊ in clement. j. in verbo, narremus. in fin. de probatio. ⁊ in clemen. j. in verbo, omnimodam. de foro compet. cum similibus, vt tradunt Andr. Sicu. ⁊ Modern. hic, de quo me remitto ad ea, que dixi in cap. proposuisti. de probatio. ⁊ de verbo, pleno iure, late tradunt Modern. in capitu. auditis. de
5 prescrip. † Et ex isto tex. infertur, secundum Bald. hic, in fin. ꝙ
a delegatus possit punire testes[a] falsum coram se deponẽtes[C].
C Et hoc secundum Abb. intelligitur, quando delegatus ex hoc impeditur: alias secus, vt ipse hic cõcludit. Sed aduertendum est, quia ex hoc iurisdictio delegati impediri nonvidetur: quia punire testem, qui falsum deposuit, est quid separatum a causa, que delegato commissa est: ⁊ ex separatis nõ infertur. l. Papinianus exuli. ff. de mino. Unde quod dictum est de delegato, quod testem coram se falsum deponentem punire possit, intelligitur quãdo est delegatus a principe: secus est in delegato inferioris. ⁊ ita distinguit Ioan. Andr. in titul. de teste. §. j. versicu. sed quid de delegato. sequitur Imo. in clemen. j. de her. ⁊ Abb. in cap. j. circa fin. de crimine falsi. ⁊ Ioan. de Ana. ibi. ⁊ ita resident Moder. hic. Sed considerandum est quod delegatus cõtra tertium solum videtur habere iurisdictionem, quando impeditur eius iurisdictio. cap. j. s. eodem. Et ista ratio etiam militat in delegato principis: ergo videtur quod etiã delegatus principis non possit. Ueritas huius questionis presertim videtur consistere in intellectu quorundam iurium, que contradicere videntur. Nam pro parte negatiua videtur tex. in l. diuus. la secunda. ff. de falsis. vbi iudex, coram quo productum fuit falsum instrumentum, vbi si iurisdictio sua non se extendit ad penam imponendam pro tali delicto, ad Imperatorem rescribit: ergo datur intelligi quod propter illam falsitatem commissam coram iudice non augetur eius iurisdictio. ⁊ Bartol. ibi. in fin. not. illum tex. ergo videtur in proposito quod ex falsitate coram delegato commissa iurisdictio sua non extẽditur. ⁊ per illum tex. Modern. videntur tenere istam partem negatiuam in l. j. §. qui mandatam. ff. de officio eius. Sed tamen ad illum tex. videtur posse responderi. Primo ꝙ loquatur in iudice ordinario, qui habebat iurisdictionem limitatam: secus videtur in delegato, qui ex persona delegantis omnia potest in pertinentibus ad causam: vt in isto tex. cum simi. Secundo, respondetur quod ille text. videtur loqui respectu pene, legis Cornelie de falsis, secundum naturam tituli: secus est in pena extraordinaria, de qua in casu isto agitur. Secundo, ꝙ delegatus non possit, allegatur text. in §. si vero ignoti. in authent. de testi. vbi iudex qui non habet administrationem, si opus fuerit verberare testes de falso suspectos, remittit ad apparitorem pretoris: ergo videtur quod ipse non possit. ⁊ ita ille tex. inducitur intelligendo in delegato. Sed ad illum tex. respondetur, quod ibi non remittit ad alium ex defectu potestatis, sed quia ipse non habebat familiam, vt not. Moder. in d. l. j. §. qui mandatam. ⁊ colligitur ex dictis Alex. in l. ij. ff. de iurisd. omn. indi.

Ulterius tamē ad illum textum aduertendum est, quia in ista materia non bene allegatur. Nam ibi non agitur de pena, que testi falsum asserenti imponatur, sed de tortura, que adhibetur pro veritate cernenda: vt colligitur ibi: quatenus propter hoc nihil celent veritatis. Et hoc facit per apparitorem pretoris, gratia facilioris expeditionis: vtique tamē ipse delegatus hoc potuisset: quia hoc venit in executionem iurisdictionis: vt in simili not. Barto. de carcere. in l. imperium. versic. sed hic quero. ff. de iurisdi. omnium iudi. Pro altera vero parte affirmatiua videtur casus in l. nullum. C. de testibus. vbi dicitur quod si testis falsum dicit, data est potestas cunctis iudicibus animaduertendi contra illum testem, qui falsum deposuit: ergo etiam delegatis competere videtur. Sed potest responderi quod ille text. loquatur de ordinarijs iudicibus: quia delegati non sunt proprie iudices: quia proprium nihil habent, sed eius, qui mandauit, iurisdictione vtuntur. l. j. §. qui mandatam. ff. de officio eius. Uel secundo respondetur quod per text. vt ibi patet, non intendit ampliare potestatem iudicum, sed solum remouere priuilegium, quod delinquenti competeret: vt colligitur ibi: absque vllo prescriptionis obstaculo. Replicari tamen potest quod verba illa, cunctis iudicibus: que vniuersalia sunt, etiam videntur ampliare authoritatem iudicum: quia solum ad remouendum priuilegium fori non erat opus illo verbo vniuersali, cunctis iudicibus. Sed ad hoc etiam responderi potest ꝙ loquitur de cunctis iudicibus habentibus iurisdictionem vt iurisdictio ipsorum exerceri possit non obstante priuilegio. Et hoc non videtur habere locum in delegatis iudicibus, qui non habent iurisdictionem contra tertium, ꝛ contra eos opponitur defectus iurisdictionis: vnde licet priuilegium opponi nō possit, quod facilius tollitur, quia est ius speciale. l. eius militis. §. militia missus. ff. de testamen. mili. non bene infertur ꝙ defectus iurisdictionis allegari non possit: quia talis defectus fundatur in iure communi. Secundo pro ista parte affirmatiua facit, quia iudex, qui nō habet potestatem principaliter, illam tamen incidenter consequitur. l. quoties. C. de iudi. ca. causa. de restitut. in integrum. ꝛ not. Barto. in l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. ꝛ ideo ratione incidentie videtur quod delegatus possit. Moder. hic respondent quod argumentum procedit respectu partium, que litigāt, non autem respectu tertij, de quo agitur. Ista responsio dubia videtur: quia testis, qui coram delegato deliquit, non videtur reputari tertius, sed de ipso idem, quod de partibus ratione tacite prorogationis iudicatur, vt dictum fuit in c. j. §. eod. Ideo aliter responderi potest ꝙ tunc demum delegatus habet potestatem contra tertium, quando eius iurisdictio impeditur: alias secus. c. j. §. eodem. Sed in casu isto nō videtur iurisdictio impediri, licet delegatus testem coram se falsum deponentem, punire non possit. Ultimo facit text. in cap. super his. j. de penis. vbi delegatus videtur punire testem coram se vacillantem. Sed respōdetur, illud factum esse ibi de speciali mandato Pape, vt colligitur dū inquit, de mādato nostro. Et hoc modo videtur probare contrarium, quia sine mandato videtur quod non possit: nisi dicamus illud mādatum esse ex contingentia facti. Concludendo, vera resolutio videtur illa, quam breuiter Abb. hic dicit, quod delegatus possit testem coram se falsum deponentem punire, quando eius iurisdictio impeditur: alias secus, per istum textum, ꝛ in capi. j. §. eodem. Et licet supra dictum sit quod iurisdictio delegati non impediatur, quanuis delegatus non possit testem punire: hoc non videtur verum: quia si delegatus hoc non posset, de facili per eos veritas occultaretur: qꝛ sperneretur iurisdictio eius. Et ideo videtur hoc esse de pertinētibus ad causam, per istum tex. Et ita in effectu concludendum videtur secundum partem affirmatiuam, quam tenet gloss. in l. quesitum. in glo. fina. ff. de testibus. clemen. j. in verbo, iudices. de offic. delega. Bartol. in l. nullum. per illum textum, in iij. notab. de testibus. Specu. in titu. de teste. §. j. versicul. sed quid de delegato. Bal. hic in fi. Ang. in l. si lis. per gloss. j. ibi. C. de falsis. ꝛ bene facit quod not. Petr. de Ancbar. in consil. clxxij. circa secundum dubium. in fin. facit quod not. Abb. in cap. suspicionis. in ij. notab. j. eodem. Areti. in cap. tam literis. de testibus. ꝛ Imol. in consi. cxxix. prefatus Cynus debitor. Ang. Aret. in tractat. maleficiorum. in verbo,
6 falsario. versicu. quero, testis dixit falsum. ¶ † Ultimo nota illud, ad quod communiter iste text. allegatur, quod vno com-
b missio, videntur commissa omnia ᵇ sine quibus illud explicari
3 non potest ³. ad idem tex. in l. ij. ff. de iurisdi. omnium iudicum. cum similibus, vt Abb. hic dicit: ꝛ notat Bartol. in l. ambitiosa. versicu. secunda regula est. ff. de decretis ab ordine faciendis. Bald. in l. j. versicul. circa brocarda. C. si rector prouinc. cum similibus, vt tradunt Andr. Sicu. ꝛ Modern. hic. ꝛ no. Bartol. in l. veteres. ff. de itinere actuque priuato. facit tex. in l. iij. in fin. ff. de penu legat. cum similibus, vt prosequuntur Alex. ꝛ Mo-
D der. D in dicta l. ij. ff. de iurisdictione omnium iudicum. ꝛ adde [redacted] Ancbar. in cap. j. versicul. circa primum. de constitut. vbi per istam regulam concludit quod etiam statutum extenditur ad ea, sine quibus actus explicari non potest. ꝛ not. Abb. in cap. publicato. in fin. §. de electione. bene facit quod not. Barto. in l. ex diuerso. §. primo. ff. de rei vendicatione. Ant. de But. in cap. constitutus. per gloss. ibi. versicul. nota gloss. de religiosis domibus. cum similibus, vt Alexand. scribit in rubrica C. qui admit. ꝛ not. Bartolus in l. quanuis. per illum textum, vbi etiam Bald. C. de fideicommissis. Paul. de Castro. in consilio ccxiiij. incip. in causa, que vertitur. Roman. in consilio lxxj. visis. ꝛ in consilio xciiij. visis. in fine. ꝛ in consilio cccxxxvij. quo ad primum. Et secundum istam conclusionem iurisdictio delegati ampliatur, licet alias stricte intelligatur: vt Federic. dicit in consilio clxiij. super inuocatione. Et predicta conclusio etiam ampliatur, vt non solum videantur commissa ea, que accessoria sunt ad principalem dispositionem, sed etiam ea, que accessoria sunt accessorij: ꝛ sic veniunt non solum immediate, sed mediate: vt not. Abb. per illum textum, in cap. prudentiam. §. si ve-
4 ro. §. eodem titu. ⁴ ꝛ posteriores vbique sequuntur. Sed tamen considerādum est quod in dicto §. si vero. illud videtur esse per viam extensionis, ꝛ illud conceditur in odium excommunicatoris, vt colligitur ibi: si excommunicatores malitiose distulerint, ibi tunc delegati, ꝛc. Et sic in illo casu ratio specialis est, ꝛ non procedit secundum regulam: quia tunc generaliter illud haberet locum, non considerata malitia excommunicatoris: ꝛ ideo per illum textum regula non ampliatur: sed ponitur casus specialis in quo potestas delegati in odium persone extenditur. Et predicta conclusio nunc limitatur, vt ea, sine quibus causa expediri nō potest, veniant, nisi persona incapax sit. Unde si episcopus causam petitionis hereditatis laico committit, non transit iurisdictio spiritualis necessaria ad expeditionem cause: vt quia forte obijciatur de illegitimo matrimonio: vt in cap. tuam. de ordine cognitio. Ita Ang. notab. dicit in dicta l. ij. versicu. hoc autem limita singulariter. ff. de iurisdictione omnium iudicum. ꝛ sequitur Pau. de Castr. ibi, in fi. in versicu. vltimo, scias. Moder. in dicta l. ij. dicunt quod ista limitatio non est vera in terminis, in quibus Abb. loquitur, quando episcopus delegauit laico: quia cum laicus fungatur vice delegantis. l. j. §. fina. ff. de officio eius. in cap. sane. j. eodem. delegatus, licet laicus, dicitur habere iurisdictionem ecclesiasticam: vt not. Abb. in c. significasti. in fi. de foro compet. ꝛ ideo ex persona episcopi videtur quod de tali causa matrimoniali cognoscere possit. Sed ab ista ratione dictum Ange. defendi potest: quia licet iurisdictio delegata ab episcopo ecclesiastica dicatur, ꝛ ita ex persona episcopi laicus habilitatus videatur, hoc non habet locum in causa spirituali, quam episcopus, etiam expresse, laico delegare non potest, propter incapacitatem, vt gloss. ꝛ docto. omnes tenent in cap. secundo. de iudic. ꝛ ideo inaduertenter in hoc loquuntur Moder. in dicta l. secunda. Et vlterius, dicto Ange. defensato, vt dixi, aduertendum est, quia bene procedit in episcopo, qui laicum in spiritualibus habilitare non potest: vt notat per glossam ꝛ docto. ꝛ ibi dixi, in dicto cap. secundo. de iudicijs. secus ergo esset in summo pontifice, qui causas, etiam spirituales, laico committere potest: vt per glossam in dicto cap. secundo. in glos. ij. ibi: Papa vero. de iudicijs. ꝛ in cap. bene quidem. in verbo, preter. xcvj. distinctio. cum similibus, vt dixi in dicto cap. secundo. de iudic. Unde in delegato Pape prout text. hic loquitur, videtur quod ipse cognoscere possit incidenter de causa spirituali: quia tali casu voluntas, ꝛ potestas concurrit: ꝛ cessat ratio, que in episcopo consideratur. Secundo, conclusio supra facta limitatur procedere in his, que sunt necessaria, ꝛ sine quibus res expediri non potest: secus si faciliorem aditum ad rei executionem prestarent:
5 quia talia non veniunt ⁵. gloss. notabilis in cap. solet. in glos. iij. de sententia excommunicationis in sexto. quam Modern. simpliciter sequuntur. ꝛ pro ista conclusione facit text. in dicta l. secunda. de iurisdictione omnium iudicum. ibi: sine quibus iurisdictio explicari non potest. ꝛ eodem modo loquitur textus in capitul. suspicionis. infra eodem. Sed contrarium reperio, quod tenet Baldus in dicta l. ij. ff. de iurisdictione omnium iudicum. dum ibi allegat textum in l. prima. sed, vt puto, voluit allegare. l. penult. ff. de vsufruct. ꝛ hoc idem Aret. tenet in cap. de testibus. infra de testi. vbi inquit quod in concessione hominis, vno concesso videntur committi accessoria, sine quibus actus non potest expediri, melius tamen expeditur. ꝛ allegat textum in l. cuiuscunque. §. si ei, quem ad vendendum. in fine. ff. de institoria. Et hoc magis placet per istum textum hic, qui vtitur latioribus verbis ibi: super omnibus, que ad causam spectare noscun

re noscuntur. Nam ista verba etiam videntur comprehendere illa, que faciliorem expeditionem cause respiciunt. & ad hoc facit tex. in dicto cap. prudentiam. §. si vero. secundum unum intellectum, ubi venit accessorium accessorij, quod tamen ibi non erat necessarium ad expeditionem cause. facit quod not. Ang. in d. l. i. vers. potest & aliter exemplificari. ff. de iurisdi. omn. iudic. ubi ille, cui est data potestas vendendi, potest dare fideiussorem, & facere id, quod respicit faciliorem expeditionem. & idem Angel. in l. bene a Zenone. C. de quadr. praescriptio. cum similibus. ut tradunt Moder. hic, & in capit. cum M. Ferrarien. de
c constitut. Non obstat gloss.[c] in dicto capi. solet. quia loquitur ibi in absolutione ad cautelam, que licet videatur faciliorem causae expeditionem respicere, tamen non venit propter peculiarem eius naturam, que est quod illa nunquam veniat, nisi exprimatur. glo. not. in c. capitulum. in glos. fina. ubi Abb. de rescript. & facit quod tradit Rota in decisione xxxvj. in titu. de procura. in nouis. cum si. ut tradunt Moder. in c. ad apostolice. de exce. Tertio limitatur ut non veniant illa, que principi reseruata sunt, quanuis sine illis expediri causa nõ possit: ut not. Ab. per illum tex. in c. prudentiam. §. sexta. j. eo. & sequuntur simpliciter Mod. hic, & in d. l. ij. de iurisdic. omn. iudi. & facit tex. in c. quod translationem. de officio legati. Sed considerandum est, quod ista limitatio videtur procedere, quando Papa verisimiliter de tali casu reseruato non cogitauit, & actus poterat habere effectum, prout loquitur text. in dicto §. si vero. secus videtur, quando Papa verisimiliter de tali casu cogitauit, & actus aliter valere non potest: quia, ut actus valeat, Papa videtur alias sibi reseruata communicasse, argumen. l. quidam consulebant. in fin. ff. de re iudicata, cum simil. ut dixi in capi. si quando. de rescrip. Quarto limitatur non habere locum, si illud antecedens sit maius: ut not. Romanus in l. illud. ff. de acquiren. heredita. per l. penulti. §. illo. C. de necessa. ser. ut dixi in rubrica de appellatio. & facit text. in l. seruus. allegata in gloss. hic. Sed contra istam limitationem facit text. in dicta l. penulti. in prin.
e ubi instituto seruo herede, videtur data libertas[e], que est quid maius. ad idem est tex. in §. idem iuris est. instituta ex quibus caus. manumitt. licet. & facit text. in l. quoties. C. de iudicijs. ubi causa status, que est maior, in consequentiam venit ad illud, quod minus est. Et videmus quod probato accessorio, probatum videtur principale. l. ij. ubi Bald. C. de dotis promiss. & facit text. in l. quisquis. & quod ibi Bartol. C. de agric. & censi. libro xi. & quod notat Roma. in consilio cccxxxviij. quo ad primum. ubi concludit quod missio in possessionem canonicatus habet vim collationis: & ex legato relicto infertur ad institutionem: ut in notabili questione tradit Bald. in l. id, quod pauperibus. in xiij. questione in fine. C. de episcopis & clericis, cum similib. ut scribit Roma. in consilio lxxj. visis. & facit quod notat Paulus de Castro in consilio ccxij. alias ccxiij. in causa, que vertitur. Quinto predicta regula nõ extenditur, ut Episcopus puniri possit: quia in eo specialis mentio requiritur, capitulo inquisitores. de hereti. in sexto. c. quia periculosum. de sentent. excommunicatio. in sexto. ita Domi. dicit in c. ij. in princip. versiculo, quid de prelatis. de hereti. in sexto. Et pari ratione idem videtur in omnibus casibus requirentibus specialem dispositionem: quia istud, quod venit in consequentiam, venit sub generalitate. Et de hoc est decisio not. Salice. quam Alex. sequitur simpliciter ibi, in l. fina. C. de here. instit. Sed quod dictum est de Episcopo, procedit solum in casibus expressis specialiter in iure: alias secus videtur: ut probatur in capitu. sane. infra eodem, & facit gloss. in dicto capit. quia periculosum. in verbo, suspensionis, que concludit illum textum non habere locum in sententia excommunicationis, sed solum in interdicto, prout loquitur. Item dictum Salice. in d. l. fina. C. de heredib. instituen. in casibus, in quibus precise specialis dispositio requiritur, bene procedit: secus videtur si in consequentiam natura dispositionis alteretur, gratia exempli, in restitutione in inte-
6 grum speciale mandatum requiritur[6], l. illud. §. fina. ff. de minorib. & tamen non requiritur specialis dispositio: ut not. Bartolus in d. l. illud. & in l. indebitam. ff. de condictio. indebiti. & in l. cum procurator. in princip. de operis noui nunciatione. Ultimo regula non habet locum, quando antecedens presupponit renunciationem rei iudicate: ut probatur in l. eleganter. §. si post. ff. de condictio. indeb. l. post rem iudicatam. ff. de transactio. ubi transactio facta post rem iudicatam nullius momenti est. Et hoc alia ratione non videtur, nisi quia non videtur renunciatum rei iudicate. Si enim videretur renuntiatum, valeret transactio. Ita pro nouo dicto Moder. dicunt in l. j. ff. de transf. Sed aduertendum est, quia nõ valet consequentia, transactio est nullius momenti: ergo nõ videtur renuntiare rei iudicate: quia dato quod voluisset renuntiare, non tñ valeret transactio, que debet fieri de re dubia. l. j. ff. de transa. & ubi lis non est in veritate, lis ficta a partibus non operatur quod valeat transactio: ut est tex. notabilis in §. cum hi. l. si cum lis. ff. de transact. Et ideo ad propositum dicit ibi Angelus quod si post sententiam, que transiuit in rem iudicatam, postquam non negatur iudicatum esse, partes transigant, quia dicunt super iudicatis litem oriri posse, talis assertio nil operatur: quia lex resistit potentie transigendi. Et dicit se pridie ita consuluisse: & ita reperitur in consilio suo sexagesimo sexto, visis. Paulus de Castro in consilio Mcccccclxvij. visis, & consideratis. cum similibus, ut Alexander tradit in consilio lxij. visa. in fine, libro secundo. Talis enim renunciatio bene valebit virtute donationis, sed non erit transactio, de qua agitur. Secundo potest responderi, quod post rem iudicatam non valeret transactio: quia non presumitur quod transigentes habuerint notitiam de sententia. Sed quando constaret quod notitiam habuissent, valuisset transactio: quia transigendo videntur voluisse renuntiare sententie: ut Roma. notabiliter concludit in consilio cccxix. circa primum. in secundo dubio. in principio. Et hoc idem Paulus de Castro tradit in lege si causa cognita. C. de transaction. ubi monet specialiter istam difficultatem, & dicit nunquam fuisse clarum: & ibi finaliter respondet quod in sententia, que transiuit in rem iudicatam, requiritur specialis renunciatio: ut notabiliter Baldus dicit in lege diuersa. C. de transaction. cum similibus. ut tradit Alexander in dicta l. si causa cognita. Unde concludendum est, non esse speciale in re iudicata, ut Moderni dicunt, sed idem est in re iudicata, quod in alijs requirentibus expressam, & specialem dispositionem: in quibus generaliter regula non habet locum, ut dictum est supra, in quinta limitatione. reliqua dicenda sunt, ut tradit Baldus in l. secunda, ff. de iurisdictio. omnium
7 iudicum. Romanus & Aretinus in dicta l. illud. ¶ † In glo. fina. in princip. ibi: concesso principali, conceditur accessorium. Primo ad declarationem notandum est quod accessorium dicitur, quod alterius rei causa adhibetur. l. si non sint. §. perueniamus. in versiculo, semper enim. ff. de auro & argento lega. quem text. ad hoc allegauit Petr. de Ancharano in regula, accessorium. versiculo tertio collige. de regul. iuris in sexto.
d Et hoc procedit, etiam si res accessoria pretiosior[d] sit dicto §. perueniamus. in fine. ad idem textus in l. cum aurum. §. finali,
eden.in l.penul.C.de insti.⁊ subst.in authentic.si quis in aliquo.
vbi Purp.nu.48.C.de edendo. Sil.Ald.

a ¶ Nomine.Egid.Bellame.deci.xxxix.Alex.cons.clxxv.vbi di-
xi lib.v.secus in nominatis,⁊ graduatis,quos vocant,vniuersi
tatum,quibus non debet nocere obitus prelati, cui insinuaue-
runt,⁊ copiam dederunt.
b ¶ Speciale.[redacted].
c ¶ Plenitudine.Hipp.Mars. sing.lxxxiiij.Decius l.more.de
iurisd.om.iud.l.ciuitas.si cer.pet.cons.lxxvij.Alb.Bru.cons.iij.
Aymo.cons.lxxv.nu.3.Alex.cons.lx.lib.ij.
d ¶ Joan.And.in add.Spe.tit.de leg.§.licet.ver.restat.Idem
Pau.d.l.falsa.§.j.de cond.⁊ demon.Stepha.Costa,trac.de lu-
do.Soc.l.fi.si ex noxa.cau.aga.Et bene,quicquid dicat Jmo.fa
cit Alex.cons.xxxiij.lib.v.
e ¶ Quod non. Hec vera indistincte:fallit in commissione exe-
cutiua.
f ¶ Bal.Quem etiam sequitur Deci.cons.cccccxxvi.Sul.Bene
dic.repe.c.Raynutius.ver.cetera bona.nu.19.de testa.Paulus
Picus repe.§.Titia,cũ nuberet.in l.Titia.nu.120. q.xxviij.de
lega.j.vbi limitat procedere,si tempore testaméti habebat vxo-
rem:secus si non habebat,quia tunc venit vxor futura, nedum
prima,sed etiam decima.Fran.Cre.sing.viij.
h ¶ Alterius. Et constat quod tanquam vxori, non tanquam
ipsi:⁊ sic contemplatione viri.
i ¶ Sicut.Dixi late in consue.Pari.§.v.nume.67.cum seq.
[redacted].

1 ☞ Presentatio patroni dicitur esse ius.
2 Uerba a principe prolata restringi debent,ne noceant tertio.
3 Delegatus habet potestatem cognoscendi nedum inter par-
tes,sed etiam inter tertios pro suo interesse comparentes.
4 Clausula,appellatione remota,inter quos operetur.
5 Statutum si remouet appellationem in instrumento confessio
nato,non censetur remota quo ad tertium.6.
7 Delegatus mandare potest habenti ius instituẽdi, vt ordinet
ecclesiam ad presentationem patroni:quod si non velit, deuol-
uitur potestas ad ipsum delegatum.
8 Tacens an videatur consentire,vbi agitur de eius preiudicio.
9 Papa si mandat Titio vt prouideat alicui de beneficio, ⁊ or-
dinet ecclesiam de ministris,mãdatarius iste potest per se pro-
uidere.



1 Uper eo. Summatur, ⁊ diuiditur, vt per Abb.hic.¶ † Pri-
mo nota quod presentatio, que fit per patro-
num,dicitur esse ius, vt colligitur ibi: ius, de
quo agitur. Ita Abb.hic dicit:rectius tamen
2 loqueretur,si Abb. diceret de ipso iure patro-
natus,quia presentatio [1] ipsa videtur esse quid facti:arg.l.con-
silio.in fi.ff.de cur.fur.Jus auté patronatus,bene dicitur ius.⁊
ita tex.hic intelligitur.facit rub.j.de iur.pat.⁊ tex.in c.iij.⁊ in c.
cum laici.in c.cõsultationibus.e.tit.cum si.⁊ quia ius patrona-
tus est quid incorporale:ergo est ius.§.j.instit.de reb.corp.⁊ in-
2 corp. ¶ † Secundo no.quod verba prolata a principe restrin
2 gi debent,ne tertio preiudicium inferatur [2]: ⁊ ad hoc quotidie
allegatur iste tex.vt Abb.hic dicit,⁊ concordantia iura sunt in
glo.ad idem tex.in c.ex tuarum.de auth.⁊ vsu pal. ⁊ in c.quan-
uis.in fi.de rescr.in vj.⁊ per gl.in c.ad aures.⁊ in c.mandatum.
de rescr.cum si.vt late congerunt Moder.hic:⁊ inter alia alle-
gant Arch.viij.q.j.in c.licet.vbi post Ugutionem dicit quod si
Papa mandat episcopo quod alicui conferat prebendam,in-
telligitur cum consensu canonicorũ. Et ad hoc adde quod no.
Jmo.post Cardi.in c.tue.circa fi.in ver. an autem habens pri-
uilegium.de cler.non resid. vbi concludit quod habens priuile
gium vt possit percipere fructus beneficiorum, dum est in stu-
dio,intelligitur cum licẽtia prelati.Et sequitur Jo.de Ana.in
c.fi.ver.quid autem de magistris.in ɔtrium tamen videtur deci
sio Lap.in alleg.cxxx.pro dubij propositi declaratione.ver.ad
aliud,quod opponebatur. vbi inquit quod si quis hz licẽtiam
3 a Papa,non requiritur alia licentia prelati [3]. Et hoc videtur
intelligendum,quando alias concessio Pape nihil operaret:
alias secus:vt in casibus s.in contrarium allegatis. Et ad re-
gulam principalem huius c.adde Bal.in l.j.de const.princ.vbi
dicit quod si Papa dat aliquid,vel cõfirmat,intelligitur sem-
per,saluo iure alterius.Et not.Old.in cons.cclxviij.questio est.
in prin.⁊ in cons.cccx.thema tale est.in cons. cccxxv.thema que-
stionis.in fi.Cald.in cons.xij.in tit.de priui.Bal. in cons.cxc.ius
abbatialis.in ver.ix.Car.in cons.lxv.pro discussione.vbi alleg.
tex.in c.iij.⁊ gl.ibi.j.de relig.dom.⁊ Ab.in cons.xciiij.in questio
ne heredum.in iij.dub.li.ij.⁊ Jmol.in cons.cxxj.in causa.Alex.
in cons.cxxv.viso titulo questionis.li.ij.⁊ idem Alex.in cons.iij.
ex his,que in themate.li.v. Et facit quod dicitur de restitutio-
4 ne,que non intelligitur facta in preiudicium tertij [4]: vt per gl.
⁊ doc.in l.Gallus.§.⁊ quid si tantum.de libe.⁊ posth.cũ si.vt tra
dũt Mod.in c.intra quatuor.de maio.⁊ obe. Et pdicta ɔclusio
ampliatur pluribus modis.Primo,quia potius verba impro
priantur, quam quod tertio preiudicium inferatur: vt dicunt
Car.⁊ Bal.hic per istũ tex.Secundo ampliatur vt habeat lo-
cum,etiã si motu proprio gratia facta sit:quia non videtur vo-
A luisse tertio preiudicare [A] [5]: vt not.Abb.post Host.⁊ alios in
5 c.causam,que.el ij.de test.cum si.vt tradunt Mod. ibi. Tertio
ampliatur,etiam si clausula, ex certa scientia,apponatur:quia
6 in preiudicium tertij non operatur [6]: vt not.tradit Paul. de
Cast.in consi.clvij.questio ista vertitur. Bal.in preludijs feud.
ver.item dicit And.de Jser.cum si.vt tradunt Mod.in c.non
nulli.in secunda limitatione quarte fallentie.s. de rescr.⁊ idem
Are.in ɔs.xv.reueréndissime pater. Alex.in cons.xxiij.viso. li.v.
Quarto ampliatur,etiam si agatur de preiudicio tertij non in
a re,sed ad rem [a], quia etiam Papa non videtur voluisse tali iu
7 ri ad rem derogare: ⁊ ideo de tali iure mentio fieri debet [7]: vt
not.Ab.in c.in nostra.in iij.not.de rescr.Dom.in c.si motu pro
prio.de preb.in vj.⁊ in c.quam sit.de elec.in vj.Rota in xvj.dec.
de preb.in nonis.facit tex.in l.ij.in fi.ff.de natal.rest.⁊ quod no.
Bal.in l.si constante.C.de don.ante nup.⁊ Dom.in cons.xcix.su
per primo quesito. Ultimo ampliatur,etiam si agatur de mo-
dico preiudicio,vt dicunt Mod.hic,allegando gl.⁊ Domi.in
c.cum olim.in verbo,preiudicium.de consue. aliter tñ Alex.di
cit in cons.ccv.nec arguendi sumus.in vers.vj.in fi.li.ij. Sed vi-
dendum est que dixi in c.que in ecclesiarum.in vers.quartus ca
sus.de consti.vbi confirmaui istam opi.respondendo ad plura
allegata ibi in contrariũ.Et pro ista conclusione facit text.hic,
vbi in restitutione,de qua agebatur hic, videt tractari de mo-
dico preiudicio: quia agebat de institutione pro vna vice tan-
tum,⁊ talis institutio necessaria est:ideo de modico preiudicio
agebatur, vt infra dicam in glossa. Predicta conclusio li-
mitatur primo non habere locum, quando alias cõcessio nihil
operaretur:quia ne frustratoria reddatur,videtur princeps e-
tiam tertio voluisse preiudicare:ita dicunt Mod.hic, allegan
do Cald.in disp.incip.Dominus Papa cõcessit.ad hoc facit,
quia vt actus valeat,princeps videtur vti plenitudine potesta
tis,vt s.dictum fuit,in c.precedenti.in ij.limitatione quarte cõ
clusionis.Et hoc intelligendum videtur, vbi agitur de modi-
8 co preiudicio [8]: Alias secus dicendum est: quia potius verba
debent interpretari quod superflua sint,quam quod tertio no
tabile preiudicium inferatur:vt per gl.no. quam Bart.⁊ doct.
sequũtur communiter in l.fi.§.in computatione. C.de iure de-
lib.cum si.vt tradit ibi Alex.vbi Bart.⁊ doc.hoc dicunt in sta-
tuto,quod reputatur ius commune in loco:arg.l.omnes popu
li.ff.de inst.⁊ iu.a fortiori idem dicẽdum videtur in priuilegio:
arg.l.eius militis.§.militia missus.ff.de testa.milit.⁊ ad hoc he-

ne facit dictum Compost. in c. causam, que de rescri. Secundo regula procedit in dubio, prout iura, ⁊ doct. loquūtur: secus est, si constaret de mēte principis: quia potest princeps, si velit, ius suum alicui auferre: vt no. in c. que in ecclesiarum. de const. ⁊ dictum fuit in c. ex parte. el ij. §. eo. Et in proposito nostro Alex. tradit in consil. ccxv. nec arguendi sumus. lib. ij. ⁊ ibi in col. viij. in vers. denuo considero. concludit quod etiam constat principem voluisse tertio preiudicare, quādo excipit particulariter aliquid, vbi agitur de preiudicio tertij: ergo in alijs non exceptuatis videtur voluisse iuri tertij derogare: ⁊ ad hoc facit quod dixi in c. consultationibus. in fi. §. e. Et eodem modo cōstare videtur de mente principis ex qualitate priuilegij. Si enim cōceditur vni priuilegium vt nō teneatur soluere decimas, ipso facto apparet ipsum esse in preiudicium tertij, cui decime de iure communi debentur: ⁊ non requiritur quod derogetur iuri illius, in cuius preiudicium tendit priuilegium: vt not. Ab. per gl. ibi: in c. cum olim. el j. de priuil. cum si. vt dixi in consi. cxiij. facit quod no. Bal. in l. item lapilli. versi. ego dico. ff. de rer. diuis. vbi inquit quod quando apparet principem voluisse priuile-
9 gium concedere, non est opus alia clausula, non obstante 9. Similiter clausula, ex certa scientia, que apponitur, facit constare de mente principis, saltem vbi agitur de modico preiudicio: vt no. Alex. in l. iij. §. si is, pro quo. ff. quod quisque iu. ⁊ Pau. de Cast. in cons. cv. donatio predicta. Jo. de Ana. in cons. lxxxj. viso instrumento. Alex. in d. cons. ccxv. vers. vj. lib. ij. ¶ Tertio no. quod iudex deputatus inter patronos disceptantes de iure patro. non recipit potestatem instituēdi presentatum ab eo, qui declarabitur patronus, licet in commissione dictum sit quod ad illius presentationem ordinet ecclesiam: ita Abb. hic dicit. Sed aduertendum est, quia imo contrarium videtur probari hic, per locum a speciali. Hic enim delegatus prohibetur instituere, ne tertio preiudiciū inferatur, vt expresse tex. dicit: alias ergo secus videretur: quia ista verba importarent potestatem instituendi: quia expresse dicitur de presentatione, que institutionem requirit. xvj. q. vij. c. decernimus. ⁊ no. Abb. in c. authoritate. de inst. Et quia, ordinare, est terminus generalis, ⁊ com-
10 prehendit institutionem, ⁊ omnem aliam dispositionem 10: vt not. Do. in c. cum in illis. §. cum autē. vers. quid si scribatur. vbi alleg. Gul. de monte. Lau. in extrauag. Jo. xxij. que incipit, sedes. in verbo, ordinationem. facit tex. in d. c. decernimus. in c. si tibi absenti. de prebend. in vj. in c. ij. de conces. prebend. in c. cum vos. de offi. ord. in c. ad aures. de excess. prel. cum si. sed hic ab ista proprietate verborum receditur, ne tertio preiudicium infera-
3 tur. ¶ † Quarto no. quod delegatus recipit potestatē cognoscendi nedum inter partes, sed etiam inter tertios comparentes pro interesse eorum, vt Abb. hic dicit post Anto. de But. ⁊ Imo. hic. Sed considerandum est, quia istud notabile non videtur probari hic: non enim dicitur quod delegatus possit cognoscere inter tertios comparentes: sed quia tertius appellare potest, si sibi per delegatum preiudicium inferatur: vnde ista diuersa sunt, que per do. Ab. hic coniunguntur. Nam rescriptū restringitur ad personas nominatas in rescripto. c. P. ⁊ G. §. e. ⁊ non extenditur ad tertium, nisi qn̄ tertius impediret dele-
4 gatū: vt no. in c. j. ⁊ in c. preterea. §. e. ¶ † Quinto no. quod clausula, appellatione remota, operatur effectū suū respectu par-
11 tiū, ⁊ nō respectu tertij comparentis pro suo interesse 11. Et no. Bar. allegando istum tex. in l. j. §. interdū. ver. quo, Imperator. ff. a quib. ap. non lic. facit gl. not. in l. creditor. in princ. ff. man. in verbo, posse. que dicit quod titulus, nil nouari appellatione pēdente: non hz locum respectu tertij: ⁊ no. Ang. in l. per hanc. C. de tem. app. ⁊ dixi in c. cum teneamur. de appel. facit quod no. Ang. in l. quidam cōsulebant. in fi. ff. de re iud. cum si. vt tradunt And. Sic. ⁊ Mod. hic, ⁊ in c. cum super. de re iud. in c. qualiter.
5 el j. de accus. † Ex isto notabili infert Ab. hic, quod si statutum remouet appellationem in instrumento confessionato, non cēsetur remota appellatio quo ad tertium: ⁊ hoc dictum pro singulari refert, ⁊ sequitur Perus. in c. pastoralis. in prin. in versi. septimo queritur. de appel. ⁊ idem dicit Imo. in cle. j. vers. noto bene predicta. de re iud. Et ad hoc est notabile dictū Bal. in l. j. C. commu. de leg. in vers. ⁊ facit ad questionem. vbi inquit quod statutum tribuens priuilegiū instrumento guarentigiato, hz locum, quando agitur actione personali, vel hypothecaria cō-
b tra ipsum principalem: secus si agatur contra tertium b posses-
12 sorem. Et sequitur 12 Pet. de Anch. in c. j. in ver. circa istā extēsionem. de const. ⁊ Alex. in l. j. §. si heres. ff. ad Treb. ⁊ idē Alex. in cons. lxxiiij. viso themate. lib. iij. ⁊ ibi infert ad notabilē questionem: Et idem tenet Aret. in cons. lxxxvj. diligenter. in fi. vbi
c inquit quod sicut guarentigia nō prodest tertio c, vt no. Bal. in l. si pro te. C. de dotis promis. ita etiam nocere nō debet. ⁊ idē Benedi. de Barzijs de Perusio in suo tractatu de guarenti-

6 gia. ¶ † Ultimo not. quod tertius, cui preiudicium infertur, debet appellare: ⁊ sic presupponitur quod attentatum in eius preiudicium valeat, quod videtur contra dictum Bal. in l. ob maritorum. C. ne vxor pro mari. in vers. quero nūquid. vbi dicit quod factum in preiudicium tertij, qui protestatus fuit de suo
13 interesse, est nullum 13. ⁊ sequitur Alex. in l. a Diuo Pio. §. si super rebus. de re iud. Nā tex. hic videtur in cōtrarium. Et ideo text. hic intelligitur, quando non fuit facta protestatio. Uel secundo dici potest quod appellatio hic nō erat necessaria: vtilis tamen videtur, vt grauamen facti remoueatur: vt in simili considerat Abb. in c. super questionum. §. verum. j. eo. ⁊ vidēdum est
7 quod dixi in c. dilecto. de appel. ¶ † In glos. in verbo, ordinet. Abb. concludit, quod vt verba aliquid operentur, delegatus mandare poterit habenti institutionem, vt ordinet ecclesiam ad presentationem patroni: ⁊ si non velit, ad ipsum delegatum potestas deuoluitur: arg. c. prudentiam. §. fi. j. eo. ⁊ in c. irrefragabili. §. excessus. j. de offi. ord. Et iste est primus effectus istorū verborum. Sed contra istum effectum facit, quia qua ratione delegatus hic non potest immediate ordinare ecclesiam, ne tertio preiudicium inferatur: pari ratione non videtur quod negligētiam illius supplere possit: quia hoc pertinet ad alium superiorem. c. ij. de concess. preb. cui non videtur preiudicium inferri, ratione, de qua in tex. Ad hoc tamen responderi potest, quod in casu huius capituli agitur ne preiudicium tertio inferatur in iure quesito, videlicet illi, cui de presenti competit ius instituendi: sed in eo, qui dz supplere negligentiam non insti-
14 tuentis, agitur de iure querendo, quod facilius tollitur 14. vt not. in l. seruus. C. de pac. in l. fi. C. de acq. poss. ⁊ per glo. fi. xvi. q. vj. in can. placuit. in §. nec. Inno. in c. ij. de don. vt verba aliquid operentur, de tali leui preiudicio non curatur. Secundus effectus dictorum verborum, secundum glos. hic, quia si ille, qui habet potestatem instituendi, cōsentiat tali delegato quod ipse instituat, valebit institutio: quia tunc videtur cessare preiudicium tertij, quod hic ponderatur. Sed considerandū est quod etiam alius, [redacted] qui ha[redacted] sio non [redacted] sponderi potest, quod verum est, quod institutio, facta per [redacted] missione episcopi, valebit: quia videtur facta per ipsum episcopum: vt in regula, qui per alium. de reg. iur. in vj. Sed quando episcopus simpliciter alteri instituenti consentiret, actus non valeret: quia ille, qui consentit alteri tacendo, non dicitur ipse facere. l. aliud est facere. ff. de reg. iu. Sed in casu isto simplex cōsensus episcopi sufficeret: quia delegatus authoritatem habet a se ipso, virtute commissionis: ⁊ licet commissio non extendatur in preiudicium episcopi, ille consensus videtur remouere preiudicium tertij: quia volenti non fit iniuria. l. j. ff. de iniur. Tertius effectus est, quod si habens potestatem instituendi nō contradicit, valebit institutio facta per delegatum, vt Ab. hic concludit. Idem tz Imo. per istum text. hic a contrario sensu, ibi: si videntes iuri suo detrahi, duxerint appellandū: ergo isto non appellante commissarius poterit exequi commissionem
8 suam in ordinando ecclesiam. † Nec obstat quod tacēs non videtur cōsentire, vbi agitur de preiudicio eius: vt notatur in l. filiusfamilias. §. inuitus. ff. de proc. c. nonne. de presum. in l. que dotis. ff. solu. matr. ⁊ ista ratione Card. hic tenet cōtrarium. Quia [redacted]sponderi potest, primo quod illa regula non attenditur hic propter formam commissionis, que inspecta vi verborum videtur continere potestatem instituendi: vt dixi in notabilibus. Sed receditur a proprietate verborum, ne tertio preiudicium inferatur: ⁊ istud preiudicium bene consideratur, quādo ille, de cuius preiudicio tractatur, contradicit, ⁊ reclamat, vt hic dicitur: secus si tacet: quia dispositio superioris impleri debet, vt verba sonant, non obstante taciturnitate. Ex quo no. infertur quod concessio superioris intelligitur, etiam in preiudicium tertij, si tacet, ⁊ non contradicit: quia presumitur consentire dispositioni superioris si nō reclamet, vt est tex. hic not. Secundo responderi potest quod in tali institutione, de qua hic loquitur, videtur tractari de modico preiudicio, quia talis institutio necessaria est. xvj. q. vij. c. decernimus. ⁊ ideo tale ius transit in capitulum vacante sede. c. j. de instit. ⁊ transit in vicariū ex generali mandato. c. ex frequentibus. de instit. ⁊ quia agitur de vnica vice: ⁊ sic his duobus concurrētibus, videtur tractari de modico preiudicio, quo casu tacens habetur pro consentiente: vt no. Bar. in l. que dotis. in fi. ff. solu. mat. Tertio responderi potest quod absolute vbi tractatur de ordinatione ecclesie, tacens, de cuius preiudicio agitur, consentire videtur. Et ideo in proposito Ab. in disputa. incipiente, Angerio. in ij. dub. concludit quod si episcopus confert beneficium patrono presente, ⁊ tacente, valet collatio: quia patronus, qui tacet, consentire videtur

detur. Est verum quod contrarium in hoc voluit Car. in cle. j. in vj. q. de sup. negl. prela. vbi inquit, quod tali casu tacens non habetur pro consentiente, nisi faceret aliquem actum positiuũ: vt in c. ex ore. de his, que fiunt a maio. par. cap. & hoc approbant Mod. in c. cum Bertoldus. de re iudi. quia tacẽs non habetur pro consentiente: quia scit ius suum saluũ esse: arg. l. sicut. §. non videtur. ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol. & quia videtur trãsisse ex quadam reuerentia erga superiorem: quo casu tacens non habetur pro consentiente. l. pe. ff. de fur. Sed ad ista respõderi potest quod speciale est in ordinatiõe ecclesie, que fauorabilis est: arg. c. si seruus. liiij. dist. vbi fauore religionis tacẽs habetur pro consentiente: vt no. Bal. in auth. si seruus. C. de epis. & cler. Prima tamen responsio magis placet: solum ad vnum aduertendum est: quia cum in isto casu attenditur appellatio, non videtur quod statim tacens habeatur pro consentiente: sed tunc demum elapso termino decem dierum, qui dantur ad appellandum excõmunicato, ex eo quod no. Bart. in l. j. C. de rela. Quartus effectus est: quia si ius instituendi pertineret ad Papam ex iure deuoluto, delegatus posset instituere: quia non agitur de preiudicio tertij: & ad hoc bene facit tex. in cle. si de beneficio. de preb. & ita Ab. concludit hic. And. Sicu. post Jo. de Lig. tẽ contrarium: quia mens Pape hic fuit, facere iustitiam de questione, que agebatur inter partes, & non concedere gratiam de eo, quod sibi competebat: prout loquitur tex. in d. cle. si de beneficio. Sed responderi potest quod etiam videtur voluisse Papa gratiam concedere, dum dicitur quod ordinet ecclesiam: & ideo si non agitur de preiudicio tertij, sed tantũ ipsius ꝯcedentis, lata deꝫ interpretatio fieri: prout etiam in casu d. cle. si de beneficio. & notatur per gl. ibi, in verbo, ad nos. Quintus effectus est: quia declarare potest commissarius per quem institutio fieri debet: & ita quidam dicunt hic: quibus Ant. de Bu. contradicit: quia delegato solum fuit commissa causa inter contendentes de iure presentãdi, & non inter alios. Ab. sequitur primam opin. quia ex quo Papa mandauit quod ordinet ecclesiam, omnia videntur committi, sine quibus ecclesia ordinari non potest: ar. c. preterea. ꝫ. e. cum simi. Sed responderi potest quod illa regula procedit in his, que veniunt in consequẽtiam ad causam sibi commissam: sed talis causa inter contendentes de institutione commissa non fuit: & licet sit commissa ordinatio ecclesie, hoc intelligitur dummodo non agatur de preiudicio tertij: & de tali preiudicio tertij commissarius non videtur habe-
9 re potestatem: arg. c. P. & S. j. eod. ¶ †Successiue Abb. infert post Inno. quod si Papa mandat Titio vt alicui prouideat de beneficio, & ordinet ecclesiam de ministris, quod iste mandatarius potest per se prouidere. c. si. de conces. preb. in vj. Jlle tamen tex. loquitur in eo, qui habuit talem potestatem negligente capitulo: idem tamen videtur in isto casu, quando fuit data potestas alicui immediate: quia ipso facto Papa videtur voluisse tertio preiudicium inferre, per ea, que supra dicta sunt in notabilibus. Et subijcit Abb. hic post Hostiens. quod forma commissionis debet attendi: arg. c. porro. de priuile. Et in proposito in executoribus ad beneficia no. Bald. in c. j. §. si facta. in fi. si de feu. fue. contro. inter do. & agna. & ibi cõcludit quod ordinarius in tali casu, in quo sit datus executor, nõ potest se intromittere. Et idem Bal. in l. si seruus. in fi. C. de fideicom. lib. vbi inquit quod impetrantes beneficia dato executore, nõ possunt adipisci possessionem per ordinarium. Et idem Dom. in c. j. in prin. ver. sed quid si mandatur. de conces. preb. in vj. Sed quando non est executor, & gratia sit facta a Papa, bene potest ordinarius exequi: vt no. Dom. in c. si super gratia. vers. item noto. eo. tit. in vj. Et idem Domi. in c. si clericus. §. verum. in iiij. not. de preb. in vj. ¶ Subsequenter opponitur per Ab. hic de cle. auditor. de rescrip. & prima responsio est quod ille tex. procedat in auditore dato in curia Romana. & ita tex. loquitur ibi: in curia Romana deputatus a nobis: secus si extra curiam, vt hic, & glo. in cle. auditor. in verb. curia Romana hoc tẽ. & Jo. And. & Ant. de Bu. hic sequuntur. And. Sic. hic contrariũ concludit, quod imo, illa cle. etiam extendatur ad auditorem datum extra curiam, & mouetur duplici ratione. Prima, quia secundum gl. ibi, verbum, debitum, extẽditur ad dignitatem, licet loquatur simpliciter de beneficio: ergo pariter extendi põt extra curiam Romanam. Secunda, quia ibi expressa ratio, vt euitet circuitus, etiam videtur militare extra curiam. Sed ad ista responderi potest, quia cum precise tex. in d. cle. auditor, loquatur in auditore dato in curia Romana, nõ debet extendi extra curiam: quia verba repugnãt. Non sic videtur in dignitate: quia licet loquatur de beneficio, extendi potest ad dignitatem: quia largo modo appellatione beneficij comprehenditur dignitas: vt not. in c. fina. de preb. & dixi in rub. de rescr. Non obstat quod eadem sit ratio extra curiam, quia non est verum: vt declarat Card. in d. cle. auditor. in xiiij. q. quia in auditore dato in curia Romana, est de more, conferre causam cum alijs auditoribus: & propter hoc Papa de tali auditore magis confidit: que ratio cessat in auditore dato extra curiam. & secundum hoc intelligitur de auditore, qui sit de numero auditorum Rote: quod satis est verisimile. Et cum ista solutione cõiungi potest alia solutio, quam Doc. tradunt, quod ibi agatur de collatione spectante ad Papam: & sic non agitur de preiudicio tertij, prout tractatur hic. & hoc facit ille tex. in d. cle. auditor. ibi: absque cõmissione. & sic videtur quod illa commissio ad Papam pertineret. ¶ Jn glo. in verbo, Archidiaconus. Abb. in fine concludit quod tex. hic intelligi potest de institutione corporali, que competit archidiacono de iure communi. c. vt nostrum. de offic. archidiac. Et quot modis institutio dicatur, no. Anton. de Butr. hic, in fi. & Abb. in c. authoritate. de inst. Et conclusio est, quod ad officium archidiaconi tantum pertinet de iure institutio corporalis in beneficialibus, & examinatio clericorum ordinandorum. d. c. vt nostrum. & in c. ad hec. §. in quadam. de off. archi. vbi Jo. And. dicit quod illa duo tantum competunt de iure communi archidiacono: in alijs est opus probare consuetudinem. & Ant. de But. ibi sequitur, ver. quero an omnia. & idẽ Ab. in c. licet. in ij. no. de penis. & in c. dudum. el ij. in verbo, consuetudine. de ele. & in c. cum in cũctis. §. inferiora, in verbo, Archidiaconatum. de ele. & in cons. xxj. viso. in prin. lib. j. Et de per-
15 tinentibus ad officium archidiaconi [15], not. Ant. de But. in c. ij. & in c. ad hec. de off. arch. in prin. Host. in summa. de offic. archid. ver. quid sit eius officium. Gof. in summa, eo. tit. in princi. Dom. in c. perlectis. xxv. dist. ¶ Jn glo. in verbo, tenebit. colligitur secundum Abb. quod si presumit iudex contra tertium executionem volentem impedire malitiose, potest illũ repellere. Pro quo Abb. allegat Jnnoc. in c. post electionem. de concess. preb. de quo me remitto ad ea, que scripsi in c. licet causam. in vj. notabi. de probatio. Et quod Abb. in fi. hic dicit de probatione, que offertur incontinenti, videndum est illud, quod superioribus diebus scripsi in c. ex parte. el ij. supra eo. vbi opi. Abb. defensata fuit, ab his, que Alexan. in contrarium adducit, vt ibi patet.

¶ Additiones.

B ¶ Preiudicare. Quod clausula motu proprio non operetur in preiudicium tertij, vide etiam eundem Dec. in consi. xxxiij. in versic. preterea. & secundo. vbi etiam dicit quod ista clausula non excludit illam tacitam conditionem, si preces veritate nitantur. Hier. Hig.

1 ¶ Quia presentatio. Verum est quod presentatio prout est in fieri, est quid facti, sed facta postea est ius, quatenus est fructus iuris patronatus: prout in alio proposito dicit idem Decius consil. xxvij.

2 ¶ Jnferatur. Et ideo renouatio priuilegij facta a principe in dubio interpretatur ne tertio preiudicet. Deci. in c. cum dilecta. in iiij. not. de confir. vti. vel inuti.

3 ¶ Prelati. Vide Dec. in c. dilecti. de iud.

4 ¶ Preiudicium. Jdem in c. sciscitata. ꝫ. de rescr. in cõsi. dxxv. & an extendatur ad ius alteri quesitum per sententiam banni. Dec. in d. cons. dxxv. vbi ꝫ. & ideo restitutio non trahitur ad bona per fiscum alienata. Deci. in c. fi. ꝫ. de const. in c. quia. de elect. vbi limitat nisi esset plenissima restitutio.

5 ¶ Preiudicare. Jdem in c. fi. de const. in cons. cccc. in consi. v. est optima decis. Rot. cxiiij. licet in no. decis. ccccxlv. no. motus proprius. in anti.

6 ¶ Operatur. Adde Dec. in cons. dcvj. Cur. consil. lxv. Dec. cõs. ccclxxiij. in cons. dclxxxix. & cons. dlxxx. licet Alex. in cons. cj. li. j. & Dec. cons. cclxxj. & cons. cxc. dicant, quod ex ea videtur inferri quod princeps voluerit tollere ius quesitum tertio.

7 ¶ Fieri debet. Jdem voluit Dec. in c. at si clerici. §. j. de indic. in c. j. ꝫ. de rescript.

8 ¶ Preiudicio. Jdem in c. cum super hoc. eo. ti.

9 ¶ Non obstante. Adde Dec. in rub. de rescr. vers. ij. conclusio. in c. j. de rescr. in c. ex parte. el ij. ꝫ. eo.

10 ¶ Dispositionem. Adde Archid. ibi, & pro consecrare accipitur in c. si tibi absenti. de preb. lib. vj. & ibi Archi. c. quia diligentiam. de electio.

11 ¶ Jnteresse. Adde Jas. in l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pac. in l. certi condictio. §. quoniam. ff. si cer. pet. Deci. in c. cum teneamur. j. de app. in c. sua nobis. e. ti. Soci. consi. clviij. lib. ij.

12 ¶ Et sequitur. Jdem voluit Jas. in l. certi condictio. §. quoniã. super. j. glos. ff. si cert. pet. & in l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. Alex. in consi. lxxxiij. li. iij. in l. a Diuo Pio. §. si super rebus. ff. de regu. iur. Jas. in l. iurisgen. §. pretor ait. vers. v. not. Paul. de Cast. consil. dcvij. viso. lib. j. Deci. consil. cxcviij. in c. cum teneamur

mur.de appellatio.

13 ¶ Est nullum. Adde Ang.in d.§.si super rebus.

14 ¶ Tollitur. In pulchro casu Deci.in c.ecclesia s.Marie.nu. 240.de const.

15 ¶ Archidiaconi. Et alias fuit Florentie dubitatum ad quem pertineat cura sacramentorum que conficiuntur in die Jouis sancti, an ad Archidiaconum, an vero ad archipresbyterū Florentinum: & in fauorem Archidiaconi consuluit Deci.consil. ccccxx. Et adde quod Archidiaconus cui ab episcopo commissa est inductio in beneficium potest subdelegare. Rot.decisione ccclxvj.si episcopus.in nouis. Et Archidiaconus non tenetur se promouere in sacerdotem. Dec.in c.cum in cūctis.§.inferiora.de elec. Et possunt esse plures in eadem ecclesia. Dec. in c.ex parte.el j.in ij.not.e.ti.& est maior Archipresbytero. Deci.in c. sane.in iij.notab.hoc eod.tit.& etiam preposito. Bald.cons.cccxxxviij.lib.iij.& Archidiaconatus est dignitas. Dec.in c.ad aures.de rescri. & an dicatur habere ordinariam iurisdictionem, Dec.in d.§.inferiora.& in rub.s.eod.in prin. Sil.Ald.

a ¶ Ad rē. Deci.supra de rescr.c.j.infra de iud.c.at si clerici.§.j.

b ¶ Tertium. Idem Dec.cons.ccccx.nu.14.Ang.l.si vnus.§.ante omnia.de pact. Imo l.quesitum.a quib.app.non licet. Alex. cons.lxxxvj.in fi.vbi tetigi.li.vij.Corn.cōsi.cxviij.li.j.Jas.l.cum filiusfam.de verb.obli.

c ¶ Tertio. Jason l.si vnus.§.ante omnia.de pact.l. certi condictio.§.quoniam.si cer.pe.sed falsum est,& contrarium seruatur, vt dixi in consue.Paris.§.clxij. [redacted]

1 ☞ Causa matrimonij an solis episcopis committi debeat.
2 Confessio facta metu cruciatus,an teneat.
3 Delegati plures simpliciter dati,non habent exercitium iurisdictionis insolidum.
4 Ecclesia potest compellere maritum vt vxorem recipiat, & etiam ipsam maritali affectione pertractet.
5 Reuerentia superioris an causet iustum metum.
6 Metus reuerentialis an solus sufficiat ad hoc, vt actus requirens omnimodam libertatem possit retractari.
7 Metus reuerentialis an excludat tacitum consensum, qui alias induceretur.
8 Presentia alicuius,si in aliquo actu de necessitate requiritur, eius absentia vitiat actum.
9 Delegati ad vniuersitatem causarum,an vnus sine altero procedere possit.
10 Inquisitores heretice prauitatis an dicantur ordinarij,vel delegati.
11 Spoliatus pretextu sententie nulle, potest petere restitutionē.



Ausam matrimonij. Summatur, & diuiditur, vt per Abbatē hic.
1 ¶ † Primo nota ibi:episcopis.nam facit iste tex.pro stylo curie,quod causa matrimonialis committatur solis episcopis:de quo dixi in c. proposuisti.in prin.de prob.& aliquid dictum fuit in c. si pro debilitate.s.eo.
2 ¶ † Secūdo no.iuncta gl.j.vt Ab. hic dicit,quod confessio facta per mulierem precedentibus cruciatibus, & fla-
1 gellis,non tenet [1]: & sic cruciatus & flagella incutiunt mulieri
2 iustum metum [2]. facit text.in l.interpositas.C.de furt.in l.iij.in fi.ff.quod met.cau. Et in effectu requiritur metus,qui cadat in
3 constantem virū [3]. c.cū dilectus.j.quod met.cau.c.veniens.el ij. & c.cōsultationi.j.de spons. Et licet tex.in l.metum.la j.ff.quod met.cau.vtatur superlatiuo,de constantissimo viro,tñ pro po-
4 sitiuo accipitur [4]: vt no.Ab.in d.c.cū dilectus.in ij.no.& dū Ab. hic dicit,q confessio nō valet,intelligitur in effectu:quia retra-
5 ctari potest,licet ipso iure valeat actus factus p metū [5]. c.Abbas.vbi Ab.in ij.no.j.quod met.cau.& tex.hic,non facit in cōfessione facta per metum in decisione casus,sed quia vnus tm̄ iudicauit. Et de confessione metu facta habetur xv.q.vj. per to-
6 tum. Et subijcit Ab.hic,q minor metus plus excusat mulierē, quam virum [6]: vt p gl.no.in c.cum locū.de spon.no.Ab.in c.cū dilectus.in gl.pe.quod met.cau.& in d.c.cum locum.& in d.c.cō sultationi.& in cons.iiij.facti cōtingentia. vers.& aduertendū est. li.j.Cald.in cons.j.quod met.cau.in ver.tertio quod maior metus. Sed tñ aduertendum est quia tex.in d.c.cōsultationi. loquitur in muliere,que dicebat se consensisse ex metum: & Papa ibi dicit quod requiritur metus, qui cadat in constantem virum: ergo videtur quod eadem qualitas metus requiratur in muliere,sicut in homine:& ideo modica coactio non excusat mulierem:vt not. Abb.in c.insinuante.in tertio not.qui cleri.vel vouen. Ab.in d.c.consultationi.intelligit illum tex.in constantē mulierem.& in d.c.cum locum. Et dicit ponderādum esse,quia tex.simpliciter dicit,in constantem:& ita antiqui libri se habēt: sed libri in formis dicunt,in constantem virum. Et tūc etiam potest responderi quod secundum subiectam materiam etiam verificatur in mulieribus.c.licet vniuersis.de testi.iuncto c.iij. j.de testi.vbi dixi. Et retenta conclusione cōmuni, quod minor metus requiratur in mulieribus,pari ratione inferri potest q etiam in masculis qualitas persone deberet cōsiderari:de quo gratia breuitatis me remitto ad ea,que scripsi in c.fin.j.de ap-
3 pell. ¶ † Tertio.no.quod plures delegati dati simpliciter, nō habent exercitium iurisdictionis in solidum:vnde vnus sine altero procedere non potest. Et hoc procedit etiam quod pars confiteatur,prout loquitur tex.hic: quod notandum est secundum Bal.hic,in secundo not. Sed tamen iste tex.parum facit, quia confessio hic fuit extorta per metum,que non preiudicat, vt in gl.hic habetur. Et quod dicitur ī delegatis,habet locum etiam in arbitris.c.vno delegatorum.vbi Ab.j. eod.& in l.Pedius.ff.de arbi. Similiter tex.hic procedit,quādo vnus ex pluribus delegatis esset impeditus,vel mortuus:quia per hoc totam alij non habēt potestatem.d.c.vno delegatorum:secus autem est,si ex pluribus delegatis vnus remoueatur a superiore: quia tota iurisdictio remanet apud alios:vt est tex. in l.cū pretor.in princ.ff.de iudi.& Pau.de Castr.ibi declarat. Et subijcit Abb.hic,dum dicit quod sententia vnius non tenet: quod hoc etiam de interlocutoria intelligitur:quia appellatione sententie,tam interlocutoria,quam diffinitiua comprehenditur : vt per gloss.in cle.j.de re iud.in verbo,sententias. Aduertendum tamen est,quia secundum And.Sic.hic tex.loquitur solum de diffinitiua,referēdo hoc dictum ad casum propositum:vbi patet quod lata fuit diffinitiua circa separationem matrimonij. Sed hoc non ignorauit Abb.qui fatetur tex.hic loqui in diffinitiua:sed ponderat rationem tex.qui loquitur simpliciter:quia sententia vnius non tenet. Et hoc intelligitur etiam in interlocutoria,in pluribus delegatis,prout tex.hic loquitur: & not. Bald.in l.fin.circa fi.versi.tu dic.C.de auth. prestan.cum simili. vt tradunt Mod.hic.& Alex.post Bart.& alios in l.si vni.de re iud.& videbimus in c.prudentiam.in prin.j.eod. An autem appellatione sententie veniat interlocutoria, late tradunt Moder.in rub.de re iud. Alex.in rub.ff.de re iud.& in cons.j.visis.libro ij. And.Sicu.in cons.xxxj.lib.iij.& dixi in c.super eo.el ij.de
4 app. ¶ † Ultimo no.quod ecclesia compellere potest maritum nō solum vt vxorē recipiat,sed etiam vt illam maritali affectione pertractet.ad idem tex.in c.ex parte.de spon.& ibi Abb.in vlti.not.& in c.illud.de presump.vbi Abb.dicit quod tenetur illā tenere in lecto,& in mensa. Et de maritali affectione etiam dicit in c.ex literis.de spons.& in c.fi.de adulter. ¶ In glos.j.ibi:c. super eo.notandum est,quod licet non stetur confessioni coniugum ad separationem matrimonij, tamen statur in probando
7 matrimonium [7]: vt not.Abb.post glos.& alios in d.c. super eo.& idem Ab.per illum tex.in c.ij.de cland.despon. Rom. in singu. dcxiiij.tu audiuisti.& not. Host.in summa de spons.& ma.§.qualiter contrahatur.versi.sed si ambo.facit quod no.glos.& Bald. in l.pen.C.de fideiusso.circa fin.vbi concludit quod statur con-
8 fessioni iuuenis,& puelle,quod inter ipsos sit matrimonium,vt euitetur pena stupri [8]. & idem not.Bald. in l.quicunque.C. de seruis fugiti.in c.j.§.iniuria.de pace iuram.firm. cum si.vt tradit Alexan.in cons.xxiiij. animaduersis his.lib.ij. Circa illud, quod Ab.hic tradit de metu reuerentiali, late insistunt And. Sic.& Mod.hic:& quia materia quotidiana est, vt distincte procedamus,videndum est de tribus. Primo,vtrum sola presentia superioris,cui reuerentia debetur, causet iustum metum, ita quod consensus prestitus ab eo, qui reuerentiam debet,rescindi possit. Secundo, vtrum solus metus reuerentialis sufficiat ad hoc vt actus requirens omnimodam libertatem retractari possit. Tertio vtrum metus reuerentialis excludat taci-
5 tum consensum,qui alias induceretur. † Circa primum [a] Ab.
a post Innocen.& alios concludit quod non. & idem tenet Bart. in l.j.§.que onerande.in fine.ff.quarum rer.act. non datur.in l. ad inuidiam.C.quod met.cau.cum sim.vt Alexan. scribit in l.si cum dotem.§.eo autem tempore.ff.sol mat.& idem Ab.in c.insinuante.circa fin.qui cler.vel vouen.& in c.Abbas. in j.notabi. quod metus cau.cum si.vt tradunt Moder. hic:& idem Alex. cons.xvj.ponderatis narratis.lib.iij.& in consi.clvj. viso instrumento.lib.ij. Aretin.in consil.xxiiij.quatuor dubia.in ij.dubio. Andr.Sicul.in consil.vj.lib.j. Et probatur ista conclusio in c. quanuis.de pact.in vj.& in c.cum contingat.vbi Abb.in primo not.de iureiuran.& idem Ab.in consil.iij.in vj.q.in fi.lib.vij. Ex quibus patet,istam esse communem opin. contra quam insurgit And.Sicu.hic. Et primo adducit tex.in l.pe.ff.de fur.in l.si cum dotem.§.eo autem tempore.ff.solu.matri. vbi ille,qui non

contra

contradicit propter reuerentiam, non presumitur consentire. Sed respondetur quod in dictis iuribus tractatur de excludẽdo consensum tacitum: quo casu dicendũ est vt j. dicam in iij. q. Secundo allego tex. in l. transactionẽ. C. de trans. vbi trãsactio facta per mulierem non rescinditur, quando fuit facta in presentia amicorum, vel consanguineorum: ergo non interuenientibus consanguineis, vel amicis, videtur quod rescindatur. Sed responderi potest quod ibi non apparet quod cõtractus esset factus cum eo, cui reuerentia debetur, prout in casu nostro agitur. Et ibi ponit dictum simpliciter: sicut alicubi similiter habetur quod presentia coniunctorum presumptionem fraudis excludit. l. Polla. vbi gloss. & Bald. C. de his, quib. vt indig. Et retenta communi conclusione, Abb. infert hic, quod protestatio mulieris facta in absentia, & clandestine, quod consentit alienationi propter reuerentiam mariti, nõ valet in preiudicium eius, in cuius fauorem postea renuntiauit hypothecę. Et ad hoc adde Bal. in l. clari. in ver. sed an valeat protestatio clandestina. C. de fideicom. Bar. in l. qui aliena. §. Celsus. in fi. ff. de acquiren. hered. cum simi. vt tradit Alexan. in cons. xvj. libro iij. supra allega. Et quod Abb. dicit hic de minis, in quibus qualitas mariti debet considerari hoc communiter tenetur, vt patet ex his, que alleg. in c. j. supra eod. & hoc modo intelligitur dictum Bar. in l. j. §. que onerande. in fi. qua. rer. ac. non da. Et conclusio supra facta limitatur nõ procedere, data enormi lesione: quia tunc metus presumitur ex sola reuerentia per-
b sone: cum qua contrahitur: vt not. voluit Pau. [b] de Castro in consil. clxxvij. contra superius consulta. vbi ita limitat dictum Inno. hic. Et ad hoc facit, quia data enormi lesione, non habet locum tex. in c. quanuis. de pac. in vj. vt not. Pet. de Ancha. in regula, accessorium. de reg. iu. in vj. & Cal. in cons. viij. de iureiuran. Anto. de Bu. in consil. xlv. domina Paula. cum similib. vt
6 dixi in cons. lxxxvj. † Circa secundum Ant. de But. in ca. cum virum. de regula. per illum tex. tenet quod in actibus requirentibus omnimodam libertatem, actus ob solam reuerẽtiam retractari possit: sed Abb. ibi tenet contrarium, per tex. in c. vnico. §. porro. de despons. impub. lib. vj. vbi obligatur efficaciter filius, qui tacuit, patre pro eo matrimonium contrahente, & tamen matrimonium omnimodam libertatem requirit. l. Titia. §. idem respondet. ff. de verb. oblig. c. gemma. de spon. & Mod. hic sequuntur, alleg. glos. in cap. presens. xx. q. iij. in ver. patrem. sed illa potius in contrarium facit: quia differentiam constituit inter matrimonium spirituale, & carnale. Alexan. in d. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. nulla facta mentione de Abbate, refert quod dicit Anton. de Butrio in d. c. cum virum. & dicit quod fuit locutus minus generaliter: & melius dixisset ꝙ fallit in ingressu religionis: & allegat aliam glo. in d. c. presens. Sed Ro. in d. §. eo autem tempore. & Abb. in d. ca. cum virum. etiam in ingressu religionis, tenent contrarium: & bene, videlicet quod ex sola reuerentia, etiam ingressus religionis retractari nõ possit: vt probatur in c. j. in c. cum dilectus. j. quod me. cau. vbi requiritur metus, qui cadit in constantem virum: & facit tex. in c. insinuante. qui cle. vel vouen. & in c. accedens. de conuer. coniug. Ad text. in c. cum virum. cum no. in gloss. Abb. hic
7 respondet. † Circa tertium concludit Bart. in l. ea que dotis.
c ff. solu. matri. quod metus reuerentialis excludit tacitum [c] con-
9 sensum: & sic tacens propter reuerentiam cõtrauenire potest [9]. l. pe. ff. de fur. & per glo. in l. filiusfa. §. inuitus. in ver. non probatur. ff. de proc. facit text. in l. in adoptionibus. in fi. ff. de adopt. cum simi. vt tradunt Mod. hic. & Alex. in d. l. que dotis. versic. item inquantum. ff. sol. matr. Est verum quod Ab. tenet contrarium in c. nonne. de presumpt. per text. in d. c. vnico. §. porro. de despons. impube. Et pro ista opin. Abb. arguit Alex. in d. l. que dotis. quia si metus reuerentialis non impedit expressum consensum, ergo pariter non videtur tacitum impedire: argum. l. cum quid. ff. si cer. petat. Sed ista ratio in proposito non valet: quia facilius cõsensus tacitus remittitur, & retractatur, quam expressus: vt no. Innoc. in c. j. quod met. cau. quem Abb. refert ibi, & sequitur. vbi concludit quod votum expressum, in quo est consensus expressus, non potest reuocari, nisi probetur metus, qui cadat in constantem virum: secus tamen est in voto tacito, quod ex susceptione habitus, inducitur. Non obstat text. in d. c. vnico. §. porro. quia ibi non reputatur actus preiudicialis contractus matrimonij: quia pater presumitur bene consuluisse filio: arg. l. isti quidem. ff. quod met. cau. & ita Alex. dicit in d. l. ea que dotis. pro quo est dictum Bal. in l. si sine. C. ad Velleia. in vers. primo quero. vbi ita declarat text. in l. ij. §. voluntatem. ff. soluto matrimo. & in l. sed ea, que. ff. de spons. que in terminis
8 loquitur. ¶ † In gloss. ij. not. secundum Abb. hic quod vbi in aliquo actu presentia alicuius de necessitate requiritur, eo absente actus non valet. Ad hoc And. Sic. allegat dictum Bal.

in l. j. in ver. extra queritur. C. qui admitt. vbi inquit quod contractus mulieris non valet non interuenientibus consangui-
10 neis, quorum presentia ex forma statuti requirebatur [10]. & Moder. hic allegant tex. in c. decernimus. xvj. q. vij. vbi collatio beneficij facta per episcopum absente patrono irritatur. & illum textum hoc modo arguendo Ab. adducit in disputatione incipi. Augerio. in secundo dubio, in quarto argumento prime partis. Et quod talis collatio sit nulla, not. Abb. in capit. cum Bertoldus. de re iudica. cum similib. vt tradunt Moder. ibi. Et in proposito nostro, facit quod not. Bald. in l. cum sententiam. in fin. C. de senten. in vers. pone, dicit statutum. vbi inquit quod si in sententijs criminalibus debẽt interesse duo priores, non valet sententia lata illis absentibus. Et ista conclusio procedit, quando non est potestas penes exercentem actum sine alterius presentia, prout tex. hic loquitur: alias secus, vt Ab. hic dicit, per c. quod sicut. de elect. Et licet secundum Abb. hic, certa regula dari non possit, tamen resolutio huius quest. in effectu reducitur ad not. per glo. in clem. j. de iure patro. in verbo, inhibentes. que notab. voluit quod vbi datur potestas cum certa requisitione, actus in contrariũ est nullus: quia potestas limitata fuit: secus si habenti alias potestatem, mandatum sit quod debeat certam solennitatem adhibere: quia tunc actus valet, licet illa forma non seruetur. Et illam glos. sequitur Cardina. ibi in vij. questio. Abb. in cons. xci. quo ad primum. & in ca. ex parte. de constitut. cum simili. vt late congerunt Moderni
9 ibi. ¶ † In gloss. in ver. vnius. vt Abb. hic refert, iste text. limitatur non habere locum in pluribus delegatis ad vniuersitatem causarum, quorum vnus sine altero procedere potest: vt not. per gloss. in l. si vni. ff. de re iudica. & sequitur Bartol. in l. j. §. si plures. ff. de exerci. Bald. in l. fin. C. de authori. prestan. cum similib. vt tradit Alexand. in dicta l. si vni. vbi dicit quod communiter Doctores hoc sequuntur. Et cum dictis Alexand. transeunt Moder. hic, approbantes istam opinionem, quam etiam tenet Baldus in capitu. vno delegatorum. infra eodem. in versiculo, dicit Accursius. & Abb. ipse sequitur in capi. cum causam. de appellationibus. Et fundatur ista opinio principaliter ex duobus. Primo quia delegati ad vniuersitatẽ causarum ordinarijs equiparantur: vt per gloss. not. in dicto capi. cum causam. in ver. delegatus. Et notat Ange. in l. iudex postquam. ff. de re iud. cum similib. vt Andr. Sicul. hic. prosequitur Perusi. in d. capit. cum causam. & in ordinarijs vnus solus potest. l. j. ff. de offic. consul. Sed ad hoc responderi potest, negando quod sit verum absolute, quod ordinarijs equiparentur: quia etiam in pluribus casibus equiparantur simplici delegato: vt Alexand. tradit in l. more. ff. de iurisdictio. omnium iudi. & dixi in dicto c. cum causam. Preterea tale argumentum sumitur principaliter ex eo, quia delegatus ad vniuersitatẽ causarum potest vnam causam subdelegare, secundum gloss. in d. capit. cum causam. Et dato quod illud esset verum, ad questionem nostram non bene infertur: quia videmus quod delegatus a principe subdelegare potest. c. quanuis. supra eodem. c. finali. infra eod. l. a iudice. C. de iudic. & tamen vnus ex pluribus delegatis a principe solus procedere non potest, vt hic. Et ita tollitur primum fundamentum. Secundo fundatur ista communis opin. per text. in l. j. §. si plures. ff. de exerci. vbi plures deputati ad vniuersitatem causarum habent potestatem in solidum: licet secus sit in procuratoribus deputatis ad causas particulares. l. si pluribus. ff. de procuratorib. Sed responderi potest quod in casu d. l. j. §. si plures. illi videntur habere ordinariam potestatem, prout notat Bartolus ibi, in fin. & hoc stante cessat argumentum. Secundo potest dici specialiter statutum fuisse propter vtilitatem contrahentium, vt in principio d. l. j. ibi, quia interdum locus, & tempus non patiuntur plenius deliberandi consilium. Abbas vero hic recedit a communi opinione: & concludit quod etiam in delegatis ad vniuersitatẽ cau-
d sarum vnus sine altero aliquid facere non possit [d]. Et hoc per textum in capi. vt officium. in princip. de heretic. in sexto. per locum a speciali, vbi in inquisitoribus hereticorum specialiter fauore fidei conceditur, vt separatim procedere possint: & tales dicuntur delegati ad vniuersitatem causarum: vt nota. per Ioann. Andream in c. per hoc. de heretic. in sexto, cum in talibus sit speciale: ergo in contrarium videtur ius commune. Et idem Abbas tenet in capitu. fina. de re iudica. in c. prudentiam. in prin. infra eodem. Et idem voluit Imola in dicto capitulo, si vni. ff. de re iudica. vbi rationem adducit, quia in delegatis vnus sine altero non potest: quia non habent iurisdictionem iure proprio. Et ista ratio pariter militare videtur in delegatis ad vniuersitatem causarum. Andreas Siculus & Moder. hic sequuntur communem opinio. & Alexand. in dicta l. si vni. Et ad textum in dicto cap. vt officium. respondent Andr.

Sicul.⁊ Moder.hic,quod sit speciale vt inquisitores dicantur
habere ordinariam potestatem. Non autem est speciale quod
separatim procedere possint: quia hoc est ius commune, ex
quo ordinarij dicuntur.l.j.ff.de officio consul. Et hoc idem vi-
detur voluisse Alexander in dicta l.si vni. dum inquit quod in
10 d.c.vt officium.ponitur ius cōmune: nec aliter declarat.† Sed
ista responsio non satisfacit:quia tales inquisitores non dicun-
11 tur ordinarij,sed potius [11] delegati.dicto capitu.per hoc.de he
retic.in sexto.⁊ ibi Petr.de Anchar.⁊ Domi.in prin.⁊ ad hoc
bene facit text.in c.nec aliqui.eod.titu. in vj.vbi specialiter sta-
tutum fuit propter fauorem fidei,quod officium inquisitorum
non expiret per mortem Pape:ergo non sunt ordinarij: quia
regulariter in ordinarijs non expirat officium per mortem su
perioris.capit.ij.de offic.lega.in sexto notabi.in l.⁊ quia. de iu-
risdictione omnium iudic.Et quia textus in dicto capit.vt of-
ficium.videtur ponere speciale in processu,ibi:procedetis sepa
ratim.⁊ quod tales sint ordinarij,ibi nullum verbum habetur.
Unde aliter ad illum text.respondet Perus. in dicto capitu-
lo,cum causam. de appellation.in ver. similiter. non procedit
equiparatio.vbi dicit quod inquisitores non sunt deputati ad
vniuersitatem causarum,ex quo tantum de heresi cognoscunt:
vt notat Lapus ⁊ Dom.in dicto capi.ne aliqui.in fine.Sed e-
tiam ista responsio dubitabilis videtur: quia cum talis com-
missio referatur ad certum territorium, vniuersalis videtur:
sicut quando committuntur omnes cause mutui,que in tali ca
stro vertuntur: quia talis dicitur delegatus ad vniuersitatem
causarum:vt notat Bald.in l.solet.ff.de iurisdictione omnium
indic.vbi Alexand.dicit quod communiter hoc tenetur.Ter-
tio,cogitabam si possit responderi quod text.in d.capi.vt offi-
cium.non loquitur in terminis questionis:quia videtur loqui,
quando simul inceperunt procedere:quo casu regulariter etiā
in ordinarijs est locus preuentioni. Fallit specialiter in causa
heresis,vt colligitur ibi:separatim.⁊ tali casu videtur loqui il-
le text. Sed per hoc non bene infertur ad questionem, de qua
agitur,videlicet quod a principio vnus procedere non possit,
Sed ista responsio etiam non videtur tuta:quia ibi dicitur,se-
paratim,aut singulariter. Unde licet illud verbū, separatim,
possit intelligi,vt dictum est, tamen illud verbum, singulari-
ter,repugnare videtur:quia denotat vnum solū etiam a prin-
cipio specialiter posse procedere. Ultimo,alia ratio accommo
dari potest, vt dicamus quod licet delegati ad vniuersitatem
causarum respectu iuris vniuersalis iudicentur vt alij delega
ti,tamen respectu causarum particularium, que includuntur
sub vniuersitate, reputantur ordinarij:vt in simili not.in l.j.C.
vnde cogn.vbi Cyn.⁊ Alexand.qui alios refert. Et ista etiam
responsio periculosa videtur: ⁊ ideo inductio Abbat. efficaci-
ter militare videtur:⁊,vt patet ex predictis,articulus esset dis-
putabilis. Retēta tamen communi opinione vt supra dictum
de except.in nouis.& in consil.cccxlix.dum queri
tur.Et fundatur ista opi.per text.in dicto cap.licet.de sentent.
excom. in vj. Et quia sola fama probat excommunicationem,
ad hoc vt quis euitetur,tanquam excommunicatus.c.cum de
sideres.§.ij.de sent.excommu.Et ita arguunt, & resident Mo
der.hic.Et istam opin.fui secutus in ca.pastoralis.§.verum. de
appel.quia probato subsequenti, probatur antecedens.l.ij.vbi
Bal.C.de do.promiss.& ab ista opi.que communis videtur,non
est recedendum.Sed tamen in cõtrarium efficaciter facit tex.
in dicto cap.j.de except.in vj.vbi dicitur quod excommunica
tio debet probari apertissimis documentis.Domi.in dicto c.j.
in loco supra alleg.respondet quod tex.ibi non loquitur preci
se de excõmunicatione, sed dicit eam rem debere probari aper
tissimis documentis,quo casu probata denuntiatione,est pro
bata qualitas excommunicationis:& satis dicitur probata ea
dem res:arg.gloss.not.in c.denique.vij.q.j.in glo.ij.& Mod.hic
sequuntur.Sed ista responsio non satisfacit:quia verba tex. in
d.ca.j.repugnare videntur,dum ibi loquitur de specie excom
municationis opposita,vt ex verbis precedentibus colligitur:
ideo illa verba,eam rem, faciunt relationem ad speciem excõ
municationis,de qua ibi,supra proxime loquitur.facit text. in
l.Julianus.& quod ibi Bart.ff.de hered.instit.Similiter quod
per denuntiationem [redacted] tio, probatur
hic, vbi dicitur quod legitime debet probari.facit tex. in ca.at
si clerici.in princ.cum glo.in ver.legitima probatione. de iudi.
cum simi.vt dixi ibi.Moder.hic respondent ad hoc, per denũ
tiationem presumptiue excommunicatio probatur:& ista vide
tur presumptio iuris:quo casu presumptiones iuris dicuntur
esse probationes liquidissime:vt per glo.in l.si tutor. vbi Bald.
[redacted] tut.Sed etiam ista responsio non videtur bona:quia
e solum in casibus expressis [e] a iure presumptiones iuris dicun
tur liquidissime probationes:alias secus:vt not.Bal.in l.ciues.
in princ.C.de app.& sequitur Alex.in l.licet Imperator. de leg.
j.Et si volumus tenere istam opi.negatiuam, quam tenet Ro.
in l.j.in princi.de oper.no.nunt.responderi potest ad que supra
inducuntur. Nam primo non obst.text.in dicto cap.licet. quia
ibi erat lata sententia excommunicationis, & sola denuntiatio
non facit quod repellatur,& glo.ibi hoc dicit in versi.nuntiari.
Non obstat quod dicitur de fama: quia statim de hoc videbi
mus in articulo seq.de fama.Non obstat quod not. Bal.in l.ij.
C.de dot.promiss.quia loquitur in accessorio quod nullo modo
stare potest absque principali:secus videtur in denuntiatione.
Vel secundo illud,quod ibi dicitur,est speciale in dote:vt not.
11 Alexan.in l.legata inutiliter.de leg.j.† Postremo queritur an
excommunicatio probetur per famam Abbas antiquus dicit
esse ponderandum modum opponendi.Nam si dico,istum ex
communicatum, non sufficit probare famam:si vero dicam il
lum non esse audiendum, quia infamatus, sufficit probare fa
mam: & cogitur se purgare vel petere absolutionem ad caute
lam,per tex.in c.cum desideres.§.ij.de sentent.excommu.Abb.
Mod.hic dicit quod iudex probata fama,bene poterit repel
lere eum,& ex officio suo ad purgationem inducere.Sed ad pe
titionem partis non tenetur,nisi excõmunicatio legitime pro
bata sit. Sed aduertendum est, quia iste infamatus debet eui
tari ante purgationem canonicam:vt probatur in dicto capi.
cum desideres.§.ij.ibi:episcopus, nec alius sibi communicare
debet,& no.Abb.ibi post Inno. Unde si euitandus sit,videtur
quod iudex illum repellere debeat, etiam ad petitionem par
tis,contra Abb.hic.Et tenendo quod propter solam famã de
beat quis euitari,& repelli a iudicio, est contra communẽ opi
nionem.Et ita tenent Mod.hic per tex.in dicto cap. cum desi
deres.§.secunde.& in cap.illud.de cleri.excommu.mi.& idem te
net Bal.in c.domino guerram.in titu.hic finitur lex Corradi.
Et pro ista opi.arguunt Moder. hic,quia si denuntiatio sola
hoc operatur,a fortiori fama hoc operari debet. Sed tamen li
cet ista conclusio videatur probari efficaciter in iuribus preal
legatis videtur contra istum tex.& in d.c.j.de excep.cui non vi
detur posse bene responderi.Unde saluando opi.communem,
dici potest quod tex.in dicto cap.illud.loquitur in foro anime,
vt tutior via eligatur, ne incidat quis in irregularitatẽ, prout
tex.ibi loqui videtur:non autem dicitur quod repellatur a iu

dicio in foro contentioso. Non obst.text.in d.c.cum desideres. §.secunde.quia etiam ibi non loquitur quod repellatur a iudicio in foro contentioso. Sed videtur cõsulere ne quis in tali casu dubio illi communicet. Uel loquitur ille tex. secundum iura antiqua,⁊ aliter postea dispositum fuit in d.c.j.de except. Non obstat quod Mod. dicunt de denuntiatione: quia cõtrarium supra dictum fuit,vt in supra dictis patet.

¶ Additiones.

1 ¶ Doctrine. Uide que scribit Normannotius Detus in repetitio.l.iiij.§.Cato.ff.de verborum obliga.vbi multa tunc iuvenis addidi.

2 ¶ De rescrip. Adde Fulgo.Bal.⁊ Jas.in dicta l.j.⁊ omnes in dicto cap.j.de excep.lib.vj.Spec.in l.j.de except.§. nunc dicendum.ver.⁊ nota quod inde,⁊ ibi Joan.And.⁊ Bald. Lapus alleg.cxij.inspeximus. Roma.singu.dclxxv.Guid.Pape decisio.ccxx.Fel.in cap.tue.vt lit.non contest.Dec.s.de constit.in capi.ecclesia sancte Marie.Jas.in l.eleganter.§.si quis post.de cond.indeb.

3 ¶ Legitimari. Uide Alexand.in l.iudicis.C.de iudic. Pe.de Ancbar.consi.xxxv.

4 ¶ Non potest. Idem in l.iij.versic.postremo.ff.de regu.iuris.⁊ vide omnino que addidi ad glo.in d.§.scientiam.

5 ¶ Dilatorijs. Id plane est verũ,si talis exceptio legitime probata sit.Bald.in c.ij.j.de proba.seq.Jas.in repet.l. admonendi. versicul.condescendo.ff.de iureiurand.⁊ in l. iusiurandum ⁊ ad pecunias.§.qui iusiurandum.in j.notab.eodem titu.vbi tamen subdubitare videtur.

6 ¶ Non potest. Et si quis fuit excommunicatus per vnũ ex executoribus an possit per alium absolui,⁊ a quo, ⁊ quando, vide Bertran.consil.cclxxv.lib.ij. Sil.Aldob.

a ¶ Seculari. [redacted]

b ¶ Plene. Alexan.consi.lix.numero 2.lib.ij.vbi dixi. Dec.d.l.ij.numero 47.

c ¶ Testes. Uide infra ad Decium de appellation.cap.ad presentiam.

d ¶ Probatur. Deci.Tholos.cccj.Dixi ad Deci.j.de app.c.pastoralis.§.verum.nu.4.

e ¶ Expressis. Dec.j.de prob.in rubr.nu.13. [redacted].

1 ☞ Excommunicatus pro notoria contumacia, an possit absolui antequam satisfaciat.

2 Delegatus potest cognoscere de accessorio,quod venit ad causam principalem ⁊ etiam de accessorio accessorij.

3 Delegatus an possit cognoscere de causa separata actore absoluto.

§. Si vero. Summatur,⁊ diuiditur vt per Ab. hic. ¶ Primo nota ibi:mandato ecclesie, ꝙ absoluitur excommunicatus prestito iuramento de parendo mandatis ecclesie.facit tex.in cap.questioni.cap.qua fronte. de appel.⁊ in cap.cum desideres.in cap.ex tenore.vbi Abb.de sen, excommu.⁊ dicit Abb.hic,quod hoc limitatur procedere,quando quis excommunicatus fuit pro dubia offense,vel contumacia : si autem pro notoria, non absoluitur cum iuramento, sed debet prius integre satisfacere.cap.ex parte.de verborum sign, ca.venerabilibus.§.secus.de sentent.excommu.in vj.⁊ ita Abb. 1 hic. †Sed aduertendum est,quia Abb.videtur velle quod pro notoria contumacia non absoluatur excommunicatus, nisi satisfaciat:quia equiparare videtur notoriam contumaciam, ⁊ offensam:⁊ idem Abb.in cap.supra proxime precedenti,in not. ⁊ in dicto capi.qua fronte.Sed hoc non est verum simpliciter: quia in contumacia notoria satis est ꝙ soluat expensas,⁊ quod prestet cautionem cum iuramẽto:vt dicit text.in d.§.secus.quẽ Abb.hic adducit.⁊ no.Domi.ibi in ij.not. Secundo hoc fallit in cõtumacia iudiciali, in qua nõ sufficit cautio iuratoria, sed requiritur quod prestetur cum fideiussore:vt probatur in d. ca, qua fronte.cum glo.ibi,in versi.cautione.per illum tex.ibi:sufficienti cautione.⁊ illam glo. Abb.ibi,⁊ doc.sequuntur:⁊ idem tenet Rot.in ij.deci.in tit.de sent.excom.in nouis.⁊ in xx.deci.eo. titu.in antiquis. Sed certe ista esset magna restrictio ad iura, que generaliter loquuntur,vt in isto tex.cum si.⁊ ideo ille text, in d.c.qua fronte.dum loquitur de sufficienti cautione,intelligi debet secũdum subiectam materiam de cautione iuratoria. Et ista verba Ant.de Bu.interpretatur in c.fi.de resti.spo.quẽ Alexã.refert,⁊ sequitur in consi.xxxv.viso processu.in iiij.vol.⁊ dixi in d.c.qua fronte. Tertio fallit in eo:qui esset suspectus de periurio:quia tunc non statur cautioni simplici cum iuramen1 to:vt no. Abb.in c.ad reprimendam.in iiij.no.de off.ordi.cum 2 si.vt tradunt Mod.ibi:⁊ dixi in c.questioni.de app. ¶ †Secundo no.vt Ab.hic dicit ꝙ delegatus cognoscere potest non solũ de eo,ꝙ accessorie venit ad causam sibi cõmissam,sed etiã de eo ꝙ venit accessorie ad accessoriũ cause sibi cõmisse:nam hic delegatus absoluere potest actorẽ excõmunicatum:q: hoc accessorie venit ad causam sibi cõmissam. Item potest postea cognoscere de causa, pro qua excommunicatus fuit : q: accessorie venit ad solutionem,quam incidenter fecit.Sed tamen considerandum, q: istud notabile non videtur probari hic:q: hoc cõceditur delegato ex noua causa propter contumaciã, ⁊ malitiam illius,qui excõmunicauit. Nam quod Abb.dicit esse verũ,quando immediate hoc posset delegatus:q: accessorium immediate sequitur principale:vt in regu.accessorium.de reg.iur.in vj.⁊ regu.que ponitur in c.preterea.s.eo.⁊ in l.ij.ff.de iur.om.iud.loquitur ꝙ delegatus immediate omnia possit,sine quibus causa expediri non potest.Non ob.ꝙ tex. hic appellat accessoriam causam,pro qua excommunicatus fuit:q: non videtur proprie accessoriũ, ex quo illa causa separata est, ⁊ nihil cõmune habet cum causa delegata:sed potius incidẽter hoc occurrit propter malitiam excõmunicatoris,vt hic dicitur.Et tali casu videtur delegatus potius habere potestatẽ a lege,que ampliat ex causa potestatẽ ipsius delegati,contra ea,que habentur in ca.P.⁊ G.j.eo.⁊ ita videtur tex.no.hic. ¶ In glo.in ver.distulerit. videtur velle ꝙ hodie nõ procedat ꝙ hic dicitur, per c.dispẽdia. §.reus quoq;.de rescr.in vj.vbi dicitur ꝙ reus in vna causa, pẽdente iudicio,non potest trahi super alia causa, corã alio iudice.Contrarium videtur probari hic:q: iste actor fuerat excommunicatus in alia causa,in qua erat reus.Hic dicitur ꝙ potest tanquam actor prosequi causam corã iudice per eũ impetrato, ⁊ in alia causa,pro qua fuerat excõmunicatus,respondere tenetur vt reus corã alio iudice:⁊ sic eodem tẽpore actor ⁊ reus habent corã diuersis iudicibus litigare,contra d.§. reus quoque. Abb.primo respõdet ꝙ iste tex.potest intelligi ꝙ iste actor fuit excõmunicatus in causa quã habebat,non cum isto,qui nũc est reũs,sed cum alio:⁊ sic cessat contrariũ. Sed ista solutio Abb. non satisfacit:q: in tali casu quãdo actor habebat causam cum alio,iste tex.non potest habere locum:q: non videtur ꝙ delegatus de illa causa,quã actor habebat cum alio,possit ipse aliquo modo cognoscere,cum sit omnino separata:⁊ rescriptum non extenditur ad alias personas.c.P.⁊ G.j.eo.⁊ text.hic videtur procedere,quãdo causa pro qua fuit actor excõmunicatus,tangit ipsum reũ,qui nunc conuenitur,vt videbimus in glo.fi.Secũdo Abb.respõdet ſm Host.quod prima causa forte erat per sententiã finita:sed q: non parebat executioni,excõmunicatus fuit:⁊ sic rescriptũ impetratum finito primo iudicio per sentẽtiam,licet nõdum executionem habuerit.Et sic limitatur text. in d.§.reus quoq;.prout etiã loquitur,ibi:durãte eodẽ iudicio. ⁊ no.Domi.post Joã.in d.§.reus quoq;.in prin.Et hoc in se verum est:q: per sententiã que trãsiuit in rẽ iudicatã,lis finita dicitur.Sed tamen ista solutio non videtur cõuenire ad text.hic, qui videtur loqui quando alia causa non erat finita, ibi:super eadem causa respondere,⁊ quorũ debeat iudicio stare. Tertio Abb.dicit ꝙ iste tex.intelligitur,quãdo causa pendebat coram delegato:secus si corã ordinario.Dicit tamen Abb.ꝙ ista solutio ex toto non satisfacit,per aut.⁊ consequenter.alle. in gl. hic, voluit dicere Abb.ꝙ d.aut.⁊ consequenter. habet locũ in delegato,⁊ in ordinario:prout cõmuniter ibi tenetur. Unde postremo dici potest ꝙ isto tẽpore processus non erat nullus,si nõ opponatur.Et ita procedit ꝙ hic dicitur:secus hodie in d.§.reus quoq;.distinguẽdo tamen vt tradit ibi Peru. ¶ In gl.in ver. in principali.ibi:§.⁊ si fideiussori.ad limitationẽ d.§.vide Bar. in ead.l.alle.in gl.in §.seq.qui incipit,si legatorũ. de cuius dicti veritate no.Are.in l.ex duobus.ff.de duo.reis.Et dũ glo.hic di2 cit ꝙ statutũ in accessorio,habet locũ in principali:facit quod no.Bar.in l.quisquis.C.de agr.⁊ censi.lib.xj.vbi inquit ꝙ ex accessorio infertur ad principale,quãdo est inseparabile.Et probato accessorio,probaẽ principale.l.ij.vbi Bal.C.de do.promis. Regula tamen in contrariũ est,q: accessoriũ non vestit principale.l.quod per manus.ff.de iure cod.l.ex pupillari.ff.de vulg. Et accessoriũ nõ trahit principale,vt in not.q.tradit Bar.in l. ambitiosa.in v.reg.in fi.ff.de dec.ab or.fa.Et vitiũ accessorij nõ vitiat principale,vt no.Do.in c.j.per illũ tex.in iiij.no.de cõsec. eccl.vel alt.⁊ falsitas in accessorio non vitiat principale.l.ij.vbi 3 Bal.C.de fal.Alex.in l.si ex falsis.C.de trãsa. ¶ †In gl.fi.omissa distinctione Jo.Andr.quã Abb.sequitur,indistincte verior videtur opi.Host.videlicet ꝙ delegatus absoluto actore a vinculo excõicationis cognoscere potest,etiã de causa separata:q: hoc illi conceditur propter malitiã excõicatoris, qui noluit de causa cognoscere:per illũ tex.q generaliter loquiẽ. Et q: ratio malitie que hic põderaẽ,videẽ generaliter procedere:⁊ q: delegatus,qui surrogaẽ in locũ excõicatoris propter eius malitiã, videtur

vid:tur habere illam iurisdictionem, quā in tali causa excōmunicator habebat: quia subrogatum sapit naturam eius in cuius locum surrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. facit tex. in cle. j. de supplen. negligen. prelat. Non obstat quod dicitur in glossa de iurisdictione delegata, que non potest prorogari: quia verū est a partibus, prout loquitur tex. in d. c. P. ⁊ S. alleg. in gloss. Sed in casu nostro ista videtur prorogatio facta a lege ex causa, prout dixi in not. Postremo Abbas concludit quod iste text. non habet locum in ordinario: quia episcopus ordinarius non poterit excommunicatum ab alio episcopo etiam in subsidiū absoluere: quia regulariter nullus potest absoluere excommunicatum ab homine, sed delegans potest, quia gerit vices Pape, vt latius Abb. hic dicit. Sed aduertēdum est, quia delegatus licet representet Papam in causa sibi commissa, tamen mandatum Pape stricte interpretatur. Sed in isto casu mandatū delegati a lege extenditur propter malitiam excommunicatoris. Unde si extenditur potestas delegata propter malitiam excommunicatoris, a forti ri extendi debet ordinaria, que fauorabilior est. Et ita dicendum videtur.

¶ Additiones.

1 ¶ Iuramento. Facit optime auth. ei qui. C. de bo. autho. iudi. poss. vbi Bal. per illum tex. subtiliter inducendo dicit, quod ille qui semel fuit releuatus a satisdatione propter iuratoriam cautionem, si semel fuit periurus perdit illud priuilegiū: quia tunc est suspectus de periurio, per regulam semel malus. de reg. iur. lib. vj. ⁊ quia priuatur priuilegio iurandi qui semel fuit periurus. c. paruuli. xxij. q. vlti. tradit late Jac. de s. Georg. in l. nō exigimus. §. quod diximus. nu. 8. ff. si quis cau. post alios ibi.

2 ¶ Principali. Adde eundem Decium in c. cum M. in princ. de constitu.

1 ¶ Archiepiscopus vnus licet sufficiat ī vna prouincia, Papa tamen aliquando hunc modum transgreditur.
2 Causa de honestate delegari debet iudicibus, qui non habent dignitatem inferiorem, quam ipse partes.
3 Citatus a duobus iudicibus ex tribus, si comparet, ⁊ omnes tres iudices sint presentes, ⁊ iusserint eum respondere, an respondere teneatur.
4 Judicis authoritas iniuste procedentis non excusat a perceptione fructuum.
5 Requisitiones, que fiunt inter partes, debent esse trine.

Um causa. Summatur, ⁊ diuiditur, vt per Abbat. hic.
1 ¶ † Primo no. secundum Abba. quod licet in vna puincia debeat esse vnus archiepiscopus, vj. q. iij. scitote. tamen Papa quandoque ad petitionem principum hunc iuris ordinem transgreditur, vt hic patet, vbi erant tres archiepiscopi in Sicilia. Sic etiam licet in vna ciuitate debeat esse vnus episcopus tantum c. quoniam in plerisque. de offi. ordin. tamen Papa dispēsare potest quod duo episcopi sint in eadem ciuitate: vt ponit Abb. in d. c. quoniam. per cap. non autem. vij. q. j. Et ex eo quod dictum est de archiepiscopo, qui debet esse in qualibet prouincia, infertur ad regem: ⁊ istam equiparationem facit text. in d. c. scitote. Unde sicut archiepiscopus sub se debet habere decem vel vndecim episcopos, ita videtur quod ad constituēdum re-
1 gem requiratur quod habeat decē vel vndecim ciuitates [1]. Et ita notab. Abbas dicit in c. constitutis. de testib. Aliter tamen Aretinus ibi dicit: ⁊ hoc potest esse per viam dispensationis:
2 vt supra dictum est de episcopo. ¶ † Secundo nota honestum esse vt causa committatur iudicibus non habentibus dignitatem inferiorem ipsis partibus, non tñ necessarium est: vt probatur in c. sane. §. e. vbi delegatus hʒ potestatem ꝯ episcopum: Et ratio ibi ponitur, quia Papā representat. Quilibet enim iudex in causa, in qua potestatem hʒ citare pōt quemlibet, etiā si esset cardinalis: vt no. Bal. in l. iubemus. §. fi. C. de episc. ⁊ cle. quia in tali causa maior reputatur. facit tex. in c. studuisti. de offic. leg. in c. omnes. de ma. ⁊ obe. Et si honestas deberet ꝯsiderari, etiā pari, causa non deberet committi: quia par in parem nō habet imperium. c. innotuit. de elect. l. ille, a quo. §. tempestiuū.
3 ff. ad Tre. ¶ † Tertio no. quod citatus a duobus ex tribus delegatis, licet nō valeat citatio, nec teneat comparere, vt dictū est in c. prudentiā. in prin. §. e. si tñ citatus compareret, ⁊ omnes tres presentes sint, ex noua requisitione facta, nomine omniū respondere tenet: quia illa requisitio iudicum habet vim citationis. l. ij. C. quomo. ⁊ quan. iud. ⁊ quia cum pars presens sit, citatio non requirit, vt Ab. hic dicit. Sed aduertendum est, quia interueniente noua requisitione, vt Abb. dicit, res clara videtur: sed absque alia requisitione in secunda ratione Ab. sentit quod etiam respondere tenetur, cum presens sit. Nam quando
2 quis est presens, alia citatio non requiritur [2], vt no. Ange. in l. de vnoquoque. per illum tex. ff. de re iud. cum simi. vt tradit ibi Alex. in rub. C. de in ius voc. ⁊ late Mod. in c. cum oporteat. de accus. ⁊ Jo. de Jmo. in consi. cxij. in causa que vertitur. Et presertim hoc videtur procedere in isto casu, quia fuit citatus ad hoc, ex eo quod no. Bart. in l. si accusatoribus. C. de accus. ⁊ in l. ij. §. legatis. vers. nam ⁊ diuus. ff. de iudi. Et in casu nostro bene facit quod not. Cal. in cons. xj. de iure pat. vbi cōcludit quod licet non valeret citatio facta a maiori parte vniuersitatis, si tamen due partes comparent, propter presentiā, valet quod agitur ab ipsa vniuersitate. Et ad hoc bene facit text. in l. j. in prin. cum gl. ibi: de fer. vbi citatio, que fuit nulla, purgatur parte cō-
3 parente [3]. ⁊ illum tex. ad hoc not. Bal. ⁊ Alex. in d. l. j. in prin. ff. de fer. ⁊ idem Alex. in cons. cxxiiij. viso processu. lib. ij. cum simil. vt tradunt Mod. in c. illud. de prescr. ⁊ Roma. in cons. ccccx. vt clarior. ¶ Quarto no. quod factum iudicis non rite procedentis equiparatur facto priuati. Unde sicut spoliatus a priuato hʒ restitutionem, ita etiam si sit spoliatus a iudice, vt Abb. hic dicit. In quo considerandum est, quia ista conclusio de plano procedit in iudice incompetenti: vt in c. causam matrimonij. vbi Ab. in fi. §. e. ⁊ in notabili casu tradit Pet. de Anc. in cons. ccxix. ad predicta dubia. cum sim. vt dixi in c. causam matrimonij. in fi. Similiter si esset iudex cōpetens, qui procederet extra iudicialiter, ordine iuris non seruato, restitutio peti potest ad-
4 uersus spoliationem ab eo factam [4], vt nota. in capi. conquerente. vbi Ab. de restit. spol. ⁊ illum tex. ad hoc allegauit Bart. in l. sequitur. §. si fundum. ff. de vsucapio. ⁊ de his late tradunt
4 Mod. in c. dilectus. el j. de rescr. ¶ † Ultimo no. quod authoritas iudicis iniuste procedentis non excusat a restitutione fructuum perceptorum. Unde si iudex tradidit alicui iniuste meā possessionem, possum illam recuperare cum fructibus: ⁊ idem Abb. post Inno. ⁊ alios concludit in c. consultationibus. vers. sed dubitatur. de iure patr. Bal. in l. ij. C. de seruit. ⁊ aqua. Ro. in cons. ccccliiij. in re presente. ⁊ Abb. in consi. xliij. ex omnibus. in tertio dub. Sed tamen in contrarium videtur quod no. Albe. in prima parte statutorum. q. lxvij. incipiente, item quero, si statuto cauetur. vbi concludit quod datio in solutum facta nō seruata forma statuti, licet titulo dationis in solutum non lucretur fructus illos, tamen lucratur propter bonam fidem. Et ad hoc videtur notabile dictum Bart. in l. sed ⁊ si lege. §. scire. ff. de peti. her. circa fi. vbi dicit quod ad lucrandum fructus non requiritur bona fides, sed sufficit abesse malam fidē: ⁊ idem Bar. in l. si fur. §. j. ff. de vsuc. Bal. in l. venditioni. C. de vsucapi. pro empto. cum sim. vt tradunt Mod. in c. quarta. de prescrip. ⁊ idem Abb. in cons. xxxiiij. attingam, lib. j. Et hoc quando ius non resistit: vt not. Bar. in d. §. scire. ⁊ sequitur. Alex. in consil. cxxj. viso themate. li. iij. ⁊ idem consilium repetitum habetur in cons. lxxiij. li. ij. And. Sicu. in cons. xlj. lib. j. ⁊ Fran. de Curte in cons. lxxj. princeps defunctus. Saluando tamen quod Abb. dicit in casu nostro dicendum videturquod iura hic resistunt, vt Ab. hic dicit, in fructibus percipiendis. Et hoc declarari potest: quia pendente appellatione iste spoliatus fuit: quo casu iura clamant quod pendente appellatione nihil innouādum sit. l. j. ⁊ per totum. ff. nil nouari appellat. penden. ¶ In glos. j. duo colliguntur per Abbatem. Primo, quod vbi sunt plures pares in officio inter eos citatio fieri non potest, quia arguit superioritatem: sed debent rogari vt in certo termino adsint. Et hoc de canonicis notat Innocentius capit. cum nobis. de elec. cum si. vt prosequitur Abbas hic: bene facit quod notat Baldus in titu. de pace Constantie, in ver. ego. in fine, vbi inquit quod quando sunt plures confederati in liga, ille, qui est potentior, videtur habere mandatum ad requirendum, ⁊ congregandum alios. Et idem in atiquiore de domo, ⁊ familia: et notat Bartolus in tractatu de tyranno, cum similibus, vt tradunt Moderni in capitulo primo, de maioritate ⁊ obed.
5 ⁊ in capitulo, cum omnes. de constitutioni. ¶ † Secundo ex glossa colligitur quod iste requisitiones, que fiunt inter partes, debent esse trine. Sed contrarium Abbas hic concludit, quod imo ad conuincendam negligentiam paris, vel infe-
a rioris, vnica [a] requisitio sufficit: ⁊ ad hoc est gloss. quam ipse allegat in clementina prima, in ver. requisierint. de here. ⁊ sequitur Cardinalis ibi in ver. duro. in decima octaua questio. de her. ⁊ notat Baldus in l. qui crimen. in viij. questio. C. qui accusa. cum similib. vt tradit Alexan. in l. de pupillo. §. si quis ipsi pretori. de operis noui nunciat. ⁊ late Moderni in capi. ex literis. de constitutio. Et ista opinio communiter tenetur, vt dicit Dominicus in capit. si contra vnum. eodem titu. in sexto. ⁊ secundum istam conclusionem Alexander consuluit in consilio

lxxix.stantibus his.libro iiij.& idem tenet Angel. Aretin.in §. sic itaque.de actionib. Et ista conclusio limitatur non procedere in casibus,in quibus specialiter contrarium expressum reperitur in iure:& ita vnico verbo ad omnia contraria Dominic. respondet in dicto c.si contra vnum. Et hoc specialiter exemplificari potest in alia conclusione,que colligitur ex dictis Abbat.hic,videlicet in requisitione facta in aliquo actu ad conuincendam negligentiam superioris,per textum in capit.j.de supplen.negligen.prelato.& ibi Anton.de Butr. in secundo notabi.& not.Bald.in capitu.j.in fin.versicu.dicit Hostiens.de milite vasallo,qui contumax est.cum similib.vt tradunt Moder. in dicto capitu.ex literis. Sed in hoc contrarium voluit Romanus in singulari ccccxxiiij.ego dixi per textum in clementi. quamuis.de appellation. vbi ad petendum apostolos sufficit quod instanter,& sepius vno conquestu petantur: & tamen illa petitio facta sepius eodem tempore, pro vna habetur, iuxta glossam in l.iiij.ff.de pignora.actio. & reperio quod idem tenet Romanus in consilio ccccxxxvij.in proposito casu. Et ad text. in dicto capit.j.respondetur quod loquitur in illo casu speciali,in quo lex vltra procedit sic disponēdo:& ita sequuntur Moderni hic,& in dicto cap.ex literis.Sed aduertendum est, quia ad textum in dicta clementi.quamuis.responderi potest quod ibi non negatur, imo probari videtur quod trina interpellatio requiratur.Sed potest dici quod ille tres interpellationes non habentur pro vna in illo casu speciali:& sic responsio data ad capi.primum retorqueri potest,& certe in casu dicte clemen. quamuis.vnica interpellatio non sufficeret:vt notat Bald. in authentica, item si appellatione.in fine, C.de tem.ap.quia hoc non esset summa ope niti, prout requiritur in appellatione. & notat Salice.in l.fina.§.illud.C.de tempo.appellat. vbi inquit quod Docto.communiter volunt quod plures interpellationes requirantur in causa appellationis,ex quibus patet quod Romanus non bene loquitur in intellectu dicte clemen.quamuis. Finaliter tamen placet opi.Rom.non per rationem eius, que non valet,vt dictum est:sed quia in causa principali ex vnica interpellatione etiam iudex qui superior est,in mora constituitur:vt notat Baldus in l.Titia.§.vsuras.de legatis & fideicommissis secundo,in l.mora.in principio, ff.de vsuris cum similib.vt Alexander tradit in consilio lxxix.supra allegato,vbi ita concludit.& idem Alexander in cons.lix.viso titulo.lib.iiij. Et de collega,quod vna citatio sufficiat,etiam tenet Bal. in l. nam ita diuus.ff.de adoptio.& Maria.in tract.suo de dilat.in arti.xxvij.q.vj.

Additiones.

1 Ciuitates.Vide Deci.in l.iij.in prin.ff.de offi.assess.

2 Requiritur.Vide Ias.& Cur.iunio.& Deci.in dicta rubrica,C.de in ius vocan.Felinus in capitulo primo,infra de iudi. in capi.illud.de prescri.Iacob.de S.Geor.in l.si omnes.C.si mi. se ab here. abstin.

3 Comparente. Intellige tamen nisi pars compareret & peteret actorem condemnari in expensis ratione sue temeritatis secundum doctrinam Speculat.in titu.de citat.§.viso.versicu. item si quid in aliqua istarum,quod dicit bene notandum Iacobus de sancto Georgio. in l.j.in princip.versicu.vnum notetis.ff.de ferijs.

4 Ab eo factam.Adde Iacob.Rebuff.& Ioann.de Pla.in l. si coloni.C.de agri.& censi.lib.xj.Angel.Areti.in §. quadrupli. vers.item dixi in libello.instit.de acti.Boerium in cons.ccccxx. etiam si esset.lib.iij.nu.3.Deci.in l.fina.C.de edi.diui Adr.toll. ver.secunda conclusio.Soza.cons.xxj.videtur dicendum.vers. decimo sexto,& si iste.nume.19.

a Unica.Et bene,nisi in casibus expressis.Roma.singul.ccccxxiiij.consi.ccccxxxvij.& dixi ad Alex.d.consil.lxxxj.lb.iiij.Idem Decius infra de appella.c.ex parte M.tetigi super text.c.j.de suppl.negl.prel. [redacted]

1 Tertius cōparens pro suo interesse pōt recusare iudicē.
2 Iudex quibus causis potest recusari.
3 Mulier an perdat dotem propter osculū, sicut propter adulterium.
4 Confiteri quis dicitur omnia requisita in actu quem facit.
5 Instrumentum producens videtur confiteri omnia in eo contenta.
6 Utile per inutile,an,& qualiter vitietur.
7 Tutor potest solus administrare.
8 Actus,an,& quando vitiatur propter misturam inhabilium.
9 Actus non vitiatur propter misturam inhabilium, quando potestas competebat vnicuique in solidum.
10 Quando non valet quod ago vt ago,an valeat actus eo modo quo fieri potuisset.
11 Iuramentum quādo interponitur,facit valere actum eo modo quo potest.
12 Clausula,omni meliori modo, &c. quomodo intelligatur.



Um super. Summatur,& diuiditur,vt per Abbatem hic. † Primo no.ex his,que Ab.dicit sup gl.j.quod tertius comparens pro suo interesse,potest recusare iudicem, si hz iustam causam recusandi:& idē dicit Imol. hic:& ad hoc istum tex.pro singulari allegat Peru.in c.cum speciali.in prin. in ij.q.de ap.Et hoc etiam procedit post litem contestatam: qa etiam tunc tertius comparens pro suo interesse iudicem recusare potest,vt not.Ang.in l.quidam consulebant.in fi.in ver. vltimo adde.ff.de re iudi. Et etiam alias exceptiones dilatorias tertius comparens post litem cōtestatam opponere potest: vt no.Ang.in l.si quis libertatem.ff.de pet.hered.in ver.& fm hoc est casus in terminis,de quo tamē dicendum est,vt tradit Pe. de Anch.in cons.ccccxxxiiij.ad dubia.& per Mod.in c.exceptionem.de excep. †Secūdo colligitur per Abb.quod ex tribus causis [a] iudex recusari potest.Prima,si habet litem mecum, & idem Ab.allegando istum tex.dicit in c.j.in ij.not.de iud.& no. Specu.in eo.tit.§.super eo.ver.idem est,si cum altera.& Domi. post Ioan.And.in c.legitima.de appella.in vj.Peru.in c.postremo.in ver.xxxviij.de appel.An autem hoc procedat,etiam lite finita,videndum est quod plene scripsi in c.j.de iud.in prioribus & posterioribus scriptis. Secunda causa,quando noluit admittere ad osculum pacis:arguitur enim inimicitia, ex quo alij admittuntur[1]:vt no.Perus.in c.postremo.in ver.xxxvj.Et de osculo habetur in c.dilecto.§.de prebē. Per osculum tñ non videtur Papa excōmunicatum absoluere.cle.si.in pnc. de sen. excom.Et per osculum nō videtur dominus vasallo feloniam remittere:vt no.Bal.in c.j.in prin.ver.an dominus. in ti.quib. mod.feud.amitt.†Et de osculo notandū est singulariter quod sicut mulier perdit dotem propter adulterium, ita etiam propter osculū.ita not.voluit Bal.in c.tue.de proc. cuius dictuz efficaciter tñ reprobaui in ru.de iud.in pri. in prioribus scriptis, vbi videndum[2]est.Tertia cā est,quando iudex minatus fuit q nocceret,si posset:& sequit Peru.in d.c.postremo.in xxxvij.causa.Et ad hoc facit,qa nedum est inimicus,qui facit iniuriā, sed etiā qui libenter faceret si posset:vt no.Bal.in l.j.ver.ex hac lege.C.si qua.pre.fue.pot.alleg.gl.in l.athletam.§. ad remissionē. ff.de excu.tuto.Et in isto casu non vr quod qualitas minantis ɔsiderari debeat,iuxta no.in c.causam matrimonij.§.e.quia suspicio sola sufficit:vt in simili casu gl. dicit in c.ij.in ver.inimicum.de proc.Ultimo Ab.subijcit quod ille,qui nō salutat,presumitur inimicus,& ideo recusari pōt:vt per glo.lxiij. dist.in c. cum Adrianus.Et hoc sane intelligitur qñ erat solitus salutare:vt Ab.declarat in c.ad hec.el j.de ap.& in c.repellantur.de accus. † Tertio no.ibi:per consequentiam confessus est,quod quis cōfiteri dicitur omnia requisita in actu,quē facit.Et ideo qui cōtrahit cum aliquo tanquā tali,videt ɔfiteri illū talē [b] esse.l.si proponas.§.j.ff.de inof.test.vbi Bal.dicit hoc esse notabile. Et qui facit aliquē actū,videtur se adstringere omnibus legibus loquentibus de illo actu:vt no.Bal.in l.si duo.ff. de acq. her.Et qui promittit aliquid facere,tenetur illud facere, ita q validū sit de iure,& habeat omnia requisita:vt no. Bal.in l.huiusmodi.in prin.de leg.j.cum si.vt tradit ibi Alex.in fi.prin. Et ex his non videt quod recte loquatur Bal.in l. non idcirco.C. de iu.& fac.ig.vbi inquit,q recipiēs ab aliquo censum tāquam ab emphyteuta,non vr confiteri illū esse emphyteutam: & Ab. qui recipit aliquē ad osculum pacis spiritualis,non videtur p hoc fateri illū esse monachū.Saluari tñ pōt dictū Bald.prout ipse loquit,videlicet qñ apparet de errore:& sic videt confiteri illum talem esse,vt §.dixi.Sed talis confessio non est adeo efficax,quin ɔtrium probari possit:& ita primo limitat quod dictū est.Secūdo limitat pcedere in his,que sunt in potestate illius, qui actū facit:alias secus:vt no.tradit Alex.in cons.lxxj.circa id,de quo.li.iiij.vbi ɔcludit quod ille,qui litigauit cū aliquo tā quam pcuratore,non prohibetur allegare iudiciū nullū ex defectu mandati:quia in his,que non pēdent a potestate mea, tacita approbatio mea nihil releuat ad confirmandum iudiciū: vt no.Bar.in l.Pōponius.§.ratihabitionis.ff.de proc.†Et ex supra dicto no.Ab.infert quod ille, qui producit instrumentū, videt cōfiteri omnia,que in tali instrumento ɔtinētur[3]: vt no. Inn.in c.cum venerabilis.§.de exce.cū si.vt tradunt Mod.ibi. & idē Bal.in ɔs.clxxj.omnis assessor.li.ij.Ab.in ɔs.xxxviij.i questiōe.li.ij.Car.in ɔs.lvj.in lucidatione.Bal.in c.pñtiā.de testi. Andre.Sic.in consil.viij.libro ij.& in consilio lix. eodem lib. ij.

Quar

¶ Quarto no. ꝙ ad validitatẽ actus, voluntas, & potestas de-
bent simul concurrere. & ad hoc allegatur iste text. facit text.
in cap. ad hec. el primo, de appellatio. ibi: potest, si voluerit. & in
capitu. super inordinata. de prebend. & in l. si genero. C. de iure
dot. in l. cum te. vbi Bald. C. de dona. ante nupt. Nam vbi non
assistit iuris potentia, voluntas inanis est: vt not. Bal. per il-
lum tex. in l. nolle. ff. de acquiren. hered. & idem Bald. in l. omne
verbum. C. commu. de lega. dicit quod in omni humano actu
requiruntur voluntas & potestas. alibi tamen Bald. videlicet
in l. cum testamentum. C. de iur. & fac. igno. dicit quod imo tria
necessaria sunt, voluntas, potestas, & sciẽtia: sed tamen quod de
scientia dicitur, satis sub capite potentie comprehenditur, vt
6 ex dictis Bal. ibi colligitur. ¶ † Quinto nota quod in indiui-
c duis [c] vtile per inutile vitiatur: secus est in diuiduis [4]: vt per
4 glos. in l. pecunie fenebris. in ver. pro modo. de vsur. facit tex. in
l. j. §. Trebatius. ff. de aqua quotid. & esti. not. Bar. in l. Grece. §.
illud. ff. de fideius. cum simil. vt tradit Alexan. in l. j. §. penult. ff.
de verb. obli. & in l. certi condictio. §. quoniam. ff. si cert. pet. & in
proposito huius casus no. Roma. in consil. lvj. in re presenti. &
de hoc etiam scribit Old. in cons. xxxvij. ad primam questionẽ.
Maria. in consilio xxxviij. circa predictam. & idem Socin. in
consilio lxxxvij. in presenti consultatione. aliquid. Signoro. in
consilio ccxiiij. thema sic se habet. & Alexander in consilio xvij.
viso instrumento. libro quarto, & videndum est quod dixi in di
cta l. certi condictio. §. quoniam. ff. si certum peta. vbi Bald. vl-
tra omnes hanc materiam explicauit. ¶ In gloss. ij. colligi-
tur per Abb. quod si iudex proposita exceptione, procedit ad
vlteriora, videtur tacite pronunciare, & exceptionem proposi-
5 tam reijcere [5]: ideo appellandum est: de quo allegat text. in ca
pitu. ex parte M. de appellat. cum simil. vt dixi ibi: & late tra-
dunt Moder. in c. suborta. de re iudi. ¶ In glos. in ver. confes-
sus. ibi: c. dilecti. el. j. vbi dicitur ꝙ plus est facto facere, quã ver-
bo. Et alibi dicitur quod plus est facere, quam pronuntiare. l. si
tamen. §. ei, qui. ff. de edil. edic. cũ simil. ibi in glos. alleg. Et vo-
6 luntas [6] quandoque verbis declaratur: quia verba sepe profe-
runtur contra intentionem proferentis, vt not. Abb. in consi.
cxvj. illud de iure queritur. li. ij. Notandum tamen est quod vo
luntas, que ex facto elicitur, est magis limitata, quam illa, que
ex verbis expresse habetur: vt per glo. not. in cle. sepe. in verb.
partibus. de verb. signifi. cum simil. vt dixi in dicto c. dilecti. de
appel. ¶ In ead. glos. in fi. ibi: qui vnum dicit vel facit, plura fa
cit, vel dicit. Hoc dictum intelligitur in consequentiam: quia
qua ratione aliquid facit, videtur omnia alia facere, que sequũ
tur ex illo, iuxta regulã, que habetur in c. preterea. supra eod. in
l. ij. ff. de iurisd. om. iudi. ¶ In glos. fi. in prin. ibi: no. quod pos-
se, & velle, contraria sunt. Hoc intelligitur quando tendunt ad
diuersa, prout textus hic loquitur: vt quia quis velit quod nõ
potest, & quod potest, non velit: alias vero posse, & velle, nõ sunt
contraria, si respiciunt eundem finem, vt patet ex his, que di-
cta sunt in notabilibus. ¶ In ea. glos. ibi: c. inter cetera. ille tex.
non est contrarius: quia ibi solum punitur episcopus, qui con-
tulit prebendam, quam non potuit. ¶ In ead. glos. ibi: c. dile-
ctus. ibi erant plura facta separata: ideo vtile per inutile vitia
tur, secundum ea, que sunt in vltimo notab. ¶ In ead. glo. ibi:
potius interpretanda est res vt valeat. Hoc est verum in du-
bio: secus in casu isto, in quo cõstat ꝙ iste voluit illud, quod nõ
potuit. Item illa regula limitatur, nisi agatur de graui preiu-
7 dicio alterius [7]: vt no. Fulg. in l. ij. §. si quis insulam. per illum
tex. ff. de eo quod cer. lo. Aliter etiam limitatur, vt not. Alex.
in l. verbis ciuilibus. in ij. not. ff. de vulga. & pupilla. Et aliter,
vt tradit Imo. in l. a Titio. & Are. ibi. ff. de verb. obliga. ¶ In
eadem glos. ibi: c. si quos. ibi: & in iuribus sequentibus. in effectu
habetur quod vtile per inutile nõ vitiatur, quia materia erat
7 diuidua, vt dictum est. ¶ † In eadem glos. ibi: solus potest ad-
ministrare. hic prima solutio colligitur, videlicet quod textus
in l. j. §. j. alleg. pro contrario in glo. procedit in tutore, qui ha-
bet potestatem in solidum. l. fi. C. de autho. tut. & procedendo cũ
falso tutore processisse videtur tanquam habens potestatem
in solidum: secus est in delegatis, qui non habent potestatem
nisi pro parte, vt latius Abb. declarat hic, qui dicit istam esse
optimam solutionem. Sed contra illam facit, quia etiam in
isto casu Abbas solus habebat potestatem, propter clausulam
appositam in rescripto. Et sic in isto casu prima facie videtur
eadem ratio, que est in tutore. Ad hoc responderi potest quod
in tutoribus quilibet a principio solus habet potestatem sim-
pliciter: non sic in pluribus delegatis, quia a principio etiam
apposita illa clausula vnus non habet potestatẽ solus, sed tunc
demum quando alter non potest, vel non velit. Et ita dicebat
Imo. hic. Sed hoc nõ tollit difficultatem: quia ex quo in casu
isto alter erat legitime recusatus, liquidatum erat quod alter
solus ꝓcedere potuisset: & sic facta tali liquidatiõe erat eadẽ rõ,
que in tutoribus: ideo ista solutio non satisfacit. Et vlterius
contra eandem solutionem arguitur: quia licet tutor solus ha-
beat potestatem, tamen quando simul cum alio actum facit, nõ
apparet quod voluerit vti illa potestate, que sibi in solidum cõ
petebat: sed potius apparet contrarium; ex quo cum alijs si-
mul authoritatem interposuit: per ea, que not. in l. j. ff. de offic.
d consu. Ideo aliter responderi potest quod hic constabat [d] de
mente, ꝙ noluit procedere solus, prout potuisset, ex quo pro-
nuntiauit episcopum collegam eius, non esse legitime recusa-
tum. Ex hoc enim sequitur quod non credebat se solum proce-
dere potuisse: & ideo nõ potuit cogitare quod vteretur potesta
te illa insolidum, quam non credebat sibi competere. Secus vi
detur in dicta. l. j. §. j. quia sciebat tutor, & credebat se habere po
testatem in solidum. Et licet interponendo authoritatem cũ
alio non videatur velle vti potestate in solidum, vt supra dice
batur: hoc verum est, quãdo alter esset tutor, ita ꝙ actus ex per
sona vtriusque valeret: secus si alter reperitur non habere po-
testatem: quia vt actus valeat sustinetur ex potestate, que in so
lidum competebat: arg. in l. iij. ff. de testa. mili. Et ista interpre-
tatio non potest in casu isto adaptari, ex quo non credebat se
habere potestatem in solidum: & sic voluntas repugnare vide-
tur. Alia tamen fuit solutio gloss. hic, quam Abbas reprobat,
quia diuinatiua est, & vlterius in se vera non videtur: quia se-
queretur quod si tutor verus crederet alium esse tutorem, qui
non erat, quod actus non valeret, & sic non haberet locum text.
in d. l. j. §. j. Et hoc falsum videtur: quia dato quod plures sint
tutores, cuilibet in solidum potestas competit. l. finali. C. de au
thorita. prest. Unde licet vnus procedat cum alio tutore, quem
credit esse tutorem verum, si postmodum falsus reperit, actus
tamen valet. dicta l. j. §. j. que generaliter loquitur: argum. l. iij.
ff. de testam. milit. Ex hac tamen solutione reprobata, colligi-
tur secundum Abbatem, limitatio ad text. hic, quod si delega-
tus verus, scit se habere potestatem in solidum, sed ad maio-
rem cautelam voluit procedere cum alio, ꝙ protestetur quod
intendit procedere solus, inquãtum solus habeat potestatem:
tali enim casu cessat ratio, que in tex. hic allegatur. Et hoc di-
ctum Abb. confirmari potest, quia videmus quod ordinarius
si procedat ex iurisdictione delegata, quam non habebat, dubi
tatur an valeat processus virtute potestatis ordinarie, que sibi
competebat: de quo notat Ange. in l. si per errorem. de iurisdi.
omnium iudic. cum similib. vt tradit ibi Alexand. Si tamen
in sententia apponatur clausula illa, quod valeat omni melio-
ri modo: tunc valet sententia ex potestate ordinaria, quam ha
8 bebat [8]: vt notat Antonius de Butrio, Cardinalis & Imola
ibi, in fine, in capitulo, ex literis. infra eodem, cum similibus, vt
tradunt Moderni in capitulo, cum ex officij. de prescript. Et
eodem modo in illo, qui adiuit hereditatem omni meliori mo
do, quando erat incertum, ex quo testamento sibi competeret,
iuxta legem, eum, qui duobus. ff. de acquirenda hereditate, va-
let additio, vt notat Angelus in d. l. eum, qui duobus. & in con
silio clxxxiij. ex themate predicto. cum similibus, vt dixi in con-
silio decimo quarto. Et ex supradictis, id est ex prima solutio-
ne, Abbas infert aliam limitationem ad textum hic, quod nõ
habet locum in ordinarijs, qui in solidum habent potestatem.
Sed quia illa solutio non videtur vera, quia etiam in isto casu
solus Abbas hic habebat potestatem, vt supra dictum est, ideo
8 ista limitatio non videtur procedere. ¶ † Successiue Abbas
prosequitur, an, & quando actus vitietur propter misturam
inhabilium: & in effectu principaliter considerat duos casus.
Primus est in actibus vniuersitatis, in quibus concludit
quod valet actus, licet inhabiles interfuerint. & idem Abbas
dicit in capitulo fina. in vltimo notabili per illum textum, de
procuratorib. Moderni in lege prima, §. si stipulanti. versicu-
lo, sed si mihi. ff. de verborum obligatio. in versicu. octauo ad-
de. dicunt quod pro ista conclusione est textus in capit. Mas-
sana. in capitulo, illa. de election. in quibus patet quod electio
que fuit facta a clericis simul cum laicis, non valet. Sed respõ-
deri potest, quod illa iura habent locum, quando inhabiles
scienter admittuntur: quo casu conclusio Abbatis non tenet,
prout textus distinguit in dicto c. fin. de proc. & Abbas ibi ita
respondet ad textum in dicto capi. Massana. Secundo Mo-
derni contra Abbat. allegant textum in ca. nobis. de simo. vbi
electio vitiatur, quia vnus ex quatuor electoribus corruptus
fuit. Sed respondetur, illud esse speciale in crimine simo-
nie, vel non agitur ibi de inhabilitate personarum, prout Ab-
bas loquitur, sed de inhabilitate actus: & illud vitium est in
rem: quia illa simonia inficit actum electionis: prout ibi
declarat Ioannes de Anania, ibi, non erat actus vniuersi-
tatis saltem immediate singulorum illorum quatuor. Et

pro ista opin. Abbat. facit quod notat Bald. in l. item veniunt. §. pridie. ff. de petitio. heredita. vbi inquit quod si noui consules congregati simul cum antiquis aliquid faciunt, ille actus non vitiatur. Et est dictum Innocentij in capitulo, illa. de electio. vbi inquit quod quando ignoranter inhabiles admittuntur ad electionem faciendam, electio tamen valet. Et sequitur Roma. in consi. lvj. in re presenti. in quinto dubio. vbi pro dicto Innocen. dicit esse tex. in dicto cap. fina. de procur. & idem tradit Oldrad. consil. cclxxxvj. in electionis negotio. in quarto dubio. Abbas in dicto capitu. fina. & Marian. in consilio xxxvij. circa predictam consultationem. Et ista conclusio videtur procedere, quando apparet, illos de vniuersitate consensisse, prout Ab. hic declarat: secus si hoc non constaret: quia tunc propter incertitudinem, actus vitiatur. Gratia exempli, si actus debuit expediri per consilium artium, quod dicebatur consilium minus, & fuit expeditus cum dicto minori consilio, & etiam cũ maiori promiscue simul, actus non valet, vt concludit Jo. Andr. in titu. de requisitione consilij. versic. aliquod pabulum. Et hoc videtur esse intelligendum, quando non apparet, illos de minori consilio, ad quos actus pertinebat, pro maiori parte consensisse: alias secus, per supradicta. Secundus casus est, secundum Abb. quando actus expediri debet a pluribus vt singulis. In quo Abbas duas fecit conclusiones. Prima est, quod si illis non competit potestas in solidum, prout est in arbitris, vel iudicibus delegatis, actus vitiatur, vt hic. Sed aduertendum est, quia si potestas in solidum non competebat, non vitiatur actus propter inhabilitatem alterius, sed quia ille solus non habebat potestatem. & pro ista conclusione est tex. in l. Pedius. ff. de arbitr. Et hoc primo limitatur, nisi esset data potestas arbitris in solidum: quia tunc cessaret ratio, que supra allegatur. ita probatur in l. sed si ita. que immediate sequitur dictam l. Pedius. ff. de arbi. & not. Bald. in dicta l. Pedius. Secundo singulariter limitatur tex. in dicta l. Pedius. vt p Ab.
9 in c. per tuas. in iiij. nota. per illum tex. de arbi. †Secunda conclusio Abb. est, quod si potestas vnicuique cõpetit in solidum, non vitiatur actus propter misturam inhabilis. d. l. j. ff. quod fal. tutore autho. Facit quod supra dictum est de arbitris habentibus in solidum potestatem. Et ad hoc facit, quod notat Bal. in l. Imperator. ver. noto quod si duo. ff. de sta. hom. vbi inquit quod si duo notarij rogati sint de aliquo actu, & vnus erat officio priuatus, ex persona alterius tantum valet instrumentum. Et hoc dictum intelligo, quando ex abundanti duo notarij adhibentur. secus si requisiti ex forma statuti, vel de voluntate partium, vt not. Bald. in c. tertio loco. in fi. de proba. quia quando duo sunt rogati, non sufficit quod vnus subscribat: vt not. Bal. in l. vt iurisiurandi. C. de testibus. & in l. si quis ex argentarijs. §. j. in ver. quinto noto. ff. de edē. & dixi in cõsilio xxxv. Similiter ex supra dictis infertur ad questionẽ, quam ponit Joan. Andr. in addit. Specu. in titu. de sententia. §. iusta. versi. quid si ex duobus. cum simili. vt tradit Alex. in l. si duo ex tribus. ff. de re iudi. Pau. de Cast. in l. venales. in fi. C. quãdo prouocar. non est neces. Infertur etiam ad aliam questionem, quã ponit Bald. in consil. ccccxlix. proponitur. lib. iiij. & aliam que-
10 stionem tradit Marian. in cons. xxxvij. s. allegato. ¶ †Successiue Abbas prosequitur illam regulam, quando non valet quod ago vt ago, an valeat actus eo modo, quo fieri potuisset. Et omissis his, que longo apparatu tradũt Bart. & Doct. in l. j. §. si quis ita. de verb. obliga. & Dom. in c. j. §. idem quoque. de desponsatio. impuberum, primo habemus considerare aliquos casus, in quibus regula de plano procedit. Primus, est quãdo expresse dicitur quod si nõ valet actus, prout agitur, valeat eo modo, quo potest, vt Abb. hic dicit: & idem gl. & Bart. in dicta l. j. §. si quis ita. ff. de verb. obliga. Sed contra istum primum casum videtur tex. in c. j. §. sub ea etiam forma. de postula. prela. in vj. vbi dicitur quod sub ea etiam forma eligo, & postulo, prout poterit de iure melius valere, non tamen valet. Dominic. in d. c. j. in vj. nota. dicit quod vbi certa forma requiritur, si illa non seruetur, actus non valet, etiam si quis dicat quod velit valere, prout melius potest. Mod. in dicta l. j. §. si quis ita. dicunt quod ista responsio non videtur vera: quia in testamento certa forma requiritur, & tamen si illa clausula apponat, quod valeat eo modo quo potest: operatur vt valeat actus eo modo quo põt. vt no. in l. fi. C. de codicil. Sed respondetur quod dictũ Domi. intelligitur de forma, que habeat clausulã derogatoriã, prout loquitur tex. in d. c. j. quia tali casu in effectu lex resistit. Et latius idem Dominic. declarat in c. j. §. idem quoque. versi. venio ad quintum. de desponsa. impube. vbi facit mentionem de forma requisita in testamento: quia nõ obstante clausula illa, operatur vt valeat eo modo, quo potest. Deinde limitat hoc non habere locũ in casu dicti c. j. de postula. prela. in vj. Item ad tex. in dicto c. j. vlterius aduertendum est: quia ad propositum nihil facit: quia ibi queritur an valeat actus eo modo, quo agebatur: quia ibi dicitur, eligo, & postulo, prout potest melius valere de iure: et dicitur quod non valet, propter incertitudinẽ: & sic illa clausula, prout potest melius valere: respicit actum electionis, & postulationis, de quibus agebatur: & nõ negatur ibi, quin valeret actus eo modo, quo agi potuisset, prout in testamento contingit, & in rubri. de qua agitur. & in effectu illa clausula operatur, data potestate, vt verba sonant: secus vbi nõ datur potestas: vt no. Are. in consi. xvij. consideratis. versi. nõ obstat. & pro dicto Aretini in dicto consi. est tex. in dicto c. j. de po-
11 stulatio. prelato. in sexto. † Secundus casus est, quando iura-
e mentum interponitur: quia facit valere actum eo modo,[e] quo
9 potest 9. l. cum pater. §. filius matrem. de leg. ij. vbi Bar. per illum tex. & idem Bar. in l. si quis pro eo. ver. septimo prohibetur. ff. de fideiusso. cum simil. vt tradunt Moder. hic. & in §. itẽ si quis postulante. Institu. de actio. Et hoc pro notabili ponit Mathesi. in no. lvj. nota hanc regulam. & tradit Imo. in consil. j. Et ista conclusio procedit, quando actus non potest valere ex defectu solennitatis: secus si ex defectu substantie: vt not. Bal. in l. si quis maior. C. de transactio. circa fin. vnde iuramentum
10 non supplet defectũ consensus [10]: vt Ro. scribit in consi. cccc xvij. in casu proposite. Aret. in cõsi. xxiiij. quatuor dubia. col. ij. Et iuramentum non trahitur ad casus, ad quos non trahitur
11 dispositio absque iuramento [11]: vt no. Oldra. in consil. ccxxviij. cum mulier. Bar. in l. sed & si quis. in §. questum. in fi. ff. si quis cautio. cum simil. vt tradit ibi Alexan. & idem Alexan. in consi. xxxviij. visis. lib. j. & in consi. xxxi. visis. lib. ij. & Corneus
12 Peru. in consi. cxcij. licet. lib. j. †Tertius casus est, quando apponitur clausula, omni meliori modo, &c. et ita sentit Abb. hic, dum loquitur de protestatione. & not. Bald. & Imo. in dicta l. cum pater. §. filius matrem. de leg. ij. Et hinc sumpta occasione
12 plures effectus de ista clausula [12] tradunt Mod. hic. & adde Bald. in l. vinum. ff. si cer. peta. Alexan. in consi. lxxx. visis. lib. v. & in consi. clxxvi. viso processu. eod. lib. v. & in consilio clxxxviij. perspectis verbis. eodem lib. v. Fulgo. in consil. 100. in questione. Corneum Perusinum in consilio lxij. alias consului. lib. ij. & in consi. cvj. multum. eod. li. ij. Bar. Socinum in consi. clxxiij. reuerende pater. & Laurentium Calcaneum in cons. lx. aggredienti mihi. & in cons. lxxvj. primo est vidẽdum. Et dixi in consilio xiiij. & in consilio xj. in consil. lxxiij. Et predicta conclusio limitatur, vt talis clausula non trahatur ad incognita: vt not. Romanus in consilio ccxciij. hec confessio. cum similibus, vt per Modern. hic, & idem Alexander in consilio xxxj. visis. libro secundo, & facit, vt supra dictum est de iuramento. Secundo predicta conclusio limitatur, vt notanter Aretinus tradit in consilio decimoseptimo, consideratis. versiculo, non obstat. Extra istos casus, qui indubitabiles sunt, regula est secundum Abbatem post Calderin. quod in dubio presumendum sit, quod disponens voluerit valere actum omni meliori modo, quo potest. & pro ista conclusione facit tex. in l. si tam augusti. vbi Angelus. ff. de seruitute rusticorum prediorum, in capitulo primo, §. primo, de desponsa. impuberum, in sexto, in capitu. quidam. & ibi Abbas de conuers. coniug. in lege, certi condictio. §. quando. ff. si certum petatur. in lege, pacta conuenta. in principio, ff. de contrahenda emptione. Et ad hoc facit, quia in dubio debet interpretatio fieri, vt actus valeat. lege, quoties. ff. de rebus dubijs, & in l. quoties. de regulis iuris, in lege tertia. ff. de testamento milit. Et ita dicit Abbas post Calderin. hic. Et secundum istam conclusionem ampliatur regula predicta, que dicit quod in dubio actus interpretari debet, vt valeat, vt procedat nedum in actu, de quo principaliter agitur, sed etiam in actu, de quo secundario agi potuisset. Et predicta regula etiam ampliatur, vt dixi s. in capi. quoniam Abbas. in secunda limitatione quarte conclusionis. Et predicta conclusio limitatur tribus modis, vt supra dictum fuit in glossa. Item conclusio supra facta, de qua in proposito agitur, limitatur secundum Calderinum nisi ex coniecturis de contraria voluntate appareat, vt hic, vbi erat voluntas limitata, secundum quod supra declaratum fuit. Et hoc modo etiam respondetur ad textum in lege multum interest. C. si quis alteri, vel sibi. vbi contractus factus nomine vxoris, si non valet respectu vxoris, etiam non valet, vt videatur factus nomine proprio mariti: quia ista sunt penitus diuersa: vt notat Dominicus in capi. primo, de despon. impube. in versicul. venio ad primum. Ad hoc in simili plura Roma. tradit in consil. cccc xlvi. primus. Et eodem modo responderi potest ad textum in l. j. §. si quis ita. de verborum obligatio. & ad l. j. §. eum, qui. ff. de constituta pecu. Nam ibi non obligatur, etiam naturaliter, eo modo, quo potuisset: quia apparebat de intentione partium limitata

mitata precise ad stipulationem. Similiter in l. nõ codicillum. C. de testam. euidenter colligebatur quod testator volebat testamentum facere, ⁊ non codicillos, ex quo fecit institutionem, ⁊ exheredationem, que in codicillis fieri non potest. §. fina. insti. de codicil. Similiter in l. an inutilis. in prin. ff. de acceptilatio. sciebat stipulationem esse nullam: ⁊ ideo non videbatur habere animum obligandi: merito nullo modo obligatur: argum. l. non solum. ff. de actio. ⁊ obligat. Postremo in l. si seruus legatus. §. si seruus alienus. de leg. j. libertas seruo alieno relicta, sicut non valet de iure directo, ita non valet etiam iure fideicommissi, prout valere potuisset: quia vbi voluntas testatoris repugnare videtur, ex quo illum seruum alteri legauit, vt ibi dicitur. Et idem dicendum est in alijs iuribus, que in contrarium allegari possunt.

¶ Additiones.

1 ¶ Admittuntur. Uide Iac. de S. Geor. in l. apertissimi. in xxix. causa. C. de iud. ⁊ facit quia iudex ob inimicitiam nedum capitalem sed probabilem recusatur. gl. in c. ij. in ver. inimicũ. ⁊ ibi Do. de proc. lib. vj. etiam post reconciliationem Spec. in tit. de iud. delega. §. superest. ver. ita si quondam. ⁊ quadraginta quatuor causas commemorat Iaco. in d. l. apertissimi. vbi omnino videndum.

2 ¶ Uidendum est. Uide que ibi addidi, ⁊ Felin. in capitu. preterea. de testib.

3 ¶ Continentur. Et quod hoc procedat in principalibus non in enunciatiuis. vide Felin. in c. si cautio. de fid. instr. ver fallit nono. in d. c. cum venerabilis. ⁊ quod non admittatur probatio in contrarium de errore, vide Signo. cons. cccxxviij. in questione. ⁊ si producat̃ cum protestatione. vide Soc. cons. xj. ĩ p̃n. li. iij.

4 ¶ In diuiduis. Uide Ang. in cons. cv. vbi seq.

5 ¶ Reijcere. Ita late consuluit genitor meus in consil. xlvj. lib. viij. ⁊ an ⁊ quando per processum ad vlteriora, iudex pronunciet se competentem. vide Dec. in c. si duobus. de appell. in consil. cvij. in prin. ⁊ vide ad hãc doc. omnino Deci. in c. ex parte. el ij. in iiij. not. de appel. ⁊ limita nisi forsan processus sit nullus ex forma statuti. Dec. cons. cclxxv. ⁊ vide Ias. in l. ij. ff. si quis in ius voc. non ie. ⁊ Dec. in c. ex parte M. ij. no. j. de appell.

6 ¶ Uoluntas. Uide Dec. in c. dilecti. in ij. no. de appellat. ⁊ ista voluntas que ex facto colligitur stricte interpretanda est vt dicit hic Deci. ⁊ in c. cum venerabilis. de exception. vide omnino Deci. in d. c. dilecti. in ij. nota. intellige tamen quod declaretur ex actu facto ex voluntate non ex necessitate. Deci. in c. solicitudinem. in fin. de appella. ⁊ intensius declaratur per actum qui se habet per modum agendi quam patiendi. Deci. consi. lxxix. Ias. in l. reprehendenda. in iiij. not. C. de inst. ⁊ substi. limita tamen vt dicit hic, quatenus ex actu infertur, ⁊ non vltra. Deci. cons. ccccliij. de necessitate, ⁊ non aliter. ⁊ consi. cccclx. ⁊ voluntas tacita, que ex facto infertur, limitate extenditur quatenus factum indicat, vt dicit hic, ⁊ Deci. in c. cum accessissent. numero 82. de constitut.

7 ¶ Alterius. Idem in c. super eo. s̃. eo. ti.

8 ¶ Habebat. Adde Deci. in consil. xiiij. circa med. in consilio lxxvij.

9 ¶ Modo quo potest. Adde Aret. in cons. xxiij. in cons. xxviij. Soci. in cons. ciij. li. iiij. in cons. lxvj. vers. confirmatur. e. li. Cur. Sen. cons. xliiij. in prin. And. Sic. in cons. xvj. lib. ij. Deci. in c. j. de iud. adde Bar. in l. cam quam. in sexto casu. C. fideicom. Ab. in c. si diligenti. vers. pro hoc quia. de for. compet. in c. cum contingat. de iureiur. Ial. in d. §. item si quis postulante. ver. decimo iuramentum. instit. de actio.

10 ¶ Consensus. Uoluit Bart. in l. si quis pro eo. in princi. in viij. membro. ff. de fideiuss. Bal. in cons. cccxlix. super eo. in fine, libro iij. Imola in c. per tuas. de arbit. Aret. in cons. xxiiij. ver. nec ob iuramentum. pulchra verba ponit Bald. in consil. ccl. considerandum est, ante fin. lib. v.

11 ¶ Iuramento. Adde Io. And. Anto. de But. Pet. de Anc. ⁊ Car. in c. j. de commo. Bal. in c. j. de conten. feu. ap. par. ter. Alexan. cons. iij. viso. ver. fortius voluit. lib. j. consi. xxviij. visis. vers. nec. obst. quod interuenit iuramentum. Socin. cons. lxx. instrumentum. li. iij. cons. ciij. sexto casu. li. iij. Dec. con. ccclxxiiij. in casu. in fine.

12 ¶ Clausula. Adde Marsi. sing. xxxvj. ⁊ consil. cxviij. nu. 8. Soci. cons. lxxxiij. lib. j. Sil. Ald.

a ¶ Tribus causis. Plures causas recusandi iudicem ponit Spec. in ti. de iud. deleg. §. superest videre. Pan. Fel. in c. j. vt lite non conte. Steph. Aufre. tract. de recusa.

b ¶ Talem. Alex. cons. xvij. lib. iij. Philip. Decius j. de excep. c. venerabilis. nu. 38.

c ¶ Indiuiduis. Henricus Bohic hic. Phili. Franc. c. vtile. de reg. iur. in vj.

d ¶ Constabat. Pan. Fel. hic, Alex. l. si seruus plurium. §. fin. de leg. j. Idem cons. lv. nu. 8. lib. v. vbi tetigi.

e ¶ Eo modo. Fel. Alexand. cons. xlij. nume. 10. lib. j. vbi dixi.

[redacted]

1 ☞ Citatio an precedere debeat ad sententiam ferendam, testes recipiendos, ad depositiones publicandas.
2 Iudex potest parcere contumaci, ⁊ expectare in diem sequẽtẽ.
3 Et potest procedere alia die, quam sit prefixum.
4 Citatus ad certam diem hora non expressa, quando debeat comparere.
5 Factum de nocte potest quandoque dici factum de die.
6 Pars presens iudicio quot remedia habeat contra absentem.
7 Potestas data iudici intelligitur sine preiudicio tertij.
8 Citatio peremptoria requiritur in sententia diffinitiua.
9 Citatio peremptoria requiritur, quandocunque iudex est processurus ad ea, que sunt magni preiudicij.
10 Requisitio iudicis facta in presentia partis, habet vim peremptorij.
11 Citationes debent fieri in certis casibus: nec sufficit vna pro omnibus: que sunt ille, vide.
12 Iudex in vltima die officij an iudicare possit.
13 Iudex an possit expectare contumacem vltra vnam diem.



1 Onsuluit. Sũmatur ⁊ diuiditur, vt per Ab. hic. ¶ † Primo nota argumentum secundum Abba. quod ad sententiã proferendam, ad testes recipiendos, ⁊ ad depositiones publicandas, precedere debet citatio peremptoria. Et Abbas concludit hoc esse verum respectu sententie, sed nõ in alijs actibus, vt supra dictum est. Et ad text. hic, in verbo, peremptorie, respondet quod non ponitur cum ministerio iuris, vt per eum hic.

1 Ex cuius verbis primo [1] habetur, quod in receptione testium, ⁊ in publicatione, citatio requiritur. De receptione testium est text. in l. si quando. C. de testibus. in c. ij. de testibus. cum simılib. vt dixi ibi. Et de publicatione, idem tenet Barto. in authent. qui semel. versicu. quid si publicatio. C. de probatio. Et sequitur Anto. de Butr. in c. fraternitatis. de testib. ⁊ idem Bald. in d. l. si quando. ⁊ in auth. si quis in aliquo documento. C. de edendo: Et ad hoc facit, quia publicatio testium interlocutoria est: vt not. Bald. in l. ij. C. de testa. ergo citatio requiritur, secundum doctrinam Barto. in l. si opus. ff. de oper. no. nuntia. cum similib. vt tradit ibi Alexand. Nec obstat quod valeat sententia, omissa publicatione: vt notat Bartol. in l. prolatam. in fin. C. de senten. Bald. in c. j. si de inuestit. inter domi. ⁊ vasal. lis oriatur. ergo videtur quod citatio non sit necessaria: quia respondetur quod ista consequentia non valet. Licet enim inualida sit sententia absque testium publicatione, non tamen sequitur quod in ipsa publicatione testium nõ requiratur citatio. Hoc patet in testibus, in quorũ examinatione citatio necessaria est, vt s̃. dictum est, ⁊ tamen absq; testibus valeret sententia, vt no. Bart. in l. prolatam. in fi. C. de sent. Secundo principaliter ex verbis Ab. in hoc primo not. colligitur, quod in receptione testium citatio peremptoria non requiratur. ⁊ idem Abb. latius tenet j. e. post Io. Andr. ⁊ alios. ⁊ idem Abb. in c. ij. in iiij. not. de testib. cum si. vt tradunt Mod. ibi in j. q. extra gl. ⁊ Alex. in l. si finita. §. Iulianus. ver. item inquantum. ff. de dam. inf. Bald. tñ tenet contrarium in d. l. si quãdo. versi. venio ad materiam. in fi. C. de testi. quia in receptione testium agitur de graui preiudicio: cũ in ea fundamentum cause ꝯsistat. Et pro ista opinione videtur tex. hic, vbi illa verba, peremptorie cites, ad omnia supradicta referri debent: arg. l. fi. ⁊ quod ibi Bar. C. de sent. ⁊ in l. j. C. de libe. pret. cum si. vt dixi in c. secundo requiris. de app. Et bene facit quod not. in l. doli verbum. in prin. per illum tex. ff. de seruo corru. vbi inquit, quod si statutum dicit quod si quis fecerit sic, ⁊ sic, de nocte: illa qualitas, de nocte, ad omnia precedentia refertur [2].

2 Et ex his pꝫ quod absurdũ videtur dicere, quod illud verbum, peremptorie, ponatur sine ministerio, ⁊ quod restringatur tantum ad sententiam, vt Abb. hic dicit. Si volumus sequi communem opinionem, cogitabam ad istum textum posse responderi: quia textus alternatiue loquitur, dum inquit, ad recipiendos testes, depositiones publicandas eorum, vel sententiam proferendam, peremptorie cites. Unde illud verbum, peremptorie, videtur tantum respicere sententiam, de qua alternatiue loquitur: ⁊ ad alia precedentia referri non videtur, in quibus non est eadem ratio, vt probatur in capitulo, cum singula. in principio, de prebendis, in sexto. ibi: prioratibus, vel ecclesijs curam animarum habentibus. Nam illa verba, curam animarum habentibus: non

3 debent ad prioratus referri [3]. clementi.j.in fine, de supplenda
negligentia prelatorum. & ibi glossa penultima quam notat
Imola post Antonium de Butrio, & in notabili casu tradit
Alexander in consilio ccxiij. visis. libro ij. vbi hoc modo limi-
tat dictum Bart.in dicta l.doli verbum.ff. de seruo corrupto.
Finaliter tamen per istum textum qui euitari non potest, con
cludendum videtur quod in examinatione, & in publicatione
testium etiam necessaria sit citatio peremptoria. quia text. hic
solum intendit loqui de peremptorio, vt colligitur ibi: perem-
ptorie cites. & ibi, vtrum iurisdictio duret post terminũ perem
ptorium. Nisi ergo presupponatur quod in receptione testium
& in publicatione citatio peremptoria esset necessaria, imperti
nenter, & extra propositum tex.hic de his mentionem fecisset:
quod nullo modo dicendum videtur. Non obstat tex.in dicto
cap.ij.de testibus. quia loquitur simpliciter de admonito a iu-
dice, vel defensore: ideo debet suppleri per istum text. de moni
tione peremptoria. Et ad hoc facit, quia tex.ibi alternatiue lo
quitur, de monitione iudicis, vel defensoris: sed monitio que
fit a iudice reputatur peremptoria.l.ij.cum glos.C.quomodo, &
quãdo index. ergo idem videtur in monitione defensoris: quia
vna pars alternatiue secundum aliam intelligitur.l.j.ff. de re-
2 bus dubijs. & ibi Barto. ¶ † Secundo nota quod iudici datur
potestas parcendi contumaci, & expectandi illum in diem se-
4 quentem [4]. Nec pars conqueri potest: quia iudex vtitur pote-
state sibi data a lege. Et ad hoc est dictum Specul.in titu.de of
fic.iudic.in §.competit.in versicu.quid si iudex. cum similibus.
vt dixi in c.ad hec.el tertio, de appellationibus. Et ideo Abb.
hic infert quod multum prodest habere iudicem propitium,
saltem in arbitrarijs. Et ad hoc facit quod notat Angelus in
l.cum idem.versiculo, & ex predictis.ff.de petitione heredit.vbi
tradit cautelam, vt quis accusetur coram iudice sibi propitio,
& fauorabili. de quo dixi in capitulo cum M. in fine. de consti-
tution. Et secundum hoc declaratur quod dicitur in capitu.
accedens.el secundo, vt lite non contest. vbi iudex qui nimis fa-
uet alteri, recusari potest. Nam hoc non videtur habere locum
3 in arbitrarijs, quod notandum est. ¶ † Tertio nota casum,
a in quo iudex procedere potest alia hora [a], seu die, quam sit pre
fixum in citatione: quia si expectat in diem sequentem, alia ci-
tatio non requiritur, vt hic dicitur. Et hoc secundum Abba-
tem habet locũ, quando iudex voluit facere gratiam, ita quod
in fauorem non comparentis fuit facta dilatio in diem sequen
tem, vt est textus hic: secus si alio respectu, vt quia in die statu
ta non sedit iudex, propter aliquod impedimentum: nam die
5 alia non debet procedere sine noua citatione [5]: vt notat Bar-
tolus in lege finali, §. finali.ff. quod vi aut clam. Et ratio vide-
tur manifesta: quia in primo casu absens, qui non comparuit,
conqueri non potest, ex quo propter eius fauorem facta fuit
dilatio: argumen.l.cum in fundo. ff. de iure dotium: in secun-
do casu excusatur, si non comparuit, ex quo iudex impedi-
tus fuit. l.ij. in fine.ff.si quis in ius voc. non ierit. Secundo vl
tra Abbatem hic ad dictum Bartoli in dicta l.finali.§.fina.re-
sponderi potest quod intelligitur, quando citatus compa-
ruit. Et ita Baldus dicit in l. cum non eo die. in principio, C.
quando prouo ca. textus vero noster hic habet locum, quan-
do citatus fuit contumax: quo casu in die sequenti non debet
citari, vt hic dicitur. Tertio dictum Bartoli in dicta lege fina
li, limitatur, vt Abbas tradit in consilio xxxviij. tria sunt. libro
primo. Quarto limitatur, vt Alexander tradit in l.si finita. §.
Julianus. versiculo, item inquantum Bartolus hic. ff. de da-
mno infecto. vbi inquit quod textus in dicta l. fina. non loqui-
tur in citatione iudicis ad comparendum in iudicio: quo ca-
su datur potestas iudici, vt in isto capitulo, consuluit: sed lo-
quitur in extraiudiciali denuntiatione. Et hoc quidem accu-
rate notandum est: quia infertur quod dictum Bartoli in di
cta l.fina.§.si. non sit verum: quia loquitur ille textus in extra-
iudiciali denunciatione, quam quis facit, ne videatur clam fe-
cisse. Unde si non fecit opus eo die, quo dixit se facturum, sed
postea, dicitur clam fecisse. Et illa denuntiatio, que fit a parte,
fit ad se exonerandum, & non constituit in mora illum, cui fit
denuntiatio: secus in casu nostro in precepto iudicis, in quo il
le citatus, si non comparet in die peremptorij, dicitur esse in
mora, & in contumacia: & in die sequenti in maiori contumacia
videtur: argumen. capitul. cum dilecti. de dolo & contumacia.
in l. Fulcinius. §. finali.ff. ex quibus causis in possess. eatur. Un-
de si actus expediri potuit in die peremptorij propter contu-
maciam citati, a fortiori etiam in die sequenti poterit expedi-
ri: quia eadẽ vel maior ratio videt: de hoc etiam inferius vide-
bimus. Ulterius limitatur iste textus secundum Baldum in
l.cum non eo die. versicu. quero si iudex. C. quomodo, & quando
iudex. vt procedat, quando citatio fuit facta pro certo die, pro

ut loquitur: secus si certa hora diei: quia tunc expectari potest
in horas sequentes, non autem in diem sequentem: & sequuntur
Moderni hic. & idem Joann. de Ana. in capit. ad petitionem.
de accusatio. Alexan. in l. si finita. §. Julianus. ff. de damno in-
fecto. Dicunt tamen Moderni hic, quod ista limitatio non
procederet, quãdo esset data vltima hora diei: quia tunc ratio
Baldi cessaret, ex quo alie hore non supersunt. Sed ratio ista
parum valet, quia supersunt hore alterius diei, ad quas ille ter
minus restringi potest. Et sic tali casu etiam militat ratio Bal
di quod non fiat transitus ad alium diem simpliciter, sed ad
aliam horam alterius diei. Andreas Siculus hic, absolute te-
net limitationem Baldi non esse veram: quia ratio benignita
tis, que consideratur in die, prout textus loquitur, etiam vide-
tur habere locum in hora. Sed replicari potest, quod in hora
benignitas limitata videtur ad aliam horam, sicut in die ad
alium diem. Alijs tamen rationibus ista opinio contra Bal-
dum verior videtur: quia si hora exprimitur, vtique etiam dies
exprimitur: puta tali die, & tali hora. Si ergo dies expressus sit,
ergo videtur textus hic procedere. Et quia iudex habet facul-
tatem prorogandi in diem sequentem, vt hic dicitur. Et ista fa
cultas non videtur tolli iudici ex eo, quod hora exprimatur:
quia non videtur esse in potestate iudicis abdicare a se talem
potestatem: argument. l. si quis in principio testamenti. de lega
tis & fideicommissis tertio, & quia hoc est beneficium partis,
quod sibi auferri non debet. regula, indultum. de regulis iuris,
in sexto. Item limitatur textus hic, nisi elapso termino in cita
tione apposito esset ius parti quesitum, vt quia esset deserta ap
pellatio: nam tunc iudex in preiudicium partis vlterius expe
ctare non potest. Et ita istum textum limitauit Abbas in ca-
pitu. sepe. per glossam ibi, in verbo, peremptorie. de appellatio
25 nibus. & sequitur Alexan. in dicta l. si finita. §. Julianus [25]. Est
verum quod Perusinus tenet contrarium in dicto capi. sepe.
quia ante terminum elapsum nõ potest dici esse ius quesitum.
capitulo commissa. de election. in sexto. Moderni hic sequun-
tur opinionem Abbatis per ea, que habentur in l. cum stipula
tus. ff. de verborum obligatio. Sed ad dictam legem, & ea, que
ibi habentur, respondet Perusinus in dicto capitulo sepe. Et
pro opinione Perusi. vltra ea, que ipse adducit, est textus in
capitulo veniens. de renunciatio. vbi post terminum perem-
ptorium erat deserta appellatio, tamen iudex vltra terminum
expectauit per duos menses, & illum textum notat Baldus ibi
ad hoc. Et ad hoc etiam facit text. hic, vbi erat citatio perem-
ptoria, & sic videbatur quesitum ius parti, & tamen iudex dif-
ferre potest in sequentem diem. Item limitatur tex. hic, quan
do iudex in termino citationis expresse prorogauit in sequen-
tem diem: alias secus: quia edictum peremptorium circundu-
citur. l. & post edictum. §. j. ff. de iudicijs. Et ita Angelus con-
cludit in l. de vnoquoque. ff. de re iudicata. Imola ibi tenet con
trarium: quia textus in dicta l. & post edictum. loquitur quan
do non comparuit ille, qui fecit fieri citationem peremptoriã:
secus si comparuisset: quia instare potuisset vt die sequenti fe-
ratur sententia sine noua citatione, vt hic dicitur: & sequitur
Alexander in dicta lege, de vnoquoque. & in dicta lege, si finita.
§. Julianus. & Moderni hic, ponderando textum qui dicit,
poteris expectare. & non dicit prorogare. Sed aduertendum
est: quia secundum istam conclusionem esset dicendum quod
iste textus non haberet locum in actore nõ comparente: cuius
contrarium probatur hic, ibi: & earum altera. & inferius Ab-
4 bas dicit in glossa secunda, vbi videbimus. ¶ † Quarto nota
quod vbi quis citatur vt compareat certa die, nec hora deter-
minatur, intelligitur quod compareat tali hora, quod iudex
congrue expedire possit actum incumbentem: & ideo citatus
ad electionem debet de mane venire, quia illa hora electio fie-
ri solet: vt notat Innocentius in capitulo cum nobis. de ele-
ction. & latius Abbas hic, & idem Abbas in capitulo secundo,
de testibus cogendis, cum similibus. vt tradunt Moderni
hic, & Alexander in dicta lege, more. ff. de ferijs. & dixi in capitu
lo, cum parati. de appellationibus. Et predicta conclusio in-
telligitur, dummodo compareat ante tenebras noctis, vt iu-
dex actum perficere possit in luce, secundum Abbat. hic. Sed
contra hoc videtur glossa in terminis in lege, more. in lege
secunda, ff. de ferijs. que voluit quod citatus hora non ex-
pressa, comparere possit vsque ad dimidiam noctem. Sed, vt
declarat ibi Alexander, intelligitur, quando citatus non
fuit in culpa: & idem dicunt Moderni hic. Sed consideran-
dum est, quia non videtur quod possit esse in culpa, ex quo
durat facultas comparendi vsque ad dimidiam noctem. Et
ideo cum processus non possit fieri de nocte, vt hic dici-
f tur, illa glossa non videtur vera, nisi iudex esset solitus de
b nocte procedere. ¶ † Quinto nota quod vbi dies [b]
artificia

artificialis specialiter non requiritur, in aliquo actu, factum de nocte potest dici factum de die, per l. more. ff. de fer. Et ideo si instrumentum confectum sit de nocte, licet dicatur per notarium quod actum fuisset tali die, non committit falsum, vt no. Innocen. hic, cum similib. vt tradit Alexand. in dicta l. more. in princip. et Moder. hic: et idem Bal. in l. qua etate. ff. de testa. Similiter qui iurauit soluere die dominico, non erit periurus, si soluit in dimidia nocte sequenti: vt not. Archidia. xxv. dist. cap. quod a partibus. Bald. in cap. ego N. de iureiuran. Et predicta conclusio procedit in his, que de nocte fieri possunt, prout sunt contractus l. non minorem. C. de transactio. Et idem in testamentis l. ad testium. §. posse. ff. de testamen. Et idem in laudo arbitratoris: vt not. Bald. in l. eos. §. si autem. in fine. C. de appel. declarando, vt Alexand. tradit in dicta l. non minorem. et adde Paul. de Castr. in consilio lxxi. viso compromisso. circa finem. Roma. in l. j. ff. de arbi. Et idem in collatione beneficij, que de nocte fieri potest: vt per gloss. in cap. vnico. in verbo, occulta, vt ecclesiastica beneficia. Abbas in ca. j. de clande. despon sa. Dominic. post Archidia. in capit. si tibi absenti. de prebend. in vj. Et idem in appellatione: vt not. Bald. in authen. hodie. versi. sed nunquid. C. de appellatio. Et generaliter videtur quod omnia de nocte fieri possint, nisi specialiter prohibita sint: secus autem est in actibus, qui commode fieri non possunt de nocte: quia tunc dies computatur artificialiter: vt not. Anto. de Butri. in cap. j. in ij. notab. per illum textum, de treuga et pace. vbi infert ad locantem operas: quia intelligitur donec durat dies
6 artificialis, videlicet lucente sole: vt not. Azo in summa de operis libert. in princip. Alberi. in dicta l. more. Facit quod no. Bald. in l. terminato. versiculo, quero vtrum. C. de fruct. et litis expen. Et ideo scriptor, qui promisit librum scribere intra aliquot dies, intelligitur de diebus artificialibus: quia de nocte scribere non debet: vt not. Angel. et Imol. in l. stipulationes commodissimum. ff. de verb. oblig. cum similib. vt tradit Alexand. in dicta l. more. in fine. Similiter qui promittit soluere in tali die, de artificiali intelligitur: quia solutio in nocte fieri non debet: vt per gloss. in dicta l. more. quod tamen declaratur vt Alexand. ibi tradit. Secundo conclusio supra facta limitatur, nisi agatur de pena: quia vt pena euitetur, statutum, quod imponit penam delinquenti tali die, non habet locum, si delictum de
7 nocte committatur: vt notabiliter voluit Fede. in consil. xliij. factum tale est. quia proprie dies est, quando sol est super terram. et sequitur Alexand. in dicta l. more. et Moder. hic ponderando illum textum in dicta l. more. ibi: perinde est quasi. que verba denotant impropietatem. Et ideo inferunt quod factum de nocte, proprie non dicitur factum de die, per illum textum. Sed aduertendum est, quia textus ibi non loquitur de die, ita quod respectu diei impropietas notetur: sed loquitur de luce, ibi: perinde est quasi quauis hora lucis actum sit. Et in luce verum est: quia nulla est participatio lucis ad tenebras: vt dicitur de peniten. distinct. j. ca. si antequam. in fine. Sed non sic in die naturali: quia est communis, etiam ad noctem. dicta l. more. In se tamen verum videtur: quia proprie dicitur dies, quando sol est super terram: vt Federi. dicit in consilio preallegato. et idem Bartolus in l. j. §. hoc senatus. ff. ad Sillania. et in l. aut facta. §. tempus. in fine. de penis. et idem Bald. in l. vnica. C. de emen. Codicis. cum simil. vt tradunt Moder. hic. et est textus in l. hec verba. la. iij. ff. de verbo. signifi. vbi dicitur quod aut est dies, aut nox: et vno posito, alterum tollitur. Et hoc proprie intelligitur secundum naturam tituli, de verbo. significa. vbi lex illa posita est. ad idem text. in cap. si perfodiens. de homicidio. Vltimo notandum est, quod ad probandum factum de nocte, quod non ita de facili probari potest, admittuntur probationes leniores: vt Alexand. tradit in consilio clvj. viso processu. in princi. lib. v. Et hoc videtur procedere in his, que a casu fiunt de nocte, prout ibi Alexan. loquitur: sed quando esset factum aliquid de nocte dedita opera, tunc presumptio insurgit contra facientem tali tempore: vt per glos. in cap. vnico. in verbo, occulta. vt ecclesiastica beneficia. Abb. in cap. j. de clande. desponsa. et Bald. in cap. j. versicu. item ait. de fide instrumen. vbi inquit quod instrumenta, que fiunt clam de nocte, sunt suspecta. Ideo caueant tabelliones instrumenta de nocte conficere. Et ideo cum tali casu presumptio sit contra facientem clam, fortiores, et clariores probationes requiruntur. cap. quia verisimi
8 le. de presumpt. ¶ Sexto nota quod medium dicitur, quod inter duo extrema clauditur. Et idem not. Domi. per illum text. in c. non solum. de appel. in vj. Bar. in tract. de insula. in ver. quod frequenter. et facit text. in l. iij. §. filius inter medias. et ibi Aret. ff. de libe. et posthu. Alibi tamen medium dicitur, quod distat equaliter ab extremis, vt Bal. et distinguit in l. qui sella. §. si. in fine. ff. de serui. rust. predio. cum similib. vt late dixi in ca.

§. de proba. in iiij. not. vbi videndum est. ¶ Vltimo nota instructionem Pape secundum Abbatem, vt iudex non arctet se ad procedendum in vltima die sue iurisdictionis, ne forte propter impedimentum superueniens, iurisdictio sua euanescat. Sed aduertendum est: quia si impedimentum superueniret, iurisdictio in effectu non periret: vt notatur in cap. ex ratione. de appellatio. Et ideo textus hic videtur habere alium intellectum, vt iudex non debeat se restringere, ita quod dies peremptorij sit vltimus dies de termino iudicis: quia tunc non posset index facere gratiam, secundum quod supra dictum est. Et quod imputandum sit illi, qui se arctauit, notat Abbas in capi. cum in veteri. in vltimo nota. de elect. et habetur in l. ij. §. quod diximus. ff. si quis cautio. et Alex. ibi declarat. ¶ In glos. ij. in fi. ibi: l. post peremptorium. illa lex videtur facere in contrarium. Sed prima facie respon sio clara videtur: quia text. hic loquitur, quando citatus non comparuit: in lege contraria reus citatus comparuit, et non actor: quo casu maior dicitur actoris contumacia: ideo edictum peremptorium circunducitur. et ita Innoc. hic dicit, quem Abb. primo refert: et istam solutionem sequitur Imo. in c. j. de iudic. et Alexã. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infe. dicens quod hoc modo eleganter limitatur iste tex. vt habeat locum in reo contumace: secus est in actore. Sed ista limitatio est contra text. hic, vt Abb. hic dicit: quia textus loquitur generaliter dum inquit, Et earum altera. Nam verba ista de altera parte verificantur ita in actore, sicut in reo. Vnde aliter ad contrarium responderi pot. vt dicamus quod edictum peremptorium circunducitur, prout dicitur in dicta l. et post peremptorium. nisi iudex velit absenti facere gratiam,
6 prout hic de nouo statuitur. † Successiue Abbas concludit quod presens contra absentem contumacem habet duo remedia. Primum est, vt petat edictum circunduci, et se absolui ab illa citatione peremptoria: vt in tali casu presens non debeat propria authoritate recedere, vt Abbas hic dicit, cum iudex possit expectare contumacem in diem sequentem: et in hoc pro vera resolutione habemus considerare duos casus. Primus est, quando iudex declarauit se velle in diem sequentem expectare: et in tali casu presens nullo modo illicentiatus recedere potest, vt Abbas vltimo loco concludit. Secundus casus est, quando iudex nihil dixit: et tali casu etiam Abbas concludit quod sine licentia recedere non debeat, cum iudex possit expectare in diem sequentem. Sed certe hoc intelligitur, quando presens non stetit per totã horam, quam absens habet ad veniendum: secus si stetit tota hora data ad comparendum: iuxta gl. in §. omnes. instituta de verborum obligation. in verbo, tribui debet. quia tunc videtur quod recedere possit. Et ita no. Bartolus dicit in l. consentaneum. in fine. C. quomodo, et quando iudex. Et idem in effectu voluit Angelus in l. si finita. §. si plures. ff. de damno infect. vbi inquit quod sufficit quod pars presens steterit, donec iudex a tribunali discesserit: et idẽ sequitur Pau. de Cast. in dicto §. si plures. et Imola ibi. Quia ex quo iudex nihil dixit in die peremptorij, et recessit a tribunali, excusatus videtur ille, qui comparuit, inspecta forma citationis: et tali casu non videtur esse in consideratione illud, quod iudex de gratia facere potest: argumen. l. iiij. ff. de fideicommiss. libe. Et hoc saltem in casu isto videtur procedere, quando iudex in die peremptorij nihil dixit, et recessit. Secundum remedium quod datur presenti contra absentem, est secundum Abbatem, quia presens petere potest se absolui ab obseruatione iudicij: nam talis absolutio peti potest non solum post litem contestatam, vt in l. properandum. §. primo, C. de iudicijs. sed etiam ante litem contestatam, vt Abbas hic concludit post Innocentium allegat authenticam, qui semel. C. quomodo, et quando iudex. qui textus ad hoc non bene facit: quia loquitur de absolutione diffinitiua, non autem ab obseruatione iudicij. Sed quod Abbas dicit, probatur in authentica quod fieri. C. de dilation. Et hoc idem Angelus sequitur in dicta lege, et post edictum peremptorium. vbi inquit quod talis absolutoria ferri potest non expectato fine termini: et sic tali casu non habet locum quod dicitur in dicta lege, properandum. §. finali. C. de iudicijs, que dicit absolutoriam ferri non posse, nisi prope finem termini. Petrus de Ancharano tamen tenet contrarium, et dicit quod sola contumacia actoris non est iusta causa quod feratur absolutoria. et idem tenet Imola hic, dicens quod ista fuit opinio Placenti. in dicta lege properandum. §. primo, in verbo, licentia. et hoc idem sequitur Andreas Siculus hic. Et de iure codicis ista opinio erat vera: vt dicit Baldus in dicta lege, properandum. §. primo, sed de iure Authenticorum habet locum quod supra dictum est, per authentic. quod fieri. C. de dilation. vbi Bartolus. ¶ In glossa in verbo, gratiam. ibi: tertia questione nona, capitu. vlt.

Abb.hic respondet quod ille text.limitatur,nisi agatur de modico preiudicio,vt hic.Sed contra hoc facit quod gloss.hic dicit de expensis,in quibus videtur agi de modico preiudicio, & tamen remitti non possunt.Ideo responderi potest quod hoc facit iudex hic, authoritate iuris: cũ in hoc sit sibi datum ar-
7 bitrium a iure,vt dicit Imol.hic. ¶ † In eadem gloss.ibi:nõ tamen parcere potest expensis.Hoc dictum sequuntur Inno. & Abb.hic:quia potestas data iudici, intelligitur sine preiudicio tertij.c.super eo.§.eod.Anto.de Butr.tenet contrarium:& pro eo facit tex.in l.quoties.C.de preci.Impera.offer. Sed responderi potest quod loquitur in principe: secus est in iudice, qui habet potestatem limitatam,vt debeat iudicare secundum iura.inst.de offi.iudic.in princ. Preterea etiam in principe illa lex habet locum,quando constat de voluntate eius: secus est in dubio:quia non presumitur quod velit,etiam in modico,alteri preiudicare,vt dixi in c.super eo.§.eod.& in c.que in ecclesiarum.de const.Et pro dicto glo.hic bene facit glos.not.in l.ij. C.de in ius voc.vbi etiam princeps penam acquisitam parti remittere non potest. ¶ In glo.in verbo,terminum perempto-
8 rium.† Primo colligitur per Abb.hic,quod in sententia diffinitiua peremptorium requiratur.Nam speciale est in summarijs,vt non requiratur.clem.sepe.§.sententiam vero. de verbo. signific.ergo secus videtur in causis ordinarijs.& ita tenet glo. ibi,in verbo,peremptorie.& tradit Mathesil.in not.cxxxi.cum similib.infra alleg.Et ampliatur ista conclusio,quia licet ex forma statuti non requiratur litis contestatio, tamen ad sententiam diffinitiuam peremptorium requiritur,vt not.dicit Bal. in c.j.circa fi.ver.sed pone statutum.vt lite non contesta.Et talis citatio peremptoria in sententia diffinitiua non arctat cita
c tum,nisi precise dicatur[c], ad sententiam: & non sufficeret dice
9 re ad audiendum voluntatem iudicis[9]: vt not Imo.hic, cum simil.vt tradunt Mod.hic,ver.secundo noto.& Alexan.in l.si finita.§.Julianus. versic.& iuxta predicta.de dam.infe.& Rom. in singul.ccclxvij.citatur quis.Mathesil.in not.viij.incipi.nota quod differentia.& Joan.de Ana.in c.ad petitionem.de accusat.& Moder.in cle.sepe.in verbo,ad id.de verbo. signifi. vbi rationem adducunt:quia sententia non debet continere voluntatem iudicis,sed iudicium secundum dispositionem iuris: vt per glos.in cap.iudicet.iij.q.vij.& not.Abb.in rub.de re iud.Et ista ratione idem dicẽdum esset in alijs citationibus factis ad audiendum voluntatem iudicis.Sed tamen ad istam rationẽ responderi potest,quod voluntas in iudice de regulata intelligitur secundum qualitatem eius:vt not.Imol. post Hostiens. in c.significauerunt.de testi.& Are.ibi, vers.istud dictum.Ideo citatio facta ad audiendum voluntatem iudicis, intelligitur pro sentẽtia de voluntate regulata, prout ad iudicem spectat. Et certe si posteaquam in causa conclusum sit quo casu tãtum superest vt feratur sententia, tali casu citatus ad audiendũ voluntatem iudicis,satis citatus videt̃ ad sententiam,& p̃rium in re non probatur.Licet enim in quibusdam iuribus dicatur de citatione facta ad sententiam, non tamen negatur quin valeret citatio ad audiendum voluntatem iudicis: quia in effectu secundum subiectam materiam, & considerata qualitate iudicis,illa verba,que dicunt de voluntate, pro sententia in effectu intelliguntur.Secundo Abb.concludit post Inno.in c.ad petitionem.de accu.quod in secundo decreto requiratur perẽptorium,imo etiam in primo:vt notatur per gloss.in l. si finita. §.Julianus.vbi Bart.cum simil.vt tradit ibi Alex.ff.de dam. infect.& idem Pau.de Castr.in cons.lij.super primo.& Abb.in
9 cons.lxxxiiij.casus,super quo.lib.ij. † Tertio Abb. concludit quod vbicunque iudex est processurus ad ea, que sunt magni preiudicij,citatio peremptoria requiritur. Et ad hoc videtur dictum Bar.in l.consentaneum.vers.aduerte tamen.C. quom. & quando iudex. vbi inquit quod quando interlocutoria sentẽtia quasi exhauriit vires totius negotij, peremptorium requiritur.Imol.in dicta l.si finita.§.Julianus . dicit quod dictum Bartol.in d.l. consentaneum.non probatur iure.Alex.ibi, pro dicto Bartol.rationem adducit, quia talis interlocutoria videtur habere vim diffinitiue, ideo regulari debet vt diffinitiua:vt per gloss.in c.fi.in verbo,inanes.de electio.in vj.not.Bal. in l.minoribus.C.de his,quibus vt indig.cum simili.vt dixi in c.peruenit.el ij.de appell. Sed tamen ista ratio euitari potest, negando: quia non videtur verum, quod talis interlocutoria debeat regulari vt diffinitiua,vt not.Joan.Mon. in c.cupientes.de elect.in vj.& no.Bald.in l.j.C. ne liceat tertio prouocare. Et quia non videtur eadem ratio:quia hoc respicit solennitatem, que maior requiritur in diffinitiua: & non videtur quod debeat cõsiderari preiudicium simpliciter,vt patet in summarijs in quibus agitur de graui preiudicio,& tamen peremptorium non requiritur.Quarto Abb.concludit quod vbi peremptorium requiritur,si citatus dicit se nolle venire,vlterius iu-
10 dex illum citare non tenetur[10].& est gloss.ad hoc xxiij. q.iij.c. de illicita.& hoc tenet Bar.in l.si finita.§.Julianus.ff. de dam. infec.cum simil.vt tradit Alex.in l.contumacia.ff.de re iudic.& Moder.hic.Qui tamen concludunt communem opinionem esse in contrarium,quam tenet Joan.And.in tit.de contumacia.§.j.versi.de sexto.cum simil.vt per Alexand.in dicta l.contumacia.Opinio Inno.secundum Moder. hic saluari potest in duobus casibus. Primus est,quando dixit se nolle venire ad iudicium,secundum gloss.in capi. venerabilibus.§.secus.in verbo,iudicio.de senten.excommu.in vj.& Barto.sequitur in l. ex consensu.§.fin.ff.de appell.Imo.tamen in dicta l.ex consensu.dicit quod ratio,que habet locum in iudicio etiam videtur procedere extra iudicium.et ita dicunt Moder.hic,& Alexan. in dicta l.contumacia. Sed tamen talis differentia iustificari potest ex his,que dicit Perusinus in dicto c. venerabilibus.in glos.preallег.in verbo,iudicio. Et circa hoc latius distinguit Marian.in tract.de citatione.arti. xxvij.q.vj. Secundus casus est, quando citatus vtitur verbo presentis,& futuri temporis: vt quia dicit,nolo comparere,& amplius non comparebo coram isto iudice.ita Moder.hic,allegant Imo.in dicta l.si finita.§.Julianus.& facit tex.in cap.ij.de dolo & contumacia.per quem dicit Alexand. in dicta l. contumacia .quod communis opinio Joan. Andr. non procedit,quando citatus dixit, nolo comparere in ista causa amplius,vel coram isto iudice. Sed tamen indistincte verior videtur communis opinio quibuscũ que verbis vtatur citatus: quia penitere potest, vt late probat Joan.Andr.in dicto titu.de contumacia.§.j. Non obstat text. in dicto cap.ij.quia loquitur in eo,qui appellauit:quo casu propter naturam appellationis suspensa est iurisdictio, prout tex.ibi loquitur. Postremo casus,de quibus supra dictum est, & alios, in quibus requiritur peremptorium, tradit Bald.in capit.j.de milite vasal.qui contumax est.Angelus in l.peremptorium. ff.de iudic. Mathesil.in dicto not. viij. Paulus de Castro in l.ij.C.quomodo,& quando iudex.Alexand. in dicta l.contumacia. & late Marian.in tractatu de citatione.articu.
10 xxvij.q.vj. ¶ † Secundo principaliter ex glos.colligitur,secundum Abbatem hic,quod requisitio iudicis facta in presentia
11 partis,habet vim peremptorij[11], per textum in l.ij. secundum vnum intellectum. C.quomodo, & quando iudex. cum similibus.vt tradit Marianus in dicto tractatu de citatione. arti. xxvij.q.vij.versicu.est etiam notandum. Andr.Sicul.hic solus dicit,quod sepenumero dubitauit de illa glos.in dicta l.ij. Et in contrarium arguit:quia dum textus ibi dicit, aduersus eos qui moniti sunt,valere sententiam: secundũ eum intelligitur, quod tribus vicibus monitio facta sit: vt probatur in simili in capi.finali.de cleric.non residen. vbi simpliciter dicitur , quod clerici debent esse moniti ad residendum,ante,quam priuẽtur: & tamen intelligitur quod ter moniti sint.capi.ex tue.eod.titu. de cleric.non resid.Sed ista responsio non placet: quia si trina monitio facta fuisset,esset peremptorium: ergo nõ cessaret causa peremptorij,prout ibi dicitur.Non obstat textus in d. c.fin. quia ibi non fuit facta monitio in presentia iudicis,prout text. in d.l.ij.intelligitur.Secundo contra gl.in d.l.ij.Andr.Sicul. allegat tex.in d.c.j.de mil.vasal.qui contumax est. vbi in iudice monente vasallum requiritur trina citatio,ibi:ad trinam citationem venire nolit. Sed respondetur quod ibi vasallus fuit vocatus per dominum ad curiam: quia dominus ipse non est iudex contra vasallum,in capi.imperialem.§.fina.de prohibita feudi aliena. per Fed.vbi dicitur quod curia est iudex:& ibi non constat quod curia vasallo presenti monitionem fecerit, sed potius contrarium ibi probatur: quia vasallus nunquam comparuit.Alijs tamen rationibus conclusio supra facta videtur dubitabilis:quia in dicta l.ij.non apparet quod ab ipso iudice monitio facta fuisset.Et quia textus dicit, cessante causa peremptorij in effectu: textus intelligi potest quod dicere voluerit, quod vbi non requiritur peremptorium, prout esset in summarijs, iudex sententiam proferre potest:quia sicut potest sententiam proferre,quando precedit peremptorium , ita quoque cessante peremptorio, id est,in causis,in quibus non requiritur peremptorium , illo cessante, iudicare potest. Vel aliter etiam intelligi potest, cessante causa peremptorij,id est,cessante causa: quia in citatione peremptoria, causa non requiritur: vt notat Baldus in l.cõsentaneum.in iiij. not. C.quomodo, & quando iudex.& late tradit Marianus in dicto tractatu de citatione.artic.xx.quest.v.Et intelligendo textum in dicta l.ij.vt dictum est,verba litere magis correspondent.Retento tamen communi intellectu,ampliatur,vt habeat locum,etiam in monitione nuntij facta in presentia iudicis,vt not.Baldus in dicta l.ij. argumen.l.si procuratori presentis.ff. de verborum obligatio

ligationibus.et idem sequitur Antonius de Butr.in capitu.j.
versicu.nota bene hoc dictum,de libelli obligatione.et Jmo.in
clementi.sepe.in verbo,peremptorie.de verborum significatiõi
bus.Andreas Siculus hic tenet contrarium:quia ista videtur
prerogatiua data persone iudicis: ergo eius personam non e-
greditur: argumen. l. seruo si heredi.ff.de statu liber.Sed re-
spondetur quod imo idem est in monitione facta per nuntium
presente iudice: quia sufficit quod talis monitio facta sit apud
acta,vt notat Baldus in dicta l.ij.Et quia quod fit presente iu
dice,videtur factum ab ipso iudice,quando illud iudici incum
bit:et ad hoc facit textus in l.j.C.de errore aduocatorum.⁊ glo.
in capitu.cum causam.de appellationibus.Et quod dictum est
de iudice, idem est in arbitro: vt notat Salicetus in dicta l.ij.
circa finem.⁊ sequitur Roma.in dicta l. j. de arbitr. quia arbi-
tria redacta sunt ad instar iudiciorum,vt ibi dicitur.Et ad su-
pra dicta notandum est, quod vbi peremptorium requiritur,
trina citatio debet fieri l.ad peremmptoriũ.ff. de iudic. vel vna
pro omnibus,vt dicitur in l.nonnunquam.ff.de iudic.in l. con-
tumacia.ff.de re iudica.xxiiij.questione iij.cap.de illicita.⁊ not.
Jmol.hic, ⁊ late declarat Marianus in tractatu de citatione.
11 artic.xxvij.in vij.questione.in princip.†Sunt tamen plures ca
sus,in quibus vna citatio non potest fieri pro omnibus, sed di-
stincte, ⁊ formaliter tres citationes requiruntur. Primus est
in citatione,que debet fieri per edictum:vt in cap.ex tue.de cle-
ri.non residen. nam in illo casu vna citatio non potest fieri pro
omnibus,vt tenet Joan.Andre.in additio.Specula. in rubri.
de cleri.non residen.in fine.⁊ Abb.sequitur in consilio lxvij.con
descendo iuxta ordinem.libro j.cum similibus, vt per Moder.
hic.Et adde Jmol.in dicto capit.ex tue.versicu.circa primum.
vbi videtur hoc limitare,⁊ declaratur, vt latius Moder. insi-
stunt in capit.quoniam frequenter.§. porro , vt lite non conte-
stata.Sed vera resolutio videtur,quia in casu dicti cap. ex tue.
agitur de pena:quo casu non potest fieri vna citatio pro omni
bus:vt not.Antonius de Butrio in capit.finali, de dilatio.Et
de citatione per edictum iuxta clemen. primam.de iudic. et la-
te tradit Marianus in tractatu de citatione,artic.xxiij.⁊ Mo
der. in dicto cap.quoniam frequenter.§. porro. Secundus ca-
sus est,vbi agitur de imponendo penam:quia tunc non potest
fieri vna citatio pro omnibus.gloss.notab,in clemen.j.in verbo
tertio.de vita ⁊ honestate clericorum. cum similibus. vt tradit
Alexand.in dicta l.contumacia.ff.de re iudicata.⁊ Mode.hic,
⁊ Abb.in capi.fina.de vita ⁊ honestate clericorum.Et hoc intel
ligitur,quando grauis pena imponi debet:secus si leuis sit: q2
tunc vna citatio potest fieri pro omnibus:vt patet in primo de
creto,vel in excommunicatione.cap.constitutionem.⁊ ibi glos-
sa de sententia excommunicationis.in sexto.⁊ ita Alexand.con
cludit in d.l.contumacia.⁊ Moder.hic.Sed in contrarium fa-
cit,quia Abb.hic dicit,quod sententia excommunicationis vi
detur esse magni preiudicij. Et ad hoc videtur text. in c.sacro.
infra.de senten.excommu.ibi:tantam infligere penam. ⁊ nulla
est maior pena in ecclesia,ipsa excommunicatione.xxiiij.q. iij.c.
corripiantur.Moder.ita opponunt in d.§.porro.⁊ ibi respon-
dent quod sententia excommunicationis a principio non vide
tur pena,sed medicina.cap.j.de sent.excommun.in vj.sed tunc
demum, quando contemnitur. Sed ista responsio non satisfa-
cit:quia iura supra allegata loquuntur a principio , antequam
sententia excommunicationis contemnatur.Jdeo aliter respõ
deri potest,quod pena excommunicatiõis est magna pena,do-
nec durat.Sed quia in potestate excommunicati est,remouere
illam penam a se,comparendo,⁊ parendo :isto respectu repu-
tatur leuis pena,⁊ medicinalis,vt dicitur in dicto cap.j. de sen
tentia excommunicationis, in sexto. Uel aliter etiam dici po-
test super principali responsione quod glo.in clemen.j.de vita ⁊
honestate clericorum.habeat locũ in pena que extrinsecus im
ponitur, prout loquitur:secus in pena , que ratione contuma-
cie imponitur, prout est pena excommunicationis: et ita dicit
Anto.de Butri.in cap.fin.infra. de dilationib. Tertius casus
est, quando statutum dicit , quod debeat ter quis citari in ali-
quo casu : quia tunc vna citatio non potest fieri pro omnibus:
quia forma statuti debet ad vnguem obseruari:vt not. Bal. in
l.cessante.in text.ibi:non pro omnibus.C.quomodo , ⁊ quando
iudex.⁊ idem Bald.in c.j.de milite vasal. qui contu.est.⁊ in au-
then.qui semel.versicu.⁊ ideo statuta terrarum.C.quomodo, et
quando iudex.Et tradit Alexand. in consilio centesimotrigesi
moseptimo,in causa,⁊ lite.libro ij. Et ad hoc facit , quia forma
tradita a statuto,in dubio dicitur substantialis:vt not. Bal.in
l.comparationes.C.de fide instrumento. in tertia oppositione.
Quartus casus est,quando statutum dicit,quod contumax ha
beatur pro confesso:vt not.Bald.in l.receptitia.versi. sed pone
statuto cauetur.C.de constit.pecu. Et hoc videtur propter ma
gnum preiudicium, quod infertur. Pro quo facit quod supra
dictum est de pena:et quia tale statutum , quod contumax ha-
beatur pro confesso,est contra ius commune,⁊ debet stricte in-
terpretari,vt notat Bald.in cap.nullus.de presumpt.Ange. in
consi.clxxxvj.visis igitur. Et tandem breuiter concludi potest,
quod vna citatio pro omnibus solum fieri potest, vbi agitur de
pena contumacie secundum ordinem iuris communis:alias se
cus.Et sic vbi alia pena imponitur , ⁊ in materia odiosa gene-
raliter non habebit locum : vt colligitur ex dictis Abbatis in
cap.fina.de vita ⁊ honestate cleri.⁊ in c.quoniam.§.porro.infra
12 vt lite contest.† Jn gloss.in verbo,ex tunc.Abb. concludit cum
gloss.in cap.etsi Christus.de iureiuran.in verbo,obseruandum,
quod iudex in vltima die officij iudicare non debet. Et hoc in-
telligitur post aduentum successoris:ante vero potest,vt Abb.
hic sentit:⁊ clarius hoc dicit in d.cap.etsi Christus.per l.memi-
nisse.ff.de offic.procon.et tradit Alexand.in l.eum , qui.in fi. ff.
de iurisdic.omn.iudic.Et pro illo tempore,quo successorem ex-
pectauit,debet habere salarium.§.illud. in authen. de admini-
stratorib.quem tex.pro singulari allegauit Roma.in singu.ccc
xcij.lex,meminisse.Secundo,quod dictum est , habet locum in
ordinario : secus est in delegato , qui vltima die iurisdictionis
sue iudicare potest,vt tex.hic probat.Et idem est in arbitro,vel
arbitratore:vt not.Abbas in consi.lxiiij.venio ad primum.ver
sicu.nunc restat.libro j.Tertio,licet iudex non debeat iudicare
vltima die,sententia tamen lata tenet , secundum gloss.in d.ca.
etsi Christus.Abbas hic,⁊ in d.consi.lxiiij. Nam cum hoc pro-
hibitum sit propter honestatem,vt Abb.hic dicit,actus in con
trarium valet:vt notat ipse Abbas in cap.decernimus. de iu-
dicijs.⁊ Feder.in consil.cccxij.factum tale est.Roma. in consil.
ccv.quo ad primum.in secundo dubio.cum similibus dixi in d.
c.decernimus.¶ Jn gloss.in verbo,tenebras. in fi.ibi : alij con-
tra.Et istam opinionem negatiuam tenet Jnnocen.hic, quod
non valet sententia lata de nocte.idem gloss. in l. more Roma-
no.ff.de ferijs.⁊ sequitur Jmo.hic per istum textum. vbi prohi
betur sententia ferri in tenebris:ergo actus in contrarium nõ
valet l.non dubium.C.de legibus.et idem tenet Bartol.in l.nõ
minorem.C.de transact.cum simili.vt tradunt ibi Alexand. ⁊
Moder.ex quibus patet istam esse communem opin. Et quia
hora noctis incongrua est,vt hic dicitur, ergo non valet,argu.
cap.fina.de ferijs.et ita arguit Jmol.hic.Et istam opini.vide-
tur tenere Abb.hic,quando quis contradicit,⁊ appellauit, vel
contradicit,⁊ recessit:secus si presens fuit,quia valet sententia,
licet contradixerit,si non appellauit.Sed aduertendum est: q2
tenendo quod sententia sit nulla,vt supra dictum est, non vide
tur appellatio necessaria: quia a sententia nulla non est opus
appellare l.si expressim.ff.de appel.not.in capit. dilecto. de ap-
pel.secus quando actus valet,licet iniustus sit:quia tunc appel
latio requiritur,⁊ sola contradictio non sufficit.capit.cum dile
cti.circa finem.de electione.⁊ notat Jmol.hic.et hoc bene proce
dit,tenendo opinionem negatiuam , que communis est.Si ta-
men volumus tenere opinionem gloss.hic,quod valeat senten-
tia lata de nocte:ad rationes,que supra adducuntur,respõderi
potest.Nam primo non obstat quod ex quo prohibetur senten-
tia ferri in tenebris,ergo videtur nulla dicta l.non dubium. C.
de legibus.quia responderi potest,quod talis prohibitio vide
tur facta propter honestatem,vt sonant illa verba.horam con-
gruam intelligimus.quo casu actus in contrariũ valet:vt no.
Abbas in d.cap.decernimus.de iudicijs.⁊ supra dictum fuit in
gloss.precedenti.Non obstat tex.in cap.fin.de ferijs. quia ibi est
maior incongruitas temporis,cũ ibi facta sit prohibitio in ho-
norem Dei : ⁊ expresse dicitur quod actus non valet, etiam de
consensu partium:secus est in casu nostro, in quo fuit facta pro
hibitio simpliciter, ⁊ de consensu partium , secundum omnes ,
13 actus valeret.†Ultimo.extra glo.secundum Abb.queritur,nũ
D quid iudex poterit expectare contumacem vltra vnam diem.
Bald.hic,versicu.sed vidi dubitari.concludit quod sic:⁊ expe-
ctando vltra vnam diem , non tenetur citare contumacem : q2
sicut durat citatio peremptoria in diem sequentem , ita quod
iudex non tenetur illum citare , vt dicitur hic eadem ratione
idem dicendum est in sequentibus diebus:quia quanto magis
perseuerat in contumacia,illa plus crescit.et bene facit text.in
capitu.cum dilecti.de dolo ⁊ contu.⁊ in l.Celsus.ff.de arbit.Cõ
trarium Abb.concludit hic per istum text.in princip.ibi:in diẽ
sequentem.ergo non vlterius:⁊ quia ex quo distulit vltra vnaз
diem,terminus videtur sublatus:ideo noua citatio requiritur
l.fin.⁊ quod ibi Bartol.ff.quod vi aut clam.⁊ idem Abb.in ca-
pitu.cum dilecti.de dolo ⁊ contuma.Et istam opinio. Abb.se-
quitur Alexand.in d.l.si finita.§.Julianus.versicu.inquantũ.
Bald.post alios, quos ibi refert : quia si actus expediatur alia
die,videtur fieri parte non citata,dicta l.fina.§.fin.ff.quod vi,

aut clam. Et dicit istam esse veriorem opinionem, et quod magis communiter approbatur. Non obstat ca. cum dilecti. quia ipse respondet quod loquitur in eo, qui citatus fuit ad totam causam: secus si ad vnum actum, prout in casu isto agitur. Non obstat text. in dicta l. Celsus. quia loquitur ibi in obligato ad soluendum in certo termino, qui nõ debet liberari post terminũ quia absurdum esset. Non sic in casu nostro: quia si citatus non venit, iudex potest actum expedire, et citatus pro contumacia in expensis punitur: et ita residet ibi Alexand. Mihi verior videtur opin. Baldi, quam prius tenuit Hostien. dicto c. cum dilecti. et sequitur Pan. de Castr. in dicto §. Julianus. Et ad tex. in d. l. fina. §. fi. in quo Abbas et Alexander faciunt fundamentum, respondetur quod nihil facit: quia loquitur in denuntiatione facta a parte ad se exonerandum, que non constituit in mora illum, cui denuntiatio facta fuit: sicut est in casu nostro in precepto iudicis, et in casu d. l. fin. ille, cui fuit facta denuntiatio pro certo die, non habet potestatem prohibendi illum, qui denuntiauit certo die, quo minus faciat in alio die, ideo in alio die factum, clam fieri dicitur, et ratio denuntiationis cessat: sed in casu nostro reus citatus in mora constituitur, si non comparet, et in die sequenti mora augetur: et citatus potuit prouidere comparendo prout tenebatur. Preterea, attenta ratione predicta, que fundatur in d. l. fin. esset dicendum quod tex. hic non haberet locum, vbi patet quod citatus pro die peremptorij expectari potest a iudice in diem sequentem: et tali die non requiritur citatio, vt est text. hic: et sic patet quod illa ratio d. l. fin. in casu isto adaptari non potest. Et remoto illo text. qui in veritate nihil facit, vt etiam dixi supra in iij. not. pro opinione Bald. et Hostien. efficax videtur ratio illa, quam Bald. adducit: quia ex quo persistit in contumacia, grauius debet puniri l. Fulcinius. §. fin. ff. quibus ex cau. in posses. ea. et bene facit text. in d. ca. cum dilecti. Non obstat responsio Alexand. quod ibi erat citatus ad totam causam: quia tex. ibi loquitur simpliciter. Et etiã videtur potius loqui de citato ad certum actum, vt ibi colligitur ex simili, quod adducit de eo, cui mãdatur quod ad certũ diem, rem certam exoluat. Nam vt illa equiparatio, quam text. ibi facit, conueniat, videtur dicendum quod ibi citatus fuisset ad certum actum. Similiter bene facit text. in d. l. Celsus. Non obstat responsio Alexand. dum inquit quod absurdum esset, si post terminum non deberet soluere: quia aduertendum est. Nã licet esset liberatus ab illo precepto respectu cõtumacie, de qua ibi agitur, non tamen esset liberatus a debito. et sic non sequeretur absurdum, quod Alexan. dicit. Et pro opi. Bald. etiam facit, quia edictum peremptorium circunducitur duobus concurrentibus, quãdo citatus comparuit, et ille, qui fecit illud fieri, non comparuit l. et post peremptorium. §. j. ff. de iudi. Secus ergo si citatus non comparet: quia non videtur quod edictum peremptoriũ circunducatur, et sic perdurare videtur: ideo alia citatio non requiritur, prout in text. hic habetur.

¶ Additiones.

1 ¶ Primo. Vide Alexand. in l. quod nulla. ff. de re iudic.
2 ¶ Refertur. Vide omnino Dec. in c. prudentiam s. eod. Lancelo. Saliaul. in repet. l. centurio. ff. de vulg. et pupil.
3 ¶ Referri. Idem Dec. in c. prudentiam s. eo.
4 ¶ Sequentem. Vide que idem scribit in seq. nota.
5 ¶ Citatione. Vide s. eod. c. adde quod si iudex dixit, se velle ferre sententiam tali die et hora, et ego constitui procuratorem ad illũ actum, si fiat postea dicitur fieri parte non citata: et ideo non vz vide hippol. marsi. sing. xlix. actus factus.
6 ¶ Lucente sole. Adde bonum text. in l. j. et in l. medicus. ff. de ope. lib. in l. ij. in fi. ff. de annu. lega.
7 ¶ Committatur. Idem videtur voluisse Fed. de sen. consil. celvj. Ro. Pan. et Jas. in d. l. more. Fely. in ca. si perfodiens. de homi. in cap. ecc. san. ma. de consti. ver. quinta declaratio. ibi: scias tamen.
8 ¶ Medium dicitur. Latius loquitur idem Deci. ad hoc plura congerens in c. j. in fin. de probatio.
9 ¶ Judicis. Vide Maria. soc. in tract. de cita. arti. xx. q. xviij.
10 ¶ Non tenetur. Vide Deci. in c. quoniam contra. de probat.
11 ¶ Peremptorij. Idem Decius. in capi. ecclesia sancte marie. de consti. Siluest. Aldob.

a ¶ Hora. Decisio Tholo. ccccxxvij. Socin. tract. de citatio. artic. xx.
b ¶ Dies. Late Andr. Tiraq. tracta. retract. proxi. §. j. glo. xj.
c ¶ Dicatur. Idem Deci. cap. ne innitaris. lect. ij. in princip. de constit. cap. causam, que. de rescript. Philip. Francis. ca. sepe contingit. de appel.
d ¶ Vnam. Imo quandocunque, saltem intra annum: et ita obseruatur.

[redacted]

De iudicijs. Rubrica.

1 ¶ Vxor sicut priuatur dote propter adulterium, an ita etiã propter osculum impudicum.
2 Judex in preparatorijs cognoscit de causa principali.
3 Judicium qualiter diffinitur.
4 Diffinitio secundum iura sufficit quod constet ex genere, et differentijs.
5 Judicium quot modis accipitur.
6 Sententia an contineatur appellatione iudicij.
7 Judicium inquisitionis an sit ordinarium, vel extraordinariũ.
8 Jus patronatus an sit spirituale.
9 Judicium ciuile qualiter cognoscatur a criminali.

1 

Non solito more.[1] Hec rubrica secundum Jo. Andr. et alios. ad precedentes sic subordinatur: nã supra dictum fuit de preparatorijs iudiciorum ideo competenti ordine titulus iste de iudicijs subijcitur. Et fuit ista cõtinuatio gloss. in rubric. ff. et C. eod. Ex qua elicitur quod premissis preparatorijs ad principalem dispositionem infertur. Vnde bene dicit Bartol. in l. fina. ad finem. per illum text. C. de codi. quod ille, qui eligit preparatorium, vtique videtur eligere illud, ad quod preparatio fit. Et qui aliquem defendit in causa preparatoria, etiam in causa principali cogitur defensionem suscipere: vt not. Barto. per illum tex. in l. qui proprio. §. item queritur. ff. de procur. et ex preparatorijs adulterij arguitur, et probatur adulterium l. et si amicis. in fin. iuncta l. quod ait. in principio. et ibi gloss. in verbo in ipsis rebus. ff. de adul. Ex quo videtur confirmari, et declarari quod Bal. singulariter dicit in capit. tuo. supra de procur. in ver. quid si absque
1 carnali copula. vbi voluit quod † sicut [a] mulier priuatur dote
a propter adulterium, capit. plerunque. j. de dona. inter virum.
A ita propter osculum [A] luxuriosum, vel manibus positis ad ma
2 millas[2], vt verbis suis vtar. alleg. text. in §. j. quib. mo. feu. amit. Nam certe hoc videtur verum: quia ex talibus preparatorijs, ad adulterium infertur, per supra dicta. Sed quando constaret quod non fuisset secutum adulterium, prout Bal. loquitur,
b dictum eius esset valde rigorosum, et non probatur [b] iure: quia precise iura loquuntur de adulterio: et cum penalia sint, non debent extendi ad osculum, in quo longe minor ratio videtur: et
3 quia pena [3] priuationis non habet locum, nisi in casibus a iure expressis: vt per gloss. in cap. fin. de iure pa. vbi Abb. et not. Baldus in authen. ex testamento. C. de secun. nupt. facit text. in l. sed et si quis. in §. diuus. ff. de relig. et text. quem ipse adducit, loquitur in feudo, vbi non agitur de damno, sed potius de perdendo lucrum: et quia ad dominum directo reuertitur, ad quem facilius videtur regressus: argu. eius, quod habetur in cap. j. infra. de feudis. Preterea, dum in illo text. priuatur vasallus feudo, quia cum vxore domini concubuit, vel cum illa turpiter lusit, intelligi potest quando ex tali turpi lusu argueretur adulterium, prout ex concubitu arguitur: sed quãdo constaret quod adulterium nullo modo commissum fuisset, forte ille text. non haberet locũ. Et de vasallo, prout loquitur ille textus, non bene infertur ad illud, quod Bald. dicit: quia vasallus generaliter priuari debet feudo, si domino grauem offensionem intulerit. cap. j. §. porro. ver. predictis modis. que fuit prima causa benefic. amiten. Et ista videtur grauis offensa: merito priuatur. Non sic videtur in vxore, que non priuatur dote propter grauem offensam, sed precise propter adulterium, quod in solo o-
2 sculo non verificatur. † Similiter ad superius dicta dicimus quod ille, qui fuit iudex in preparatorijs, etiam in causa princi
4 pali [4] cognoscit l. minor xxv. annis. in fi. prin. ff. de euictio. et in l. ordinarij. C. de rei ven. Ex quo Bald. not. ibi in j. col. in ij. no. infert ad pulchram questionem, Quod si quis agere velit contra laicum, et contractum, quem iurauit, dicat simulatum fuisse, et coram episcopo petat absolutionem a iuramento, ab eodem iudice ecclesiastico causa principalis dz terminari: quod dicit bene esse notandum. Et hoc dictum pro notabili Alexand. sequitur in l. quoties. C. de iudi. et idem Alexand. in consil. lviij. incip. circa primum quesitum. ad fin. libro j. et in consi. lx. incipien. in causa, et lite. in iij. lib. Paul. tamẽ de Cast. in d. l. ordinarij. de quo Alex. in locis supra dictis nullam mentionem facit, dicit quod dictũ Bald. non videtur verum: quia in casu d. l. ordinarij. erat iudex competens in vtraque causa: nec ibi ex iudicio preparatorio noua iurisdictio acquiritur: sed in questione Baldi ecclesiasticus in causa principali non erat competens contra laicum: vnde non est dicendum quod ex iudicio preparatorio in causa principali

cipali iurisdictio acquiratur, cum regula in contrarium sit: q2 minus dignum non trahit ad se illud, quod dignius est: vt not. in l. si quis sciens. C. de rei ven. & ita sequuntur posteriores scribentes in dicta l. quoties. Et ratio ista Pauli de Castro facit contra continuationem supra factam: quia non congruit quod preparatoria iudiciorum, que premittuntur, ad se trahant dispositionem principalem. Econtra, bene conuenit quod preparatoria sequantur dispositionem principalem l. in argento. in princip. ff. de auro, & argen. ibi: an etiam id, quod ad preparationem bibendi comparatum est. & facit regula, accessorium. de regul. iur. in vj. Si volumus tenere opin. Bald. que commu-
c nis[c] est, prima facie dici potest, quod etiam in questione Bald. ecclesiasticus esset iudex competens contra laicum ratione iuramenti, quod in contractu reperitur, cuius virtute laicus de foro ecclesiastico efficitur: vt est casus in capitulo finali, de foro competent. in vj. & ideo non videtur quod agatur ibi de acquirendo nouam iurisdictionem, vt Paul. de Cast. dicit. Sed potius de preoccupando iurisdictionem inter plures competentes: vnde bene conuenit quod si adeatur vnus iudex ex pluribus competentib[us] super iudicio preparatorio, videatur etiã facta occupatio in iudicio principali: quia qui eligit prepara-
5 torium, vtique videtur eligere illud, ad quod preparatio fit[5]: vt per Bartol. in d. l. fina. per illum textum. C. de codi. cum alijs supra allegatis. Et ad rationem dum ipse dicit quod minus dignum non trahit ad se quod dignius est, respondeo, & dico qđ illud verum est, nisi quod minus dignum est, habeat connexitatem cum digniori, & principali: prout est in preparatorijs, in quibus ordo datus est a iure, vt premittatur, & dispositio principalis sequatur l. j. ff. de origine iuris. l. incerti. C. de interdic. Nã quandoque minus dignum etiam trahit quod dignius est. §. si tamen alienam purpuram. Insti. de re. diui. bonus textus in clemen. per literas. de prebend. Unde alibi doct. volunt quod si prebenda coniuncta sit cum canonicatu, quod collata prebenda alicui clerico, etiam canonicatus, qui dignior est, videatur collatus: vt tradunt Compost. Ioan. Andreas, Antonius de Butri. & omnes in capit. cum M. de consti. Fede. consi. xxix. incipien. quia in presenti. Archid. & Domin. in capitulo, si clericus. de preben. in vj. cum similib. Et quandoque ex accessorio infertur ad principale: nam probato accessorio, probatum videtur principale. text. singularis, vbi Bal. in l. ij. C. de dot. promis. et sic videntur euitari posse rationes, quas contra Bald. Paulus de Castro inducit. Sed tamen diligenter inuestigando vlterius, opin. Bald. non videtur vera, & contra eum est casus, qui in locis predictis minime allegatur, in l. j. C. ad exhiben. vbi dicitur, quod preses prouincie cognouit in actione ad exhibendum, que preparatoria est ad rei vendicationem, & tamen causa principalis ad iudicem rei remittitur. Non ergo ibi qui est iudex in causa preparatoria, iurisdictionem acquirit in principali. et illum textum ad hoc ponderauit Sali. ibi in princi. Comprobatur hoc ratione: quia in questione, in qua Bald. loquitur ex necessitate absolutio petitur a iuramento ab ecclesiastico. c. j. de iureiuran. not. per gloss. & docto. in capit. quanto. eodem titulo. Unde ex hoc argui non potest quod etiam in causa principali illum velit habere iudicem: argumen. l. rem legatam. ff. de adimen. lega. xxviij. questione j. in capit. iam nunc. Actus enim qui fit ex necessitate, non infert consensum in iudicem: vt nota. Bald. in authen. offeratur. in ij. not. per illum textum. C. de lit. conte. & idem Angelus dicit in l. sed & si susceperit. in principi. ff. de iudic. Sic etiam qui ex necessitate litigat, non videtur personam aduersarij approbare: vt not. Bald. per illum textum in l. ij. in ij. notab. C. de bon. autho. iudi. Non obstant que supra dixi. Et primo quod ratione iuramenti ecclesiasticus erat competens in causa principali: quia illud est verum, si ageretur ad obseruationem contractus, super quo iuramentum interponitur, prout loquitur textus in d. capit. finali. Similiter si agatur pro absolutione iuramenti: vt not. domin. Abb. in dicto ca. j. de iureiurand. Sed cum agatur de retractatione contractus, ecclesiasticus non videtur competens: quia vbi quis forum sortitur ratione contractus in aliquo loco, ille forus non attendi-
d tur, si agatur de resolutione[d] contractus l. ij. vbi text. notabilis quem ibi not. Baldus & Paul. de Castr. C. vbi, & apud quem cogni. restitu. in integrum. Et hoc in questione nostra omnino dicendum videtur, quod iuramentum stricte, & in forma specifica interpretatur. capitu. ad nostrã. el j. de iureiuran. & in notabili questione tradit Bald. in l. amplius non peti. ff. rem ra. habe. In practica[e] tamen non de facili ab opi. Bal. recederetur. Unde vt tutiori via euitetur, cautela est quod actor remittat iuramentum: quod potest, iuxta not. in capitu. j. de sponsa. & in cap. j. de iureiur. tunc enim non erit opus absolutione: & illa absolutio esset facti non iuris, que non tribuet iurisdictionem. ita no-

ta. Paul. de Castro instruit in consil. lxix. incipien. visis, & ponderatis omnibus. in versiculo, & sic non obstat. & sequitur Alex. in d. l. quoties. & idem Paul. de Castr. in d. l. ordinarij. dicens se ita Brixie consuluisse. Ex quibus omnibus hec prima cõtinuatio vtilis redditur: quod raro continuationibus cõtingit. Secunda est continuatio, quã Abbas refert: quia supra visum fuit de instrumentis iudiciorum, videlicet de constitutionibus de consuetudine, & de magistratibus: vnde nunc merito subijci-
6 tur rubrica de iudi. Ista continuatio non satisfacit[6]: quia etiã alia sunt instrumenta iudiciorum, vt sunt testes, & instrumenta capitu. peruenit. el j. de testi. cogen. l. notionem. in §. instrumẽtorum. ff. de verbo. sig. & de his tamen inferius habetur: & attenta ratione predicta, premitti debuissent. Unde tertio, & postremo per domi. Abbatem alia continuatio adijcitur. Nam cum supra in titulo proxime precedenti dictum sit de arbitrijs, & ad instar iudiciorum arbitria redacta sint, l. j. ff. de arbi. idcirco rubri. de iudic. hic situatur. Et colligitur ista continuatio per gl. in rubr. ff. & C. de arbitr. Non tamen videtur sine dubio procedere: quia ratio quod arbitria ad instar iudiciorum redacta sunt, arguit quod titulus de iudi. poni debuisset ante titulum precedentem de arbitr. cum prius sit exemplar, quam exemplum l. in testamento. ff. de condi. & demon. Et ita Abbas hac ratione videtur istam continuationem reprobare in rubr. supra de ar-
7 bitr. Sed tamen saluari potest[7]: quia argumen. procederet, si respectu vtriusque tituli ordo consideretur, & re existente integra, si queratur quis titulus preponi debeat, de iudicijs, vel de arbitrijs: tali enim casu debet sequi titulus de arbitrijs: quia ad instar iudiciorum arbitria sunt: et ita loquitur Abb. in rubrica s. de arbit. & bene: sed cum titulus de arbitrijs iam reperiatur hic prius collocatus, & id factum sit bona ratione, vt per Abbat. ibi in rubric. nunc tantum queritur de isto titu. de iudicijs: & dicitur quod hic recte subijcitur: quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum. Ex hac enim similitudine, & coniunctione, que ita generaliter inter istos titulos consideratur, iustificatur ista continuatio, quam Abb. hic ponit. ¶ Expedita continuatione, prius quam vlterius progrediamur, consentaneum est, diffinitionem iudicij inuestigare. Et iudicium, prout hic accipitur, secundum Abb. post antiquos hic communiter
3 diffinitur, quod †iudicium est actus trium personarum, iudicis, actoris, & rei, in iudicio contendentium. Primo in diffini-
8 tione ibi: Actus, iste terminus actus[8], accipitur hic prout in diffinitione designatur: alias vero videtur significare rem, que breui momento absoluatur l. actus. C. de fer. l. actus. ff. de regul. iur. vnde absolute non conueniret iudicio, quod causam habet successiuam. Secundo dum dicitur, trium personarum: in hoc ista diffinitio non videtur generalis: quia quandoque iudiciũ reperitur cum duabus tantum personis: vt patet in iudicio inquisitionis. Unde non videtur bona diffinitio, que non conuertitur cum diffinito l. j. §. j. ff. de dolo. not. in l. j. ff. de testa. et ita arguit domi. Cardi. quem Abb. hic refert: & sequitur Imol. hic, & Alexand. in rub. C. eod. Sed ad hoc per domi. Abbatem hic respondetur quod in ista diffinitione consideratur illud, quod plerunque, & regulariter contingit: non autem attenditur qđ
9 in aliquibus casibus contra regulam reperitur[9]. Ad quod Aret. hic non in lectura impressa, sed in prioribus scriptis eius adducit text. in l. j. ff. de legi. vbi diffinitur lex, quod est commune preceptum: & tamen hoc non est semper verum: quia nõ semper precipit, nec semper cõmunis est: vt habetur in l. legis virtus. ff. de legi. & in l. fi. C. de legi. Sed potest negari quod in d. l. j. ponatur diffinitio legis, vel preceptum: ibi enim accipitur prout gloss. declarat. Unde pro responsione domi. Abbat. ratio videtur manifesta. Considero enim quod diffinitio debet constare ex genere, & differentijs: vt not. in l. j. vbi Bartol. ff. de testa. & ideo bene consonat quod diffinitio ad communem regulam tãtum referatur: q2 in casibus, qui a communi regula declinant, alie videntur esse differentie, que illos casus specialiter respiciunt, & in casibus secundum regulam procedentibus non possunt verificari: & ideo vna diffinitio non potest esse generalis, vt omnes casus secundum regulam, & contra regulam complectatur. Sic ergo inspecta regula communi, iudicium est actus trium personarum, iudicis, actoris, & rei: & in istis tribus quiditas, & substantia iudicij consistit: in progressu tamen iudicij etiam testes requiruntur. Et propter hoc dicit textus iiij. questione iij. capitulo primo quod in omni iudicio quatuor perso-
f ne esse debent. Sed tamen testes[f] ad substantiam iudicij non sunt necessarij, vt Azo dicit in summa. C. eod. in principio. Tertio in diffinitione ibi: in iudicio, hoc intelligo in loco iudicij, prout accipitur in l. penultima. ff. de iustitia & iure, & in l. noluit. ff. de interrogat. actio. alias non conueniret quod in diffinitione ponatur, & exprimatur illud, de quo queritur. Quarto ibi:

contendētium.ex hoc videtur quod ad essentiam iudicij requi-
ratur contentio. Ad quod bene facit textus in c. forus.in prin-
cipio,de verbo.signi.ibi:iudicium est,dum discutitur. Si ergo
reus confitetur debitum,& velit soluere, non videtur esse iudi-
cium, cum nulla contentio fit.bonus textus in l.si reus para-
tus.ff.de procur.& in l.si domus.§.in pecunia.ff.de legat.j. Et si
dicatur,etiam quando reus confitetur debitum,lis tamen dici
tur contestata,& fertur diffinitiua:vt per gloss.in capitu.dudū.
el ij.in verbo responsionem.de elect.& per gloss.in cap.j.ꝫ.de lit.
contest.& in l.j.vbi Bartol.declarat.C.de lit.contest.cum si. Un-
de sicut dicitur lis contestata per eum,qui confitetur, ita vide
tur quod tali casu iudicium sit. Ad hoc breuiter respondetur
quod nunquam per confessionem debiti, quam reus facit lis
contestata dicitur,nisi aliquo respectu contentio fit:vt colligi-
tur ex his,que Bartol.tradit in dicta l.j.Joann.Andre.in ad-
di.Specul.in titu.de litis contesta.§.ij.versi.quid si reus.& Ab
bas prosequitur in dicto capitulo j. versic. quero quo ad secun-
dum. Non ergo mirum,si dicatur iudicium. Sed quando abso
lute reus debitum confitetur,& velit soluere absque aliqua exce
ptione,tunc non dicitur lis esse contestata, nec videtur ibi esse
iudicium,per supra dicta. Quinto,& vltimo,contra predictam
diffinitionem argui potest:quia non videtur ponere qualita-
tem,& essentiam iudicij,nec causam eius finalem designat,pro-
ut in diffinitione requiritur l.j.ff.de testa.l.j.§.j.de tute.sed tan-
4 tum actum ipsum iudicij narrat,& describit. Sed dicatis q† in
iure nostro sufficit diffinitionem constare ex genere,& differen
tijs,que capiuntur,vt quandoque ab essentia,& quidditate rei
diffinite, & a causa finali: vt in iuribus prealleg. Quandoque
etiam differentie colliguntur,considerando illud, quod diffi-
nitur,prout fit & in esse producitur:vt patet in l.v.§.stipulatio.
ff.de verbo.oblig.& in l.libertas.§.seruitus.ff.de statu homi. Et
sic in proposito contingit:& in effectu sufficit quod diffinitio cō
uertatur cum diffinito l.j.§.j.ff.de dolo.l. Quintus.la ij.§.cum
aurum.ff.de auro, & argen. legato.& Alia fuit diffinitio Cal-
der.quam Abb.hic refert,quod est causa in iure reddendo ne-
cessario posita, cum interpositione personarum. Sed per do-
mi.Abb.reprehenditur:quia,secundum eum, non videtur ve-
rum quod iudicium dicatur causa,per text.in capitulo, forus.
in princip.de verbo.signi.vbi videtur quod a principio,quan-
do negotium proponitur,causa est:dum postea discutitur iu-
dicium:ergo videtur quod iudicium non sit causa:quia tantū
a principio causa est,dum proponitur: nō ergo postea videtur
causa,sed iudicium. Sed certe in hoc Abb.iudicio meo,decipi
tur:quia licet iudicium dicatur dum discutitur,non tamen de
finit esse causa:nam post controuersiam,& litem contestatam,
10 causa dicitur, & quidem proprie[10]: vt per gloss.in l.j.in verbo,
adhiberi.ff.de testi.& in l.causas.C.de transac.in verbo, causas.
adeo quod ante litis contestationem non dicitur causa:vt con
cludunt Bald.& Salic.& Paul. de Castr.in dicta l.causas.fa-
cit gloss. in dicta l.fina.§.illud.in verbo, exordium. C.de tem-
po. app. Sed tamen Bartol.& doctor. communiter in dicta l.
causas. tenent quod etiam causa sit ante litem contestatam. et
idem Angel.in consilio clxxxviij. incip. domina Peregrina.
Roma.in consilio ccccxij.incipien.pro habenda.& ad hoc bene
seruit text.in dicto capitulo,forus.& dixi in dicta l.causas. Sed
quantum ad propositum fatentur omnes,& negat nullus,quin
causa dicatur post litem contestatam:ergo diffinitio Cal.bene
procedit,dum inquit,quod iudicium causa est. Non obstat tex.
in dicto capitulo forus.quia respondeo,& dico quod aliter ille
text. intelligitur quam Abb. dicat:nam dum ibi dicitur quod
causa est dum proponitur,non loquitur text.isto respectu,qua
si velit quod postea non sit causa: quia hoc esset falsum,per su-
pra dicta. Sed text.ibi duntaxat voluit dicere quod a princi-
pio non dicatur iudicium,sed causa simpliciter:& est sensus, dū
proponitur,est causa simpliciter ,& non dicitur adhuc iudiciū:
postea vero dum discutitur,adijcitur nomen specificum,& iudi
cium appellatur:non tamen desinit esse causa,licet nomine spe
ciali iudicium nominetur. Et sic declaratur ille text. ex quo pa
tet quod ibi nullo modo probatur quod Abbas dicit. Sunt
& alie diffinitiones,quas hic prosequuntur Cardina.Imola.et
Abbas:sed quia in his parua admoduꝫ,aut nulla consistit vti-
litas, vlterius non insisto. Non omitto tamen quod diffinitio,
quam postremo Abb.hic tradit, videtur dubitabilis dum in-
quit, Judicium est cause discussio,que coram iudice iuridice fit.
Nam ista diffinitio videtur etiam competere decreto, quod a
iudice adhibita cognitione cause interponitur:vt probatur in
l.magis puto.§.ne passim.ff.de rebus eorum.in l. naturali. §. si
queratur.ff.de confir. tuto. in capitu.dudum.de rebus ecclesie
non alienan.in vj.& sic non videtur illud esse iudicium, cum ibi
5 non sint tres persone.† Judicium in isto titulo, vt patet ex su-
pra dictis,accipitur pro instantia,& discussione cause:vt in l.p-
perandum.§.j.C.eodeꝫ, & in dicto capitulo,forus. Pluribus ta
g men alijs modis quandoque dicitur iudicium[g],secundum sub
11 iectam materiam,de qua agitur[11],vt Abbas declarat hic.& est
gloss.ordinaria in §.preterea.Insti.quibus non est permis. fac.
test. Hostien.in summa eodem,titu.cum concor. vt per Alexan
drum.in rubri.C.eod.& ibi Pau.de Castro nouem significatio
nes ponit:& inter alias refert quod iudicium quandoque acci-
pitur pro voluntate simplici,& libera:vt probatur in l. Thais.
§. Lucius.el ij.cum gloss.in verbo,iudicis.ff.de fidei com.libe.&
ideo per illum textum Bartol.not.dicit in l.si sic. ff. de legat. j.
quod si res,vel causa alicuius iudicio committatur,commissio
facta intelligitur libere voluntati eius,adeo quod absolute fa
cere poterit illud,quod velit. Sed tamen idem Bartol.in tra-
cta.ad reprimendum.in versiculo,videbitur.se ipsum corrigit,
& contrarium tenet, videlicet quod importat arbitrium boni
12 viri,& voluntatem regulatam a iure[12].et hoc in dicta l.si sic.do
cto.communiter sequuntur. Idem Cardina.in clementi. sepe.
& per Imo. de verborum signi. Antonius de But.in capitulo
j.circa finem ꝫ.de constit.& ibi Imol.& Moder.& idem Ma-
thesi.in nota.xvj.incip.nota quod verbum, iudicio. Alexand.
in consilio.xxxiij. incipien. viso themate. in j.libro:& ad hoc est
gloss.xxxvj.questione ij.in capitulo,tria.in verbo, iudicauerit.
Et pro ista communi opin.allegatur textus in capitulo, verū.
infra de foro competen.ibi:sub tuo iudicio cognoscatur.& in ca
pitulo,inter corporalia.in fine de transla.episcop.ibi:misericor
diam postulans, & iudicium nō requirens. Et idem dicitur in
capitulo,illud.de cler.excommu.mini.& videtur text.ad literaꝫ
in capitulo,in causis.ꝫ.de re iudi.dum inquit,in causis,que sum
mi pontificis iudicio deciduntur,ordo iuris,& rigor equitatis,
est subtiliter obseruandus. Sed tamen ista iura, que per doct.
maxime Modern.adducuntur, hoc non bene probant. Nam
primo textus in dicto capitulo ,verum.nihil facit: quia iudi-
cium ibi accipitur pro iurisdictiōe, non eo respectu, de quo in
questione nostra agitur. Secundo ad illum textum & ad om-
nia iura superius allegata respondeo,& dico quod in iuribus
predictis verbum,iudicium,ad personam iudicis refertur: vn
de non mirum si non importat liberam voluntatem,sed regula
tam,prout in iudice requiritur:quia verba accipiuntur secun-
dum qualitatem persone,ad quam inferuntur l.plenum.§.equi
tij.ff.de vsu & habitatio. Et ad hoc specialiter facit:quia verbū,
volo, quod de sui natura liberam importat voluntatem l. cum
quidam.ff.de lega.ij.l.fideicommissa.§.quamquam. ff. de legat.
iij. Si tamen dirigatur ad iudicem,alteratur propter qualita-
13 tem persone[13]:& intelligitur de voluntate, que a ratione mode
ratur:vt voluit Hostien.& Imol.per illum textum in capitulo,
significauerunt.ꝫ.de testib. Sic ergo in proposito dicendum est
quod licet in iuribus ꝫ.alleg. que personam iudicantis respi-
ciunt,iudiciuꝫ intelligatur pro arbitrio boni viri, non per hoc
tamen infertur,quin extra illos casus etiam tale verbum libere
voluntati accommodari non possit,prout voluit gloss.in dicta
l.Thais.§.Lucius. Cuius opin.comprobatur:quia ille, qui in
vltima voluntate disponit, dicitur iudicare. capitulo,licet. in
fine,de sepulchr.in vj. Et testamentum, iudicium appellatur l.
iij.ff.de testamen.mil.& in l.si quis pecuniam.ff.si quis omis.cau.
testamen.& in l.j. C. de sacrosanct. eccle. Et tamen in testamen-
tis agitur de libera voluntate dicta l.j.C.de sacrosanct. eccle.fa
cit textus in capitulo,non solum.de reg.in vj. ibi:non desijt iu-
dicium rationis. Ergo videtur esse aliud iudicium, quod non
sit rationis,sed voluntatis.et ad idem text. in capitulo, quali-
ter. el j. ꝫ. de accu.nam etiam qui vtitur libera voluntate, iudi-
cat,dum eligit. Ex quibus omnibus videtur quod iudicium sit
terminus communis,& generalis ad liberam voluntatem,& ad
regulatam, & secundum subiectam materiam intelligatur. Et
ad hoc etiam allego text.& Bal.ibi,in capitulo j.§.donare. qua
liter feu.alien.pos.vbi Bald. dicit quod verbum, iudicare, est
verbum commune. Unde in questione predicta, quando iudi-
cio alicuius res,vel causa committitur, considerandum est qđ
si agatur de preiudicio tertij,prout regulariter videtur in simi
libus causis, talis commissio intelligitur arbitrio boni viri: et
ita communis opin.procedit:& sic loquitur gloss.in dicto capi.
tria. & sic omnia iura ꝫ. allegata procedunt. Et hoc non est ex
eo quod natura verbi ad hoc restringatur, sed ꝑpter subiectā
materiam:quia superior,qui committit, in dubio non presumi
tur quod tertio velit preiudicare. Unde tali casu, etiaꝫ si essent
verba,que de sui natura importarent liberam voluntatem,ta-
men ne tertio preiudicium inferatur,accipiuntur pro volunta
te regulata:& pro arbitrio boni viri:vt dicit not. Anton.de Bu
trio in capitu.j.versiculo,non ob.de consti.& sequitur Imo. ibi.
& idem Lap.in alleg.lxj.incipien.visis literis.& not.Abb. in ca.
dilecti.

dilecti.§.eodem.Et hoc colligitur ex dictis Bart.in l.filiusfa.ff. de dona.dum loquitur de statuto, quod Potestas possit facere ad sui voluntatem.et idem Barto.in l.j.ff.de testament. milit.cum concor.Unde merito Baldus dicit in capitulo, Quintavallis.circa finem.§.de iureiurand.quod in compromissis voluntas pro discretione, & arbitrio boni viri accipitur. Si vero non agitur de preiudicio tertij, sed tantum concedentis,tunc talis commissio latius deberet interpretari, scilicet pro libera voluntate: quia natura verbi hoc patitur, si materia talis sit, que hoc idem suaderet dicto capitulo,licet.cum similib.§. allegat.

14 Iudicium itaque pro instantia,& processu litis[14],prout accipitur hic,secundum Abbat.hic,dicitur lite contestata:ante litis contestationem proprie non est iudicium:quia ab ipsa contentione,& discussione cause nominatur.capitu.forus. in principio de verborum signi.ibi:dum discutitur iudicium. Et glo. hoc tenet in l.iudicium soluitur.in princip.& in l.si is, qui Rome.in verbo iudicium.ff.eod.& in l.nam & nocere.ff.de pact.in l. j.C.eod.titul.& in l.& quia.in gloss.penul.ff.de iurisdictio. omni. iudicum.Unde quod fit ante litis contestationem,dicitur fieri ante iudicium l.is, qui se obtulit. ff. de rei vendic. in l.amplius non peti.ff.rem ratam haberi.in l.j.C.de lit.contesta.in l.j.§.ij.ff. de interrog.actio.Et ideo dicit Bald.in auth.clericus.C. de episcop.& cler.quod ante litem contestatam non dicuntur proprie acta iudicij,sed preparatoria. Et idem Baldus in l.j.§. similique modo. el ij. C. de Latiñ.lib.toll. dicit quod ante litem contestatam, proprie non dicitur figura iudicij. facit glossa in auth.in medio litis non fie.sacras iussio.§.fina.in verbo,proemijs.& in clemen.j.in verbo,citationis.eodem titulo.& in l.fina. §.illud.in verbo,exordium.C.de tempo.appel.Et ex his verificatur quod Bald.dicit in capitulo j.in j.oppo. de lit. contest.§. vbi inquit quod litis contestatio est fundamentum,& lapis angularis iudicij.Et retenta hac conclusione,infertur quod glo. in rubric.C.de in ius vocan.non recte loquatur, dum dicit quod iudicium incipit a citatione.alleg.textum in §.fin.Insti.de pena temere litigan.quia imo incipit iudicium proprie a litis cõtestatione,per supra dicta.Non obstat text.in dicto §.fin. nam, vt dixi in dicta rubri.non probat dictum gloss.quia non loquitur de iudicio, sed dicit, citationem esse principium actionum instituendarum. Ex quo enim loquitur per verba futuri temporis,poti⁹ videtur velle quod citatio,preparatio sit,& preambulum futuri iudicij.Saluari tamen potest dictum gloss.in rubric preallegata,in quibusdam casibus,in quibus conclusio supra facta non procedit. Primo vt Abbas hic dicit respectu loci, quo casu esse iudicium dicitur ante litis contestationem: vt not.in l.voluit. ff.de interrog. actio. sed melius probatur in l.si fideiussor.in principio eod.titulo. Secundo quantum ad iudicem, vt iurisdictio ab eo preoccupetur,ante litis contestationẽ iudicium dicitur l.vbi ceptum.iuncta l. si quis postea.ff. de iudic.facit quod not in capitulo,gratum.in capitulo,licet vndique.§.de offic.delega.Tertio quo ad interrumpendum prescriptionem,de qua in l.sicut.& in l.omnes.C.de prescript.trigin.annorum. vbi citatio dicitur facta in iudicio ante litis contestationem.Uel secundo dicamus quod gloss.in preelleg.rub. C.de in ius vocan.vera sit,quando largo modo iudicium accipitur. Et sic considerari videtur in rubric.hic, attento quod post istũ titu. sequitur titulus de foro competen.& de libelli obla. Proprie vero,& stricte,iudicium lite contestata intelligitur, per supra dicta. Angel.tamen in l.j.C.de iudic.aliter loquitur: dicit enim quod respectu partium iudicium ceptum non dicitur,nisi lite contestata:sed quantum ad proprietatem verbi, iudiciũ incipit a citatione.allegat text.in dicto §.fina.Insti.de pen.temere liti.& gloss.in d.rubr.C.de in ius voc. Pro quo facit, quia iudicium dicitur quasi iurisdictio.capitulo,forus,in princip.de verborum signi.Et hoc in citatione verificatur, que debet fieri de commissione iudicis,in l.neminem.C. de exhibẽ.reis. de quo in capitulo j.§.eodem.Et hoc sentit Barto.in l.ij.ff.de fur.dum inquit quod principium iudicij durat vsque ad litem contestatam inclusiue:& sic vult quod ante litem contestatã inchoetur: medium vero iudicij vsque ad conclusionem in causa extendi-

6 tur,& finis durat vsque ad sententiam,secundum Barto.in dicta l.ij.

15 b †Ex quo notandum est quod appellatione iudicij, sententia continetur[15 b]:quod expresse Bald.dicit in l.j.in iiij.nota.C.si aduersus rem iudi.domi. Abbas in capitulo vnico. §.de plus petit.& idem gloss.& doctor. in capitu.statutum.§.insuper. in verb.iudicium.de rescri.in vj.& in capitulo j.§.si vero. in ver. iudicij.de excepti.in vj.ad idem gloss.per illum textum in l.j.in verb.iudicium.ff.si ex noxa.cau aga.facit textus in capitu.personas in capit.ad aures.§.de appel.& in capitu.in causis.§.de iudic. ¶ His preludij loco premissis pro discussione eorum, que circa istam rubr.communiter doct.hic tradunt,de tribus prin-

7 i cipaliter questionibus dubitari contingit. † Prima est,an iudicium inquisitionis,[i]ordinarium,vel extraordinarium esse dicatur. Secunda erit, vtrum ius patronatus de sui natura sit mere spirituale.Tertia, quomodo iudicium ciuile a criminali distinguatur. ¶ Circa primam questionem Innocen.variauit vt Abb.hic refert:sed ipse pro concordia concludit quod extra ordinarium dicatur eo,quod in tali iudicio in pluribus ab ordine iuris communis receditur. Sed tamen ordinarium dici potest:quia modus iste procedendi a iure introducitur. Et aliquo respectu ordo iuris seruatur:absolute tamen,& proprie,secundum eum,non dicitur ordinarium,nec in eo haberet locũ statutum,quod de ordinario loqueretur.Et sic Abb. in effectu videtur sequi dictum Innocen.in capitu. oportebat. §.de accu. vbi dixit illud esse extraordinarium.Et hoc voluit gloss. in capitulo,quoniam contra.in verbo,extraordinario.de proba.& ij. questione j.in capitulo,multi.in verbo,extraordinario. et idem sentit gloss.iiij.questione iij.in capitulo j. in verbo, quatuor.in fin.Et secundum Aret.& Moder.quos ipse refert, ista opinio probatur ratione manifesta:nam extraordinariũ illud esse dicitur,quod contra regulas iuris communis cõceditur l.in cause.la ij.in princip.ff.de minor.l.j.& per totum.ff. de extraordina. cog.Sed inquisitio regulariter prohibetur l.rescripto.§. si quis accusatorem.ff.de mu.& ho. ergo iudicium inquisitionis extraordinariũ dicitur.Ista ratio de iure ciuili bene procedit:quia inquisitio duntaxat in quibusdam casibus permittitur:vt not. in l.ij.§.si publico.ff. de adul. sed de iure canonico non videtur vera: quia regulariter inquisitio permissa videtur. capitulo j. §. de offic. ordi. & bonus textus in capitulo,si quid vero.l.j.xxvj. distinct.& ideo Bald.in dicto c.j.de offic.ordi. versiculo,quero vtrum inquisitio,expresse tenet quod de iure canonico sit remedium ordinarium,sed de iure ciuili extraordinarium dicatur, ratione predicta.Et hoc idem Baldus dicit in capitulo,super literis.versiculo,quero inquisitio.§.de rescript.Card.in clemẽ. sepe.circa fin.de verbor.signi.& sequuntur Modern.hic. Et ad hoc consonat quod Bartol.voluit in l.si maritus.§.si autem extraneus. ff. de adulter.dicens quod vbi inquisitio indistincte a statuto permittitur,auxilium ordinarium dicitur,licet de iure ciuili extraordinariũ sit,ex quo regulariter ꝓhibet.et ista opi. prima facie videt ꝓbabilis.Et vlterius his rationibus suaderi põt:nam tribus modis proceditur ad correctionẽ delictorũ, per accusationem,inquisitionem,& denuntiationem, in capitu. qualiter.el ij.§.fina.§.de accusat.ergo si a lege ista inquisitio permittatur,tale iudicium ordinarium dicitur:argumen.l.j. C.de vaca. mun. libro x. vbi ordinaria dicuntur munera, que a lege imponuntur. Et licet de iure ciuili videatur esse iudicium extraordinarium, cum in quibusdam tantum casibus concedatur,tamen ex quo de iure canonico generaliter permittitur, videtur assumere nomen, vt ordinarium dicatur. ad hoc textus not.in l.j.de iudic.lib.x.ibi:non extraordinarium,vt hactenus, sed canonicum, id est regulare nomen accipit. Comprobatur hoc:quia in iudicio inquisitionis ordo,& forma procedendi datur a lege, in dicto capitu.qualiter.el ij.§.debet.& in capitu. qualiter,el j.in prin. ibi:debitum inquisitionis ordinem obseruastis ergo videtur ordinarium.facit text.in l.omnes.C.de anno. & tribu.lib.x.ibi:nec esse extraordinaria,nec vocari, que solenniter conferenda sunt. Et certe his rationibus videretur dicendum quod ordinarium sit specie sua:nam quamuis magis ordinarie procedatur in accusatione, per hoc tamen non tollitur, quin etiam inquisitio ordinarium dicatur:quia plus,& minus, non differunt speciẽ l.si.ff.de fund.instru. Et ex his infertur contra Abb. hic, quod si statutum loqueretur de ordinario, etiam in materia odiosa, quod iudicium inquisitionis comprehendatur:quia proprie in sua specie ordinarium est, per supra dicta. Et ad hoc bene facit text.in l.si.§. vxori. ff. de auro,& argen.lega.vbi in legato,quod facit testator de argento balneari, etiã argentum illud continetur, quo duntaxat diebus festiuis in balneo vtebatur: & tamen in legato solet stricta interpretatio fieri l.nummis.ff.de leg.iij.Licet enim materia odiosa sit,tamẽ fit lata interpretatio,quatenus proprietas verborum requirit l.cum lege.ff.de testamen.Et dispositio, que generaliter loquitur,includit omnes casus, etiam si in vno casu maior ratio sit, quam in alio.bonus textus in l. j.§. quod autem.ff.de aleat. facit text.in l.in fraudem.§.fina.ff. de testamen. milit.& quod ibi Bald.& in l.j.§.generaliter.ff.de lega.prestandis. cum simili. Et secundum predicta iustificatur opinio eorum,qui tenent iudi-

16 cium inquisitionis extraordinarium esse[16],prout dixit Innoc. in cap.dilecto.de senten.excommu.in vj.Joan.Andre.in ca. ij. de rescript.in vj.Gui.de Suza. in l. ea quidem. quem Alberic. refert.C.de accusa.& Joan.de Ana.in dicto cap.qualiter.el j.de accu.vbi concludit ꝙ respectu sui ipsius inquisitio dicatur ex-

dinarium iudicium: sed comparatiue ad accusationem extraordinariam videtur, idem Domi. in cap. dilecto. de sen. excom in vj. Predictis tamen minime obstantibus verior videtur, & magis placet opin. communis, que habet quod absolute extra ordinarium iudicium sit: & sic concludo quod etiam de iure canonico, inquisitio sit iudicium extraordinarium. Et hoc quidem probatur precipue duplici ratione. Prima est, quod extraordina
17 rium illud esse dicitur, quod officio iudicis expeditur[17] l. pecunie verbum. §. persecutionis. ff. de verborum. signi. l. cum filius. ff. si cert. pet. & in l. si cui legatum. in fin. prin. ff. de condi. & demo. in l. j. §. si solent. ff. de exerci. in l. salarium. ff. manda. & in l. j. C. de libe. & eo. libe. & in l. j. in princi. ff de var. & extraor. cog. in quibus omnibus iuribus, ista conclusio bene probatur: sed iudiciū inquisitionis, officio iudicis expeditur, in d. c. qualiter, & quando, el ij. j. de accusa. ergo extraordinarium est. et ita refert Bald. & Paul. de Castr. in d. l. j. C. de liber. & eorum liber. Secunda ratio[18] est: nam, vt supra dictum est, extraordinarium dicitur illud, quod contra regulas iuris communis conceditur l. in cause. la ij. in princip. ff. de mino. Sed istud iudicium inquisitionis, in qualibet eius parte declinat, & a regulis iuris cōmunis recedit, quod patet: Judicium enim in tres partes principaliter diuiditur, vt not. Barto. in l. ij. ff. de fur. nam habet principium medium, & finem: & in principio inquisitionis sine accusatore proceditur dicto cap. qualiter. quod est contra regulaʒ l. rescripto. §. si quis accusatorem. ff. de mune. & hono. Jn secunda parte, scilicet in medio, testes recipiuntur lite non contestata. cap. quoniam. §. sunt & alij. j. vt lite non conte. Jn vltima parte, scilicet in fine, non imponitur pena determinata a iure, sed condemnatio alteratur, & arbitrio iudicis pena imponitur. capit. inquisitionis. j. de accus. Et sic patet, anomalum esse hoc iudicium: ergo extraordinarium, per supra dicta. et hoc absolute idem Bald. sequitur in l. j. §. in initio. ff. de offic. prefec. vrb. Non obstant allegata s. in contrarium: quia primo responderi potest quod inquisitio sit remedium ordinarium, ex quo permittitur de iure canonico, per supra dicta. & ita de remedio Bald. loquitur in locis s. allegatis. Judicium tamen inquisitionis extraordinarium est, per ea, que supra dixi. Sed tamen ista differentia, que subtiliter fit inter remedium, & iudicium, periculosa videtur: quia inquisitio respicit modum agendi: & a tali modo procedendi iudicium ordinarium vel extraordinarium nominatur: vt est text. in l. filius. ff. si cert. pet. vbi iudicium extraordinarium dicitur, quia remedium, quod ibi competit, extraordinarium est: ergo videtur quod aliter iudicium iudicari non possit, quam ipsum remedium sit: et eodem modo induci possunt alia iura supra allegata. Unde secundo aliter respondeo, & dico quod inquisitio generaliter de iure canonico permissa sit, non tamen per hoc dicendum est quod ordinarium sit iudicium eius: quia qualitas, & natura inquisitionis est contra regulas iuris communis, vt supra dictum est. Comprobatur hoc: nam restitutio in integrum dicitur extraordinarium remedium d. l. in cause. la ij. ff. de mino. & tamen illa generaliter permittitur in causis minorum. Sic etiam denuntiatio conceditur a iure d. cap. qualiter. el ij. infra de accusa. & tamen iudiciū denuntiationis extraordinarium est: vt videbimus in cap. nouit. infra eod. Et idem dicitur in pluribus legibus s. alleg. Et ad argu. dum dicitur, a lege inducitur, ergo ordinarium est l. j. de va. mu. dic illud verum, nisi illud, quod permittitur, repugnet regulis iuris communis: prout patet in inquisitione, & in restitutione in integrum, cum simi. que officio iudicis expediūtur, per supradicta. Non obst. quod etiā in inquisitione data forma sit: & quod in sua specie dicatur ordinarium: quia licet aliquo respectu ordinarium dici possit, hoc tamen non facit quod absolute ordinarium dicatur, prout docto. loquuntur. Sunt enim alia plura, que concurrunt, & preponderant, vt extraordinarium appelletur: & in casibus mistis attenditur illud, quod preualet l. queritur. ff. de sta. ho. Confirmatur hoc: quia attenta tali ratione, nunquam iudicium extraordinariuʒ diceretur, cum semper esset aliqualis ordo, qui posset considerari. Nam etiam restitutio in integrum habet ordinem suum: & in notorijs etiam aliquis ordo consideratur, in cap. ad nostram. el iij. j. de iureiu-
8 ran. & tamen constat quod ista extraordinaria sunt. ¶ Quantuʒ vero ad secundam principalem questionem, Anto. de But. hic & in cap. quanto. j. eo. post alios, quos ipse refert, concludit qd ius patronatus de sui natura sit mere spirituale. Et hoc precipue probatur ex eo quod iura dicunt tale ius patronatus communicatum laicis fuisse ex gratia: vt in capitu. iij. de iure pa. ergo datur intelligi quod sit de sua natura spirituale: quia si esset temporale, iure communi absque gratia laicis concederetur. Sed ad hoc respondetur quod licet de gratia ius patronatus laicis competat, non per hoc infertur quod de natura eius spirituale sit: quia gratia alio respectu consideratur. Nam dato qd esset temporale, est tamen annexum spiritualibus: & ratione cōnexitatis idem iudicatur de eo, quod de spiritualibus: vt expresse dicitur in capitu. quanto. j. eodeʒ. Unde sicut transactio prohibetur in spiritualibus. capit. super eo. de transactioni. ita etiam in iure patronatus. capitu. preterea. eo. tit. Et simonia sicut in spiritualibus, ita etiam in iure patronatus committitur: vt not. in cap. veniens. el j. j. de testi. quia in connexis spiritualibus simonia committitur: vt per glo. j. questione. j. in summa. & cum spiritualia non cadant in laicum. c. sacrosancta. & ca. Massana. s. de elect. ita esset dicendum de iure patronatus, quod est connexum spiritualibus. Et de connexis idem iudicium habetur, per supra dicta. Sed tamen contra istam regulam dispēsatum fuit, quod ius patronatus, licet connexum sit spiritualibus, tamen concedatur laicis, vt inuitentur ad bene faciendūʒ ecclesijs. et ad hoc etiam tendit, quod per alia verba Areti. hic dicit. & ista est clara responsio ad istud fundamentum, cui Abbas non bene respondet. Alia ergo fuit principalis opi. quod ius
k patronatus sit temporale [k] de sui natura: quam Abb. hic, & in cap. quanto. j. eo. pluribus verbis probat, & sequitur: quia per presentationem, quam patronus facit, nullum ius presentato queritur: & ideo patronus laicus variare potest cap. cum autē. de iure pa. Ex presentatione enim, secundum eum, datur initiū quoddam ad ius spirituale obtinendum, vt latius Abb. hic, et in d. c. quanto. insistit. Sed tamen rationes sue precise non videntur probare intentionem eius, sed veniunt a remotis: nō sequitur: non queritur ius presentato, ergo non est spirituale. Similiter iura non dicunt, prout Abb. refert, quod sit initium ad futurum ius spirituale: sed tantum dicunt quod per presentationeʒ patroni, sit incboatum negotium: vt in dicto cap. quod autem ibi: a patrono incboatum. j. de iure patro. An autem istud tale principium sit spirituale, hoc non declarauit: & in dubio potius esset dicendum quod tale initium spirituale sit, ex quo institutio, ad quam presentatio ordinatur, spiritualis est, vt idem iudicetur de medio, quod de fine: arg. l. oratio. ff. de spon. & quod not. in clemen. dispendiosam. de iudi. Are. tamen sequitur opi. Abb. pro qua adducit tres rationes, quas ipse notabiles, & concludentes dicit. Prima est: naʒ spiritualia non possunt prescri
19 bi[19]. cap. causam, que. j. de prescript. sed ius patronatus prescribitur: vt not. Anto. de But. per illum text. in cap. querelam. s. de elect. ergo videtur esse temporale. Secunda, quia spiritualia que laico quandoque conceduntur, detinentur per laicum, et non possidentur: vt dicit Anto. de But. per illum text. in capi. cum apostolica. j. de his, que fi. a prela. facit quod not. Jnnoc. in c. cum sicut. s. de elect. Joan. Andr. in ca. ij. de prebend. in vj. sed ius patronatus possidetur per laicum. cap. consultationibus. de iure pa. ergo videtur esse temporale. Tertio per tex. in ca. lectis. l. xiij. dist. vbi ius postulandi consecrationem potest a laico prescribi: & sic non videtur spirituale: ita ergo in iure patronatus dicendum est, vt latius Aret. hic deducit. Et sic tota vis eorum, que ipse dicit, reducitur ad hoc, quod ius patronatus dicetur esse temporale: quia prescribitur, & possidetur per laicum quod in spiritualibus non contingit. Sed tamen predictis rationibus responderi potest. Primo negando quod ius patrona-
l tus potest prescribi: [l] vt Archi. tenet lxxj. dist. in c. hortamur. et ita efficaciter probat, & concludit Abbas in dicto cap. querelā. & idem Abb. in dispu. incipiente Augerio. in j. dubio. Non obstat quod ius patronatus per laicum dicatur possideri d. c. consultationibus. quia illud verum est in patrono, prout ille text. loquitur, cum quo dispensatum fuit, vt habeat ius patronatus: sed per alium laicum, qui non esset patronus, non potest possideri: vt per Abb. in locis s. alleg. Uel dicamus qd possessio ibi non ponitur proprie, sed pro detentatione capitur. facit tex. in l. stipulatio ista. §. hec quoque. ff. de verbo. obli. & in l. qui legatorum. §. filium. ff. pro here. Nam verbum, possideant, nullo modo ibi stare potest proprie: quia ius patronatus est ius incorporale: & incorporalia non possidentur l. seruus. §. incorporales. ff. de acqui. re. do. not. per gl. in c. conquestus. j. de foro competen. & in ca. cum venissent. s. de in integr. resti. Uel secundo principaliter ad omnia que Aret. dicit, respondetur quod spiritualia mere, que nullo modo communicata sunt laicis, non possunt prescribi, nec possideri per laicuʒ. sic loquuntur iura allegata per Aret. hic. Sed ius patronatus, quamuis de sui natura esset spirituale, in eo tamen est dispensatum cum laicis: vnde non mirum, si potest prescribi a laico, & possideri. et istam responsionē expresse sentit ipse Aret. hic sed illam reprobat, dicēs quod ista communicatio, que facta reperitur in laicum de iure patronatus. non debet operari quod prescribi possit: quia videmus quod ius decimandi etiam quandoque laicis competit vt not. in capit. cum apostolica. de his, que fi. a prelat. in ca. ij. de decimis. in vj. & tamen

tamen extra illos casus, qui conceduntur, tale ius non potest prescribi, capitu. causam, que. de prescrip. ita, secundum eum di camus in iure patronatus. [illegible] dicendum est quod ista equiparatio nõ procedit: quia in iure patronatus est facta ma ior communicatio laicis, quam in illo iure decimarum, quod ex priuilegio quandoque laicis conceditur. Jus enim patrona tus ad laicos generaliter pertinens, transit in heredes: vt in c. j. de iure pa. ⁊ cum vniuersitate transfertur, etiam in contracti bus. cap. ex literis. de iure patro. quod non est in iure deciman di. et sic patet quod rationes Aret. quas ipse concludentes di

20 cit, euitari possunt. Placet tamen opin. Abb. pro qua mihi [20]. videtur text. in c. quãto. j. e. ⁊ in c. de iure. j. de iure pa. in quibus iuribus dicitur, quod ius patronatus est annexum spirituali- bus: si ergo annexum est, datur intelligi quod de se non sit spi- rituale: quia illud, quod est annexum, essentialiter distinguitur ⁊ videtur quid diuersum, ⁊ separatum ab eo, cui coniungitur: si cut dicitur, quod nullum simile est idem l. quod Nerua. ff. depo si. Ista enim connexio manifeste arguit diuersitatem: quia vna ⁊ eadem res non potest sibi coniungi: vt in cap. fin. j. de insti. et

9 in capit. fin. de baptis. not. in l. ij. ff. de stipu. ser. ¶ †Ultima que

m stio[m] superest, quomodo iudicium ciuile a criminali cognosca tur: ⁊ in hoc varie sunt opiniones. Nam vna opinio fuit, quod ciuile iudicium sit, ⁊ agatur ciuiliter, quando est pena pecunia ria: sed criminaliter, quando imponitur pena corporalis. ita glo. in l. j. C. quando ciui. acti. crimi. preiu. Et idem sentit gloss. in l. si qua per calumniam. C. de episc. ⁊ cle. in l. qui sepulchra. C. de sepulc. vio. Et ista opinio communiter non tenetur: vt per Abb. hic, ⁊ per Barto. in l. iij. ff. de sepul. vio. Sed tamen isti ali ter non declarant quare ista doctrina non procedat: nam pro ea videtur textus in authen. sed hodie. C. de episc. ⁊ cleri. ibi: in qualibet causa criminali, vel pecuniaria: ergo videtur in illa al ternatiua quod causa pecuniaria, non sit criminalis. Et eodẽ modo loquendi vtitur tex. in authen. sed nouo iure. C. de pen. iudi. qui male iudi. ⁊ ad idem text. in l. j. in princ. ff. de testi. in l. j. in princi. ff. an cause per alium. in l. interrogari. C. de questio. in l. fin. C. de requi. reis. Sed tamen hec doctrina non videtur vera: quia etiam si pena non sit corporalis, sed pecuniaria, cau sa tamen dicitur criminalis, vt probatur in l. j. C. quando ciui. acti. crimi. preiu. vbi dicitur agi criminaliter, quando quis iu- dicio publico conuenitur: ⁊ tamen pro crimine publico quan- doque pecuniaria pena imponitur. Insti. de publ. iudi. in prin cip. ⁊ in §. item lex Julia de vi. iuncta l. j. C. quando ciui. actio. crimi. preiudi. Secunda opi. reperitur, quod vbi agitur de cri mine, causa dicatur criminalis: alias vero causa ciuilis sit: vt sentit gloss. in l. lege Cornelia. ff. de iniu. sed Barto. ibi illam re probat per text. in l. pretor. §. j. eod. titul. ff. de iniur. Et contra istam opin. Abbas hic allegat text. in cap. tue. supra de procu- ratoribus. ibi: ⁊ si de crimine agatur, non tamen criminalis est. et idem dicitur in cap. per tuas. circa fin. j. de simo. ⁊ in ca. super his. in fi. de accu. ad idem allego text. in l. fi. ff. de fur. vbi pro fur to agitur ciuiliter, ⁊ criminaliter. ⁊ in l. fina. ff. de priua. deli. in l. pen. ⁊ fin. C. de fal. Et istud verum est proprie: improprie tamen ⁊ largo modo videtur verum, quod si agatur de crimine: ergo causa criminalis est. ⁊ ita accipitur in cap. item cum quis. j. de resti. spo. Sicut causa spiritualis dicitur, quãdo agitur de re spi rituali, ⁊ de similibus: vt per glo. late xj. que. j. in summa. Tertiã opi. posuit gloss. in l. iij. ff. de sepul. vio. quod si pena acquiratur fisco, causa dicatur criminalis: si vero parti agenti, dicitur ciui

21 lis. Et illam approbat Barto. ibi, ⁊ docto. communiter sequun tur[21]. Cyn. ⁊ Bald. in l. si qua per calumniam. C. de episco. ⁊ cle. ⁊ idem sentit gloss. j. in l. aut damnum. in princi. ff. de pen. ⁊ in l. j. in glo. fin. vbi Alb. ⁊ Sali. C. de sepul. vio. ⁊ idem tradit Imol. in rub. ff. de publi. iudi. ⁊ Domi. in capit. j. de cleric. coniuga. in vi. ⁊ ad hoc est bonus textus ⁊ gloss. ibi in §. in summa. Insti. de iniur. Contra istam communem opin. Abb. hic adducit text. in cap. per tuas. j. de simo. vbi agitur ad priuationem beneficij, ⁊ illud beneficium non applicatur parti, ⁊ tamen dicitur agi criminaliter. Sed ad illum textum respondetur, quod licet ibi pena non applicetur parti, non applicatur etiam fisco. Unde videtur esse tertia species pene, que dicitur remotio ab officio: vt dicit text. in cap. qualiter. el ij. in princ. j. de accu. ⁊ in tali spe cie pene dicitur agi ciuiliter, non criminaliter: vt not. Bartol. in l. j. §. sciendum est. ff. de suspec. tu. ita dicit Aret. ad fi. hic, ⁊ se quuntur Moder. Ad quod facit: quia quando agitur ad pri- uationem beneficij, vt in dicto cap. per tuas. pena non est parti applicabilis: vt cap. olim. de rescrip. in fin. Et ideo conclusio su pra dicta, que habet quod ciuiliter agatur, quando pena parti applicatur, intelligitur, si talis pena sit, que parti acquiri pos- sit. Sed tamen considerandum est, quod per hoc non bene sal- uatur communis opinio, que deficit secundũ hoc in tertio mẽ bro, quando scilicet pena non applicatur parti, nec fisco. Pre terea, etiam quando quis priuatur officio publico, agitur cri- minaliter. Ad hoc videtur text. in l. iij. §. pena. ff. de crimi. stelli. vbi pro illo crimine quis priuatur officio, ⁊ tamen agitur crimi naliter: nam ciuiliter ageretur actione de dolo: vt per gloss. in l. j. eod. titu. Secundo contra communem opin. facit text. quem Andre. Sicu. hic adducit, in l. Caius. ff. ad Silla. vbi ciuiliter agitur, ⁊ tamen pena fisco applicatur. Sed text. ibi non dicit causam ciuilem, sed pecuniariam, ibi: cum sit pecuniaria, morte ingrati heredis extincta non videri. Unde quamuis pecunia- ria sit, criminalis dicitur, ex quo fisco applicatur. Alij dicunt quod in dicta l. Caius. agebatur petitione hereditatis: quo ca- su agitur ciuiliter, licet nomine fisci agatur: vt declarat Bart. in d. l. iij. ff. de sepul. vio. not. in l. j. C. de his, quib. vt indig. Sed hoc non videtur verum: quia verba litere repugnant, cum ibi bona essent fisco denuntiata, ⁊ in penam defuncti heredis ven- dicentur. Tertio contra communem opin. facit text. in d. auth. sed hodie. ⁊ in d. auth. sed nouo iure. s. alleg. dum alternatiue vi detur causa criminalis, vel pecuniaria: ergo datur intelligi qđ pecuniaria causa non sit criminalis, licet fisco applicetur. Sed dicendum est quod causa pecuniaria ciuilis dicitur respectu pene corporalis, que criminalis ibi appellatur. Et sic ex supra dictis verificatur quod dicit Salic. in l. j. C. de sepul. vio. versic. ex ista gloss. quod gloss. ⁊ iura abutuntur his vocabulis secun- dum diuersam considerationem. Nam pena pecuniaria, que fi- sco applicatur, potest dici ciuilis, habito respectu ad penam corporalem. facit text. in d. l. Caius. ff. ad Silla. ⁊ considerata pe na pecuniaria, que parti acquiritur, pena pecuniaria, que debe tur fisco, potest dici criminalis, secundum Salic. ⁊ communem opin. vt s. dixi. Et quandoque etiam dicitur agi criminaliter, licet fisco nihil debeatur: vt in dicto capitu. cum quis. j. de resti. spo. Non quoque satisfacit doctrina, quam circa hoc Abb. hic tradit: quia nullo modo consonat, quod si parti pena applice- tur, dicatur iudicium criminale. Nam cum agatur ad priuatã vtilitatem, iudicium ciuile est l. infamem. ff. de pub. iud. cum gl. in verbo, iudicio. ⁊ latius deducit Aret. hic: ⁊ hoc melius proba tur in d. l. j. C. quando ciui. ac. cri. preiu. et ideo non videtur qđ precise certa doctrina dari possit. Inherendum est tamen opi- nioni communi, que minus periculosa videtur. Et concluden- do ex mente docto. dicamus quod causa ciuilis dicitur, cuius finis est commodum partis, ⁊ priuatum interesse. Si vero ad vtilitatem publicam agatur, causa dicitur criminalis, vt con- cludit Antoni. de Butr. hic: pro quo allego tex. xj. questione iij. in cap. cum quicunque. ibi: ciuiliter, siue publice. Ex quo infer- tur quod si pena, que petitur, debeatur parti, iudicium ciuile sit si fisco, vel Reipublice, applicetur, iudicium erit criminale. Et ita communis opinio bene procedit. Secundo infertur quod si agatur de priuatione officij priuati, causa erit ciuilis: vt de tutore Bartol. dicit in d. l. j. §. sciendum. ff. de suspec. tut. Si ve ro officium publicum sit, dicitur agi criminaliter dicta l. iij. §. penam. de cri. stel. Non obstat text. in dicto cap. per tuas. j. de si- mo. vbi dicitur agi ciuiliter, ⁊ tamen illa priuatio beneficij vi- detur respicere vtilitatem publicam: quia largo modo dicitur ciuilis respectu grauioris pene: sicut largo modo criminaliter accipitur in dicto cap. item cum quis. de resti. spol. Uel ad cap. per tuas. considerandũ videtur quod ciuiliter ibi dicitur cau sa agitari, quia non agebatur vt ille puniretur, sed potius ad correctionem: quia per viam denuntiationis ibi procedebatur. Sic etiam vbi de crimine excipitur, non dicitur agi criminali- ter, in capi. super his. in fin. de accu. quia non agitur ad penam. Si ergo procederetur per inquisitionem, videtur agi crimina- liter: quia finis respicit penam. Et quando extraordinaria etiã pena imponitur arbitrio iudicis, dicitur agi criminaliter l. fi. ff. de fur. §. in summa. Insti. de iniu.

¶ Additiones.

B ¶ Osculum. Adde eundem Decium in capitulo. cum super. in versicu. de osculo. s. de offic. ⁊ pote. iudi. delega. ⁊ hec opinio De cij contra Bald. mihi vera videtur: quia licet prohibito vno censeatur prohibitum omne id per quod ad illud peruenitur l. oratio. ff. de sponsa. regula tamen illius legis non habet locũ in penalibus: vt not. per eundem Decium in capitulo, nam cõ cupiscentiam. in secũda lectu. versic. sic etiam quando. s. de con sti. Et sic licet osculum sit quid preparatorium, ⁊ antecedens ad adulteriũ, si tamen adulterium non sequatur, non propter ea ex solo osculo mulier dote priuari meretur: per supradicta. Et si dictum Bal. verum esset, ve mulieribus. rara enim esset que dote non priuaretur. Hiero. Sig.

1 ¶ Hec rub. Contra hanc rub. arguit idem Dec. in ij. lect. qua- tuomodis.

2 ¶ Mamillas. Seq. idem Deci. in cap. postulasti. j. eod. in cap. cum super. in ij. notab. vbi addidi de offic. delega. & vide omnino ad hanc q. Alciat. libro iiij. parerg. iur. capit. x. quinimo ex deprehensione iuuenis cum muliere pulchra in domo adulterium infertur, secundum Baldum in l. ij. in princip. ff. de fur. ea enim pulchritudo, id facere sensit Bartol. sequit. Abb. in cap. cum non ab homine. versiculo, imo plus dicit. j. eod. Angel. de Aret. in trac. malefi. in ver. fama publica. versic. quero an vnum indicium, hoc tamen dictum Barto. declarat, & limitat Are. in capitu. preterea. de testi.

3 ¶ Et quia pena. Idem in c. j. in gloss. j. §. de offic. delega. in ca. ex tenore. de rescript.

4 ¶ Principali. Idem in capi. j. j. eod. in prin. & vide quia nullus ordo datur in preparatorijs qui omissus vitiet. Decius in consil. dix. in fin.

5 ¶ Preparatio fit. Idem in capitu. cum m. in principio. §. de constitu.

6 ¶ Satisfacit. Istam impugnationem defendit idem Deci. in ij. lectura.

7 ¶ Saluari potest. Uide circa istam saluationem eundem in ij. lectu. vbi ponit aliam continuationem.

8 ¶ Actus. Uide eundem in ij. lectu. in fine.

9 ¶ Reperitur. Uide ad hoc Alciat. libro vj. paradoxorum capitulo ix.

10 ¶ Proprie. Adde Andre. sic. in capit. de causis. in j. not. vbi dicit esse casum.

11 ¶ Agitur. Uide eundem in ij. lectu.

12 ¶ A iure. Uide Abbatē in capit. j. de seq. poss. & fruct. versiculo, not. j.

13 ¶ Persone. Adde Jason. insti. de act. §. in bone fidei.

14 ¶ Progressu litis. Et vide Cornel. consilio cxxxj. visa litera. libro iij. & quod indicium aliquando capiatur pro cognitione cause, vide Deci. in capitu. cum in ecclesia. in vltimo notab. de appellat.

15 ¶ Continetur. Uide Deci. in capitulo, cum in ecclesia. in vlti. not. de appell.

16 ¶ Extraordinarium esse. Et plures ita tenentes adducit idē j. in ij. lectu.

17 ¶ Expeditur. Hanc rationem impugnat in ij. lectu.

18 ¶ Secunda ratio. Idem in ij. lectu.

19 ¶ Prescribi. Late tradit idem Deci. in c. cum venerabilis. de except

20 ¶ Pro qua mihi. Uide eundem latius declarantem in secunda lectura.

21 ¶ Communiter sequuntur. De ista communi opin. vide eundem Dec. in ij. lectu latissime post Dec. ponit Ludo. gomesius insti. de ac. in princ. vbi disputat. & plura alle. ad hoc. Silu. Ald.

a ¶ Sicut. Facit dictum Bald. in c. nam concupiscentiam. §. de constitutio. quod statutum puniens in termino, censetur punire in via. Sed hoc reprobatur per Jasonem in l. ij. in fin. ff. de iurisd. omn. iudic. & in l. quo minus. not. ix. ff. de fluminib. & bene: quia licet prohibito consequenti, sit prohibitū antecedens non tamen quo ad penam incurrendam. glo. in cle. j. versi. contrahere. de consan. & affinit. Cy. Bald. Salic. l. j. C. si rector. prouin. Bal. in l. penul. §. docere. q. vlti. ff. Ne quis eum, qui in ius voca. est, vi exim. Alexan. consi. cxciiij. lib. ij. verum est quod Alcia. j. eod. c. cum non ab homine. nu. cij. saluat dictum Bald. vt procedat, quando quis erat in actu faciendi, & verisimiliter fecisset, nisi fuisset deprehensus, & prohibitus. Et mouetur, quia alias ista deprehensio adiuuaret delinquentem. Sed ego dico quod ista deprehensio non adiuuat delinquentem, quia punietur pro modo delicti: sed impedit delictum cōsummari. Ideo impediet penam a statuto impositam, delicto consummato.

b ¶ Non probatur. Et sic Decius sentit simpliciter quod illud dictum Baldi falsum est, & bene, quamuis Fran. Ripa hic, nume. xvj. sequatur Bald. & reprobat Decium, sed postea Decius recte se defendit, & refellit Ripam in l. j. num. xlvij. C. de ser. fugit. vbi tetigi. Et quamuis Alcia. in dicto capit. cum nō ab homine. nume. ciij. nitatur saluare dictum illud Bald. ex eo quod mulier verisimiliter fuisset cetera concessura, nisi fuisset deprehensa: tamen dico quod illud dictum est falsum, etiam si nedū verisimile, sed certum esset quod consummasset, nisi deprehensa & impedita fuisset: quia licet alias castigari possit, tamen pena scripta in casu consummato, non debet extendi ad attentatum.

c ¶ Communis. Sed eam reprobat Deci. & tuetur opin. Pan. & bene, quamuis Felin. c. cum sit generale. j. de foro compet. c. j. j. de iureiurā. c. preterea. j. de sponsalib. & Fran. Rip. hic, nume. xviij. sequantur consi. iij.

d ¶ Resolutione. Dicendū vt dixi ad dictum in l. vinum. si certum petatur.

e ¶ Practica. [redacted]

f ¶ Testes. Idem Deci. §. de constit. capit. ecclesia sancte Marie. nume. xxij.

g ¶ Dicitur iudicium. Adde Feli. hic in rub. versi. de iudicijs. glo. in rub. eo. in extrauag. criminibus.

h ¶ Sententia continetur. Adde Philippum Francum in c. statutum. §. insuper. nume. vj. de rescri. lib. vj. Gemi. c. pia. §. fin. de except. in vj.

i ¶ Inquisitionis. Late hic Fran. Ripa. nu. liiij. cum seq.

k ¶ Temporale. Hāc tenet Deci. hic, & bene. Idem Roch. Cur. de iure patro. ver. ius, & ita obseruatur, quandiu spectat ad laicos vel ratione patrimonij, Late se inuoluit hic Franc. Ripa. nume. lx. cum sequen.

l ¶ Prescribi. Imo potest indistincte prescribi. Gemin. consil. cxxij. Alex. consi. lxxiiij. num. 26. lib. iiij. Phil. Cor. consil. xlvij. lib. iij. Roch. Curt. tracta. de iure patro. ver. ipse, vel is, a quo. q. xxxvj. Deci⁹ infra de exceptioni. c. venerabilis. & consi. cxvij. consi. cxxiij. consi. cxxvj. consi. cxxxiiij.

m ¶ Ultima questio. Adde do. Jaso. de May. in rub. C. de iudic. nu. 4. Franc. Rip. hic. nume. 91. cum sequen. [redacted]

1 Constitutio quādo dicatur Pape, vel consilij, & quis effectus.
3 Pactum de non declinando iudice alias suo, qui exceptione legitima poterat repelli, est irreuocabile. 18.
4 Cause episcoporum an possint tractari in cōcilio prouinciali.
5 Aduersarius quis dicatur, & an recusari possit. 6.
7 Citatio debet fieri ad instantiam partis.
8 Solennitas extrinseca, an presumatur.
9 Iudex an, & quando potest partem interrogare.
10 Contumax quis dicatur.
11 Excommunicatus si aliquis sit, donec satisfecerit, nō liberatur, licet satisfecerit, sed requiritur absolutio.
12 Contumax in recedēdo sine licētia iudicis, excommunicatur.
13 Contumacia an dicatur maior in non comparendo, quam in non parendo.
14 Nullus communicet tali: an per illa verba quis excommunicetur.
15 Latinitas falsa an vitiet.
16 Concilium an possit totum recusari, tanquam suspectum.
17 Iudex ordinarius an possit recusari, si habet assessorem suspectum.
19 Pactum si quis fecerit de litigando coram alieno iudice, an possit penitere. 20.
21 Et si partem peniteat de tali pacto, qua actiōe agi poterit ad interesse, & coram quo iudice. 22.
23 Iuramentum quando interponitur super stipulatione facti, an iurans teneatur precise ad factum.
24 Actus aliquis factus in iudicio citra litis contestationem an inducat prorogationem iudicij.
25 Iudex an possit contumacem excommunicare, vel mulctare sine noua citatione.
26 Contumacia si non est notoria, non potest aliquis mulctari nisi premissa citatione.
27 Quid in condemnatione expensarum, propter contumaciam.



Equouultdeo. ¶ In epigrāmate siue inscriptione decretalis ibi: ex concilio Alphricano dictio Ex, causam proximam designat l. eo tempore. §. finali, vbi Bartolus. ff. de pecul. nota. in l. j. C. si seruus exter. Ex quo datur intelli
1 gi quod † ista constitutio ab ipso concilio immediate emanauit. Et ideo nomine concilij editur, & dicitur conciliaris. vt hic, & in capitulo j. ij. & iij. infra titulo, j. si vero constitutio fiat principaliter a Papa, approbante consilio: editur nomine pape: & dicitur, Talis a Papa in consilio: vt in capitulo, licet. in principio supra de elect. in capitulo episcopus. in capitulo, maioribus. infra de prebendis in capitulo, monasteria. in capitulo, vt clericorum. infra de vi. & honesta. clerico. & in capitulo, abbate. et gloss. ibi de re iudica. in vj. Ita declarat domin. Abbas in capitulo primo in v. not. infra de sponsa. & in capitulo primo in vltimo nota. supra de pac. in capitulo, consensus. in ij. nota. de rebus ecclesie non alie. & capitulo, Odius. in iij. not. supra de ele. Similiter si dicatur, Talis summus pontifex de consensu consilij: constitutio esset consiliaris. Secus vero si dicitur de consilio consilij: quia tunc adscribitur Pape: quoniam consilium necessitatem non inducit. capitulo, cum olim. supra de arbitr. Sic

Sic notabiliter Abbas tradit in sermone, quem habuit in cō-
cilio Basilensi, in vltima parte, inducit ad hoc quod tradit
Archid.xvij.dist.in princ.vbi inter consilium & consensum hāc
differentiam facit. Sed tamen hec differentia dubitabilis vi-
detur: quia licet dicatur de consensu consilij: tamen dicendum
videtur quod constitutio summo pontifici attribuatur: quia
ipse principaliter nominatur. concilium vero consentit: & qui
alteri facienti consentit, non dicitur facere: nec ab eo actus de-
nominatur. l.si pater. in fin.ff.de ma.vind.& in l. aliud est vende
re.in princip.ff.de regu.iur.& quod per ista iura Bal. tradit in
l.ij.in xx.q.C.de resc.vend. Non ergo videtur differentia quan-
tum ad propositum, an dicatur de consensu, vel de cōsilio: quia
vtroque casu actus fundatur in persona summi pōtificis. Ad
hoc faciunt plura iura, in quibus consensus alicuius requiri-
tur: & tamen actus tantum consideratur in eo, qui principali-
ter illum facit. ca. causam que.s.eod.cap.nobis.j.de iure patr.
in cap.cum apostolica.& cap.tua.de his que fiunt a prela.in ca.
super questionum.§.j.s.de offic.delega.& cap.sicut.vltimo. j.de
iureiurando. Jmo, quod plus est, etiam si dicatur de consilio &
consensu simul, constitutio tamen a summo pontifice nomina-
tur. in cap.j.de renunt.in vj.vbi dicitur quod Papa statuit de
concordia, consilio, & consensu cardinalium. Jdem in cap.j.cir
ca fin.de reli.& vene.sanct.in vj.& in c.vnico.ne sed.vac.in vj.in c.
fin.de pact.& in cap.vnico.§.j.de cler.egro.eod.lib. Et hoc sua-
detur, quia Papa ipse sine concilio potest constitutionem fa-
2 cere.ix.questio.iij.in cap.cuncta per Mundum. †Jllud clarum
est, quod quando Papa attribueret constitutionem ipsi con-
cilio, diceretur conciliaris in cap.nimis. de iureiurando. ibi:
sacri authoritate concilij prohibemus.& ij.quest.j.in cap.fin. ibi
dum inquit: decernente nobiscum sancta synodo. Et ista inue-
stigatio, an constitutio dicat Pape, vel concilij, non est sine ef-
fectu: quia constitutioni concilij non ita de facili derogatur: il
a la enim non tollitur[a] a summo pontifice per clausulam gene-
1 ralem, non obstante[1]: vt est dictum notabile Archi.in cap.j. de
consti.in vj.sequitur Bald.in l.humanum.C.de leg. Et episco-
2 pus contra constitutionem concilij non potest dispensare[2]. gl.
in cap.cum dilecti.in ver. Jn etate.de electi. His expeditis sum
3 matur hoc capitulum isto modo. ¶ †Pactum de non declinā
do iudice, alias suo qui exceptione legitima poterat repelli, ir-
reuocabile est. Hoc dicit secundum communem intellectum.
Diuiditur in quatuor partes. in prima parte narratio facti
ponitur. Jn secunda iuris dispositio. Jn tertia, limitatio, in
quarta, iniusta accusatoris petitio remouetur. Secunda ibi:
4 placuit. Tertia ibi, donec. Quarta ibi: nam adimi. ¶ †Primo
not. quod etiam cause episcoporum tractari possunt in conci-
lio prouinciali. Et sic secundum Abb. post alios, hic text. intel-
3 ligitur de concilio prouinciali[3]: ꝙ tamen nō bene probatur hic
quia simpliciter de concilio Aphricano loquitur, & potuit illō
esse generale, prout de tali concilio habetur in ca.j.s. de pactis.
in ca.j.infra de parochi. Et quod concilium istud generale fue-
rit, probatur per istum tex.ad fin.hic, vbi presupponitur quod
in exitu cause, episcopus posset priuari: ergo datur intelligi ꝙ
esset generale: quia episcopus in concilio prouinciali deponi
4 non potest[4].iij.q.vj.in capitulo, accusatus.& hoc infra Abbas
dicit. et idem Abbas in capitulo, graue.in iij.notabili, infra de
preben. Confirmatur hoc: quia tale statutum concilij hic poni-
tur simpliciter, & pro generali canone habetur: ergo videtur ꝙ
esset generale: quia prouinciale non ligaret omnes, iuxta not.
per gloss.& docto.in cap.j.de constit.& quia cum simpliciter dica
tur de consilio, in dubio de generali intelligitur, & sic in potio-
ri significatu.arg.l.j.§.qui in perpetuum. ff.si ager vec. vel em-
phy.pet.& in ca.penu.infra.de sen.excom. Et cum concilium ge
nerale sit, illi non derogatur ex eo quod nomen loci particula-
ris apponatur: locus enim ponitur, vt possit poni in contra-
ctu: prout declarat domi.Cardi.in proemio Clementinarum.
5 versic.hec sane.in prin. ¶ †Secundo not.ibi aduersarius. quod
ille, qui in lite mihi se opponit contendendo in iure, aduersa-
rius meus dicitur. Quod notandum est ad statuta, que de ad-
uersario loquuntur, secundum Anto.de Butr.& Abb.hic. Fa-
cit text.in l.si aduersarius. C.de fide instrumen.& idem Abbas
dicit per illum text.in capit.fina.in j.not.de eo, qui mitt.in pos.
causa rei ser.& in capitu.proposuisti.in iiij.not. infra titu.j. idē
Abbas in capitu.literis. in iij. not. & in capitu.item cum quis.
in primo notab.de restituti.spoliato.& hoc idem Domi. tradit
in capitulo fina.in iij.notabi.de iura.calumn.in vj. dicens illū
esse aduersarium, qui contra alium litē habet. Quod dicit no
tandum pro statutis. omnis enim, qui contradicit, aduersariū
se facit, vt inquit Jnnocen.in c.cum inter.de except.refert Bal
dus in l.j.C.qui admitti. Et nedum post litem inchoatam, sed
5 etiam ante[5], aduersarius dicitur, vt colligitur hic, & melius pro

batur in §.fi.Jnstitu.de pena teme. litigan. ibi aduersarius in
ius vocandus est: & sic ante citationem aduersarius appellatur
Similiter non solum ille, qui litigare incipit, sed etiam qui in
6 litem surrogatur, aduersarius[6] dicitur, Dominic.in c. si hi. in
princip.in ij.notabi.vt lite penden.in vj.vbi etiam dicit hoc no
tandum esse pro statutis: & non tantum principalis in causa,
sed etiā procurator, aduocatus, aduersarius dicitur. Jta Ni-
b col. Milis[b] in verbo, Aduersarius. vbi allegat Anton.de Bu-
tri.hic ij.notab.& idem Anto.de Butr.dicit in c. testimonium.
per illum textum in secundo notab. j. de testi. Pro quo allego
text.cum gloss.in l.j.§.qui autem.in verbo, Aduersario. ff.de ca
lum. Postremo etiam ille, qui appellare potest a sententia cen
setur esse aduersarius, secundum Baldum in capitu.quoniam.
j.de testi. Et ex eo, quod dictū est de aduersario in lite, infertur
quod si datus iudex sit in alia causa, poterit tanquā suspectus
recusari: vt per glossam & doct. in capitulo, cum super.de offic.
delegat.& prosequitur Abbas hic, & hoc clarum est, durante li-
te, vt tenet Specula.de iudic.delegat.§.super eo.versiculo, idē
est si cum altera.& Joan.Andre.& Dominic.in capitulo, legiti
ma.de appella.in vj.& Moder.tradunt in capitulo, postremo.
6 j.de appel. †Sed pulchra est, & maior dubitatio, si lis finita sit,
an ille, qui olim aduersarius meus fuit, possit nunc recusari: et
breuiter Aretin. hic, qui solus hic specifice tangit, concludit
quod sic: quia inimicitia, que causata fuit ex lite preterita, dura
re adhuc presumitur l.in ipsius.vbi Baldus per illum textum
C.famil.erciscunde.notat Jnnocent.in capitulo, cum oporteat.
j.de accu.& Bald.in authen.si dicatur.C.de testib.& quod tradit
Petr.de Anchara.in consi.ccxlvij. incipien. in causa agitata.
Et ex ista ratione, etiam secundum Are.infertur quod ille, qui
fuit aduersarius meus in lite, non admittitur ad testificandū
contra me: quia inimicitia durare presumitur, licet causa fini-
ta sit. Licet in hoc aliter sentiat Joann.Andre.in loco, quem
Abbas hic refert, & idem Are.tradit in capitulo, repellantur.
7 j.de accus. Sed ista dicta non videntur sine dubio procedere[7].
Nam primo contra illud, quod dictum est de iudice, facit text.
in capitulo, postremo.& quod ibi Abbas in secundo not.ad fi-
nem.j.de appel.vbi ille, qui fuit aduocatus in vna causa, si da-
tus sit iudex in alia causa, non potest recusari, vt colligitur ibi,
in eodem negotio, aduocati officio functus. Sicut ergo ibi pre
sumptio, que insurgit ex officio aduocationis: nam aduocatus
etiam aduersarius dicitur, vt supra dictum est, & tamen suspi-
cio tollitur, quando fuit functus officio, & in alia causa non po
test recusari, vt ibi. Jta in proposito dicendum videtur quod
iudex recusari non possit ex eo quod alias mecum habuerit li
tem. facit textus in cap.ad hec.el primo.in capit.proposuit.in-
fra de appellationibus. vbi iudex a quo appellatum fuit in v-
na causa, recusari potest in alia causa appellatione pendente:
ergo videtur quod finita appellatione non poterit recusari.
Et sicut iste non repellitur a iudicando, a fortiori non prohibe
tur testificari: quia ex leuiori causa recusatur iudex, quam te-
stis repellatur: vt per glossam in cap.insinuante. in gloss.j. & in
cap.cum R.in gloss.ij.supra de officio delega.& in capitul.acce-
dens.el primo.vt lite non contesta.& xiiij.quest.j.cap.super pru-
dentia.& in teste sentit Joan.Andr.in additio. Specu.in rubr.
de teste.quem Abb.hic refert, & videtur in authent. de testibus.
§. si vero quis dicat. ibi, donec de crimine iudicetur. Et licet
Aretin.in dicto cap.repellantur.respondere conetur ad illum
text.responsio sua diuinat, & manifeste destruit illum textum.
Non obstat predictis quod Aretin.hic dicit de inimicitia, que
durare presumitur: quia illud verum est, rebus sic stantibus.d.
l.in ipsius.cum similib.supra allegatis. Sed hic videtur subla-
ta causa inimicitie presumpte, ex quo lis finita est, per supra di
cta. Si tamen durante lite, manifesta fuisset inimicitia, & ma-
gna ex causa de recenti finita fuisset, posset habere locum quod
Aretin. dicit, ex eo quod in simili dicimus de inimico nouiter
reconciliato, qui adhuc suspectus redditur, & testis idoneus
non iudicatur. quarta questione quinta.in cap.accusatores. el
primo.& tradit Jnnocen.in dicto cap.cum oporteat.de accusa.
Et quia ista pendent ex facti contingentia, que occurrit, non
possunt bene distingui, merito in hoc standum videtur arbi-
c trio[c] iudicis: prout concludit Antonius de Butr.hic, & bene[8].
8 ¶ † Tertio not.ibi: petijsset eum, quod citatio debet fieri ad
7 instantiam partis. Potuit tamen hic, & videtur quod fuerit
ex facti contingentia. Dictum tamen in se verum est, vt de mi-
nus Abbas hic prosequitur, & ad idem text.in l.fin. C.de bonis
authoritate iudicis possidendis. quem ad hoc adducit Bal-
dus in l. consentaneum. C.quomodo, & quando iudex.& idem
Barto. tradit in l.si finita.§. Julianus. cum concordantibus,
vt per Alexandrum ibi. ff.de damno infecto. facit textus in l.
properandum.§.si quidem. ibi: requirente parte.& quod ibi

Bar. & alij.C.de iudic.Et predicta conclusio locum habet, nisi
iudex ex officio suo procederet: quia tunc valet citatio absque
9 petitione partis[9]:vt not.domi.Abb.in capit.proposuisti.in ij.
not.j.tit.j.Alexand.in dicto §.Julianus.facit quod not. Bar-
tol.in l.Seius.in penul.questione.ff.ad legem Falcid.quem re-
fert,& inducit Aretin.hic.Et subijcit domin. Abbas post An-
ton.de Butr.quod si facta fuerit citatio, in dubio presumitur
quod requisitio partis interuenerit, ex quo illa necessario re-
quiritur,vt per eum hic.Sed ista consequentia non videtur ve
ra:Hoc requiritur de necessitate,ergo presumitur. Naz in cau
sis ordo iuris necessario requiritur: vt not.in l.prolatam.C.de
senten.& tamen processus non presumitur.capit.quoniam con-
tra.j.de probatio. Et in contractu pupilli, authoritas tutoris
necessaria est.Institu.de authoz. tutorum. in princip. & tamen
illa non presumitur l.quecunque.§.fina.ff.de publ. Talis enim
consequentia haberet locum in solennitate intrinseca,prout ha
betur in l.sciendum.ff.de verbo.obliga.& in §.fina.Insti.de fide
iuss.Sed in proposita questione agitur de solennitate extrinse
ca,que non presumitur,dicta l.quecunque.§.fina.Et hac ratio-
ne Roma.in dicta l.scienduz.concludit quod non presumatur,
citationem factam fuisse ad requisitionem partis. Sed Areti.
hic respondet ad hoc,licet ista solennitas extrinseca sit, tamen
in isto casu presumitur:quia in tali citatione aliqualis impensa
requiritur,vt not.in l.ij.C. de sport. & actus, in quo expensa ne-
d cessaria est,factus[d] presumitur instante eo,de cuius interesse[10]
10 agitur l.fina.C.de alimen.pupil.prestan.& tradit Bart. in l.cuz
seruus.ff.de verbo.obliga.vbi Alexand.plura adducit,& in pul
chra questione Abb.consuluit in consilio liiij. incipiē. videtur
primo.in princi.facit quod not. Innocen.in capitu.nonnulli.§.
de rescript.& Bald.in consilio cccxvij.in tertia parte.ergo vide
tur facta citatio ad instantiam actoris, ad quem res pertinet.
Ista responsio bene procederet, si expensa esset considerabilis,
prout est in casibus supra dictis:sed minima impensa, que in ci
tatione occurrit, non debet attendi contra regulam commu-
8 nem,que habet quod† extrinseca solennitas[e] non presumitur.
e argum:l.Seio.de mino.not.in l.proprietarius.in princip. ff.de
damn.infect.not.in capitu.de appellationibus.vbi dixi.j.de ap
pel.facit textus in capit.& si questiones.j.de simo. & xij. questio-
ne ij.in capitu.terrulas.Unde opinio Roma.videtur sustenta
bilis, quam prius tenuit etiam Bartol.in dicta l.si finita. in §.
Julianus.in gloss.in verbo,peremptorio.& Alexand.ibi sequi-
tur.Alia opinio saluari potest in actu, in quo de modico aga-
tur preiudicio:quia tunc extrinseca solennitas presumitur: vt
in simili Abbas dicit j.eod.in versicu.an autem.vbi inducit ꝙ
voluit Innocen.in capitu.j.de cler.peregri.& idem Abb. in ca-
pitu.Albericus. in lectura Parmensi. j. de testib.facit textus
9 in l.j.in fine.ff.de ventr.inspic.¶ † Quarto nota secundum Ab
bat.post alios hic,iudicem posse partem interrogare.Videtur
tamen quod potius a parte hic fuerit facta interrogatio,dum
dicitur,an cum eo vellet experiri: nisi dicamus quod cum iste
fuerit citatus a iudice,& coram ipso comparuerit, consonat qđ
facta fuerit interrogatio ab eo,coram quo comparuerit, & cu-
ius authoritate citatus fuit.Quicquid sit, dictum in se verum
est:quia iudex interrogare potest vbicunque equitas hoc sua-
det l.vbicunque.ff.de interrogat.actio.Et ista conclusio primo
ex parte ante ampliatur,vt etiam ante litis contestationem in
11 terrogatio fieri possit[11]: vt declarat domi.Abbas hic.facit illa
dictio vniuersalis vbicunque: ergo etiam ante litem contesta-
tam.& gloss.tradit in l.j.in verbo,damni.ff.de interrogat.actio.
& in capitu.penul.in gloss. fina. de iura.calumn. Ex quibus in-
fert,& consuluit Roma.in consi.ccclxxiij.incip.in casu proposi-
to.in princip.iudicem posse compellere partem ante litem con
testatam ad respondendum,an scriptura sit manu ipsius facta
Et idem Joan.de Ana.in consil.incip.visis his, que in proces-
su. ꝙ inter consilia impressa non reperitur. Secundo amplia-
tur ex parte post,vt talis interrogatio fieri possit, etiaz postea
f quam in causa conclusum[f] sit,secundum Anto.de Butr.hic,et
in capitu.cum causam.§.de iur.calumn.in ca.cum Joannes. j.
de fide inst.& in c.j.j.de lit.contest.& Bal.hoc idem dicit in l.si ac
cusatoribus.vers.item propter aliud.C.de accu.vbi loquitur in
causa criminali.& inquit quod conclusio sit parti,nō iudici. Et
sequitur Domi.in c.j.de confess.in vj.vbi ad hoc allegat Joan.
And.in additionib.ad Spe.in ti.de positionib.§. Quarto que
ritur.versi.regulariter ergo.& concludit iudicem ex officio pos
se partem interrogare post conclusum in causa. & idem Jmol.
hic, Alex.consi.liiij.alias lij.incip.in causa vertente.inter Mi
chaelem.lib.j.& And.Sicu.in consi.xxx. incip. scribitur &c. qui-
dem viso processu.Sic etiam in simili iudex potest ex officio te
stes recipere,licet in causa conclusum sit: vt tradit do.Abb.in
c.cum dilectus.j.de fid.instr. Quandoque enim potest iudex ex
officio suo facere illud, quod partibus denegatur:vt not.dom.
Ant.in c.cum dilectus.§.de consue.in c.bene.el j.§.de postu.pre
la.& ꝙ voluit glo.in ca.nulli.j.de accu.Domi.in c.indemnitati-
bus.§.sane.de elect.in vj.Est verum ꝙ multi tenent ꝙ talis in-
terrogatio per iudicem tantum fieri possit ad declarationem
iam actorum,non autem super nouo articulo.Inn.in d.c. cum
Joannes.& ibi Car.in ij.not.& videtur gloss.in §.illud. in auth.
de testib.in ver.Non habebit.circa finem, quam sequitur Car.
in consi.lxxij.incip.singulatim ad singula.in tertio dubio.& late
hoc tenet Roma.in l.iiij.§.hoc autem iudicium.ff.de damn. in
fect. vbi tamen Alexand. conatur tenere primam opinionem
simpliciter,que videtur magis communis,per supra dicta.be-
ne facit textus in capitu.pastoralis.in fin.j. de causa poss.& pro
prie.Illud etiam notandum est,ꝙ iudex cautus sit,ne post con
clusionem cause partem admittat ad probandum,vel ad faciē
dum aliquid,quod non potest fieri citra conclusionem:quia vi
deretur conclusionem factam reuocare:vt tradunt do.de Ro-
ta in vj.decisione incip.item si postquam.Sequitur.Anton. de
Butr.in cap.auditis.§.de procur.cum simi.vt per Alexan.in l.
quod iussit.ff.de re iudic.& in consi.lxx.incip.videtur prima.lib.
10 iij.¶ † Quinto nota ibi, discessit: quod contumax dicitur ille,
12 qui illicentiatus[12] recedit.Idem probatur xj.questione iij. in c.
certum est.not.Barto.in l.consentaneum.in fin.C.quomodo. &
quando iud.& Bald.per illum tex.in l.oportet.§.sufficit.ff.de ex
cu.tut.& in l.sancimus.in princ.C.de indi.Abb. in cap. prout.in
primo notabi.j.de dolo & contuma. ideo pena, que imponitur
non comparenti,etiaz locum habet in eo,qui comparuit, & abs
que licentia recedit,vt dixit gloss.notab.in cap.cupientes. §.ꝙ
si per viginti.in verbo,comparere.de electio.in vj.allegat text.
ad hoc in cap.si postquam.§.j.eod.tit. & lib.Et dicit Anton. de
Butr.hic,quod iste dicitur verus contumax, quia se presenta-
uit in iudicio. Et sic notorie constat de comparitione, & de re-
cessu eius,quia iudicia manifesta sunt:vt in capitu.venerabili-
bus.§.secus.de senten.excom.in vj.Quod notandum est ad sta-
tuta, que communiter dicunt ꝙ contumax habeatur pro con-
fesso,intelliguntur enim de vero contumace, vt per Angel.in
consi.clxxxvj.visis igitur.& idem Angel.in consil. ccvj.visis igi
tur. cum similibus. & ideo in tali contumace statuta habebunt
11 locum.¶ † Sexto no.secundum Abb.hic, ꝙ excommunicatus
donec satisfecerit,non liberatur ex sola satisfactione, sed vltra
13 eam absolutio requiritur[13]. Iste text. tamen ad hoc parum fa-
cit:quia non dicitur hic simpliciter, donec satisfecerit, prout
Abb.loquitur,sed dicitur,donec absolutus fuerit,quo casu cla
rum est quod absolutio requiritur. Dictum tamen in se veruz
est:quia ex quo eiectus extra ecclesiam fuit,debet cum debita so
lennitate reconciliari.Innoc.in ca.cum bone.§.de etate & qua
lita.gloss.in clemen.j.in verbo,donec.de deci. quam Abbas ibi
singularem dicit.Sed alia est similis in clemen.presenti. in ver
bo,donec.de censi.& in cap.cum tu.in verbo,donec.j. de vsuris.
& sequitur Arch.lxxxix.dist.in cap.decenter.& ibi reprobat glo.
que contrarium voluit in ca.fin.j.de ma.contract.contra inter.
eccle.Et idem Abbas in capit.ij.j.de spon.Et hoc etiam proce
dit, si ad certum tempus excommunicatio facta sit: vt tradit
Innoc.in d.cap.cum bone.& Anto.de Butr. ibi:& domi. Abb.
in dic.capit.fina.Secundo etiam ampliatur, vt habeat locum
in summo pontifice,qui si aliquem excommunicauit donec sa-
tisfecerit,absolutio requiritur:quia licet simplici verbo absol-
uere possit, non tamen videtur in dubio vti potestate summa.
capitulo,proposuit.j.de concess.prebend. Ita domin. Anton.
& Abbas in capitulo finali,preallegato.Predicta conclusio li-
mitatur nisi quis excommunicatus esset virtute alicuius con-
stitutionis,& constitutio reuocaretur per Papam, qui vellet
illam haberi pro infecta.Nam non esset opus absolutione. Gl.
not.in clemen.j.in verbo,pro infectis.de immu.eccle.vbi Car. &
alij:quam pro singulari alle.Abbas in capitulo,nulli.in fine in
capitulo,cum desideres.in principio.& in capitulo, si aliquan-
do.de senten.excom.cum simil.Secundo limitatur non habere
locum in suspenso,in quo post satisfactionem absolutio non est
g necessaria[g],secundum gloss.in clemen.j.de deci. Et idem tenet
gloss. xj. questione iij. in capitu. que merito.vbi Archid.& xvj.
questione v.in capitulo,si quis deinceps. & in capitu. quisquis.
§.de electio.& in capitulo finali,in verbo, quousque.de offic.or-
din.in vj.& in capitu.exigit.de censi. libro vj. Circa istam diffe-
rentiam tamen,que communiter fit inter excommunicationez
& suspensionem,in contrarium arguunt, & efficaciter probant,
quod a pari procedunt Paul.& Jmol.in dicta clemen.j.de de-
ci.in gloss.preallega.& ibi Cardi.in xxx.questione ad quo me re
12 mitto.¶ † Septimo nota ꝙ contumax in recedendo absque li
centia iudicis, excommunicatur. Et quādo quis dicatur con-
tumax dum recedit,declarat d.Abb.in ca.prout.in penultimo
not.j.

no.§. de dolo & contum. Et generaliter quelibet contumacia di
14 citur digna excommunicatione [14] xj.q.iij.in c.certum.adeo qd
pro contumacia, que ex parua re insurgit, quis excommuni-
catur: vt per gl.sing.in c.duo sunt.lxxxvj.disti. quod procedit,
quando contumacia consistit in non comparendo: secus vero
si quis coparuerit, & postea parere noluit precepto in re leui:
quia pro tali contumacia leui in non parendo, quis non exco-
municatur. Et ita intelliguntur canones, qui dicunt quod p
leuibus culpis excommunicatio infligi no debet. xj.q.iij. in c.
b nullus. Et sic infertur [b] quod maior contumacia reputat illa,
que committitur in non compare do, quam illa, que consistit
15 in non parendo, [15] vt latius prosequitur, & declarat do. Abb.
hic. Sed cotra do. Abb. insurgit Are. qui hic concludit, quod
imo maior dicatur contumacia in non parendo precepto iu-
dicis. Quod probatur secundum eum: quia contumax in non
comparendo non habetur pro confesso, sed si comparuit, & no
luit parere, qz noluit respodere positionib', hab. p cofesso.
l.generaliter.§.ij side presentib'. vbi Bal. C.de reb. cred. no.in
c.ij.§.de confes.in vj. ergo videt maior contumacia in non pa-
rendo. Secundo, dicit ipse, contumacia in non comparendo,
est species contumacie in non paredo: quia qui non coparet,
non paret mandato: ergo non potest dici aliud delictum per
se. argumen l.penultime.ff. vnde cogn. et sic talis differentia,
13 quam Abb. hic facit, non videtur procedere. † Vlterius cotra
do. Abb. facit textus in dic.c.certum .xj.q.iij. vbi equiparatur
contumacia, quando non venit: vel si posteaquam venit: no-
luit obedire: vtroque enim casu excommunicatur. Ergo in p
posito idem dicendum videt in vtraque cotumacia: & si altera
maior debet iudicari illa, que in non parendo consistit, maior
videtur: quoniam maior dicitur contumacia, que in presentia
iudicis committitur: vt ipse do. Abbas dicit in c.cum causam
ibi: & ratio diuersitatis.§.de iuramento calumnie, facit textus
in §.atrox. Institutione de iniurijs. ergo maior videtur cotu-
macia in non paredo, que in conspectu iudicis committitur.
Et ad idem arguitur sic, Maior dicitur contumacia, que co-
mittitur post litem contestatam qua ante, vt do. Abb. inquit,
per illum tex. in c.prout in penultimo notabili.§.de dolo & co-
tumacia. ergo maior videt contumacia in non parendo, quia
propius ad iudicium accedit. Et maior dicitur contumacia
in fine cause, quam in principio, vel in medio, secundu Abb.
in l.j.in j.nota.per illum tex.C.vt intra certum tempus. Con-
firmatur hoc, quia contumacia in non parendo non videtur
considerari ad alium effectum, nisi vt postmodum pareatur:
ergo maior videt contumacia in non parendo: quia propter
quod vnumquodque tale, & illud magis. auth. multomagis.
C.de sacrosanct.ecc.c.cum in cunctis.§.de elec. Et ad hoc facit
textus in c.ex parte.§.de verborum significatione. vbi excomu
nicatio contra eum, qui non coparuit, facilius relaxatur, qua
contra eum, qui non paruit: ergo datur intelligi quod maior
reputetur contumacia eius, qui non paruit argumeto xxiij.
q.j.in c.non afferamus. Sed tamen his non obstantibus opi-
nio Abb. defendi potest: quia ille qui no comparet, peccat in
duobus, vt Abb. dicit, & gl.in l.creditor.§. iussus .ff.de appell.
quam Barto. & doctores communiter ibi sequuntur. & in cle.
j.de dolo & contumacia. Nam contumacia proprie dicitur in
non comparendo. l.contumacia.§.j. de re iudicata ibi: presen-
tiam sui non facit. Alia vero in non parendo, dicitur quasi
contumacia. l.de etate. §. qui tacuit.ff.de interroga. actio. Et
ille, qui, non comparet, videtur magis contemnere authori-
tate iudicis. arg.l.si quis ex alieno.ff.eo. Non obstant allegata
in contrarium per Aret. & primo, dum dicitur q contumax
in comparendo non habetur pro confesso: quia p responsione
i consid randuz est q ad hoc vt quis habeatur pro confesso duo
copulatiue requiruntur, q noluerit respondere, & q sit iussus [i]
a iudice dicto capitu.ij.de confes.in vj. ibi: interrogatus, iussus-
que a iudice. Sed in eo, qui fuit citatus simpliciter, ista non co-
currunt: ideo talis pena in eo locum habere non potest, ex quo
qualitas iussus requisita non concurrit. argu. eius, quod not.
Joan. Andre. in c.§.de homi. in vj. refert, & sequitur Bald. in di
cta l.si quis non dicam rapere. C.de episcop. & cleri. in l. hi, qui
ad ciuilia. C.de appellat. & quod not. Bartol .per illum textum
in l.finali, §.j.ff.ne quid in flumi. publ. Esset enim absurdum q
contumax in non comparendo haberetur pro confesso positio
nes, quibus non recusauit respondere: & quod plus est, de qui-
bus forte non habuit notitiaz. Vnde subiecta materia non pa
titur vt talis pena ei imponatur. Et ad hoc not. ibi Bald. lo-
quitur in l. si filius. la j. ff. de interro. actio. Sed per hoc non se-
quitur quod sit maior contumacia in non comparendo, quia a-
lia pena habebit locum in eo, qui non comparuit: nam poterit
mulctari: vt in l.j.ff.si quis ius dicen. non obtem. Secundo non

obstat quod contum acia in non comparendo, etiam sit in non
parendo, vt supra dicitur: quia illud verum est largo modo, et
generaliter considerata contumacia in non parendo. Sed di-
ctum do. Abb. intelligitur de contumacia in non parendo in
specie, prout distinguitur a contumacia in non comparendo.
Et ita accipitur per glo. & doctor. in d.§.iussus. & sic euitari pos
sunt rationes Areti. Tertio non obstant ea, que superius indu
xi, & primo textus in dicto capitulo, certuz est. quia equiparatio
ibi facta procedit in contumacia pro re non leui, prout videtur
loqui de eo, qui sacerdotalibus preceptis noluit obedire: secus
in leuibus rebus, per supra dicta. Secundo non obstat qd ma-
ior dicatur contumacia illa, que presente iudice committitur:
quia illud verum ceteris paribus, & in eodem casu, prout Abb.
loquitur in capitulo, cum causam. Nam plus peccat, qui a iudi
ce interrogatus, & iussus non respondet, quam si a nuntio inter
rogetur: & ibi vtraque est contumacia in non parendo. Non sic
in terminis nostris: quamuis enim presentia iudicis interue-
niat in contumacia in non parendo, in alio tamen, qui est con-
tumax in nocopare do, alia cocurru t, que prepoderant, vt dicat
maior contumacia: vt patet ex supra dictis. Tertio non obstat
quod contumacia in non comparendo consideretur respectu
contumacie in non parendo: nam hoc negatur, imo per se con
tumacia in non comparendo absolute consideratur, vt proba-
tur in d.l.si quis ex aliena.ff.eodem. Et iste, vt supra dictum est,
peccat in duobus: quia non comparet, & quia non paret. Quar
to non obstat quod maior sit contumacia post litem contesta-
tam: quia hoc non videtur verum ratione predicta: nam licet
ad diffinitiuaz perueniatur post litem contestatam, & non ante
hoc est per accidens: quia lis contestata est, prout requiritur,
ad hoc, vt sequatur diffinitiua. Et ista pena non potest habere
locum ante litis contestationem: per hoc tamen non sequitur
quod sit maior contumacia, quia aliter poterit puniri contu-
max ante litis contestationem: vt dixi supra ad primum argu-
men. Aretin. Et hoc modo etiam respondetur ad textum vlti-
mo loco allegatum in dicto capitulo, ex parte.§.de verborum si
14 gnific. ¶ † Octauo nota quod per hec verba, nullus communi
16 cet tali: videtur sententia excommunicationis: promulgari [16].
Et hoc verum est precedente apparatu, prout declarat Abbas
post alios hic: & facit textus in capitulo, super specula. vbi Ab-
bas post Anton. de Butr. in j. nota.§. ne cleric. vel monac. & xj.
questione iij. in capitulo, precipue. in fin. & xxxij. distin.§.ad hec.
cum gloss. in verbo, ducibus. & in capitulo si diligenti.§.titulo j.
¶ Vltimo nota secundum Abbat. post alios hic. ibi: videri, qd
17 per istud verbum, videri, respondetur de iure [17], vt prosequitur
Abbas hic, et in hoc textus clarus est: quia precise, & expresse lo
quitur: dum dicit: non potest iure videri. Idem tame est, si sim
pliciter loquatur per verbum, videtur: nam tantum est dicere:
non videtur, quantum si legislator dicat, non est, vt dicit Abb.
per illuz textum in capitulo, de cetero.§.de homi. & idem Joa-
nes Andre. & Jmo. per illum textum in capitulo, preterea re-
quisisti.§.de appella. Et idem Abbas in capitulo, licet.§.de con-
iug.ser. facit etiam textus in capitulo, perpendimus. ibi: non vi
detur nobis.§.de sent. excommu. Et idem de verbo, credimus:
vt not. Anton. de Butr. in capitu. ex parte. in .vj. not. per illum
textum §.de postul. Facit etiam textus in capitulo, nuper.§.de
senten. excommu. ibi: credimus distinguendum. & in capitulo, si
duobus. in fin.§.de appel. & in ca. ad nostram. el iij. de iureiuran.
Jdem de verbo, existimo. l.si quis fumo. in fi.ff. ad legem Aqui
liam. Jdem de verbo, putamus, in c. no putamus. de consue. in
vj. in l. non puto esse verius. ff. de fun. dot. & ista in notabilibus
15 sufficiant. ¶ † Jn gloss. ij. ibi: est antiptosis figura. Sic ergo fal
18 sa Latinitas non vitiat, vbi saluari potest per figuram [18], vt
Abb. hic prosequitur. & idem Abb. in cap. ad audientiam.§. de
rescript. vbi Bald dicit quod mala grammatica legalis per fi-
guram saluatur. allegat text. in l.eam quam. C. de fideicommis.
16 vbi gloss. & Angel. ¶ † Jn gloss. in verbo, interrogatus, in fine
ibi: synodum totam non potuit recusare, in hoc dicto gloss. com
muniter reprehenditur, precipue per tex. in clemen. pastoralis.
§. Pisana. de re iudica. vbi tota ista ciuitas recusata fuit: ergo
idem videtur in concilio. Et de concilio est text. iij. questione v.
in capitulo, quod suspecti. vt latius post alios prosequitur Ab
bas hic. domin. Andre. Sicul. vt Moderni referunt, sequitur
glossa & preallegatis iuribus respondere conatur. Nam secun-
dum eum in dicto §. Pisana. ciuitas erat vnanimis, merito re
cusatur. Non sic videtur in synodo, in qua diuersarum ciuita-
tum episcopi congregantur. Et ad dictu capitulu, quod suspe-
cti. dicit quod erat congregata synodus specialiter contra
Joannez Chrysostomum, vt ibi ad finem colligitur. ¶ Sed ta
men ab opinione communi recedendum non est, pro qua Mo
derni hic arguunt: quia a concilio appellari potest. xvij. di-

stinctio.in cap.multis.ergo potest recusari.cap. super eo. el se-
cundo. infra de appellationibus. Sed istud argumentum de
facili tollitur ex his,que Abbas tradit in dicto capi. super eo.
Unde pro communi opinione melius seruiunt iura,que com-
muniter adducuntur,videlicet text.in dicta clementina pasto-
ralis. §. Pisana. Nam sicut ibi ista ciuitas recusatur ex iusta
causa,pari ratione iusta causa subesse potest, vt vna prouincia
in totum possit recusari, et sic etiam concilium prouinciale, de
quo docto.loquuntur hic.Facit quod Specul.tradit in titulo
de requisi.consilij,vbi inquit quem posse habere suspectos om-
nes doctores ciuitatis.Et idem Alber.in secunda parte statu-
torum quest. oo.incip.an autem quis. Quod verum intelligi-
tur, quando apparet de causa iusta, et probabili: alias vero in
dubio videretur fieri in fraudem:vt not.Bald. dicit per illum
textum in l. hoc modo. ff. de conditionibus et demonstration.
Et ad predicta Calder.dicit in consilio vj. incip. an officiales.
de appellationibus. quod decem viri, qui creantur Florentie
tempore belli,vt suspecti recusari possint. Et pro communi o-
pinione bene facit etiam tex.in dicto ca.quod suspecti.vbi non
tantum ponitur de Joanne Chrysostomo,sed alijs pluribus
concilijs reprobatis. Et ex predictis tolluntur responsiones,
quas Andr.Sicul.hic facit.Et ipse idem Andre.communem
opinionem sequitur in tractatu de prest.Card. in tertia quest.
in secunda parte,vbi allegat omnia,que Abb.hic dicit.Et ista
communis conclusio ampliatur, secundum Uincentium hic,
vt consilium etiam possit recusari, quando duntaxat suspecti
sunt presidentes consilio, quod declaratur vt per Abbat. hic.
facit quod notat Baldus in l.prima.C.si rector prouin. vbi in-
k quit quod propter caput[k] suspectum,totum collegium potest
recusari.Opinio tamen gloss.hic seruari potest in concilio ge-
nerali,quod quidem non potest recusari,quia tota ecclesia er-
rare non potest,vt Abbas hic post alios dicit,et sequuntur alij
posteriores. Sed tamen ratio ista non satisfacit, dum dicitur
quod ecclesia errare non potest:quia in concilio non dicitur es-
l se tota ecclesia vere:et ideo concilium errare[l] potest,prout erra
uit in matrimonio contrahendo inter raptorem et raptam:vt
habetur.xxxvj.quest.secunda.in cap.tria.iuncto cap. placuit. et
ita dicit dominus Abb.in capit.significasti.de election. Pre-
terea illud,quod dicitur, ecclesiam non posse errare:verum est
m quo ad fidem[m] alias secus:quia in occultis bene decipitur. ca.
a nobis.el secundo.de sententia excommunicationis.vbi Abb.
in secundo notab.per illum textum ita declarat.Et ideo gloss.
in cap.primo.in verbo,sedis.de reliquijs et vener.sanctorum.in
sexto.dicit quod ecclesia errare potest in canonizatione.Dictũ
tamen docto.de concilio generali verum videtur alia ratione:
quia in tali concilio Papa preesse debet:aliter fieri non potest.
xvij.distinctio.cap.multis.Et Papa ipse non potest recusari:
vt tradit dominus Abb.post Host.et alios in cap.querelam.in
17 gloss.prima.supra de electio.†Ex supra dictis infertur, secun-
dum Antonium de Butr. hic ad questionem, an ordinarius
19 recusari possit,si suspectum habet assessorem[19] [n], et domi.Abb.
n indistincte concludit quod sic: vt per eum hic.Idem dicatis
in vicario:quia si ipse suspectus sit,poterit ordinarius recusa-
ri.vt voluit Salic.in l.vnica.C.si qua pred.pot.et Innocen. in c.
insinuante.§.de officio delegato licet aliter dicat Angelus in
l.aduersus in fi.C.si aduersus rem iudi.Econtra vero si ordina
rius suspectus sit,non propter hoc assessor redditur suspectus:
o quia ratio d.Ab.non procedit.Et ita est vicario[o] :quia non re
putatur suspectus,quamuis ordinarius suspectus sit: vt dicit
Bal.per illum textum in d.l.vnica.C.si qua pred.pot.¶ In gl.
in verbo placere ibi .l.si si conuenerit.ad illum text.communis
solutio est:quod ibi loquatur in pacto de litigando coram iu-
dice non suo:et sic noua iurisdictio confertur,ideo quod locum
habet penitentia.Hic vero textus intelligitur in pacto de non
declinando iurisdictionem proprij iudicis,qui ex aliqua causa,
vel priuilegio poterat recusari:quo casu non est locus peniten-
tie et ita tenet Joannes Andreas hic post Hoff.et antiquos
sequuntur Baldus,Ant.de But.Car.Jmola et d.Ab.et idem
tenet glossa finalis in d.l.si conuenerit et d.l.si quis in conscribẽ
do.C.de pactis in glosa magna. Antonius de But. in c. signi-
cantibus. §. de officio delegati. et Baldus in l. penultima per
illum text.secundum vnum intellectum.C.de episcopis et cleri.
Facilius ergo conseruatur iurisdictio ordinarij,que potuisset
declinari,quam iurisdictio alterius prorogetur. Et in simili
bene facit quia error litigantium impedit prorogationem alte
rius iudicis. l. si per errorem ff.de iurisdictione omnium iud.
et tamen secus est,quando proceditur coram proprio iudice,qui
poterat aliqua exceptione legitima repelli: qa propter errorẽ
non vitiatur processus:vt notare voluit Jnn.in c.ad petitionẽ
et Abb.ibi sequitur versi. nota bene hoc vltimum.§.de accu.Et

ad hoc est gloss.notab.in l.ij.in verbo,consensu.ff.de iudic.Sic
etiam videmus q iurisdictio per clericum non potest proro-
gari,nisi de consensu proprij iudicis. capit. significasti, de foro
competẽ.Et tamen si aliquo speciali casu clericus sit subiectus
prelato inferiori ab episcopo, potest fieri prorogatio in ordina
rium sine consensu superioris, cui iurisdictio iure speciali com
petebat:vt not.Abb.tradit in consi.xxv.incip.attingaz ista du
bia.lib.j.Et hoc in simili de exempto Abb.dicit in d.c. significa
sti.§.de foro compet.Et ex predictis eliciuntur due conclusiões
in quibus insistendum erit.Prima est, q pactum de non decli
nando iurisdictionem proprij iudicis valet cum effectu,et in eo
non habet locum presentia,per istum text.hic.Secunda conclu
sio q in pacto de litigando coram iudice alieno locum habet
18 penitẽtia:vt est cas⁹ in d.l.si cõuenerit.†Circa primã conclusio
nem ad istum tex.hic intellectus communiter approbatur,et est
verus in se,vt probatur in l.pe.C. de pac. et habetur in locis su-
pra allegatis.Sed tñ negari non potest, quin litera restringa-
tur,que generaliter loquitur,et etiam diuinat q text. loquatur
de eo,qui coram proprio iudice litigare promisit. Unde secũdo
fuit alius intellect⁹ Host.quem Jo.And.hic refert,q etiaz da
to q episcopum istum penitere potuisset, secundum q dicitur
in d.l.si conuenerit. q hic non negatur,tamen quia illicentia-
tus recessit,poterit excommunicari.Sed reprehenditur per d.
Abb.hic:quia si potuisset penitere,non diceretur contumax re
cedendo:quoniam latitare non videtur, qui presens non coge-
retur respondere l.non videtur.la j.ff.eo.Ab ista impugnatio-
ne Host. defendi potest:quia dum altera die dixit sibi hoc non
placere, discessit:et sic ex abrupto recessisse videtur, non habita
licentia iudicis,nec intellecta voluntate eius: vnde potuit ex-
communicari,vt dicitur xj.q.iij.in c.certum.ibi,aut si ante fini-
tam cause sue examinationem a synodo abire presumit.Non ob
stat q dicitur in d.l.non videtur.quia illud locum habet, quã-
do cõstat absentem non teneri respondere,si esset presens:secus
videtur in dubio,arg.l.si quis ex aliena.ff.e.et gl.in d.l.non vide
tur.Et in isto tex.dato q penitentia haberet locum,erat tamẽ
saltem dubium de interesse,an penitens teneretur ad interesse,
prout infra dicam:vnde propria authoritate non debuit rece-
dere. Sed tamen contra istum intellectum vlterius facit:quia
tex.hic innuit q istum non posset penitere. Primo ibi dum in
quit, donec satisfactione premissa fuerit absolutus. Jlla enim
satisfactio non videtur bene posse verificari,nisi dicamus q pa
ratus sit respondere coram consilio,prout promisit. Secundo,
quia dicit quod ante finem cause non debet adimi sibi episco-
patus:ergo datur intelligi quod causa apud concilium agita
retur:et sic non haberet locum penitentia.Et ideo tertio modo
text.hic generaliter intelligitur,secundum Ant. de But. et do.
Cardin. vt etiam habeat locum in pacto de litigando coram
iudice alieno,facto in presentia iudicis,prout loquitur hic:naz
isto casu propter presentiam iudicis irreuocabiliter iurisdi-
ctio prorogatur.Et ita limitatur text.in l.si conuenerit.de quo
§.videbimus.Sed quantum ad textũ hic,reprobatur iste intel-
lectus per do. Abb.et alios hic: quia prorogatio a clerico non
potest fieri in alium iudicem,nisi de consensu iudicis sui, in ca.
significasti.§.titu.j. Et non constat,neque aliquo modo colligi-
tur quod consensus talis hic interueniat, et manifestam diuina
tionem continet, si intelligatur quod episcopus diecesanus cõ
senserit.Sed tamen defendi potest, et saluari:quia hic queritur
de presentia episcopi:vnde presupponitur quod facta esset pro
rogatio valida:alias inepta esset dubitatio, vtrum haberet lo
cum penitentia,si prorogatio fuit facta:ergo necessariũ est fate
ri q consensus proprij episcopi accesserit,aliter fuisset nulla:di
cto c.significasti.et frustra de penitentia quereretur. Confirma
tur hoc:qr quando apud Legislatorem de aliquo casu dubita
tur respectu alicuius defectus, presupponitur q habilitas cõ-
currat omni alio respectu,excepto illo,quo q̃ritur. Uñ si dubi-
tatur an legatarius possit in testamento esse testis,intelligitur
20 quod legatarius non sit pupillus,nec aliũ patiatur defectũ[20]:
vt probatur in l.qui in testamento.in princ.ff.de testamen.ibi:si
aliud eos nihil impediat.et ad idem textus,in ca.vnico.de eta.et
qualit.in vj.ibi:si non obstat aliud canonicum. Unde cum hic
queratur,an pactum de litigando sit de sui natura reuocabile
presupponitur q omni alio respectu extrinseco pactum vale-
ret:et sic q interuenerit consensus superioris,prout requiritur.
Nec istud est diuinare: quia de necessitate hoc presupponitur,
per supra dicta.Secundo principaliter dici potest,q sicut quã
do clericus contrahendo in diecesi alterius episcopi. iurisdi-
ctio prorogatur,etiam sine consensu proprij episcop.c.dilecti.§.
tit.j. ita videtur quando clericus in foro alterius iudicis, pro-
mittit litigare:quia ratione loci,in quo peccatum fit, proroga
tio videtur fieri absque consensu iudicis, per ea, que etiam in-
fra

fra dicam. Quarto, et vltimo ad istum textum accommodari alius intellectus potest quod de iure canonico procedat: quia secundum canones efficacius seruatur quod promittitur: vnde pactum nudum actionem producit: vt not. in capitu. j. §. de
p pact. Et de iure canonico, qui factum[p] promittit, precise ad illud obligatur: vt probat domi. Abb. in capitulo, per tuas. in repet. §. de arbitr. et idem Roman. in l. stipulationes non diuiduntur. versicu. octaua conclusio. ff. de verborum obligatio. Et ad hoc bonus textus in capitulo qualiter. supra de pac. Sic in proposito suaderi potest quod de iure canonico ex pacto de litigando inducatur prorogatio irreuocabilis, vt sit locus penitentie, et ita a quibusdaz dicitur in dicta l. si conuenerit. Sed rationes predicte non vrgent. Est enim considerandum quod dispositio dicta l. si conuenerit. ponit specialem casum, in quo habet locum penitentia, scilicet quando iurisdictio prorogatur, et dispositio illa in dubio approbata videtur de iure canonico, ex quo canones expresse non contradicunt, vt not. in cap. j. §. de oper. noui nunc. Non obstat quod nudum pactum actionem producat, et quod de iure canonico quis ad factum precise obligetur: quia dato quod hoc esset verum, non tamen excludi videtur penitentia, que specialiter in casu di. l. si conuenerit. admittitur: erat enim ibi opus speciali derogatione. argumē. l. decurionibus. et quod ibi gloss. et Bartol. C. de silen. libro xij. Facit quod not. tradunt Fulgo. et Roma. per gloss. ibi in l. hac consultissima. C. qui testa. facere poss. nam in questione nostra duo sunt: factum, quod promittitur quod quis precise non obligatur de iure ciuili l. si quis ab alio. ff. de re iudic. Secundo penitentia, que specialiter habet locum in tali pacto iurisdictionis, que prorogatur: et hoc secundum non videtur sublatum ex regula generali, que a iure canonico, inducitur per predicta. Iste tamen intellectus iustificari potest alio simili, quod magis proxime accedit: quia de iure canonico secundum communem opinionem non habet locum penitentia, que in contractibus innominatis de iure ciuili admittitur, vt Bald. concludit in rubr. C. de rer. permu. et Ang. in l. traditionibus. in fin. ff. de pact. cum concor. vt prosequitur Alexan. in l. si pecuniam. ff. de condict. ob caus. et idem Alexan. tradit in consilio xvj. incipien. viso dicto themate. in ij. libro. Et retenta hac conclusione iste intellectus satis potest procedere.

19 † Quantum vero ad secundam questionem principalem, est casus in l. si conuenerit. vbi prorogata iurisdictione per pactum de litigando coram alieno iudice, locum habet penitentia. regula tamen in contrarium est: quia pacta debent seruari. capitu. j. et capitu. qualiter. supra de pact. l. j. ff. de pact. facit regula, quod semel placuit. de regul. iur. in vj. Sed illud specialiter disponitur in pacto, per quod iurisdictio prorogatur prout loquitur text. in dicta l. si conuenerit. Et huius specialitatis ratio est, secundum Angel. in dicta l. si conuenerit. in princi. quia agitur de iurisdictione, que est publici iuris vt per gloss. in l. j. ff. de iurisd. omn. iudic. Et in ea priuatorum consensus non attenditur l. priuatorum. C. de iurisdic. omn. iudic. Sed ista ratio reprobatur: quia in proroganda iurisdictione, priuati habent potestatem l. ij. in princip. ff. de iudi. Preterea, attenta illa ratione etiam mero iure non deberet valere prorogatio, et tamen valet, licet locus penitentie sit. Alie etiaz quedam rationes ad
q 21 ducuntur, sed nulla efficax videt. Et ideo alias Senis[q] didici nouum intellectum[21] ad l. si conuenerit. videlicet quod ibi non sit specialis casus, sed secundum regulam communem intelligatur: nam si recte aduertatur, ibi non dicitur quod sit locus penitentie vnius tantum: sed text. simpliciter dicit, priusquam adiretur, sit mutata voluntas. Vnde ista verba intelliguntur ab vtraque parte: et sic ex parte vtriusque mutata sit volūtas: quo casu clarum est quod a tali pacto de consensu vtriusque receditur. Et fuit iste intellectus antiquorum, vt expresse Alber. refert in d. l. si conuenerit. in princ. Et si dicatur hoc esse de indubitabili quod a pacto de communi partium cōsensu recedatur l. ab emptione. ff. de pactis. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iuris. Respondetur primo, et dici potest quod text. ibi habuit istū casum pro claro et indubitato: vt patet ibi, dum dicit proculdubio. Ex quo bene suadetur quod intelligatur quando mutatur voluntas vtriusque partis. Si enim de vna parte tantum intelligeretur vt communiter doctores dicunt, casus fuisset multum dubitabilis: quia contra regulam communem. Nō obstat quod lex debet esse de casu dubitabili. l. quod labeo. ad Carb. nota. in l. ancille. C. de furt. quia illud verum est in dubio: secus videtur in casu claro, quando lex vltra procedit, et habet casum pro indubitabili. Secundo respondetur, quod licet text. intelligatur de mutatione voluntatis vtriusque partis: tamen probabilem habuit dubitationem respectu iudicis, cui ius videbatur quesitū dum coram eo litigare conuenerunt: vnde videbatur quod partes a tali pacto non possent recedere sine consensu ipsius iudicis. Sz contrarium tamen determinatur: quia sicut in prorogatione consensus iudicis non requiritur l. ij. §. j. ff. eod. ita nec in reuocando prorogationem iam factam. et hoc aperte ibi ex mente litere colligitur, dum inquit, priusquam adiretur, mutata voluntas fuerit. Videtur ergo considerare, et habere respectum ad iudicem: et sic intellectus predictus bene iustificatur. Contra tamen istum intellectum videntur obstare verba textus vnde inquit, nemo compellitur huiusmodi conuentioni stare: ergo videtur quod etiam alter tantum mutare voluntatem possit. Sed responderi potest quod ista verba referuntur ad iudicem, cuius respectu loquitur, vt supra dixi. Et quantum ad iudicem, verum est quod nemo cogitur stare conuentioni, sed respectu ipsaruz partium non loquitur textus, nec de hoc ibi queritur, et secundum istum intellectuz multa corruunt, que tradū
20 tur per docto. in d. l. si conuenerit. † Inherendo tamen communi opin. conclusio sit, quod pactum de litigando coram alieno iudice non inducit prorogationem irreuocabilem: vnde altera tra pars poterit penitere: vt est textus in d. l. si conuenerit. prout cōiter intelligitur. Et ideo si debitor creditori pmittit simpliciter quod velit posse conueniri in aliquo loco, vbi forum non sortitur, tale pactum nihil operatur, cum possit penitere, secundum Bartolum in dicta l. si conuenerit. et idem Barto. in l. penul. C. de pact. et in l. iij. §. si quesita. ff. de eo quod certo loco. Anton. de But. hic, et Abb. et ista est communis opinio, vt prosequitur Alexand. in dicta l. penulti. Et ista conclusio amplia-
r tur[r], vt habeat locum nedum in prima instantia, sed etiam in alia, qua perempta, prima incohoaretur, habebit locum penitentia, prout text. dicitur in dicta l. si conuenerit. vt tenet Ange. in l. si quis postea. ff. eodem. Fulgo. in l. cum quedam puella. ff. de iurisdict. omn. iudic. Paul. de Castr. in d. l. si conuenerit. vbi inducit glos. in clemen. sepe. circa finem in verbo, partibus. de verborum signifi. et sequitur Alexand. ibi in fin. Et ad hoc in simili adducunt Moder. quidam ibi quod dicitur de statuto, per quod quis tenetur in aliquo casu ad compromissum: nam si primum expirauit, secundum debet fieri, donec causa determinetur: vt per Bald. in l. fideicommissa. §. si quis decem. ff. de legat. iij. et in l. veluti. §. hec. ff. de eden. cum simi. Sed hoc simile non satisfacit quia conclusio procedit in compromisso, quod debet fieri ex dispositione legis. Secus si ex facto hominis quis tenetur compromittere: quia satisfactū intelligitur, licet compromissum nō
22 habuerit effectum[22]. Ita Bald. in l. j. C. de his, que pene nom. in versi. quarto quero, testator mandauit. et idem Spec. in titu. de arbitr. in §. excipitur. versic. sed quid si fuerit actum. Et in proposito agitur de conuentione hominis, que in primo actu secūdum hoc deberet verificari. argu. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo. sign. Et istam opinionem contra supradicta tenuit Baldus in d. l. si conuenerit. per l. hos accusare. §. hoc beneficio. ff. de accu. et sequitur Aretin. hic. Sed tamen prima opinio videtur magis communis. Pro qua ratio facit, quia dum partes conueniunt de litigando coram alieno iudice, videntur cogitare de ipsa causa, quod per talem iudicem terminetur, non autem de instantia. Ad hoc facit textus in cap. penul. secundū vnum intellectū. i. e. vbi si causa cōmittitur delegato, iurisdictio non ex-
23 pirat, licet instantia sit perēpta[23]. Et per illum tex. Io. And. et Ab. post alios concludunt in c. examinata. de iud. quod si reus absolutus ab obseruatione iudicij a delegato, tamen corā eo etiā poterit de nouo causa incohoari: quia decisio in tali commissione videtur considerari. Ita ergo videtur fuisse intentionis prorogantis, vt causa a tali iudice decidatur: vnde attēditur mēs contrahentiū: vt per glo. in l. blanditus. C. de fideius. Non obst. illud quod habetur in d. §. hoc beneficio. quia ibi pars sibi non preiudicauit ex proprio consensu et expresso, prout in questione nostra agitur, sed tacite, et ipso facto, dum litigauit non opponendo dilatoriam et tali casu opinio Bal. procedit, prout distinguit Pau. de Ca. in d. l. si conuenerit. Predicta conclusio limitatur pluribus modis per istum tex. secundū quod vario modo intelligitur: vt supra dixi. Et primo non habet locum in pacto de litigando corā proprio iudice, cuius iurisdictio poterat declinari, per ea, que supra dixi in prin. gl. secundum communem intellectuz. Et ad idem tex. in l. penul. C. de pact. vbi glo. et doc. in d. l. pe. vbi Far. secundum vnum intellectum. C. de epis. et cler. facit quod not. Ang. in d. l. si conuenerit. et ibi alex. in vij. fallentia, dum concludunt quod ex tali pacto recusatio iudicis excludatur, que aliqua iusta causa fieri potuisset. Secūdo, cōclusio nō procedit, quādo fuit factū in presentia iudicis acceptantis: quia irreuocabiliter proro-
24 gatio inducitur[24]: tex. hic secundū intellectū Anto. de Butr. et Car. Secūdo hoc pbat in d. l. si cōuenerit. ibi: priusquā adiretur iudex: et sic text. vr loqui in pacto facto in absentia iudicis: ergo a contrario sensu, secus videtur presente iudice. Tertio ad hoc facit textus in l. est receptum. vbi Cyn. per illum text. ff. de

iurisdict.omn.iudi. Et idem Bald. in auth.⁊ consequenter.ad
hoc illum textum adducit in versic.quero vtrum reconuentus.
C. de sent. Quarto,quia in facto iudiciali quis precise obliga-
tur l.sed ⁊ he.§.preter.cum ibi not.ff.de procur. Cum ergo pre-
sente iudice in iudicio promissio facta sit,precise videtur obliga
ri,ita quod non sit locus penitentie.Quinto facit text.in l.j.ff.
de iudic.⁊ in capitulo,dilecti.ij.titu.j.que iura Abbas hic indu-
cit.⁊ idem Abb.in dicto capit.dilecti.in ij.not.Sexto,quia con
sensus tacitus, qui ex aliquo actu colligitur,ad prorogandum
efficaciter sufficit, secundum communem opinionem: vt per
Bart.in d.l.si conuenerit.⁊ hoc infra videbimus:ergo affectio-
ni expressus consensus ad hoc erit sufficiens.Ex quibus patet,
istam esse communem opin.vt Alexan.deducit.in dicta l.si cõ-
uenerit. Et in simili etiam facit, quia propter calorem iudicij
actus efficacior redditur l.pacta nouissima.C.de pact.Unde in
iudicio valet confessio sine causa:vt per gloss.penult.in l.j.ff.de
interrogat.act.⁊ confessio mutui facta in iudicio exceptionem
non numerate pecunie non admittit,secundum Salicet. in l.j.
C.de confess.Unde bene consonat quod calore iudicij iurisdi-
ctio irreuocabiliter prorogata sit.Sed tamen contra istam cõ-
munem opin.Moder. quidam arguunt in dicta l. si conuene-
rit.quia in prorogatione iurisdictionis non requiritur consen
sus,nec scientia iudicis,in quem iurisdictio prorogatur l.ij. in
princip.vbi Bartol.ff.eo.Sed vbi presentia iudicis non requi-
ritur,si interueniat,nihil operatur l.siue apud acta.in princip.
vbi Bald. C. de transact. Ad quod facile respondetur:nam in
prorogatione reuocabili verum est quod presentia iudicis non
requiritur:sic loquitur,⁊ intelligitur textus in d.l.ij.ff.eodem,⁊
Bald.ibi secundo notabili hoc declarat. Secus videtur in pro
rogatione irreuocabili,in qua necessaria videtur presentia iu-
dicis, per supra dicta.Ex quibus etiam non videtur vera illa
consequentia, quod vbi non requiritur presentia iudicis, si ta-
men adhibeatur, nihil operatur. Et communem opinionem
etiam sequitur Mathesil.in nota.cv.incip.nota doctrinam sin
gularem.Rationes tamen, que supra pro communi opinione
inducuntur,non multum vrgent, ⁊ responderi illis potest.Nam
primo in text.hic,fundamentum fieri non potest,cum aliter in
telligi possit,vt supra dictum est.Secundo non obst.text.in di-
cta l.est receptum.quia Bald.in d.l.si conuenerit.pluribus mo-
dis respondet.⁊ idem Bald.hic.Et vltra eum considerandum
est quod in dicta l. est receptum. solum queritur an magistra-
tus possit se subijcere imperio,⁊ iurisdictioni alterius: et dici-
tur quod sic:de modo autem,quando videtur se subijcere,nihil
dicitur:vnde secundum alia iura illud intelligitur.Tertio ad
tex.in d.l.si conuenerit.ibi:priusquam adiretur.a contrario sen
su,vt dictum est, respondetur quod non probatur ibi quod in
presentia iudicis prorogatio facta fuerit,prout Alexan. dicit.
Est enim considerandum quod illa verba referuntur ad muta
tionem voluntatis,de qua supra immediate dixit, vt patet ibi:
priusquam adiretur, mutata voluntas fuerit:non autem respi
ciunt prorogationem,de qua in princip.legis dicitur:nam stat
hoc quod mutata fuerit voluntas in presentia iudicis,⁊ tamen
prorogatio per pactũ prius facta fuisset presente iudice. Quar
to obstat quod in facto iudiciali quis precise obligetur:quia il-
lud intelligitur eo casu, in quo obligaretur ad interesse extra
iudicium,⁊ vbi non haberet locum penitentia:secus in isto ca-
su,vbi nõ videtur teneri ad interesse, quia penitentie locus est.
Preterea, attenta hac ratione, etiam si coram proprio iudice
facta fuisset prorogatio in absentia iudicis, in quem iurisdictio
prorogatur,deberet valere,quia facta in iudicio:⁊ tamẽ hic do
ctores precise considerant presentiam iudicis, in quem proroga-
tio fit.Quinto non obstat text.in dicta l.j. ff.de iudic.⁊ in dicto
capitu.dilecto.quia loquuntur in prorogatione reuocabili, vt
dixi supra secundum Baldum in d.l.ij. ff.eo. Sexto non obstat
quod dicitur de tacita prorogatione: quia ibi res non est inte-
gra, ex quo incohatur iudicium, vel processus:secus in pacto
simplici.Ultimo non obstat quod facta in iudicio sint maioris
virtutis:quia contrarium est verum regulariter l.omnes. §.in
hac.el ij.C.de episcop.⁊ cler.de quo Aretin.⁊ Moder. in l. j. in
princip.ff.de verbo.oblig.Tertio limitatur text.in dicta l.si cõ
uenerit.non habere locum de iure canonico,vt probatur hic, se
cundum vnum intellectum de quo dixi supra, ⁊ etiam infra in
sequenti limitatione hoc declarabitur.Quarto limitatur vt p
cedat in pacto simplici,prout loquitur ibi:si conuenerit. quod
25 verbum de nudo pacto intelligitur l.lecta.ff.si cert.pet.Secus
ergo si stipulatio interponatur:quia agitur ad interesse, vel pe
nam,si promissa sit,vt per domin. Abb.hic in tertia principali
questione,quam ipse refert.⁊ idem Albe.post antiquos,⁊ Bar-
tol.in dicta l.si conuenerit.in vltima questione,⁊ docto.commu
niter sequuntur per text.in l.diem proferre.§.fina.ff.de arbitr.
vbi agitur ad interesse, quando pena promissa non fuit:ita er-
go in isto casu dicendum est.Secundo,quia vt Abb.post alios
hic dicit,non videtur quod lex,que permittit penitentiam, vt
intelligatur cum preiudicio tertij,scilicet vt patiatur interesse
argumen.l.ij.§.si quis a principe.ff.ne quid in loco pub.Tertio
quia licet pactum nudum actionem non producat l.iuris gen-
tium.§.igitur nuda.ff.de pact.tamen cum agitur de interesse
partis ne alter in damno sit,datur actio de dolo l.eleganter.§.
seruus pactionis.ff.de dol.⁊ ibi Barto.ergo videtur pariter in
proposito dicendum esse:quod quamuis penitentia cõcedatur
si alter tamen sit in damno,debet agi posse ad interesse. Et con
sidera quod rationes predicte inferunt idem in pacto simplici,
ꝙ esset stipulatione interueniente. Quarto, ⁊ vltimo ista con-
clusio maxime videtur habere locum,quando fuit promissa pe
na:nam si locus esset penitentie, elusoria redderetur,⁊ inutilis
penalis stipulatio, quod esse non debet. Comprobatur hoc in
simili:quia in contractibus innominatis locum haberet peni-
tentia l.si pecuniam.ff.de condict.ob cau.⁊ tamen si pena appo
natur,illa debetur,si partem peniteat l.si pacto,quo penam.C.
de pact.Et tenendo istam partem,que communis est, non ob-
stat text.in dic.l.si conuenerit.dum ibi penitentia permittitur.
Nam Alexand. ibi respondet quod illud verum est quantum
ad iudicem,vt non possit procedere data penitentia:non antẽ
s loquitur respectu interesse.Moder. quidam Papie[s] scriben-
tes in d.l.si conuenerit.arguunt contra communem opinionem
⁊ dicunt:si dispositio l.si conuenerit. non habet locum interue-
niente stipulatione,quia ad interesse agi potest,etiam eadem ra
tione non haberet locum in pacto simplici: quia si pretenditur
ad interesse,de iure ciuili ex nudo pacto actio competit l.elegã
ter.§.seruus pactionis.vbi Bartol.ff.de dolo.⁊, vt supra dictum
est,tradit Alexand.in d.l.si conuenerit.in iiij.limitatione. Sed
ista ratio parum valet: quia verum est quod si ex pacto nudo
actio producatur,idem erit in pacto,quod in stipulatione quã
tum ad interesse:nec videtur hoc contra text.in d.l. si conuene-
rit.quia illa lex de interesse nihil dicit,nec respectu interesse lo-
quitur.Nam text.habebit locum secundum regulam,que est ꝙ
pactum nudum actionem non producit l.iuris gentium.§.igi-
tur nuda.ff.de pactis. Sed contra communem opinionem ma
gis facit:quia si penitentia admittitur,ergo non videtur quod
agi possit ad interesse,quia cum permittitur a lege,quod fit le-
ge permittente penam non meretur l.Gracchus.C.de adul. ex
ij.questione iij.c.qui peccat.⁊ contra tenent Petr.⁊ Cyn.in l.si
quis ex consensu.in iij.questione. C.de episcop. audien.⁊ Joan.
Andre.in titu.de competen.iudi.adi.§.j.quos Abb.in secunda
opinione hic refert.Et ista opinio efficaciter probatur:quia si
agi posset ad interesse, non esset speciale in casu dict.l.si conue-
nerit. quod haberet locum penitentia: quia etiam in quolibet
alio facto promisso, soluendo interesse, esset locus penitentie,
cum precise quis ad factum non compellatur, sed soluendo in-
teresse liberetur l.si quis ab alio.ff.de re iudi.l.stipulationes nõ
diuiduntur.versi.Celsus.ff.de verbor.oblig.Confirmatur hoc
quia si obligaretur ad interesse iste, quem penitet in casu dicte
l.si conuenerit.per indirectum,⁊ causatiue ad obligationem ob
ligaretur, ⁊ sic in effectu non haberet locum penitentia, ergo
non debet teneri ad interesse argumen.l. stipulatio hoc modo
concepta.ff.de verbo.obligat.Et ad hoc etiam bene facit:quia
in alijs casibus, in quibus locum habet penitentia, non tamen
tenetur quis ad interesse:vt habetur in l.si pecuniam.ff.de con-
dictio.ob cau.⁊ traditur in regula,quod semel.de regul. iur. in
vj. Ergo nec in isto casu dicendum est quod peti interesse pos-
sit.⁊ ita Moder.Seneñ.tradunt in dicta l.si conuenerit.Et te-
nendo istam partem,pro qua consuluit collegium Paduanum
vt Card.hic refert,ad allegata supra in contrarium, responde-
tur.Et primo ad text.in dicta l.diem proferre quem Barto. in
ducit,quia ibi agitur de interesse, quando pena promissa non
fuit,secundum regulam, que est quod obligatus ad factum nõ
potest penitere,nisi soluatur interesse. Sed hic specialiter peni
tentia admittitur,que impune debet habere locum .Secundo
non obstat quod penitentia,que permittitur,in dubio non de-
beat tertio preiudicare:quia hic non sumus in dubio : sed con-
stat de mente legis volentis in hoc, etiam tertio preiudicare,
dum penitentiam concedit:prout etiam patet in alijs casibus,
in quibus penitentia admittitur. Preterea ex tali penitentia
non videtur inferri preiudiciũ alteri parti, ex quo altera pars
vtique etiam potuisset penitere. Tertio non obst. quod dicitur de
pacto nudo,pro quo agitur quandoque de dolo:quia concedi
tur illud,quando arguitur dolus nõ seruantis pactũ,⁊ aduer-
sarius esset in damno:tali enim casu nõ haberet locũ penitẽtia:
vt in simili habetur in cõtractibus innominatis,in quibus lo-
cũ habet penitentia:sed tamen illa non admittitur,qñ res non
esset

esset integra,⁊ aduersarius damnum pateretur. Isto casu saluari potest communis opi. Sed quando allegaretur interesse simpliciter,ex eo qd̃ pactum non seruetur,per hoc non competeret actio de dolo:alias nunquam haberet locum regula, que habet q̄ nudum pactum actionem non producit l. iuris gentium.§.igitur nuda.ff.de pac.Et ideo in proposito, si interesse petatur simpliciter,ex eo q̄ pactum non seruetur, in quo etiã stipulatio interposita sit,nõ debet audiri:quia textus in dicta l.si conuenerit.penitentiam admittit.Quarto non obstat quod supra dicitur de promissione pene:quia quando pena apponitur non habet locum penitentia in casu dicte legis,si conuenerit. vt expresse Bartolus dicit, in lege penultima, Codice de pactis. ¶Sed illud est ex conuentione partium: secus vero est quando interesse patitur ex dispositione legis, prout in proposita questione agitur. Sed tamen hec disputando dicta sunt. Nam pro defensione communis opinionis considerandum est quod text.in d.l.si conuenerit.vt dictum est, loquitur in pacto simplici ex quo regulariter de iure ciuili actio non datur l.iuris gentium.§.igitur nuda.ff.de pact. Unde cũ agi non posset ad obseruationem pacti principalis, a fortiori ex simplici pacto nõ poterit agi ad interesse, sed quando stipulatio interponitur,actio producitur,per quã poterit peti interesse,si pactum non seruetur:nec contra actionem ex stipulatu videtur habere locum penitentia. In pacto enim conceditur penitentia, que respectu pacti simplicis parum operatur: quia tantum remouet naturalem obligationem, que ex pacto nascitur:vnde illa l.si conuenerit.non debet trahi ad stipulationem,ex qua actio producitur,⁊ cuius natura magis repugnat ne locus penitentie sit.Instit.de verbo.oblig.in prin.Nam cũ illa penitentia concedatur contra regulam iuris communis, debet stricte intelligi,prout loquitur,⁊ non extendi ad stipulationem,in qua longe diuersa ratio videtur.argumen.cap.cum dilectus.s̃.eod.de consuet.Et ad hoc bene facit,quia videmus in contractibus innominatis q̄ locum habet penitentia l. si pecuniam.ff.de condictione ob causam. Et tamen si stipulatio interueniat,penitentia excluditur, vt notab.Bartolus dicit in l. ij.in fine.C.de condictione ob causam.Baldus,in l.quamuis.in fine. C. de transactionibus.not.in l. ex placito.C.de rerum permutatio.Si ergo in casu d.l.si conuenerit. interueniente stipulatione,penitẽtia remouetur,communis opinio de plano procedit, vt agi possit ad interesse, si stipulatio non seruetur.Nec obstat,si dicatur q̄ stipulatio assumit naturam contractus, super quo interponitur l.si stipulatus.C.de vsur.not.Barto. in l. si quis cum aliter.ff.de verbo.oblig.⁊ idem Barto.in l.cum mota.C. de transact. quia illud procedit in his, in quibus natura stipulationis non repugnat. Sed hic, ⁊ in casu, quo loquitur Barto.in d.l. ij. natura stipulationis repugnat,quod sit locus penitentie.Uel responderi potest, vt prosequitur Alexand. in l.circa fin.ff.de pact.⁊ in rub.de verbo.obliga.in fin.⁊ in l.stipulationes non diuiduntur.eod.ti.⁊ dixi in l.cum mota.C.de trãsact.Et quod supra dicitur de stipulatione, idem etiam in pacto simplici de iure canonico:quia secundum communem opinionem actionem producit,vt not.in cap.j.s̃.de pact. ⁊ sic non habebit locum penitentia. Et hoc probatur hic secundum vltimum intellectum,quem dixi supra ad istum textũ: et sequitur Alexan.in d.l.si conuenerit.in tertia fallentia.vbi allegat Baldum in l.si quis in conscribendo.C.de episcop.⁊ cler.Et pari ratione dicendum est de iure ciuili in pacto, quod vestitur coherentia contractus: quia actionem producit l. in bone fidei. C. de pac.et ita Bald.dicit in d.l.si conuenerit.in lectura antiqua ⁊ simpliciter sequuntur ibi Alexand. ⁊ Moder. Ex quo colligitur quinta limitatio ad text.in d.l.si conuenerit.Et predicta probantur ratione,quam supra dixi in stipulatione: nam cum text⁹ in dicta l. si conuenerit.loquatur in pacto simplici, quod actionem non producit,non debet extendi ad pactum qualificatum,quod actionem producit. Ex quo enim actio nascitur:natura magis repugnat vt non sit locus penitentie, vt supra dictum est de stipulatione.Et retenta communi opinione quod agatur ad interesse, dubitatur de duobus.Primo, quo remedio agatur. Secundo, an coram illo iudice agi possit, coram
21 quo reus respondere promisit.†Circa primum Abbas hic cõcludit quod agatur actione ex stipulatu,quando stipulatio interuenit.Si vero fuerit pactum nudum, etiam de iure canonico agitur,vt not.in cap.j.s̃.de pact.imo,secundum eum , etiam de iure ciuili agi poterit actione de dolo:vt est text. nota. in l. eleganter.§.seruus pactionis.vbi Bartol.ff.de dolo.not. Angel.in consilio primo,cum similibus.vt Alexander tradit in dicta l.si conuenerit.in quarta limitatione.⁊ idem Baldus in lege,cum mota.C.de transactionibus. Angelus in l.si certis annis.C.de pactis.⁊ Alexand.in consilio xx. incipien. viso puncto,⁊ his.in tertio libro.Et hoc intelligitur, quando quis patitur aliquod damnum extrinsecum,si pactum non seruetur:prout loquitur text.in dicto §.seruus pactionis. alias ex eo simpliciter quod pactum non seruetur, actio de dolo non competit: quia secundum hoc omnia pacta nuda deberent seruari:vt de
22 clarat Joann.Pe.in l.pacta,que contra.C.de pact.†Circa secundum, communis videtur opinio quod agatur coram illo iudice,coram quo promisit reus litigare: quia etiam super interesse videtur facta prorogatio, vt tenet Guillierm. de Cun. in l.j.ff.de iudicijs.Specul.in titulo.de competen.iudic. ad.§.j. versiculo,quid si pactum.Anton.de Butri.⁊ Abbas hic, ⁊ sequitur Alexand.in dicta l.si conuenerit. in secunda limitatione.nam videtur contraxisse in loco,in quem destinauit iudiciũ suscipere:ergo ibi potest conueniri l.contraxisse.ff.de actioni.⁊ obliga.facit textus in capitu.finali, s̃. de rescriptis.⁊ per Abbat. hic,qui illum textum adducit.Sed contra istam decisionẽ communem multum facit doctrina Bart.in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus.ff.de verborum obli. dum allegat textum in l. qui fundum.ff.de contrahen.emptione.⁊ concludit quod qualitas, que respicit ipsam dispositionem, si in vna dispositione adiecta sit, in alia repetita non videtur: licet veniat accessorie ad precedentem.Ex quo gratia exempli, infert ibi Joannes de Imola,⁊ Alexan.sequitur.quod si vnus fuerit stipulatus sibi sortem dari in aliquo loco remoto a loco contractus,deinde penam stipuletur,in pena locus repetitus non videtur:⁊ sic nõ poterit conueniri ad penam in loco,vbi sortem soluere promisit.Et ita in proposita questione dicendum videtur:quia si promisisti litigare coram Lucensi iudice,⁊ si non seruares pactum promisisti penam:in ista promissione pene, vel interesse, ad qd̃ agitur,ex dispositione legis qualitas loci repetita nõ videtur. Et sic alias Ferrarie iudicatum fuit de eo,qui dum esset Rhodij,quantitatem frumenti Ferrarie soluere promisit, ⁊ si non solueret, promisit penam:nam conclusum fuit quod Ferrarie non poterat ad penam conueniri:vt Moder. quidam referũt in dicta l.si conuenerit. Non obstat quod habetur in l. contraxisse. quia illud bene procedit respectu principalis dispositionis:que ad locum confertur:non autem locum habet in eo, qd̃
t accessorie[t].venit,prout in ista questione agitur:vt per Barto.⁊ Imo.in d.§.Chrysogonus.Et ex hoc responsio habetur ad ea
26 que Abbas hic post alios dicit[26]:quia licet ratione contract⁹ conueniri possit in loco,in quo soluere promisit:hoc verum est quo ad id, quod principaliter in pacto deducitur. Secus autem est respectu pene vel interesse: quia locus repetitus non videtur,per supra dicta.Non obstat quod habetur in capit. fina. de rescripit. quia illud procedit propter vexationem indebite factam coram iudice,argumen.l.nullum.C.de testi.Et ad confirmationem predictorum considerandum est quod ista decisio a fortiori in casu nostro videtur procedere:quia in terminis,in quibus loquitur Bartol.⁊ Imo. in dicto §.Chrysogonus.pena expresse promissa fuit,⁊ tamẽ locus non videtur repetitus: a fortiori ergo in nostra questione, vbi petitur interesse, ex dispositione legis nõ videtur locus repetitus:quia de tali interesse non constat ex tenore contractus, quod partes de eo cogitauerint:vnde iste casus multo magis remanet in dispositione iuris communis vt in loco proprij fori conueniatur. Confirmatur hoc:quia dum petitur interesse, videtur quod contractus non perficiatur,sed quod potius resoluatur. Unde succedit quod licet quis sortiatur forum in loco,in quo soluere promisit,dicta l.contraxisse. ff.de actionibus ⁊ obligationibus. illud verum est,quando agitur ad obseruationem contractus secus est vbi tractatur de resolutione[v].Textus no. vbi Baldus
v ⁊ Paulus de Castro.in l.secunda.C.vbi,⁊ apud quem. Sed tamen predictis non obstantibus defendi potest communis opinio,a qua recedendum non videtur. Pro qua facit glossa finalis,in capit.fina.supra de rescriptis.⁊ quia vbi quis forum sortitur ratione contractus, etiam in accessorijs contractus ibi conuenitur. capitulo, dilecti.vbi Abbas in quinto notabi.infra. de foro competenti.Bene facit quod notat Bartolus in lege,qui certo loco.secundum vnum intellectum.ff. de condictione indebiti.vbi ille,qui recipit indebitum per errorem in certo loco,ibi forum sortitur,si condictione indebiti conueniatur. et quod not.per illum textum in lege,in contractibus.§. omni.C. de nõ numerata pecunia.vbi exceptio non numerate pecunie, que tendit ad impugnationem contractus mutui, in loco contractus obijci potest.Ex quibus omnibus datur intelligi, qd̃ vbi ratione contractus quis conuenitur, vel ratione destinate solutionis,in omnibus,que accessoria sunt,vel occasione cõtractus occurrunt,forum in tali loco sortitur:sicut ergo non data penitentia ageretur coram iudice, in quem erat prorogata iurisdictio,ita data penitẽtia,si agatur ad interesse,agi debet co-

ram eodem iudice:quia hoc est de dependentibus,vel saltem oc casione contractus hoc prouenit,per supra dicta. Et ad hoc videtur decisio Aretini, in consilio lxxxiij. incipiente quoniam multa.vbi ex pluribus probat, quod qui est iudex in aliquo facto,etiam dicitur iudex super interesse,quod petitur, et in locum illius facti succedit:quia interesse non solum est dependens,sed quantum ad personam iudicis idem cum ipso facto reputatur. Allegat quod not. Bartol.in l.stipulationes non diuiduntur. in viij. questione. ff. de verborum obligationibus. et ibi ad hoc plura alia adducit, que gratia breuitatis non refero.Non obstat quod in contrarium allegatur de eo,quod Barto. et Imo. dicunt in dicto §.Chrysogonus.quia illa conclusio altiorem postularet indaginem:nam in cõtrarium plura ibi adducit Aretinus,et precipue textus, in l.Titius. C. de operis libertorum. vbi Bal.dicit quod qualitas apposita in principali dispositione,repetita videtur in qualibet coherentia eius, vel dependenti.Preterea dato quod verum esset, quod qualitas loci non esset repetita,vt supra deducitur,tamen absque repetitione ex alio capite hoc suadetur: quia interesse ex dispositione legis intrat,et surrogatur in locum principalis dispositionis, per supra dicta.Et per hoc etiam respondetur ad aliud, quod dixi supra de resolutione contractus: quia non agitur hic quod contractus resoluatur,sed interpretatione iuris perficitur.Preterea dictum Bald.in dicta l.ij.C.vbi,et apud quem. non videtur verum, ex eo quod Bartol. dicit in d. l. qui certo loco.et Bald.in dict.l.in contractibus.§.in omni.et quod notat Anton.de But. in dicto cap.fin.ii.de foro competen. Sexto fallit,quod dicitur in dict.l.si conuenerit.quando iuramentum interponitur:quia tunc non habebit locum penitentia, prout Imo.hic tenet,et sequitur Aretinus,et idem Antonius de Butrio,in capitulo, veniens.infra de iureiurando.Angel.Fulgosius,Paulus de Castro et Alexander in dic.l.si conuenerit.et idem Petrus de Ancharano in consil.centesimoquadragesimosecundo.incipiente, in auxilium veritatis. circa finem. Et videtur ista communis
23 opinio,que precipue fundatur. †Primo:quia ad factum quis precise obligatur, quando iuramentum interponitur:vt voluit glossa notabilis in lege, si pecuniam. in principio. ff. de condictione ob causam.Et illa videtur approbari communiter, et prosequitur illam Alexander in lege, stipulationes non diuiduntur.ff.de verborum obligationibus.Et ex ista prima ratio
27 ne infertur[27], quod si facta esset conuentio per instrumentum guarentigiatum,in d.l.si conuenerit.non haberet locum penitentia. Et sic erit sexta limitatio:quia ex tali instrumento quis precise obligatur ad factum,quod promisit:vt notab. Bald.dicit in l.vnica.versicu.sed pone.C. de senten. que pro eo quod interest.vbi allegat text.in l.qui restituere.in fin.ff.de rei vendica. Secundo ad id, quod est dictum de iuramento,facit:quia debet iuramentum impleri in forma specifica.cap.ad nostram.el j.ii.de iureiuran.et quod not.Barto.in l.amplius non peti.ff.rem rat.habe.cum simil.ergo formaliter debet seruari iuramentum prout prestatur.Tertio,quia actus alias retractabilis, si iuramentum apponatur,non potest reuocari. authen. sacramenta puberum.C.si aduer.vend.c.cum contingat.de iureiur.c. quamuis.de pact.in vj.cum simili. Quarto,quia iuramentum habet vim litis contestate l.nam et postea.§.si is,qui temporali.ff.de iureiuran. sed post litem contestatam non habet locum penitentia d.l. si conuenerit. ergo nec post iuramentum.Ultimo, quia regulariter videtur quod iuramentum semper aliquid addat dispositioni,super qua interponitur: vnde facit actum valere eo
28 modo quo potest[28] l.cum pater. §. filius matrem.ff.de legat.ij. Bart.in l.si quis maior.C.de transact.et not.Bart.in l.eam quã. versic.sextus casus.C.de fideicom.et quod Bald.tradit in l.j.in ij.q. C.commo.cum simil.et Moder.tradunt in d.l.si conuenerit.Ex quibus communis opin.iustificatur.Do.Anto.tamen,et d.Abbas hic cõtrarium tenent,scilicet quod locum habeat peniten-
z tia,licet iuramentum[z] interponatur in casu d. l. si conuenerit. Mouentur, quia iuramentum secundum subiectam materiam intelligitur l.fina.ff.qui satisda cog.et bonus text.in l.fi. C.de nõ nume.pecu.vbi iuramentum in confessione mutui exceptionem non numerate pecunie non excludit:ergo in proposito non videtur excludere penitentiam, que in casu isto admittitur. Facit dictum Innocen.in c.per tuas.ii.de arbitr.vt per Abb.hic. Articulus disputabilis est.et tenendo istam partem non obstãte,que supra pro communi opinione adducuntur. Et primo quod dicitur de iuramento,per quod quis precise ad factum obligatur: quia etiam articulus ille disputabilis est,et perplures sunt, qui contrarium dicunt,vt moder.referunt in d.l. stipulationes nõ diuiduntur.et Joan.de Ana.hoc tenet in c.fin.in prin.ii. ne prela.vices suas.Preterea, dato quod illud esset verum, ex tali conclusione non bene infertur ad questionem nostram,in qua sunt

duo.Primo obligatio ad factum.Secundo, penitentia,que in tali pacto specialiter conceditur.Licet ergo tollatur primum, secundum tamen non videtur tolli.Probatur hoc in simili:nã fauore libertatis ad factum precise quis obligatur l. qui Rome.§.Flauius.vbi Paul.de Castr.ff.de verbo.obliga. et tamen hoc non habet locum, quando quis ad factum manumissionis obligatur ex contractu innominato, in quo est locus penitentie:et sic duo concurrunt l.si pecuniam.§.sed si acceperit.cum gl. in verbo,consequi.ff.de condict.ob cau. Et declarauit Alexan. in d.l.stipulationes non diuiduntur.dum opponit ibi:sed contra hoc facit.Ex quo etiam respondetur ad illud,quod dictum est de instrumento guarentigiato,inferendo sextam limitationem, iuxta dictum Bal.in d.l.j.C.de senten.que pro eo,quod inter.Nam dato quod illud dictum verum sit, non tamen infertur ad questionem nostram hic.Preterea in illo dicto Bald. reprehenditur per Alexan.post alios in d.l.stipulationes.in ver. Celsus. Secundo non obst. quod debeat iuramentum impleri formaliter: quia illud verum est quantum ad interpretationem verborum, que proprie intelliguntur in iuramento. Unde qui promittit soluere cum iuramẽto,non poterit compensare[y]:vt in iuribus alle y
gatis in contrarium.Sed tamen per hoc non excluditur interpretatio,que extra proprietatem verborũ venit ex natura actus vt probatur in d.l.fin.C.de non nume.pec. Preterea etiam improprie,et ficte iuramentum intelligitur,quando non tendit in preiudicium tertii.cap.ex parte tua.vbi Abb.ii.de cler. non resi.Tertio non obst.quod actus impeditur retractari per iuramentum.in authen.sacramenta puberum.cum similib.supra allegatis:quia illud videtur habere locum in cõtractibus, qui de sui natura non retractantur l.sicut.C.de act.et obl.et propter qualitatem persone illud conceditur: hic vero penitentia admittitur ex natura pacti:ibi videtur tolli priuilegium persone,quod facilius tollitur l.eius militis.§.militia missus.ff.de test. mil.et patet hoc in d.l.fi.C.de non nume.pec. Quarto,non obstat quod iuramentum habet vim litis contestate, quia illud videtur procedere in iuramento litis decisiuo , quod tendit in fauorem iurantis: non sic in iuramento confirmatorio,de quo loquimur,quod respicit preiudicium iurantis,et in eo diuersa ratio videtur.Ultimo non obstat quod iuramentum semper addat ad naturam actus, et non restringit:quia verum est, sed sufficit quod aliquid addat:in alijs vero sequitur naturam actus, super quo interponitur d. l.fi.C.de non nu.pec.et ita euitari possunt rationes, que pro cõmuni opi. adducuntur. Sed tenendo opi.communem ad fundamentum,quod faciunt Anto.de But.et Abb.in d.l.fin. ff.qui satisda.cog.et in l.fin.C.de non nume. pec. respondetur pluribus modis.Primo secundum Aret.hic, quod iuramentum sequitur naturam actus primordialem, que in obligationibus facti ex mora insurgit.argu.l.item veniunt.§.item cum prediximus. ff. de pet.here.et per glo.in l.certi condictio.in prin.ff.si cert. peta. Et sic in proposito videtur quod natura accidentalis sit,vt locum habeat penitentia in pacto prorogationis: et ista iuramentum non sequitur.Sed dicunt quidam in d.l.si conuenerit.quod penitẽtia,de qua ibi dicitur,nõ videtur ex natura primordiali.Et vlterius declarari potest:quia obligatio ad interesse in obligationibus facti accidentalis dicitur:quia non a principio,sed ex mora superueniente committitur.Sed ista penitentia a principio videtur inesse ipsi pacto,et conuentioni:nec causatur ex aliquo accidenti,quod superueniat.Unde ista responsio Aret. non satisfacit:et attenta ratione eius,contra eum videtur text. in d.l.fin. C.de non nume. pecu. vbi iuramentum non excludit exceptionem non numerate pecunie:et illa exceptio videretur ex natura accidentali:quia natura confessionis est,quod obligetur cum effectu ille,qui confitetur.Secundo Inn.hic respondet, et in d. c. per tuas.de arbitr.et sequitur Alexan.in d.l.si conuenerit. quod in d.l.fi.C.de non nu.pec.verisimiliter ex mẽte iurantis colligitur, quod noluit obligari,nisi habuerit pecuniam: non sic in alijs casibus regulariter:quia iuramentũ addit dispositioni, super qua interponitur.Unde si interponatur super facto, obligatur precise,qui promittit,nec repugnat voluntas iuris:vt per Alexã. in d.l.si conuenerit.Et cum ista solutione consonat in effectu quod Bart.dicit in d.l.si quis pro eo.versi.octauo prohibetur. in fin. ff.de fideiuss.et sequitur Imo.in c.cum causam.in fin. de empt.et ven.Sed ista responsio etiam dubitabilis videtur:quia sicut,in d.l.fin.C.de non nume.pecu.non est verisimile quod velit obligari nisi pecuniam habuerit:ita non videtur verisimile quod ille, qui ad factum obligatur,precise velit teneri,et priuari facultate soluendi interesse:vt dicit Jo.de Ana.in d.ca.fin.in prin.ne prela. vices suas,quod a fortiori in casu nostro videtur procedere,in quo duo concurrunt,obligatio facti,ad quod precise quis nõ tenetur, et penitentia,que in isto casu specialiter admittitur, vt supra dictum est:vnde difficilius derogatur. Preterea in d.l.fi.C.de nõ

nume.

nu.pec. non deficit consensus:nam ex cõfessione dicitur quis cõ
sentire.l.generaliter.C.de non nume.pecu.in c.per tuas.de pro
bat.Sed in d.l.si.prerogatiua quedam debitori conceditur, vt
non teneatur probare pecuniam numeratam non fuisse:sed il-
la probatio creditori incumbit.Et si per iuramentum exclude
retur exceptio non numerate pecunie, non dicetur ille debitor
obligatus sine consensu eius: quia imo confessio sua arguit cõ
sensum eius,vt dictum est: sed tantũ tollitur prerogatiua pro-
bationis:vnde si debitor exclusus ab exceptione non numera-
te pecunie vellet probare pecuniam numeratam non fuisse,be-
ne admitteretur,vt ibi habetur,⁊ instit,de lit.oblig. Sicut er-
go in d.l.si.nõ excluditur illa prerogatiua probationis per iu-
ramentum,ita in proposito non videtur tolli prerogatiua pe-
nitentie,que in isto casu conceditur. Tertio,⁊ vltimo responde
ri potest, quod iuramentum sequitur naturam actus, super
quo interponitur,quo ad hoc vt in plus quis non teneatur.d.
l.fina.C.de non nume.pecu.secus vero quantum ad hoc,vt inef
ficacius quis obligetur,prout in proposito agitur.Ita in simi
li dicunt Imol.Paul.de Cast.⁊ Alex.in l.miles.§.decem.ff.de
re ind.per illum text.de stipulatione, que etiam interpretatur
secundum naturam contractus,super quo interponitur. Sed
nec ista responsio videtur procedere:quia in d.l.fina. etiam effi
cacius obligari dicitur,⁊ non in plus, dum exceptio nõ nume
rate pecunie non remouetur:⁊ ideo opinio Ant.de But. ⁊ Ab
bat.hic de iure probabilior videtur : prima tamen communis
est.Septimo fallit dispositio d.l.si conuenerit.n eo,qui confite
tur iudicem esse competentem, vel se teneri litigare coram il-
z lo:quia tunc per confessionẽ[z] iurisdictio prorogatur:⁊ non ha-
bet locum penitentia:vt Bald.notabi.voluit in l.si pater. C.ne
de statu defunct.vbi in argum.allegat tex.in l.depositi.§.j. ff.de
pecul.⁊ sequitur Alexan.in d.l.si conuenerit.in vj.limitatione.
Sed contra istud dictum facit quod not.Barto.in l.non fate-
tur. ff. de confess. vbi inquit quod falsa confessio scienter facta
in his,que pertinent ad litis ordinationem nõ preiudicat, per
text.in l.is,qui se obtulit.cum l.seq.ff.de rei vendi. ⁊ talis vide-
tur ista confessio : ergo non videtur preiudicare. Comproba-
tur hoc,quia secundum Bal.in c.P.⁊ G.de officio deleg.renũ
tiari non potest dispositioni d.l.si conuenerit. quo minus sit lo
cus penitentie.Unde succedit quod confessio non valet, nec at
tenditur in his,que pendent a potestate cõfitentis.c. super eo.
de eo,qui cogno.consang.vxor.sue.l.si forte.⁊ quod ibi Bart.ff.
de cast.pecu.per gloss.⁊ doct.vt in l.si donatione. C.de collatio.
cum simi.His tamen non obstantibus, decisio Bal.verior vi-
detur:pro qua facit,quia penitentia excluditur per litis conte
stationem:vt per gl.⁊ omnes in d.l.si conuenerit.Sed quando
partes confitentur litem esse contestatam,valet illa confessio,⁊
preiudicat,vt est text.not.in c.fina.⁊ ibi Abb.declarat ĩ.de pro-
bat.Ergo videtur quod in questione nostra confessio preiudi-
cet,sicut in litis contestatione,a qua penitentia d.l.si conuene-
rit.terminatur:⁊ confessio habet vim pacti, vt declaratoria fo-
ri tollatur:vt declarat Bal.per illum tex.in l.j.in j.no.C.de epi.
⁊ cler.facit tex.⁊ ibi Sali.in l.j.in prin.C.de pact.Et sic videtur
quod dispositioni d.l.si conuenerit. renuntiari possit,quod ex-
presse tenet ibi Alb.in vltima questio.⁊maxime si iuramentum
interpositum sit,vt etiam ipse Bald. tenet in c. que in ecclesia-
rum.ĩ.de constitut.Ad quod facit quod dicit Pet. de Ancb.
in cõs.ccij.incip.in auxilium veritatis.circa fi. quod dispositio
d.l.si conuenerit. fauore priuato introducta est:ergo poterit ei
renunciari.l.pe.C.de pact.c.ad apostolicam.ĩ.de regu.Non ob-
stat doctrina Bart.in d.l.non fatetur,quia videtur procedere,
vbi non cadit aliqua interpretatio iuridica ad aliquẽ effectum
iuris,⁊ culpa actori imputari potest,prout loquitur text. in d.
l.is,qui.cum sequen.Sed in questione nostra,quando quis con
fitetur iudicem esse competentem, licet in veritate hoc falsum
sit,tamen intelligi potest quod voluerit prorogare iurisdictio
nem,ex quo potest,si scienter confitetur: nam sit ista interpreta
tio,vt actus valeat.arg.c.Abbate sane.de verbo.sig.⁊ in l.quo-
ties.ff.de reb.dub.Non obstat quod renũciari non possit: quia
contrarium verius videtur,per supra dicta. Ex quibus habe-
a tur octaua limitatio,quando partes renunciant[a]. d.l.si conue
nerit.valet enim renunciatio, vt dictum est: licet contrarium
voluerit Bald.in d.c.P.⁊ G.de offi.delega.Sed tamen pro cõ
cordia dici potest quod valet renunciatio ad istum effectum,
vt non vtatur penitẽtia, que potuisset habere locum in casu d.
l.si conuenerit.illa enim respicit priuatum commodum, vnde
renunciari põt,vt dictũ est.Si vero fieret renunciatio hoc mo
do,quod in casu d.l.si conuenerit. non habeat locum penitẽtia
non valeret renunciatio: quia cum disponatur a iure quod sit
locus penitentie,in casu d.l.si conuenerit. hoc non potest tolli:
argum.l.nemo potest.ff.de lega.j.Nam quod ex aliquo contra-
ctu quis efficaciter obligetur,hoc pendet a potestate legis:vn-
de non videtur quod ex pacto nudo quis, etiam si velit,effica-
citer obligari possit de iure ciuili:nec videtur quod partes fa-
cere possint,quod in contractibus innominatis non sit locus
penitentie:hoc enim est in potestate iuris ciuilis,a quo ciuilis
obligatio causatur.institu.de obliga.in princ.Et hoc forte vo-
luit Bald.in d.c.P.⁊ G.dum inquit quod d.l.si conuenerit. cõ
tinet ius publicum. Nec obstat si dicatur quod facilius debe-
ret impediri, ne penitentia nascatur in casu d. l. si conuenerit.
quam si nata sit,quod tollatur:argu.l.patre furioso. ff. de his,
qui sunt sui.quia illa regula non habet locum in isto casu, pro-
pter diuersam rationem,que est:quia quando tollitur peniten
tia,derogatur iuri priuato illius, qui penitentia vti potuisset.
Sed quando agitur quod in tali pacto quis obligetur effica-
citer,alteratur iuris dispositio, ⁊ derogatur dispositioni.d.l.si
conuenerit.Nec obstat quod in effectu idem videatur: quia nõ
est verum. Uoluit enim lex,quod in tali pacto prorogationis
iurisdictionis habeat locum penitentia : ⁊ si post modum illa
penitentia tollatur,non curat, nec in hoc offenditur ipsa lex,
sed quando agitur immediate quod in casu d. l. si conuenerit.
quis obligetur efficaciter,sit contra illam legem,⁊ hoc non vi-
detur posse fieri per supradicta. Nono fallit in procuratore:qa
si dominus prorogauit iurisdictionem, quanuis possit penite-
re,procurator tamen non poterit:quia veniret contra factum
domini,quod non potest.l.si hominem.ff. man. nam dominus
in eadem voluntate persistere presumitur:vt nota. tradit Pe-
trus de Ancha.in consil.cxxix.incip.primum dubium. ⁊ idem
sentit in d.cons.ccij.inci.in auxilium veritatis. Si ergo procu-
rator ipse iurisdictionem prorogasset, cessaret ratio Petr. de
Ancha.⁊ videretur dicendum quod ipse posset penitere. De-
cimo fallit quando partes promittunt in iudicio sistere,⁊ pare
re mandato curie:nam ista verba copulatiue excludunt peni-
tentiam:vt Bald.concludit in addit.Spec.in tit.de reo.Facit
ad hoc,quia qui promittit coram iudice non suo aliquem pre-
sentare,per hoc non videtur iurisdictionem illius iudicis pro
rogare.l.j.ff.si quis in ius voca.non ierit.secundum vnum intel
lectum:⁊ tamen si promittit parere mãdatis curie, iurisdictio
prorogatur,secundum Bald.Angel.⁊ Paul.de Cast.ibi.Un-
decimo fallit quo ad acta ante penitentiam,quia valent : vt in
simili videmus delegantem posse reuocare delegatum.l. indi-
cium soluitur.ff.eodem.⁊ tamen acta prius facta valent:vt per
Ioan.Andr.in titu.de compe.iudi.adi.§.super.versicu.quid si
promisit.Et in casu nostro expresse sentit Bal.in l.j. C. de iuris.
omn.iudic.Ang.in l.j.ff.de iud.⁊ sequitur Alex.in d.l.si conue-
nerit.in ix.fallẽtia. Et hoc intelligitur de illis actis,ex quibus
tacite prorogatio irreuocabilis non inducitur,prout infra vi-
debimus.Duodecimo dispositio l.si conuenerit. non habet lo-
cum in eo,qui in aliquo loco soluere promisit:nam remota pe-
nitentia efficaciter in tali loco poterit conueniri.l.iij. ff. de bo.
author.iud poss.l.heres absens.§.fi.ff.eo. quia in loco destinate
solutionis contraxisse videtur:vt tex.dicit in d.l.iij. ⁊ in l.con-
traxisse.de actio.⁊ oblig.Et hoc procedit etiam quo ad accesso
ria,in quibus quis forum sortitur in loco destinate solutionis:
vt Abb.dicit per illum tex.in c.dilecti.ĩ.tit.j.Secundo hoc am
b pliatur vt procedat,etiam si tacite[b] solutio ibi destinata sit,vt
inquit Anto.de Butr.in c.fina.vers.inquantum dixi.⁊ Abb.se-
quitur ibi in gl.ij.ĩ.tit.j.qui dicit quod in hoc tacitum non dif-
fert ab expresso.⁊ idem Bar.in l.heres absens.§.proinde. ff.eo.
facit text.in l.sed ⁊ si susceperit.§.j.ff.eod.titu. Tertio predicta
conclusio locum habet,etiam si post contractum perfectum ex
interuallo destinatio solutionis facta sit,secundum Anton. de
But.in d.c.fina.in vers.quantum dixi.per tex.in l.quanuis. §.j.
ff.eo.Dicit tamen Butr.quod isto casu etiam in loco celebrati
contractus poterit conueniri:licet secus sit,quando in ipso cõ-
tractu solutio alibi destinatur:vt no.Barto.in l j.in prin. ff.de
eo,quod certo loco.in l.quero.per illum textum.ff.de solutio. ⁊
Abbas in d.c.fina.in glo.ij.cum similib.Quarto extenditur vt
procedat non solum,quando locus specialiter nominatur, sed
etiam si generaliter dictum sit,in quocunque loco : vel si dica-
tur vbicunque fuerit petitum:vel vbicunque fuerit inuentus:
nam vbique poterit conueniri, nec propter generalitatẽ pro-
missio vitiatur.lege,Titium.§.tutores. vbi Bartol. per illum
text. ff. de administratione tutorum. Sequuntur Antonius
de Butrio hic, post antiquos,quos ipse refert,⁊ Abbas idem
Bart.in l.pen.C.de pact.Bald.in d.l.fina.§.sed ⁊ si quis.C.com
mun.de leg.l.iij.§.si quis ita.de eo quod cer.loco. bonus text.in
l.Lucius.la i.in prin.ff.deposi. ⁊ ita se habet magis communis
opinio,vt Alexan.deducit in l. si conuenerit.in x.fallentia. Et
isto casu creditor habebit eligere locum, vbi velit sibi solui : vt
not.Bald.in rubr.C.de constit.pec.ver. modo venio ad locum.

in fi.⁊ in l.ab eo.C.quomodo,⁊ quando iud.versic.extra quero,
Titius. Alexand.in consil.xxxv.incip.in causa,⁊ lite.lib.j.⁊ pro
tota quantitate in tali loco declarato poterit cõueniri: vt no.
dicit Bart.in l.iij.§.si quis ita.ff.de eo quod cer. lo.etiam si ibi
non sortiatur forum aliqua ratione,vt hic,post Anto.de But.
Abb.concludit. Predicta conclusio tunc declaratur. Et pri-
c mo vt procedat secundum fictionem[c]:⁊ quantum ad interpre-
tationem iuris dicatur contractus fieri in loco destinate solu-
tionis: vt colligitur in d.l.iij.⁊ in d.l.contraxisse.in verbo,intel
ligitur.⁊ declarat Ant.de But.in d.l.fin.in versi.aduerte.⁊ idẽ
Abb.ibi in ij.gl.Hoc voluit gloss.in l.eum,qui.in verbo, dene-
gatur.ff.de constit.pecu.Contractus ergo vere celebratur,vbi
verba proferuntur,⁊ ideo debet ibi solui gabella, ⁊ non in loco
destinate solutionis,secundum Anton.de But.⁊ Abb. in loco
preallegato:⁊ idem decidit Bal.⁊ sequitur ibi Pau.de Castr.
in l.j.C.vbi conue.qui certo loco da.promi.Contrarium tamen
tenet idem Bal.in l.multum interest.C.si quis alte.vel sibi.Sed
prima opinio communiter tenetur. Facit quod no.Bal.in l.j.
iiij.q.C.de contrab.emp.⁊ in l.magis puto.§.illud. ff. de rebus
eorum.cum simil.vt dicam in d.c.fin. predictis adde quod not.
Bal.in consil.ccclxvij.verba dicunt.libro primo.Secundo,pre
dicta conclusio locum habet,quãdo generaliter fuit facta pro-
missio non expressis aliquibus locis:quia tunc in quolibet lo-
co poterit conueniri,vt dictum est. Secus vero vbi aliqua lo-
ca exprimuntur cum generali clausula:puta, promisit soluere
29 Florentie,Senis,⁊ vbique locorum [29], vbi fuerit inuẽtus:quia
ista generalis clausula restringitur,⁊ intelligitur de locis simi
d libus[d] expressis. Ita Anton.de Butr. hic,hoc puto maxime
arg.c.sedes.s.de rescr.⁊ Abb.hic sequitur: ⁊ idem tenet Rom.
in consil.clxxx.incip.si admittimus.Et ad hoc facit quod Old.
tradit in cons.viij.incip.quidam paterfamil.⁊ quod not. Bar.
in l.qui habet.§.fina.ff.de tutel.cum pluribus similibus,vt con-
gerunt Moder.in d.c.sedes. Imo. tamen hic contrarium te-
net,quod possit in quolibet loco conueniri,non obstãte expres-
sione aliquorum locorum: ⁊ cum eo videtur transire Alex. in
d.l.si conuenerit.dum vltimo loco illum refert,⁊ certe hoc vide
tur esse de mente partium.Sed pro cõcordia distingui potest,
quod aut est locus insolitus,de quo verisimiliter partes nõ de
buerunt cogitare:⁊ non poterit in tali loco conueniri.argu.l.si
stulsa.§.frumenta.ff.de contrabenda empt.⁊ in l.Seio.§.medi
co.⁊ quod ibi Bart.ff.de annuis lega.⁊ quod per ista iura An
gel.tradit in consilio clxxvj.incip.premittendum est. Et ista ra
tio videtur habere locum,etiam quando aliquis locus specia-
liter non exprimatur:⁊ sic procedit ⁊ loquitur Ant.de But.Si
vero locus non sit insolitus, quamuis remotior sit alijs expres-
sis locis,ex intentione partium videtur quod possit ibi conue-
niri,prout Imo. dicit. Ex quo infertur, quod hic Pisis con-
traxit,⁊ promisit soluere Florentie, Senis, ⁊ vbique locorum,
quod etiam Rome,Mediolani,vel Venetijs, poterit conue-
niri.Tertio,predicta conclusio declaratur, vt procedat quan-
do quis reperitur in loco, in quo soluere promisit: secus si ibi
non reperitur:quia non poterit conueniri:vt per Bart.in d.§,
tutores.⁊ in d.l.si conuenerit.⁊ in d.rubri. de constit. pecu.Bal.
cum similib.supra allegatis.nam hoc idem est, quando ratione
contractus quis conuenitur: quia tunc demum ibi conueniri
poterit,si reperitur.d.c.Romana.§.contrabentes.⁊ per gloss.
in l.j.in verbo,dato,ff.si quis in ius vocat.non ierit. Sic etiam
in foro originis,quando quis alibi domicilium habet: nam in
loco originis demum conueniri poterit, si ibi reperitur:vt no,
Barto.in l.assumptio.§.j.ff.ad municipa. Et ista est magis cõ-
munis opi.vt Alex.concludit in l.cum quedam puella.ff.de iu-
risd.omn.iud.Si ergo in proposita questione in loco destinate
solutionis non reperitur,non poterit conueniri.Et no. ꝙ ipse
dominus debet esse presens, ⁊ non sufficit ꝙ ibi sit procurator
domini,secundũ Bal.in cons.ccclxvij.lib.j.supra allegato.Ista
tamen limitatio restringitur,vt non habeat locum in quibus-
dam casibus,quibus absens in loco contractus, vel destinate
solutionis poterit conueniri. Primus est ratione bonorum,
que in tali loco reperiuntur:vt probatur in d.§.contrabentes,
ad idem text. in d.l.Titium.§. tutores.vbi Bar.ff.de admi.tu,
Bal.in d.l.fi.§.sed ⁊ si quis.C.commu.de lega.Ant.de But. hic
⁊ Abb.in d.c.fi.dum loquitur de foro contractus. Secũdo hec
limitatio declaratur,vt procedat immediate:sed tamẽ media-
te videtur ꝙ iudex destinate solutionis etiã procedere possit,⁊
requirere iudicem contrabentis,vt ipsum citaret ad finem di-
scutiendi obligationem personalem,⁊ vt eum directo condem
naret. Ita not.de foro contractus dicit Ant.de But.in d.c. fi.
j.de foro compe.ibi: puto tamen,quia ita est in delictis.Et hoc
etiam finaliter Abb.tenet in d.c.fi.in glo.fi.quia sicut permitti-
tur in iudice delicti,vbi agitur de maiori preiudicio cle.pasto-
ralis.de re iudi.ergo a fortiori idem dicendum est in contracti
bus.Sed tñ ratio ista non videtur bene procedere: quia in de-
lictis versatur publica vtilitas, vt puniantur delicta.l. ita vul
neratus.ff.ad leg.Aquil.⁊ in c.vt fame.j.de sen.exc.⁊ ideo in de
lictis locum habet remissio, ⁊ non in contractibus: ergo non
e videtur bona equiparatio. Tertio[e] ista limitatio non proce-
dit,vbi quis in certo loco soluere promisit,⁊ se ibi representare:
quia tunc in tali loco poterit conueniri, licet alibi reperiatur.
Ita Bal.not.dicit in l.cum Archimedoram.C.vt in poss.lega.
Ex quo infert ibi,ꝙ si in instrumento debiti ista verba sint, ꝙ
promisit in tali loco soluere,⁊ ibidem se presentialiter presenta
re:semper ad talem locum debet fieri remissio.Alleg.tex.in l. si
deiussor.§. pe.ff.qui satisd.cogan.⁊ Fulg. in l.j.ff.si quis in ius
voca.dicit ꝙ valeret pactum ꝙ quis in loco destinate solutio-
nis,vel contractus deberet remitti.facit text.in l.j.§.si conuene
rit .ff.depo. Quarto non procedit, quando quis in certo loco
soluere promisit,⁊ certo tempore:puta Florentie,in die sancti
Ioannis:nam tunc ibi poterit conueniri,licet non reperiatur
vt no.Bal.dicit in c.j.de mili.vasal.qui cõtu.est vbi ad hoc In.
refert in c.si aduersarius.de eo,qui mit.in posses. Quinto ⁊ vl-
timo casu,limitatio supra dicta non procedit,quando iste, qui
alibi soluere promisit, priuilegio fori renuntiauit:nam tunc in
loco destinate solutionis omnino poterit ꝯueniri, etiam si ibi
non reperiatur.gl.not.in l.j.ff.si quis in ius voc.non ierit.quam
Abb.hic sequitur,dicens illam esse incognitam Canonistis.
Et idem Abb.in d.c.fi.in gl.ij.⁊ illam vnicam in iure Bal. di-
cit in d.l.cum Archimedorã.⁊ cõmuniter approbatur, vt per
Alex.in d.l.j.Qui enim promittit soluere in tali loco, ⁊ renun-
tiat priuilegio fori,videtur voluisse ꝙ tantũ ibi causa decida-
tur,vt Abb.dicit in d.c.fi. Nã talis renũtiatio nihil operaret,
nisi ad talẽ locum, haberet locũ remissio: vt colligitur ex ver-
bis Bal.in d.l.cum Archimedoram.⁊ idem Bal.dicit in c.pre
terea.ver.adde ꝙ etiam in contractibus.s. de offic. dele. Nec
huic limitationi obstat,si dicatur ꝙ ille, qui renuntiauit priui
legio,non prohibetur vti iure communi.l.miles. §. sexaginta.
ff.de adul.in fi.Bal.per illum tex.in l.sed ⁊ si quis. §. quesitum.
circa fi.ff.si quis cau.Anto.de But.in c.j.in ij.no.per illum tex.
s.de transact.Quod autem in loco contractus,vel destinate
solutionis,quis nõ debeat remitti,hoc nõ ex priuilegio, sed de
iure communi competit.c.j.§.contrabentes.de foro competen.
in sexto.Ergo non videtur hoc ius tolli ex renunciatione pre-
dicta: quia responderi potest quod illud habeat locum, si vl-
tra ius commune competeret aliquod priuilegium. Nam ex
pluribus iuribus si vni renunciatur,alterum remanet.l. si do-
mus.ff.de seruitu.vrban.prediorum. secus si vnum ius tantum
competit:quia illud tollitur per renunciationem.l.stillicidij.ff.
quemadmo.serui.amit.Et ita respondent quidam in dicta l.j.
Sed ista responsio non tollit argumen.quia licet vnum ius tã
tum competeret,scilicet ius commune,illi renunciatum nõ vi-
detur,ex quo verba non conueniunt:quia, vt dictum est, licet
tollatur priuilegium, non tollitur ius commune.Et ita etiam
videtur stare argumentum: cui aliter responderi potest,⁊ dici
ꝙ sub verbo,priuilegio.includatur forus, qui de iure cõmuni
competit.Ita est tex.in d.l.j.in fin.ff.si quis in ius.ibi:nisi priui
legio suo specialiter renuntiauerit. iunctis verbis precedenti
bus,ibi:non suppositum iurisdictioni illius.verba enim impro
priantur secundum subiectam materiam,ne superflua,⁊ inuti
lis dispositio sit.l.quibus diebus.§.dominus.⁊ ꝙ ibi Bar.ff.de
condi.⁊ demon.Unde in proposito renuntiatio facta priuile-
gio ab eo,qui non reperitur habere aliquod priuilegium vltra
ius commune intelligitur, de ipso iure communi, vt videtur
tex.in d.l.j.Si ergo vltra ius commune aliud haberet priuile-
gium,in quo renuntiatio posset verificari,conclusio preallega
te gl.non procederet, per supra dicta,⁊ ista erit vna limitatio.
Secundo predicta gl.non videtur habere locum in clerico,qui
non potest iurisdictionem prorogare sine consensu proprij iu-
dicis.c.significasti.de foro compe.vnde in eo non potest opera
ri renuntiatio istum effectum,vt Abb.concludit in d.c.fi.in lo-
co preallegato. Sed tamen considerandum videtur ꝙ quan-
do prorogatur iurisdictio ratione contractus,non requiritur
consensus proprij iudicis.c.dilecti.j. de foro compet.⁊ Ab. ibi
f declarat,Ergo idem[f] videtur dicendum in loco destinate solu
tionis:quia ibi contraxisse reputatur. Nisi dicamus ꝙ quan-
do contrahitur re ipsa,⁊ ex eo facto tacite prorogatur iurisdi-
ctio,non sic in loco destinate solutionis:quia illa verbalis pro-
rogatio videtur, in qua consensus proprij iudicis requiritur.
Et ex ista ratione generaliter infertur ꝙ in clericis non possit
iurisdictio prorogari,destinando alibi solutionem, nisi consen
sus proprij iudicis adhibeatur. Et isto modo,scilicet acceden-
te consensu proprij iudicis,ea que dicta sunt superius,etiam in
clerico

clerico bene procedunt. Quarto predicta limitatio ad d.l.si cõuenerit. declaratur vt habeat locum quãdo solutio destinatur in aliquem locum secundum liberam voluntatem creditoris:
8 secus [9] si debitor soluere promisit vbicunque placuerit creditori, vel alijs verbis similibus, quibus arbitriũ boni viri significatur: quia tunc non poterit conueniri, nisi in loco, in quo forum sortitur, vt tradit Bart. in d.l.si conuenerit. & sequitur Abbas hic, & late Alexan. & alij, quos ipse refert in d.l.si conuenerit. Aliter tamen voluit hic Ant. de But. ibi: credo quod suffi cit. quia licet verba designent arbitrium boni viri, nõ videtur alienum ab arbitrio boni viri, vt ratione destinate solutionis tali casu conueniatur, etiam in loco, in quo forum non sortitur prout secundũ naturalem equitatem bonus vir arbitraretur. Alleg. l.j. & ij. ff. de testa. mil. & hoc sequitur hic Imo. & Fulg. in d.l.si conuenerit. Et ista opinio verior videtur, attenta mente partium, que fuit, ampliare facultatem cõueniendi: & ideo non debet restringi precise ad loca, in quibus forũ sortitur, vt Bar. dicit: sed etiam alibi poterit conueniri, prout iudex arbitrabitur. Quinto non procedit, quado in loco destinate solutionis vigeret pestis: quia ibi respondere non tenetur. Ita dicit Angel. in l. cum res. in princip. ff. de lega. & fideicommiss. j. vbi Alexand. sequitur. & idem Alex. in d.l.si conuenerit. in x. fallentia. Et ista videtur communis opinio: licet aliter velit Imol. in d. l. cum res. Et idem si casu in tali loco reperitur: nã ibi non poterit conueniri, secundum Angel. & Alexand. in locis preallega. & Bald. idem tenet in l. fina. §. sed & si quis. in fi. col. C. commun. de lega. per l. heres absens. ff. eod. Sexto, & vltimo locum habet, quando quis alibi soluere promisit, vt dictum est: secus si promisit respondere in aliquo loco: quia videtur promittere quod ibi possit conueniri, & non excluditur penitentia, vt Ab. hic dicit circa finem distinctionis, & supra ad intellectum c. dilecti. j. titu. j. Ad hoc facit text. in capitu. fina. infra titu. j. in ca. ij. de confess. in vj. & in ca. j. de foro competen. in vj. l. non solum. in princip. ff. de procura. & in l. de etate. §. interdum. ff. de interrog. act. cum simil. Et hoc verum intelligitur, quando verbum, respondere profertur simpliciter: secus si dicatur, respondere de pecunia: quia tũc importat solutionem. Sic intelligitur quod
30 de verbo, respondere [30], dicit Bald. in l. iij. C. de procur. & in l. eam, quam. C. de fideicommiss. Ita Paul. de Cast. distinguit in d.l.si conuenerit. & idem Paul. de Castr. in l. iij. §. si quis ita. ff. de eo quod certo loco. Decimotertio, quod dicitur in l.si cõuenerit. locum habet in prorogatione facta expresse per pactũ, prout text. loquitur in d.l.si conuenerit. secus vero est in tacita prorogatione, que ex aliquo facto insurgit. Quod dupliciter exemplificari potest. Primo, quando prorogatur iurisdictio contrahendo, vel delinquendo: quo casu non habet locum penitentia: vt Ray. Al. & Ang. dicunt in d.l.si cõuenerit. & idem tenet Sali. in l. nullum. in ij. opposi. C. de testib. Ad quod facit, quia talis prorogatio tacita, que ipso facto insurgit, fortior dicitur: vt not. in c. dilecti. j. titu. j. Unde cum dispositio d.l.si conuenerit. exorbitans sit a regulis iuris communis, & loquatur in pacto prorogationis, non debet extendi ad istum casum, in quo maior ratio est, vt penitentia excludatur. Secundo exemplificatur in tacita prorogatione, que insurgit ex litis contestatione: nam illa irreuocabilis est, secundum gl. in dicta l.si conuenerit. quam omnes tenent: & text. ibi a contrario sensu. Et idem est dicendum in tacita prorogatione, que induceretur ante litem contestatam ex aliquo actu, iuxta l. sed & si susceperit. in princ. ff. eod. nam talis prorogatio irreuocabilis est: vt Angel. dicit in d.l.si conuenerit. & idem Bald. in capi. P. & G. circa fi.
24 supra de officio deleg. † Est tamen non leuis dubitatio vtrum ex aliquo actu citra litis contestationem tacita prorogatio in-
31 ducatur [31]. & Barto. in hoc in l. quidam consulebant. ff. de re iudica. concludit quod sic, dicens quod opponens exceptionem cõtra libellum, vel personam actoris, approbare videtur iudicem, & in eum consentire. Et idem Bartol. in d.l.si conuenerit. & in l. fina. per illum text. C. de exceptio. Bald. in cap. exceptionem. in glo. j. j. de exceptio. Innoc. Cardi. & late Abb. in c. inter monasterium. de re iudica. cum concorda. & Alex. tradit in d.l. quidam consulebant. Et ista est communis opinio secundum Areti. hic, & patet ex his, que Alexand. adducit in d.l. quidam consulebant. & late prosequuntur Moderni in dicto cap. inter monasterium. Contra istam communem opinionem insurgit Aret. hic, & arguit dupliciter. Primo, quia terminus proponendi declinatoriam contra iudicem, est citra litis contestationem. l. apertissimi. C. de iudic. l. nemo. C. de iurisdictio. omnium iudic. ergo ante litem contestatam quis non videtur excludi. Et istam rationem etiam Fulg. adducit d.l.si conuenerit. que tũ fuit antiquorũ, quos Ab. refert in d.c. inter monasterium. in v. oppositio. Sed respondetur quod illa iura locum habet, quando ante litem contestatam non apparet de consensu tacito, vel expresso, prout respõdet Alexan. in d.l.si conuenerit. Et hoc idem colligitur ex dictis Abba. in dicto cap. inter monasterium. dum respondet authen. offeratur. C. de litis contestat. Nam si precise attenderetur litis contestatio, sequeretur quod nullo alio modo iurisdictio posset prorogari, quod tamen falsum est, per supra dicta. Secundo arguit Aretin. quia omnis exceptio, que ante litem contestatam opponitur, ad finem repellendi iudicium videtur opponi: & licet quantum ad cognitionem illius exceptionis iurisdictio prorogata videatur, non tamen super causa principali potest dici prorogata iurisdictio quia inducta ad vnum finem non debent contrarium operari. in regula, quod ob gratiam. de regulis iuris, in sexto. Et ratio ista etiam fuit Ful. in dicta l.si conuenerit. vt colligitur ex gl. vt in d.c. inter monasterium. in verbo, subeundo iudicium. circa finem. & in capitu. si a iudice. in verbo, teneris. de appellatio. in sexto. Sed predicte rationi respondetur ex mente quorundam Moder. in d.l.si conuenerit, quod exceptio, que ante litem contestatam opponitur, tendit ad repellendũ iudicium: verum est, non simpliciter, sed secundum quid, scilicet per eum modum, & eo respectu, quo opponitur: & sic respectu libelli, vel actoris, contra quem obijcitur, sed non respectu iudicis, contra quem nihil opponitur: imo quantum ad personam iudicis iudicium videtur approbari, ex quo coram eo excipitur, & super hoc ab eo petitur renunciari. l. sed & si susceperit. in princ. ff. de iudic. Unde inducta ad vnum finem vno respectu, alio respectu in consequentiam, contrarium quandoque operan-
32 tur [32]. l. denique. §. interdum. vbi Bar. per illum tex. ff. de pec. leg. in l. Proculus. ff. de vsufruct. facit text. in l. sed & si miles. §. qui ignominiosa. versic. scribit autem Ulpianus. ff. de excusat. tutor. & quod not. in l. j. ff. de his quibus vt indign. & per gloss. fina. xxxij. quest. iiij. in c. dixit Sara. Ulterius, & tertio, communem opinionem tenet Imo. in dicta l. quidam cõsulebant. vbi rationem vrgentem inducit: nam, secundum communem opinionem, dum opponitur exceptio declinatoria contra libellũ, vel actorem, approbatus videtur iudex super istis dilatorijs, que sunt parui preiudicij. vnde nõ sequitur quod iudex approbatus sit in causa principali, in qua de maiori tractatur preiudicio. Hoc enim est arguere de minori ad maius, quod affirmatiue non valet, vt not. in cap. cum in cunctis. supra de elect. in authenti. multo magis. C. de sacrosanct. eccles. Confirmatur hoc: quia tacitus consensus in aliquibus actibus iudicij, non porrigitur ad alios actus, qui sequuntur: vt per gloss. notabi. in clementi. sepe. in verbo, partibus. quam doctores ibi sequuntur, de verborum significatio. & Abbas in c. quoniam contra. j. de probation. in c. presentium. infra, de testib. Bald. in l. fina. §. necessitatem. C. de bonis que liber. cum simili. Consensus enim in isto casu videtur limitatus respectu proposite exceptionis: vnde non debet trahi ad causam principalem, in qua de maiori preiudicio agitur. Et istam rationem pro noua sibi adscribunt Moder. preter morem suum in dicto cap. inter monasterium. Et ad hoc bene facit, quia tacitus consensus limitatur
33 secundum actum, ex quo colligitur [33] l. fina. C. ne vxor pro marito. & quod not. Bar. in l. j. §. si quis hoc interdicto. in fine. ff. de interroga. actio. cum similib. Sed tamen defendo communem opinionem, huic rationi etiam responderi potest, quod in ista materia quando iudex approbatur, vt pronunciare possit super exceptionibus dilatorijs, etiam in causa principali, approbatus intelligitur: vt Bartol. dicit: & probatur in d.l. sed & si susceperit. in princip. vbi reus, qui actionem susceperit, & alijs defensionibus vsus sit, nõ potest iudicẽ preterea recusare. Nec valet responsio Fulgos. ibi, quod intelligatur de litis contestatione: quia imo etiam ante litem cõtestatam dicitur quis actionem suscipere, prout Alexander deducit in d.l.si conuenerit. Et contra Ful. facit: quia in tex. ibi duo copulatiue requiruntur, quod actionem susceperit, & alijs defensionibus vsus fuerit. Nam si illa verba, actionem susceperit: per litis contestationem intelligerentur, aliud non requireretur: quia sola litis cõtestatio declinatoriam iudicis excludit. l. apertissimi. C. de iud. & ita quod Alexand. dicit, confirmatur. Et ad hoc etiam facit: quia ille, qui in causa preparatoria iudicem approbauit, illum in causa principali recusare nõ põt. l. ordinarij. vbi Bald. C. de rei vendicatio. l. minor viginti quinque annis. in fine princ. ff. de euictionib. & dixi supra in rubri. in princip. Ex quo datur intelligi quod approbatio iudicis non restringitur ad actum, ex quo tacitus consensus colligitur. Unde ad argumentum dicendum est, quod consensus non videtur limitatus, quantum ad personam iudicis, contra quem nihil opponitur: sed tantum respectu exceptionis opposite iudicium videtur recusari, sed non respectu iudicis, cuius persona similiter approbata, vi

detur per supra dicta. Quarto, et ultimo contra communem opinionem etiam tenet Imola in dicto capitulo, inter monasterium. per textum, in capit. super literis. supra de rescriptis. ubi ille, qui consentit in iudicem ut pronunciet super exceptione, a principio opposita non videtur in causa principali iudicem approbare. Sed dicendum est quod ibi erat exceptio declinatoria tangens personam iudicis: quo casu communis opinio non procedit. Barto. enim loquitur quando opponuntur exceptiones, que respiciunt iurisdictionem, non personam iudicis: puta contra personam actoris, vel contra libellum: secus est quando opponit contra iudicem: quia cum negetur iurisdictio, nihil repugnat quin postea iudex possit recusari. Et ita concludit dominus Abbas in dicto capit. inter monasterium. post antiquos, quos ipse refert. Et hoc expresse tenet Bald. in l. non videtur. la ij. ff. eod. ubi inquit quod exceptio incompetentie nihil nocet, quo minus iudex postea possit recusari: quia neganti iurisdictionē tacitus consensus imputari non potest. Et secundum hoc habetur prima limitatio ad communem opinionem. Secundo limitatur non habere locum in causa inquisitionis, in qua per actum litigandi tacita prorogatio non inducitur: ut Bald. nota. voluit in l. j. C. de sicar. in vers. et aduerte. Nam in prorogatione consensus utriusque partis requiritur. l. ij. ff. eod. et hoc non potest habere locum in inquisitione. Et idem Bal. dicit in d. l. ij. C. ubi de crimine agi oportet. Sed Aretin. hic contrarium tenet, quia consensus duorum requiritur, ubi agitur de preiudicio utriusque. Sed cum in causa inquisitionis agatur tantum de preiudicio inquisiti, solus consensus eius debet sufficere. argum. l. Mesennius. et quod ibi not. ff. de negot. gest. et idem Aretin. dicit in capi. ad petitionem. infra, de accusation. Et ista fuit ratio Salice. qui prius idem voluit in l. j. in viij. q. C. de iurisdictio. omnium iudic. et idem Salicet. in d. l. j. in ulti. q. C. ubi de crimine agi opor. Comprobatur hoc: quia in tacita prorogatione consensus rei principaliter consideratur. d. l. sed et si susceperit. in princip. dum inquit, actionem susceperit, et alijs defensionibus usus sit. Et ista ratio bene conuenit in causa inquisitionis. Et si dicatur quod etiam desideratur consensus actoris, dum agit, dici potest quod iudex est loco accusatoris, dum inquirit: ut supra in rubric. dictum fuit. Opinio Bal. saluari potest, quando inquisitio formata esset in casu prohibito: tunc eñ non fit prorogatio. Unde reus semper poterit contra iudicem opponere: quia exceptio deficientis iurisdictionis semper reddit iudicium retro nullum. Ita tradit idē Bald. post Jacob. Butr. in l. licet. C. de procurator. versicu. iuxta hec querit. quod sequitur simpliciter Alexan. in dicta l. quidam consulebant. Ad quod facit quod not. Bald. in capi. fina. de offic. delega. in versiculo, pone quod maleficium. ubi inquit quod licet reus confiteatur maleficium coram iudice, qui non poterat de delicto cognoscere, non tamen potest puniri. Et idē Cardina. in clementi. j. in nona quest. de consangui. et affini. et late dixi in rubr. infra, de probatio. Ex quo datur intelligi quod non prorogatur iurisdictio in casu, in quo iudex prohibetur inquirere. Et intelligo quod adeo prohibeatur, quod iurisdictio eius, prorogari non possit, prout ratio Bal. demonstrat. d. l. licet. et sic in habitu non habeat iurisdictionē: secus quando prohibetur ratione exercitij iurisdictionis, quam habet in habitu et potest prorogari, prout superius primo dicta loquuntur. Similiter dictum Bald. saluari potest in personis imperitis, de quibus non presumitur quod voluerint iurisdictionem prorogare, sed potius presumuntur ignoranter litigare, ut Spec. tradit in titu. de competen. iudi. ad. §. j. versic. decimo. et versicu. sed nunquid. et sequitur Angel. in l. fina. C. de exceptio. ubi dicit de rustico, qui non presumitur iurisdictionem prorogare litigando coram iudice incompetenti. Sed tamen tunc illud non est respectu cause inquisitionis, sed prouenit propter qualitatem personarum. Unde ad tollendam dubitationem, que in supra dictis contingere potest, tutius est protestari ex parte excipientis quod non intendit in iudicem consentire: ut Bald. dicit in l. non videtur. la ij. in fine, ff. eodem titu. idem Spec. quem ipse allegat in titu. de aduoca. §. penulti. Et cautus debet esse

34 ille, qui protestatur, ut dicat [34] quod per aliquem actum, quem facit, non intendit in iudicem consentire, nisi quatenus de iure teneretur. Nam si verba ista non ponantur, poterit tanquam contumax puniri: ut not. Innocen. voluit in capitu. Cumana. supra de electio. ubi Joann. Andr. Bald. Anton. de Butrio et

35 alij sequuntur, et ita totius mundi consuetudo obseruat [35], ut Angelus dicit, in d. l. non videtur. in fine. et idem tenet Ang. in §. illud quoque. in authentica, de exhibend. reis. Baldus in l. ij. per illum textum. C. ubi quis decurio. cum concordant. ut per Alexandrum in lege, si ita scriptum. ff. de legatis et fideicommissis primo, et tradunt Imola et late Moderni in capitulo, cum M. de constitutio. Dicit tamen Paulus de Castro in dicta lege, non videtur. quod talia verba ex abundanti adijciuntur: quia etiam protestatio facta simpliciter, eodem modo in dubio intelligitur: imo, quod plus est, dico quod intentio protestantis declaratur: quia non negat ille, qui protestatur, velle in iudicem consentire, si de iure tenetur: sed non intendit prorogare iurisdictionem, ita quod ex aliquo actu suo iudex efficiatur, qui non est. Et hoc patet, dum se refert ad actum, qui fieret per eum. Unde dictum Innocentij potius tenetur propter authoritatem eius, quam quod illud necessarium videatur, attenta forma, qua ille protestatur. Reliqua dicatis ut per doctor. in lege, si conuenerit, et in capitulo preallegato, inter monasterium. ¶ In gloss. fin. ibi undecima questione tertia, in capitulo, rursus. De intellectu illius capituli bene loquitur Abbas hic: et idem Abbas sequitur in capitulo, veritatis. versiculo, sextum tamen intellectum. infra, de dolo et contumacia; et in capitu. excommunicatus. el primo, de here. Et ista dicta, que Abbas sibi adscribit, late, et originaliter dominus Cardinalis tradit in repetition. capituli, perpendimus. versiculo, trigesimo tertio quero. infra, de sentent. excommunicatio. Et idem in effectu dixit Antonius de Butrio in capitulo, cum bone. in fine, de etate et qualitate. ¶ Extra glossam doctores prosequuntur, an si citandus sit contumax, qui

36 pro contumacia [36] debet excommunicari, vel mulctari, an hoc possit iudex sine noua citatione. Et secundum Anto-

25 nium de But. et Ab. post alios, † Prima conclusio sit, quod si

b contumacia notoria est, iudex absque alia citatione [b] excommunicare, vel mulctas imponere potest, per textum hic, ubi constat de contumacia, dum in iudicio comparuit, et discessit: ut notat in capitulo, venerabilibus. §. secus. de sententia excommunicatio. in sexto. Et ita per istum textum etiam Abbas dicit in capitulo finali, infra de iuramento calumnie. Et idem Lappus allegatione septuagesima tertia, incipiente, prelatus irregularis. ubi allegat Innocent. ad hoc in capitulo, dilecto. de sentent. excommunicatio. in sexto. facit textus in lege secunda, et quod ibi Baldus in tertio notabili, C. ut lit. penden. et in capitulo, cum dilecti. circa finem. infra, de dolo et contumacia. Ille tamen textus loquitur in expensis, de quibus infra videbimus. Et pro ista conclusione etiam Aretinus hic adducit, quia in facto notorio citatio non requiritur. capitulo, cum olim. infra, de iudicijs. in lege, nullum. C. de testibus. Sed tamen ex eo quod in facto notorio citatio non sit necessaria, non bene infertur ad excommunicationem, in qua non est ratio specialis: ut debeat citatio fieri, etiam pro facto notorio: ut declarat dominus Abbas in capitulo, cum sit Romana. de appellationibus. Et ex predicta conclusione limitatur quod dicitur in capitulo, sacro. de sentent. excommunication. excommunicationem ferri non posse nisi competenti monitione premissa: nam illud locum non habet in excommunicatione lata pro contumacia notoria, secundum doctor. communiter hic. Sed tamen contra hoc expresse videtur dictum Innocentij in dicto capitu. sacro. in glossa secunda: ubi expresse tenet quod etiam si factum notorium sit, in excōmunicatione, tamen monitio requiratur. Et idem Archidiaconus duodecima questione secunda, indigne. dominus Anton. in capitulo, cum sit Romana. de appellation. et Abbas in consilio trigesimo tertio, incipiente, videtur primo. in primo libro. etiam concludit capit. sacro. habere locum in facto notorio: quia indistincte loquitur. Pro concordia Dominicus in capitu. primo, de officio et potestate iudicis delegati, in sexto. distinguit quod trina monitio non requiritur in notorijs: una tamen videtur necessaria. Sed ista distinctio non satisfacit: quia videtur contra intentionem doct. hic, qui dicunt episcopum excommunicatum fuisse absque citatione: ergo nulla citatio interuenit. Preterea ratio, que allegatur, ut non sit citatio necessaria, quando notoria est contumacia. videtur concludere etiam quod nulla citatio requiratur. Et ideo aliter dicendum est, quod textus hic, et doctores loquuntur in contumacia notoria. Nam cum sententia excommunicationis feratur immediate propter contumaciam, et illa quidem notoria sit, alia citatio non requiritur. Dictum vero Innocentij in dicto capitulo, sacro. locum habet in offensa notoria: quo casu in sententia excommunicationis, citatio semper necessaria est, ut Abbas concludit in capitu. cum sit Romana. in gloss. fina. circa finem. de appellationib. quia ab homine nunquam fertur excommunicatio nisi pro contumacia: ut per glossam, undecima questione tertia, in c. episcopi. et sententia excommunicationis est medicinalis. capitulo primo, de sentent. excommunicatio. in sexto. Quamuis ergo factum notorium sit, citatio tamen requiritur, ut appareat an velit se corrigere, vel ut

constet

constet de contumacia: vt per Abbatem in dicto capitu. cum
26 sit Romana ad finem. † Secunda conclusio, quando contumacia non est notoria, non potest quis mulctari, nisi premissa citatione. Bartol. in lege secunda, per illum textum. ff. si quis in ius vocat. non ierit. & in lege tertia, §. si ad diem. per illum textum. ff. de re militari. & licet ille textus cauillari possit, vt per Imolam, & aliter per Aretinum hic, ratio tamen, que ibi assignatur, multum facit, dum dicitur: quia forte decenter quibusdam casibus, &c. Et istam conclusionem sequuntur Antonius de Butrio & Abbas hic, Bartolus in lege prima, in principio, circa finem. ff. si quis ius dicenti non obtemperauer. cum similibus. vt per Alexandrum ibi: & idem Alexander latius tradit in lege, si finita. §. Julianus. ff. de damno infecto. Et idem tenet Baldus in l. si quando. C. de testibus. Abbas in capitulo, veniens. in vltimo notabili. infra, de accusationibus. Petrus de Ancharano & Imola in capitulo secundo, de concessione prebend. Ex quibus patet istam esse communem opinionem: licet aliter dicat Baldus in dicta l. secunda, in quarto notabili, ff. si quis in ius vocat. non ierit. & idem Baldus in capitulo, prout. in versiculo, item poterit mulctari. de dolo & contumacia, vbi allegat Innocentium ad hoc, in capitulo, calumniam. infra, de penis. sed Innocentius ibi loquitur in expensis, de quibus infra. Ista conclusio limitatur dupliciter. Primo vt habeat locum in mulcta, que extrinsecus venit, & arbitrio iudicis imponitur: secus est in pena contumacie, que ipsum processum respiceret: puta quod feratur sententia, vel concedatur possessio ex primo decreto. Ad ista enim absque noua citatione procedere potest: vt per Bartolum in lege, si finita. §. Julianus. de damno infecto, & in lege, consentaneum. C. quomodo, & quando iudex. & declarat Bartolus in dicta lege tertia, §. si ad diem. & sequitur Abbas hic: nam in tali pena non videtur de nouo grauari, ex quo a iure imponitur. Secundo limitatur non procedere, quando iudex cõtumaci mulctam comminatus fuerit: quia tunc absque citatione imponi poterit: vt notabiliter voluit Bartolus in l. impuberibus. §. finali, ff. de suspect. tutor. & idem Imola & Alexander in dicta l. si finita. §. Julianus, & Alexander in dicta lege prima, in fine princip. ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit. nam ex illa comminatione satis dicitur citatus in tali grauamine, secundum Bartolum in dicta lege, impuberibus. §. finali. Et ex ista ratione infertur, quod predicta limitatio videtur procedere quando exprimitur quantitas, vel qualitas mulcte, alias ratio Bartoli non haberet locum. Modo in predictis, cum quibus transeunt doctores aduertendum est. nam quando ratione contumacie mulcta imponitur a iudice principaliter, duplici ratione citatio videtur necessaria. Prima est: quia forte citatus ex iusta causa comparere non potuit: vnde non debuit puniri. lege, contumacia. §. primo. ff. de re iudicata. not. in dicta l. secunda. ff. si quis in ius voca. non ier. & in dicta lege tertia, §. si ad diem. ff. de re milit. cum similibus. in secunda conclusione. supra allegata. Et ideo si contumacia notoria sit, citatio non requiritur, vt supra in prima conclusione dictum est. Secunda ratio est, quia mulcta arbitrio iudicis imponitur dicta l. si qua pena. in fine, ff. de verborum significa. no. in l. j. ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit: quando arbitrando iudex grauare partem possit, merito citatio requiritur. lege, de vnoquoque. in principio, de re iudica. & ideo si propter contumaciam imponitur pena, que respiceret processum, vel mulcta, de qua iudex minatus fuisset: quia in istis casibus iudex non dicitur grauare, citatio non requiritur, vt supra in duabus limitationibus dictum fuit. Attentis his duabus rationibus non videntur, que superius dicta sunt, sine dubio procedere. In primis inspecta secunda ratione, prima conclusio supra facta non habebit locum: quia licet contumacia notoria sit, & contumax nullo modo excusari possit, tamen ex quo iudex grauare potest, arbitrio suo imponendo mulctam, vt supra dixi, videtur citatio necessaria. Secundo attenta prima ratione, limitationes supra facte non procedunt: quia licet in alijs casibus iudex non videtur grauare, ex quo fuit comminatus, vel penam statutam a iure imposuit, tamen non constat, illum fuisse contumacem: & ideo cum non sit notoria contumacia requiritur citatio, vt supra dictum est. Predicte ergo limitationes bene procedunt, quando euidenter constaret de c[redacted]macia. Vel dici potest, quod in dictis limitationibus presumpta contumacia sufficiat, vt infra dicam de expensis. Similiter prima conclusio, quod vbi est notoria [redacted] non requiratur citatio, habet locum, quando contumaci imponitur pena statuta a iure, vel mulcta, quam iudex fuit comminatus: alias secus. Et hoc modo supra dicta procedunt.
27 † Quid autem in condemnatione expensarum propter contumaciam, an noua citatio requiratur. Abbas hic post alios, quos ipse refert, concludit quod non. Et videtur ista communis opinio, quam tenet Cynus in lege, sancimus. in decima tertia questione. C. de iudicijs. vbi Baldus & Salicetus sequuntur. & idem voluit Innocentius in capitulo, calumniam. de penis. quem refert ibi, & sequitur Petr. de Perusio. & Bald. frater eius in capitulo, cum dilecti. per illum textum. de dolo & contumacia. Alber. post Petrum, in lege prima, §. finali, ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit. Joannes Andreas in capitulo, finem litibus. vbi Antonius de Butrio & Abbas versiculo, tertio ad idem queritur. de dolo & contumacia. & Imola in lege, quidam consulebant. de re iudica. in fine. Ista conclusio declaratur, Primo vt procedat quando quis fuit prius citatus, & in citatione facta fuit comminatio de procedendo ad vlteriora: secus si citatus fuisset simpliciter vt veniret ad se defendendum: quia tunc in condemnatione expensarum noua citatio requiritur: quia aliud nunc agitur grauamen. lege, aut qui aliter. in princi. ff. quod vi aut clam. ita Bartolus notabiliter dicit in lege, non ignorat. C. de fruct. & liti. expens. & sequitur Abbas hic. De quo dubitari potest: nam Bartolus videtur sentire, quod citatio requiratur: cuius contrarium communiter doctores dicunt, vt patet ex supra dictis. Preterea, differentia quam facit Bartolus non videtur procedere: quia etiam quando dictum fuit de procedendo ad vlteriora, hoc videtur intelligendum respectu cause principalis, non respectu expensarum: & sic videtur citatus ad aliud: sicut dicit Bartolus quando quis citatus ad se defendendum: neutro casu enim videtur citatus ratione expensarum. Secun-
i do [1] declaratur, vt habeat locum, quando simpliciter quis condemnatur in expensis: nam tunc non dicitur grauatus a iudice, ex quo iura disponunt quod contumax condemnetur in expensis. lege, sancimus. C. de iudicijs. secus vero si condemnetur in expensis, & fiat taxatio expensarum: quia tunc citatio videtur necessaria, cum iudex in taxando grauare possit. Ita videtur procedere quod notat Dominicus per illum textum in capitulo primo, in fine princip. de restitutione spoliatorum, in sexto. Et de taxatione expensarum notat Baldus in lege, terminato. versiculo, sed nunquid. C. de fruct. & lit. expens. & vide Baldum in capitulo primo, in princip. in text. ibi: domini sacramento. si de inuestitu. inter dominum & vasallum lis orta fuerit. qui videtur sentire contrarium, dum inquit quod non est necessaria citatio, cum sit pena precedentis contumacie. Postremo non omitto quod Moderni quidam in dicta
37 l. sancimus. tenent communem opinionem [37] quod imo in condemnatione expensarum sit citatio necessaria: quia iste, qui ratione contumacie condemnatur in expensis, potuit esse impeditus aliquo iusto impedimento: ergo debet citari, vt hoc liquidari possit. dicta lege tertia, §. si ad diem. ff. de re mili. Et licet secundum Bartolum ibi loquatur in mulcta, vt supra dictum fuit, tamen ratio, que ibi assignatur, generalis est, que etiam locum habet in expensis. Sed ad hoc de facili potest responderi: quia illa ratio generaliter intelligitur in mulcta, & pena extrinseca, prout loquitur. Ad hoc enim vt mulcta imponatur, vera contumacia requiritur: vt notat Bartolus in l. prima, §. finali, ff. si quis ius dicenti non obtemperaue. Angelus in consilio octauo, his proximis. & ideo citatio requiritur, vt constet de vera contumacia. Sed in expensis quis condẽnari potest ex ficta, & presumpta contumacia: vt concludunt Cy. & Baldus in dicta lege, sancimus. & Antonius de Butrio in capitulo, finem litibus. de dolo & contumacia. cum similibus. Sic etiam ad primum decretum sufficit ficta contumacia, authentica, ei, qui. C. de bonis authoritate iudicis possidend. & sic illa ratio generaliter consideratur, vbi vera contumacia requiritur: sed non in expensis, in quibus sufficit presumpta: & satis est quod citatus apparenter videatur contumax. Et ista sufficiant. Reliqua que traduntur per Ab. hic, non prosequor: quia a materia huius decretalis aliena sunt.

¶ Additiones.

1 ¶ Non obstante. Idem in capitu. prudentiam. in princip. in tertio notabili, de officio & potestate iudicis delega. in ca. at si clerici. §. de adulterijs. infra eodem. vide Feminia. consilio trigesimo sexto. Alexand. in consilio trigesimo septimo. libro j. Lan. Gali. in repetitio. l. centurio. numero centesimo decimo sexto. ff. de vulg. & pupilla. & idem Decius in rubrica de constit. in secunda lectura. Felinus in capitulo primo. versicu. Secunda declaratio. de rescriptis. Capra. consilio clvij. Decius consilio clj.

2 ¶ Dispensare. Adde Decium in dicto capit. at si clerici. §. de adul. s. eod.

3 ¶ Prouinciali. Idem in secunda lectura. in primo notabili,

ubi approbat.
4 ℂ Non potest. Idem in ij. lectu.
5 ℂ Etiam ante. Idem in c. ceterum. in princip. de rescr. in l. j. in principio C. de edendo.
6 ℂ Aduersarius. Idem in secunda lectura, in secundo notabili.
7 ℂ Procedere. Defendit hec sua dicta in secunda lectura, in secundo notabili.
8 ℂ Et bene. Idem in ij. lect. in iij. notabi.
9 ℂ Partis. Idem in capitu. consultationibus. de officio et potestate iudi. delega.
10 ℂ Interesse. Idem in cap. cum M. de constitution. regulariter enim actus presumitur factus ab eo ad quem spectabat. Curt. Sen. consilio septuagesimo sexto, vide Decium consilio cclxxix.
11 ℂ Fieri possit. Idem Deci. addit aliqua infra in secunda lectura. item dic quod iudex potest ex officio interrogare aduocatum an sit infamis. Decius in lege prima, ff. de offic. assessor.
12 ℂ Illicentiatus. Et maior est contumacia eius qui comparuit et illicentiatus discessit quam eius qui nunquam comparuit: vide Nicolaum Boer. decis. sexagesimaquarta, et hoc intellige quando aliquid actum esset si non abijsset, sed si forte nihil omnino actum fuisset, vel propter iudicis absentiam, vel aliquam aliam causam, talis non diceretur contumax. ita in simili voluit Bar. brix. q. vene. nu. 19. quidam citatus. per. l. ij. §. fi. ff. si quis in ius vo. non ier. Alb. in. l. properandum. in prin. versi. sed quero quid si actor. C. de iudicijs. Petr. de Ancbara. in consilio. xcvij. in questione.
13 ℂ Requiritur. Adde eundem deci. in c. ex literis. in iiij. col. versi. ista conclusio. de consti. et vide in proposito deci. in cons. cxlv. per totū vbi quid ecōtra an absolutus vt satisfaciat si nō satisfecerit, sit ipso iure excommunicatus, vel alia sententia requiratur.
14 ℂ Excommunicatione. Adde Dec. in. l. in actionibus. in glos. in verb. culpam. in versi. in ea glos. ibi excommunicari. ff. de in lit. iur.
15 ℂ Parendo. Contra plura. alle. in ij. lect. sed ibidem etiam soluit.
16 ℂ Promulgari. Vide latius hic. in. ij. lectu.
17 ℂ De iure. Idem plura adducit hic in. ij. lectu. et in. l. ij. in. ij. not. ff. de offi. assessor.
18 ℂ Figuram. Idem in cap. ad audientiam. versi. conclusio. supra de rescr. vbi dixit quod exceptio false latinitatis non admittitur in curia romana. ibi. nume. xiiij.
19 ℂ Assessorem. Declara vt infra in ij. lectu.
20 ℂ Defectum. Vide que addidi s. de consti. in c. que in ecclesiarum. in princ.
21 ℂ Intellectum. Hunc intel. damnat etiam hic Ripa. versic. quinto loco. Alb. de rosa. ibi.
22 ℂ Effectum. Adde Decium in consi. nonagesimotertio, in capitulo, in literis. in quinta limitatio. s. de officio delega. in consilio lxxvij.
23 ℂ Perempta. Et ideo non potest adiri ordinarius. Jas. in l. more. ff. de iurisd. om. iudicum.
24 ℂ Inducitur. Vide eundem infra in ij. lectu.
25 ℂ Intelligitur. Hec eadem summatim repetit in secunda lectura.
26 ℂ Dicit. Contrarium vide paulo post, supra eodem.
27 ℂ Infertur. In contrarium vide Ja. in l. certi condi. in prin. si cer. petatur.
28 ℂ Potest. Vide Alex. cons. xxxij. in fi. li. iiij. late Feli. in c. cum super. de officio et potestate iudicis deleg. Jas. in §. item si quis postulante. vers. Nono iuramentum. inst. de actio.
29 ℂ Locorum. Idem Decius addit quedam infra in secunda lectura.
30 ℂ Respondere. Adde Deci. in consil. vij. in capitulo, olim. in secundo notab. de excep.
31 ℂ Inducatur. Vide Decium in capitulo, pastoralis. de exceptionib.
32 ℂ Operantur. Idem Decius in c. intelleximus. vbi latius in prin. de ind.
33 ℂ Colligitur. Est enim conclusio doctor. quod tacitus consensus non extendatur vltra actum in quo interuenit. glos. in cle. sepe. in verbo, partibus. in fi. de verbo. significa. vbi doctor. Abb. in c. quoniam contra. de probationi. in capi. presentium. versicu. sed est dubium. de testi. Paulus de Castro in dicta l. si conuenerit. in fi. et in consilio. xxxiij. visa appellatione. ver. interdum. no. li. primo. Feli. in capit. cum accessissent. ver. Secundo limita. de constit. Jas. in l. que dotis. in fine, ff. soluto matrimonio. idem deci. in consilio. cccxvj. in testamento.
34 ℂ Ut dicat. Idem Deci. in capitulo, cum M. ferrarien. supra de consti.
35 ℂ Obseruat. Declara, vt in seq. columna in fine, et vide infra, in ij. lectura.
36 ℂ Contumacia. Unum adde quod citatus ad domum, et contumax, non potest ex tali citatione et cōtumacia excommunicari. Inn. in cap. fin. de eo qui mit. in posses. vbi etiam Abb. Ro. decisio. cclxxj. si de mandato. in no. et Deci. ccclxvij. si committatur. in not. Fel. in cap. cum sit Romana. versiculo, et vt circa. de appel. Car. in cap. caueant. iij. questione, vbi reprobat glos. ibi que contrarium sentiebat.
37 ℂ Opinionem. Contra communem tenet idem Dec. in ij. lec. infra. Sil. Ald.

a ℂ Non tollitur. Geminia. consil. xxxvj. Decius consi. clij. Jason consilio. xcviij. libro iiij. Alex. consil. cxxj. nu. 9. lib. iiij. vbi dixi.
b ℂ Nisi. Qui hoc non dicit, non hoc tradit Franc. Ripa hic, versi. tertio amplia.
c ℂ Arbitrio. Idem in effectu Franc. Ripa hic, nu. 17.
d ℂ Factus. Alberic. Barto. l. j. §. si quis in suo. ne quid in loco publico. Baldus consil. ccclxxviij. libr. j. Franciscus Ripa hic nu. 20.
e ℂ Solennitas. Feli. c. sicut. de re iudi.
f ℂ Conclusum. Alexan. l. iiij. §. hoc autem. de damno infecto. c. rem natam. repe. cle. sepe. glos. vers. interrogabit. de verb. significa. et hic veritas, quamuis Decius et Ripa hic, nu. 21. ad fin. contra sentiant, et apertius idem Decius infra de prob. in rub. nu. 10 vbi reprobaui modificando. vbi dixi.
g ℂ Necessaria. Sed tantum declaratio. Ripa hic, nu. 25. dixi in consue. Parisi. nu. 5.
h ℂ Infertur. Ripa hic, nu. 32.
i ℂ Iussus. Barto. l. ij. C. de iura. cal. Panor. c. cum causam. de iur. cal. Guido Pap. consi. vij.
k ℂ Caput. Idem Hiero. Grat. cons. cxxxiiij. lib. ij.
l ℂ Errare. Ut Ariminense.
m ℂ Fidem. Imo etiam quo ad mores, quatenus sequitur verbum Dei.
n ℂ Assessorem. Quem non vult remouere. Et idem ob vicariū suscipere, si vult cum eo iudicare, alias secus.
o ℂ Uicario. Et bene, quamuis Francis. Ripa hic, nume. 43. reprehendat Decium et male, quamuis episcopus possit eum ad nutum reuocare.
p ℂ Factum. Imo non est in hoc differentia inter ius ciuile et canonicum, vt dixi in tract. diuidui, et indiuidui.
q ℂ Senis. Et etiam Florentie, vt Dec. d. l. si cōuenerit. in prin. Idem tacito Decio firmat Alcia. libro ij. Paradoxo. c. xvij. et male, quia nec verbis, nec mente congruit. Ideo tenendus est communis intellectus, vt etiam dixi in d. l. si conuenerit. Adde Ripam hic numero 48. in fi.
r ℂ Ampliatur. Et sic falsum est dictum Ludo. Roma. singul. cxliiij. vltimo dico. quamuis Franc. Ripa hic nu. 49. illud sequatur. et licet idem teneat Jas. d. l. si conuenerit. nu. 30.
s ℂ Papie. scilicet Jas. quem Dec. nu. 28. quem Dec. ibi nume. 10. male, vt hic, reprehendit. Et Francis. Ripa hic, nume. 55. male citat Jas. pro communi.
t ℂ Accessorie. Hec solutio falsa est. Solue quod dicta lex, contraxisse, loquitur quando promissum est ibi soluere, et sic iam cōtractum est forum: quo casu etiam pro pena interesse, et alijs accessorijs contractum est. Secus, ex eo, quod quis promisit ibi litigare, quia ob id nondum in aliquo cōtractum est forum. Et ita dicendum de iure. licet Franc. Ripa hic, nu. 56. se inuoluat. Sed in hoc regno. d. l. contraxisse, non seruatur, nec contrahendo. Et quis sortitur forum, vt dixi ad Deci. in dicta. l. si conuenerit.
v ℂ Resolutione. Idem Fran. Ripa hic nu. 56. limita si agat actione ex eo contractu, vt dixi ad Dec. l. vinum. si certum petatur.
x ℂ Licet iuramentum. Hanc tenet Dec. hic, et est verior, licet Fran. Ripa hic, nu. 59. sequatur communem.
y ℂ Compensare. Mathesil. sing. liiij. Alex. consi. xcj. lib. ij. Jas. consil. cxxxiiij. libro iiij. Lud. de Gozadi. consil. lxix. et est communis. [redacted]
z ℂ Confessionem. Et male, quicquid Dec. dicat.
a ℂ Renuntiant. Idem Franc. Ripa hic. nu. 65. et male.
b ℂ Tacite. Maria. Soc. c. dilecti filij. nu. 20. de foro compe.
c ℂ Fictionem. Idem Fran. Ripa hic, nu. 62. et bene.

Simili

d ¶ Similibus. Ripa hic nu. 71.
e ¶ Tertio. Hanc quartam & quintã fallẽtias veras non puto.
f ¶ Ergo idem. Hoc tenet Mar. Soc. c. dilecti. Lancel. Decius l. heres absens. §. j. de iudic. Franciscus Ripa hic, numero sexagesimo octauo.
g ¶ Secus. Et bene, quicquid dicat Franci. Ripa hic, nu. 68.
h ¶ Citatione. Vide Maria. Soci. tracta. de citation. articulo septimo, numero 31. articulo xxvij. numero 60. in fine, & in capitulo, veniens. nota vltimo. vbi Panormitanus de accusation. Alexander consilio ccxij. numero 11. lib. vj. vbi dixi.
i ¶ Secundo. Et ita practicatur. [redacted]

Lectura secunda super rubric. & capi. j. de iudicijs.

¶ De iudicijs. Rubrica.

1 Continuatio rubrice tractatur per multa argumenta.
2 Iudicium quot modis accipitur, & qualiter definitur. 3.
4 Iudiciorum species quot sunt.
5 Iudicium inquisitionis an ordinariũ, vel extraordinariũ sit.
6 Iudicium dicitur mistum, quãdo agitur de iure patronatus.
7 Iudicium ciuile qualiter distinguatur a criminali.
8 Pecuniaria pena que imponitur pro delicto, an parti, vel fisco applicetur.
9 Actio si a iure inducatur, pena applicatur parti.
10 Pena que simpliciter imponitur pro delicto, applicatur fisco.



Emini me alias pleniori stylo super hac rubri. & c. j. de iu. Pisis scripsisse: & quoniam scripta ab impressoribus omnibus exhibentur, nũc breuiter instabo, solum addendo ali-
1 qua prioribus scriptis. † Et primo cõtinuatur hec rubrica secundum Abb. post alios: quia supra dictum est de preparatorijs iudiciorum, ideo nunc ad iudicia ipsa veniendum est. Et fuit ista continuatio glo. in rubri. ff. & C. eod. quam alias sum secutus, inferendo ad plura notabilia vt in prioribus scriptis patet. Sed postea iterum legendo Pisis, deinde Pa-
a due a visa fuit mihi dubitabilis: nam talis continuatio videtur bene procedere in rubric. ff. & C. eodem. vbi ante titulum de iudicijs, ponitur rubrica, de edendo, & de in ius vocan. que sunt de preparatorijs iudiciorum: secus videtur in isto titulo, vbi post titulum de iudic. ponitur de foro competenti, & de libell. oblat. de quibus prius erat dicendum, attenta continuatione predicta: cum etiam ista sint preparatoria iudicij. Unde quidam conati sunt respondere, & dicunt quod continuatio doct. hic intelligitur de preparatorijs largo modo, prout est conducere aduocatos, procuratores constituere, & similia, de quibus tradit Speculator in titulo, de preparat. iudi. in princip. & de istis supra dictum fuit in titulo, de postulan. in titu. de procurato. argumen. vero supra factum intelligitur de preparatorijs stricto modo, prout sunt ista, que immediate precedunt litis contestationem. Sed ista distinctio non tollit difficultatem: quia sicut preparatoria largo modo precedunt, ita etiam preparatoria stricto modo premitti debent: vt patet in rubri. ff. & C. eo. & regula generaliter dicit quod preparatoria premittenda sunt. l. j. ff. de origine iuris, cum similibus traditis per Alexand. in rubrica, C. de eden. in princ. Et quia doctores simpliciter loquuntur de preparatorijs, vnde consonat quod dictum eorum etiam de preparatorijs proprie, & stricte intelligatur. Unde ad argumentum vt alias dicebam, responderi potest, videlicet quod libelli oblatio, & competentia fori, de quibus infra habetur, non sunt hic preparatoria iudicij, ex quo sequuntur istum titulum de iudic. & preparatoria debent premitti, vt supra dictum est. Et ideo necessario dicendũ est quod iudicium in isto titulo largo modo accipiatur, prout incipit a citatione, iuxta glossam in rubrica, C. de in ius vocand. Sed capiendo iudicium proprie, prout incipit a litis contestatione. l. j. cum glossa, iiij. eodem titulo, & infra dicam, libelli oblatio, & citatio sunt de preparatorijs iudiciorum: & ita in rubrica ff. & C. eodem accipitur. Secundo contra predictam continuationem facit: quia vietur fieri ad remota, cum referatur ad titul. de postulan. procur. vt s. dictum est. Et hoc contra naturam continuationis est, que debet fieri ad proxima vulgata. l. ij. ff. de sta. ho. Et ita Andr. Sicu. in prin. hic. Ad hoc videtur posse responderi duobus modis, vt quidam hic dicunt. Primo, quod cum hic sit principium libri, continuatio toleratur, licet sit ad remota, iuxta glos. in rub. de condict. fur. Sed ista solutio nõ satisfacit: quia principium libri bene facit quod continuatio non sit necessaria: sed dato ꝙ requiratur, prout doct. presupponunt, non est bona, si fiat ad remota, de quo infra dicam. Secundo respondetur quod quando tituli, qui sunt in medio, conferunt ad titulum precedentem, ad quem continuatio fit, tunc etiam ad remota continuatio toleratur. l. j. ff. si tab. testa. nul. exta. & Insti. de lega. in princ. Sed nec ista placet, quia tituli intermedij habent materiam alienam a titulo, ad quem fit continuatio: & maxime attenta forma continuationis, dum dicitur quod supra dictum est de preparatorijs iudiciorum, nunc de iudicijs. Premissis enim preparatorijs erat immediate dicendum de iudicijs: & non conuenit quod inter preparatoria iudiciorum, & ipsa iudicia, extranea materia inseratur: quia de preparatorijs, & de re principali idem iudicatur. l. in argento. in princ. ff. de auro, & arg. lega. cum simil. vt alias dixi. Tertio instari potest: quia non videtur cõueniens quod preparatoria, que precedunt, trahant ad se principalem: ar. l. quod per manus. ff. de iure codi. & in l. ex pupillari. ff. de vulg. & pup. Ita colligitur ex his, que alias scripsi. Posteriores hic respondent quod predicta continuatio bene infert, quod dicto de preparatorijs, congruenter dicitur de preparato. Sed per hoc nõ infertur quod preparatoria trahant ad se principalem dispositionem. Sed ista verba non tollunt arg. quia si premissis preparatorijs, congruenter ponitur de preparato: ergo videtur quod preparatoria trahant principalem dispositionem: & hoc non videtur posse negari. Unde ad arg. aliter respondetur, & dico quod preparatoria non trahunt principale, sed indicant eius aduentum. nam probato accessorio, probatur principale: vt not. Bald. per illum tex. in l. ij. C. de dot. promis. & facit text. & quod ibi Bart. in l. quisquis. C. de agrico. & cẽsit. lib. xj. Quarto argui potest: quia non videtur verum simpliciter quod preparatoria premittantur, vt in predicta conclusione presupponitur. Nam videmus quod actio ad exhibendum est preparatoria ad rei vendicationem. l. j. ff. ad exhiben. & per gl. in l. ad rem mobilem. ff. de procu. & in l. j. ff. de interrog. actio. Et tamen in ordine titulorum postponitur. Et ita arguit Anto. de Bu. cõtra Alexan. in rub. C. de eden. Sed secundum eum respondetur, & Moder. ibi sequuntur, quod talis ordo non est necessarius, iuxta not. per Bar. in l. ij. §. prius. ff. de vulga. & pupi. Sed instari potest, si talis ordo non est necessarius: ergo non habemus rationem continuationis quare preparatoria premittantur: nisi dicamus ꝙ iste ordo seruari debet: quia preparatoria debent premitti: preposteratio tamen non vitiat. Stant enim ista simul, quod ordo iste sit, & isto respectu motus sit Impera-
1 tor, & Papa hic, & tamẽ preposteratio toleretur [1] l. ambiguitates. & l. preposteri. C. de testa. Secundo ad argu. respondent quidam hic, quod actio ad exhibendum non est necessario preparatoria rei vendicationis: quia absque illa immediate rei vendicatio intentari potest c. examinata. infra eo. Sed hoc non tollit arg. quia quod opponitur de actione ad exhibendum, intelligitur ꝙ preparatoria est, prout est regulariter: & licet non semper necessaria ꝑparatoria sit, doct. hic nõ loquũtur de preparatorijs necessarijs: vt patet in titu. de procu. & de postul. de quibus, tanquam de preparatorijs, supra dictum est, secundũ doct. & tamen necessario in iudicijs non requiruntur: cum iudicium esse possit etiam sine procuratoribus, & aduocatis. Unde ad arg. vt dixi in rub. C. de eden. respondetur ꝙ actio ad exhibendum est preparatoria rei vendicationis: & isto respectu debuisset premitti. Sed quia ex alijs pluribus causis agitur ad exhibendum. l. ij. in princ. ff. ad exhiben. respectu aliarum causarum non premittitur. Et in simili facit quod dicit Io. And. & Abb. post alios in rubri. j. de exceptioni. Secundo continuatur hec rub. vt Abb. dicit: nam supra dictum est de instrumentis, quibus iudices iudicant, videlicet de constit. & de consuetu. & de potestatibus iudicum: ideo nunc ad iudicia ipsa veniendum est. Ista continuatio alias non placuit, hac ratione: quia etiam alia sunt instrumenta iudiciorum, vt sunt testes, & instrumenta. l. si notionem. §. instrumentorum. ff. de verb. sig. c. peruenit. el j. de testi. cogen. & de his j. ponitur: & attenta ratione predicta premitti debuissent. Posteriores hic conati sunt respondere, & dicunt quod Abb. loquitur de instrumentis iudicum, & non de instrumentis iudiciorum. Sed ista differentia non sapit: dum enim Abb. dicit de instrumentis, quibus iudices iudicant: verba ista etiam verificantur in instrumentis probatorijs, prout sunt testes, vel instrumenta notariorum. Nam instrumenta probatoria etiam videntur instrumenta iudicum: quia probationes fiunt iudici ad instruendum mentem eius l. quinquaginta. in fin. ff. de proba. Secundo respondent poste-

riores quod Abb. hic loquitur de instrumentis, quibus iudices ex necessitate iudicant: ⁊ hoc non videtur habere locum in testibus, quibus potest iudex non adhibere fidem. Sed nec ista differentia videtur vera. Primo, quia verba Abb. ita verificantur in instrumentis probatorijs sicut in alijs, vt dixi. Secundo quia iudex testibus, ⁊ instrumentis tenetur adhibere fidem, cũ debeat secundum allegata, ⁊ probata, iudicare: vt not. in l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. presi. Et hoc, nisi ex causa quandoque moueatur iudex ad non credendum testibus, ⁊ tunc causa debet exprimi, vt not. Bartolus per illum textum in l. Lucius. ff. de his, qui notan. infam. Et etiam ex causa potest iudex a constitutionibus vel consuetudine recedere: vt est dictum Innoc. in capitu. j. supra de constitutio. vbi Moderni late insistunt. ⁊ ideo efficax videtur ratio, quam in prioribus scriptis adduxi: nisi dicamus quod Abbas restringit se in instrumentis, de quibus expresse dicitur: quia vtitur verbo videlicet, quod restringit. c. nouimus. de verbo. signif. Contra supra dictam continuationem tamen facit, quia videtur fieri ad remota, per ea, que dicta sunt in prima continuatione. Tertio secundum Abba. ad proxima continuari potest: quia supra proxime dictum est de arbitris, ⁊ arbitria redacta sunt ad instar iudiciorum. l. j. ff. de arbitris. ideo post titulum precedentem de arbitris, ponitur de iudicijs. Et ita prius etiam dicebat Cardina. hic. Sed nec ista videtur procedere sine dubio: quia illa ratio, quod arbitria ad instar iudiciorum redacta sint, arguit quod prius poni debuisset titulus iste de iudic. cum prius sit exemplar, quam exemplum. l. in testamento. la prima, ff. de condicti. ⁊ demonstr. ⁊ ita arguit Andreas Sicul. hic, ⁊ ipse Abbas hoc idem dicit in rubrica supra de arbitr. ⁊ prius Alberi. in rubric. de arbitr. ⁊ Salicet. in rubr. C. eodem. Quidam Moder. hic dicunt, quod verum est, quod attenta simpliciter ratione predicta, titulus de iudicijs premitti debuisset. Sed alijs rationibus, que preponderant, prius ponitur de arbitr. vt in rubrica doctores tradunt. ⁊ ista fuit responsio, quam ponunt Alber. ⁊ Salice. in locis preallegatis. Sed non satisfacit: quia dato quod hoc verum sit, non per hoc predicta continuatio saluatur: quia hic queritur nunc de continuatione istius tituli ad precedentem, licet merito titulus de arbitr. premittatur, prout doctores dicunt: nunc premisso titulo de arbitr. queritur quomodo iste titulus continuetur. Et ratio Abbatis non est bona: quia arguit quod iste titulus debuisset premitti, vt dictum est. Ego alias saluabam continuationem considerando in genere similitudinem, que habetur inter arbitria, ⁊ iudicia: ⁊ placuit posterioribus. Sed nunc aduertendum est: quia illud, quod dixi, in effectu videtur ponere nouam continuationem, ⁊ ratio Abbatis non adaptatur. Postremo probabilis continuatio videtur, vt dicamus: Supra visum est de iudicibus ordinarijs, ⁊ de legatis, a quibus pendent iudicia. l. properandum. §. j. C. de iudic. ⁊ in quorum potestate est finis iudiciorum. l. qui explicandi. C. de accusation. Et ad hoc facit, quia iudicium dicitur quasi iurisdictio. cap. forus. §. j. de verbo. significatio. ⁊ sic capit nomen a iudice, qui ius dicit. l. j. ff. de iurisdictione omnium iudicum. Et idem successiue dicendum est de arbitris, qui dicuntur iudices: vt per Abbatem in rubrica, supra de arbitris. ⁊ est textus ij. q. vj. capitu. a iudicibus. facit l. arbitrio. ff. qui satisda. cogan. merito ergo postea quam dictum est de iudicibus, ⁊ de arbitris ponitur ista rubric. de iudicijs. Vel etiam dici potest quod cum hic sit principium libri, non requiratur alia continuatio, iuxta gloss. in rubr. ff. de condictio. fur. Quidam tamen dicunt quod illa glo. non dicit hoc, licet ita allegetur: sed solum dicit, quando est principium libri, continuatio potest fieri ad remota: non autem dicit quod continuatio non requiratur. Sed tamen glossa videtur habere intellectum prout communiter allegatur: quia dum gloss. inquit quod in principio libri toleratur continuatio ad remota: illud alia ratione non videtur, nisi quia continuatio non est necessaria: quia si esset necessaria continuatio ad remota non admitteretur: admittitur solum, quia non est necessaria. argum. l. j. in princip. C. de rei vxo. actio. ⁊ gloss. preallegata in dicta rubri. de condictio. fur. limitatur, ⁊ declaratur vt tradit Angel. Aretin. in rubr. proemij institut. Et rationem illius glo. ponit Bal. in rub. C. de seruis fugiti. ad finem. Cuius tamen ratio tantum conuenit in principio voluminis, ⁊ non bene accommodatur in principio libri,
2 quando alij precedunt. ¶ † Expedita continuatione Abbas premittit quod pluribus modis dicitur iudicium, de quo me
4 remitto ad ea, que alias scripsi +, allegando Paulum de Castro in rubric. C. de iudicijs. vbi ponit quod nouem modis dicatur iudicium. ⁊ addit gloss. Joann. Mona. in extrauag. in rubrica de iudic. qui ponit quindecim significatus. Et vlterius aduertendum est: quia dum Abbas inter alia dicit quod iudicium hic accipitur pro instantia cause discutiende, loquitur per verbum futuri temporis, discutiende. ⁊ infra in diffinitione Abbas vtitur verbo presentis temporis, dum discutitur: per c. forus. de verborum significatio. qui tex. ita loquitur. ⁊ sic Abbas videtur sibi contrarius, vt dicunt quidam hic. Sed respondetur quod illud verbum futuri temporis, discutiende, refertur ad instantiam, de qua loquitur ibi, dum dicit, pro instantia cause discutiende: ⁊ isto respectu bene dicit, quia instantia respicit tempus futurum cause discutiende. Et Abb. hic non ponit diffinitionem iudicij, prout postea infra facit: sed ponit vnum significatum, capiendo largo modo pro eadem instantia, ⁊ iudicium, ad differentiam aliarum significationum iudicij, de quibus loquitur. Circa diffinitionem iudicij, in qua Abbas hic insistit, prima fuit diffinitio antiquorum, vt ipse refert,
3 quod † iudiciũ est actus trium personarum, videlicet iudicis, actoris, ⁊ rei, in iudicio contendentium. Et de ista diffinitione alias seriose scripsi. Et presertim respõsum fuit ad illud, quod per Card. opponitur de inquisitione, confirmando illud quod Ab. dicit. Et rñderi potest vlterius quod p̃dicta diffinitio, p̃cedere intelligitur in iudicio ordinario, secus in extraordinario prout est iudicium inquisitionis. Et ita gl. dicit iiij. que. iiij. in c. j. in gl. j. in fi. de quo ĩ. videbimus. ⁊ dum Ab. dicit quod fama est loco accusatoris, non respondet ad secundum arg. Card. ꝙ ipse refert, dum arguit de inquisitione generali, quam iudex facit in delicto notorio, vbi non est reus. Sed responderi potest quod imo ibi sit reus, licet incertus sit. l. congruit. ff. de offi. pre. Preterea, in tali inquisitione generali non dicitur iudicium, cum nõ sit fundatum ꝯ aliquem. Ita Bal. dicit in c. j. §. iniuria. ver. pone quod inuenitur. de pace iu. fir. Et dum dicitur in diffinitione, trium personarum: obstare videtur text. iiij. q. iiij. c. j. vbi dicitur quod in omni iudicio semp necesse est quatuor p̃sonas esse, videlicet iudicem, actorẽ, reũ, ⁊ testes. Sed rñdetur, vt dixi alias, quod testes non sunt de substãtia iudicij, vt p Azo. in summa. e. ti. in prin. Et adde quod gñaliter probationes nõ sunt de substantia iudicij: vt no. Bar. in l. prolata. in fi. C. de sen. Bal. in l. ij. C. de eden. cum si. vt Alex. tradit in cons. cv. ponderatis. volu. v. Sed tamen obstare videtur tex. in d. c. j. dũ precise loquitur, ⁊ dicit semp necesse esse. Quidã hic dicũt ꝙ ista ṽba intelliguntur quo ad faciendũ iudiciũ iustum: nam licet valida sit sentẽtia sine testibus, vt dixi, non tñ iusta videt̃. Sed hoc nõ placet. Primo, quia illa verba p̃cise, vt sonant respiciũt, validitatẽ actus. Secundo, quia tex. vniuersaliter loquit̃ in omni iudicio: ergo siue iusto, siue iniusto. Tertio quia ẽt respectu iustitie non p̃cise testes necessarij sunt: cũ etiã ex presumptionibus iustificari posset. c. afferte, de p̃sum. Vltimo, quia s̃m hoc diffinitio doc. restringeret̃ in iudicio iniusto: ꝙ absurdũ videt̃. Vnde aliter rñderi potest, quod dato quod in omni iudicio essent testes necessarij, prout illa verba sonant, p̃pter hoc tñ diffinitio impugnari non p̃ot: quia sufficit ꝙ in diffinitione quidditas, ⁊ essentia rei diffinite ponatur: ⁊ in diffinitione non debẽt exprimi omnia necessaria in actu diffinito: vt no. in l. j. ff. de testa. ⁊ in l. j. ff. de tute. Nã in iudicio necessaria est litis ꝯtestatio. c. dudũ. el ij. de elec. c. j. ⁊ ij. vt lite nón cont. ⁊ plura alia requirũtur, vt no. in l. p̃latã. C. de sen. ⁊ tñ in diffinitione nõ ponuntur. Vel dic ꝙ illa ṽba, in omni iudicio, intelligi debẽt respectu sentẽtie, q̃ q̃nq; iudicium appellat̃. l. episcopale. C. de epis. aud. ⁊ c. ĩ causis. de re iu. Nã de iudicio p instãtia intelligi nõ possunt: q̃a in ipsa litis ꝯtestatione est p̃prie iudiciũ anteq̃ de testib[9] tractet̃. c. forus. de ver. sig. ⁊ ideo tex. in d. c. j. iiij. q. iiij. vt dixi, loquitur respectu sententie: ⁊ tunc etiam illa verba, necesse esse, intelliguntur non precise quod necessarium sit, sed quod sit conueniens: vt in simili no. glo. in c. nosce. lxxvj. dist. ⁊ alibi, necesse, exponitur, id est vtile. glo. in l. j. ff. de off. prefec. preto. not. Bartol. per illum tex. in proe. ff. §. j. facit glo. fi. in clemen. j. de procu. Et dum dicitur, in iudicio contendentium: declarandum est vt dixi. Et adde quod verbũ, contendentium, referri debet ad actorem, ⁊ reum, de quibus proxime supra dicitur: ⁊ non ad iudicem, qui non contendit. Vel etiam ad iudicem referri potest, qui satis dicitur contendere: dum vtitur iurisdictione contentiosa, que redditur in inuitum. l. inter stipulantem. §. j. ff. de verborum obliga. Aliam diffinitionem tradit Card. quam successiue Abb. refert, quod iudicium est inuestigatio, quam facit iudex secundum iuris ordinem per varios modos ad veritatem eliciendam, ⁊ elicitam custodiendam. Sed ista videtur nimis generalis: quia etiam haberet locum, quando iudex interponit decretum: nam etiam tunc debet veritatem inuestigare: vt not. in c. dudum. de rebus eccl. non alienan. in vj. in l. magis puto. §. ne passim. ff. de rebus eorum. Et ita contra istam diffinitionem arguit Anton. de Alex. in rub. C. eodem. Sed responderi potest quod tali casu sit iudicium voluntarium: ⁊ sic ꝙ in

ista diffinitione largo modo capiatur iudicium. Hoc tamen videtur contra intentionem doctorum, vt infra dicam. Tertia est diffinitio, secundum Calde. vt Abb. dicit, quod est causa in iure reddendo necessario posita, rc. Sed contra hãc diffinitionem Abb. adducit cap. forus. de verborum signifi. vbi ipsa discussio cause appellatur iudicium: ergo non videtur bona diffinitio Cald. dum dicit quod iudicium est causa. Sed respondetur, r declaratur, vt alias dixi, r vlterius considerandum est ꝙ in predicta diffinitione iudicium non appellatur causa simpliciter, sed causa in iure necessario posita. Et ista verba videntur in effectu discussionem negotij importare. Abb. postremo diffinitionem eius tradit, dicens quod iudiciũ est discussio cause, que coram iudice iuridice fit. Sed, vt alias dixi, ista diffinitio videtur nimis generalis: quia etiam videtur decreto competere: nisi dicamus quod etiam in decreto sit iudicium voluntarium: r sic largo modo accipiatur, vt dixi supra in diffinitione Cardi. Sed tamen hoc videtur contra intentionem docto. qui videntur cõsiderare iudicium prout redditur in inuitum, vt in prima diffinitione, dum dicitur, contendentium: r in tertia diffinitione ibi: necessario posita. Et hoc modo accipitur in isto titu. r in alijs tit. de iudic. Et ideo tenenda est prima diffinitio, declarando vt alias dixi. Et subijcit Ab. hic, quod cum iudicium dicatur discussio cause, infertur, secundum eũ, quod iudicium dicatur proprie lite contestata. Et hoc tenet glo. in l. iudicium soluitur. ff. de iudic. in l. j. C. eod. cum si. vt alias late dixi. r tradit Alex. in l. cum fundus. in princ. ff. si certum pe. r no. Abb. in capitul. super questionum. in verbo, litis exordium. de offic. delega. Et ideo si statutum vellet quod quilibet maior octodecim annis intelligitur habere legitimam etatem in iudicijs, prout est Mediolani, intelligitur post litem contestatã, r sic proprie. Unde in his que fiunt ante litem contestatam nõ
b videtur habilitatus: puta, si debitum confitetur[b], r fiat sibi preceptum de soluendo, non tenetur: quia non videtur habilitatus: vt no. consuluit do. Signo. consi. clxij. incip. statuto ciuitatis Mediolani. r ibi presertim allegat glo. in l. fi. §. necessitate. C. de bon. que libe. vbi licet filiusfa. prohibeatur esse in iudicio, non tamen prohibetur confiteri ante litis contestationem: ita ergo videtur econtra, secundum eum. Sed tamen ista decisio videtur dubitabilis: quia si habilitatus fuit vt possit esse in iudicio contentioso lite contestata, a fortiori habilitatus videtur in his, que fiunt ante litem contestatam: argumen. glos. in l. j. C. qui admit. Et per hoc non obstat glo. in dicta l. fi. quia ibi prohibetur esse in iudicio: vnde illa prohibitio de vero iudicio intelligitur. Sed in casu statuti permittitur, vt possit esse in iudicio: r si permittitur in vero iudicio, r ordinario, a fortiori in extraordinario, vt dictum est. Secundo principaliter Abb. que-
c rit quare dicitur, de iudicijs[c] in plurali. Et respõdet quod ita dictum fuit: quia plures sunt iudiciorum species. r dum alleg. c. tue. de procur. dicens quod ibi est iudicium mistum, quia agitur de crimine ciuiliter: r sic vult quod quãdo de crimine agatur ciuiliter, quod iudicium dicatur mistum, per illum tex. ibi: sed quasi mista inter ciuilem r criminalem: nam participat de criminali, quia agitur de crimine: quo casu causa dicitur criminalis largo modo: participat de ciuili, quia non agitur ad penam delicti, merito dicitur mista. r ita fuisse videtur intẽtio Abb. dum etiam allegat cap. super his. de accu. de intellectu tamen d. c. tue. vlterius dicendum est, vt per Ant. de Bu. r Imol. ibi. r tradit Alexan. in rub. C. de iudic. r in consi. lxvj. incip. viso processu. lib. j. r consi. lxxxij. incip. in causa vertente. circa fin. eo. volu. r not. Barto. in l. non solum. §. fin. ff. de procur. r ad ea, que
4 Ab. dicit, adde quod †sunt alie species iudiciorum. Nam aliud generale, aliud vniuersale, aliud particulare: vt per gloss. in l. j. ff. de edendo. Et aliud est publicum, r aliud priuatum: vt ff. de pub. iud. r not. in rub. inst. eodem titu. Et quoddam plenarium est, r quoddam summarium: vt not. in clement. dispendiosam. de iudic. in l. iij. §. sciendum. vbi gloss. in verbo, summatim. ff. ad exhibend. Item quoddam incidens, quoddam emergens: vt per gloss. in l. j. C. de ord. cogn. in l. quod iussit. ff. de re iudicat. in cap. j. de ord. cog. Item aliud simplex, aliud duplex. l. in tribus. ff. de ind. Item aliud diuinum, aliud humanum. vj. quest. j. cap.
5 si omnia. r xv. quest. vj. cap. j. †Et dum incidenter hic Abb. tractat de iudicio inquisitionis, r finaliter cõcludit quod proprie non sit ordinarium, sed extraordinarium, alias diligenter ventilaui rationes, que in vtranque partem adducuntur: nunc vero contentus ero conclusione alias firmata secundum opinio. Abb. quod extraordinarium sit in effectu: quia extraordinarium dicitur illud, quod fit contra regulas iuris communis. l. in cause. la ij. ff. de mino. Et ad hoc adde tex. in l. solent. ff. de off. procon. r leg. r ibi Bal. Et ista ratione priuilegium dicitur ius extraordinarium, vt not. Bald. per illum text. in l. pecunia. C. de priuileg. fisci. Et ita videtur in iudicio inquisitionis, quod in qualibet eius parte principali est contra ius cõmmune, vt alias declaraui: ergo extraordinarium videtur. Secundo hoc probatur: quia extraordinarium dicitur illud, quod officio iudicis expeditur. l. cum filius. ff. si certum petatur. l. pecunie verbum. §. persequutionis. de verborum signific. cum similibus, vt alias dixi. Et ad idem tex. in l. j. r ibi Barto. ff. de fur. baln. cum concordan. de quibus per Alexã. in dicta l. cum filius. ad idem text. in l. j. in princ. ff. de administrat. tutorum. in l. j. §. ex hoc rescripto. ff. de ventre inspiciendo. r bonus tex. in l. municipio. ff. vt in possess. leg. Sed inquisitio, officio iudicis expeditur. capi. qualiter, r quando. de accu. ergo extraordinarium videtur. Et ita per istam rationem dicunt Ang. r Pan. de Cast. per illum text. in l. j. C. de liber. r eorum liber. r sic alias sum secutus. Sed nunc est aduertendum, quia ista ratio posset euitari: quia in iuribus supra allegatis iudex interponit suum officium ad priuatam vtilitatem, r in dictis casibus priuatum officium iudicis competit in locum actionis deficientis: merito tunc iudicium extraordinarium videtur: quia contra regulam, que habet quod nemo sine actione experitur. in l. si pupilli. §. videamus. ff. de negot. gest. Non sic videtur in iudicio inquisitionis, in quo iudex ex officio mouetur ad publicam vtilitatẽ, vt delicta puniantur. cap. vt fame. de senten. excommu. Et hoc ordinario iure sibi incumbit. l. congruit. ff. de offic. presi. r ideo tali casu ius ordinarium hoc videtur. Tertio secundum And. Sicu. ratione efficaci probatur: quia extraordinarium remediũ cessat interueniente ordinario. d. l. in cause. ff. de minor. not. in l. in prouinciali. ff. de oper. no. nun. Sed superueniente accusatore, inquisitio cessat: vt no. Bar. in l. si maritus. la j. §. j. ff. de adult. r in trac. ad reprimendum. in verb. denuntiationem. Bald. in l. j. §. cum vrbe. versi. sed nunquid. de off. prefec. vrb. cum si. Sed responderi potest, hoc non esse expeditum in iure: quia contrarium tenet Cy. in l. ea quidem. C. de accu. Uel saltem longa distinctio adhibetur: vt per Sali. ibi, ver. quero cum Dy. r tradit Aret. in trac. maleficiorum. Preterea dato ꝙ inquisitio cessaret superueniente accusatore, non infertur per hoc ꝙ sit extraordinarium: per no. in c. volẽtes. de off. leg. in c. antiqua. de priuileg. r xxj. dist. c. denique. Inherendum est ergo prime rationi, que efficax videtur. Et ꝙ iudicium inquisitionis extraordinarium sit, secundum communem opin. tenet Calde. in consi. j. de accu. r in consi. j. de pen. Pet. de Anch. consi. cxc. plura. in prin. Fulg. in consi. cxxxvj. in causa. r in consil. clxxv. visis. r Bal. in l.
6 etiam. C. de fur. Bar. Uero. in consi. lxv. super arti. †Successiue Abb. concludit ꝙ quando agitur de iure patronatus, iudiciũ dicatur mistum, r ꝙ de sui natura non sit spirituale, sed annexum: quia ordinatur ad institutionem, vt per eum hic. Sed aduertendum est: quia, vt alias dixi, rationes Abb. non sunt multum efficaces. Similiter alie rationes, quas pro opi. Ab. Aret. inducit, euitari possunt, vt dixi. Placuit tamen opi. Abb. per iura vulgata, que expresse dicunt ꝙ ius patronatus est annexũ spiritualibus, in c. quanto. j. eo. in c. de iure. de iure pat. ergo de se non videtur spirituale: quia connexum, est quid diuersum, r separatum ab eo, cui coniungitur, vt alias dixi. Et vlterius cõsiderandum est, ꝙ talis annexio videtur semper fuisse ab initio, quo ius patronatus in esse productum fuit: quia iura generaliter loquuntur: r quia militat ratio Abb. quare ius patronatus dicatur annexum spiritualibus: quia ordinatum est ad institutionem. Jus enim patronatus consideratur principaliter respectu presentationis: r ista presentatio ordinatur ad institutionem, que spiritualis est. Et hoc idem dicit Alber. in dictionario, in verbo, patronatus. r Arch. in j. q. j. circa fi. Et ista ratio militat etiam considerata origine iuris patronatus. Et quia a pncipio, qñ ecclesia concessit ius patronatus fundatoribus, vt in c. decernimus. xvj. q. vij. ita laicis, sicut clericis, concessisse videtur: quia gñaliter fundatoribus datum vr. Et non est etiã incidenter, dum Ab. dicit psentato nullum ius competere. Aduertendũ est: quia dicit psentato nullũ ius, scilicet spirituale: al's vero psentato hñ ius acquiritur: vt not. Lap. alle. viij. incip. presentatus ad fi. r Car. in cle. j. in j. opp. de sup. negl. prela. r Cal. in cons. ix. in ti. de iur. pat. vbi inquit quod per psentationẽ vident contrahi sponsalia de futuro. Et istud ius, quod psentato acquirit, dicit ad rẽ, r non in re: vt Ab. tradit in c. cum Bertoldus. de re iud. in ij. oppo. post Innoc. quem refert in c. dilectus. de off. leg. r idem Lap. dicit in alle. viij. s. alleg. circa fi. Et tale ius ad rem, nõ est parui momẽti: quia si alius impetraret beneficiũ, non facta mentione de psentatione, nõ valeret impetratio: quia intẽtio superioris nõ videt vt presentato preiudicium inferat: vt no. voluit Rot. in xv. decis. incip. licet de more.
d in titul. de preben. in nouis. Et ad hoc facit, quia etiam de iure ad rem, regulariter debet mentio[d] fieri: vt not. Abb. in cap. in

nostra.in iij.not.de rescrip.Domini.in cap.si motu proprio.de
prebend.in vj.ꝛ in cap.quamuis.de electioni.eodem libro sexto.
7 †Tertio principaliter,secundum Abbat.queritur,quomodo
iudicium ciuile a criminali distinguatur: ipse late insistit. Et
vltra eum plura possunt referri,que alias dixi. Sed nunc bre-
uiter concludendo, placet opinio communis, que habet quod
vbi pena applicatur fisco,causa dicitur criminalis,ꝛ iudicium
dicitur criminale. Si vero parti,ciuile dicitur, prout voluit
gloss.in l.iij.ff.de sepul.viola.in verbo,aureorum.ꝛ ibi Barto.ꝛ
docto.ita tenent,ꝛ not.Cyn.ꝛ Bal. in l.si qua per calumniam.
C.de episcop.ꝛ cler.cum simi.vt dixi:ꝛ tradit Alex.in rub.C.de
iud.ꝛ in consi.cxxxij.visa facti.lib.j.ꝛ idem Rom.consi.clij. pre-
sens accusatio.ꝛ facit quod not.Bar.in l.fin.circa fin.ff.ad leg.
pecu.Et cum ista opinione in effectu concordat Anto.de Bu.
hic, qui concludit ꝙ causa ciuilis sit,cuius finis respicit com-
modum partis,ꝛ priuatum interesse: ꝛ criminalis, quando fi-
nis est interesse publicum,ꝛ vindicta publica.Et causa mista il
la dicitur,que participat de vtroque. Nam quando pena ap-
plicatur fisco,agitur de interesse publico:merito causa dicitur
criminalis:ꝛ quando partim agitur de interesse priuato, ideo
causa ciuilis dicitur: ꝛ quando pena partim fisco, partim ap-
plicatur parti.Exemplum est in l.lege Cornelia.§.si.ff.ad Sil-
lanianum.ꝛ per glos.in l.si vero.§.hec autem.in verbo,penalis.
ff.de his,qui deiec.vel effud.tali casu causa dicitur mista:vt no.
Alex.in rub.C.de iudi.ꝛ in consi.lxvj.viso processu.lib.j.ꝛ in con
silio lxxxij.in causa vertente.circa fin.eod.lib.Et pro ista distin
ctione supra dicta,alias allegaui duo iura, que bene probant,
videlicet tex.in §.in summa.inst.de iniur.cum gloss.in verb. pe
na.ꝛ tex.in cap.quicunqꝫ.el ij.xj.q.iij.in princ.id est,ciuiliter,siue
publice.Et ad hoc etiam facit tex.in l.infamem.cum glo.in ver
bo,priuato.Et idem,quod Anton.de But.hic not.Barto.in l.
fin.§.sciendum.ff.de suspec.tut.Nec predictis obstat text.quem
Abb.hic in contrarium adducit,in ca.per tuas.de simon.quia
ibi pena nec parti,nec fisco applicatur: ꝛ doctrina communis
intelligitur,quando est pena applicabilis parti. Sed in c. per
tuas.non potest peti applicari.c.olim.de rescrip.in fin.Est er-
go tertia species,quando agitur ad priuationem officij:ꝛ tunc
dicitur agi ciuiliter:vt not.Bart.in d.l.j.§.sciendum.ꝛ in l.non
solum.§.fin.ff.de procura.vel respondendum est, vt alias dixi.
Et vlterius potest responderi,vt quidam Modern. dicunt in
rub.C.de iud.quod in cap.per tuas. agatur de interesse priua-
to,ꝙ quis remoueatur ab administratione.Et de hoc est dictũ
Bar.expressum in l.non solum.§.fin.ff.de procura. merito agi-
tur ciuiliter,per supra dicta. Sed non bene consonat quod in
ca.per tuas.agatur de priuato interesse:sed potius videtur in-
teresse publicum illud,quod respicit vtilitatem ecclesie.c.nulla
ratio.de preb.l.j.§.ius publicum.ff.de iust.ꝛ iure.ꝛ in l.si quis in
hoc genus.C.de epis.ꝛ cleri.ideo magis placet quod alias dixi.
Postremo non omitto etiam distinctionem Abb. qui dicit ꝙ
agitur criminaliter, quando agitur ad grauiorem penã deli-
cti,siue parti,siue fisco pena applicetur: si vero non agitur ad
grauiorem penam,dicitur agi ciuiliter. Nam contra istam do
ctrinam Abb.arguit Areti.primo,quia si pena parti applice-
tur,indistincte iudicium ciuile videtur,cum agatur ad priua-
tam vtilitatem.l.infamem.ff.de pub.ind.cum gloss.in verbo, iu
dicio.Sed ille tex.non probat hoc,nec glo.que loquitur condi
tionaliter,si ciuiliter agatur. Et dato quod ibi hoc probetur,
intelligitur quando illa non erat grauior pena delicti, secun-
dum distinctionem Abb.Secundo contra Abb.Are.inducit
text.in l.diuus.la ij.ff.de falsis.sed ille tex.parum facit:quia so-
lum dicit quod si instrumentum falsum producatur,ꝛ qui pro-
duxit mereatur penam,que excedat iurisdictionem iudicis, ꝙ
Imperatori rescribatur,ꝛ non probat quod Areti.dicit.Ter-
tio contra Abbat.argui potest:quia,secundum eum, si agatur
per inquisitionem,quia pena mitigatur arbitrio iudicis. c.in-
quisitionis.de accu.dicitur agi ciuiliter.Sed contra hoc vide-
tur tex.in l.fin.ff.de fur.vbi criminaliter agitur,quando extra-
ordinaria pena arbitrio iudicis imponitur.Sed respõderi po
test quod in d.l.si.erat pena seuerior, quam in illo casu imponi
potuisset:secus est in pena inquisitionis.ꝛ ita opin.Abb.defen-
8 ditur.†Postremo Ab.querit an pena pecuniaria,que pro de-
B licto imponitur,fisco,vel parti applicetur [B]. Et ex dictis eius
tres conclusiones colliguntur. Prima est quod si ius accusa-
tionem inducit, pena fisco applicetur, per l.multarum. C.de
modo multa.in princi.ibi:erario nostro esse querenda nullus
ignoret.Facit tex.in c.j.que sint regalia.vbi inter regalia,mul-
ctarum,penarumqꝫ compendia ponuntur. Cum enim in di-
ctis iuribus pena applicetur fisco, ergo agitur criminaliter,
vt supra dictum fuit. Si criminaliter agitur, ergo dicendum
est quod agatur per viam accusationis:quia proprie accusatio
dicitur,quando agitur criminaliter:vt per gloss.instit.de pub.
iud.in princ.insti.de act.in princ.ꝛ in l.iij.ff.de ter.mo.ꝛ in l.qui
accusare.C.de edendo. Et ideo si accuso aliquem, ꝛ peto illum
condemnari simpliciter,intelligitur criminaliter:vt no.Spec.
de accu.§.j.versi.quid si primo.refert,ꝛ sequitur Bald.in l.viro
atque vxore.ff.soluto matrimo.ꝛ ibi Alexan.ꝛ idem Alex.in d.
l.qui accusare.ꝛ hoc modo ista prima conclusio Abb.iustifica-
tur.Et ista conclusio etiam videtur procedere, licet talis pena
imponatur pro delicto,in quo priuatus principaliter sit lesus,
vt sentit Ab.dum generaliter loquitur,ꝛ natura, ꝛ proprietas
verbi hoc indicat.per supra dicta. Et quia licet offendatur pri
uatus principaliter,etiam fiscus offenditur l.fina. ff. de priuat.
delic.l.fin.ff.de furt.l.licitatio.§.quod illicite.ff.de publica.ꝛ isto
respectu de accusatione dicitur. Et predicta conclusio proce-
dit,quando de accusatione,ꝛ de pena simpliciter dicitur:secus
si concludatur quod pena parti debeatur:quia tunc verbum,
accusatio, improprie accipitur:vt no.Federic.tradit in consil.
xxiij.Titius electus.Sic etiam verbum,accusatio, deberet im
propriari, quãdo ex cõiecturis appareret quod pena esset par
ti applicanda:vt quia pena dupli, vel tripli imponitur: quia
in duplo cum contineatur simplum,quod debetur parti, illud
duplum proprie sub nomine dupli non posset fisco applicari:
vt dicit Aretin. hic in tertia conclusione. Et hoc idem tradit
Imola.in rubr.de public.iudi.ꝛ Angel.Aretin.in rubric.In-
stitu.de public.iud.in fine.ꝛ quia illa determinatio dupli debet
equaliter intelligi,ꝛ determinari,vt illi debeatur duplum, cui
simplum debetur:argumen.l.quamuis.C.de impube.ꝛ in l.iam
hoc iure.§. fina.ff.de vulgar.ꝛ pupil. Et hoc idem tradunt do-
ctor.in §. quadrupli. reprobando gloss. ibi, in verbo, quadru-
9 plum.†Secunda conclusio Abba. est, quod si ius actionem in
troducit,pena parti applicatur l.iij.in principio.ff.de sepulch.
viola.ibi:ei centum aureorum actionem dabo.ꝛ quod gloss.ibi:
dicit.Et probatur ratione:quia actio est ius persequendi in iu
dicio,quod sibi debetur.Institu.de actio. in principio. Et hoc
colligitur ex dictis Bartol.in dicta l.agraria.de ter.moto.in l.
ij.ad finem.ff.si quis in ius.ꝛ not.Salic.in dicta l. multarum.ꝛ
Imol.in d.rubri.de publi.iudi.Et ideo ista conclusio intelligi-
tur,quod actio detur parti,vt ratio preallegata adaptetur.Et
ista conclusio etiam haberet locum si pena imponatur pro in-
teresse publico:vt patet in actionibus popularibus, que com-
petunt pro interesse publico l.ij. ff. de actio.popu. ꝛ tamen pe-
na applicatur agenti post litem contestatam l.si cui. in princi.
ff.de verbor.signific.ꝛ not.hoc Salice.in dicta l.multarum.Et
quod dictum est de actione,idem si dicatur, iudicium dabo:se-
cundum Imol.in preelleg.rubr. de publi.iudi.versiculo , adde
quid iuris.per l.si quis id,quod.cum gloss.ff.de iurisdi.omn. iu
dic.vbi Alex.sequitur,ꝛ sentit Bart.in d.l.agraria. dum ponit
istam conclusionem,ꝛ allegat text.in di.l.si quis id,quod.Et eo
dem modo,si pena ex aliquo edicto pretoris imponatur,appli
catur parti, secundum Ioann.Andre.in addi.Spec. in tit.de
dolo,ꝛ contuma.in §.restat.in prin.ibi:dans pro regula.ꝛ sequi
tur Alexand.in l.si quis id,quod.de iurisdic.omn.iudic.Et ad
hoc facit,quia ex edicto pretoris oritur actio in factum. §.fina.
10 Instit.de interdictis.†Tertia conclusio Abbatis est,quod pe-
C na,que pro delicto simpliciter imponitur, in dubio fisco [C] debe-
tur l.iij.C.de sepul.viola.ꝛ facit textus in dicta l.multarum. et
in capit.j. que sint regalia.ꝛ hoc idem tenet Angel. in dicta l.si
quis id quod.Bald.in l.si ecclesie.in fin.C.de epis.ꝛ cleri. ꝛ Pe
trus de Anch.in clemen.pastoralis.in secundo notab.de re iu-
dic.Et presertim hoc videtur habere locum in pena ademptio
nis bonorum,per ea,que Aret.hic tradit in prima conclusione
per tex.in l.iubemus.secunda, in §.is quoque.cum gloss.in ver-
bo,bonorum.de sacrosanc.eccle.facit.c.cum secundum. de here
di.in vj.in capitu.felicis.de penis.in vj. Et pro ista conclusione
Areti.rationem adducit:quia in dubio potius videtur consu-
lendum Reipublice:quia publica vtilitas preponitur priuate
l.vtilitas.C.de primipi.lib.xij.ca.bone.de postu.prelat.Sed ob-
stare videtur textus in l.non puto.ff.de iure fis. vbi in dubio fit
interpretatio contra fiscum.Quidam Moder. hic respondẽt,
quod illa lex loquitur,quando dubitatur an alicui debeant bo
na auferri.Sed hic nos loquimur,quando constat quod bona
auferri debent, sed solum dubitatur an fisco vel parti debeant
applicari. Sed ista responsio nõ tollit difficultatem:quia qua
ratione fit interpretatio contra fiscum vt bona debeant aufer-
ri,ita videtur pariter dicendum quod in dubio debeat pari-
ter iudicari contra fiscum, vt pena sibi non debeat applicari.
Et ad hoc facit quod not. Matthesi.in nota.lxxi.not. vnam re-
gulam.vbi inquit ꝙ text.in d.l.non puto. generaliter habet lo
cum quocunque modo contingat dubitari:vnde ad illum tex.
respondetur vt tradũt Alex.ꝛ Mod.in l.j.ff.sol.ma.Et vlteri⁹
dici

dici potest quod non habeat locum in pena applicanda: quia illa quodam iure peculiari debetur fisco, cum hoc sit de regalibus. capit. j. que sint regalia. Vel postremo, vt dixi in capitul. ex literis. de probat. ille textus in l. non puto. intelligitur secundum naturam tituli, quando agitur de aliquo priuilegio fisci contra priuatum. Nam in dubio iudicandum est, fiscum non habere priuilegium: quia priuilegia non debent multiplicari: argumen. capit. sane. de priuileg. Et retenta conclusione supra facta, limitatur vt procedat in pena, que pro delicto imponitur: secus est in contractu, vt notat Bald. in l. si quis maior. in vij. not. C. de transactio. Secundum similiter non habet locum in vltima voluntate, vt not. Bart. in l. vxori. §. heres. de leg. iij. Tertio, predicta conclusio procedit de iure ciuili: secus est de
e iure canonico: quia in dubio debetur iudici [e], qui habet illam in pios vsus distribuere: vt not. Abbas tradit post alios, quos ibi refert, in capit. licet. circa fin. de penis. Quarto, limitatur, nisi pena imponatur propter interesse, damnum, vel iniuriam passi: quia tunc parti applicatur, secundum Angel. in dicta l. si quis id, quod. ff. de iurisdict. omn. iudic. per l. fin. ff. de in ius vocan. facit l. fin. ff. de litig. ibi: vt id veluti solatium habeat. ⁊ in capit. si deinceps. xvij. quest. iiij. ⁊ in l. ⁊ generaliter. §. illud. ff. de calum. ⁊ in cap. in quibusdam. cum gl. in verb. prorsus amittant. de penis. ⁊ in cap. quia clerici. cum glo. in verb. spoliando. de iure patro. ⁊ in cap. canonici. §. j. de offi. ordi. in vj. Et ad hoc bene facit dictum Bart. in l. post legatum. §. amittere. ff. de his, quibus vt indignis. Postremo cōclusiones supra facte locum habent, nisi lex vltra procedat aliter disponendo: vt not. Barto. in dicta l. agraria. per illum textum, cum simil. ibi adductis per eum, ⁊ per gloss. in dicta l. mulctarum. in verbo, erario. C. de modo mulcta. ⁊ not. Aret. hic, in prima conclusione, per tex. in l. j. §. si autem. C. de raptu virginum. Et de predictis notat Salice. in dicta l. mulctarum. Ioan. de Anan. in dicto cap. secundo, de malefic. Ange. Aret. in §. penales. institut. de action. per Aretinum hic. Et predicta addenda sunt ad ea, que alias scripsi.

¶ Additiones.

a ¶ Scripsi. Vide eundem in superiori lectura huius rubric. in versi. iudicium. in isto titu.

b ¶ Applicetur. Adde Iason. instit. de action. in prin. in versic. an autem in dubio. vbi etiam tractat quando dicatur causa ciuilis, ⁊ quando criminalis. Et de pena debita ex vltima voluntate, vt puta si testator iubeat aliquid heredi, ⁊ si non fecerit priuet eum hereditate: vel ei penam imponat, vide eundem Ias. vbi s. in versi. ⁊ pene debite. Hier. Sig.

1 ¶ Toleretur. Videmus enim etiam in preparatorijs iudiciorum dari ordinem. is tamen vel omissus vel preposteratus non vitiat, Bald. in authent. contra cum rogatus. in fin. C. ad Trebellianum. in l. exceptionem. versiculo, reuoco in dubium. C. de probatio. Fely. in cap. cum dilecta. ix. de rescrip. Dec. consi. dix. exhibentur due sententie.

2 ¶ Mentio fieri. Adde Decium in ca. at si clerici. § . primo. infra eodem.

3 ¶ Fisco. Vide Ias. in §. penales. in gloss. in verbo, corrupisset. instit. de action. Silue. Aldob.

a ¶ Padue. Et sic nunc Papie quarto legit, nec minus supervacuis scatet.

b ¶ Fatetur. Et bene, quicquid dicat Decius, quem reprehendit Francis. Ripa hic, numero 49. Sed mox idem Ripa vacillat. Dic quod hoc statutum habilitat tantum in his, que per modum iurisdictionis contentiose, non autem in his, que fiūt per modum iurisdictionis voluntarie, siue ante, siue post litem contestatam: vt in simili Barto. in l. certum. §. sed an ⁊ ipsos. ff. de confess. Bald. l. j. C. de confess. Panor. cap. j. vt lite non contestat. cap. fin. de confess.

c ¶ De iudicijs. Adde hic dominum Ias. de May. in princip. rubric. C. eodem titu.

d ¶ Mentio. Decius s. de rescrip. cap. j.

e ¶ Iudici. [redacted]

2 ¶ Opponens se mihi in lite, dicitur meus aduersarius.

2 Inimicitia cuius culpa proueniat non attenditur circa recusationem.
3 Aduersarius in lite si datus sit iudex in alia causa, recusari poterit.
4 Citatio fieri debet ad partis instantiam.
5 Iudex partem interrogare potest.
6 Concilium prouinciale excommunicare potest episcopos.
7 Excommunicatus aut suspensus donec satisfecerit, facta satisfactione an statim liberetur. 8.
9 Iudex contumacem potest mulctare.
10 Excommunicatus non priuatur beneficio, sed reditibus.
11 Non residens ob impedimentum excommunicationis nō priuatur beneficio.
12 Excommunicari potest contumax in recedendo absque licentia iudicis.
13 Contumacia in non parendo est maior, quam in non comparendo.
14 De iure respondetur per verbum videtur.
15 Concilium recusari non debet, si remotis suspectis remanet sufficiens numerus.
16 Pactum factum coram iudice non suo de litigando coram eo valet, nec habet locum penitentia.
17 Intellectus l. si conuenerit. ff. de iurisd.
18 Papa si mandat aliquem absolui satisfactione prestita, sufficit cautio.
19 Excommunicatus quando post annum sit priuandus beneficijs.
20 Contumax quando puniri possit absque monitione.
21 Citatio an requiratur in condemnatione expensarum.
22 Citatio non fit sine iudicis licentia.
23 Commissio an presumatur precessisse citationem.
24 Excommunicatio an inducatur per illa verba, nullus tali communicet.
25 Nomen bonum habere laudabile est.
26 Argumentum ab etymologia quando valeat.
28 Verba sonantia in delictum verificantur in vno actu.
29 Mercator vt quis dicatur, requiruntur plures negotiationes.
30 Scholaris non gaudet priuilegijs scholarium, nisi studeat.



E Quoniamltdeo.

Ista decretalis summatur, ⁊ diuiditur, vt alias dixi, ⁊ per Abb. hic. ¶ Primo no. secundum Ab. quod etiam cause episcoporum tractabuntur in cōcilio prouinciali: ⁊ sic citati tenebantur, cessante exceptione legitima, respondere. sexta questione iij. capitul. scitote. Sed aduertendum est: quia non apparet quod de concilio prouinciali loquatur: ⁊ pluribus rationibus, vt alias dixi, videtur dicendum quod esset generale, ⁊ presertim quia hic ad finem presupponitur quod in exitu cause episcopus potuisset priuari: ⁊ hoc non potest habere locum in concilio prouinciali. tertia questione sexta. cap. accusatus. Sed responderi potest, quod interrogatus fuit a concilio prouinciali, ⁊ postea habitus fuit recursus ad concilium generale, vt colligitur ex dictis Antonij de Butri. in figuratione casus. Hoc tamen non procedit absque diuinatione: ⁊ melius consonat quod loquatur de vnico generali concilio, per ea, que alias dixi. Et etiam dato quod loquatur in concilio prouinciali, aduertendum est: quia dictum Abb. non videtur bene probari hic, quod episcopus teneretur respondere coram concilio prouinciali: imo textus videtur probare contrarium, dum inquit, quod fuit interrogatus an vellet cum eo experiri. ⁊ sic videtur textus presupponere quod non teneretur. Sed responderi potest quod ex quo fuit citatus ad concilium, vt primo hic dicitur, ergo verisimiliter presupponitur quod teneretur venire, ⁊ respondere. Et probatur in textu quem Abbas adducit. Et interrogatio fuit facta vt non posset iurisdictionem concilij declinare aliqua legitima exceptione: vt in glossa habe-
1 tur. ¶ Secundo † nota quod ille, qui mihi in lite se opponit, contendendo de iure, aduersarius meus dicitur: quod notandum est propter statuta, vt Abbas hic dicit. Et idem Abb. in c. fin. in primo not. de eo, qui mit. in pos. cum si. vt alias late dixi. Et ad idem facit tex. in c. aduersario. de excep. in c. accedens. el. ij. vt lite non cōtest. in l. j. C. de eden. ⁊ in c. j. ⁊ ij. de confes. in vj. ⁊ idem Abb. in c. j. in j. not. de plus pet. Et proprie aduersarius refertur ad actum iudicarium: vt no. Albe. in verbo, aduersarij, per tex. in l. cum aliquis. C. de iure delibe. ibi in iudicio aduersabatur. licet ille text. posset cauillari: quia expresse di

cit in iudicio. Et notandū est quod iudex, qui inquirit contra me, non dicitur aduersarius meus: vt no. Bald. per illum tex. in c. cum speciali. de appel. ibi cū aduersario: vel si forte aduersarium non habeat, cū iudice. Et ad hoc facit text. in l. j. in princip. ff. quarum rerum actio non datur. dum ibi dicitur quod quis aduersarium facit iudicem, deferendo illi iuramentum. Sed tamen considerandum est, quod imo iudex, qui cōtra me procedit per inquisitionē, aduersarius meus videtur: quia sur
a rogatur [a] in locum accusatoris: ideo omnes exceptiones, que opponi possunt contra accusatorem, tali casu contra iudicem opponi possunt: vt not. Bart. in l. ij. §. si publico. ver. queritur vtrum. ff. de adul. cum si. vt tradit Alexā. consil. clxxv. viso themate. volu. ij. ergo videtur quod iudex inquirens, sicut accusator, dicatur aduersarius. Et quia ille, qui in lite surrogatur, aduersarius meus dicitur: vt not. Domi. per illum text. in c. si hi, qui. et est c. si. vt lite penden. in vj. Et specialiter ad hoc facit gl. not. in l. si appellationem. C. de appel. in verbo, aduersariū, que exponit, id est iudicem. Non obstat tex. in d. c. cum speciali. quia licet ibi text. ponat tanquam diuersa, aduersarium et iudicem inquirentem, non tamen sequitur q iudex aduersarius non dicatur: quia sepe numero reperitur quod tanquam diuersa ponuntur genus, et species: vt in rub. C. de ser. et aqua. et in Euangelio, discipulis, et Petro. Vel saltem illud dicendum est, quod iudex tali casu habetur pro aduersario quo ad effectum iuris. et hoc probatur in d. c. cum speciali. Et ex supra dictis no. quod aduersarius meus dicatur ille, qui mecum habet litem. Abb. infert, q ex contentione iuridica quandoq; oriatur inimicitia. Quidam hic dicunt quod ista non videtur bona cōsequentia. Iste dicitur mihi aduersarius, ergo inimicus. Sed certe Abb. non facit absolute istam consequentiam, sed limitate loquitur et dicit quod quandoque oritur inimicitia. Et istud verum est: quia quandoque ex contentione, etiam de re leui, maxima oritur inimicitia, vt idem Abb. infra dicit, et in c. accedens. el ij. vt lite non contest. et in c. cum oporteat. de accus. Preterea, etiam absolute in lite magni ponderis, saltem presumptiue valet consequentia, aduersarius, ergo inimicus: vt probatur in capit. item cum quis. de restitut. spoliat. facit text. in capit. memini-
2 mus. de accusat. Et dum successiue † Abbas dicit quod non attenditur cuius culpa inimicitia prouenerit. et idem Abbas in capit. repellantur. versic. vltimo scias. de accusat. et in capit. de cetero. in primo notab. de sentent. excommunicat. in dicto capit. meminimus. et Anton. de Butr. in capitul. veniens. el ij. in iiij. notab. de sponsal. Et hoc procedit quantum ad hoc, vt quis repellatur a testimonio, vel a iudicando, secus quo ad istum effectum: vt quis legato priuetur: quia consideratur cuius culpa inimicitia prouenit: vt not. Bartol. per illum textum, in l. cum tabulis. §. quoniam. ff. de his, quib. vt indig. de quo dicendum est vt dixi in capitul. vt debitus. de appellat. in
3 glossa in verbo, rationabiliter. Et successiue † ex eo, quod Abbas dicit de aduersario in lite, quod poterit recusari, si da-
A tus sit iudex [A] in alia causa: et hoc clarum est, durante lite, vt alias dixi, sed dubium est finita lite. et Aretinus idem tenet post litem finitam: quia inimicitia semel causata durare videtur. l. in ipsius. vbi Bald. C. famil. ercisc. Ego alias tenui contrarium, per textum in capitul. postremo. de appellat. vbi qui fuit aduocatus contra me in vna causa, non potest, si functus sit officio, in alia causa recusari. Posteriores hic conati sunt respondere, et dicunt quod licet quis fuerit aduocatus contra me, etiam in causa capitali, licet dicatur fuisse aduersarius meus, non tamen dicitur fuisse inimicus: quia hoc non reperitur iure cautum. Sed dicatis quod imo: ex quo enim aduocatus aduersarius meus dicitur, vt est textus in l. j. §. parui autem. cum gloss. in verbo, aduersario. ff. de calumn. cum si. vt alias dixi: ergo saltem presumptiue videtur esse inimicus. Ita probatur in dicto capit. item cum quis. de restitut. spolia. et facit textus in dicto capit. postremo. Secundo adducebam contra Aretin. capitul. ad hec. el primo, et capitul. proposuit. de appellat. vbi iudex, a quo fuit appellatum in vna causa, pendente appellatione potest recusari: secus ergo si illa finita sit. Posteriores respondent, quod ita non presumitur inimicitia ex eo quod quis contra me iudicauit, sicut ex litigio. Sed hoc non videtur verum, ex eo quod dicitur in capitul. qualiter, et quando. el secundo, de accusat. et facit textus in dicto capit. ad hec. in capit. proposuit. de appellat. et quia iura, que allegaui, faciunt differentiam an causa pendeat, vel finita sit. Et pro ista opini. videtur textus in §. si vero quis dicatur. in authent. de testib. id est, donec de crimine iudicetur, declarando vt alias dixi. Vel concordando opinio. distingui probabiliter potest, quod aut ex lite preterita orta fuit magna inimicitia: et poterit etiam finita lite, recusari: quia talis inimicitia, de qua constabat durare presumitur: et in tali casu habet locum quod Aretin. dicit. facit textus in §. item propter inimicitias. insti. de excus. tutor. Aut solum, et simpliciter allegatur lis preterita, ex qua erat presumptio inimicitie lite pendente: sed nunc finita lite, illa suspicio purgatur: et non poterit recusari, per ea, que
4 supra dixi. ¶ Tertio † nota secundum Abb. ibi: aduersarius petijsset. quod citatio debet fieri ad instantiam partis. Hoc tamen notab. necessario non videtur probari hic: quia videtur quod fuerit ex contingentia facti, vt alias dixi: in se tamen dictum verum est l. ad peremptorium. vbi Bartol. ff. de iudic. et idem Bartol. in l. si finita. §. Iulianus. vt alias late dixi. Et ideo iudex sit cautus, vt hoc faciat inseri in actis, quod citatio ad requisitionem partis facta sit, vt docet Angel. in dicta l. ad peremptorium. in fin. allegando gloss. quam dicit meliorem de iure. ad hoc in l. sancimus. in glos. fin. C. ad Trebel. Et subijcit Abbas hic, quod in dubio presumitur quod requisitio partis interuenerit, ex quo necessario requiritur. Sed ista ratio, vt alias dixi, non valet: quia ordo iuris requiritur. l. prolatam. C. de senten. et tamen non presumitur, nisi probetur. capit. quoniam contra. de proba. cum simil. vt alias dixi. et ideo Roman. in l. sciendum. tenet quod non presumatur quod requisitio partis interuenerit: quia ista est solennitas extrinseca, que non presumitur. l. quecunque. §. final. de public. Aretin. conatur respondere, et non bene, vt alias dictum fuit. Et adde quod fundamentum Roma. tolli potest: quia in iudice, prout loquimur solennitas etiam extrinseca presumitur: vt not. Alexand. in l. sciendum. versicul. item fallit in iudice. de verbor. obligat. per l. ab ea parte. in fin. ff. de proba. Et ad hoc facit, quia pro iudice presumitur. capitu. in presentia. de renunt. capitul. in nostra. de procu. Sed etiam ista responsio periculosa videtur, quia agitur hic de processu: quo casu non presumitur pro iudice, nisi quatenus appareat ex actis. capit. quoniam contra. de proba.
5 ¶ Quarto † nota secundum Abbat. hic, iudicem posse interrogare partem, vt hic: hic tamen non apparet quod interrogatio fuerit facta a iudice. Sed consonat: quia cum citatus fuerit a iudice, videtur interrogatus ab eo, cuius authoritate citatus fuerit, vt alias dixi. Et ad hoc facit, quia pars non tenetur respondere ad interrogationem alicuius partis, vt per gloss. fin. in fin. in capit. penult. de iura. calum. Ulterius tamen aduertendum est: quia si a iudice interrogatus fuisset, dixisset textus an cum illo vellet experiri. Sed textus dicit, cum eo. nam hoc verbum efficaciter ostendit quod ab ipsa parte fuerit facta interrogatio. Et dato quod pars non teneatur respondere ad interrogationem alterius partis, respōsio tamen facta tenet, secundum glossam, in dicto capit. penult. de iura. calumn. et probatur in l. si sine. ff. de interrogat. act. Quicquid tamen sit, dictum in se verum est, quod iudex interrogare potest, vbi equitas suadet: et primo ante litis contestationem, vt Abb. hic declarat, et merito. Roman. in consil. ccclxxiij. in casu proposito. concludit iudicem posse partem interrogare, et compellere ad respondendum an scriptura sit manu ipsius, cum si. vt alias dixi. Et adde Bald. in authentic. si quis. circa fin. C. qui po. in pign. ha. vbi hoc dicit de scriptura, et allegat. l. vbicunque. ff. de interrogat. act. et idem Bald. in autehntic. contra qui propriam. circa fin. C. de non num. pec. et in not. casu tradit. Ioan. de Imol. consil. xxxij. in casu premisso. Secundo, talis interrogatio potest fieri etiam post litem contestatam, et po-
b steaquam in causa conclusum [b] fuerit, secundum Antonium de Butr. hic, cum si. vt alias late dixi. et idem notat Ange. in l. sed si restituatur. §. j. in fin. ff. de iudic. Roman. consil. xx. viso puncto. circa fin. et idem Roman. consil. lxxvi. iste sunt responsiones. Et maxime hoc videtur habere locum in summarijs, in quibus etiam ad partis instantiam, postquam sit in causa conclusum, iudex interrogare potest: vt per gloss. nota. in clement. sepe. in §. et quia. in verbo, interrogabit. de verborum significatio. et dum Abb. in isto nota. colligit practicam excludendi dilatorias exceptiones: hoc pro cautela tradit Bartol.
6 Veronens. cautel. cxxj. noto nouam cautelam. ¶ Quinto † nota secundum Abbat. hic, concilium prouinciale habere pote- [redacted] non bene pro [redacted] solus potest episcopum excommunicare. capitulo venera [redacted] li. vbi Abbas infra, de sentent. excommuni. [redacted] latere non potest episcopum deponere: vt per glos. in cap. j. de offic. leg. in glo. ij. in cap. si quis autem. xciij. distinc. in gloss. ij. et in cap. decreto. ij. q. vj. in gloss. ij. et predicta hodie locum

cum habent: secus erat de iure antiquo: vt not. gloss. per illum textum in c. episcopus presbyter. xj. q. iij. vel nisi hoc fiat de speciali commissione Pape, per glo. in c. ex tue. in glo. pe. de cleri.
7 non resi. ¶ Sexto † not. secundum Abb. hic quod excommunicatus donec satisfecerit, ex sola satisfactione non liberatur, sed post satisfactionem etiam absolutio requiritur. Sed tamen, vt alias dixi, iste text. parum facit: quia hic non dicitur simpliciter, donec satisfecerit, vt Abb. loquitur; sed dicitur, donec fuerit absolutus: quo casu clarum est quod absolutio requiratur, attenta forma sententie excommunicationis: in se tamen dictum verum est, vt per gloss. in clemen. j. in verbo, donec. de decimis. cum similibus, vt alias dixi. & notat Abbas in cap. ad aures. de simon. Et hoc etiam haberet locum in excommunicato ad certum tempus: quia finito tempore non erit absolutus: vt not. Innocen. & ibi Anton. de Butr. in cap. cum bone. de etate & qual. & Abb. in cap. fina. de matrimo. contracto contra interdic. eccle. & per gloss. in dicta clement. j. de decimis. secus tamen est in alia materia: quia bannitus extra ciuitatem pro certo tempore, finito tempore alia absolutio non requiritur, sed absque licentia poterit redire: vt not. Bald. in proemio Digestorum. §. hec autem tria. & in l. actione. §. si in rem. ver. diximus. ff. pro socio. cum similibus, vt dixi in cap. ex literis. de constitutio. vbi tamen contra hoc dictum allegaui text. in capi. felicis. de pen. in vj. vbi responsum fuit. Et quod dictum est de excommunicatione, idem est in absolutione, que facta sit, quia excommunicatus promisit parere mandatis iudicis: licet enim postea non paruerit, non tamen ipso facto reincidit in excõmunicationẽ, sed opus est quod de nouo excommunicetur. cap. ad reprimendam. de offic. ordinar. vbi Abb. per illum textum, & in capi. ad nostram. in fin. el primo, de iureiurando. in ca. questioni. de appella. & tradit Rot. in decisio. xxiij. de senten. excommu. in antiquis. & in vij. & vlt. eodem titu. in nouis. & not. Domini. in capit. eos. §. j. versicu. quid si absolutus. de sentent. excommu. in sexto. Et ista conclusio procedit, quando absolutio fuit facta simpliciter, prout iura supra allegata loquuntur: secus videtur si excommunicatus absolutus sit cum reincidentia intra decem dies si non soluerit: quia elapsis decem diebus excommunicatus videtur: quia in effectu ista videtur suspensio excommunicationis, que facta ad certum tempus, finito tempore cessat, vt per gloss. in clemen. j. in verbo, donec. cum similibus, vt infra dicam. Et pro hoc bene facit quod not. Hostien. in capi. veniens. el secundo, de testibus. quem sequitur Joan. Andr. Anton. de Butr. & Abb. ibi in fine. vbi inquit de consuetudine curie esse, quod quis quandoque absoluitur ab excommunicatione ad tẽpus: puta, ad istum effectum vt testificari possit: & statim quod dixit testimonium, reincidit in excommunicationem: quia in effectu, vt docto. ibi dicunt, videtur ista quedam suspensio excommunicationis. Et hoc idem videmus in excommunicatione facta principaliter de aliquo, nisi intra decem dies satisfecerit: nam elapso termino statim excommunicatus intelligitur: vt est tex. in cap. preterea. el secundo, de appel. facit tex. in cap. a nobis. el j. de sententia excommu. in capi. venerabilibus. §. porro. de senten. excommuni. in vj. & no. Cap. alleg. lxxvij. prelatus regularis. Anton. de Butr. in cap. ij. de testib. cog. cum similib. vt tradunt Modern. ibi. Et ita, vt supra dictum est, de reincidentia excommunicationis intra decem dies consului Padue. Et ex predictis patet quod non recte loquitur Aretin. in dicto cap. veniens. el ij. in fin. de testi. & merito illum Moderni reprobant in dicto cap. ad reprimendam. in princ. de offi. ordi.
8 Et quod † supra dictum est de excommunicatione, non habet locum in suspensione: quia suspensus donec satisfecerit, statim facta satisfactione liberatus videtur, vt Abb. hic dicit, per glo. in dicta clemen. j. de decimis. & not. Innocen. & Anto. de Butr. in dicto cap. cum bone. de eta. & qualita. & Abb. post alios in ca. fin. de matrimo. contrac. contra interd. eccle. Et licet absolutio non requiratur in suspensione, vt dictum est, requiritur tamen quod feratur declaratoria super ipsa satisfactione, secundum gloss. in dicta clement. j. Et ad hoc facit text. in cap. cum secundum. de heret. in vj. & in l. eius, qui delatorem. vbi Bart. ff. de iu. fis. & facit quod not. Perusi. in cap. eos. in vlt. notab. de sentent. excommuni. in vj. Et hoc, quod dictum est de declaratione, verum intelligitur quo ad effectus, in quibus ministerium iudicis requiritur in exequendo: prout loquitur text. in dicto cap. cum secundum. secus quo ad effectus, qui secum trahunt executionem, & non expectant aliam extrinsecam exequutionem: vt not. distinguit Domin. post Joan. de Imo. quem ibi refert in cap. felicis. de penis. in vj. & not. Bal. in l. que sub conditione. §. fin. circa fin. de condi. instit. Et talis declaratio etiam non est necessaria, si suspensio ad tempus determinatum referatur: vt per gloss. in dicta clemen. j. de deci. & not. Innoc. & docto. in dicto cap. cum bone. & facit tex. in cap. cum in cunctis. §. clerici. de elec. cum similibus. Postremo non omitto quod illa differentia, que fit communiter inter excommunicationem & suspensionem, non probatur iure, prout efficaciter probant Cardina. in clemen. j. in xxx. quest. & Imo. ibi in dicta gloss. in verbo, donec. quia forma, que requiritur in excommunicatione, vt in c. cum desideres. de sentẽt. excommu. etiam in suspensione requiritur. cap. venerabili. & in cap. super eo. de senten. excommu. & alijs rationibus, vt Card. & Imo. latius tradunt in dicta clemen. j. Et vlterius ad hoc facit, quia sicut excommunicatio trahit secum executionem, & non suspenditur per appellationem. capi. pastoralis. de appel. cap. ad reprimendam. de offic. ordinar. ita est in suspensione. cap. is cui. de senten. excommuni. in vj. Et ita patet quod regulariter a pari procedunt excommunicatio, & suspensio: & probatur etiam in ca. preterea. de appella. Unde standum est regule, nisi contrarium probetur. Et bene facit textus in dicto cap. preterea. vbi post certum tempus excommunicatio valet: ergo pariter videtur quod post certum tempus absolutio
9 fieri possit. ¶ Septimo † nota iudicem posse mulctare contumacem: & hoc totum fit officio iudicis, secundum Abb. hic: & notat Barto. in l. ij. ver. quero extra gloss. ff. si quis in ius voc. Aliter tamen loquitur Barto. in l. j. ff. si quis in ius voc. in princip. & Ang. in l. fin. in fin. ff. si quis in ius voca. cum simil. vt tradunt Moderni in dicta l. ij. vbi videndum est. Et mulcta hic accipitur pro excommunicatione, secundum Abb. quod videtur verum largo modo: sed proprie mulcta accipitur pro pena pecuniaria. l. aliud est fraus. §. j. ff. de verborum significa. ¶ Octauo
10 † nota quod excommunicatus non debet ex hoc solo priuari beneficio: potest tamen priuari reditibus[1] [c]: vt not. in cap. pastoralis. de appel. §. verum. & tali casu fructus conuertuntur in vtilitatem ecclesie, & distributiones quotidiane alijs accrescunt: vt per gloss.[2] in clemen. ij. in verbo, suspensus. de vita & honest. clericorum, cum similibus, vt dixi in dicto §. verum. & adde gl. ij. cap. postulasti. de cler. excommu. mini. que tenet quod excommunicatus etiam possit priuari beneficijs. Sed secundum Abba. ibi intelligitur quando staret excommunicatus per triennium, secundum cap. quod ibi allegat in cap. cum bone. de eta.
11 & qualit. de quo infra videbimus. ¶ Nono nota † quod propter impedimentum excommunicationis non residens non priuatur beneficio: quia hoc insurgit propter excommunicationem, cap. quia diuersitatem. de conces. prebend. Nam licet excommunicatus videatur esse in culpa, illa non est ordinata ad finẽ non residendo: ideo non nocet. l. si is cui. ff. de act. & obligat. notatur per gloss. in cap. statutum. §. cum vero. de rescript. in vj. tradit Barto. in l. si vt certo. §. interdum. ff. commod.[3] cum similibus. Et ista ratione, excommunicato non currit prescriptio: vt no. Abb. in cap. j. de prescri. Et predicta intelliguntur, nisi excommunicatus esset in mora petendi absolutionem. cap. fi. vbi text. not. s. de electio. notat Calder. in cap. ab excommunicato. vbi Anton. de Butr. sequitur. de rescrip. & Domi. in cap. j. de rescr. in vj. Bald. in dicto cap. j. de prescrip. & Abb. post alios in dicto cap. cum inter. de excep. & tali casu quando culpa imputari potest, intelligitur quod not. Abb. in cap. ij. in iiij. notab. de arbit.
12 ¶ Decimo nota † quod contumax in recedendo absque iudicis licentia, excommunicari potest. Et ad idem tex. in cap. certum. xj. quest. iij. & not. Barto. in l. consentaneum. in fin. C. quomodo, & quando iud. Abb. in cap. propter. in primo notab. de dolo, & contuma. cum similibus, vt alias dixi in v. nota. hic: & idem not. Abb. in cap. constitutis. in iij. notab. s. de procura. & notat Bald. in l. nam ita diuus. in fin. ff. de adopt. vbi inquit quod citatus, qui comparuit coram iudice, a lege monitus intelligitur vt non recedat absque licentia: & hoc etiam habet locum in actore, vt in not. casu tradit Innoc. in cap. calumniam. de pen. refert, & sequitur Alexan. in consi. lxxij. videtur prima consideratione. libr. iij. & generaliter pro qualibet cõtumacia quis excõmunicari potest. dicto cap. certum. & per gloss. in cap. duo sunt. xcvj. distinc. & in cap. ex parte. el j. de verborum significa. Et hoc etiam procedit in presumpta contumacia: vt not. Abb. in cap. tenor. de re iudicata. Et hoc intelligitur, quando fuit contumacia in non comparendo: secus si comparuit, & noluit parere precepto in re leui: quia pro tali contumacia in non parendo non debet excommunicari: vt per Abbatem hic, qui rationem adducit: quia maior est contumacia in non comparen-
13 do, de quo me remitto ad ea, que alias dixi. Et adde † quod videtur maior contumacia in non parendo, ex eo quod voluit gloss. in capitulo, qua fronte. in verbo, cautione. de appellationibus. dicens quod excommunicatus quia nõ comparuit, absoluitur cum simplici iuratoria cautione: sed excommunicatus: quia noluit parere, non absoluitur, nisi datis pignoribus, vel fideiussoribus, per illum textum, ibi: sufficienti cautione.

Mod.quidam respondent,negando ꝙ excommunicatus,qui non comparuit,absoluatur cum simplici cautione,sed requiritur ꝙ promittat cum fideiussoribus, vel pignoribus, secũdum Abb.in c.ex parte.el j.in glos.in verb.sufficiens.de verb.signifi. Sed certe ista esset magna restrictio ad iura, que simpliciter dicũt excommunicatum debere absolui prestita cautione, cum iuramento de parendo mandatis ecclesie.c.cum desideres. ca. tenor.de sen.excommu.Unde,vt dixi in ca.qua fronte.dum dicit de cautione sufficienti, intelligitur de simplici, secundum subiectam materiam:vt not.But.in c.si.de resti.spo.Sequitur Alex.consi.xxxv.viso processu.volu.iiij.Et sic siue sit contumacia in non comparẽdo,siue in non parendo, cautio simplex sufficit:⁊ per consequens glo.in d.c.qua fronte.non videtur vera, vt latius dixi ibi. ¶Undecimo nota quod non omne peccatũ
4 est dignum priuatione beneficij,sed debet esse graue.+.xvj.q.vij. c.inuentũ.vt per Abb.hic.Ex quo inferri videtur ꝙ pro quolibet mortali peccato quis deponi possit: quia omne peccatum mortale est graue:quia priuat vita eterna.xxv.dis.§.alias.⁊ no. Abb.in c.sicut nostis.de iureiurã.Sed tamen hoc non videtur verum:quia licet peccatum mortale priuet vita eterna, non tamen per hoc reputatur graue, vt quis deponatur: vt probatur in c.j.lxxxj. distin.Et quia sequeretur ꝙ pro omni peccato mortali quis posset deponi:quod absurdũ videtur, vt tradunt Mod.in c.dilecte.de excep.⁊ dicit Abb.in c.at si clerici.in prin. post Hostr.quem refert,ꝙ omne crimen mortale de rigore iuris exposcit depositionem, ⁊ ad hoc plures canones adducit:
14 secus est de equitate:de quo ibi videbimus. ¶Ultimo no.†ibi: videri.ꝙ verbum,videtur,de iure.respondetur vt per Abbat. hic.Sed,vt alias dixi,hoc non probatur hic:quia tex. expresse loquitur,dum dicit,non potest iure videri:dictum tamen in se verum est:quia tantum est dicere, non videtur, sicut si legislator dicat,non est:vt not.Abb.per illum tex.in c.decetero.de homic.cum simi.vt alias dixi.⁊ no.Bal.in l.etiam.C.mand. ⁊ facit tex.in c.j.de delic.puerorum.in fin.in c.de vxore.de sepul.in c.cũ apud.de spõ.in l.j.§.queri potest.ff.ad Turpil.⁊ in l.j.vbi Bal. ff.de execu.tut.per illum tex. Et hoc etiam habet locum in causa criminali:vt no.Bal.in l.ob hec verba.ff.de his qui no.infa.⁊ licet valeat sententia lata per verbum,videtur,vt no.Bar.in l. quid tamen.§.si arbiter.ff.de arb.non tamen valet sententia lata secundum conscientiam iudicis:vt no.Bal.in c.nisi cum pridem.de renun.ver.quid si testis.vbi allegat tex.in c.j.§.sacramẽtum.in fi.de consue.recti feu.⁊ Bal.ibi circa fi.rationem adducit,quia iudex debet iudicare secundum allegata ⁊ probata, ⁊ non secundum conscientiam:vt no.in l.illicitas.§.veritas.ff.de offi.presi.In testibus autem deponentibus per verbum,videtur,non creditur:vt per Barto.in d.§.si arbiter.⁊ no.Pan. de Cast.in l.j.ff.de iust.⁊ iur.cum simi.vt tradunt Mod.ibi.Et notandum est ꝙ verbum,videtur,importat tacitam voluntatem: vt no.Aret.dicit in consi.v.in causa,⁊ puncto.per l.item queritur.§.qui impleto.ff.loca.⁊ per l.dolia.in fi.ff.de contrab.empt. Et hoc verum videtur,referendo hoc verbum, videtur, ad factum alterius,prout Aret.⁊ iura preallegata loquuntur:secus videtur,si ad propriam personam,⁊ ad factum proprium referatur:quia tunc voluntas expressa videtur,per supra dicta.Unde si sententia lata per verbum,videtur,errorem contineret.videretur error expressus in sentẽtia,iuxta c.j.de re iud.⁊ibi not. Et quod dictum est de verbo,videtur,idem est in verbo,credo: vt no.Anto.de But.in c.ex parte.in vj.not.de postu.cum simil. vt dixi alias.Et ad idem tex.in c.j.de delic.puer.vbi Anton.de But.⁊ Ioan.de Anan.⁊ in c.cum illorum.de sent.excommu. in c.qualiter,⁊ quando.el ij.circa fin.de accu.in l.si pater.in princ. ff.de suis ⁊ leg.⁊ in l.si quis filio.§.irritum.ff.de iniu.rupt. testa. vbi Bal.⁊ Imo.hoc dicunt:⁊ de similibus verbis,alias dixi,vt no.Abb.in c.ij.in princ.de mut.petitio. Et ex his expedita sint notabilia. ¶Glo.ij.ibi:ne posset postea iudicem recusare.Cõclusio glo.est,quam Abb.⁊ doc.sequuntur,ꝙ interrogatio fuit facta ad excludendam declinatoriam exceptionem,que contra iudicem opponi potuisset.Et hoc intelligendum videtur, nisi quis esset exemptus: quia priuilegio exemptionis renuntiari non potest:vt est tex.in c.cum tempore.in fi.§.de arb. Secũdo, conclusio gl.intelligitur,quando tractabatur solum de interesse ipsius episcopi,vt hic:quia agebatur contra personã eius: secus si agatur de interesse ecclesie:quia nõ possent episcopi sine capitulo,vt probatur in c.cum dilectus.de relig.domi. Tertio,conclusio intelligitur,quando fuit facta specialis renuntiatio fori,⁊ non sufficit generalis.l.j.in verb.specialis.ff.si quis in ius voc.non ier.⁊ hic specialis denuntiatio videtur, dum promittit respondere etiam tali iudici, ex quo ad alium effectum ista verba non possunt verificari:arg.l.ij.ff.de lib.⁊ posth.Et in simili hoc tradit Alex.post alios,quos refert in l.j.in princi.de illo,qui promisit obedire mandato curie.Et quia gl.hic loquitur in recusatione iudicis,que tollitur consentiendo in eum,vt in iuribus allegatis in glo.hic. ¶In fin.glos.dicendum est vt
15 alias scripsi:⁊ dum Abb.dicit†ꝙ concilium non debet recusari,si remotis suspectis,remanet in numero sufficienti, secundũ qualitatem cause:hoc declaratur,vt idem Abb.tradit in c. iij. de re iud.Et conclusionem Abb.hic sequitur Alexan.consi.gl. perspectis verbis.vol.ij.⁊ facit quod no.Abb.in c.causam que. §.de off.delega.Et hoc videtur verum,nisi suspecti essent presidentes, qui verisimiliter alios traherent in suam sententiam: quia videtur ꝙ tunc tota synodus possit recusari,vt dicit Uincentius hic,quem Abb.refert:⁊ quia si caput suspectum est,tota synodus potest recusari:vt no.Bal.in l.j.C.si rector prouinc. facit tex.in c.accedens.el j.vt lite non contest.⁊ quod Abb.incidẽter dicit quomodo procedatur in causa criminali, vide que plene Abb.tradit in cap.ij.de dilat.Et circa hoc plura scribit Aret.post Abb.in ca.licet.de accu.Item dum Abb. concludit ꝙ ordinarius recusari potest, si habet assessorem suspectũ, hoc intelligitur quando iudex ipse imperitus sit,prout ratio Ab. ostendit:secus ergo si iudex ipse esset peritus: quia tunc suo iudicio,⁊ non consilio assessoris regulari debet:vt not. Barto.in l.in bonorum.in fi.ff.de bo.poss.cum simi.vt dixi in l.iuris ignorantia.C.qui admitti.Et adde quod licet ordinarius sit suspectus,tamen vicarius eius non potest recusari:vt est tex.not. in l.j.C.si quacun.pred.fue.pote.Ita ergo videtur econtra dicendum,quod si vicarius, vel assessor suspectus sit, quod iudex ordinarius non possit recusari. Et ita arguit Andre. Sicu.hic. Sed respondetur quod text.in d.l.j.loquitur in vicario constituto ibi a principe,qui non facit vnum ⁊ idem tribunal cũ ipso ordinario:vt no.Sal.ibi,qui secus dicit esse in vicario eiusdem tribunalis:quia tunc esset suspectus,vt doct.hic dicunt.Et hoc sane intelligitur, quando causa suspicionis respiceret ordinarium,sicut vicarium:alias secus,vt notab.tradit Domin. post Oldr.quem ibi refert,in c.si contra vnum.circa fi.de off. deleg. in vj.Postremo circa istam gloss. non omitto ꝙ etiam alia ratione dici potest quod episcopus hic interrogatus fuisset, secũdum Imol.post Pe.de Anch.quia erat in electione episcopi, an episcopus velit in causa criminali respondere coram concilio,vel coram Papa,per text.in cap.neminem.in fi.iij.quest.vj. vbi dicitur quod omnis accusatio audiatur intra prouinciã, ⁊ a prouincialibus terminetur,nisi prelatus sit:⁊ ideo si eligit respondere in vno loco,non potest penitere.Quidam hic dicunt, nõ esse verum quod episcopus possit declinare iurisdictionem concilij,per cap.ij.iij.q.vj. ibi:quia non oportet accusatum alibi,quam in suo foro,audiri. Sed responderi potest quod illud verum sit contra voluntatem accusati. Et quia illa verba alibi,quam in foro suo, non excludunt summum pontificem, qui cum omni ordinario concurrit.ix.questio.iij.cuncta per mundum.Et ad tex.in dicto cap.neminem. quidam hic respondẽt, quod illa verba,nisi prelatus,sit referuntur ad verbum,terminetur:quia causa criminalis episcopi quo ad depositionẽ, Pape reseruatur.Sed replicari potest quod illa verba,nisi prelatus,faciunt exceptionem,vt in regu.peccatum.de regul.iur. in vj.⁊ not.in l.actione.C.de transac.⁊ illa exceptio videtur referri ad omnia precedentia.l.j.C.de liber.preter.cap.ij.de app.Et hoc consonat, quia cum decisio cause seruetur sedi apostolice, etiam videtur quod cognitio si pars velit,ibi agitari possit,ne continentia cause diuidatur.cap.j.de cau.possess.⁊ proprieta.l. nulli.C.de iudic. ¶Gloss.in verbo,expediri.ibi:pro defendere. ⁊ idem gloss.per illum tex.in l.cum miles.in verbo,experiri. ff. de alie.iu.mut.causa fact.⁊ in cap.qui generaliter.in verbo, experiri.de procura.in sexto. ¶In eadem gloss.ibi:pro agere.facit textus in l.inter tutores. in l.si duo. ff. de administrat.tutorum.in l.j.ff.de condictione ex lege.⁊ in l.sepe.de re iudicat.Ad idem text.in l.j.ff.quod vi aut clam.⁊ in l.j.ff. de diuer.⁊ tempo. prescrip.⁊ in l.prima.ff.vti possidetis.Et de his quedam Albericus adducit in verbo,experiri. Et proprie ponitur pro agere,secundum glossam in cap.penultimo, de re iudic. ¶Gloss. in verbo.placere.ibi:l.si conuenerit.Ad illum textum communiter respondetur, quod locum habet, quando iurisdictio in iudicem alienum prorogatur. ⁊ ita etiam loquitur.Hic vero textus procedit in pacto de non declinando iurisdictionem proprij iudicis,qui ex aliqua causa poterat recusari.Et ista solutio per Abbatem hic quatuor rationibus in effectu confirmatur,que tamen fragiles sunt. Nam primo dicit ipse quod odiosum videtur prorogare iurisdictionem iudicis alieni, cum a proprio iudice recedatur.Sed contra hoc facit text.in l.iij. ⁊ quod ibi Bal.in iij.not.ff.de off.presid.vbi inquit quod concessio iurisdictionis facta alicui, est fauorabilis:⁊ ideo etiam habet locum in hominibus alterius iurisdictionis,vt ibi dicitur.

Preterea, non est verum simpliciter in causa criminali, prout agebatur hic, quod per prorogationem adimatur iurisdictio priori iudici, vt not. Specu. in titul. de compe. iud. adi. §. j. versi. sed nunquid iudicem. Anton. de But. in capi. si diligenti. ver. & per hoc concluditur. de foro competen. Are. in cap. ad petitionem. de accu. facit quod not. Pau. de Cast. in l. j. C. vbi de crim. agi oportet. Et dato quod adimatur iurisdictio priori iudici, hoc non videtur in consideratione: quia erat illud in fauorem partis, cui partes possunt renuntiare. capi. ad apostolicam. de regularibus. l. penul. C. de pactis. Et hoc patet, quia prorogare possunt sine consensu proprij iudicis: quia priuatorum consensus sufficit. l. ij. §. conuenire. ff. de iudic. Secundo Abb. dicit quod in iurisdictione declinanda solum agitur de abdicanda quadam facultate parti, & non de tribuendo aliquid iudici. Sed respondetur quod illud, quod tribuitur iudici in iurisdictione proroganda, pendet a consensu partium, ex quo eorum consensus sufficit, vt dixi: & partes ita possunt iurisdictionem conferre iudici alieno, sicut a se possunt illam facultatem recusandi abdicare. Tertio Abbas dicit quod ex quo semel quis approbauit iudicem, illum recusare non potest. Sed ista ratio etiam videtur militare in prorogatione iurisdictionis, ex quo ita semel placuit. Et dum Abbas ibi subijcit, quod iurisdictio dari non potest, nisi iudex consentiat: hoc falsum est: quia contra tex. in d. l. ij. §. conuenire. ff. de iudic. vbi consensus priuatorum sufficit, nec consensus iudicis, in quem iurisdictio prorogatur, nec illius, a quo abdicatur iurisdictio, requiritur. Postremo Abb. dicit quod in casu isto non habet locum penitentia, quia agitur de modico preiudicio. Certe etiam ista ratio videtur militare in prorogatione iurisdictionis. Quod patet, quia partes possunt sine consensu iudicis, vt dixi: vnde remotis rationibus Abb. conclusio supra facta confirmatur ex his, que alias dixi. Et vlterius facit: quia cum dispositio d. l. si conuenerit. sit contra regulas iuris communis: quia regulariter in contractibus non habet locum penitentia. l. sicut. C. de act. & obliga. l. in commodato. §. sicut. ff. commoda. & illa lex loquitur in pacto de prorogando iurisdictionem alterius iudicis, vt patet ibi: vt alius pretor, quam cuius esset iurisdictio, ius diceret: non debet extendi, cum exorbitans sit ad casum: quando agitur de iurisdictione non declinanda, in quo non est eadem ratio, per ea, que alias dixi. Non obstat quod iste communis intellectus non videtur procedere absque diuinatione, & quod litera restringatur, que generaliter loquitur, vt alias dicebatur: quia responderi potest quod cum ageretur coram concilio prouinciali, quod erat suus index. vi. q. iij. c. scitote. patet quod loquitur in iurisdictione non declinanda. Et quia si ageretur de iurisdictione prorogãda necessarius fuisset consensus proprij iudicis. cap. significasti. de foro competenti. In alijs me remitto ad ea, que

16 alias dixi. ¶ Successiue† Abbas ex pluribus concludit quod valet pactum in presentia iudicis alieni, vt coram eo litigetur, & non habet locum penitentia. Et ista videtur communis opinio, vt patet ex his, que Alexand. tradit in l. si conuenerit. in v. fallen. & idem tenet Mathesil. in not. cv. nota doctrinam singularem. & late dixi in ij. limitatione hic. Mod. tamen in dicta l. si conuenerit. impugnant hanc communem opinionem tali ratione. Nam in prorogatione iurisdictionis nec consensus, nec presentia iudicis requiritur. l. ij. in princip. ff. de iudic. Sed vbi presentia iudicis non requiritur, si interueniat, nihil operatur. l. siue apud acta. C. de transact. ergo presentia iudicis non debet operari vt penitentia tollatur. Sed responderi potest, vt alias dixi, quod tex. in d. l. ij. §. j. ff. de iudic. loquitur in prorogatione reuocabili, secundum quod dicitur in d. l. si conuenerit. secus videtur in prorogatione irreuocabili, de qua docto. hic loquuntur. Preterea non videtur verum simpliciter quod vbi non requiritur presentia iudicis, si adhibeatur, quod nihil operetur: quia sepenumero iudicis presentia multum operatur, vt Mod. tradunt in d. l. si conuenerit. Item responderi potest quod doc. hic loquuntur, quando fit pactum in presentia iudicis, & ipsi iudici, de cuius interesse agitur, vt sibi iurisdictio acquiratur: non sic in d. l. siue apud acta. quia ibi, cum similibus, non agitur de re

17 pertinẽte ad iudicem. Et pro ista distinctione facit quod doct. tradunt in c. quoniam contra. de prob. ¶ Subsequẽter† Abb. querit quid operetur pactum in casu d. l. si conuenerit. Et refert tres opiniones: & in effectu prima videtur concordare cum tertia, quam ipse sequitur, & concludit quod non obstante penitentia, agi potest ad interesse, si stipulatio interposita sit: alias si nudum sit pactum, exceptionem producit, scilicet respectu interesse, de quo loquitur. Gratia exempli, si actorem peniteat, & ab eo reus conueniatur coram alio iudice, de quo non fuit conuẽtum, poterit excipere quod prius sibi soluatur interesse. Et ista videtur communis opinio, vt patet ex his, que Alex. tradit in d. l. si conuenerit. in ij. fal. & alias late dixi. Mod. in d. l. si conuenerit. videtur tenere contrarium, dicentes quod si agatur ad interesse interueniente stipulatione, ita etiam esset in pacto simplici: quia interesse pretenditur, etiam cum pacto simplici agi potest. l. elegãter. §. seruus pactionis. ff. de dol. & quod ibi Bar. Sed responderi potest quod tantum in casu speciali ex pacto agitur, videlicet quando tractatur de interesse alterius, qui esset deceptus, & damnum pateretur, prout loquitur, tex. in dicto §. seruus pactionis: nam tali casu esset idem in pacto, quod in stipulatione: quia esset eadem ratio. Sed quando allegatur simpliciter interesse, ex eo quod pactum nõ seruetur, propter hoc actio non competeret: alias nunquam haberet locum regula, que dicit, quod nudum pactum actionem non producit. l. iuris gentium. §. igitur nuda. ff. de pact. Et colligitur hoc ex dictis Barto. in d. §. seruus pactionis. Et secundum istam regulam procedit differentia, quam faciunt docto. inter pactum, & stipulationem. Alijs tamen rationibus suaderi potest, vt alias dixi, quod in casu dicte l. si conuenerit. non agatur ad interesse. Et sic verior videtur secunda opinio, quam Abbas refert. Nam in dicta l. si conuenerit. ponitur casus specialis, in quo habet locum penitentia. Vnde si posset ibi peti interesse, non esset speciale in illo casu: quia in qualibet obligatione facti est locus penitentie soluendo interesse. l. si quis ab alio. de re iudicat. & quia si teneretur ad interesse, per indirectum ab obseruationem pacti obligaretur: argumen. l. stipulatio hoc modo. de verborum oblig. Et quia in alijs casibus, in quibus penitentia permittitur, libere, & impune conceditur: vt not. in regu. quod semel. de regu. iur. in vj. facit tex. in c. j. in prin. de regu. iur. in vj. Saluari tamen potest communis opinio, vt interueniente stipulatione non habeat locum penitentia: & sic non habeat locum tex. in dicta l. si conuenerit. quia cum loquatur in pacto simplici, nõ debet extendi ad stipulationem, cuius natura magis repugnat, vt non habeat locum penitentia, per ea, que alias dixi. Et in simili de contractu innominato. notat Bartol. in l. ij. C. de condictione ob causam. Sed casu quo haberet locum penitentia, vt dicitur in dicta l. si conuenerit. non est vera illa opinio, quod agi possit ad interesse per supra dicta. & alias latius deduxi, retenta tamen communi opinione quod agi possit ad interesse, secundum Abbat. queritur de duobus. Primo, an illud interesse peti possit coram illo iudice, coram quo quis promisit respondere. Secundo, quid si in casu l. si conuenerit. iuramentum interponatur, an excludatur penitentia. De quibus me remitto ad alia, que alias late scripsi, quibus nihil occurrit addendum. Deinde Abb. opponit de cap. dilecti. j. titul. j. & respondet quod dum ibi dicitur quod promisit respondere, vel soluere, intelligitur copulatiue: & sic quod promisit ibi respondere, & soluere, & ratione destinate solutionis videtur ibi contraxisse. Sed ista responsio videtur literam destruere, que alternatiue loquitur. Vnde Alexand. in l. penul. C. de pact. dicit quod ibi verbum illud, respond. ponitur pro soluere. Moder. ibi hoc reprobant: quia cum ibi exprimatur quod promisit respondere, & soluere, non potest dici quod verbum, respondere, ponatur ibi pro soluere, ex quo vtrunque verbum ibi exprimitur. Sed replicari potest quod licet verbum, respondere, non ponatur formaliter pro soluere, tamen ponitur pro equipollenti. Et hoc est, quod voluit dicere Alex. & facit tex. in l. iij. C. de procu. vbi Bal. per illum tex. dicit quod respondere, ponitur pro, soluere. & Bal. in l. eam, quam. col. j. C. de fideicõ. quod declaratur. & pro Pau. de Cast. in d. l. iij. C. de procur. & in l. iij. §. si quis ita. ff. de eo, quod certo loco. cum simil. vt alias dixi. Et ad tex. in d. cap. dilecti. considerandum est quod illa verba, respondere, vel soluere, in effectu ponuntur pro iurisdictione prorogata: quia ita erat presupponendum ad effectum, de quo ibi queritur, videlicet vt priuilegiũ, de quo ibi, non habeat locum in eo, qui iurisdictionem in alienum iudicem prorogauit. Postremo Abb. instat circa illam clausulam, que apponi solet in instrumentis, quando quis promisit soluere Mediolani, Florentie, & vbicunque locorum. De quo me refero ad ea, que alias dixi. Quibus addendum est quod no. Bal. in consi. cclxvij. verba dicunt. lib. j. & quod tradit Roma. in not. cclxxx. regula est. & Mod. in c. fi. de fo. compe. Cepo. caute. lxxx. sepissime. ¶ Gl. in verb. donec. ibi: satisdatione premissa, id est satisdatione prestita. & hoc probatur in c. ex parte. alleg. in glo. fi. de ver. sig. vt no.

18 Cald. in consi. j. de sent. excom. vbi concludit† quod si Papa mandat quod quis absoluatur prestita satisfactione secundum eum, sufficit cautionem prestare. Et ad hoc bene facit quod notat Ant. de Bu. in c. fi. de rest. spo. vbi inquit quod cautio sufficiens dicitur secundum subiectam materiam. Et ideo in excommunicatione talia verba accipiuntur pro cautione simplici. & sequitur Alexand. consi. xxxv. viso processu. volumine iiij. Et predi-

cta conclusio gloss. hic intelligitur, nisi sint aliqua verba, que vi
deantur importare solutionem: vt per gloss. notab. per illum
tex. in cap. quoniam. in verbo, satisfactum. de immu. eccle. in vj.
¶ Gloss. fin. ibi: cap. rursus. De intellectu illius capi. Abb. hic
late insistit, quem alias sum secutus. Et idem tenet Cardi. in c.
perpendimus. in xxxiij. quest. de sentent. excommun. cum simil.
19 vt alias dixi. Sed nunc† aduertendum est: quia dum Abb. con
cludit quod si causa, pro qua quis fuit excommunicatus, sit di-
d gna priuatione, post annum [d] erit priuatus, vel priuandus be-
neficijs, secundum naturam delicti. Nam ista conclusio non vi
detur vera: quia licet delictum, pro quo fuit excommunicatus,
sit dignum priuatione de sui natura, hoc verum videtur, quan
do constat de delicto, ⁊ non sufficit contumacia, argument. l. si
ideo. ff. de euictio. Et quia lis non est contestata, vt gloss. hic di
cit, ⁊ probatur in cap. penult. j. de purgat. cano. vbi per hoc re-
uocatur sententia priuationis beneficiorum, quia lata erat pro
pter contumaciam lite non contestata. ⁊ not. in capi. veritatis.
de dolo ⁊ contumac. Et ad hoc etiam facit quod Abb. hic dicit
de leui crimine, quod post annum satis punitur, quia habetur
pro confesso: ⁊ alia pena nõ debet puniri: nam ista ratio, quam
Abb. adducit in secundo, etiam concludit in isto primo casu,
vbi agitur de graui crimine. Nec obstat quod post annum, si
perseuerabit in excommunicatione, quod ex isto nouo delicto
poterit priuari, per cap. cum bone. de etate ⁊ qualitate. quia se-
cundum hoc non debet fieri differentia an pro graui crimine,
vel leui sit excommunicatus: quia tota vis est in excommuni-
catione, in qua perseuerauit. Preterea non videtur verum ꝙ
propter excommunicationem, in qua perseuerauit post annũ,
quod priuandus sit beneficijs: quia hoc iure cautum non repe-
ritur, vt Card. dicit in dicto cap. perpendimus. xxxiij. qõ. Non
obstat tex. in cap. cum bone. quia loquitur de triennio. Et pon
deratur ibi quod pro tanta contumacia, ⁊ contemptu aposto-
lico, priuatus fuit a summo pontifice, cui, visum fuit, illum pri-
uare beneficijs: quia summus pontifex supremam habet pote-
statem in beneficialibus. cap. ij. de prebend. in vj. clemen. j. in fin.
vt lite pendent. Unde de illo tex. in quo tria concurrunt. Pri-
mo quod durauit contumacia per triennium. Secundo, quia
respectu apostolice sedis commissa fuit a summo pontifice, ad
propositum nostrum hic non bene infertur. Et notandum est
quod Abb. intelligit dictũ ca. cum bone. quod ibi possit priua-
ri. Sed tamen tex. ibi probare videtur quod ipso iure priuatus
sit. Primo dum inquit, quod non licet illi beneficia aliquate-
nus retinere. Uerbum enim aliquatenus, precise excludit. l. li-
ber homo. la prima. ff. de acquiren. rerum domi. facit text. in ca.
accepimus. de pact. Secundo dum dicit, non differat spoliare:
nam hoc verbum etiam denotare videtur quod ipso iure pri-
uatio facta sit, quia sonat in factum in executionẽ iuris: vt not.
in cap. ex parte. ⁊ ibi Abb. in iij. notab. de cler. non resid. Butr.
in cap. fin. de postu. cum similibus, vt tradunt Moder. in cap.
ij. de rescript. Et adde quod perseueranti in excommunicatio-
ne per annum, etiam alia pena imponi potest: vt notãt Joan.
And. ⁊ docto. in cap. j. de homic. in vj. Ana. post alios in capit.
excommunicamus. de here. Aret. in cap. qualiter. ij. §. ad corri-
gendos. de accu. ⁊ facit tex. in cap. fin. de penis. ⁊ authen. creden
20 tes. C. de hereti. ¶ Extra gloss.† opponit, ⁊ respondet: ⁊ breui-
ter conclusio est, quod vbi contumacia notoria est, absque alia
citatione contumax excommunicari, vel mulctari potest: de
quo dicendum est, vt alias dixi. Et adde quod contra istã con-
clusionem videtur dictum Bartol. in l. j. in princip. ad finem. ff.
si quis ius dicen. non obtempe. vbi inquit quod licet contuma-
cia commissa in presentia iudicis notoria sit, tamen citatio re-
quiritur. Et ad hoc facit, quia iudex imponendo multam gra
uare potest: ergo videtur citatio necessaria. Nisi dicas quod
predicta conclusio habeat locum, quando iudex fuisset commi
natus mulctam, quam postea imposuit, per ea, que alias dixi.
21 Quid autem† in cõdemnatione expensarum, an citatio requi-
ratur: Abbas distinguit. Sed quicquid alias dictũ sit, placet
quod citatio non sit necessaria: quia cum de iure communi
statutum sit quod contumax teneatur in expensis. l. sancimus.
C. de iudi. iudex in condemnando partem contumacem in ex-
pensis, non videtur grauare. In alijs me remitto ad ea, que
alias dixi. Ad supradicta queritur quoties iudex mulctare cõ
tumacem possit. Et conclusio est quod ter in anno mulcta per
iudicem imponi possit. l. fina. C. de modo mulctarum. quod de-
claratur vt per Abba. hic, post Barto. in l. nunquam. in prima
oppositio. ff. de priua. delict. Et idem Abb. in capi. j. in princip.
infra de penis. not. Salic. in l. quicunque. §. si vero. de seruis fu-
gi. in princip. Alberic. in dicta l. fina. vbi Odofre. dicit quod de
consuetudine non seruatur. Et adde quod quando delictuȝ est
reiteratum, grauius reputatur: vt not. Abbas in capitulo j. de

cler. percus. ⁊ not. Bald. in auth. qui semel. C. quomodo, ⁊ quan-
do iudex. facit text. in l. iij. C. de episco. audien. ⁊ quod ibi Su-
lier. de Cu. ⁊ not. Bartol. in l. si cui. §. finali, in fin. de accu. cum si
milib. vt tradunt Moder. in capitulo, cum contingat. in prin-
cip. de foro competen. ⁊ Barto. Ueronen. in auten. sed nouo. de
22 furtis. Successiue† Ab. concludit quod citatio nec realis, nec
verbalis fieri potest, nisi de licẽtia iudicis l. neminem. vbi Bar
tol. C. de exhiben. reis. cum similib. vt tradit Abbas hic. Et la-
tius hoc probat Aretin. hic, in versicu. ista conclusio probatur.
Et ad idem est textus in capitul. ex parte. supra de rescript. Et
specialis commissio iudicis requiritur. Unde non valet licen-
tia data generaliter nuntio de citando, secundum Bartol. in
dicta l. neminem. ⁊ Abb. hic, ⁊ idem Bartol. ⁊ Bald. in l. j. C. de
iure dot. Angel. in l. fina. in lectura Florentina. C. de edicto di-
ui Adriani tollen. cum simili. vt tradit Maria. in tracta. de ci
tatione. in articulo xj. Et hoc presertim videtur habere locum
in citatione reali, in qua mandatum speciale requiritur, vt no
tat Barto. in consilio lxxxiiij. in causa stagij. Roma. cons. ccxlj.
spectabiles domini. ⁊ domi. Nellus in ij. parte secundi tempo-
ris. questione lxviij. in tracta. bannitorum. ⁊ habetur in tracta.
de debi. fugi. questione xiij. Et predicta cõclusio procedit, quã-
do aliqua cause cognitio requiritur: alias secus. Unde simplex
citatio ad comparendum potest fieri per nuntium absque spe
ciali commissione iudicis: ⁊ ita practicatur Florentie, vt Bal.
dicit in l. si quando. in xij. questione C. de testi. Et hoc probatur
⁊ sequitur Aretin. hic, versicu. tertia conclusio. Et idem sequi-
tur Perusi. in capit. cum parati. versiculo, quarto queritur. de
appel. Uide tamen Rom. consilio ccccxcvij. diligenter perscru
tatis. vbi indistincte tenet quod in qualibet citatione requira-
tur specialis licentia iudicis, per iura, que Abbas hic adducit.
Et idem Uidetur tenere Angelus Aretin. in tractatu malefi
ciorum. in versiculo, iudex commisit. versicul. ⁊ bene not. Sed
tamen quod dictum est, secundum Baldum magis placet. Et
idem Ange. Aretin. in §. quadrupli. versicu. aduertas tamen.
Insti. de actio. vbi refert de se ipso, dum assideret, quod dabat
licentiam citandi nuntijs tam in causa criminali, quam in ciui
li. ⁊ Maria. in dicto tracta. de citatione. artic. xj. concludit, ita
esse de iure quod commissio iudicis specialiter requiratur, nisi
statutum, vel consuetudo aliter velit: ⁊ talis licentia casu, quo
requiratur, dari potest absque eo, quod iudex sedeat pro tribu
nali: vt not. Bartol. in consi. clxiiij. processus, ⁊ sententia. Pau.
de Castr. in consil. xxxviij. pro pleniori. ⁊ Abbas in capitu. quo
niam contra. de proba. Secundo predicta conclusio limitatur
non procedere in casibus, in quibus permittitur a iure capere
quempiam propria authoritate: vt l. j. C. de rapt. vir. Ita Abb.
hic post Barto. in l. fina. C. de exhiben. reis. ⁊ Bald. ibi dicit qd
cuilibet est licitum capere malefactorem, ⁊ ducere ad iudicẽ: et
not. Barto. in l. generali. per illum text. C. de decurio. lib. x. cum
similibus, vt tradunt Modern. institu. de actio. in principio. ⁊
e idem Abb. infert in debitore fugiente [e], qui capi potest per cre
ditorem: vt per gloss. institu. de actio. in princip. in verbo, in iu-
dicio. cum similibus, vt prosequuntur Modern. ibi. Et subij-
cit Abb. hic, quod licet realis captura permittatur creditori,
non tamen permissa videtur verbalis: quia illa est facti, ⁊ iuris.
Sed hoc non est verum simpliciter: sed dicendum est vt dixi in
cap. cum sit Romana. in gloss. in verbo, passim. de appellatio.
23 Retenta† conclusione supra dicta, quod citatio debeat fieri de
commissione iudicis, si appareat in actis, factam fuisse citatio
nem, ⁊ non constat de commissione, Abb. concludit quod non
presumatur interuenisse, post Barto. in l. sciendum. de verborũ
obliga. cum similibus, vt tradit Alexan. ibi, ⁊ idem tenet Bal.
per illum tex. in l. his solis. C. de reuoc. dona. ⁊ Roma. in consil.
ccccxcvij. in ij. dubio. Are. in consi. xiij. consultatio. vbi dicit ꝙ
ista est communis opinio. ⁊ Ange. Aret. in §. fina. instit. de pen.
te. litigant. ⁊ aliquid de hoc etiam tradit Alexand. in consilio
cxxiij. viso processu. lib. ij. ⁊ sufficit nobis istam esse communem
opinionem, quoniam vlterius non prosequor: quia impertinẽ-
24 ter hic ponitur. Subsequenter† Abb. insistit, an per ista verba,
nullus tali communicet: excommunicatio inducatur. Et ex
eius dictis tres cõclusiones colliguntur. Prima in terminis,
quibus tex. hic loquitur, donec fuerit absolutus. Nam si ista ver
ba proferuntur ab eo, qui habet potestatem excommunicãdi,
cum absolutio requiratur: presupponitur vinculum excommu
nicationis: quia priuatio presupponit habitum: vt l. manumis
siones. ff. de iustitia ⁊ iure. facit quod not. Bald. per illum text.
in l. ij. C. de iur. aur. an. in l. moueor. C. de seruis export. ⁊ poste-
riores hic simpliciter sequuntur. Sed cõsiderandum est, quod
ex quo verba illa de se non inducunt excommunicationem, vt
ipse Abb. dicit, per cap. fina. ne cler. vel monach. in vj. illa abso-
lutio intelligi potest respectu illius pene, ⁊ condemnationis,
que

que citra excommunicationem imponitur: vt habetur in d.ca. fin. necessario non infertur ad vinculum excommunicationis, prout docto. dicunt. Secundo Abb. concludit quod verba ista prolata simpliciter, nullus tali communicet: precedente apparatu, excommunicationem inducunt. Et no. hoc Anto. de Bu. in cap. super specula. per illum text. in princip. ibi: sicut excommunicatus, ab omnibus euitetur. Et eodem modo loquitur tex. in cap. non magno, eodem tit. Sed ista iura parum faciũt: quia expresse dicitur ibi de excommunicatis. Allegatur etiam textus xj. quest. iij. in cap. precipue. in princ. ibi: communionem declina, excommunicata enim est. Sed respondetur ꝙ ibi, per illa verba non inducitur tunc excommunicatio, sed illa euitari debet, secundum regulam: quia erat prius excommunicata. Ista tamen conclusio vera videtur: quia verba ista generalia sunt, ꝛ excommunicationi conueniunt: vnde propter apparatum precedentem secundum subiectam materiam pro excommunicatione intelligi debent: arg. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu ꝛ hab. Et ad hoc faciunt plura iura, de quibus infra dicã. Tertia conclusio Abb. est, quod apparatu non precedẽte talia ver-
f ba non inducunt [f] excommunicationem: quia de sui natura verba hoc non important: ꝛ quia non est seruata forma ecclesie, ꝛ esset delictum, si hoc presumeretur: vt per Abba. hic, ꝛ alij sequuntur. Et adde Bal. in c. super eo. el ij. de app. ꝛ que ibi late digi. Et circa istam conclusionem aduertẽdum est, quia imo verba de sui natura videntur excommunicationem importare: quia principalis effectus excommunicationis est, vt cõmunio remoueatur. Unde dicitur excommunicatio, quasi extra communionem positio: vt Abb. j. de sentẽt. excommun. in rub. Et ideo si iudex, qui habet potestatem dicit, ꝙ nullus talis cõmunicet, videtur excommunicare: vt probat text. hic, vbi ista verba immediate prolata fuerunt a concilio. Et verba illa, que adduntur, donec satisfactione premissa absolutus fuerit: respiciunt continuationem excommunicationis, ꝛ presupponũt excommunicationem latam simpliciter ex verbis predictis. Et ad hoc videtur tex. xj. q. iij. in c. episcopi. ibi: communio vsq; ad tempus synodi denegetur, licet ab aliquibus in contrarium allegetur. Et facit text. in cap. si diligenti. j. titul. j. ibi: a communione habeantur extranei. in ca. ij. §. fin. de sta. mona. ꝛ tex. cum glos. xxxij. di. §. ad hec. in verbo, ducibus. in l. hi qui sanctam. C. de aposta. ꝛ no. Cardi. in cle. si. in iij. not. de sent. excommu. Non obstat tex. in d. c. fina. ne cler. vel monac. quia ibi illa verba non important excommunicationem: quia qualitas iudicis repugnat. Uel secundo ibi non ponuntur verba generalia, que tollunt cõmunionem: sed quidam actus particulares exprimuntur. Non obstat ꝙ non sit seruata forma: quia hoc non attenditur, ex quo constat de mente, per supra dicta, ꝛ excommunica-
25 tio tamen valet, per ea, que Abb. hic dicit. Successiue † dñ Ab. dicit, declarando tex. de Quoduultdeo. dicit laudabile esse habere bonum nomen: vt per glo. j. in proemio Cle. cum simi. addẽ-
c dum est ꝙ ex malo nomine mala suspicio insurgit. not. Joan. And. [c] in c. j. in princ. de deposi. ꝛ ideo cauendum est a malo nomine. Et ista ratione nomen Pape mutatur in creatione: vt per gl. in proemio Sexti, in verbo, Bonifacius. Nomina enim, rerum sunt significatiua, vt dicitur in authen. de defenso. ciuit. in princ. facit tex. in §. est ꝛ aliud. inst. de dona. Sed tamen considerandum est quod predicta viderentur habere locum in nomine appellatiuo: non sic in proprijs nominibus, de quibus agitur: quia non valet arg. vt Abb. hic dicit. ꝛ no. Barto. in rub. ff. sol. matrimo. Ergo non videtur ꝙ a proprio nomine, quod sonat in malum, habeatur mala suspicio: nam illud potest habere locum ex accidenti, si ab aliquo euentu tale nomen impositum fuisset. Uel secunda dicamus, quod licet omnino non valeat arg. a nomine proprio, ita ꝙ necessario inferatur, aliqualis tamen presumptio insurgit per ea, que habentur in cap. j. de deposi. Et ita limitatur illud, quod Abbas de proprio nomine
26 dicit. Et subijcit † Ab. hic, quod argu. ab etymologia vocabuli valet, quando sumitur a natura rei essentialis: secus si ab accidẽtali, ꝛ ab eo, quod ad bene esse requiritur, vt per eũ hic. Sed aduertendum est: quia per hoc non habetur certa doctrina quando arg. procedat: quia ꝙ arguatur a substantiali natura rei, vel ab accidentali, apparebit ex parte post, si argumentum habebit locum, vel non. Sed ad cognoscendum hoc a princi-
27 pio ista doctrina non satisfacit. Aliam † cõclusionem Abb. hic ponit ꝙ valeat argu. ab etymologia vocabuli, si diffinitio non contradicit. Et fuit ista opin. Barto. in l. ij. §. appellata. ff. si certum petatur. cum simi. vt tradit ibi Alexan. Sed, vt alias dixi ibi, etiam ista resolutio non satisfacit: quia tali casu valebit argument. virtute diffinitionis, que concurrit. Et non erit dicere quod ab ipsa etymologia arguatur. Unde finaliter placet conclusio, que colligitur ex his, que Ugu. tradit iij. dist. in cap. priuilegia. quem referunt Moder. ibi. ꝛ S. in proe. decre. vt dicamus quod valet argumen. quando etymologia vocabuli nõ habet se in plus, vel minus, quam vocabulum, ita quod derinatio, ꝛ etymologia non excedat significatum vocabuli, nec econtra. Et de hoc exemplum poni potest in donatione, que dicitur doni datio. §. est ꝛ aliud. insti. de dona. ꝛ similiter in exceptione, que dicitur exclusio actionis. inst. de exce. in prin. Nam in istis verificatur quod dictum est. Et licet in predictis casibus diffinitio non contradicat etymologie vocabuli, sufficit quod arg. procedat, ꝛ verificetur absq; alia consideratione diffinitionis. Et ex ista conclusione infertur ad id, quod Abb. successiue dicit de nominibus verbalibus. Et primo dum concludit post Bart. in proemio Digestorum, in princip. quod Imperator, qui dicitur ab imperando, ꝛ in doctore, qui dicitur a docendo, non valet argumen. nam in istis, ꝛ similibus casibus, in plus se habet etymologia, quam vocabulum: ꝛ ideo non valet argum.
28 vt supra dictum est. Secundo in nominibus † verbalibus Ab.
g concludit quod si sonant in delictum, in vno actu [g] verifican-
7 tur [7]. Et idem tenet Bartol. in d. proemio Digestorum, in l. legatis. de lega. iij. in l. mariti. §. qui questum. per illum text. ff. de adulter. Et ad hoc est text. in c. penul. ꝛ fi. de rap. que iura alleg. Domi. in c. j. de vita ꝛ honest. cler. in vj. Facit tex. in l. quis sit fugitiuus. in princ. ff. de edil. edi. Ab ista conclusione excipiuntur tres casus: vt per Abb. hic, ꝛ Barto. in locis supra allegat. Sed melius est vt dicamus quod predicta conclusio non habeat locum in nominibus, que ex consuetudine, ꝛ ex frequentatis actibus acquiruntur: vt in aleatore, ꝛ in casibus, qui ponuntur per Abb. hic. ꝛ ita no. Bal. in rub. C. de const. pec. ꝛ Joan. de Anan.
29 in cap. j. de cle. percuss. Tertio Abbas concludit † quod ad hoc
h vt quis dicatur mercator, plures [h] negotiationes [8] requirun-
8 tur. Secundo requiritur quod habeat maiorem partem bonorum in mercantijs. De primo, hoc clarum est, vt tenet Barto. in l. legatis. de legatis iij. cum simil. vt tradunt Mod. in proe. Decreta. ꝛ tradit Aret. in consi. xxix. ꝛ l. cetera. §. sed ꝛ si quis. ff. de leg. j. Et hoc intelligitur, nisi esset matriculatus, ꝛ professionem fecisset inter mercatores, quia hoc solum sufficit: vt notat Bald. in d. rub. C. de consti. pecun. in fin. ꝛ sequitur Aret. in d. l. cetera. §. sed ꝛ si quis. Secundum, videlicet quod requiratur ꝙ habeat maiorem partem bonorum in mercantijs, vt no. Bart. in l. semper. §. negotiatores. de iure immu. etiam docto. simpliciter sequuntur. ꝛ not. Barto. in rub. C. de nauicu. lib. xj. cum similibus, vt tradit Alexand. in consi. cviij. viso themate. lib. iiij. vbi consulendo hoc sequitur. Sed aduertẽdum est: quia si hoc dictum ita simpliciter intelligatur, absurdum videtur quod ille, qui sepius, ꝛ longo tempore se in mercantijs exercuisset, non gauderet priuilegijs mercatorũ ex eo, quod plus in bonis immobilibus, quam in mercantijs haberet. Et hoc maxime esset dicendum, si matriculatus fuisset: vnde hoc dictum intelligendum videtur in eo, qui haberet plures, ꝛ diuersas qualitates, que quo ad aliquem effectum repugnarent: nam tunc attenditur illa qualitas, in qua magis versatur. l. legatis. §. fi. vers. de leg. iij. l. queritur. de statu hominum. Et tali casu intelligendum videtur quod not. Bartol. in d. l. semper. §. negotiatores. Uel secundo hoc dictũ intelligitur, quando esset suspicio fraudis, vt quia quis fingeret se mercatorem, cum non esset: vt not.
30 Barto. in d. rub. C. de nauic. lib. xj. Ultimo notandum † est, ꝭm Abbat. quod scholares, qui non student non gaudent priuile-
9 gio scholarium [9]. Similiter si non honeste viuunt. Et idem no. Barto. per illum tex. in l. qui sub pretextu. C. de sacrosan. eccles. cum si. vt tradunt Alexã. ꝛ Moder. in l. scriniarios. C. de testa. mil. facit text. in c. cum ex eo. de elect. in vj. ibi: literarum studio insistentes. Et idem not. Ang. in l. ex eo. ff. de testa. mili. Et hoc intelligitur in priuilegijs, que conceduntur ratione exercitij: secus est si propter dignitatem, vel ratione ordinis concedantur: quia tunc talia priuilegia competunt etiam scholaribus non studentibus, vt not. Domi. in rubr. proe. in fi. in vj. Et in similli not. Bald. in d. l. qui sub pretextu. ꝛ Barto. in l. maximarũ. C. de excu. mu. lib. x. Et late tradit Areti. in c. at si clerici. j. eod. Requiritur tamen quod matriculatus sit: aliter scholaris nõ gaudet priuilegijs, vt not. Domi. in d. rubr. ꝛ Ang. in d. l. ex eo.
31 ff. de test. mil. not. in l. scriniarios. C. de test. mi. Ad secundũ † de scholaribus inhoneste viuentibus, hoc idem tenet Cardin. in proem. Cle. ꝛ facit quod dicitur de viduis, que non gaudẽt pri-
23 uilegijs mariti, si inhoneste viuunt [23]. l. his solis. C. de reuocan. dona. vbi Bald. cum similibus, vt tradunt Modern. in cap. significantibus. de offic. deleg. Sed aduertendum est: quia in vidua hoc bene procedit: quia persona mariti offenditur: merito priuatur priuilegijs, que sibi ex persona mariti competebãt. Non sic videtur in casu nostro: quia licet scholares in domo haberent meretricem, vel concubinam, nõ per hoc videtur quod

debeant priuari priuilegijs scholarium: quia talia priuilegia non videntur data intuitu honestatis: ideo non tolluntur per supra dicta. Secus esset si honestas consideretur largo modo, videlicet quando quis abuteretur priuilegio, prout loquitur tex. quem Abbas hic adducit in l. per id tempus. C. de decur. & statio. li. xij. ibi: erga eos vero, qui inhoneste & contra honorem militie versabantur. Et ita etiam videtur loqui Card. in dicto proemio Clemen. dum inquit quod priuilegium videtur amittere, qui abutitur priuilegio: vt in regula, priuilegium. de regulis iur. in sexto.

¶ Additiones.

a ¶ Iudex. Adde ex quibus, & quot causis iudex recusari possit, eundem Dec. in cap. causam que. versicul. tertio noto. vsque ad fin. ex. de offic. deleg.

b ¶ Viuunt. Quod vidua, que inhoneste viuit, non gaudeat priuilegio mariti, vide Felyn. in cap. pastoralis. in ver. vidua etiã. j. hoc eod. tit. vbi dicit, quod talis vidua, quando inhoneste viuit, non dicitur amplius de domo viri. Hier. Sig.

1 ¶ Reditibus. Late de hoc Deci. in cap. dilecti. in primo not. de exception.

2 ¶ Ut per glossam. Deci. in cap. pastoralis. §. verum. de appellationibus.

3 ¶ ff. Commodati. Vide Joan. Francisc. Balb. in tractat. de prescription.

4 ¶ Graue. De hoc ob que crimina depositio fiat, vide Deci. in cap. at si clerici. j. eo. vbi dicit quod tantum ob grauia delicta, & ibi querit que dicantur grauia delicta, & tãdem dicit totũ hoc residere in arbitrio iudi.

5 ¶ Bene facit. Idem Dec. in ca. prudentiam. §. si vero. in prin. ex. de offic. deleg.

6 ¶ Not. Joan. And. Adde Hippo. Marsi. in l. j. in princi. ff. de questionibus.

7 ¶ Verificantur. Et ex hoc infert alibi idem Dec. in l. si fugitiui. C. de seruis fug. in princ. quod fugitiuus verificatur in vno actu vide omnino Hier. Cagnolum in rub. proem. Dige. vbi etiam alleg. Dec. hic.

8 ¶ Negotiationes. Idem Dec. in consilio xl. & vide que addidi ad Barto. in dicto proemio Digest. & vide Hieron. Cagno. in rub. proem. Digest.

9 ¶ Scholarium. De hoc vide Salian. in repeti. l. Centurio. ff. de vulga. & pup. vbi distinguit. Sil. Ald.

a ¶ Surrogatur. Quod mordet Franc. Ripensis hic, nu. 12. sed Decius melius dicit.

b ¶ Conclusum. Et sic Decius corrigit veterem opinionem suam, quam prius teneret infra de probatio. in rub. numero 10. vt ibi dixi.

c ¶ Reditibus. [redacted]

d ¶ Post annum. Vide decisio. Tholos. ccclxvj. Roman. singu. ccciij. Ripam hic, nu. 76.

e ¶ Fugiente. Caccialup. trac. de debito. fug. quest. iiij. & vij. dixi ad Alexan. consi. lxiiij. lib. iij. consi. ccxlj. lib. vj. & vltra ea, que ibi addidi, idem tenent Caro. Rui. consi. xviij. lib. v. Alciat. c. cum non ab homine. nu. 64. cum seq. j. eod. & Franc. Ripa hic, num. 83. ampliat etiam die feriata, & in templo. Ant. rubr. rep. §. morte. in l. non solum. nu. 243. ff. de oper. no. nunt. & Ripa hic, nu. 88. ampliat. iij. & iiij.

f ¶ Non inducunt. Idem Franci. Ripa hic, nu. 91. & bene, quicquid Decius dicat.

g ¶ Uno actu. Dec. l. j. nu. 10. C. de ser. fugit. vbi citat que hic dixit. Idem Ripa hic, nu. 96.

h ¶ Plures. Alexan. l. Imperator. ad Trebellianum. Jas. l. cetera. §. sed si quis. de legatis j. Corn. consilio xxx. libro iij. Ripa hic, numero 94. [redacted]

1 ¶ Laici non debent se intromittere de rebus spiritualibus.
2 Laicus an possit esse arbitrator in rebus ecclesiasticis. 26.
3 Abbates an veniant appellatione prelatorum, & habeant dignitatem. 4.
5 Episcopus an possit delegare laico causas ciuiles.
6 Presumit, hoc verbum quid significet.
7 Prelati an debeant suscipere delegationem secularium.
8 Instrumentum, de quo religiosus, est rogatus, an valeat.
9 Laicus an possit esse generalis administrator bonorum ecclesie. 10.
11 Laicus an possit esse operarius ecclesie.
12 Laicus an possit constitui procurator ad vendendũ rẽ ecclesie.
13 Laicus an possit esse collector oblationum spiritualium.
14 Oblationes an vendi, vel locari possint.
15 Laicus an possit esse vicarius episcopi, vel assessor. 17.
18 Laicus an possit esse notarius episcopi.
19 Laicus an possit predicare, vel indulgentias, aut decimas colligere. 20. & 25.
21 Mulier an predicare possit.
22 Laicus in casu necessitatis an possit baptizare, & audire confessiones.
23 Laicus in casu necessitatis an absoluat ab excõmunicatione.
24 Laici an possint iudicare de rebus ecclesiasticis, saltem incidenter.
27 Laici in rebus spiritualibus nihil statuere possunt.
28 Laici non possunt interesse electioni prelati.
29 Laici an, & quando possint esse in consilio clericorum.
30 Laici non possunt habere beneficia ecclesiastica, neque clerici de manu laicorum accipere, nec se debent immiscere in ecclesia cum clericis. 31. & 32.
33 Laici non possunt vti rebus Deo dicatis ad prophanos vsus.
34 Prelati qui proprie dicantur.
35 Decernimus, verbum quid importet.



Decernimus. Decretalis ista pulchram habet materiam, quam pro tenui facultate mea diligẽter inferius explicabo. Et in primis solito more prosequar que traduntur per do. Abb. hic: deinde plura alia ad materiam congerã, que varijs in locis dispersa vagantur. Summarium sit, quod laici ecclesiastica negotia tractare non debent, sed prelatorum iudicio disponuntur. De cuius veritate ex infra dicendis apparebit.

1 ¶ † Primo nota secundum Abb. post alios, & ceteri sequũtur, quod laici nec principaliter, nec ministerialiter possunt tractare negotia ecclesie. Et videtur hoc inferri ex verbo illo, tractare, quod generale est, facit tex. in c. cum olim. ex. de arb. ibi: tractare cum ea. & in c. tua. & glo. ibi, in verb. tractatu. j. de his que fiunt a prela. & in l. eleganter. §. si. ff. de pig. act. ibi: male tractauit creditor. & in l. naturalis. §. j. de prescript. verb. ibi: tractatus inspici debet. & in l. si auiam. C. de ingenu. & manu. ibi: si cum peritioribus tractatum habuisses. Unde ex hoc quod tale verbum generale sit, infert And. Sic. hic quod dictum Bal. confundatur, qui hic, versi. sed vtrum. dicit quod laicus potest esse arbitrator in causis ecclesiasticis. Nam, secundum eum, hoc est contra istum tex. vbi laicus generaliter prohibetur tractare negotia ecclesie. Et idem allegando istum tex. Abb. tenet in c. contingit. ex. de arb. & Roma. in l. Titia. ff. sol. matri. vbi dicit se ita consuluisse. Et sic reperitur, vt idem Rom. late tradit in consil. cccxix. in proposita consultatione.
2 † Sed breuiter in contrarium est communis opinio, videlicet quod imo de causis ecclesiasticis, & etiã spiritua-
a libus in laicum arbitratorem[a] cõpromitti potest: vt tenet Host. & Jo. And. in c. fi. in prin. de rerum permu. quos refert Roma. in consi. preal. cccxix. & idem voluit Spec. in tit. de arb. §. restat. ver. quid de sententia excommunicationis. & Bal. in tit. de pac. Constan. in verb. possessiones. in princ. expresse dicit quod de decimis, & alijs spiritualibus potest in arbitratorem compromitti. Et idem sequitur Pe. de Anch. in consil. xxiij. in hac causa. dicens text. in c. contingit. de arb. procedere in arbitro prout loquitur: secus dicit esse in arbitratore. Et idem Anch. tradit in alio consil. xcvij. istam questionem. in prin. & Alex. in l. quoties. C. de iudicijs. & in consi. xcj. visis actis. lib. ij. & Jo. de Ana. in ca. sicut in vno. de beret. Et hoc idem ipse Ro. approbauit in cõsi. clxxiij. pro decisione. Ex quibus patet, istam esse communẽ opinionem, a qua non esset recedendum. Et non videtur verum quod Abb. hic dicit, laicum prohiberi, etiam ministerialiter, siue ministraliter, tractare negotia ecclesie, cum laicus etiam in spiritualibus procurator esse possit. c. j. de procu. in vj. Et laicus ac-
1 ceptare potest beneficium pro clerico absente: vt no. Jo. And. quem alij communiter sequuntur, in c. accedens. de prebendis. & Cald. in consi. j. in tit. de preb. Et laico causa ciuilis ecclesiastica, ab episcopo delegari potest, vt tenet glo. hic, que communiter approbatur. Ergo videtur quod laici, saltem tanquã ministri, negotia ecclesiastica spiritualia tractare possint. Et ideo verbum, tractare hic non ita generaliter accipitur, sed intelligitur secundum naturam tituli, videlicet quod laici tractare non possunt negotia ecclesiastica, iudicando, & disponendo. Et hoc indicat natura tituli de iudi. arg. l. Imperatores. ff. de in diem addict. Comprobatur hoc, dum dicitur, spiritualia prelati iudicio laicorum non disponant: ergo videtur quod tractatus, qui supra proxime laicis prohibetur, esset in iudicando, & disponẽdo de rebus ecclesiasticis, & non in nudo ministerio. Et ad hoc etiam

etiam facit text.in fi.dum inquit q propter eorum prohibitio-
nem iustitiam exercere non dimittat:ergo videtur q prohibi-
tio laicorum esset circa administrationem iustitie: ex quibus
consonat,vt dixi,q verbum tractare in disponendo,& iudican
3 do intelligatur. ¶ † Secũdo nota q appellatione prelatorum
veniunt abbates, vt colligitur hic & alij ecclesiarum prelati.nã
illa dictio alij,similitudinem ostendit:vt no.in c.sedes.de rescr.
in l.ij.C.de ser.fug.Et hoc modo idem probatur in ca.presenti.
in prin.de off.ord.in vj.& in c.vt apostolice.in princ.de priuil.in
vj.& idem probatur in c.j.de etat.& qual.& in c.tua nos.vbi dixi,
4 de app.Imo,quod † plus est,abbates dicuntur habere digni-
tatem: vt est tex.xvij.quest.vij.in cap.sicut deinceps.vbi tex.in
prin.loquitur de episcopo,& abbate. Et subijcit idẽ esse in alijs
dignitatibus inferioribus:& probatur etiam in c.vt apostolice.
vbi tex.loquitur de abbatibus,dum dicit,quibus ex propria di
gnitate non competit.de priui.in vj.Et eodem modo de abba-
tissa loquitur text.in c.indemnitatibus.§.verum.de elect.in vj.
ibi:dignitate.Et hoc tenet Cardi.in cle.j.ver.quero an nomen
abbatis.de rescrip.& sequitur Imo.ibi,post Host. quem ibi re-
fert in c.tuam.de eta.& qualit. Sic etiam abbatia dicitur digni
tas,vt concludit post longam disputationem.Do.in ca.ij.ver.
sine dubio.de preb.in vj. De quo tamẽ videndum est quod tra
dit Lap.alleg.lxxxiiij.vbi in quodam casu concludit q appel-
latione beneficiorum,& dignitatum, abbatie non includuntur.
Et ad predicta notãdum est,q abbatia dicitur esse de inferio-
ribus dignitatibus,secundum Abb.in c.per tuas. per glo.ibi,
in verbo,excellentiores.de simo.Sed in hoc reperio q contra-
rium tenet Lap.in allegatione lxxxiiij.s.allegata,incip.domi
nus Papa.vbi inquit q abbatia dicitur esse in primo dignita
tis gradu,sicut episcopatus.alleg. text.in d.c.si quis deinceps.
xvj.q.vij.Sed dici potest q abbatie teneant medium inter ma
iores dignitates,& inferiores. vt in simili Abb. dicit post Joã.
And.in c.maioribus.de prebẽ.q abbatie tenent medium inter
maiora,& inferiora beneficia.Ex predictis dicit glos.notabilis,
quam Abb.hic adducit in c.subdiacono.xcvij.dis.in verb. Ab-
bas.q Abbas prefertur clericis,& non solum clericis simplici-
bus,sed alijs dignitatibus secularibus inferioribus ab episco-
po Abbas preferendus est:vt not.Domi.scribit in c.fi.in prin.
per illum tex.de off.deleg.in vj.Et ibi similiter dicit q Abbas
canonicis cathedralis ecclesie preponitur. Et idem de canoni
cis expresse decidit Bald.in c.pastoralis.in ver.extra quero. de
off.dele.dicens q magis deferendum est vni Abbati foraneo,
quam vni canonico cathedralis ecclesie: quia est in dignitate,
cum presit capitulo:& canonicus ipse nõ dicitur habere digni-
tatem.c.statutum.in prin.vbi Domi.de rescri.in vj.Et hoc ve-
rum videtur, nisi canonici collegialiter procederent, quia re-
presentant cathedralem ecclesiam, que plus alijs honorari de-
bet,vt no.dicit Domin.in c.quanuis.el j.in §.quanquam. in iij.
not.de preb.in vj.Et ad hoc bene facit quod no.Abb. in c.cum
non liceat.in princ.de prescrip.vbi inquit q ecclesie inferiores
debent reuerentiam capitulo,sicut episcopo, & non singulis ca
nonicis. Et q Abbas preferatur alijs dignitatibus seculari-
bus inferioribus ab episcopo,facit tex.hic, secundum vnam li-
teram,ibi:abbates,archidiaconi.Ex priori enim nominatione
maior dignitas arguitur,iuxta glo.in ca.bene quidem.xcvj.di.
& in c.quorundam.de elect.in vj.cum si.Et hoc modo idem pro-
batur in c.presenti.in prin.de off.ord.in vj.& in c.fi.in prin.de of.
deleg.in vj.Ex quibus dicit hic And.Sicu.se consuluisse quod
Abbas pferatur archidiacono cathedralis ecclesie. Pro quo
est decisio Abb.qui in terminis hoc tenet in c.ex ore.in iiij.no.
per illum tex.de priui.Et ad hoc faciunt plura iura, in quibus
Abbas prius, quam archidiaconus, nominatur in suprascri-
ptionibus Decretalium:vt patet in c.fin.de dilat.in capi.dile-
ctus.de offic.deleg.in cap.fin.de confir.vti.vel inut.& in ca.cum
oporteat.de accusa. Et idem in alijs dignitatibus secularibus
inferioribus ab episcopo:vt not.in c.penul.de off.vicar. in cap.
insinuante.de offic.deleg.in cap.ij.de renun.in cap.cum dilecti.
de elect.in cap.ex parte.el primo.de verbo.signifi. Et quod di-
ctum est in abbate,idem esset in preposito, qui sit loco abbatis:
quia idem de tali preposito iudicatur,quod de abbate: vt not.
Abb.in c.cum illorum.per glos.ibi in ver.abbatem.de sentent.
excommu.secus vero si prepositus non sit loco abbatis, sed con
sideretur simpliciter:quia archidiaconus preposito prefertur:
vt Bal.concludit in consi.ccccxxxv.incip.archidiaconus.vo.iij.
5 ¶ In gloss.ij.ibi:mere ciuiles.glo.concludit quod † episcopus
causas ciuiles laico delegare,& committere potest.Et idem gl.
in c.bene quidem.xcvj.dist.cum simi.vt per Abb.hic.& no.Spe.
in ti.de legato.§.nunc ostendendum.in ver.sexto.cum similib.&
prosequuntur Moder.hic,& idem Feder.de Senis in consilio
cxxv.super eo.facit c.exposita.allegatum in glo. s.de arbitris.
And.Sicu.hic,& idem in consi.xlv.mandato,& iussu.volu.ij.
insurgit contra communem opin. & probare conatur q causa
ciuilis ecclesiastica per episcopum laico committi non possit:
primo per textum in cap.nullus.j.titu.j.vbi dicitur quod nul-
lus iudex secularis clericum sine permissu pontificis iudicare
potest, ergo consensus sufficiens non videtur. Sed ad hoc re-
spondetur quod verbum,Pontificis,ibi de episcopo intelligi
tur: quia Papa ipse,summus pontifex appellatur:vt per gl.
ij.in c.j.de constit.in vj.facit tex.in c.cleros.ver. episcopi enim.
xxj.dist.Et hoc probatur in c.clericum cuiuslibet.xj.q.j.vbi tex.
in eodem casu loquitur, & dicit, absque sui pontificis permissu.
Illa enim verba Pontificis sui, de proprio episcopo intelli-
genda sunt.Et de hoc est casus in cap.clericum.eadem causa,&
questione.ibi:episcopo non permittente. Uel secundo respon-
deri potest quod text.in d.cap.nullus. intelligitur, & loquitur
quãdo iudex laicus vellet iudicare inter clericos iure proprio
ratione prorogate iurisdictionis: quo casu non potest etiam
de consensu episcopi:vt in capit.significasti.j.titu.j. secus vide-
tur in delegato episcopi, prout in casu nostro agitur. Secun-
do mouetur,quia si laicus esset delegatus episcopi,ergo cleri-
cis coram eo litigantibus imperaret:quod est contra text.in c.
ecclesia.s.de constit.Sed potest responderi quod tali casu hoc
facit,quia fungitur iure episcopi:& reputatur quod ipse episco
pus imperet mediante persona delegati.capit.cum olim.el ij.&
quod ibi Abb.de off.deleg.facit tex.in c.sane.eod.titu.& in l.j.§.
j.ff.de officio eius.Et iura,que hoc prohibent laicis,intelligun
tur quando hoc faciunt iure proprio:vt in gloss.hic,& j.dicam.
Tertio adducit,quia ille,qui non potest principaliter aliquod
officium exercere, etiam non potest in tali officio surrogari,
vel substitui:vt no.Bal.per illum tex.in l.parabolani.C.de epi.
& cle.facit quod no.Bar.in l.j.per illum tex.in fi.C.de prin.agẽ.
in reb.li.xij.vbi inquit quod doctor non potest legere per scho-
larem substitutum:ergo pariter in proposito videtur quod epi
scopus laicum in locum suum surrogare non possit. Sed ad
hoc etiam respõderi potest quod argumentum procedit,quan
do quis vniuersaliter in locum alicuius tertij substitui debet,
prout loquitur tex.in d.l.parabolani.secus est quo ad vnã cau-
sam, prout agitur in questione nostra. Et ita colligitur ex di-
ctis Aret.hic.Confirmatur hoc,quia tex.in d.l.parabolani. lo
cum habet in surrogatione perpetua, prout textus ibi loqui-
tur:secus videtur in temporali,argu.eorum,que dicunt Cyn.&
Guliel.de Cu.in l.iij.ff.de off.assesso.Et hoc pariter dicendum
est in causis,vt text.in d.l.parabolani.intelligatur in surroga-
tione facta generali respectu causarum: secus si limitate facta
sit in vna causa,prout in text.nostro agitur. Ualet enim argu-
mentum de tempore ad res,vel causas: vt not.in l.vinum.ff. si
certum petatur.Et ad hoc facit notabile dictum Innoc.in c.j.
de obligat.ad ratiocinia.vbi inquit quod clericus in vna cau-
sa potest esse procurator laici,licet generaliter non possit.& no.
in c.per venerabilem.vbi Abb.per illum tex.j.qui fil.sint legit.
cum simil.vt j.dicam.Preterea,& secundo,responderi potest,&
dico quod tex.in d.l.parabolani.loquitur in tali substituto,qui
principalis efficitur, & nomine suo proprio actum exequitur,
vt ibi patet: merito habilitas requiritur, prout in principali
requiritur. Sed in proposito questionis nostre delegatus no-
mine episcopi totum facit,& ex persona episcopi delegantis ha
bilitas cõsideratur,vt s.dictum est. Et ad hoc bene facit quod
Abbas dicit hic respondendo ad tex.in c.significasti. j.de foro
compet. Tertio,& vltimo,respondetur quod text.in d.l.para-
bolani.loquitur in surrogato, qui constituitur a superiore or-
dinarij propter impedimentum perpetuum, & non habet ille
iurisdictionem delegatã,prout agitur in casu nostro.Et istam
differentiam inter surrogatum,& delegatum, singulariter tra
dit Bal.in rub.de off.deleg.Quarto And.Sicu.in consi.s.alle
gato,allegat tex.in c.qualiter.j.eod.in fin.ibi:quod omnino fie
ri prohibemus.Nam illa dictio precisam habet naturam, ideo
secularis,etiam tanquam delegatus,prohibitus videtur. Sed
respondetur quod ille text. loquitur in iudice ordinario secu-
lari,qui nullo modo habet potestatem iudicandi clericũ,quia
proprio iure iudicaret: & hoc omnino prohibitum est:secus in
iudice delegato, per supra dicta. Et ex his resoluta videntur
omnia,que And.hic adducit. Ulterius tamen arguitur effica
citer contra communem opinionem contra quam videtur mi
hi casus hic, dum dicit quod prelati causas ecclesiasticas iudi-
cio laicorum non disponant:ergo videtur quod episcopus lai
co causam committere non possit:quia tunc causa ab episcopo
iudicio laici disponeretur:quia delegatus licet habeat potesta
tem ab episcopo delegante, tamẽ iudicio suo iudicare dicitur:
vt est tex.in c.prudentiam.§.illa quippe.de off.dele. Et per hoc
tollitur ratio illa:per quam fundatur communis opinio,dum

dicit quod delegatus laicus totum facit nomine episcopi, cum vtatur iurisdictione delegantis. c. sane. de offi. deleg. Nam licet laicus delegatus nomine episcopi faciat, vtitur tamen iudicio suo in iudicando. d. c. prudentiam. §. illa quippe. & sic in effectu episcopus iudicaret iudicio laici, contra istum text. Et ratio ista concludens videtur. Secundo considerandum est, quod si laicus esset habilitatus ex eo, quod nomine alieno totum facit, etiam cause spirituales eadem ratione possent delegari: quia eadem ratio militaret, ex quo nomine episcopi omnia facit, & non ipse, sed persona episcopi consideratur: cuius tamen contrarium glos. & omnes dicunt. Tertio, & vltimo facit, quia licet causa ciuilis sit, agitur tamen de condemnatione clerici, quam non videtur quod laicus facere possit: quia isto respectu causa videtur spiritualis: prout Abb. ita arguit in ca. at si clerici. in prin. j. eod. Iste rationes efficaces sunt: sed tamen pro defensione communis opinionis cogitabam etiam ad ista posse respōderi. Et primo ad tex. hic, dum dicitur, quod prelati non debēt disponere spiritualia iudicio laicorū: intelligitur de iudicio laicorum simplici, quod ex proprio laicorum motu insurgit. Nam non debent prelati disponere de rebus ecclesiasticis secundum iudicium, id est volūtatem laicorum, vt dicitur hic: secus videtur in iudicio laici delegati ab episcopo: quia tali casu iudiciū laici fomentum recipit ex commissione episcopi, per supra dicta. Et si dicatur, semper quando episcopus sequeretur iudicium laicorum, illud iudicium videretur recipere fomentū ab episcopo, & sic semper episcopus posset negotia ecclesiastica iudicio laicorum disponere. Respondetur quod iudicium laicorum recipit fomentum ab episcopo, quādo laicus efficitur delegatus eius: quia totum facit referendo se ad episcopū: alias secus. Secundo non obstat quod attēta communi ratione etiā causa spiritualis poterit laico committi: quia respondetur quod in causa spirituali alia ratio videtur commissionem impedire: cum episcopus in spiritualibus laicum habilitare non possit. Hoc est enim de reseruatis Pape, vt j. dicam. Licet enim faciat ex commissione episcopi, qualitas tamē eius repugnat, adeo quod laicus nec etiam authoritate prescriptionis, ad spiritualia habilitari potest. Jo. An. in c. ij. de preb. in vj. Bal. in l. j. C. de emanc. lib. & Abb. in c. quanto. de consuetu. Et sic in laico non est capacitas, vt in spiritualibus commissionem episcopi exequi possit. facit tex. in c. causam que. de prescrip. Et etiam est contra honestatem, quod laicus tractaret spiritualia. c. contingit. de arb. vbi dicitur quod non decet. & no. Abb. in c. per tuas, in iiij. nota. de arb. Et sic ratione incapacitatis, & ratione inhonestatis non videtur quod laicus commissionem episcopi in causa spirituali exequi possit: quia non videtur habilis: sicut etiam collationes ordinum, & sacramentorum laico demandari non possunt: vt per glo. & docto. in c. quanto. de consue. Tertio, & vltimo non obstat quod inspecta persona clerici causa videtur spiritualis: quia istud verum est largo modo, & potest habere locum in terminis, in quibus Abb. loquitur in d. cap. at si clerici. videlicet quādo agitur de prorogando iurisdictionem: quo casu laicus iure proprio iudicaret. Sed causa spiritualis proprie dicitur causa electionis, vel decimarum: & in his maior prohibitio habetur, vt in glos. hic: & laicus habilis nullo modo reputatur: secus est in causa ciuili, vt supra dictum est. Et licet etiam in causa ciuili agatur de persona clerici vt ipse teneatur, executio tamen non debet fieri in personam eius, sicut in causis spiritualibus contingit. Et quia delegatus totum facit nomine episcopi, & ab ipso episcopo condemnatus reputatur: & tali casu iurisdictio ecclesiastica dicitur: vt Abbas declarat in c. significasti. in fi. j. tit. j. Et quod facilius in causa ciuili clericus a seculari iudice iudicari possit, facit tex. in c. j. de cler. coniug. in vj. Et retenta communi opinione, scilicet quod episcopus causam ciuilem ecclesiasticam laico delegare possit, ista cōclusio primo declaratur procedere, quando clerici idonei non reperiuntur: alias secus, secundum Franci. Vercellensem, per c. relatum. j. ne cler. vel monac. per c. inter quatuor. de relig. domibus. que iura bene faciunt in argumentum, dum ibi tantum in defectum monachorum, alij alterius monasterij recipiuntur. Et facit glos. fin. in c. si proponente. de rescrip. & tex. in c. nullus inuitis. & in c. obitum. lxj. di. vbi episcopus debet eligi de eadem ciuitate, si reperitur idoneus. Et de episcopo no. in c. cum inter canonicos. vbi glos. in verbo, aliam. in c. ne pro defectu. in fi. de elect. & idem in abbate, si in eodem monasterio inueniatur. c. quam sit. xviij. q. ij. Sic etiam in beneficijs conferendis: nam clerici, qui sunt de patria, si idonei sunt, debent forensibus preferri: vt no. Abb. in c. ad decorem. in fi. de insti. in c. bone. el. ij. de postu. prelat. in xiij. notab. & in c. ne pro defectu. in glo. fi. de elec.
c & in simili no. Bar. de elemosyna, que potius debet fieri pauperibus, qui sunt in loco, quam alienigenis: vt ipse tradit in l. ij. C. de anno. ciuilibus. lib. xj. facit glos. in c. si pater. in verb. pauperes. de testa. in vj. & text. in §. si quis autem pro redemptione. in auth. de ecclesia. titu. & in q. glos. hic, hoc saltem tenendum est de honestate. Si tamen episcopus, non habito tali respectu, laico causam delegauerit, commissio nō debet vitiari. Et hoc modo intelligitur quod Abb. hic, & doc. dicunt. Secundo communis opinio limitatur, vt procedat in vna causa: secus esset in vniuersitate causarum, que per episcopum laico committi non potest, secundum Aret. hic, per tex. in c. in noua. xvj. q. vij. vbi dicitur indecorum esse quod laicus sit vicarius episcopi: & quod habeat clericos iudicare. Sed respondetur quod in vicario alia ratio videtur, quam in simplici delegato: quia vicarius habet ordinariam iurisdictionem: vt in c. tua. de off. ord. & haberet iudicare etiam in spiritualibus. Preterea tex. in d. c. in noua. loquitur in economo, qui ministrat res ecclesie. Et ad idem text. in c. iudicatum. lxxxix. dist. vbi cura patrimonij ecclesie nō debet laicis committi: quia in talibus agitur de preiudicio pecuniario ecclesie: secus videtur in causa delegata, vna, vel pluribus, in quibus non agitur de interesse ecclesie. Et ratio, que militat in vna causa, etiam locum habet in pluribus: quia totū facit nomine episcopi. Et de intellectu dictorum iurium j. videbimus. Tertio quod supra dictum est, bene procedit in causa ciuili, prout gloss. & docto. loquuntur: secus est in causa criminali, vel spirituali: quoniam episcopus laico committere non potest, adeo quod talis causa laico & clerico simul, per episcopum committi non potest: vt not. Abb. tradit in c. significasti. de foro competen. vbi concludit quod licet de causa spirituali compromissum fieri possit in laicum, & in clericum simul, vt in cap. per tuas. de arbit. secus tamen est in delegatione. Et rationem diuersitatis adducit ibi: & idem Abb. in c. contingit. de arb. circa fi. & tradit Host. in summa de off. deleg. in §. cui possit. versic. quid si delegetur. & sequitur Butrig. hic, versi. nunquid autem. Aliter tamen dicit Imo. hic, & in d. ca. per tuas. versi. nunquid autem. Sed tamen prima opinio communis est, quam sequitur Domi. in c. ij. §. j. de iudic. in vj. cum simi. vt tradunt Mod. hic. Et ad hoc facit, quia solū laicis de rebus ecclesiasticis permissum videtur, quod expressum reperitur, per gloss. xxiiij. q. j. c. vlt. Et quia tex. in d. c. per tuas. loquitur in arbitris, qui iure proprio virtute compromissi cognoscunt, si ille textus haberet locum in iudicibus, esset dicendum quod clerici possent iurisdictionem secularium iudicum prorogare: & hoc falsum est, vt doctores omnes tenent in cap. significasti. de foro competenti.
6 † Secundo principaliter extra gloss. habes secundum Abbatem hic, quod verbum, presumat, intelligitur quādo quis propria authoritate actum facit: secus si de commissione alterius. Unde infert ad statutum quod quis non presumat aliquid facere sub pena. Nam intelligitur de eo, qui non obstante prohibitione, propria authoritate contrafacit: secus si ex commissione alterius, ad cuius declarationem considero tres casus. Primus casus est in eo, qui iusta ignorantia ductus, tali statuto cōtrafacit: quo casu non incidit in penam: vt per glo. in l. in rem. §. j. ff. de rei vend. no. Bal. in l. non eo minus. C. de accu. cum concord. vt tradit Alexā. in consi. xxvj. visis his. volu. j. & in l. de pupillo. §. nuntiationem. ff. de oper. no. nun. Verbum enim, presumat, arguit dolum, & temeritatem contrafacientis: vt in notabili questione tradit Card. in clemen. j. in princ. in xxix. q. per illum textum in verbo, presumpserit. de priuileg. & idem in simili casu not. Cald. in consil. iiij. de sentent. excommu. facit text. in c. j. in c. monasteria. de vit. & honest. cleri. in c. fina. ne prela. vices suas. in c. fi. de excess. prel. in c. fin. de tempo. ord. in vj. & in auth. cē. statuimus. C. de epis. & cleri. & in c. Iudei. de testib. cum si. vt tradunt Moder. ibi, in fin. & Andr. Sicu. in c. prudentiam. in princip. in j. not. de off. deleg. Et in isto casu licet pena euitetur propter ignorantiam probabilem, vt dictum est, actus tamen non valet, nec permittitur. Unde predicta non proprie conueniunt ad gloss. hic, que loquitur quando actus valet, & licite fieri potest. Secundus casus est in terminis, in quibus loquitur gloss. hic, videlicet quando actus factus cōtra prohibitionem tenet: quia prohibitio facta simpliciter, intelligitur quādo quis propria authoritate illud facit: secus si de commissione superioris: vt per gloss. hic, & not. Archi. xcvj. dist. in c. bene quidem. Et ad hoc est bonus text. in c. quanto. de consuetud. vbi dicitur quod presbyteri non presumant authoritate sua exhibere illa sacramenta, que solis episcopis reseruata sunt: & tamen non obstante illa prohibitione de commissione saltem summi pontificis hoc facere possunt, vt doc. ibi tradunt. Ad idem tex. in c. fi. § de offi. ord. vbi quis ex commissione superioris consequitur potestatem absoluendi, quam iure proprio non haberet: vt not. glo. allegando illum text. in c. de cetero. in glo. ij. de sent. excommu. Si esset inferior ab episcopo, qui non haberet potestatē dispēsandi,

sandi,poterit tamen de mandato superioris dispensare: vt no.
Dominicus in c.cum ex eo.ver.per premissa patet. de ele.in vj.
Et in simili not.Archidiac.in c.placuit.de peniten.distinct.vj.
Et in simili Abb.in cap.porrectum. de regulari. In predictis
enim casibus reputatur factum illud a superiore, ex quo ille,
cui superior committit, nomine eius totum facit: & habet lo-
cum regula,qui per alium facit.de regulis iuris,in sexto.secus
si nomine proprio faceret, etiam accedente consensu superio-
res: quia per hoc non habilitatur:vt notanter Abb. hic decla-
rat dum opponit,& respondet ad cap.significasti. de foro com-
pet.Et idem Abb.tradit in d.c.significasti.circa finem, Arch.
in d.cap.bene quidem.Et sic infertur quod aliquid fieri potest
de commissione,& mandato superioris,quod tamen de consen-
su eius simpliciter fieri non potest. Et ratio manifesta vide-
tur: quia ille, qui alteri facienti consentit, non dicitur facere.
l.aliud est vendere.ff.de reg.iur.l.si pater.in fin.ff. de manumis.
vindic. Ideo ex consensu simplici superioris persona non ha-
bilitatur per actum, qui sibi prohibetur: secus quando facit
ex cõmissione superioris,per supra dicta. Tertius casus est in
eo,qui faceret actum nomine alterius priuati, qui haberet po-
testatem. Et isto casu similiter prohibitio non videtur habere
locum, vt in terminis decretalis nostre est casus in capit.j. de
procurat.in vj. vbi laicus nomine clerici tractare potest spiri-
tualia. Sic etiã filius familias, qui prohibetur esse in iudicio
sine consensu patris, procuratorio nomine admittitur capit.
qui generaliter.§.j.de procurato.in vj.facit text.in l.cum man-
dato.ff.de minori.Et bannitus,qui ex forma statuti non audi-
tur, procuratorio nomine admittitur: vt late Alberic.tradit
in tertia parte statut.qõ.lxiij. incipien.item quero,si bannitus.
vbi dicit se ita de facto obtinuisse. Facit quod not. Angel.in
l.quamuis.in princip.ff.de acquiren.poss.cum simil. vt tradunt
Alexand. & Modern. in lege, quesitum. ff. de in ius vocando.
¶ In eadem gloss.ibi: Papa vero. Notandum est quod Pa-
4 pa ipse causam etiam spiritualem laico committere potest[4].
Et idem glos.dicit in capit.bene quidem.in verbo,preter.xcvj.
distin.& in c.j.in verbo, precipimus. xciiij.distin. & in c.nullus.
xj.qõ.j.& etiam facultas excommunicandi laico a summo pon-
tifice committi potest: vt per glos.in §.verum. in verbo, Du-
cibus.xxxij.distin.& in c.Mennam. in glos.ij.qõ.v.Sic etiam a
5 Papa potestas conferendi beneficia laico committi potest[5]:
vt per glos.xvj.qõ.vij.in summa.ad finem.& per glos.x. distin.c.
imperium.notat Bald.in l.rescripta.C.de preci.Impera.offe.
Petr.de Anchar.in cle.per literas.in princip. de prebend.& in
regula, beneficium. in princip.de regu. iur.in vj.& Roman.in
consil.cclxvj.iste Petr.alemanus in fin.& tradunt Joan.And.
& docto.in c.quod sicut de electione,& in capit.dilecto.de testib.
Et predicta omnia procedunt in his, que sunt iurisdictionis:
ea vero,que ordinis sunt laico committi non possunt, etiam a
Papa. Ita videtur communis opinio, vt Abb.concludit in
cap.quanto.de consuetudi.Subsequenter Abb.hic dicit quod
regula, que ponitur hic, limitatur vt procedat quando pro-
prio nomine laicus tractaret negotia ecclesiastica, vel spiri-
tualia:secus si nomine alterius.quia potest: vt probatur. in c.j.
de procur. in vj. Nam dicitur ibi quod procurator laicus con-
stitui potest in spiritualibus, quia prohibitus non reperitur:
vt ista ratio verificetur, necessarium est dicere quod prohibi-
tio,que est facta hic laicis,intelligatur quando propria autho-
ritate eorum,hoc facerẽt:secus si nomine alieno, vt dictum est.
Et isto casu non habet locum regula,quod alicui.de regu. iur.
in vj.vbi glos.per ista iura hoc dicit.Et procedit ista conclusio
in procuratore simplici,qui nudum ministerium facti prestare
videtur.Et ista ratione laicus pro clerico absente acceptare
beneficium potest,vt no.Joan.And.& Abb, post alios in c.ac-
cedens.de prebend. Cald.in consi.j.in titu.de prebend.& Colle-
ctarius hic dicit,quod laicus potest esse procurator ad promit
tendum,& resignandum.Quem refert,& sequitur Rota in deci
sione viij.in titu.de procura.in antiquis.& in decisione xj.in tit.
de rerum permut.in antiquis. Et laicus de mandato abbatis
recipit religiosum monachum ad professionem,secũdum Joã
nem de Lignano in c.ad apostolicam.de regula. quia predicta
omnia laicus,tanquam nudus executor,hoc facit: secus si ali-
quid iuris consequeretur:quia tunc laicus in spiritualibus nõ
admittitur. Unde non potest laicus procurator constitui ad
eligendum:vt not.voluit Joan. Andr.in regu.quod alicui. de
regu.iur.in vj.& sequitur hic Anton.de But.& Abb.& Domin.
in d.c.j.de procur.in vj.in princ.Et ad hoc bene facit quod not.
Abb.dicit in ca.causam que.de elect.q in laicum compromitti
non potest de eligendo canonicum vel prelatum.Et ista viden
tur procedere quando laicus haberet potestatem eligendi ge-
neraliter quem ipse vellet prout Joan.And.& doc. loquuntur

in locis preallegatis. secus videtur, si laico potestas conceda-
o tur eligendi certam[o] personam:quia tunc est nudus executor:
argument.c.si episcopus nullis.de prebend.in vj.in c.is,cui.de
off.deleg.in vj.& talis executio laicis prohibita non videtur per
supradicta.Secundo limitatur dictum Joan.And. nisi com-
promissum fieret ad presentandum in ecclesia, que esset ius pa-
tronatus: quia in laicum hoc fieri potest: cum de tali iure lai-
cus capax sit. Ita not.Domi.tradit in c.j.§.in ceteris. versi. ex
his deciditur.de cler.coniug.in vj. Et licet ipse loquatur in cle
rico coniugato, tamen ratio sua militat etiam in laico simpli-
7 ci. †An autem econtra prelati possint,vel debeant delegatio-
nem sibi factam a iudicibus secularibus suscipere:Abbaspost
Butr.concludit quod non,saltem de honestate,per text.in c.te
quidem.xj.q.j.facit tex.in c.fi.lxxxvj.dist.in c.ij.in c. sed nec pro-
curationes.j.ne cler.vel monac.& in c.ij.§.de postul.prelato.Et
ista conclusio videtur procedere quando propter hoc prelatus
distraheretur a diuinis, ita quod in similibus multum versa-
retur,prout loquitur tex.in d.c.te quidem.cum simi. supra alle
gatis. Unde prelatus non potest esse generalis officialis laici:
& sic non potest gerere vices regis, vel tenere locum principis
secularis:vt not.Abb.in d.c.sed nec procurationes.circa fi.& in
c.clericis.per illum tex.in iiij.notab.j.ne cleri.vel monac.secus
esset in vna causa,que sibi cõmitteretur a iudice seculari: quia
illam acceptare potest,vt probat late Cald.in consi.vj.an sacer
dos.in titu.de off.deleg.Et ideo hoc Abbas hic dicit speciali-
ter esse in casu cap.in archiepiscopatu.de rapto.non est verum:
quia imo generaliter procedit respectu vnius cause. Et ita in
terminis questionis nostre ipse Abbas dicit in d.c. sed nec pro
curationes.in versi.sed quero.dicens quod in iustitia admini-
stranda in vno negotio poterit clericus esse delegatus iudicis
6 secularis.facit notabile[6] dictum Inno.in c.j.de oblig.ad ratio
ci. vbi voluit quod licet clericus prohibeatur in causis laicorũ
procurationes suscipere.c.ij.ne cler.vel monac. tamen pro vna
causa talis prohibitio non intelligitur. Et hoc dictum ponit
pro singu. Roma.in notab.cclxxiiij.tu scis. vbi pro dicto Inn.
allegat tex.in c.per venerabilem.j.qui fil.sint leg. quem etiã ad
hoc ibi Abb.ponderat:& idem Abb.per illum tex.in c.cum es-
sent.de simo.& tradit hoc Archi.lxxxvj.dist.in c.fi.& Fed.in con
silio clxx.quod clericus abbas in c.in nostra.de procur. cum si.
In vno enim negotio quis non dicitur negotiator, & nõ vide-
tur habere locum ratio,que in iuribus supra allagatis conside
ratur. Et ideo clericus, & etiam episcopus legationem regis
vel principis secularis suscipere potest,vt not.in ca.cum para-
ti.vbi Perusinus in vij.notab.de app.facit tex.cum glos.xviij.
di.in c.episcopus.Et predicta non solum locum habent in pre-
lato vel clerico seculari sed etiam in religiosis: & primo in ab-
bate,prout loquitur Calderi.in consil.vj.supra allegato.Et ad
hoc facit,quia Abb.potest esse procurator alterius absque licẽ-
tia alicuius,vt not.Hosti.in cap.sopite.& Abbas ibi in ij.nota.
post gloss.j.de censibus.Et idem in monacho de consensu Ab-
batis:nam poterit esse procurator pro amico monasterij: vt di
cit Inno.in cap.cum I.& A.de re iud.Quod pro singulari tra
dit Roma.in notab.cclxxv.monachus.& Rota in secunda deci
sione in titu.de procur.in antiquis. Sic etiam monachus de li
centia abbatis morari potest in seruitio alicuius principis: vt
not.Abbas post Hostien.in cap.quanto.in prin.de off. ordin.&
in c.ex rescripto.ver.no.iij.j.de iurein. Sed absque consensu ab-
batis etiam vnam causam non poterit monachus suscipere:qr
inhabilis videtur.Textus est,in cap.monachi.el ij.xvj.q.vij. fa
cit tex.in cap.si religiosus.de elec.in vj.& cap.fina.j.de testamen.
in vj.& in notab.quest.Feder.in consi.ciiij.primo queritur.in ij.
quest. Et ad declarationem predictorum notandum est quod
causa vna intelligitur eodem tempore.Nam successiue vna ex-
pedita aliam poterit suscipere,vt dicunt Moder.in cap. cum
I.& A.de re indic.Ex eo quod in simili voluit Rota in quinta
decisione.in titu.de offic.deleg.in nouis.quod principalis colle
ctor decimarum habens potestatem deputandi vnum subcol-
lectorẽ, poterit successiue plures deputare, vnum post alium:
quia satis est, quod eodem tempore vnus tantum subcollector
reperiatur.& hoc idem sequitur Belen. in tractatu de charita-
tiuo subsidio.q.cxxiiij.in fi.allegando Rotam in pluribus de-
cisionibus.Sed aduertendum est:quia in casu,in quo loquitur
Rot.illa decisio bene videtur procedere: quia cum principali
collectori data sit potestas deputandi vnum subcollectorem, si
talis subcollector moriatur, vel impeditur, si in aliquo respe-
ctu non idoneus reperitur,tunc conuenit quod alius surroge
tur:quia adhuc durat officium principalis collectoris.Et mi-
litat ratio constituendi alium subcollectorem, cum ipse solus
principalis nõ ita de facili commissionem exequi possit, & ideo
rationi conuenit,& menti superioris cõsonat, q plures succes-

fine constitui possint:etiam sufficit quod eo tempore plures nõ reperiantur. Sed in proposita questione alia ratio videtur:q2 si clericus,vel prelatus vna causa expedita,aliam susciperet suc cessiue:ita continuando, videtur facere cõtra prohibitionem, d.c.te quidem.xj.q.j.⁊ c.peruenit.lxxxvj.dist.cum simi. supra allegatis.Et intentio Inno.qui in vna causa prohibitionem iuris relaxauit, non videtur fuisse, quod clericus vnam causam post aliam semper procurare possit:quia sic in negotijs secularibus multum versaretur.Unde putarem intentionem Inno. fuisse quod quanuis iura canonica prohibeant clericũ in causis secularibus,procurationem suscipere.d.c.ij.ne cler.vel mon. tamen ex causa, aliquando in aliquo casu talis prohibitio non attenditur,vt quia causam amici,vel coniuncti procuraret:secus videtur si studiose semper vnam causam post aliam susciperet,per supra dicta.Et ad hoc bene facit quod no.Abb.in d. cap.ij.ne cleri.vel monac. vbi distinguit an vna causa suscipiatur ex iusta causa,vel cupiditate: quia cum illud dictum Inn. in preallег.c.j.de obli.ad ratioc.sit contra iura communia,que generaliter loquuntur,conuenit quod ita restringatur.Et facit regula,que habetur in l.boues.§.hoc sermone.de verb.sign. Et casu quo clerici,⁊ prelati,qui prohibentur delegationes laicorum suscipere,secundum quod supra dictum est,tamen suscipiendo contra iuris prohibitionem iudicium non vitiatur,vt Abb.post Butrig.hic dicit. Nam ista prohibitio facta est non propter inhabilitatem persone,sed propter honestatem,ne distrahatur a diuinis. Unde licet contra faciat,actus non redditur nullus:vt in si.de fratre minore Federic.scribit in consilio cxxiiij.factum tale est.vbi tenet quod executio testamenti facta per guardianum sancti Francisci valeat, quanuis prohibitus esset illam acceptare.in clemen.exiui de paradiso.de verborum signifi. Et dictum Feder.sequitur,⁊ late probat Romanus in consi.ccccix.quo ad primum.in secundo dubio.Sic etiam dicitur de clerico, qui notarius sit:licet enim prohibeatur instrumenta conficere,ca.sicut.j.ne cler.vel monac.si tamen rogatus

e fuerit,⁊ instrumentum fecerit,instrumentum valet[e] vt no.Jo. Andr.⁊ doc.sequuntur in dicto cap.sicut.⁊ idem Bart.in l.vniuersos.C.de decur.lib.x.Ange.in l.si quis decurio.versi.quinto not.C.de fal.cum simi.vt Alexan.tradit,dicens istam esse communem opinionem in l.pretor ait.§. his etiam. ff.de edendo. ⁊ Romanus in consilio supra allegato. Sic etiam in notario nõ matriculato,qui a statuto cõficere instrumentum prohibetur: nam si rogatus fuerit,valebit instrumentum:vt not. Ange.dicit in d.l.vniuersos.C.de decurio.lib.x.Et hoc intelligitur,nisi statutum vlterius procederet annullando instrumentum : vt idem Ange.tradit in consi.cxliiij.visis processibus.Et predicta conclusio non solum in prelatis,⁊ in clericis secularibus procedit, sed etiam in prelatis regularibus, ⁊ religiosis habet locũ: vt probatur in cap.j.ne cler.vel monac.circa finem:vbi pariter monachi,sicut clerici,in negotijs secularibus se immiscere prohibentur : vnde sicut in clericis valet actus non obstante iuris prohibitione, vt dictum est,ita videtur in monachis.Et hoc specialiter in monachis Ange.tradit in d.l.pretor ait.§.fina.in prin.ff.de edendo.vbi ad hoc allegat tex.in dicto cap.j.ne cle. vel monac. Et istud potest habere locum in abbate,vel monacho,de consensu abbatis,vel in alio religioso,accedente cõsensu superioris:secus videtur,si absque consensu abbatis hoc fa

f ceret:quia actus esset nullus[f] cum in talibus religiosis maior sit prohibitio:vt probatur in d.c.sed nec procurationes.in ver. districtius autem.ne cleri.vel monac.Et quia religiosus seruo equiparatur,iuxta dictum Innoc.in cap.cum olim.de priuile. Et cum seruo processus est nullus, licet non opponatur:vt no. Ang.in l.cum pretor.§.non autem.de iudicijs.⁊ Abb.in c.scisci tatus.de rescrip.⁊ si seruus in iudicio vt procurator interuenerit,iudicium non valet,licet non opponatur:vt not.Ang.post Jacob.Butrig.in l.seruus.per illum tex.C.de iudic. Et ex ista

8 equiparatione etiam infertur† quod non valet instrumentum de quo religiosus rogatus fuit:quia idẽ esset in seruo, qui ipso iure tabellio esse non potest.l.generale.C.de tabel.libro x. Et si prius fuisset notarius, deinde seruus efficeretur, esset omnino inhabilis ad officium notarij : quia per seruitutem omne ius inductum a iure ciuili extinguitur.l.ex facto.§.Julianus.ff.de vulg.⁊ pupil.Jdem ergo in monacho,vel religioso dicendum est,qui pro mortuo habetur,§.cogitandum. in authent.de monachis.facit tex.in c.si religiosus.de elect.in vj.cum si.Et istam equiparationem de religione, ⁊ seruitute superueniente, facit Bald.in l.ij.circa finem.C.de senten.Ex quo enim qualitas religionis, ⁊ seruitutis illum in officio notarij inhabilem reddit,nulla ratio videtur quod debeat valere instrumẽtum.Cessant enim rationes,quas in clerico seculari Abb.⁊ doc.dicunt in dicto cap.sicut. Et istam differentiam inter clericum secularem ⁊ monachum,sentit Specul.in titu.de statu monach.§.j. versicu.xxvij. vbi dicit quod monachi noua instrumenta conficere non possunt. Deinde subijcit quod instrumenta facta a clericis valent ante, quam officium eis interdictum sit a superiore.Et glossa in cap.vt officium.in ver.premissa.de her. in vj. allegando.Specu.in similiter dicit quod monachus noua instrumenta facere non potest.Et idem Bart.in l.j.§.si prius. ff. de tabu.exhibend.⁊ Bald.in l.ij.circa finem.C.de sent. Jlla enim verba,non possunt,quibus predicti vtuntur,auferũt potestatem,ita quod si actus fiat,est nullus : vt notatur in l.Gallus.in princ.de liber.⁊ posthumis.Et ad hoc facit,quia,vt dixi, in monacho,⁊ in religioso prohibitio maior est.d.capit.sed nec procurationes.ver.districtius autem. Et de hoc videtur tex. in dicto cap.vt officium.§.ad conscribendas.vbi quando tex. loquitur de religiosis, vtitur verbo preteriti temporis, ibi : in seculo tabellionatus officium habuisse,⁊ exercuisse. ⁊ ibi : in seculo tabellionatus officium habuerunt. Cum autem de clericis loquitur,vtitur verbis presentis temporis,ibi:qui haberẽt officium tabellionatus.Non obstat tex.in dicto cap.j.ne clerici vel monachi.quia licet ibi simul clerici ⁊ religiosi prohibeãtur, non tamen equaliter videntur prohibiti,Et hoc patet in dicto cap.sed nec procurationes.in fin.vbi est maior prohibitio in religiosis.Et hoc etiam patet ex his,que tradunt Joan.Andr.⁊ docto.in cap.in nostra.de procur.⁊ per gloss.in clemen.religiosus.de procurat. vbi contra religiosum procuratorem opponi semper potest quod procurator esse non possit : sed in clerico duntaxat ante litem contestatam opponitur. Et quod est dictum de religiosis , presertim videtur procedere in fratre minore, cui tractatio rerum secularium magis prohibetur. Nam alias religiosus potest esse executor de licentia superioris.cap. secundo,de testamen.in vj.Sed frater Minor, aliquo modo esse non potest.clemen.exiui.de verborum significa. Et ex predictis alias consului Pisis vna cum maximo illo iurisconsulto domi.Francisco Aretino, quod testamentum domini Petri

g de Noceto,de quo erat rogatus frater Minor[g], quidam frater Archangelus , quod instrumentum testamenti non valeret.Et ad hoc facit,quia fratres Minores habentur pro mortuis,⁊ omnino extinctis.vt notat Bald.in l.eam quam.C.de fideicommiss.in l.cum acutissimi.eodem titu.Nam hereditas illis defertur,quibus,si vere mortuus esset,deferretur : vt notat Barto.in tractatu Minorica.in vltimo lib.in princ.Feder.in consilio xxvj.casus talis est.Bald.in authen.ingressi.versiculo, extra gloss.C.de sacrosanct.ecclesijs.cum simi.vt dixi in cap.in presentia.de probat.Et hec notabilia sunt, quia alibi non reperiuntur. ¶ Extra gloss.Abb. prosequitur materiam decreta

9 lis.⁊ primo querit,an† laicus possit esse administrator genera lis bonorum ecclesie.⁊ Hostien.⁊ doct.quos Abbas refert,com

h muniter tenent quod non[h] per tex. in cap.indicatum.lxxxix. distin.⁊ in cap.in noua.xvj.quest.vij.vbi laicus non potest esse economus ecclesie.Economus enim dicitur, cui res ecclesie cõmittuntur gubernande.l.iubemus.in princip.vbi Barto.C. de sacrosanct.eccle.⁊ per gloss.ix.quest.iij.cum scimus.⁊ capi.quoniam.el secundo.in xvj.questio.vij. ⁊ talis economus debet esse clericus.dicto cap.quoniam.⁊ lxxxix.distin.cap.in quibusdam. ⁊ gloss.ij.in dicto capit.cum scimus.not.Specu.in titu.de economo.§.j.ver.item quod est laicus,⁊ in questione nostra.ad idẽ est bonus tex.in cap.ij.de eta.⁊ qualit.⁊ ibi Butri.in iiij.notab. per illum tex.dicit quod vniuersalis administratio bonorum ecclesie,laico demandari non debet:secus esse videtur,si administratio temporalium duntaxat laico committatur:quia hoc prohibitum non videtur,vt Abb.hic concludit. Facit gloss.in dicto ca.indicatum. in fine: ⁊ quia reditus ecclesie laicis locari possunt,ca.vestra.de loca.⁊ in cap.querelam.ne prela.vic. suas. ergo a fortiori poterit laicus,vt nudus minister,in talibus curam suscipere,prout latius hic Abb.tradit: ⁊ idem Abb.tenet in c.vnico.de syndico.ver.sed aduerte.⁊ in c.edoceri.de rescrip. ⁊ manifeste idem sentit Butr.in d.c.ij.de eta.⁊ qual.in iiij.opp. vbi allegat in arg.c.in singulis.lxxvij.dist.⁊ gloss.ibi, in verbo, ex laicis.Sed contra istam conclusionem Abb. arguit, ⁊ tenet Aret.quem Mod.hic sequuntur,primo per tex.in d.ca.in noua. vbi due rationes assignantur. Prima est, ne laici habeant preeminentiam in clericos. Secunda, quia talis cura non debet committi laico,qui est disparis professionis. Et ista secunda ratio,secundum eum,videtur militare in casu isto:que quidem ratio sola sufficit,argumen.§.affinitatis.institut.de nupt. Ad hoc responderi potest,quod in dicto cap.in noua.vna tantum ratio principaliter consideratur,ne laici habeant preeminentiam in clericos. Et immediate ibi ratio rationis adducitur,propter diuersitatem professionis.Et sic ista secunda ratio tantum consideratur eo casu , quo laicus haberet superioritatem

tem in clericos, prout tex. ibi loquitur: non autem absolute consideratur. Alias sequeretur quod laicus non posset esse procurator in spiritualibus, propter diuersitatem professionis: cuius contrarium dicitur in cap. j. de procur. in vj. Secundo mouetur Aret. quia tex. in d. c. in noua. ad fin. loquitur in administratore temporalium, vt colligitur ibi, dū dicit, quod ille, qui contrafacit, est obnoxius pauperibus, quibus bona ecclesie eroganda sunt. Sed respondetur quod non loquitur de administratione temporalium tantum, sed de generali administratione, que cōpetit economo, de quo ibi loquitur: ⁊ expresse etiam loquitur tex. de spiritualibus in princ. ibi: in rebus diuinis. Et cum principium generale sit, illa dispositio tota intelligitur secundum principium: nec restringitur ex eo quod verba in fine
7 posita solum conueniant in temporalibus[7]. Ad hoc text. nota. in l. regula. §. ⁊ licet. ff. de iur. ⁊ fac. igno. quem pro notabili allegat Imo. in l. si ita quis. §. ea. ff. de verborum oblig. Et quia, vt dixi, ille tex. in cap. in noua. loquitur de economo, qui administrat cum preeminentia. Sed Abbas hic loquitur in laico simplici, qui tantum haberet curam simplicem, ⁊ nudum exercitiū facti. Tertio secundum Aret. contra Abb. facit tex. in d. c. indicatum. dum ibi dicit quod clerico de cetero administratio cōmitti debet: quia facilius poterit conueniri ex eo, quod episcopo subiectus est. Nam ista ratio etiam videtur procedere, si sola administratio temporalium, laico committatur. Et ita etiā arguit, ⁊ tenet per illum text. And. Sicu. hic. Sed potest etiam ad hoc responderi, quod illa ratio solum consideratur, quando agitur de generali administratione, prout tex. ibi loquitur, de quibuscunque rebus: secus videtur in administratione limitata respectu temporalium. Hoc patet quia laicus procurator constituitur in spiritualibus: ⁊ hoc nō attenditur. Ultimo Aret. adducit tex. in d. c. ij. de eta. ⁊ quali. laicus prepositus administrationi ecclesie vniuersaliter, in totum remouetur: nam saltem respectu temporalium remoueri non debuisset, si habilis fuisset: vt in simili not. Inno. in capi. cum tempre. de arbit. Sed ad hoc etiam respondetur, quod non est eadem ratio, vt ille vniuersalis administrator debeat remanere in administratione pro parte: quia superior, qui illum constituit, cogitauit habere vnum solum, per quem melius negotia expediantur, quā per plures: vt dicitur in l. si plures. in §. apparet. ff. de administrat. tutorum. ⁊ sic nō videtur eadem ratio de parte ad partem, que est de toto ad totum. bene facit text. in l. si aliam. ff. de solut. Et quia in dicto cap. ij. prelatus principalis non erat in etate legitima, cui rationes reddi potuissent. ⁊ ex his resoluuntur rationes Aret. Ulterius tamen contra Abb. efficaciter facit text. in dicto cap. indicatum. in princ. vbi propter depredationem rusticorum factam a laicis disponitur quod illis de cetero talis cura non committatur: ergo ibi videtur text. quod cura bonorum rusticorum laico demandari non possit. Quicquid gloss. ibi dicat, non obstat ratio Ab. dum inquit quod bona possunt laicis locari: quia tali casu non agitur de preiudicio ecclesie: q̃ recipit pensionem equiualentem fructibus. iuxta not. per Bartolum in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de public. secus est in simplici administratione in qua tractatur de preiudicio ecclesie. d. cap. indicatum. Non obst. cap. j. de procurat. in vj. quia ibi non agitur de cura patrimonij, que ponderatur pro re preiudiciali in dicto cap. indicatum. Si tamen non obstante prohibitione laico talis cura committatur, videtur quod talis administratio valeat non obstante prohibitione. d. c. indicatum. per supra dicta. Et hoc modo opiniones concordari possunt. Et istud vltimum dictum procedit nisi talis cura bonorū temporalium committatur coniunctis, ⁊ propinquis prelati: quia nullo modo licet, ⁊ debet reuocari: vt probatur in ca. decenter. lxxxix. dist. facit tex. in authen. quibuscunque. C. de sacrosanc. eccle. ⁊ quod not. Abb. in c. quod super. de rebus ecclesi. non alien. Et hoc secundum Barto. hic, limitatur, nisi talis coniunctus prelati esset admodum honeste ⁊ probate vite, de quo non esset suspicio. Et ad hoc facit quod not. Abbas in c. postremo. in fi.
10 de app. cum simi. vt dixi ibi circa finem. † Postremo notādum est quod quando ecclesia esset grauata maximis debitis, nec aliter, quam per laicum posset subleuari, tali casu laicus etiā syndicus constitui potest: vt not. voluit Arch. in dicto cap. indicatum. ⁊ sequitur Butri. in d. c. j. de syndico. Et idem dicit Hostien. in d. cap. ij. de eta. ⁊ quali. vbi inquit quod isto casu episcopus dispēsare potest. Sequitur Butri. ibi, ver. ex hoc infertur. Sed cōtra hoc dictum insurgit And. Sic. hic, ⁊ duplici ratione tenet quod episcopus dispēsare non posset. Prima est, quia canones, in dicto capi. indicatum. ⁊ in ca. in quibusdam. lxxxix. distin. imponunt legem episcopis, ⁊ prohibentur laicos economos constituere, ergo videtur quod episcopus non habeat potestatem disponendi, ex quo canones sibi legem imponunt: vt not. in cap. j. de supplenda neglig. prelato. in vj. Secunda ratio est, quia constitutio prohibens laicum economum cōstitui, est conciliaris, vt colligitur in dicto ca. in noua. xvj. quest. vij. quo casu episcopus dispensare non potest: vt per gloss. in cap. cum dilectus. §. de elec. Ad hec breuiter respondetur, quod haberet locum, si laicus generaliter absque causa economus constituatur, prout iura supradicta loquuntur: secus videtur in isto casu necessitatis. Nam vt consulatur necessitati ecclesie multa tolerantur, que alias prohibita sunt: ⁊ ex causa etiam conceditur episcopo, vt contra canones dispensare possit: vt per Rotam in iiij. deci. in titu. de iure patro. in nouis. ⁊ not. Abb. in cap. at
11 si clerici. in §. de adulterijs. vbi videbimus. §. eodem. † Secundo queritur secundum Abb. an laicus operarius ecclesie esse pos-
8 sit[8]. Et breuiter Abb. contra Anto. de Butr. hic concludit q̃ sic. Et comprobatur ista conclusio: quia officium operarij est circa fabricam ecclesie, que in edificando consistit, in cap. de fabrica. de consecr. distin. j. ⁊ in cap. de his. de eccle. edifican. ⁊ talis fabrica ab ornamentis ecclesie distinguitur. cap. fina. vbi Abb. per illum tex. §. de testamen. ⁊ ideo nulla ratio prohibere videtur, quo minus laicus operarius constitui possit. Et ad hoc bene facit tex. xviij. quest. ij. in capi. quidam monachorum. circa fi. ⁊ per istum text. voluit glo. in clemen. quia contingit. in verbo, secularibus. de relig. domibus. quod laicus hospitalarius esse possit. quem Card. ibi, in v. quest. ⁊ Petr. de Anchara. ⁊ alij sequuntur. ⁊ idem Bald. hic, ⁊ Bartol. in l. quod constitutum. de testamen. milit. ff. ergo pariter videtur quod operarius constitui possit. Et ita seruatur de consuetudine, maxime in Tuscia, vbi ad tale officium laici eliguntur. Notādum tamen est, quod licet longo tempore laici electi fuerint semper, per hoc tamen non videtur inducta consuetudo quin etiam clerici eligi possint: vt de operario ciuitatis Pisane consuluit Cald. in consil.
12 xix. in titu. de prebend. ⁊ in consil. j. de consuetud. † Tertio queritur an laicus ad vendendum bona, vel aliquam rem ecclesie procurator constitui possit. Et Abb. similiter contra Anto. de Butr. tenet quod sic: quia sicut in spiritualibus procurator esse potest, cap. j. de procurat. in vj. ita videtur quod possit esse ad negotia temporalia. Et ita tenet Imo. hic, ⁊ sequitur Aret. circa finem, confirmando rationem Abb. quia in procuratore ad iudicia, prout loquitur tex. in dicto cap. j. actus iudicij, ⁊ totius processus transubstantiatur per litis contestationem in personam ipsius procuratoris. l. j. C. de sentent. l. nulla. C. de procur. ⁊ tamen laicus admittitur: a fortiori ergo poterit etiam procurator fieri ad vendendum: quia nudus videtur minister: vt latius per eum hic. Andr. Sicu. hic videtur tenere oppositum, ⁊ sequitur opin. Anto. de But. per textum in capi. indicatum. §. propinquis. lxxxix. distin. vbi dicit quod ecclesiastica officia nō debent concedi laicis, etiam si coniuncti sint, ⁊ propinqui: ergo a fortiori videtur quod venditio non potest committi laicis. Non obstat quod dicitur in cap. j. de procura. in vj. quia illud toleratur, ne serui Dei strepitu causarum occupentur: que ratio cessat in venditione. Sed non est recedendum ab opinione Abb. ⁊ aliorum hic, que efficaciter probatur in dicto capi. j. dum ibi dicit quod in spiritualibus laicus procurator admittitur: quia prohibitus non reperitur. Certe ista ratio pariter in casu nostro procedit: quia prohibitus non reperitur: ⁊ quia in procuratore ad iudicia maior industria requiritur: vt not. Barto. in l. quod Nerua. ff. depositi. declarando tex. in l. a procuratore. C. mand. Unde a fortiori videtur quod ad vendendum procurator constitui possit. Non obstat tex. quem in cōtrarium adducit Andr. Sicu. in d. c. indicatum. §. propinquis. quia loquitur in generali administratore, de quo supra dictum fuit: secus videtur in isto procuratore speciali, per supra dicta. ⁊ loquitur ille tex. de officijs ecclesiasticis: ⁊ in casu isto nō videtur officium ecclesiasticum. Item text. in d. §. propinquis. non magis loquitur de laicis, quam de clericis: sed generaliter prohibet coniunctos: quia ratione cōiunctionis sinistra suspicio insurgit. authen. quibuscunque. C. de sac. san. eccl. ⁊ sic patet quod ille tex. nihil facit. Et retenta conclusione quod laicus possit esse procurator ad vendendum bona ecclesie, a fortiori videtur quod etiam nuntius in talibus negotijs ecclesiasticis cōstitui possit: quia nuntius est nudus minister, ⁊ minus iuris habet, quam procurator. l. qui autem. §. fi. ⁊ quod ibi Barto. ff. de const. pecun. Videtur tamen conclusio predicta de procuratore posse limitari, vt procedat in procuratore ad vendendum cum certo, ⁊ limitato pretio: quia tunc simplex executor videtur: secus si constituatur procurator simpliciter ad vēdendum: quia tunc videtur electa industria persone: ⁊ non videtur quod laicus arbitrio suo in preiudicium ecclesie hoc facere possit. Istā differentiam in simili Barto. tradit in l. si in vsucapione. §. primo. circa finem. ff. de diuer. ⁊ tempo. ⁊ in l. j. circa finem. ff. de off.

procur.Cesa.& in l.diuo Pio.§.sed si emptor.ff.de re ind.& not.
Bartol.& post alios Alexand.in l.quod quis.C.de procu.Et se-
cundum istam distinctionem opinio Anton.de Butr.concor-
dari potest.Nec obstat si dicatur,sicut in iudicio procurator cõ-
stituitur laicus in spiritualibus simpliciter,ita in negotijs de-
bet posse simpliciter constitui per supra dicta:quia respõdetur
quod in spiritualibus admittitur,quando causa spiritualis iu-
dicio procuratoris nullo modo alteratur:secus si esset in arbi-
trio illius procuratoris. Unde non potest laicus constitui pro
curator ad eligendum,vt dixi in gloss.ij.circa finem. Et ita vi-
detur in proposito:quia res ecclesie,& pretium, esset in potesta-
te laici procuratoris.quod inconueniens videtur,per supra di
cta.Et singulariter notandum est quod procurator cõstitutus
ad vẽdendum bona ecclesie,non videtur habere mandatũ spe-
cialiter,nisi bona ecclesie specificata sint:vt notãter voluit La-
pus in capit.de xenodochijs.in lxxij.quest.j.de relig.domibus.
quem refert & sequitur Lau.de Rodulphis in repet.capit.sine
exceptione.xij.quest.j.xix.questio.& idem in bonis vniuersitatis
voluit not.Bald.in rub.C.de contrahenda emptione.in iij.qõ.
in fi.in versicu.item generalis syndicus.per l.prohibere.§.pla-
ne.ff.quod vi aut clam.& refert se ita de facto consuluisse.& fa-
13 cit text.in l.fina.C.de sacrosanc.ecclesijs.†Quarto queritur,an
laicus deputari possit principaliter collector oblationum spi-
9 ritualium[9].Anton.de Butr.hic,prout Abbas refert,videtur
velle quod non.Pro quo facit textus in cap.sanctorum.& in c.
hanc consuetudinem.x.quest.j. Sed contrarium tenet Abbas
hic:quia sicut decime laico locari possunt.cap.vestra.de locat.
ita videtur in istis oblationibus:vt latius per eum hic:& sequi
tur Areti.quia facultas percipiendi oblationes,est quid tem-
porale,& cadit in laicum: sicut in prebenda contingit,que licet
dicatur ius spirituale,vt not.in cap.dilecto.de prebend.ipsa ta
10 men perceptio prebende temporalis[10] est,vt per glossam in ca.
is cui.in glo.fin.de sentent.excommu.in vj.facit glo.in cap.cum
M.S.de consti.nec aliter videtur velle Anton.de Butr.quem
Abb.non bene refert.& idem Anton.de Butr.de etate & quali.
in capi.ij.& sequitur Romanus in cõsilio dcclxvj.iste Petrus.
Et pro ista opinione allego bonum tex.in cap.tuarum.j.de pri
uilegijs.vbi patet quod etiam laici pro exigendis eleemosynis
exactores constituuntur:& quia si potest esse procurator in spiri
tualibus,& dicto cap.j.de procur.in vj. a fortiori in isto actu ex-
traiudiciali,in quo nudum ministerium facti prestare videtur.
Non obstant iura allegata in contrarium, quia in dictis iuri-
bus prohibetur, ne oblationes sint in dominio laicorum, & ne
in ipsorum vtilitatem conuertantur:vt patet in dicto cap.san-
ctorum.ibi a laicis auferri.& dicto capit. hanc consuetudinem.
ibi:sub dominio laicorum.& ibi:qua frõte, aut qua audacia,&c.
secus si nomine rectoris ecclesie a laicis recipiantur,vt in vtili-
tatem ecclesie, & clericorum conuertantur: quia nulla ratione
hoc videtur prohiberi,per supra dicta. Et maxime hoc habe-
ret locum,si extaret talis consuetudo in loco: vt tradit Petr.
de Peru.in tracta.de quarta cano.in iiij.quest.principali. ver.
xvj.ad finem:vbi inquit quod de oblationibus,que fiunt, stan-
dum est consuetudini,secundum quam quandoque laici,quan
doque clerici ad eorum custodiam preponuntur.Et sic etiam
laicus constitui potest custos altaris,prout faciunt fratres mi
nores: quia hoc est officium prophanum,secundum Baldum
hic. Opinio tamen contraria de oblationibus, saluari potest
in oblationibus positis in altari, quas laici de altari accipe-
re non possunt:vt not.voluit Arch.& Domi. ibi sequitur in di
14 cto ca.sanctorum.j.Et ad predicta notandum est quod† obla-
tiones, de quibus supra dictum est, vendi non possunt: vt vo-
luit glo.notab.in cap.altare.j.quest.iij.quam pro singu.allegat
Ro.in notabi.dclvj.incip.fructus ecclesie.quod tamen de con-
suetudine non seruatur:vt dicit Archid.in dicto capi. sancto-
rum.& idem Domini.ibi.Sed considerandum est,quod etiam
de iure videtur, vt ista perceptio oblationum vendi possit, si-
cut locari possunt:vt in cap.vestra.de loc. Sed ipsum ius spiri
tuale oblationum, vel decimarum non potest vendi:vt proba-
tur in dicto cap.altare.vbi tex.pariter de decimis,& oblationi-
15 bus loquitur.& ita gloss.intelligitur.†Quinto queritur,an lai-
cus possit esse vicarius episcopi.Et docto.communiter tenent
quod non,vt Abbas post alios concludit. Primo per textum
in dicto cap.in noua.xvij.quest.vij.ibi: indecorum enim est,vi-
carium episcopi laicũ esse,& viros ecclesiasticos iudicare. Sed
tamen ille textus parum facit:quia nõ loquitur de vicario epi-
scopi,qui habeat iurisdictionem,prout verba sonãt,sed de eco-
nomo,vt ibi patet in dicto precedenti. Et verba illa,dum dici-
tur,indecorum,&c.ponuntur per modum rationis.Et verba il
la, viros ecclesiasticos iudicare, accipiuntur largo modo pro
preeminentia economi, de quo textus ibi loquitur. Secundo
Abb.rationem adducit, que bene facit: quia laico causa spiri-
tualis committi non potest:vt per glossam hic:ergo a fortiori
non poterit esse vicarius,qui iurisdictionem habet ordinariã,
etiam in spiritualibus:vt per Abbatem hic: & facit textus in c.
secundo,de consuetud.in vj. Et maxime hoc procedit, si laicus
fuisset iudex maleficiorum:vt not.Baldus in proemio Decre-
talium.in versicu.fuit interrogatus.vbi dicit quod qui non po
test ordinari,ordinatos iudicare non potest:allegat Innocen.
in cap.j.de accu. Et ista conclusio de vicario ampliatur secun-
dum Abbatem hic,vt etiam habeat locum in clerico coniuga-
to, qui non potest esse vicarius episcopi: quia pro laico habe-
tur,exceptis casibus,de quibus in cap.j.de cleric.coniug. in vj.
Et hoc idem Abbas tenet in cap.sane.el primo.per illum text.
de cler.coniug.& Domi.post Joannem Andr.in cap.j.versicu.
in ceteris.de cler.coniuga.in vj.Nam licet clericus coniugatus
non desinat esse clericus,quia retinet characterem,vt not. Ab-
bas in cap,Joannes.in secundo notab.de cler.coniuga.tamen
a iure reputatur non clericus, & pro laico habetur, nisi in casi-
bus de quibus in dicto cap.j.de cler.coniuga.in vj. Et predicta
conclusio limitatur secundum Abbatem hic,nisi episcopus iu
risdictionem temporalem haberet in loco: quia tunc vicarius
i laicus[i] constitui potest.cap.fin.ne cler.vel monac.in vj.Sed in
hoc contrarium tenet And.Sicu.hic,per textum in cap.indi-
catum.lxxxix.distin.& in cap.in noua.xvj.quest.vij. vbi genera-
liter dicitur,indecorum est,laicum vicarium episcopi esse.Ista
ratio generalis est:ergo generaliter intelligitur.Non obst.tex.
in dicto cap.fin.quia loquitur in causa criminali,vbi agitur de
pena sanguinis: & tali casu arctatur episcopus,ne irregularis
fit.Unde non bene infertur ad iurisdictionem temporalẽ sim-
pliciter.Ista diuersificatio casus non tollit argumentum:nam
qua ratione vbi agitur de pena sanguinis, cogitur episcopus
laico causam committere, ita videtur quando habet iurisdi-
ctionem temporalem simpliciter:quia in tali iurisdictione oc-
currunt cause sanguinis. Et istam illationem facit in dicto ca.
fi. vbi inquit quod licet clericis causam sanguinis agitare non
liceat, tamen cum iurisdictionem habent temporalem, causas
possunt, & debent alijs delegare. Non obstant iura allegata in
contrarium:& primo textus in dicto capit.indicatum.quia lo-
quitur in economo generali,cui non tantum cura temporaliũ,
sed etiam spiritualium committitur,vt supra dictum fuit in j.
quest.extra gloss. Et eodem modo loquitur textus in dicto ca.
in noua.Et predicta iura loquuntur in rebus ecclesiasticis de
sui natura.Sed Abb.& doct.loquuntur in vicario tantum con
stituto in loco iurisdictionis temporalis ecclesie. Nam in tali
loco non competit iurisdictio vti prelato: quia de sui natura
etiam in laicum cadit,& accidentaliter apud prelatum reperi-
tur: & ipse prelatus in tali iurisdictione potius fungitur vice
laici:& isto respectu potius laicus,quam ecclesiasticus,reputa-
tur:vt in simili not.in cap.Romana.§.debet.de appellat. in vj.
not.Bart.in l.si quando.de app.cum simi.vt dixi in rub.de ap-
pel.Unde inferri potest quod in his,que de sui natura etiã lai
cis competunt,si prelati in talibus authoritatem consequẽtur,
poterunt illam etiam laicis committere:quia cessat ratio con-
clusionis supra allegata. Et ideo videtur quod facultas docto
randi, que prelato competeret, laico committi possit: & sic in
tali actu vicarius spiritualis laicus poterit ab eo cõstitui. Se
16 cunda†conclusio supra facta non videtur habere locum in lai-
co magne sanctimonie:quia talis vicarius generalis episcopi
poterit constitui,secundum Andr.Sicul.hic, ex eo quod legi-
tur de beato Nicolao, qui ex laico electus fuit in episcopum: &
idem de Seuerino,& Ambrosio:vt patet lxj.distinctio.in §.his
omnibus.Sed tamen hoc non videtur verum: quia meritum
vite non facit quod habilis sit ad recipiendum authoritatem
11 iudicandi[11]:argumen.cap.ecclesia sancte Marie.de constitut.
& in cap.fina.de rebus eccle.non alien.vbi laicis, quamuis reli-
giosis, nulla data est potestas in rebus ecclesiasticis. Et quia
propter meritum vite non est recedẽdum a regulis iuris com-
munis:vt notat Baldus per illum textum in capit.j. circa fin.
j. vt lite pendente. Non obstat quod dicitur in dicto §. his o-
mnibus. quia illud fuit ex dispensatione, & per viam gra-
tie,& postulationis:vt declarat glossa ibi, in verbo, his omni-
bus. Et talis gratia & dispensatio ab episcopo fieri non potest.
Preterea, si eligebatur in episcopum, desinebat esse laicus, &
mutabat conditionem,Non sic in vicario:quia non desinit esse
laicus.Et hoc reputatur absurdum,vt probatur in dicto cap.
in noua.versicu.indecorum enim est,laicum vicarium episcopi
17 esse,&c.†Sexto queritur an laicus possit esse assessor[12] episco-
12 pi,vel alterius iudicis ecclesiastici.Hostien.hic, quem Anton.
k de Bu.& Abb.& alij cõmuniter sequuntur,tenet quod sic[k] quia
officium assessoris est consulere.l.j.ff.de offic.assesso.facit textus
in l.

in l.consiliarijs.ff.eod.ti.⁊ in l.consiliarios.C.de assessor. Unde
qui non potest esse consiliarius, non potest esse assessor: vt not.
Bal.in l.nemini.C.de aduo.diuer.iud.Et tale consilium etiam
a laico haberi potest in ecclesiasticis: vt dicit Innoc.hic quem
Abb.refert.⁊ facit tex.in l.quidam decedens.in §.j.ff. de admi.
tut. vbi consilium haberi potest ab eo qui principaliter non est
habilis in casu in quo consilium requiritur. Et quod dictũ est
de assessore,etiam tenet Arcbid.xvj.q.j.in c.plures.Dom.in c.
statutum.§.assessorem.in vers.quero an possit laicus. de rescri.
in vj.⁊ idem sequitur Ro.in l.ij.ff.de offi.assess. Et ista est com-
munis opinio,vt ex predictis patet:⁊ sic obseruatur:quia iudi-
ces delegati in causis ecclesiasticis sepe numero doc.puros lai
cos eligunt in assessores:⁊ ita sepius vidi fieri Florẽtie. Solus
And.Sicu.hic insurgit contra istam opinionem,⁊ probare co
natur quod laicus assessor in causis ecclesiasticis assumi nõ pos
sit,per istum text.vbi laici prohibentur tractare negotia eccle-
siastica:ergo prohibentur cõsulere.l.si auia.C. de ingenuis.vbi
tractatus,pro consilio accipitur.Secundo per tex.in d.c.in no
ua.xvj.q.vij.Tertio inducit tex.hic,dum dicit quod prelati iu-
dicio laicorum ecclesiastica negotia non disponãt: ergo etiam
consilium laicorum prohibere videtur. Sed ad ista de facili re
spondetur,⁊ primo ad tex.hic in verbo, tractare.nam,vt supra
dixi in not.non accipitur generaliter,sed secundum naturam
tituli,per ea,que ibi dicta sunt:⁊ quia tex.hic intelligitur,quan
do propria authoritate hoc tractarent: secus videtur quando
pro consilio requiruntur.Secundo non obstat tex.in d.c. in no
ua.quia ibi loquitur,quando laici tractarent ratione officij,vt
quia esset economus,prout text.ibi loquitur:secus consulendo
prout assessor facit. Tertio non obstat tex.hic,ibi:iudicio laico
rum:quia secundum naturam tituli intelligitur de iudicio lai
ci quod esset sequendum.Et hoc non est in consilio:quia consi-
lium assessoris iudex sequi non tenetur.facit tex.in c.cum olim.
de arb.secus si consilium sequendum esset,vt Abb.hic,post In
no.dicit:quia tunc non esset standum consilio laicorum: vt no.
Jo.And.in c.si pro debilitate.quem Abb.etiam ibi refert, de
offi.deleg.Ex quo infertur quod quando requiritur consilium
a iudice imperito,quod illud nõ possit haberi nisi a laico:quia
tali casu iudex imperitus illud sequi tenetur: vt notanter vo-
luit Anto.de Bu.in c.cum olim.ver.puto etiam.de arbi. quod
dictum pro notabili refert, ⁊ sequitur Alex. in l. si conuenerit.
de re iud. Et retenta communi opinione quod laicus assessor
esse possit,intelligitur secundum And.Sic.hic,quando clerici
non essent idonei ad consulendum.ar.c.relatum.ne cler.vel mo
na.Et pro hoc rationem adducit: quia clerici sunt ipsis laicis
infesti.ij.q.vij.c.laicos.⁊ laici consilium nõ debet recipi a suspe-
ctis.in c.irrefragabili.de off.ord.ergo videtur quod non pos-
sint esse assessores in causis clericorum.Ista ratio pluribus mo
dis tolli potest. Primo,quia cum causa agatur inter clericos
ab vtraque parte,assessor laicus non videtur suspectus,ex quo
par est conditio vtriusque partis:arg.l.non solum.in princi.ff.
de ritu nup.ratio enim predicta procederet,si laicus ageret cõ
l tra clericum,vel econtra [l]. Secundo respondetur,quod licet
clerici aliqualiter infesti dicantur laicis,non tamẽ tanta suspi
cio insurgit,vt laicus recusari possit,⁊ dato quod possit recusa
ri, per hoc non tollitur quin possit assessor constitui, salua re-
cusatione:vt no.in c.statutum.§.assessorem.de rescri.in vj.Ter-
tio,quia si predicta ratio attenderetur,esset dicẽdum.quod lai
cus absolute non posset esse assessor:cuius contrarium supra cõ
clusum fuit.Quod tamẽ And. Sic.dicit,potest habere locum,
saltem de honestate,vt potius clerici in causis ecclesiasticis as-
sessores eligantur,si idonei reperiantur,per ea,que supra dicta
sunt in causa ciuili ecclesiastica,quando laico committi possit.
Et idoneus assessor intelligitur,quando sit peritus in iure ca-
13 nonico:secus si esset purus Legista: quia posset recusari [13]: vt
not.Domin. in c.statutum.in princi.de rescrip. Et licet laicus
possit esse assessor iudicis ecclesiastici,vt supra dictum est,econ-
tra tamen clericus non potest esse assessor iudicis secularis: vt
notat Specula.in titu.de assessor.§.debet.versicu.sed nunquid.
Et hoc dictum intelligo,quando esset assessor generalis in cau
sis secularibus,prout ratio Specula.ibi indicat. Secus vide-
18 tur,si pro vna causa, per supra dicta. † Septimo queritur an
laicus possit esse notarius episcopi in spiritualibus. Abb.hic
se remittit.Sed Baldus hic,in versi. sed nunquid. tenet quod
m sic [m] contra Host.in c.quia propter.de elect.quia laicus in cau
sa spirituali potest esse testis: ergo etiam poterit esse tabellio.l.
Domitius Labeo.ff.de testa. Et secundum istam opinionem
refert And.Sic.consuluisse:⁊ vlterius,secundũ eum, hoc pro-
batur,quia officium tabellionis prohibetur clericis.c.sicut, ne
cle.vel mona.ergo laicis concessum videtur.arg.c.nõne.de pre-
sum.⁊ quia authoritas notarij est voluntarie iurisdictionis, ⁊
n in alieno territorio [n] exerceri potest:vt not.Barto. ⁊ doc.in l.j.
C.de sum.trin.Sed iste rationes euitari possunt:quia officium
notarij,quod clericis prohibetur, ⁊ laicis permissum videtur,
intelligitur super rebus,⁊ negotijs secularibus: secus videtur
in ecclesiasticis,⁊ sic in spiritualibus. Nec obstat quod dicitur
de prorogatione voluntarie iurisdictionis:quia, vt inferius vi
debimus,talis prorogatio in rebus, vel personis ecclesiasticis
non habet locum respectu laicorum.c.significasti.de fo.compe.
Predicta tamen conclusio communiter approbata videtur,ꝙ
laicus notarius de causis spiritualibus rogari possit. Et ita
tenent Cardin.Imo.⁊ Abb. in c. sicut. ne clerici vel monachi.
vbi Abbas adducit rationem Bal.hic:quia sicut potest laicus
testificari,ita poterit esse notarius:⁊ quia notarius nudum mi
nisterium prestare dicitur,quod laicis non prohibetur. ca.j.de
procuratorib.in sexto.⁊ idem tradit in c.quia propter. de elect.
Et ita etiam idem Baldus concludit in proem.Decret.versi.
sed nunquid notarius. ⁊ in cap.Messana.in versicu. sed an no
tarius laicus,post Joan. Andr.quem ibi refert supra de elect.
⁊ idem in capi.pastoralis.de fide instrument. Et cum ista con-
clusione concordat Calde.in consil.xij.in eodem titu . de iudic.
dicens quod laicus potest esse testis,aduocatus,procurator, ⁊
notarius in causis ecclesiasticis, ⁊ spiritualibus.allegat not.in
capitulo,quia propter.de election.Et de teste notat Abb. per
illum text.in cap.cum olim.in secundo notabili,de dolo ⁊ con-
tumacia.Imo etiam mulier admittitur.capitu. tam literis.in
principio,vbi Abbas infra de testib.Et de notario dicit Imo
la in c.contingit.in fine,de arbitr. quod de facto ita seruatur,⁊
etiam est de iure.Ad quod bene facit quod not.Abbas in cap.
cum dilectus.de fide instrumento.⁊ quod nouissime tradit Pe
trus Philipp. de Perusio in consilio lxiiij . libro tertio. Non
omitto tamen quod illa ratio , in qua fundatur predicta cõclu
sio de notario,quod sicut laicus testis,ita notarius esse potest:
non videtur procedere sine dubio: quia vt dicunt Moderni
in capitulo,cum dilectus.circa finem,de fide instrum. ex tali e-
quiparatione,que fit de notario ad testẽ, inferri videtur quod
sicut laicus non potest esse testis in causa criminali contra cle-
14 ricum [14]. c.de cetero.de test.ita nec notarius laicus poterit es-
se rogatus in causa criminali contra clericum: quod tamen vi
detur falsum,vt Moder.tradunt in d.c.cum dilectus.Sed ad
uertendũ est:qa quod Mod. dicunt nõ bñ infertur ex ratione
doc.hic,⁊ in locis s.allegatis:quia doc. affirmatiue loquũtur,
quod si põt esse testis,ergo ⁊ notarius . ⁊ bñ,⁊ recte loquuntur.
Sed Mod.in d.c.cũ dilectus inferũt,⁊ arguũt negatiue , ꝙ si
non põt esse testis,ergo nec tabellio.Et talis illatio non bñ in
fert:⁊ in se etiã negatiue non valet argumentũ: quia licet quis
nõ possit esse testis,poterit tñ esse notarius:vt no. Bart.⁊ bene
probat in l.si pater.ff.de fal.⁊ in ꝯs.clxxiiij.ser Jo.in fi.⁊ facit ꝙ
19 no.Bar.in ꝯs.lxj.filius fam.† Octauo queritur an possit laicus
predicare.Ab.ꝯcludit quod non:vt p eũ hic,⁊ est text.in c.sicut
in vno.j. de here.vbi expresse dr̃ ꝙ laici ꝑdicare prohibent̃.Ad
idem tex.in c.cũ ex iniuncto.in prin.e.tit.facit text.in l.nemo.C.
de sum.tri.⁊ c.quicunqꝫ.§.j.de hereti.in vj.Et presertim mulier
prohibetur.c.mulier.xxiij.dist.⁊ xxiij.q.v.c.mulierem.benefacit
tex.in c.in noua.de pe.⁊ remi.⁊ in c.inter cetera.de offi.or.Imo
etiã clerici,⁊ religiosi ꝓhibent̃,nisi de licentia superioris.xvj.q.
j.c.adijcimus.⁊ excõmunicamus.§.quia vero.de heret.Et decõ
missione superioris etiam laicus põt,vt Ab.hic dicit,⁊ probat̃
in d.c.mulier.xxiij.dist.Et p hoc infert Rom.in ꝯs.cclxvj.Iste
20 Petrus.quod † laico cõmitti põt vt referat indulgentiã sum-
mi põtificis datã porrigentib⁹ manus adiutrices. Et,ꝙ plus
21 est,etiã † mulier ipsa ꝑdicare poterit,si a superiore sibi cõmitta
tur:vt voluit gl.in c.adijcimus.xvj.q.j.quam tñ Ab.hic impu-
gnare vr̃:quia virile est tale officiũ ꝑdicandi.Allegat c. mulie-
rem.xxxiij.q.v.Sed ille tex.parũ facit:quia ꝭm illũ tex.esset di-
cendum quod de consensu mariti posset,sicut in alijs actibus,
de quibus ibi habetur.Unde ꝓ dicto Ab . quod sit virile offi-
cium,melius facit tex.in d.c.mulier.xxiij.dist.vbi dicitur ꝙ mu
lier non presumat,licet docta sit,⁊ sancta.Sed rñderi potest ꝙ
illa prohibitio intelligitur,qñ hoc facit propria authoritate,vt
denotat verbum illud presumat:vt per glo.hic:secus videtur,
si de authoritate superioris . Tertio , quod sit officium virile
probatur in c.inter cetera.de offic.ordi.vbi tale officium debet
committi viris idoneis : ergo videntur excludi mulieres : vt
not.in l.j.ff.de legi.tuto.⁊ in l.scripturas.vbi Bal.C.qui potio.
Sed responderi potest quod dum tex.ibi dicit quod cõmitta-
tur viris idoneis:tex.considerauit communem cõtingentiam
que est quod viris committatur. Preterea , illa dictio viris,
non semper videtur feminas excludere, vt probatur in capitu
lo,licet vniuersis.de testib . Quarto facit , quia iura videntur
magis prohibere feminam,quam masculum. d.c. mulier.xxiij.

dist.ꝛ in d.c.in noua.Sed si mulier cum authoritate superioris posset,non esset differentia:quia etiam masculus non potest,ni si cum authoritate superioris.xvj.q.j. c.adijcimus.ꝛ in c.excommunicamus.§.quia vero.de heret. Sed potest respõderi quod talis differentia procedit habito respectu ad communem contingentiam.Uel dicamus quod erit differentia in hoc,quia in
15 muliere maior cause cognitio requiratur[15].Et ad hoc facit quia etiam clericus non potest sine licentia:vt in iuribus s̄.allegatis:sed clericis licentia facilius cõceditur.Ultimo contra gl.in d.c.adijcimus.efficaciter facit tex.in d.c.mulier. xxiij.distinc.quia ibi mulier absolute ꝓhibetur:ꝛ aduersatiue dicitur. Laicus autem inuitatus a clericis potest.Unde vt ille versiculus,Laicus autem, bene aduersetur, intelligitur quod mulier nullo modo possit, etiam de commissione superioris. Sed ad hoc etiam responderi potest quod illa verba, inuitatus a clericis intelliguntur,id est,de licentia clericorum : vt in simili est tex.in clem.dudum.§.in ecclesijs.de sepul. Et in simili notat Abbas in cap.j.in ver.sed quid si laici.de vi.ꝛ honest.cler. vnde licet mulier inuitata simpliciter a clericis , non possit : tamen non sequitur quod de commissione superioris habilitari non possit. Replicari potest quod isto casu illa inuitatio clericorum intelligi debet pro authoritate superioris : quia aliter quis non videtur habere authoritatem predicandi , vt supra dictum est:ꝛ sic finaliter opinio Abb.contra glos.in d.c.adijcimus.verior videtur,Sed illa glos.saluari potest, quando mulier haberet potestatem a Papa,per text.in c. Mennam.ij.q. v.cum si.supra allegatis in glos.Uel quando mulier inter alias mulieres predicaret : quo casu non videtur prohibita : vt not. Domi.in d.cap.mulier.per illum text. qui loquitur quando in cetu virorum predicaret. Subsequenter Abb. dicit quod ea, que supra dicta sunt de laicis simpliciter, etiam locum habent in clericis coniugatis : quia duntaxat retinent priuilegia clericorum in duobus,vt habetur in c.j.de cleric.coniug. in sexto. Et ideo cocludit quod causa spiritualis, vel criminalis ecclesiastica tali clerico cõiugato committi non potest. Facit quod supra dictum fuit de vicario episcopi.Et idem not.Joã.And. ꝛ Imo.ibi post alios.in c.cum Joannes.de cleri. coniug. Sed tamen hoc dictum non videtur procedere sine dubio:quia tex. hic prohibet laicos tractare negotia ecclesiastica , ꝛ prohibitio facta laicis simpliciter non videtur habere locũ in clerico coniugato:quia non dicitur laicus simpliciter , vt notanter Abb. dicit in c.j.per illum tex.de vi.ꝛ hone.cleri.versi.sed hic dubitatur.Nisi dicamus quod licet non sint laici simpliciter,tamẽ habentur pro laicis quo ad priuilegia clericorum, nisi in duobus de quibus in c.j.de cleric.coniuga. in vj.de cuius intellectu late
22 scribit Lap.alleg.cviij.queritur.† Nono queritur an laicus saltem in casu necessitatis baptizare,ꝛ confessiones audire possit. Abb.hic concludit quod sic,per text.in c.quod quidam.versic. quod si laicus.j.q.j.ꝛ de penitentia,dist.j.in c.quem penitet. versic.tanta itaque.Primo de baptismo no.glo.in c.j.de cleri.non ordi.mini.que dicit quod tempore necessitatis quilibet baptizare poterit,ꝛ etiã hereticus.Et est tex.in c.in necessitate.in c.sanctum est.in c.cõstat.de consec.dist.iiij.ꝛ xciij.dist.in c.diaconos, ꝛ facit tex.in c.j.§.fi. de sum.trini.vbi dicitur quod a quocunq; baptisma conferatur,proficit ad salutem.Et mulier etiã in casu necessitatis potest,de consecr.dist.iiij.in c.mulier.not.Ab.in c.quanto.de consue.In tali tamẽ necessitate potius masculus quam femina baptizare debet:vt tradit Archi. Flor.in tertia parte summe,tit.xiij.c.xij.§.iiij.Et sic potius pater quam mater.Et pater baptizando proprium filium in casu necessitatis, non per hoc aliquod impedimentum insurgit.iij.q.j.c.ad limina.Et de laico, qui proijciẽdo in puteum puerum baptizauit, in not.quest.tradit Jo.And.ꝛ Ab.post alios in c.pen.de baptismo.ꝛ Lap.alleg.ciiij.corpora infidelium. Secundo,de confessione laici,not.gl.in c.veniens.de transac.ꝛ habetur de consecr.
23 dist.iiij.in c.sanctum est.† Et etiam ab excõmunicatione in casu necessitatis laicus absoluit.vt per gl.in c.a nobis.el ij.de sen. excom.ꝛ in c.pastoralis.§.preterea.de offi.or. Et notandum est quod licet laicus in casu necessitatis confessionem audire possit,non tamen habet potestatem absoluendi:sed ex contritione ꝛ obediẽtia confitens veniam consequitur,vt dicitur in c.quem penitet.s̄.allegato.ꝛ no.per gl.fi.in c.ij.de peni.ꝛ remi.in vj.Ad idem gl.in d.c.pastoralis.§.preterea.vbi Abb . post alios.ꝛ idẽ Ab.in d.c.quanto.ꝛ tradit Host.in summa de penit.ꝛ remis.§. cui confitendum.videlicet necessitatis tempore.ꝛ ibi Hostien. in fi.propter hoc dicit quod si constitutus in tali necessitate euadat,dz iterum proprio sacerdoti ꝯfiteri. Et in simili vt probatur in c.de cetero.ꝛ in c.ea noscitur.de sent.exc. Alia vero sacramenta eucharistie,ꝛ extreme vnctionis,laicus non confert, etiam in casu necessitatis,vt Ab.concludit in d.c.quanto.ꝛ ibi post Inn.Et hic not.dicit quod de pertinentibus ad clericos, solum licet laicis,quod illis expresse reperitur ꝯcessum.Et fuit hoc dictum gl.in c.vlt.xxiiij. q.j.ꝛ hoc probatur hic,vbi regula negatiua ponitur.Omnia ergo laicis prohibita dicuntur, nisi specialiter illis concedant. Cum ergo de alijs sacramentis nihil dicatur,ergo videtur quod illa conferre non possint. Sed tamen cõsiderandum est, quod illud sacramentum ꝯfessionis, vt s̄.dictum est,vere non prestatur p laicum,sed ex ꝯtritione, ꝛ obedientia ille veniam ꝯsequitur in casu necessitatis,cum non habeat copiam sacerdotis.d.c.quem penitet.Et ista ratio videtur omnino militare in alijs sacramẽtis, que ꝯstitutus in mortis articulo instanter petit sibi exhiberi. Et ideo opi.aliorum quos Inn.refert in d.c.quanto equior videtur. Hactenus absoluimus,que per do.Abb.hic tradũtur: vlterius plura appli cari possunt.Et primo circa materiam tituli p istum tex.infer
16 tur quod laicus de rebus ecclesiasticis iudicare nõ põt[16],adeo quod nec de ꝯsensu partium, nec ipse pronũciãdo se competentem habilitat:vt p istum tex.ꝯcludit Car.in cons.cxx.incip.ad primũ.in prin.Et hoc idẽ est in clericis,qui coram iudice seculari non possunt ꝯueniri quãuis in minoribus ordinib9 constituti sint,vt probatur in c.cũ non ab homine.j.e.in c.ij.de fo.cõpe.xi.q.j.in c.nullus.in c.clericũ.Et pcise hoc prohibet c.qualiter.j.e.ibi:omnino ꝓhibemus.adeo q ꝯsuetudo in contrariũ
17 non valet[17]:vt est tex.in c.clerici.vbi Abb.ꝛ alij.j.eod.no.Bal. hic,in fi.Nec etiam ꝯ hoc valet dispositio testatoris:vt no.Bal. in l.ij.versi.quero,si testator.C.vt in poss.leg.facit text.in l.nemo potest.de leg.j. Nec ꝯsensus clerici circa hoc aliquid operatur. c.si diligenter.j.de fo.comp.Et Ab.ibi ꝯcludit quod non valeret sentẽtia,si laicus iudicẽ competentem se pronunciaret. Et ideo confessio,ꝛ pcessus clerici factus corã iudice seculari non
18 valet[18].c.at si clerici.in pn.j.e.no.Bal.in l.si qua p calumniã.v. sed ponamus.C.de epis.ꝛ cle.Cal.cõs.xij.in ti.de fo.com.ꝛ Ant. de Bu.in ꝯs.lxxxi.casus.pponitur.Et de hoc,si nihil dictũ fuit in causa principali,opponi potest in causa appellatiõis,vt tradit Bar.in cons.cxxxv.inci.clericus.ꝛ Pet.de Anch. in reg.ea, que.in xxiij.q.de reg.iu.in vj.cum si.Et omnia ista,que dicũtur de clericis,etiam habent locũ in causis ecclesiasticis: quia eadẽ iuris ꝓhibitio vr,ꝛ quia valet argumentũ de psonis ad res.l.q plures liberos.ff.de vul.ꝛ pup.Et istã equiparationem expresse facit Pet.de Anc.in d.regula,ea,que.in iiij.q.in ver.postremo.Et idẽ videt velle Do.in c.si iudex.in prin.in iiij.no.de sen. exc.in vj.Et non solũ si agat de ipsis rebus spiritualibus, sed etiã de annexis,prout,est ius patronatus,iudex laicus cognoscere,nec iudicare poterit:vt dicit in c.quãto.j.e.Et pdicta non solum pcedũt,si de ipsis rebus spiritualib9, vel ecclesiasticis agatur realiter,sed etiã si actione psonali:vt Abb.post alios tradit
24 in d.c.iiij.circa fi.Et † postremo nõ solum laicus principaliter de rebus spiritualibus,ꝛ ecclesiasticis ꝓhibetur iudicare, vt s̄. dictũ est,sed etiã incidenter de talibus non cognoscit.c.tuã.vbi gl.ꝛ Ab.post alios.de ord.cog.c.lator.vbi Ab.in ij. not. qui fil. sint leg.ꝛ bonus tex.in c.si iudex.vbi Do.in prin.de sentent.excommu.in vj.quod declaratur vt per Domi.in c.fina.de iudic. in vj.Et hoc procedit etiam si esset delegatus episcopi : qui ta-
19 men etiam incidẽter de talibus non cognoscit[19]: vt notanter Angelus dicit in l.ij.de iurisd.omn.iudi.Et ideo quando corã iudice seculari opponitur quod causa , que occurrit, spiritualis sit,ad ecclesiasticum remittere debet , vt notatur in iuribus supra allegatis:ꝛ tradit Cardin.in d.consil.xx.supra allegato. Non tamen ita de facili , ꝛ ex abrupto causa ad ecclesiasticum remittenda est, sed iudex secularis debet videre capitula , que coram ecclesiastico probari debent:ꝛ si non releuent,ad vlteriora procedere debet:prout no.voluit Sal.in cons.incip.in quest. vertente.refert pro no.ꝛ sequitur Alex.in l.Titia.ff.sol.ma.Et ad hoc facit quod not.scripsit Domi.in c.vnico.§.fi.de cle.coniug.in vj.vbi inquit, quod si captus pro crimine dicat se clericum coniugatum,ꝛ petat se ad ecclesiasticum remitti,si constat illum non habere tonsuram,que in clerico coniugato requirit, cum hoc notorium sit per depositionem caputij,vel birreti,nõ tenetur illum remittere.Et ad hoc etiam facit, quia vbi iudex secularis videt apertam calumniam, non debet processum inchoatum dimittere propter ambages opponentis,vt vtar verbis Baldi,qui ita dicit in l.prima.in fina.C.de sentent.que sine certa quantit.profer.Et retenta conclusione supra facta, quod laicus nullo modo, etiam incidenter , de causis spiritualibus, ꝛ personis ecclesiasticis cognoscere possit , limitatur primo non habere locum in iurisdictione voluntaria iudicis se-
20 cularis,que a clericis saltem prorogari[20] potest,secundũ Bal. in l.generaliter.circa fi.C.de epi.ꝛ cle.vbi inquit quod text.in c. si diligenti.ꝛ in c.significasti.habeat locum in iurisdictione contentiosa, secus est in voluntaria. Sed ista limitatio non videtur ve

tur vera, quia etiam in iurisdictione voluntaria competentia
iudicis consideratur.l.j.in fi.C.de emancipa.lib.l.secundum di-
ui.C.de donat.& quia text.in d.c.si diligenti.loquitur generali-
ter.Et ratio,que ibi allegatur,quia agitur de interesse ordinis
clericalis,etiam militat in iurisdictione volũtaria. Et eodem
modo text.in d.c.significasti.quod agatur de interesse superio-
ris,videtur etiam habere locum in iurisdictione voluntaria:&
regula,que ponitur in l.fi.ff.de iurisd.om.iud.etiam locum ha-
bet in iurisdictione voluntaria:vt no.Pet.de Ancha.in cons.
cccxxj.primum dubium non est nouum.per text.in cle.ne Ro-
mani.§.porro.de elec.Alex.cons.lxvij.consideratis.li.j.Et ideo
authoritas,que debet prestari clerico in aliquo casu,debet pre-
stari per iudicem ecclesiasticum:vt not.tradit Petr.de Anch.
in c.fi.de iud.lib.vj.in prin.in vj.no.& sequuntur ibi Domin.de
Perus. Et ex his,& alijs rationibus consului quod clericus a
comite Palatino seculari,legitimari nõ possit,vtpatet in con
silio vlti.cl.Secundo predicta conclusio intelligitur,quando p
viam disceptationis proceditur: secus si non esset aliqua con-
21 tradictio [21], vt quia pars confitetur nam tunc secularis reco-
gnoscere potest,vt not.voluit Spec.in ti.de recon.§.nunc dica-
mus.ver.sed nunquid incidenter.Et sequitur Bald. in l.j.C.de
senten.que sine certa quanti.proferunt.& idem Bal.in l.Titia.
ff.solu.matri.cum concord.vt tradit ibi Alex.& idem Bald.te-
net in l.quoties.C.de iudic.l.vbicunque.ff.de interro.actio. Et
idem sequitur Pet.de Ancha.in consi.inci.istam questionem.
Roma.in cons.cxxiij.pro decisione.Alex.in cõs.xcj.inc. visis.li.
ij.Et licet ista videatur communis opin.tamen de iure non vi-
detur procedere:quia talis confessio,tanquam facta coram iu-
dice incompetenti,nihil valet:vt est text.in c.at si clerici.j.e. in
prin.Et ita arguit Jo.An.de Ana.in c.post miserabilem.j.de
vsuris.Et hoc idem Rom.dicit in d.cõs.ccxc. circa fi. vbi etiam
contra dictum Spe.allegat tex.hic.Et dictũ Spe.etiam prius
reprobauit Pe.de Anc.in d.regula.ea,que.in iiij.q.Et facit quod
s.dictum est, quod in his cõsensus partium nihil operatur. d.c.si
diligenti.j.de fo.comp.vnde voluntaria confessio non videtur
incapacitatem iudicis remouere.Tertio fallit,quando agitur
de summaria cognitione: quia tunc laicus incidenter cogno-
scit de causa spirituali:vt no.Bal.in l.ij.C.de carbo.edic.& in l.
filium.ff.de his,qui sunt sui.cum concord.vt Alex.tradit in d.l.
Titia.ver.quinto fallit.& idem sequitur Rom.in cons.cxxiij.s.
allegato.Ant.de Bu.in c.cum sit generale.j.de fo.compe.Ista
etiam limitatio videtur esse dubitabilis:nam contrarium vo-
luit Jo.An.in addi.Spe.in ti.qui fil.sint leg.§.j.ver.competit.
Et hoc etiam reprobat Roma.in cons.ccxcix.s.alleg. circa fin.
Et ad hoc facit,quia non reperitur iure cautum quod ille,qui
non est iudex competens in causa ordinaria,efficiatur compe-
tens,si summarie agatur: Sed potius cõtrarium videtur probari in cle.
dispendiosam.de iud.in cle.sepe.de ver.sig.Quarto fallit,quã-
o do est questio super facto [o] in causis spiritualibus,vel ecclesia-
sticis:quia tunc de tali facto laicus cognoscit:vt notabi.voluit
Bar.in d.l.Titia.& in l.quoties.C.de iud.& idem Fede.cons.cc-
xlv.inci.domino Andree.& sequitur Bal.in l.filius.ff.de his, q
sunt sui,vel alie.iur.cum concor. vt late tradit Alex.in d.l.Ti-
tia.vbi,remotis quibusdam contrarijs,cõcludit istam esse com
munem opinionem.Et idem Ale.in cons.ix.incip.prestantissi-
me doctor.li.iiij.Cal.in cons.xv.in ti.de iud.Pau.de Cast.in l.
omni nouatione.C.de sac.sanc.eccle.Moder.in d.l.quoties.ha-
buerunt istam communem opinionem pro indubitabili:quia dif-
ferentia que sit inter questionem facti,& iuris, verbis imposita
videtur.cõ l.ij.C.commu.dele.quia qui volet trahere causam ad
ecclesiasticum,opponet per viam iuris.Sed rñdetur quod cõ-
siderandum erit an talis oppositio fundetur in ipso facto,& se-
cularis poterit cognoscere:an vero in articulo iuris,& tũc cau-
sa ad ecclesiasticum defertur. Sed contra communem opinio-
nem alia ratio allegatur:quia ex facto ius oritur.l.si ex plagis.
§.vlti.ff.ad leg.Aquil.vnde nõ videtur quod possit esse questio
facti,quin etiam sit de iure. Mod. in d.l.quoties,respondent
quod quando ex facto ius oritur,nõ est illud ius spirituale,aut
est quando de iure cõtenditur.Ista responsio non tollit argu-
mentum:quia imo ius,quod oritur ex tali facto, spirituale vi-
detur:cum factum,& causa ipsa,de qua agitur,dicatur spiritua
lis.Et ideo contra communem opinionem predicta ratio effi-
cax videtur,declarando vlterius. Nam ex facto ius oritur, vt
dictum est. Unde videtur quod questio iuris a questione facti
separari nõ possit. Ad facti enim questionem sequitur questio
iuris:& questio facti necessariam habet admisturam, & insepa-
rabilem iuris questionem,vt Fulg.tradit in cons. cxxxiiij.inci.
in questio.circa fi.Et ratione misture videtur quod hoc totum
ad iudicium ecclesiasticum deferatur:vt in simili not. Bart.in
[illegible] quin ista questio

facti habeat connexitatem cum questione iuris: ideo ratione
connexitatis ad ecclesiasticum iudicem pertinet.c.quanto. j.e.
ti. Et questio ista facti ad questionẽ iuris ordinatur: vnde idẽ
quod de iuris questione,iudicatur,vt in simili not.Bar.in l.so-
lent.de alim.& cib.leg. Retenta tamen cõmuni opinione,quod
laicus de questione facti cognoscere possit,limitatur non pro-
cedere in his,que nullo modo actiue spectãt ad laicos: quia in
talibus licet sit questio facti, iudex laicus se non intromittit.c.
si iudex.de sen.excom.in vj.& in c.inquisitionis.§. prohibemus.
de here.eo.lib.& declarat Pe.de Anch.in d.reg.ea,que.de reg.
iu.in iiij.quest.prealleg.Alex.in d.l.Titia.vbi plura alia in ma
teria dicit,& prosequitur,in quibus non insisto:quia principa-
25 liter non tractatur hic. † Secũdo infertur per istum tex.quod
laicus non potest esse collector decime Papalis secundũ An-
to.de Bu.hic.& idem tenet Arch.in c.in noua.in prin.xvj.q.vij.
sequitur Ro.in cons.clxvj.inci.iste Petrus.Et hoc idem dicẽ-
dum est in subcollectore, qui cum eadem potestate esset surro-
gatus:quia eadem qualitas in surrogato requiritur: argu.ca.
statutum.§.in nullo.in fi.de resc.in vj.in cle.j.de offi.vic.Secus
si esset subcollector nullam habẽs iurisdictionem,sed solum fa-
cultatem recipiẽdi solutiones:quia laico hoc committi potest,
vt doc.dicunt in locis preallegatis,& tradit Bar.Belen.in tra
26 cta.de charitatiuo subsid.q.cv. † Tertio infertur,quod laicus
in causis spiritualibus arbiter esse non potest. Facit text.in l.f.
ff.de arbi.& de hoc est tex.in c.contingit.s.de arbi.Et per illum
tex.confunditur vnum dictum Bal.in l.j.C. de confess. vt tra-
dit Alex.in l.quoties.in fi.C.de iud.& in d.l.Titia.vers.sexto fal
lit.solu.matrim.& tex.in d.c.contingit.habet locum in arbitro,
prout loquitur:secus est in arbitratore,secundum communem
27 opinionem,vt dixi s.in primo nota. † Quarto infertur quod
laici de rebus spiritualibus, vel ecclesiasticis statuere aliquid
non possunt.Et probatur hoc in c.bene quidem.xlvj. dist. in c.
fi.de rebus eccles.non alien.in c.ecclesia sancte Marie.s. de cõ-
stit.vbi late dictum fuit. Nam cum isti non sint de foro secula-
ri,vt supra dictum est,pariter etiam statutis laicorũ non subij-
ciuntur: quia a pari procedunt forum sortiri, & statutis liga-
22 ri [22]:vt not.Archi.in octaua distinctio.in c.quo iure. Spec.in
titu.de constitutio.§.j.versicu. & not. Cal.in disputatione sua,
statuto.Anto.de But.post Jnnoc.in rubri.supra de consuetu.
& ita arguit Cuma.in consil.cxxxix.incipien.P.laicus.in prin
cipio, Paulus de Castro consilio lxix.incipiente.visis. & idem
Alexander in consilio ccix. incipiente, visis. in secundo libro.
28 † Quinto infertur,quod laici electioni prelati adesse non possunt.
vt late habetur sexta distin.per totum.& est text.in c. Messana.
s.de elect.adeo quod consuetudo in contrariũ non valet,vt ibi di-
p citur,etiam si sit consuetudo,cuius memoria [p] non sit in contra
rium:vt notab.dicit Joan.And.in c.ij.de preb.in vj.Abb.in d.
ca.Messana.de elect.in primo no.& in c.quisquis.de ele.Et hoc
etiam procedit in laico patrono ecclesie, qui non habet ius eli-
gendi in ecclesia collegiata.cap.nobis.j.de iu.pa.nec etiam per
compositionem factam cum prelato & capitulo, ad hoc habili-
tari potest.c.sacrosancta.de ele.& ibi Abb. in vij.not. concludit
quod nec etiam authoritas episcopi sufficeret,sed authoritas sum
mi pontificis requiretur. Ad quod facit quod s.dictum fuit in glossa
29 † Sexto,laici in consi.clericorum interuenire non debent,exce-
ptis quibusdam casibus,vt glo.not.concludit in cap. fi. de his,
que fiunt a maio.parte capit. Et de concilio generali,hoc Ab.
late concludit in disputatione incipien.episcopus.in tertio du
bio,facit text.in capitu.vbi nam.in capit.satis.in fi.xcvj.distin-
30 ctio. † Septimo, laico beneficium ecclesiasticum conferri non
potest:quia non dicitur idoneus.ca.cum adeo. vbi Abb.de re-
scrip.& ideo laicus non potest presentari ad beneficium,nec per
rescriptum illud impetrare potest:vt not.Anto.de Butr.in c.
consultationibus.de iure pa. Et laicus canonicus esse non po
31 test.ca.ij.vbi Abb.de insti. † Octauo,de manu laicorum clerici
beneficia accipere non debent.c.preterea. de iure patr. & xvj.q.
vij.c.si quis deinceps.& c.per laicos.& capitu. laicis.adeo quod
contraria consuetudo non valet.cap.ex frequentibus. de insti.
32 † Nono, laici non debent se inter clericos immiscere in eccle-
sia.cap.j.de vit.& honesta.clerico. inuitati tamen a clericis pos-
sunt: vt not.ibi per dominum Abbatem in gl.circa fi.& sic cũ il
lis cantare possunt: & refert ibi quod in quibusdã locis ita ob-
33 seruatur. † Decimo,laici non possunt ad prophanos vsus vti
23 rebus semel deputatis ecclesie [23].tex.no.in c.ad hec. de relig.do
mib.bonus tex.in c.ad nuptiarum.de consecration.distinct.j.&
quod ibi gloss.& quod not.Abb.in d.c.ad hec.Et finaliter con-
clusio sit,vt supra dictum fuit, quod de pertinentibus ad clericos
solum liceat laicis,quod illis expresse concessum reperitur: vt
per glo.xxiiij.q.j.c.vltimo.& probatur hic,vbi regula negatiua
ponitur,vt supra dixi.Et in talibus casibus, que laicis expres-
se con

se concessa reperiuntur, extentio fieri non potest: vt est tex. not. in c.tua.j.de decim. De his autem, que laicis conceduntur, vltra superius dicta plura occurrunt. Nam laicus potest habere prebendam, que in temporalitate consistat: vt per glo. in ca. cum M. in verbo, receperunt. de consti. quam Abb. ibi declarat. Et laicus potest habere officium pulsandi campanas, vt no. Abbas in c. Joannes. de homic. & Jo. An. idem dicit in ca. Joannes. de cleri. coniu. & Jo. de Ana. eum refert in dicto cap. Joannes. de homi. Et laicus potest habere in ecclesia bancũ, vel sedem, vt no. Abbas post Host. in c. abolende. de sepul. Et laicus potest esse nuntius episcopi, vt dicit Bal. hic, per l. fi. ff. de iudi. & per c. si clericos. de sen. excom. in vj. Et laicus de mandato episcopi potest capere clericum, & non incurrit penam excommunicationis. d.c. si clericos. vbi Do. in prin. de sen. exc. in vj. & ad idem est tex. in c. vt fame. circa fi. de sent. exc. facit quod no. Bal. in l. si qua per calumniam. ver. sed quero. C. de episco. & cler. vbi inquit quod familia Potestatis potest capere sacerdotem delinquentem, et illum ducere ad episcopum. Et laicus
q secundum Bal. hic potest torquere [q] clericos de mandato episcopi, absque pena excommunicationis. Sed in hoc contrariũ voluit dominus Ant. in d.c. vt fame. & Abb. ibi circa finem sequitur. & idem Ab. per illum tex. in c. vniuersitatis. de sen. exc. Et laicus in missa seruire potest, vt no. Jo. An. in c. vt quisque. de vi. & hon. cle. not. in c. serio. circa fi. xxxviij. dist. Et laicus potest esse executor testamenti ad pias causas, secundum Bald. hic. facit tex. in c. Joannes. de testa. in l. hereditas. ff. de peti. he. & in §. si vero expressim. in auth. de her. & fal. & facit gl. in l. si quis Titio. de lega. ij. Et coram seculari iudice instrumentum clericatus produci potest ad faciendum fidem de clericatu. vt not. Bald. in d. l. si qua per calumniam. ver. sed pone. C. de epis. & cle. Et coram iudice seculari emancipatio clerici fieri potest, vt cõcludit Rot. in deci. vij. in ti. de iud. in nouis. & sequitur Dom. in c. si. §. si vero. de iudi. in vj. Et iudex secularis est competens in declarando aliquem periurum: vt not. Rom. in fin. ccccxx. inci. ego coram magnis dominis. Et hoc intelligitur, quando res clara est: secus si esset dubia: quia ad ecclesiasticum recurritur. c. venerabilem. de elect. Et coram seculari exceptio excommunicationis opponi potest: vt not. Bal. in l. placet. circa fi. C. de sacrosan. ec. & idem Bal. in c. intelleximus. infra eo. Et hoc intelligitur, quando constat de excommunicatione ad istum effectum vt repellatur excommunicatus. Secus si de validitate eius dubitetur: quia talis cognitio ad ecclesiasticum debet remitti: vt tenet Bald. in consi. ix. in tit. de fo. compe. Bald. in l. quoties. in fi. C. de iud. & Do. in c. si. de fo. compe. in vj. & tradunt Moder. in c. si. de excep. De iure patronatus, & iure funerandi quomodo cadant in laicum, videbimus in c. quanto. j. e. ¶ In
34 glos. fin. Abbas concludit quod † illi proprie dicuntur prela-
r ti [r], qui habent ordinariam iurisdictionem, late, qui habet preeminentiam sine iurisdictione, vt sunt plebani: latissime vero dicuntur presbyteri, qui habent curam animarum. Et idem tradit Abb. in c. tua. de cler. egr. in ij. not. in c. de multa. de preb. & in c. cum ab ecclesiarum. in j. not. de offi. ord. Et sub nomine prelati comprehenditur quilibet administrator habens perpetuum officium, etiam si ad nutum superioris remoueri possit. Ita Car. dicit in cle. j. in x. q. de elect. Vnde infert quod custos, vel minister fratrum Minorum dicuntur prelati. Et refert questionem, quam de facto dicit se obtinuisse. & idem Cardi. in clemen. religiosus. in xiij. questio. de procu. & in clemen. dudum. §. statuimus. in fi. j. q. de sepul. glo. in c. nullus. in verbo, prelaturam. de elect. in vj. & Dom. ibi dicit quod tales habent dignitatem, & quod causa a summo pontifice illis committi, & delegari potest. Et circa doctrinam Abba. aduertendum est: quia non videtur quod iurisdictio faciat quod magis proprie quis dicatur prelatus: vt patet in cardinalibus. Et quia omnes equaliter dicuntur prelati, Abbas, Archiepiscopus, & Episcopus. c. fina. de offic. ordi. in sexto. Nam alij dicuntur prelati superiores, & alij inferiores. c. Romana. de ap. in vj. & c. Romana. de fo. compe. in sexto: sic etiam in clericis. c. cum tibi. de ver. sig. sic in beneficijs. in c. tua. de ver. sig. sed plus, & minus, non inducunt differentiam specificam. l. si. ff. de fun. instr. instrumentoque leg. & videmus quod ordinarius dicitur, licet non habeat iurisdictionem. glo. no. in cle. j. in verbo, ordinarium, vt lite pen. Et absurdum esset, dicere quod prelatus, qui maximã haberet potestatem in beneficijs conferendis, proprie non esset prelatus, dato quod non haberet iurisdictionem. Vnde doctri. Abb. non vr̃ iure probari: & ideo dicendum vr̃ de prelatis sicut de preposito. Nam prepositi dicuntur, qui alijs presunt: tñ ex communi vsu dñr, qui quandam curam prioratus super alios gerunt: vt dicit tex. in c. quamuis. de ver. sig. Idem vr̃ esse in prelatis: prelati enim dicuntur, qui alijs preferuntur: ex communi tamen vsu dñr viri ecclesiastici, qui ante alios authoritatem, & preemi-
35 nentiam habent. † Postremo Abb. dicit de verbo, decerni-
24 mus [24], quod secũdum subiectam materiam accipitur: & ideo cum materia, de qua agitur, non sit noua, non vr̃ ius nouum significare. prõ quo facit tex. in c. ad audientiam. de cle. non resi. & in c. cum olim. de priuil. vbi idem verbum ponitur: & tamen de nouo iure ibi tractari non vr̃. Sed tamen dici potest, quod hic satis dicitur noua materia, ex quo non prius in consilio, nec ita generaliter per modum regule erat hoc cõstitutum: vt in simili probatur. in l. j. C. communia. de leg. & in §. sed nostra. Inst. de leg. iuncta l. j. de le. j. & in d. c. ad audientiam. & in d. c. cũ olim. videtur quod etiã nouum ius inducatur respectu sententie, de qua ibi habetur. Et sic generaliter videtur quod semper ex tali verbo aliquid noui afferatur: quia de sui natura ius no-
B uum significat: [B] vt per glo. in cle. per literas. de preben. in verbo, decernimus. & in clement. ij. de reb. eccles. non alien. in clem. ij. de appellation. & in clem. fina. de etate & qualita. facit text. in c. quanto. de vsu. & in l. decernimus. C. de sacrosanct. eccles. cum similibus.

Additiones.

B ¶ Significat. Quod verbum decernimus, sit noui iuris inductiuũ, adde Car. in cle. j. de can. poss. & proprie. & in cle. ij. ibi per gl. de preb. & in cle. j. de reb. eccl. non alie. & in cle. eos. de regular. Hier. Sig.

1 ¶ Absente. Idem Dec. j. eod.

2 ¶ Abbates. Idem Dec. in cap. quia nos. in tertio notabili, de appellation.

3 ¶ Dignitatem. Et quod habeat iurisdictionem vide Parisi. in consi. xxij. nu. 14. li. quarto, vbi quod habeat quasi episcopalem. & vide in consilio xcv. nume. 5. & in consil. xcvij. nu. j. libro iiij. quod preponatur canonico ecclesie cathedralis. vide Dec. consilio clxj. nume. 1.

4 ¶ Committere potest. Idem Deci. in c. preterea. de offic. & pote. iud. deleg.

5 ¶ Committi potest. Deci. in consil. cxxxiiij. dum essem gubernator & locumten. Bononie commisit omnia etiam spiritualia quibus tamen parcissime vsus sum, & vbi necessitas vrgebat, & erat periculum in mora.

6 ¶ Notabile. Vide Dec. in c. constitutus. el j. in j. not. de appell.

7 ¶ Temporalibus. Hoc argumẽto frequentissime vtitur Deci. vt in c. j. in j. lec. de const. in c. at si clerici. §. j. j. eo.

8 ¶ Esse possit. De hoc vide Dec. in cons. cxxix.

9 ¶ Spiritualium. Et an oblationes facte alicui loco pio qui p laicos gubernat, possint a dictis laicis capi & custodiri, & quibus casibus vide Dec. in cons. clviij. in iij. dub.

10 ¶ Temporalis. Vide Deci. in c. iij. in primo notabili, infra de probation.

11 ¶ Iudicandi. Vide Dec. in c. postremo. in fi. de appell.

12 ¶ Assessor. Vide aliquid per eundem in c. si pro debilitate. de offi. deleg.

13 ¶ Recusari. Idem in c. sciscitatus. de res.

14 ¶ Clericum. Limita nisi ageretur ciuiliter. Dec. in c. sequenti, in fine.

15 ¶ Requiratur. Idem voluit Dec. in l. ij. ff. de regu. iur.

16 ¶ Non potest. Dec. in c. clerici. j. eo.

17 ¶ Non valet. Idem Deci. in d. c. clerici. & Deci. in cons. cl.

18 ¶ Non valet. Dec. in cons. cl. col. iij. in fi.

19 ¶ Cognoscit. Hoc idem dicit in c. ecclesia s. Marie. de constit. versi. iij. noto. vbi se remittit ad dicta hic, per eũ, & an laicus det curatorẽ litis in causa clerici vertente coram eod. vide Dec. in cons. cl. & an sit delegatus in causa clerici, vide per Deci. ibi.

20 ¶ Prorogari. Vide Dec. in cons. cl. per totum.

21 ¶ Contradictio. Reprobat Dec. in d. cons. cl. in fi.

22 ¶ Ligari. Hoc argu. sepius vtitur Dec. vt in c. ecclesia. s. Marie. de constit. in cons. cclxxxiij. vers. ad maiorem. & in no. casu in cons. ccccxvj.

23 ¶ Ecclesie. Facit tex. in §. sacre. insti. de rer. diuis.

24 ¶ Decernimus. Idem Dec. in c. sedes. de rescr. & Jo. Crot. de monte Fer. in repe. l. si constante. ff. so. matri. Sil. Ald.

a ¶ Arbitratorẽ. Et hñ, eo tñ mõ quo licet trãsigere, vl pacisci.

b ¶ Abbates. Pau. Paris. cõ. xxij. nu. 14. cõ. xcv. cõ. xcvij. lib. iiij.

c ¶ De eleemosyna. Nota quod eleemosyna debet potius fieri pauperibus, qui sunt in loco, quam alienigenis.

d ¶ Certam. Et bene, licet Fel. dubitet j. de except. c. apostolice. facit Jo. And. in Mercur. quod alicui suo nomine. de reg. iu. in vj. Idem Fran. Ripa hic, nu. 111.

e ¶ Valet. Phi. Dec. cons. xvij. cons. clxix. his adde cons. ccccxc-iiij. consi. ccccxix.

f ¶ Nullus. J[redacted]

Frater

g ¶ Frater minor. Facit Dec. cons. cccc xciiij. ⁊ cons. cccc xix.
h ¶ Quod non. Contrarium seruatur: ⁊ sic superfluit intrica-
tio Fran. Ripe hic, nu. 112.
i ¶ Laicus. Hoc tenet Deci. ⁊ bene, quicquid dicat Fran. Ri-
pa hic, nu. 112. nu. 116.
k ¶ Quod sic. Idem Ias. Phil. Dec. l. j. in fi. ff. de offi. ass. Fran.
Ripa hic, nu. 117.
l ¶ Econtra. Adhuc idem tenet Fran. Rip. hic, nu. 117. in fi. vt
ob id non possit recusari, ⁊ bene.
m ¶ Quod sic. Idem Compostel. Panor. d. c. quia propter. Fel.
c. cum dilecti. de fide instr. Fran. Rip. hic. nu. 120.
n ¶ Territorio. Dec. l. in ambiguis. §. non est nouum. de regul.
iur. Socin. l. fina. de iurisd. om. iud. vbi idem Deci. contrarium
tenet.
o ¶ Facto. [redacted]
p [redacted]
q ¶ Torquere. Fran. Rip. hic, nu. 99. dicit opinionem Baldi su-
stentabil. ego vero dico veram, ⁊ practicari.
r ¶ Dicuntur prelati. Adde hic Fel. nu. 9. [redacted]

1 ☞ Causa iuris patronatus non est spiritualis sed vt conne-
xa iuri spirituali tractatur.
2 Mistum sequitur naturam simplicis dignioris.
3 Connexa iudicantur secundum ea, quibus coniunguntur.
4 Pax facta cum principali an extendatur ad adherentes.
5 Patronus laicus potest in presentando variare.
6 Iudex laicus si tulit sententiã super vniuersitate, an in ea com-
prehendatur ius patronatus.
7 Ius patronatus si ab aliquo auferatur, non applicatur fisco,
sed ecclesia remanet libera.
8 Laicus an possit possidere ius funerandi.
9 Locus non efficitur religiosus per illationem corporis mor-
tui secundum canones: secus secundum leges.


Quanto. Summatur, vt per Abb. hic.
Vel melius iuxta literã. Cau-
sa iuris patronatus est adeo connexa spiritua-
1 libus, ꝙ spectat ad iudicium ecclesie. ¶ † Pri-
mo not. quod causa iuris patronatus non est
de sui natura spiritualis, sed tanquam conne-
1 xa spiritualibus [1] causis, iurisdictioni iudicis ecclesiastici sub-
ijcitur. facit ca. de iure. j. de iure patronat. Nam illud quod est
connexum, essentialiter distinguitur, ⁊ est quid diuersum ab
eo, cui coniungitur. arg. l. quod Nerua. ff. depositi. facit tex. in c.
fi. de inst. ⁊ c. per vestras. de iu. pat. in c. debitum. de baptis. cum
fi. Et causa iuris patronatus spectat ad iudicem ecclesiasticũ,
nõ solum respectu diffinitionis cause prout videtur loqui tex.
hic, ibi: diffiniri. Facit tex. in c. j. in fi. infra. de causa posses. ⁊ pro-
2 prie. Sed etiam tota cognitio cause ad ecclesiasticum perti-
net [2]: prout infertur ex ratione cõnexitatis, que hic allegatur:
alias vero in alia materia, cui diffinitio cause denegatur, co-
gnitio cause prohibita non videtur: vt in c. accusatus. c. quam-
uis. iij. q. vj. facit quod no. Bart. ⁊ doc. in l. a diuo Pio. in prin.
2 de re iudic. ¶ † Secundo nota quod mistum sequitur natu-
3 ram simplicis dignioris [3], vt Ab. deducit hic, per c. cum in du-
bijs. de consecra. eccle. vel alta. ⁊ alij posteriores sequũtur. Sed
istud notabile non videtur probari hic: quia tex. non fundatur
in qualitate digniori, sed in connexitate: quo casu illud, quod
est connexum, accessorie venit: ⁊ accessorium sequitur naturam
principalis, etiam si dignius sit. l. ⁊ si non sint. §. perueniamus.
in fi. l. cum aurum. §. fi. ff. de auro ⁊ arg. lega. ⁊ in §. cum ex alie-
na. ver. si tamen. Insti. de rerum diui. Et hoc pro singulari tra-
dit Ro. in notabili dcxvij. lego mulieri. ⁊ in terminis in iure
patronatus, vt concludit Abb. hic, est tex. in c. ex literis. de iu-
a re patronatus vbi ius patronatus [a] transit cum vniuersitate.
Et sic patet quod qualitas dignior iuris patronatus in tali ca-
su misto non attenditur: quia accessorie venit, et ideo sequitur
naturam principalis. Et ipse Abb. hoc idem dicit in d. c. quod
3 in dubijs. declarando tex. in d. c. ex literis. ¶ † Tertio nota qđ
connexa iudicantur secundum ea, quibus connectuntur. Fa-
cit text. in l. que religiosis. ff. de rei vendi. cum fi. vt prosequitur
Abb. hic. Sed etiam hoc notabile non probatur hic simplici-
ter, prout Abb. dicit: quia tex. non arguit simpliciter a conne-
xitate: sed videtur ponderare qualitatem connexitatis, dum
inquit, ita coniuncta est, ⁊ connexa causis spiritualibus. Nam
illa dictio ita, ponitur ac si dicatur in tantum: vt in simili ha-
betur in c. ij. supra de elec. ⁊ in §. j. Instit. per quas perso. nob. ac-
qui. Dictum tamen in se verum est, quod de connexis idem est
iudicium, vt in iuribus allegatis per Ab. hic. ⁊ no. Bal. per il-
lum text. in l. quid ergo. §. sufficit. ff. de contraria actio. tute. in
l. iij. §. sed ⁊ si quid. ff. de nego. gest. ⁊ Domi. post Io. Mo. in c.
fin. in prin. in glos. fi. circa fi. de appel. in vj. Et in iurisdictione
prout loquitur tex. hoc no. tradit Bal. in l. si quis ex argenta-
rijs. §. rationem. ff. de eden. dicens ꝙ consules mercatorum, ⁊
notariorum, habent iurisdictionem non solum in pertinenti-
bus ad artem, sed etiam in connexis. Et in notabili questione
scribit Pau. de Ca. in l. cum vendente. C. vbi cause fisca. vbi re-
fert de facto habuisse in ciuitate Lucana. Et alio simili casu
no. Ro. in consi. ccccxliij. ad predictorum. circa fi. Et ex his in-
b ferri [b] videtur ꝙ causa dotis, que videtur connexa matrimo-
nio. l. iij. ff. de do. promi. spectat ad iudicem ecclesiasticum vt de
matrimonio cognoscat, de quo sunt opiniones: vt in l. j. ff. solu.
4 matri. Et quid dicatur connexum, declarat [4] Aretin. in consi.
xxix. Diligenter. ⁊ in l. j. ff. sol. mat. Alex. in cõsi. lxviij. circa pri-
mum. in fi. in j. li. Et cum hec causa iuris patronatus respectu
fori secundum causas spirituales reguletur, Abb. infert quod
si in causis spiritualibus certus modus procedendi constitua-
tur, hoc idem in causa iuris patronatus statutum intelligi-
tur. Allegat gl. in c. literas. de iura. calum. Et ad hoc bene facit
tex. in c. fi. in prin. de iud. in vj. ⁊ in cle. dispẽdiosam. de iudi. vbi,
quod de nouo disponitur in iudicio in causis spiritualibus,
habet locum in dependentibus, ⁊ connexis. Facit gl. in c. accu-
satus. in verbo, iudicari. de hereti. in vj. Et in simili casu in sta-
tuto notat Bar. in l. solet. in fi. ff. de alimen. ⁊ ciba. leg. Bal. in l. j.
C. de rebus credi. Pet. de Ancha. consil. lxxij. visis omnibus.
Pau. de Cast. in l. cum hi. in princ. per illum tex. ff. de transac. ⁊
quod tradit Aret. in consi. lxxxiij. quoniam multa. ⁊ in d. l. j. ff.
soluto matrimo. Et hoc procedit secundum Abb. hic, nisi ma-
teria esset valde odiosa. Idem Abb. in d. c. literas. de iuramen.
calumn. facit gloss. in regula, que de iure. de regulis iur. in vj. ⁊
in clementi. j. in verbo, contrahere. de consanguinit. ⁊ affinita. ⁊
quod notat Bartolus in l. in questionibus. in fine, ff. ad legem
Iul. maiestat. Baldus in authenti. si testis productus dicatur.
C. de testibus. ⁊ quod tradit Bartolus in l. fina. §. Lucius, per
illum text. ff. de condiction. indebi. Et circa hoc notandum est
quod materia odiosa non reputatur excommunicatio, vel in-
terdictum, quod etiam ad connexa, ⁊ adherentia extenditur.
c. j. de postulation. prelator. vbi Abbas declarat. facit text. in c.
4 penulti. de sentent. excommunicatio. † Et ex predictis infere-
bat Andr. Sicul. quod pax facta cum principali, videatur fa-
a cta cum adherentibus [a]: quia de connexis idem est iudicium,
per supradicta, ⁊ per textum in capi. j. de postulatio. prelator. ⁊
in c. ad apostolice. de re iudic. in sexto. Sed in hoc contrarium
tenet Abbas in dicto capitu. j. de postulatio. prelato. versic. ⁊ ex
predictis nota singulariter. ⁊ ipse Andre. Sicul. hoc idem se-
quitur in consil. xij. libro secundo. Sed concordari possunt o-
piniones, vt Angelus in terminis distinguit in l. que religio-
sis. ff. de rei vendica. Et qui dicantur adherentes, not. Angel.
in authentic. de here. ⁊ Falcid. in princip. vers. ex hoc noto. ⁊ in
consilio cclvj. quia consultatio, vt tradunt Moderni in rubri.
de treuga ⁊ pace. Et notandum est quod super hoc, qui dican-
tur adherentes, vt dispositio facta de adherentibus, habeat lo-
cum, declaratoria requiritur: vt not. Ange. in consi. cc. in ciuita-
te Lucana. ⁊ est dictum Innocen. in capi. in Lateranensi. ⁊ ibi
Imola refert, versicu. vltimo. tangit hic Innocen. de prebend.
Vltimo no. quod dictum est in summario, videlicet quod cau-
sa iuris patronatus spectat ad iudicem ecclesiasticum. Et hoc
secundum Ioan. And. hic, ampliatur, etiam si agatur de causa
iuris patronatus incidenter: quia laicus non poterit cogno-
scere. allegat c. lator. qui filij sint legitimi. ⁊ idem Card. hic. ver.
quero an laicus. ⁊ ista conclusio melius probatur hic, vbi re-
spectu iudicis idẽ iudicatur de causa iuris patronatus quod
de causa spirituali. Vnde sicut de causis spiritualibus laicus
non cognoscit, etiam incidenter. c. tuam. vbi glos. ⁊ doctor. de
ordin. cognitio. cum similib. vt dixi in c. ij. supra eodem. Idem
ergo erit in iure patronatus. Secundo ampliari videtur ista
conclusio, vt etiam habeat locum in arbitro: quia sicut arbiter
de causa spirituali non cognoscit. c. contingit. de arbit. Ita vi-
detur quod etiam in causa iuris patronatus arbiter esse non
possit. Et hoc sentiunt Moder. hic, dum allegãt c. examinata.
de confir. vti. ⁊ dicunt ꝙ ille tex. intelligitur de vicedomino, qui
clericus erat. Et ad hoc facit: quia arbitria sunt redacta ad in-
star iudiciorum. l. j. ff. de arbit. imo etiam in arbitratore videtur
ꝙ de iur. pat. compromitti non possit, quia compromissum est
quedã transactio: vt no. in aut. si vero contigerit. C. de iudi. que

quidem transactio super iure patr.fieri non potest.c.preterea.
el primo.de transac.Sed breuiter his non obstantibus contra
c rium[c] videtur de iure dicendum, prout reperio quod in ter-
mino tenet Domi.in d.c.j.§.in ceteris.ver.ex his deciditur.de
cleri.coniug.in vj.dicens quod tale compromissum potest fieri
in laicum,quia est capax iuris patronatus.Nō obstat quod ar-
bitria sunt redacta ad instar iudiciorum:quia in pluribus dif-
ferunt,vt per gloss.in c.cum dilectus.de arbit.⁊ in proposito ꝙ
idem non sit in iudice,⁊ in arbitro, not. Abb.in c.contingit.in
fi.de arbitr.⁊ in c.significasti.de foro compet.Non obstat quod
compromissum sit quedam transactio, que non potest fieri in
causa iuris patronatus,quia illud est verū large, ⁊ improprie:
sed proprie loquendo compromissum non dicitur trāsactio:vt
no.Bar.in l.quod si Ephesi.§.interdum.in fi.ff.de eo quod cer.
loco.⁊ in l.societatem.§.arbitrorum.in j.q.ff.pro socio.not.in l.
transactio.C.de transactio.Et patet in proposito:quia licet de
causa iuris patronatus transactio fieri nō possit.d. c.preterea.
valet tamen compromissum:vt not.Abb.per illum tex.in c.exa
minata.de confirmat.vti.vel inuti. Secundo limitatur,vt iste
tex.non habeat locum,quādo ageretur de deliberatione eccle-
sie ab ipso iure patronatus: quia tali casu etiam ecclesiasticus
cognoscere potest,secundum Cardi.in c.significauit.per illum
text.in ij.notabi.ver.in prima opposi.⁊ Mod.ibi sequuntur in
prin.de testib.Sed periculosa videtur ista limitatio:quia nega
ri non potest quin illa sit causa iuris patronatus ergo laicus
non videtur competens,per illum text.hic,qui generaliter lo-
quitur de causa iuris patronatus.Et ista ratione presupponē
dum est quod ille cui fuit commissa causa in d.c.significasti. es-
set clericus:quia aliter habilis non fuisset.Tertio fallit quan-
do esset questio iuris patronatus super facto:quia tunc laicus
cognoscit de causa spirituali:vt no.Bar.in l.Titia.ff.solu.ma.
in l.quoties.C.de iud.cum si.vt dixi in c.ij.š.eo. Ex quo inferūt
Moder.hic,quod tali casu poterit laicus cognoscere de causa
iuris patronatus.Sed obstare videtur,quia quando causa est
mere ecclesiastica,etiam super questione facti, non cognoscit se
cularis:vt no.Ancha.in regula,ea,que.in iiij.q.de regul.iur.in
vj.per tex.in c.inquisitioni.§.prohibemus.de here.in vj.⁊ in c.si
iudex.de sen.excom.Respōderi potest quod causa iuris patro
natus non videtur mere ecclesiastica, ex quo cadit in laicum.
Et de hoc dicendum est vt dixi in c.ij.š.eo. ¶ In glosa prima
circa fi.colligitur vna oppositio ad tex.hic:qa sicut pōt laicus
ius patronatus possidere,cum non sit mere spirituale, vt glo.
dicit,pari ratione videtur quod iudex laicus de tali iure pa-
tronatus cognoscere possit.Abb. respondet, ⁊ posteriores se-
quuntur,quod laico de gratia concessum fuit,vt ius patrona-
tus possideret.c.iij. de iure pa.⁊ talis gratia non debet extendi
in preiudicium ecclesie:vt in regula,quod ob gratiam. de reg.
iur.in vj. Sed ista responsio non satisfacit: quia ex quo posses-
sio iuris patronatus laico conceditur.cap. consultationibus.
de iure patr.⁊ ratione possessionis reus dicitur.§.commodum.
inst.de interdi.ergo ad iudicem laicum recurrendum videtur,
cum actor forum rei sequatur.c.cum sit generale.j.titu.Et ad
hoc,quod venit in consequentiam ex natura possessionis priui
legium extendi videtur:vt in simili de dispensatione voluit gl.
in c.quia in tantum.de prebend.Unde ad argumentum aliter,
⁊ melius responderi potest,quod ius patronatus laico conce-
ditur,tanquam res connexa spiritualibus.Et ideo quia de cō-
nexis idem est iudicium,vt supra dictum est, ex natura rei sor-
titur forum ecclesiasticum: sicut quando agitur de matrimo-
nio,vel vsuris contra laicum:quo casu licet laicus reus sit, ta-
men coram ecclesiastico conuenitur.c.tuam.de ordi. cog.⁊ c.la-
tor.qui si fiunt legi.cum simi.¶ Circa materiam huius decre-
talis doct.duas questiones principaliter prosequūtur.Prima
est, an ius patronatus de sui natura dicatur mere spirituale,
de qua supra in rub.dictum fuit.⁊ ideo vlterius hic non insisto.
5 Solum ponderandum est ex verbis Abb.dum inquit ꝙ† lai-
cus potest variare presentando:vt in c.cum autem.de iure pat.
⁊ ex pluribus presentatis,episcopus instituere potest secundū,
vel tertium.c.pastoralis.de iure pat.Nam ex isto modo loquē
di Ab.manifeste sentit quod laicus pluries variare possit. In
contrarium est decisio Card.in titu.de iure patr. in consil.xvi.
an laicus.Et ad hoc facit,quia si data sit alicui facultas variā-
5 di,intelligitur quod semel tantū variare possit[5]: vt per Bal.
in authenti.habita.in iij.q.in fi.C. ne fil. pro patre. Et facit re-
gula, que ponitur in l.boues.§.hoc sermone.de verbo.significa.
⁊ hoc communiter tenetur,quia Cal. non habet contradicen-
tem. Sed tamen opi. Abb. hic magis placet,⁊ verior videtur:
quia ideo laicus variare potest,quia primo presentato non est
ius quesitum:vt dicitur in d.c.quod autem.de iure pat.Et ista
ratio non solum militat in secundo,sed in tertio,⁊ in alijs suc-
cessiue presentantis. Secundo hoc probatur, quia agitur de
interesse ecclesie,vt melior eligatur.c.constitutis.de appel. viij.
q.j.in c.licet. Et isto respectu, quia agitur de fauore patroni,
imo de fauore ecclesie:quia ius patronatus cōmunicatum fuit
laicis,vt inuitentur ad bene faciendum ecclesijs: ⁊ sic materia
6 videntur fauorabilis[6]: quo casu verba generaliter intelligun
tur,⁊ in primo actu non restringuntur:vt no.in l.placet.fi.de li
ber.⁊ posthu.Oldrad.in consilio xx.cum simili. vt Allex.tra-
dit in consil.clxx.viso processu.volumi.ij.⁊ Ana. in consil. xiiij.
Et facit quod notat Abbas de charitatiuo subsidio, in c. cum
apostolus.de censi.cum simili.⁊ tradit Belen.in tract.de cha-
ritatiuo subsidio.q.xxiij.Nō obstat dictum met Baldi in auth.
habita.quia loquitur Bal.in variatione: non sic videtur in ca
su isto,vbi agitur de accumulatione: quia per presentationem
a [redacted]
6 [redacted]
peritur.Et Abb.hic concludit [redacted] de
iure pa.Cardinalis [redacted]
re patr. cum si.vt per Moder. hic. Contrarium tamen tenet
Jo.de Jmo.post do.Anto.quem ibi refert in l.in insulam. in
p[redacted]ff.solu.mat.⁊ in clc.pastoralis.per illum tex.de re iud. vbi
in confiscatione vniuersali bonorum Regis Roberti non ve-
niunt bona,que ipse tenebat ab ecclesia:pari ratione non vide
tur includi ius patronatus de quo iudex secularis iudicare nō
potest,vt hic: ⁊ quia in dependentibus a iurisdictione illud,
quod non potest fieri in specie, non potest fieri in genere. ca. ij.
de constitu.in vj.Et per hoc non obstat quod dicitur in c.ex li
teris.de iure pa.quia illud locum habet in contractibus, pro-
ut loquitur. Secus videtur in sententia: quia tale ius non vi-
detur transire,nisi quatenus ecclesia permittit.Unde cum hoc
tantum in contractibus permissum reperiatur,non debet ex-
tendi ad iudicia:vt latius tradit Jmola supra,in locis allega-
tis.Et idem videtur tenere Bald.in l.prima.⁊ Paul.de Cast.
in fin.C. de bon.liber. Et istam opinionem sequuntur Mo-
der.hic, qui ex hoc inferunt quod male dicit Domi. in dicto
capitu.quoniam.x.dist.in versicu.facit etiam ista gloss.dum ibi
concludit quod legitimatus ab Jmperatore respectu heredi-
tatis,etiam videatur habilitatus ad ius patronatus eccle-
d sie[d] .Sed prima opinio,que videtur communis, mihi magis
placet:quam etiam sequitur Floria.in l.via.§. si fundus.ff. de
serui.rusti.predio.⁊ Bald.in l.finali in ix.questio. ver. nunquid
si iudex secularis.C.de edic.diui Adri.tollen.vbi arguit quod
sicut transit ius patronatus, cum vniuersitate in contractu,
ita pariter videtur in sententia: argumen. l. statuliber a cete-
ris. §. quintus.ff.de statuliber. Et de contractibus ad iudicia
etiam arguit Bald.in l.prima.in princi.C.de sen.que sine certa
quanti.profe.⁊ in l.ab executione.versic. sed dubitatur.C. quo-
rum appella.facit textus in l.tertia. §.idem scribit.ff. de pecu.
Hoc tamen argumentū non videtur multum tutum: quia in
pluribus differunt contractus, ⁊ iudicia.l.inter stipulantem.
§.j.de verb.obligatio.⁊ notat Bar.in dicta l.tertia.§.idem scri
bit. Et ideo aliter comprobando istam opinionem conside-
randum est quod ius patronatus non transit cum vniuersita-
b te[b] in contractibus, ex eo quod ita precise in contractibus di-
sponatur: sed transit ratione vniuersitatis: quo casu ius pa-
tronatus non videtur esse in consideratione: quia venit tan-
quam pars illius corporis vniuersalis: argumen.l.cum, qui
edes.ff.de vsucap. Et quia multa que specialiter transferri nō
possunt, sub tali vniuersitate includuntur. l .quedam. ff. de
acquir.re.dom.l.in modicis. ff.de contrahenda emptione. ⁊ sic
tota vis in vniuersitate consistit. Unde siue sit per viam con-
tractus, vel sententie, vel alio modo, non videtur esse diffe-
rentia. ⁊ facit tex.in c.cum seculum.de iure pa.ibi :vel etiam a-
lio modo ius patronatus acquisieritis. Et ideo data vniuersi
tate in sententia,ius patronatus includatur. Ex quo infertur
quod bene loquitur Domi.in d.c.quoniam.prima distin. licet
Moder. eum reprobent. Non obstant allegata supra in con-
trarium,⁊ primo tex.in cle.pastoralis.quia ibi fuit facta priua-
tio specialiter de bonis spectantibus ad ecclesiam: ⁊ vt ibi
dicitur, Jmperator posuit falcem in messem alienam. Se-
cus si ratione vniuersitatis simpliciter priuatio facta fuisset:
quia ius patronatus, quod esset in tali vniuersitate, include-
retur,vt Abb.hic dicit.Sed ista responsio videtur periculosa:
quia priuatio ibi fuit facta omnium bonorum, terrarum, iu-
rium,iurisdictionum tam perpetuarum,quam temporalium.
Jsta enim verba videntur importare vniuersitatē,vt Ab.post
alios tradit in c.ex literis.de iure pa.Et licet dicatur ibi,quod
Jmpera

Imperator misit falcem in messem alienam, non per hoc apparet quod in sententia expressum fuisset de bonis ecclesie. Unde aliter responderi potest quod in d.cle.pastoralis.agebatur specialiter de interesse alterius in talib⁹ bonis, merito sub illa vniuersitate non includuntur bona in preiudicium alterius: secus vbi solum agitur de prohibitione iuris, per supra dicta. Non obstat quod in dependentibus a iurisdictione, quod non licet in genere, nō licet in specie: quia hoc est verum regulariter, sed fallit in vniuersitate.d.l.quedam.⁊ d.l.in modicis. ⁊ quod d.c. ex literis.loquatur in contractu: quia illud ibi non disponitur aliqua speciali ratione in contractibus, sed propter vniuersitatem, que ibi reperitur. Unde pariter idem dicendum est in sententia, quando vniuersitas ibi reperitur per supra dicta. Predicta conclusio limitatur, nisi in sentētia ius patronatus exprimatur: quia tunc nō valeret[c] vt Ab.hic ꝯcludit: ⁊ idē Ab.in c. illud.in ver.secundo casu principali.de iu.pa.⁊ facit quod Ro. tradit in cons.ccclxviij.presens consultatio.in princ. Et hoc sane intelligitur, quando exprimitur cum copula, ⁊, secus si accessorie cum ista dictione cum: vt not.voluit Abb.in c.querelam. de simo.⁊ Moder.hic sequuntur: sed in d.c.querelam.aliter dicunt, videlicet quod etiam expressio facta cum illa dictione cū, habeat vitiare: ⁊ quod ita videtur velle Jo.An.in c.j.de iu.pa. in vj. Sed verior videtur opi.Abb.in d.c.querelam. quam in effectu tenet Dom.in d.c.j.in prin.de iure pat. in vj. quia dictio, cum, accessorie, ⁊ copula, ⁊, eque principaliter coniungit: vt no. in l.si cui.ff.de fun.instr.⁊ in l.j.⁊ ij.de pecu.leg. Et sic vno modo expressio fit eo modo, quo tacite intelligitur: alio modo aliter exprimitur, quam comprehendatur: vt no.in l.iij.de leg.j. Et quod plus est, voluit Jo.de Ana.in d.c.querelā.quod etiam si exprimatur ius patronatus cum illa copula, ⁊, sententia non vitiatur: quia vt actus valeat, debet impropriari: vt per glo.in l.eas obligationes.ff.de condi.⁊ demonstra. Sed responderi potest, quod ex quo alter non constat de mente, non est recedendum a proprietate verborum.l.non aliter.de leg.iij. Et actus in dubio non valet, quando forma non seruatur, ⁊ non concurrunt que in actu requiruntur: vt dicit Jo.de Imo.in l.a Titio. in versi. nec obstat.de verb.obliga. Et bene facit quod tradit Alex.in l. viro, atque vxore.ff.sol.ma. Reperio tamen Bal.in l.fin. versic. ⁊ si dico.C.de edict.diui Adri.toll.qui videtur tenere idē quod dicit Jo.de Ana.dum ibi inquit, quod si vendo castrum, ⁊ ius patronatus, illa expressio non habet minuere: quia fit ad ampliandum. Sed hoc videtur cōtra communem opinionem in
7 d.c.j.de iure pa.in vj.† Et ad supra dicta notandum est, quod licet quis priuaretur iure patronatus per sentētiā, non tamen fisco applicatur, sed ecclesia remanet libera[f] secundum Card.in cle.ij.in viij.q.in fi.de iure pat.⁊ Mod.hoc sequuntur: quia si in fiscum transiret, ageretur de preiudicio ecclesie, quod non esset spes quod libera remaneret. Sed respondēdo huic rationi dici potest quod in fiscum transiret durante vita condemnati, ⁊ illo mortuo transiret ad alios: quia confiscatio facta, intelligitur in vita alterius.l.via constitui.§.si fundus.de seruit.rustic. pred.l.Papinianus.§.meminisse.ff.de inof.test.⁊ quod ibi Angel.cum si.vt tradit Alex.in consi.xxiij.opportune cōsideratio. in j.libr. Et quod ius patronatus in fiscum transferatur, facit quia ad heredem, etiam extraneum, transit c.j.de iure pa.ergo ad fiscum transire videtur: quia ea, que etiam extraneis heredibus acquirunt̄ fisco applicātur: vt per gl.in l.diui fratres.ff. de iur.pat.no.in l.iura libertorum.vbi Bar.ff.e.tit. Et hoc modo primo arguit Card.in d.cle.ij.q.viij.⁊ licet ipse teneat con-
8 trarium p rationem s̄.allegatā, r̄nderi potest vt s̄.dixi.¶† Ultimo ex gl.colligit̄ quod laicus ius funerandi possidere potest. Abb.hic ꝯcludit hoc non procedere s̄m canones: quia cemiterium est sacratum, ⁊ videtur res mere spiritualis, quam laicus possidere non pōt.c.causam, que.de rescr. Sed tñ glo.generaliter, prout loquitur, defendi potest: quia hoc est clarum de iure patronatus quod per laicum possideretur, vt est text.in c.consultationibus.de iure pat.ibi: ius patronatus ecclesie possidebat: ergo idem dicēdum est in iure funerandi: quia ista iura equiparantur s̄m Inn.hic, ⁊ Host.⁊ do.in c.abolende. de sepul. ⁊ Ab.in c.j.e.tit.de sepul. Non obst.ratio Abb.quia procedit in spiritualibus laico non communicatis: ⁊ ita loquitur tex.in d. c.causam, que.secus videtur in iure patronatus, ⁊ in iure funerandi que communicata sunt laicis. Et hoc comprobatur: quia etiam ecclesia, in qua laicus habet ius patronatus, consecrata est: ⁊ licet ipsa per laicum possideri non possit, Jus tamen patronatus possidetur, quod est separatum ab ipsa ecclesia. Ita ergo videtur dicendum in iure funerandi, quod licet cemiterium non possit possideri, ius tamen funerandi, quod est separatum a cemiterio, possideri possit: ⁊ quia cemiterium proprie non dicitur sacrum, quia ecclesia consecratur, ⁊ cemiterium solum benedicitur.de consuet.dist.j.in c.nemo.⁊ notat Abb.in d.
9 c.abolende.† Et est notandum quod secundum canones locus non efficitur religiosus per illationem corporis mortui, licet aliud sit secundum leges. Ita Innoc.dicit in c.abolende. de sepulc.vbi Abbas post alios sequitur: quia ad hoc vt locus efficiatur religiosus, authoritas episcopi requiritur.c.ad hec.de religio.dom.vbi Abb.post Anto.de Bu.hoc idem dicit. Et ad hoc est gloss.not.in c.in ecclesiastico.xiij.q.ij.in glo.fi.⁊ idem tenet Cardin.in clem.j.q.vij.in fi.de sepul. Imo.in l.quid ergo.la prima.in §.si heres.in fin.de lega.j.⁊ Rom. in authen.similiter. in repetit.in xv.speciali in contractibus.in fin.C.ad leg.Falci. ⁊ Ang.Aret.in §.religiosum.inst.de rer.diuis. Dicit tamen notab.Joan.Fab.in d.§.religiosum.⁊ sequitur Ange.Areti.ibi, quod quamuis locus non efficiatur religiosus per illationem mortui secundum canones, vt dictum est, tamen talis locus nō poterit alienari: quia in hoc nō sunt correcta iura ciuilia. Mo-
g der. hic reprobant hoc dictum, quia correcta[g] ratione legis, ipsa lex correcta videtur: vt no.in c.miramur. de ser. non ordi. gloss.⁊ Barto.in l.j.ff.de legi.tut. Sed responderi potest quod imo non sit verum simpliciter: quia correcta ratione remanet authoritas legis: vt not. Joann.An.in c.post translationem. de renun.⁊ est bonus text.in §.femine.instit. de adop.quem ad hoc pro singulari allegauit Ro.vt dixi in c.j.de constit.⁊ quia etiam hodie, saltem largo modo, locus dicitur religiosus: vt p Abb.in d.c.abolende. Ultimo dum Ab.dicit quod fieret iniuria, nisi permitteretur quod quis vteretur sepulchro maiorum suorum: ad hoc bene facit, questio no.quam ponit Pe.de Pe. in tract.de quarta canonica.in x.prin.art.in ver.secundo queritur.vbi disputat, ⁊ postea concludit quod si alicui prelatus sepulturam concessit in aliquo sepulchro ecclesie, vel cemiterij, quod postea alteri non possit facultatem concedere inferendi mortuum in tali sepulchro, illo inuito.⁊ talis conclusio limitatur, nisi prelatus hoc faceret ex magna causa[illegible] not. Ro.dicit in sing.dcxciiij.questio est in facto.vbi allegat Archid.xiij.q.ij. in c.precipiendum.⁊ de hoc etiam no.Abb.in c.j.⁊ in peñ.de sepul. Postremo in ista decretali Abb.concludit quod quocunque modo agatur de iure funerandi, vel de iure patro.cognitio pertinet ad ecclesiasticum, contra [illegible] de But.in fi.hic, qui [illegible] quod si agatur actione personali pro iure patron. promisso, quod causa forte posset tractari coram iudice seculari, ⁊ hoc dictum Ant.de But.refert. Et sequi videtur Aretin. in consilio vj. viso instrumento.⁊ istam opinionem sequuntur Moder.hic contra Abb. quia quando est questio facti, etiam de causa spirituali, laicus cognoscit: vt no.Barto.in l.Titia.ff. solu.mat.in l.quoties.C.de iud.cum si.vt dixi in c. decernimus. supra eo. Sed, vt patet ex dictis ibi illa conclusio Bar.de iure [illegible] quia licet agatur actione personali, non per hoc sequit[illegible] questio facti dicatur. Nam etiam poterit esse questio iuris: ⁊ ista ratio etiam haberet locū in ipso iure patronatus, [illegible] ad ius patronatus, de qua agitur. Secundo contra Abb. [illegible] allegant tex.in c.[illegible]it.de test.vbi causa iuris patronatus videtur laico commissa, ⁊ illum tex.ibi ad hoc ponderauit Car. Sed responderi pōt, quod cum ibi absolute agatur de causa iuris patronatus, ex natura cause necessario intelligitur quod iudex esset ecclesiasticus. Et dato quod laicus fuisset, intelligi pōt illud factum fuisse a summo pontifice p viam dispensationis.l.quidā consulebant.ff.de re iudic. Et quia ibi in effectu agitur de iure ipso patronatus: nos loquimur de actione psonali: ⁊ quantum ad propositū, sufficit quod idem de ista personali actione videtur, quod de iure patronatus respectu fori ecclesiastici. Et ita remotis rationibus Mod.opi.Abb.mihi videtur verior, non per rationes, quas Ab.inducit, quia habēt locum in ipso iure patronatus iam formato, ⁊ in esse producto, de quo agit̄ in hac questione: sed pro opi.Ab.facit tex.hic dum inquit, causa iuris patronatus. Nam etiam causa iuris patronatus, dicitur illa, que incidenter occurrit occasione iuris patronatus.ar.l.cum hi.in prin.de transac.⁊ no.Bar.in l.solent.ff.de ali.⁊ cibar.lega. Unde licet agatur actione personali pro iure patronatus dicitur tñ causa iuris pat. Et hoc in terminis sequitur Aret.ipse in cons.lxxxiij.q̄m multa.vbi plenius, ⁊ maturius loquitur, quā in consil.vj.s̄.allegato in cōtrarium. Et ibi plura dicit, que ad propositum conferunt. Et de isto cōsilio etiam dixi in c.j.s̄.eo.⁊ ad hoc etiam facit tex.in c.fi.cum glo.s̄.eo.vbi non solum causa petitorij super beneficio non potest tractari coram singulari:
b sed nec etiam causa possessionis[b] vel quasi. Et late Abbas tradit in c.literas.de iuram.calum. Idem ergo videtur dicendum, si agatur actione personali pro spirituali. Et quia text. hic generaliter loquitur, concedendo iurisdictionem in causa iuris patronatus, iudici ecclesiastico: ergo generaliter

intelligitur.l.j.§.& generaliter.ff.de leg.prest.& lata debet interpretatio fieri:quia materia reputatur fauorabilis, quando iurisdictio alicui conceditur:vt not.Bal.per illum tex.in l.iij.§.j. ff.de offi.presi.in iij.not.

¶Additiones.

a ¶Adherentibus. Quod pax facta cum principali videatur facta cum adherentibus,vide etiam per eundem Deci. in c.j. vers.ex his Abb.infert.de postu.prel.§.vbi inquit,quod in contractibus in quibus fit stricta interpretatio,non veniunt adherentes.Et interdictum factum contra aliquem,comprehendit etiam adherentes.d.c.j.de postul.prelat.vbi per docto.maxime Dec.in ver.in gl.in verbo,terram: & qui dicantur adherentes, vide eundem ibidem.in ver. & qui dicantur.vbi etiam dixit quod ad hoc vt dispositio habeat locum in adherentibus,fieri debet super hoc declaratoria:quod tales sint adherentes.

b ¶Uniuersitate. Quod iuspatronatus non transeat etiam cum vniuersitate,vide eundem Dec.in cons.cxxvij. in ver.ex alio tamen capite. Hier.Sig.

1 ¶Spiritualibus. Uide Dec.in ru.§.e.in j.lect.
2 ¶Pertinet.Uide j.in vlti.not.
3 ¶Dignioris.Soleo ponderare tex.in contrarium in l.queritur.ff.de sta.ho.vbi concurrit potentius & dignius,& tamen attenditur potentius.
4 ¶Declarat.Et que dicantur capitula connexa. Deci.in ca.si duobus.de appellat.
5 ¶Uariare possit.Uide Deci.in c.cum venissent.§.eod.
6 ¶Fauorabilis.Secus in materia odiosa, De. consilio cccccxij.& sequenti. Sil.Ald.

a ¶Patronatus.[redacted]
b ¶Inferri[redacted]
c ¶Contrarium.Idem Dec.c.examinata.de con.vti.vel inuti.& bene.
d ¶Ecclesie.Contentum in hereditate.
e ¶Non valeret.[redacted]
f ¶Libera.Nisi sit predijs annexum,vt dixi ad Deci.in l.ij.nu.2.C.de in ius voc.
g ¶Correcta.Dec.l.fi.lect.ij.nu.8.C.de bon.poss.contra tab.vbi dixi,non econtra.gl.c.nouit.j.eo.
h ¶Possessionis.[redacted]l.

1 ☞ Delictum probatur duobus modis per confessionem & per conuinctionem.
2 Confessus non dicitur proprie conuictus.
3 Confessio facta in iudicio preiudicat,& in processu nullo.4.
5 Crimina quedam sunt digna suspensione,quedam depositione.
6 Pena debet commensurari delicto.
7 Confessio facta coram iudice incompetenti, an faciat iudicium.
8 Clericus confessus crimen coram iudice laico,an & quando debeat se purgare.
9 Quid si infamia sit simplex,aut orta a maleuolis:10.
11 Deficiens in purgatione canonica dicitur ficte conuictus, & non vere.
12 Statutum intelligitur proprie, non ficte: & de consensu vero non ficto.
13 Confessiones ficte an extendantur ad alias personas.
14 Acta facta coram iudice seculari,faciunt fidem coram ecclesiastico.
15 An autem ad alium finem.
16 Acta coram iudice seculari,an faciant fidem coram ecclesiastico in foro penitentiali.
17 Confessio clerici facta coram iudice seculari, an faciat iudicium: Et an habeat vim confessionis extraiudicialis.
18 Confessio extraiudicialis facta calore iracundie an preiudicet si non sit reuocata.
19 Clericus an possit torqueri ex confessione extraiudiciali.
20 Confessio extraiudicialis facta de crimine parte presente, an probet plene.
21 An autem sola presentia partis sufficiat absque acceptatione.
22 Confessio facta in iudicio de crimine processu precedente,facit vt confessus habeatur pro conuicto,sed non pro condemnato.
23 Quid si sit facta nullo precedente processu.
24 Confessio facta preiudicat,duobus concurrentibus:primo quod sit facta principaliter:secundo iudice ad hoc sedente.
25 Clericus an possit conueniri coram iudice seculari in causa ciuili.
26 Condemnatus de crimine infamante ciuiliter non fit infamis.
27 Confessus crimen an efficiatur infamis.
28 Infamatus de facto,debet ab officio suspendi, donec se purgauerit.
29 Acta, & probationes facte in causa ciuili, an probent in causa criminali,an autem faciant aliqualem presumptionem.30.31.
32 Condemnatus in causa ciuili,si factus sit infamis, repelli potest ab omni actu,a quo infamis repellitur.
33 Probatio legitima que sit.
34 Crimina quando videantur digna suspensione, an committantur iudicis arbitrio.
35 Pena degradationis pro quibus criminibus imponatur.
36 Quid de pena fornicationis.
37 Mendacium an sit maius peccatum,quam fornicatio.
38 Episcopus fornicando an dicatur committere adulterium.
39 Crimina que sint digna degradatione.



At si clerici. Summatur,& diuiditur,vt per Abbat.hic.
1 †Primo no.duplicem modum probandi delictum contra aliquem,videlicet per confessionem, vel conuictionem.Primo de confessione idem probatur in c.fi.de resti.spol.in c.j.de accus.in vj.facit tex.in l.j.ff.de confess.in l.proinde.§.notandum.ff.ad legem Aquil.in l.cum te.C.de transactioni.in l.generaliter.C.de non nume.pecu.& in c.per tuas.de proba.& longe maiorem vim habet confessio,quam alie probationes[1], vt colligitur in d.c.j.de accusa.in c.cum Joannes.de fide instrum.& in c.j.de confess.in sexta. facit quod no.Innocentius in c.quia plerique.de immunit.ecclesiar.& quod voluit glos.nota. in §.illud.in authenti.de equali.dotium.& in l.in contractibus.in princi.in ver.vno modo.C.de non numerata pecu.& per confessionem maior certitudo habetur,quam per aliam probationem:vt not. Anton. de Butr.in rubr.de probat.in fi.per text.in c.tertio loco.j.de presumptio.Secundo de conuictione dicitur,que fit testibus, vel instrumentis, adeo quod etiam contra Papam duobus testibus crimen probari potest:vt Abb.hic dicit, allegando glo. in c.presul.ij. q. iiij. textus tamen ibi videtur probare contrarium dum inquit,quod Episcopus,nisi cum septuaginta testibus,& Cardinalis cum sexaginta quatuor testibus non damnatur:Ergo a fortiori idem in summo pontifice dicendum videtur de his. Sed respondetur quod hodie non hz locum quod dicitur in d.c.presul.vt Abb.declarat in c.per tuas.in fi.de ma. & obe.& in c.licet vniuersis.de testi.Et no.Rom.in auth. similiter.C.ad leg.falc.in xxxiiij.speciali.in vlt.vol. vt tradunt Moder.in d.c.per tuas.Et dum Ab.hic adducit quod etiam per instrumentum probatur delictum:dicendum est vt Mod. late insistunt
2 in c.cum in ecclesijs.de ma.& obe. ¶ †Secundo no.quod hic dum ponuntur tanquam diuersa,confessus,& conuictus, secundum Ab.colligitur quod confessus proprie non dicitur conuictus.Et ad hoc Andr.Sicul.& Mod.etiam allegant duo iura,videlicet tex.in l.ij.C.quor.app.& in c.ex literis.de exce.prel.ad idem est tex.in c.testimonium.j.de testi.in c.de hoc.de simo.& c.nos in quemque.in princi.ij.q.j.c.si quis clericus.lxxxj.dist.& in l.si quis in hoc genus.C.de epis.& cle.Et dicit Ab. hoc esse notandum propter statuta, que faciunt mentionem de confessis,vt non habeant locum in conuictis, nec econtra. Sed contrarium in hoc tenet And.Sic.hic,dicens quod imo confessus proprie dicatur conuictus:quia per testes quis proprie dicitur conuictus d.l.ij.C.quo.app.sed ille qui confitetur delictum,dicitur testis contra se.c.per tuas.de proba. ergo confessus videtur proprie conuictus.Mod.respondent quod proprie quis contra seipsum non dicitur testificari: & posito quod sic, non videtur conuictus ex solo suo testimonio,ex quo vnicus est. Ad hoc replicari potest quod conuictio consideratur in testibus respectu probationis: & iste effectus probationis magis habetur ex propria confessione,quam ex testibus,licet vnicus sit,& singularis,per ea, que dixi supra in principio.Et opin.quam tenet dominus Andreas Sicul.prima facie comprobari potest per text.in l. qui sententiam.C.de pen.ibi: confessione sua conuictus sit. Nam etiam ex indicijs quis conuictus dicitur.d.l.ij.quomodo app.ibi:argumentis conuictus,ergo a fortiori ex propria confessione hoc dicendum videtur.& facit text. in l.raptores.cum gloss. C.de episcop.& cleri. Non obstat text.hic cum simili.§. allegatis, in quibus tanquam diuersa ponuntur conuictus,& confessus: quia respon

responderi potest quod diuersitas consideratur sicut, inter genus, ⁊ speciem: vt in rubrica. C. de seruitu. ⁊ aqua. ⁊ in euangelio legitur. Discipulis, ⁊ Petro. Ulterius tamen cogitanti finaliter magis placet quod Abbas dicit, vt proprie confessus non dicatur conuictus: quia conuictus dicitur ille, qui negat, ⁊ non ille, qui confitetur: vt est casus in l. fina. C. de execu. rei iudic. ⁊ est gloss. not. in l. fina. in verbo, conuicta. C. de compensat. Et idem glo. in l. si quis in hoc genus. in verbo, conuictos. C. de epis. ⁊ cle. Et istam conclusionem probat, ⁊ late tradit Fulg. in consi. cxxiiij. prepositis. in secundo dubio. Et ibi in terminis infert ad statutum, prout Abbas hic dicit quod si loquitur de conuicto non habebit locum in confesso: ⁊ hoc verum dicitur attēta verborum proprietate. Sed inspecta mente statuti debet considerari an esset eadem ratio: quid enim si a statuto conuictus appellare prohibeatur? vtique hoc etiā videtur habere locum in cōfesso, in quo maior ratio videtur prohibendi appellationem, ex quo regulariter confessus prohibetur appellare. ca. cum speciali. §. porro. de appella. ⁊ ij. quest. vj. in ca. quicunque. ⁊ ad hoc facit quod infra dicam de isto statuto in gloss. j. Et superius dicta procedunt stricte, ⁊ proprie loquendo: sed largo modo etiā confessus dici potest conuictus. Et hoc modo allegata supra in contrariū intelliguntur, ⁊ in iuribus allegatis in contrariū non simpliciter confessus appellatur conuictus, sed secundum quid dicitur conuictus confessione sua d. l. qui sentētiam. C. de pen. ⁊ conuictus argumentis dicta l. ij. C. quorum appella. ⁊ ita Fulgo. dicit in cons. supra alleg. in ij. dubio. ¶ Tertio no. quod confessio, ⁊ acta facta coram iudice incompetenti, non sufficiūt ad condemnationem. Et secundum Abb. intelligitur, quia vitium pariter respicit confessionem, sicut alia acta: alias secus: vt per eum hic. ⁊ idem Abbas in c. fin. de rest. spol. ⁊ not. Bal. in in l. quid tamen. in princ. in versic. extra inducit. ff. de arbi. ⁊ no.
3 Areti. in capit. qualiter. el ij. in princ. de accusatio. ¶ † Quarto no. quod confessio facta in iudicio preiudicat. ad idem text. in c. fin. in c. vestra. vbi glo. de coha. cler. in c. cum olim. in fin. de verbo. signi. in c. fi. de restit. spo. ⁊ in c. j. de accu. in vj. cum si. supra in princ. allegatis. Et hoc procedit etiam dato quod processus esset nullus[a]: quia ex tali confessione potest tamen puniri: vt est notab. dictum Inno. in c. qualiter. el ij. de actu. ibi: non negamus tamen. ⁊ sequitur Bart. in l. si confessus. ff. de cust. reorum. Abb. hic, ⁊ in ca. fi. in vltimo notabili, per illum text. de resti. spo. ⁊ in consil. xxv. attingam. lib. j. Et hoc dictum Inno. pro no. tradit Mathe. in no. liij. nota vtilem regulam. Et idem not. Bald. in l. j. C. de iudicijs. in l. ij. in fin. C. de re iudi. Angel. in consi. xxvij. pro decisione. cum simil. vt tradit Andr. Sicu. hic, ⁊ idem Bal. in rub. supra eo. in authen. offeratur. C. de litis contesta. in fine. Ang. in l. viro, atque vxore. ff. sol. mat. Alexā. in consilio xxxiiij. viso processu. lib. iij. ⁊ in consi. cxxvij. visa inquisitione. libr. iiij. et in l. ij. ff. de lib. ⁊ posthu. ⁊ Aret. in d. c. qualiter. in prin. Istud dictum Inno. quod communiter approbatur, Primo limitatur procedere, quando confessio fuit facta principaliter propter se: 2 secus si incidenter[2], secundum Abb. hic post Barto. in d. l. si cōfessus. Idem Abbas in cap. j. de except. ⁊ in dicto cap. fi. in vltimo not. post Anto. de But. ibi, de rest. spo. Ang. in d. l. viro, atque vxo. ⁊ Salic. in l. ij. C. de custo. reorum. Et ita simpliciter dicunt Moder. hic: ⁊ idem sequitur And. Sic. in consi. ij. lib. j. ⁊ in consil. j. lib. ij. Sed ista limitatio restringitur dupliciter. primo vt non habeat locum in crimine falsi, in quo quis puniri potest, etiam ex confessione facta incidenter: vt tradit Petr. de anch. in consilio clxxij. circa primum. versi. ex cuius delictis. Secundo restringitur, vt puniri non possit in eodem iudicio, in quo incidenter fuit facta confessio: quia non agebatur ad hoc: ⁊ sententia debet conformari libello. cap. licet Heli. de simo. l. vt fundus. ff. communi diui. Sed in alio iudicio bene poterit puniri: vt not. voluit Innocen. in capitulo, per inquisitionem. de elect. ⁊ ibi Abb. versiculo, ex quo nota singulariter. et idem Abb. in capitulo ij. in secunda lectura. de confess. et idem voluit Bal. in l. mercalem. in fi. C. de condic. ob turpem causam. Nam confessio facta in vno iudicio, probat in alio: vt not. Anton. de Butr. in cap. cum dilectus. per illum text. in vj. not. de capel. mona. Bal. in l. ij. C. de eden. cum simili. vt tradit ibi Alexand. ⁊ predicta limitatio etiam declaratur: vt per Are. in dicto capit. qualiter. Secundo dictum Innoc. limitatur non procedere in confessione facta coram iudice incompetenti, que confitenti non preiudicat: vt probatur in princip. hic, ⁊ in c. olim. de rescript. quem text. adducunt Moder. hic. Et idem not. Bald. per illum text. in l. magisterie. in secundo not. C. de iurisdictio. omnium iudicum dicens quod licet delictum notorium sit per confessionem, iudex tamen incompetens non potest illud punire. Et idem Angel. in l. j. versi. quid si confessio. C. de confes. Barto. in l. magistratibus. ver. sed quero. ff. de iurisdic. omn. iudi. cum simi. vt tradit ibi Alexan. Sed aduertendum est: quia text. in dicto ca olim. quem allegant Moder. hic, parum facit: quia habet varios intellectus: ⁊ secundum Abb. ibi, in confessione extraiudiciali intelligitur. Similiter text. hic loquitur in iudice incompetenti, cuius iurisdictio non potest prorogari. capit. si diligenti. de fo. competen. Et tali casu ista limitatio de plano procedit secus videtur in iudice incompetenti, cuius iurisdictio prorogari potest: quia confessio facta coram tali iudice preiudicare videtur. Ita not. Angel. distinguit in l. j. in princi. ff. de confess. vbi allegat ad hoc Ioan. And. in addi. Specul. in titu. de confes. §. sequitur videre. in versic. quinto non valet. Et ratio videtur: quia per confessionem prorogatio iurisdictionis facta videtur, per ea, que not. in l. j. ff. de iudic. Et in simili casu tradit Angel. Areti. in tract. maleficiorum. in verbo, comparent dicti inquisiti, ⁊ confitentur totum. in versiculo, quero an confessus. Dicta tamen ratio inducte prorogationis, non haberet locum in iudice inquisitionis, in quo prorogatio fieri nō potest: vt no. Bald. in l. j. in fin. C. vbi de cri. agi opor. ⁊ in l. j. C. de sica. in versi. ⁊ aduerte. ⁊ Nellus tradit in tracta. bannitorum. in secūda parte primi temporis. questione ij. Tertio dictum Inno. non habe-
b ret locum, quando quis esset tutus prescriptione[b] statuti, ita ꝙ contra reum non posset inquiri de crimine: nam tunc confessio eius non nocet. Ita dicunt Moder. hic, allegando simpliciter Maria. in capitu. de his. de accusa. vbi dicit Senis se ita consuluisse: ⁊ ego, dum legerem ibi, vidi originaliter consilium do. Maria. ⁊ cum iterum casus similis occurrisset, ita indicatum fuit. Et de hoc etiam dictum Bald. allegatur in quibusdam lecturis in l. genero. ff. de his, qui not. infa. ⁊ tunc etiam reperi Bald. expresse hoc decidentem in cap. fin. versi. pone quod maleficium. de offic. delega. Et idem sentit Cardi. in clemen. j. in x. questione de cōsang. ⁊ affi. Et ad hoc facit: quia paria sunt, solutum esse, vel prescriptum l. si pupillus. in fin. vbi Bart. ff. de admi. tutor. l. sed ⁊ si vnius. §. pretor ait. ff. de iniurijs. cum simi. vt alias dixi in rubrica. j. de probat. Quarto dictum Inno. intelligitur in eo, qui vocatus fuit ad iudicium: secus si ipse reus accedat, ⁊ confiteatur: vt not. Abb. in capit. de hoc. j. de simo. Sed hoc intelligitur quantum ad hoc vt pena mitigari possit propter spontaneam confessionem, erit tamen puniendus, vt j. videbimus. Quinto limitatur in confessione facta simpliciter, et expresse: secus si implicita sit: vt not. Domi. in c. j. circa fin. versi. ⁊ not. de testi. in vj. per glo. ibi, que dicit ꝙ opponens accusatori ꝙ fuit socius criminis, dicitur fateri, ⁊ tamen ex tali confessione non punitur. Sed ista limitatio satis comprehendi videtur sub prima de confessione facta incidenter. Et idem Anto. de Butr. in cap. fina. versic. vltimo noto. de resti. spo. vbi in effectu ponit quod Domi. dicit in loco prealleg. Sexto limitatur in confessione vera, ⁊ expressa: secus si tacita, ⁊ ficta, que per con-
c tumaciam[c] inducitur, secundum Bald. in l. j. versic. item dicit. C. de confes. Et hoc idem latius Bald. tradit in addi. Spec. in titu. de accu. versic. nota quod vbi libellus. Et hoc dictum pro singulari refert, ⁊ sequitur Ange. Aret. in tract. maleficiorum. in verbo, qui index videns ꝙ inquisiti. versi. sis igitur multum cantus tu index. Et idem tenet Bal. in l. ij. §. ꝙ si actor. circa fi. versicu. ⁊ facit ad questionem. C. de iura. calum. ⁊ in l. error. circa fin. versi. tu dic. C. de iur. ⁊ fac. igno. ⁊ ad hoc est bonus text. ⁊ ibi Bald. in l. si filius. la ij. ff. de interro. actio. ⁊ not. etiam Alexan. in consi. cxxvij. visa inquisitione, li. iiij. Septimo limitatur, quādo libellus accusationis, vel inquisitionis ineptus fuisset: quia tunc non preiudicat confessio: vt not. probat, ⁊ concludit Angel. in consi. clxxviij. visis actis. vbi refert de facto, Perusij obtinuisse in syndicatu domini Raynerij de Lāfranchis, de Pisis. Et hoc pluribus medijs leuibus: tamen Andre. Sicu. hic sequitur, dicens se ita consuluisse, ⁊ obtentum fuisse Bononie. et idem Ang. tradit in consi. ccxcvij. pro predictis. Et pro ista opinione videtur dictum Bal. in l. ij. §. quod si actor. C. de iura. calū. versi. vlterius noto. vbi inquit ꝙ si libellus sit ineptus, vel non concludens, non potest reus ex vera nec ficta confessione cōdēnari. Et idem Bald. in consi. cxlviij. posito. in fi. lib. iiij. Sed tamen contrarium voluit expresse Bal. in l. ij. circa fin. C. de re indic. vbi inquit ꝙ confessus non potest opponere de ineptitudine libelli, vel de alio ordine iudiciario nō seruato. Allegat tex. in c. fi. de resti. spo. ⁊ ibi Anto. de But. in ix. no. per illum text. et idem Bal. in l. sed ⁊ si dolo. §. item exigit. alias est l. item exigit. ff. de dolo. dicens quod licet libellus non sit bene formatus, si tamen reus confitetur, erit condēnandus. Allegat bonum text. in cle. constitutionē. in fi. de elect. Et hoc videtur esse de mente Inn. in d. c. qualiter, ⁊ quando. ⁊ aliorum in locis preallegatis, dum simpliciter loquuntur, ⁊ dicunt confitentem posse cōdemnari, non obstante nullitate processus. Nec Ang. in cōs. clxxviij. s. allegato videtur precise firmare contrarium: sed solum dicit

quod non debet pena ordinaria delicti puniri: finaliter ibi cõcludit quod licet ex tali confessione puniri possit, iudex tamen non cogitur, si non vult: si hoc non facit, in syndicatu non tenetur. Quod notandum est: quia notabilis declaratio ad dictum Innocen. colligitur: laborandum erit in habendo iudicem propitium. Octauo limitatur in confessione rei facta in
3 tormentis, non precedentibus indicijs, quia non preiudicat: vt probatur in l. pe. secundum vnam lectu. ibi Bart. ff. de questi. sequitur Floria. in l. emptorem. in princip. ff. de actio. emp. cum simi. vt tradunt Moder. hic. Et hoc idem voluit Gandi. in tract. maleficiorum. in rub. de questio. tormentis. versiculo, item pone. vbi allegat bonum text. in l. diuus. §. ex quibus causis. ff. de questio. idem sequitur Imol. in l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acqui. here. in fin. cum concor. vt ibi prosequitur Alex. idem Imo. in consi. cix. visa inquisitione. Roma. in consi. clxvij. Antonius accusatus. Joan. de Ana. in consi. xvij. visa relatione. late Alex. in consi. v. in causa inquisitionis. lib. j. et idẽ consilium repetitum est in consi. xciij. eod. lib. idem Alexand. in consi. cxliiij. post redditum. lib. ij. in consi. j. lib. iij. in consi. lij. viso themate. lib. iij. Raph. Cu. in consi. cxxxviij. hoc magime. Fulgo. in consi. cvij. super eo. in consi. cxlix. super inquisitione. in fi. vbi dicit hoc etiam procedere, non obstante quod iudici datum esset arbitrium, quod per hoc ista defensio non tollitur, quod notandum est. Et licet indicia postea superueniãt, non tamen illa confessio confirmatur: vt not. Bald. dicit in ca. ad nostram. circa fin. de proba. Et secundum predicta limitatur text. in cap. j. de accu. in vj. Nono limitatur, nisi delictum deductum fuerit cum qualitate, reus cõfiteatur illud simpliciter: nam ex confessione tali non poterit puniri: vt not. colligitur ex dictis Joan. Andr. in rub. de accu. Et idem videtur velle Rom. in d. consi. clxvij. Antonius accusatus. dom. Signo. in consi. x. in questione vertente. Sed tamen contrarium tenet in hoc Bald. in l. si seuerior. C. ex quibus cau. infa. irro. in l. quid ergo. §. pena grauior. ff. de his, qui not. infa. in repe. ver. iuxta hoc quero. idem tenet expresse Angel. in l. denuntiasse. §. quid tamen. ff. de adulte. concordando opinio. dici potest quod iu
d dex punire possit, si velit: sed quod non teneatur[d] †. Postremo
4 quod s. dictum est in primo notabili de confessione facta in iudicio quod preiudicat, hoc sane intelligitur, quando ius talem confessionem non respuit: vt est glo. in l. penu. in glo. mag. C. de confes. facit text. in l. in confessionibus. ff. de interro. act. l. inde Neratius. §. fina. l. seq. ff. ad legem Aquil. Et licet quis sponte confiteatur, non est semper adhibenda fides l. j. §. si quis vltro.
e ff. de questio. requiritur enim quod confessio sit verisimilis[e]: vt not. Bald. in l. si quis in hoc genus. C. de episco. cleri. versi. deinde not. cum similib. vt tradit Bart. Veronensis. in consi. xxxiij. multa possent. Joan. de Ana. in consi. xvij. s. alle. Imo. in d. consi. cix. Raph. Cu. in d. consi. cxxxviij. facit quod tradit domi. Signo. in consi. cxv. in questione Petri. in consi. clvj. in processu. quod not. Barto. in l. j. §. accusationem. ff. de accu. cũ simili. vt tradit Alexand. in consi. xix. in causa inquisitionis. lib. iij. Et cum supra dictis etiam concordat Anto. de Butr. in ca. fin. versic. requiritur etiam. de confessis. † Quinto nota quod quedam crimina digna sunt suspensione, quedam depositione. Et dicit Abb. hic quod depositio est perpetua remotio ab altaris ministerio: suspensio vero est ad tempus. Et idem Bald. dicit in authen. habita. C. ne fi. pro pa. versi. sequitur in litera. Et ideo si suspensio perpetua esset, in effectu idẽ esset, quod depositio: vt dicit Anton. de Butr. hic, in vltimo not. not. Archi. in cap. ij. lxxxij. dist. Domi. ibi sequitur. Et idem Domi. in c. ij. in princ. circa fin. de penis. in vj. Et cum depositio perpetua sit de natura eius, depositus simpliciter, intelligitur quod perpetuo depositus sit, licet hoc non exprimatur: vt per glo. not. in c. j. in glo. fi. l. dist. vbi Domi. Et de multiplici specie suspensionis habetur per gloss. in cap. cupientes. in verbo suspensi. de penis. Et de effectu suspensionis plura Abb. tradit in capit. cum Vintonien. de elec. Sexto nota quod paria sunt quo ad pene impositionem, quod quis confiteatur, vel conuictus sit. Et hoc secundum Abb. intelligitur, quando metu probationis qs confitetur: secus si sponte: vt per gloss. in capitu. de hoc. in verbo, in iure. de simo. Et ad idem glo. xv. q. vlti. in summa. xxiiij. distin. in ca. fina. in gloss. j. l. distinct. in c. presbyterum. Et adde notabiliter quod quandoque etiã plus punitur, qui timore probationis confitetur, quam si conuictus esset. Hoc patet in iudicio inquisitionis, vbi contra conuictum pena mitigatur. c. inquisitionis. c. qualiter, quando, de accu. tamen confitenti in tali iudicio ordinaria pena imponitur: vt not. Inno. in dic. c. qualiter. el ij. ibi Abb. ver. circa hoc moueo dubium. idem Abb. in ca. per inquisitionem. in fi. de elec. est text. no. in c. fi. de cele. mis. ibi etiam Abb. in vlt. not. ad idem text. in c. ij. de confes. dicit Hosti. in d. c. de hoc. quod etiam quando timore probationis quis confitetur, aliqualiter parcendum erit: sed abbas ibi hoc reprobat: quia iura parem penam imponunt. Idem tamen Abb. hic sequitur illud dictum Hosti. videtur verius, secundum quod j. dicam: quia accusator tunc puro onere probandi releuatur: quia probatio potuisset esse non legitima: arg. l. eũ, qui. ff. de iureiu. Et concludendum videtur quod confessus, et conuictus, eadem pena puniatur, si pena certa sit: secus si arbitrio iudicis imponatur. Uel dicamus quod pari pena puniatur, nisi lex vlterius procedat, remittendo penam confitẽti. Et pro ista equiparatione facit text. in c. cum olim. de rerum permu. Nec obstat quod mitius ibi agatur cum eo qui fuit confessus, ex quo ibi solum priuatur beneficio, non deponitur, pro ut ordinaria pena illius delicti postularet. c. ij. de confes. vt dicunt Moder. hic post Dom. in d. c. si. xxiiij. dist. quia respondetur quod hoc idem in d. c. cum olim. est in conuicto, qui ibi non deponitur, sic in vtroque pena relaxatur: ergo a pari procedũt ibi confessus, conuictus. Et notandum est, quod quando pena ipso iure imponitur, illa nunquam minuitur propter confessionem: vt dicunt Moder. in ca. de hoc. de simonia. allegant dictum Barto. in l. id quod seruo. §. j. de pecu. lega. Sed illud dictum Bart. nihil facit: quia loquitur solum de negatione, dicit quod quando ipso iure pena imponitur, illa per negationem, non debet augeri: quia condemnatio videtur fieri tanquam cõtra negantem: ideo ex alia negatione non crescit, prout etiam dictum Bart. declarat Pet. de ancb. in c. perpetue. in versic. tu etiam adde. de electio. in vj. ideo predicta omnino cessant in
6 confessione, de qua agitur. † Septimo nota quod pena debet delicto commensurari: ad idem est text. in ca. quesiuit. de his, que fiunt a ma. par. ca. in c. non afferamus stateras. in fin. xiiij. q. j. idem probatur in ca. felicis. §. illud. de penis. in vj. in §. quia vero. in authen. vt fratrum filij. ideo ex maioritate pene maius delictum arguitur, vt tradit gloss. not. in cap. meliore proposito. xxviij. q. j. in gloss. ij. not. Bart. in l. Meuia. in princ. ff. de accu. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. idem Bald. in l. nemo. in fi. C. de sum. trini. in authen. clericus. C. de episco. cler. in l. si fugitiui. C. de ser. fu. in l. j. ver. quarto opp. C. qui accu. Et hoc idem Cal. dicit. in consi. j. in titu. de accusa. ex quo alias consului quod maius esset delictum furtum, pro quo pena furcarũ imponitur, quã homicidium, pro quo erat pena capitis: quia pena furcarum erat maior: vt not. decidit Bald. in l. omnes. C. de dela. lib. x. quem refert, sequitur Joan. de Ana. in c. fina. de collus. detex. Facit quod not. Berto. in l. desertorem. ff. de re mili. in l. capitalium. §. serui. ff. de penis. Et in proprijs terminis hoc tradit Bald. in cõsilio ccclviij. premittendum est. in iij. lib. Et ita indicatum fuit Luce, in causa magni ponderis, licet aliter consuluisset d. Bar. Soci. primo leuiter, deinde viso consilio meo multum laborauit: vt patet in consilio suo clvij. vbi refert ad literam rationes meas, que habentur in consi. lxv. co-
f natur respondere, minus[f] sufficienter. Et quod supra dixi, procedit regulariter: quandoque tamen contingit quod grauior pena imponitur, quam natura delicti postularet, vt Abb. hic dicit per gloss. in ca. admonere. in versi. existente. xxxiij. q. ij. ad idem gloss. in c. decenter. lxxxix. dist. in cap. cito turpem. in versi. durior. j. q. j. Et propter hoc dicit do. Abb. not. in capitu. perpendimus. de senten. excom. quod pena, que imposita pro minori delicto reperitur, non extenditur ad maius. Et ad cognoscendum quod dicatur esse maius delictum, not. Barto. in consilio ccxvij. Ad declarationem Card. in clemen. ad nostrã. versi. vij. in ij. questio. de heret. vbi inquit illud esse maius, quod
g est magis contra naturam.[g] propter hoc concludit quod maius peccatum est mendacium, quam fornicatio. Octauo, vltimo nota secundum Areti. hic, quod confessio delicti facta coram iudice incompetenti non facit indicium. Ita dicit ipse probari hic in verbo, aliquatenus. ad idem in simili est tex. in capi. de cetero. infra de testi. vbi etiam Are. per illum textum in verbo, aliquatenus. concludit quod laici examinati contra clericum in causa criminali, non faciunt indicium: quia precise ibi prohibẽtur propter illam dictionem, aliquatenus. Et vlterius etiam iste textus ad hoc aliter induci potest, dum dicitur quod clerici non sunt propter hoc aliquatenus condemnandi. Nam illa dictio, propter, denotat causam remotam l. eo tempore. §. finali, vbi Barto. ff. de pec. ergo videtur quod non facit indiciũ: quia si ex tali confessione oriatur indicium, quo mediante reus positus ad torturam confiteretur, esset condemnatus, saltem mediante videretur propter hoc condemnatus, illud indiciũ saltem fuisset causa remota condemnationis. Sed tamen ad ista responderi potest. Primo quod licet ista verba precisa sint tamen intelliguntur stante confessione iudiciali respectu confessionis iudicialis, de qua text. hic loquitur: sed respectu indicij, quod

cij, quod etiam habetur ex confessione extraiudiciali, non lo-
quitur hic. Secundo, quia loquitur text. respectu plene proba-
tionis, que habetur ex confessione iudiciali, ⁊ immediate produ
cit effectum condemnationis: ⁊ isto respectu non solum imme-
diate, sed nec etiam mediate condemnari potest: quia etiam si
nouus processus coram episcopo incohoaretur, non poterit ab
eo condemnari vigore dicte confessionis: ⁊ hoc modo verifica-
tur quod nec etiam mediate ex tali confessione cōdemnari po
test. Sed respectu indicij hic non loquitur, ⁊ quia licet faceret
indicium, quo mediante reus positus ad torturam confitere-
tur, non tamen diceretur ex indicio tali condemnatus l. j. vbi
Bald. not. per illum text. in quibus causis ser. pro pre. lib. acci.
et ista notāda sunt ad ea, que inferius dicenda occurrūt. ¶ In
8 gloss. j. † Quod dicitur de purgatione, Abb. dicit verum esse, p
ut glossa loquitur, scilicet quando multum grauis sit eius opi-
nio: vt per eum hic. Et hoc idem comprobatur: quia propter
vehementem infamiam de scandalo presumitur. capitu. fina. in
princ. de collus. deteg. ⁊ propter solū scandalum, purgatio indi-
citur. capitu. inter sollicitudines. de purg. cano. ⁊ tali casu pur-
gatio non indicitur propter infamiam, sed propter scandalū:
⁊ ita dicunt Areti. ⁊ Moder. hic. Sed aduertendum est: quia
text. in dicto capitu. fina. de collus. detegen. non videtur bene p
bare quod propter magnam infamiam presumatur de scanda
lo: quia videtur ponderare magnam grauitatem infamie, dum
inquit, in tantum clamor inualuit, quod sine scandalo dissimu-
lari non potest. ⁊ text. in dicto capitulo, inter sollicitudines. vi-
detur probare quod etiam immediate propter vulgatam infa
miam absque scandalo canonica purgatio indicatur: dum in-
quit, attendentes vulgatam infamiam graue scandalum, ⁊ ve-
hementem suspicionem. deinde dicit quod propter quodlibet
eorum, purgatio indicenda sit: ⁊ sic dictum glosse simpliciter
ibi probari videtur: nisi dicamus quod ibi loquatur de scanda
lo, quando expresse constat: ⁊ per hoc non excluditur scandalū
presumptum, quod ex graui infamia presumitur. Et cōcluden-
do, prima conclusio sit, quod propter infamiam grauem sit pre
sumptio scandali, prout Abb. ⁊ Moder. dicunt: ⁊ ad hoc vide-
tur text. in cap. presbyter si a plebe. ij. q. v. vbi infamia infertur
9 ad scandalum. † Secunda conclusio est, secundum Are. quod si
infamia sit simplex absque scandalo, ⁊ originem habuit a male-
uolis hoc procurantibus, tunc purgatio canonica non indici-
tur. capitulo, cum in iuuentute. §. nos autem. de purga. ca. Ter
tio Aretin. concludit quod si infamia orta sit a maleuolis hoc
non procurantibus, quod purgatio indici potest, per text. in
capitulo, presbyter si a plebe. ij. questione v. ⁊ in dicto capitulo,
10 inter sollicitudines. in princip. † Moder. in hac vltima coclusio
ne tenent contra Areti. quod si infamia originem habuit a ma
leuolis simpliciter, non indicatur purgatio, vt per gloss. que
hoc tenet in cap. in cunctis. in versiculo, maledicorum. xj. quest.
iij. ⁊ quia ista est qualitas requisita, quod infamia non oriatur
a maleuolis. capitulo, qualiter. el ij. versiculo, ex quibus accusa-
tionibus. ibi: non maleuolis. Non obstat tex. in dicto capitulo,
inter sollicitudines. quia respondent Moder. quod erat ibi in-
famatus ab alijs, ⁊ non ab accusatore, prout dicebat Areti. Vel
aliter potest responderi quod ibi erat grauis infamia cum scā
dalo, saltem presumpto, merito purgatio indicitur, per supra
dicta. Non obstat capitulū, presbyter si a plebe. ad quod Mo-
der. non respondent, quia dici potest quod etiam ibi de scanda
lo agebatur, vt colligitur ibi: ne populi fidelium in eo scanda-
lum patiantur. Sed tamen pro opinione Aret. videtur text. in
cap. accedens. de purga. can. vbi infamatus a maleuolis cogi-
tur se purgare. Non obstat cap. qualiter, ⁊ quando. vbi infamia
non debet habere ortum a maleuolis: quia loquitur quo ad pro
cessum inquisitionis, ⁊ non respectu purgationis, de qua agi-
tur, ⁊ de qua loquitur text. in d. cap. accedens. Et concludendo
dici potest hoc esse in facultate superioris: vt colligitur in dic.
capitulo, cum in iuuentute. de purga. can. vbi propter importu
11 nitatem petentis concessa fuit. † Secundo ex gloss. secundum
Abb. colligitur quod deficiens in purgatione canonica, ficte, ⁊
non vere dicitur conuictus. Unde infert quod statutum de cō
uicto non haberet locum in ficte conuicto, post Anto. de But.
hic, ⁊ idem Abb. in capit. inter sollicitudines. circa fin. per glo.
j. de purga. cano. ⁊ in cap. insinuatum. de simo. Et est regula cō-
12 munis quod † statutū proprie intelligatur: ⁊ sic in casu vero, et
non habet locum in casu ficto: vt not. Barto. in l. iij. §. hec ver-
ba. ff. de neg. gest. in l. j. §. hoc interdictum. ff. de fonte. facit text.
in l. fina. C. de his, qui veni. eta. impetra. Et ideo statutum de cō
sensu, de vero, ⁊ non ficto intelligitur: vt not. Bald. in l. ij. §. vo-
luntate. in ij. not. ff. solut. mat. Et statutum de homicidio, de ve
ro, ⁊ non ficto intelligitur: vt not. Bald. in l. transigere. in versi.
⁊ facit ad questionem. C. de transact. Et statutum de contuma-
ce vero intelligitur, vt no. Ang. in cōs. clxxxvj. visis. ⁊ cōs. cccxvj.
visis igitur. cum si. vt no. Alex. in l. j. §. lex Flaci. in iij. not. ff. ad
legem Flaci. in l. adoptiuum. in princip. ff. de in ius vocan. ⁊ in
d. l. transigere. ⁊ in consi. lxxxij. perspectis. lib. ij. Nec obstat pre-
dicte conclusioni, si dicatur quod statutum debet intelligi secū
dum ius commune: vt not. in l. ij. C. de noxa. in ca. cum dilectus.
de consue. quia Abb. respondet in dicto capitulo, insinuatum.
qd illud verum sit, quando ius commune procedit secundum
veritatem: secus si per fictionem, per supra dicta. Predicta cō-
clusio limitatur dupliciter: primo, nisi statutum disponeret qd
deficiens in purgatione canonica haberetur pro conuicto: vt
in simili not. Bald. in l. omnes populi. versicu. vnde quero. ff. de
iust. ⁊ iure. de statuto quod bannitus habeatur pro confesso: nā
intelligitur haberi pro confesso quo ad omnem effectū, qui ex
vera confessione insurgit: quia a statuto facta est equiparatio.
Facit text. in l. j. §. lex Falcidia. ⁊ quod ibi Barto. ff. ad legem
Falcid. Et idem tradit Joan. de Jmol. in l. si insulam. ff. de ver.
obl. quem refert, ⁊ sequitur Joan. de Ana. in dicto capitulo, in-
sinuatum. de simo. Et not. domi. Nellus in tractatu bannitorū,
in quarta parte primi temporis, in j. questione. Facit quod not.
Bartol. in l. absentem. ff. de pen. ⁊ quod not. Bal. in l. quoniam.
in v. not. ff. de his, qui notan. infa. in l. si tutor. C. de interdi. ma.
Et quod not. Abb. per illum textum in cap. ad audientiam. de
cler. non resid. Ad idem facit textus in l. Deo nobis. C. de epis.
⁊ cle. cum simi. vt tradit Alexand. in consil. clxxix. viso proces-
su. lib. v. Secundo limitatur a maioritate rationis: quia statu-
tum de conuictis haberet locum in ficte conuictis. Si enim pe-
na a statuto minuatur conuictis, a fortiori ficte conuictis alle-
uiata intelligitur: vt not. Abb. ⁊ Joan. de Ana. in d. capitulo,
insinuatum. Nam etiam in statutis a maioritate rationis ar-
guitur: ⁊ statutum ampliatur: vt not. Bald. in l. affinitatis. in
versiculo, pone statutum. C. com. de succes. in l. quod vero. versic.
sed pone. ff. de legi. in l. si vero. §. de viro. ff. solut. mat. in l. venia.
in fin. C. de in ius vocan. Et quia etiam in sententia odiosa ar-
guitur a maioritate rationis l. qui indignus. ff. de senat. in l. cui
pacto. ff. de ser. expor. ⁊ in l. relegatorum. §. potest. ff. de interdic.
13 ⁊ releg. † Et dum Abb. dicit quod ficte confessiones non exten-
dantur ad alias personas, idem not. Bald. in l. ij. versiculo, sed
iuxta predicta queruntur. C. de eden. cum similb. vt tradit ibi
Alexand. in versiculo septima conclusio. ⁊ idem Alexand. in l.
cum filius. ff. de verbo. oblig. ⁊ idem Ange. in consi. cclxxvi. pun
cta sunt. ⁊ in consi. cccviij. factum est tale. ⁊ Raphael Cu. in con
si. cxlvi. Simon. quod tamen limitatur, nisi alia persona veni-
ret vt successor vniuersalis, vel singularis ex iure sui authoris:
vt probatur in l. si superatus. §. si. ff. de pig. ¶ In fin. gl. Ad con
trarium plures solutiones referuntur: ⁊ ex his, que in secunda
solutione Abb. dicit, tres conclusiones colliguntur. Prima est
14 quod † acta facta coram seculari, faciunt fidem coram ecclesiasti
co, si producuntur ad eundem finem, ⁊ inter easdem personas,
per textum in cap. fina. de exce. in vj. nam in tali casu habet lo-
cum exceptio rei iudicate: vt per gloss. ibi in verbo, admitti. Et
hoc intelligitur, quando sentētia fuit valida: secus si nulla fuis
set, vel euidenter iniqua, prout illum textum declarat Petr. de
Anch. in consi. ccclxxxiij. retento ordine dubiorum. Et hoc cla-
rum est per text. in l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudic. cum si-
milib. Et idem Abb. hoc dicit, si facta producantur ad istum ef
fectum vt ecclesiasticus adiuuet secularem, interponendo eius
censuras. Et idem Abb. latius hoc tradit in cap. j. de offic. ordi.
Et licet text. in capi. fi. loquatur in sententia, idem tamen est in
actis, prout Abb. hic loquitur: quia idem iudicatur de actis, ꝙ
de sententia: vt not. Innocen. in capitulo, causam, que. el primo
de testib. cum similib. vt Moder. ibi tradunt, ⁊ per text. in d. ca
pitu. fina. videndum est quod not. Bald. in l. fina. ff. de ferijs. pro
ut Moder. referunt in dic. cap. causam, que. Secunda conclu-
sio est, quod si acta coram seculari principaliter producuntur
coram ecclesiastico, ⁊ ecclesiasticus imponat penam pro delicto
in actis forte tacite comprehenso, tunc secundum Abb. non po
test: quia variatur modus agendi, per capitulū, veniens. el ij. de
testi. ⁊ quia de delicto eiusdem hominis sepius queri non de-
bet, vt per eum hic, ⁊ dum allegat d. capi. veniens. Ista conclu-
sio debet declarari prout Barto. not. in l. ij. §. hoc edicto. ff. vi bo
no. rapto. versiculo, quero vtrum. vbi inquit quod acta facta in
iudicio summario, non faciunt fidem in alio iudicio plenario,
etiam inter easdem personas, per dictū c. veniens. ⁊ not. Abb.
post alios in capitulo, causam, que. de testi. ⁊ idem in sententia
l. penul. cum glossa, ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. ⁊ no. Bart.
in l. qui Rome. §. duo fratres. in v. oppo. ff. de verbo. obli. ⁊ in l.
j. C. de ordi. iudic. Et secundum hoc dictum Abb. de delicto in
actis forte tacite comprehenso, esset intelligendum, ꝙ de tali de
licto aliqualiter fuerit cognitum coram seculari. Et ista secun-

da conclusio Abb.attenta ratione eius haberet locum non solum coram ecclesiastico,prout Abb. loquitur,sed etiam coram alio seculari:quia militat eadem ratio.Et secundum hoc a cessante ratione esset dicendum, q si in priori iudicio summario, vel incidenter agitato,fuisset plene probatum, q tales probationes plene probarent coram alio iudice seculari:vt not.Barto.in l.j.C.de ordi.iud.Bald.in l.si iudex.ff.de his, qui sunt sui, vel alie.iur.versi.sed queritur.ꝛ late Abb.in consi.lo.circa questionem vertentem.lib.j.cum sim.vt dixi in consi.xcvj.Ita etiã probaret coram ecclesiastico:quod tamen non videtur verum, vt statim dicam. Et secundum predicta secunda ratio, quam Abb.adducit, non bene adaptatur:quia si plene cognitum nõ fuit,potest de eodem delicto sepius queri:vt not.in c.de his.de

15 accus.†An autem absolute acta, ꝛ probationes facte coram seculari in iudicio plenario,faciant fidem coram ecclesiasticis ad alium finem,Aret.hic refert q Abb.videtur tenere quod non. Sed,vt supra dixi,videtur potius sentire contrariũ:ꝛ partem negatiuam tenet expresse Bart.in l.diuus.ff.de cust.reo.ꝛ in l. magistratibus.ff.de iurisd.om.iudi.per tex.in §.si vero crimen. in authen.de sanctis.episc.cum si.vt tradit Alexã.in d.l.magistratibus.ꝛ Moder.hic.Et vera resolutio breuiter videtur, q si crimen sit mistum,de quo laicus,ꝛ ecclesiasticus, vterq iure proprio,cognoscere possit:puta in sacrilegio,quod est misti fori:vt not.in c.cum sit generale.de fo.cõpe.tali casu vera sit opinio Bar.quia aliter iudex habet iudicare iure proprio,ꝛ cõtra reum vti subditum procedit,ꝛ videntur esse duo crimina, propter duas personas offensas,ꝛ ideo vterque punire potest:vt not.Bal.in l.placet.C.de sac.sanct.eccle.Unde probationes facte coram vno,nõ probant coram alio:vt Areti.hic concludit. Et isto casu loquitur,ꝛ intelligit tex.quem Bar.adducit in §. si vero crimen.ꝛ ita illum tex.declarat Bald.in d.l.placet. Salic.in l.ea quidem.C.qui accusa.ꝛ Abb.in c.j.in fin.de offic.ordi. Et ideo isto casu absolutoria lata ab vno, alteri nõ tollit facultatem procedendi:vt tradit Petr.de Ancha.in regula,ea que. xxj.questio.ꝛ versi.nono quero.de reg.iur.in vj. vbi refert Bal. ita consuluisse.ꝛ idem Joan.de ana.in ca.qualiter.el ij.in §.ad corrigendos.de accusa.cum simi.vt tradunt Moder.in d.c.de his.de accusa.Si vero delictum sit mere ecclesiasticũ, puta he

b resis, tenetur iudex secularis stare[b] processui iudicis ecclesiastici:vt probatur in cap.inquisitionis.§.prohibemus.de heret.in vj.Et hoc in heresi per illum tex.tenet Ange. in l.diuus. ff.de custo.reo.cum simi.vt per Ang.in d.l.magistratibus.Sed hoc idem esset in quolibet crimine mere ecclesiastico : vt Abb. not. tradit in d.ca.j.de offic.ordi.quia tunc secularis executor videtur.Et ad hoc facit quod econtra supra dictum est, se seculari implorante auxilium iudicis ecclesiastici:vt in prima conclusione dictum fuit.Sed considerandum est quod ista limitatio vera videtur in crimine misto,in quo vterque est iudex, prout Jo.de Ana.Bal.ꝛ Ancb.loquuntur in locis supra alleg.secus esset in crimine,q tantumad alterum iudicem spectaret,ꝛ ad alterum solum pro executione recurritur : quia tunc etiam in tali casu criminali haberet locũ ille tex. per s.dicta.Et ita videtur velle Abb.in c.j.de offi.ordi.dum allegat illum textum.

16 †Tertia conclusio Abbatis est quod in foro penitentiali acta coram seculari faciunt fidem coram ecclesiastico:quia leniores probationes tali casu sufficiunt.Et ad hoc bene facit quod no. Ant.de But. in consi.xxxvj. visis puncto,ꝛ questione.vbi concludit quod ad penitentiam iniungendã,acta in iudicio summario faciunt fidem in alio iudicio plenario.alleg. Hostien.ꝛ Jnn.in c.cum dilectus.de ord.cog.ꝛ ibi dicit q in tali casu sufficiunt probationes iuris naturalis:ꝛ q hoc idem Abb.tradit in c.cum J.ꝛ A.ver.septimo soluit.de re iu.cum si.vt tradunt Moder.ibi.ver.not.quarto.Facit quod no.Do.in c.quia plerique.ver.tu salua.de offi.ord.ꝛ quod not.idem Do.post Arc. in c.non est.ver.quero an ordinarius.de consue.in vj.Areti.in c.qualiter.el j.in fin.de accu.Et ista tertia conclusio declarari debet,vt infra statim dicam.Successiue Abb.refert tertiam solutionem ad contrarium formatum in gloss.quod loquatur de clerico conuicto coram seculari quo ad imponendum penitentiam:ꝛ tali casu sufficit vnus testis,secundum gloss.in d.c. multi.ij.qõ.j.allegat tex.in c.super eo.de consang.ꝛ affi.ꝛ in c. cum itaque.de cons.distin.iiij.Abbas ipse tenet cõtrarium per istum textũ in verbo,aliquatenus.ꝛ sic Abb.vult quod etiam in foro anime acta coram seculari non probent coram ecclesiastico:cuius contrarium supra dixit in secunda solutione,in fi. Sed saluari potest quod supra locutus fuit secundum opinionem aliorum,a qua ipse hic nũc recedit.Uel supra loquitur in laico,ꝛ sic quando acta facta sunt coram competenti:sed hic in clerico,qui confitetur coram seculari,ꝛ sic coram incompetenti. Et subijcit do.Abb.contra gloss. preallegatam in dicto c.

multi.quod non sufficit vnus testis quo ad penitentiam imponendam.Et idem abba.tradit in capit.nouit.infra eo.vbi allegat tex.in c.in omni.infra de testibus.Non obstant iura allegata per glo.in d.ca.multi.quia in d.c.super eo.non agitur de penitentia preteriti delicti,sed de euitando delicto,seu peccato in futurum:ꝛ in d.c.cum itaque.agitur de modica re,ꝛ parui preiudicij : secus in isto casu videtur,vt per Abb.hic.Et secundum hoc declaratur quod supra dictum est, q leniores probationes sufficiunt,vbi agitur de imponendo penitentiã. Nam vnus tantum testis non sufficit.Et ad hoc facit.quia requiruntur probationes iuris naturalis,vt supra dixi,secundũ

Anto.de But.in consi.xxxvj.supra allegato. ¶†Subsequenter pro resolutione eorum,que Abb.dicit,videndũ est de duobus.Primo,an confessio clerici facta coram seculari faciat saltem indicium,ꝛ habeat vim extraiudicialis confessionis. Secundo de effectu extraiudicialis confessionis. Circa primum Abbas late refert dicta aliorũ,ꝛ finaliter concludit quod non habeat vim extraiudicialis confessionis,per istum tex.hic,in verbo,aliquatenus.Et hoc fortificatur secundum Andr. Sic. ponderando illa verba,propter hoc,que important causam remotam.l.eo tempore.§.fi.ff.de pec.vbi Barto.not.in l.j.§.ex incendio.de incen.rui.nau.Ergo videtur quod non faciat indicium:quia mediante tali indicio posset condemnari,si positus ad torturam confiteretur.Sed ad ista responsum fuit in not.supra,quia tex.intelligitur respectu condemnationis,de qua loquitur:ꝛ isto respectu verum est quod nullus clericus potest condẽnari nec mediãte,nec immediate:id est,nec in isto, nec in alio iudicio.Sed predicta verba nõ concludũt q talis cõfessio non faciat indicium.Licet enim ex tali indicio positus ad torturam confiteatur,ꝛ condemnaretur,non tamen diceretur ex tali indicio condemnatus:vt no.dicit Bald.per illum tex.in l.j.C.quib.ex causis serui pro pre.lib.acci. Secundo Abb.ponderat tex.hic,in ver.si vero.vbi aduersatiue textus loquitur, ꝛ dicit quod condemnandi sunt,si coram proprio episcopo delictum confiteantur.ergo videtur quod ex confessione facta coram seculari,de qua loquitur tex.in precedenti ver.iudex ad aliquam penam procedere nõ possit.Sed mihi videtur,quod istud argu.potius retorqueatur in contrarium:quia cum in d. versi.si vero.dicatur de condemnatione principali,que ex confessiõe sequitur:ergo datur intelligi quod in superiori ver. cui aduersatur,solum tex.intelligatur respectu condemnationis principalis,ꝛ indicium ibi nullomodo consideretur.Tertio secundum Abba.facit,quia talis confessio coram seculari videtur extorta metu:quia laici clericis oppido sunt infesti. ij. q.vij.c.laici.ꝛ c.laicos.Sed respondetur hoc non esse verum,qꝛ non tenebatur clericus respondere coram seculari,ꝛ quia potuit negare:ꝛ non est timor,qui caderet in constantem virum, iuxta c.cum dilectus.supra,quod metus causa.l.continet.ff.eo. ꝛ in l.interpositas.C.de transact.Ulterius istam opi.sequitur Andre.Sic.hic,pro qua quarto adducit,quia talis cõfessio est nulla,vt probať hic,vbi non tenet:ergo nullum effectum producit.l.iiij.§.condemnatum.ff.de re iudi.ꝛ quod not.per glo.in l.si pater.C.ne de sta.def.vbi litis contestatio nulla,non interrumpit prescriptionem:ꝛ quedam alia similia adducit ad idẽ. Sed breuiter respondetur,quod etiam illud,quod nullum est,

4 aliquem effectũ producit[4]. Nam licet actus sit nullus, tamen declarat voluntatem.l.fi.vbi Barto.ff.de reb.co. Et videmus quod ex actibus nullis, etiam consuetudo inducitur,vt tradit Ange.qui alios refert in §.ex nõ scripto.ver.quero an ex actibus nullis.Jnstit.de iure natu.Et facit quod not.Abb.in c.illud.de prescrip.vbi inquit quod licet litis contestatio vel citatio nulla,non interrumpat prescriptionem,tamen si in facto aliquid narretur,propter quod aduersarius informetur,ꝛ in mala fide constituatur,prescriptio interrumpitur,non virtute actus iudicialis,qui non valet,sed propter malam fidem, que habetur,ꝛ presumitur ex coniecturis.allegat not.hic.cum si.vt tradunt Mod.in d.c.illud.ver.tertia declaratio. Quinto pro ista opinione facit: quia si ista confessio facta in iudicio non valet vt iudicialis,ergo non videtur etiam valere vt extraiudicialis:quia hoc esset preter intentionem confitentis:argumẽ.l. non omnis.ff.si certum petatur,ꝛ c.cum super.de offi.dele ga.ꝛ quia si non valet actus vt agitur,non valet vt valere potest:vt not.Bald.in l.iij.in v.not.C.de repu.hered.Sed ad hoc Areti. hic respondet quod argu.procedit in actu dispositiuo, qui a voluntate regulatur disponentis:vt in iuribus allegatis in contrarium.secus videtur in actu probatiuo,qui magis pendet a potestate iuris,ꝛ iudicantis.Unde licet pars non possit se fundare in instrumento,quod impugnauit:vt in regula,ex eo.de regulis iuris,in vj.potest tamen iudex ex officio illi credere:vt not.Jnnocen.in c.cum olim.de censi.Bart.in l.post legatum

gatum.ff.de his,quibus vt indig.Et vlterius facit,quia in iudicio valet actus eo modo,quo potest:vt not.Dy.Ray.et Imo. in l.j.§.si quis ita.ff.de ver.ob.et in no.q.tradit Bald. in capitu. ex insinuatione.de appel.et quia quandoque etiam vltra intentionem aliud agitur l.si is,qui commodatum.§.fin.ff.commo. Sexto istam partem Moder.sequuntur,et dicunt quod non po

i test clericus torqueri,nisi infamia[i] precedat: vt dicit Paul.de Elea.capitu.j.de depo.Joan.And.in capitulo,cum in contemplatione.et ibi Abb.de re.iur.Joã.de Ana. in capitulo j. de cle. percus.Andr.Sicul.in consil.xlvij.et cclxx.lib.j.Sed respondetur,dato quod hoc esset verum, non infertur quod talis confessio non faciat indicium:sed bene inferri videtur quod indicium non sufficit ad hoc vt clericus torqueatur:et de hoc non agitur in questione nostra hic.Preterea Abb.in d.ca.j.de depo. tenet

k contra[k] illud dictum.et Moderni ipsi sequuntur in capitulo, olim.de rescrip.Item dici potest quod ex tali confessione dicatur infamatus:vt not.Innoc.in c.per inquisitionem.de elect.et sic resoluta sunt argumenta,que principaliter pro ista parte inducuntur.Et istam partem negatiuam tenet Anto.de But.in capitulo dilecti.in iiij.not.de arbit. Angel. in l.j.circa fin. C.de confes.cum simili.vt tradunt Moder.hic:et videtur sequi Alexand.in consi.xiij.ex his,que in themate.lib.j.vbi refert opi.Abbatis hic.et idem Alexan.in cons.xix.in his,que in themate.col. iiij.lib.iiij.Alia opin.principalis est,quod confessio facta coram

l incompetenti,valet vt extraiudicialis:[l] et sic facit indicium ad torturam,vt not.concludit Bald.in l. magistratibus. versicu. sed tu dic.ff.de iurisdic.omn.iudi. et ista opin. communiter approbatur,vt dicit Imo.hic,et idem concludit Alexand. in d.l. magistratibus.post alios,quos ibi refert.Et idem tenet Cald. in consi.vj.in titu.de confes.Et istam communem opi. sequitur Aret.hic,primo per text.et ibi Barto.in l.cum scimus.circa fin. C.de agri.et censi.lib.xj.vbi confessio facta coram notario, licet non valeat vt iudicialis,valet tanquam extraiudicialis.Secundo allegat l.ictus fustium.secundum vnum intellectum, de his qui not.infa.per illum tex.prius ad hoc Angel.in l.j.circa fi.de confes.Tertio adducit l.diuus.in pe.responso.et quod ibi Bar. ff.de custo.reo.Et licet predictis iuribus possit responderi quod non loquuntur in confessione facta in iudicio penitus incompetenti,prout agitur hic,et quod predicta iura alios habent intellectus:tamen placet ibi communis opi. que est verior: quia qua ratione confessio extraiudicialis indicium facit ad torturam,vt not.Bart.in l.capite quinto.ff.de adulte. quia asserenti de facto suo credendum est l.quero.in fi.ff.de edi. edic. ita videtur in casu isto dicendum.Et quia talis confessio magis deliberata videtur,cum facta sit ad interrogationem, et instantiam iudicis,iuxta not.in l.j.ff.de verb.oblig. quia licet confessio non valeat respectu iudicij,istud tamen quod in facto consistit, non tollitur. Unde videmus quod ex processu nullo infamia facti irrogatur:vt not.Azo in Summa, ex quib.cau.infa.irroga.in princip.cum simili.vt tradit Alexand.in consi.clij.li.v.Et ideo ex tali confessione non videtur quod iudex aliter arbitrari possit:et arbitrio suo committitur,quando oriatur indicium ad torturam:vt per Barto.in l.fina.versicu.sed quero.ff.de questionibus. Et ad hoc bene facit, quia interpellatio facta in iudicio nullo, licet non valeat vt iudicialis,valet tamen vt extraiudicialis:vt not.Bald.in capitu.fin.de mil.va.qui contu.est.vbi allegat Jacob.de Aret. in l.in minorum.C.in quibus causis sit in integ.restit.Et in simili confirmatur ista communis opi.vt idem Aretin.tradit in consi.cl.visis diligenter.Et quia,vt dixi, licet confessio vt iudicialis sit nulla, non tamen permittitur illud, quod in facto consistit.arg.l.denique.ff.ex qui.cau.maio.l.in bello.§.facte.de capti.et quod not.Abb.in c.illud.de prescript. cum similib.s.allegatis. Circa secundum de effectu extraiudicialis confessionis,Prima conclusio Abb.est, quod si non habuit requisita,de quibus habetur in capitulo fina. de confes. quod faciat indicium ad torturam,vt no.gloss.et Bart.in l. capite quinto.ff.de adult.et Rota in j.decisio.in titulo, de confess.in nouis. et idem Abb.in capitulo,si quis de gradu.de purga.cano. cum similib.vt tradunt Moderni,hic,et in capitulo,olim.de rescriptis.et idem Angel.in consi.x.in causa predicta.Paul.de Cast. in consi.cccvj.visa inquisitione.Alexand.in consilio.xxiiij.animaduersis.libro ij.Roma.in consil.vij.et viij.in principio. Predicta conclusio limitatur primo,nisi confessus extra iudicium, postea in iudicio reuocaret: nam potest, etiam aliter errore non probato, secundum Bald.in l.j.C. de confes.versicu.extra quero.ibi:quod sane intelligitur.vbi dicit quod cautus sit torquendus, vt dicat expresse se confessionem reuocare: et profecto ista esset magna limitatio,si esset vera simpliciter, prout referunt Moder. hic: quia verisimiliter semper reus reuocaret confessionem,vt euitaret torturam:et sic elusoria in effectu redderetur conclusio s.facta.Ideo aduertendum est:quia non solum loquitur Bald.in confessione extraiudiciali, sed loqui videtur, quando confessio fuit nulla:quia facta coram iudice incompetenti:et allegat istum text.hic:ex quo enim fuit confessio nulla,reuocabilis est,secundum eum. Sed hoc non est verum: quia licet sit nulla tanquam iudicialis,valet tamen vt extraiudicialis,vt s.conclusum fuit,et not.Are.hic. Secundo limitatur, nisi agatur de crimine ciuiliter: quia tunc propter confessionem extraiudicialem non est quis torquendus:vt not. Abb. hic,per capitulũ,olim.de rescrip.et idem Abb.ibi et Moderni simpliciter sequuntur. Sed considerandum est, quia si confessio extraiudicialis facit indicium in criminalibus, vbi agitur de maiori preiudicio l.in seruorum.in fin.ff.de penis.et clariores probationes requiruntur l.fina.C.de probat.a fortiori in causa ciuili indicium non facit,quod quis torqueri possit:quia in ciuilibus non deuenitur ad torturam in liberis hominibus l. diuus.in fine.vbi Barto.ff.de questio.Et ideo vbi agitur de crimine ciuiliter,si ad torturam potest deueniri,vt in cap.j.de deposito.videtur quod ex tali confessione extraiudiciali torqueri possit.Non obstat capitulũ,olim.quia plures alios habet intellectus, et loquitur respectu plene probationis, non tantum ad

18 faciendum indicium.† Tertio limitatur,nisi confessio facta sit calore iracundie,secundum Abb.hic,qui allegat gloss. in capi. ex literis.in verbo,admonita.de diuor.Et Abb.ibi illam notauit pro singu.et idem Roma.in no.cccccviij.volo commentare Abb.in ca.fina.ver.vide etiam aliam gloss.de confes.et in capit. afferte.de presum.et applicando illam gloss.ad propositum, dicendum est,quod confessio facta extra iudicium calore iracundie,non preiudicat,si reuocata sit:et sic videtur preiudicare, nisi reuocetur.Et gloss.in dicto capitulo,ex literis.loquitur respectu plene probationis, et non quo ad indicium, de quo agitur. Sed dicendum est,quod si facta sit in iudicio, videtur preiudicare respectu plene probationis:si vero facta sit extra iudicium preiudicat quantum ad indicium,nisi reuocetur:et ratione ira

19 cundie reuocatio indistincte permittitur.† Quarto limitatur non habere locum contra clericum,qui ex tali confessione extraiudiciali non poterit torqueri, nisi de crimine tali infamatus sit:vt not.Pau.de Eleaza.et doct.in c.j.de deposi.cum simili. s. allegatis:et sic concurrente infamia cum tali confessione clericus poterit torqueri:sed sola confessio extraiudicialis non sufficeret,vt s.dictum est,secundum communem opinio. Nec etiã sola infamia esset sufficiens:vt not.Abb.concludit in capitulo

20 j.in fine.de pur. cano.† Secunda conclusio Abb.est quod con

m fessio extraiudicialis facta de crimine parte presente, plene[m] probat.Et Abb.idem tradit in capitulo,olim.de rescript.quia sicut probat in ciuilibus,ita etiam in criminalibus, prout Abbas arguit hic.Hoc simile secundum Aret.non videtur bonũ: et consequentia,quam Abb.facit,non videtur bona:quia probationes facte in causa ciuili, non probant in causa criminali, in qua clariores probationes requiruntur,vt not. Bart. in l.ij.§. hoc edicto.ff.vi bon.rapt.versiculo, quero vtrum probationes. Sed replicari potest,quod dictum Bart. loquitur in alijs probationibus:secus videtur in confessione,de qua agitur:quia illa videtur semper preiudicare l.generaliter.C.de non num.pecun.et in capitulo, per tuas.de probat.et ideo confessio facta in vno iudicio semper probat in alio:vt not.Bald.in l.ij.cum simili.vt tradit ibi Alexand.C.de eden. De quo tamen videndum quod no.Maria.consi.viij.visis.Alia etiam ratione,quam idẽ Aret.adducit,predicta conclusio videtur dubitabilis:quia respectu Reipublice talis confessio facta videtur parte absente: vnde fisco nihil acquiritur.text.not. in l. arbiter intra certum. ff.de arbitr.vbi Barto.et idem Barto.in l.j.et fin.ff.de iure fisci. et facit gloss.not.in l.illud.C.de sacrosanc.eccle.et quod ibi Paulus de Castr.Unde Are.concludit quod ista conclusio intelligatur,quando pars presens acceptaret nomine suo, et nomine fisci:quia pro alio absente,quis potest acceptare:vt not. Bald. in l.j.circa finem.C.quando liceat ab emp.disce.vbi allegat Dy. qui hoc tenet in consil.xv.questio talis.Et idem tenet Anto.de Butri.in capitulo,si cautio.de fide instru.vbi allegat.Joã.Andre.in addi.ad Spe.in tit.de confes.versi.quid si confiteor. videtur tamen quod in tali acceptatione facta pro absente, requiratur persona publica:vt not.idem Bald.in l.ij.in fine.C. vt in pos.leg.et idem Abb.in capitulo,fina.de confes.dum allegat capitulũ,quamquam.de vsuris.in vj.Et idem in terminis in confessione extraiudiciali,vt not.Anto.de Butr. in capitulo, per inquisitionem.versiculo,ad secundum.de elect. vbi inquit referendo dictum Innoc.quod confessio extraiudicialis preiudicat facta in presentia illius qui habet potestatem recipiendi pro vtilitate publica.Et quod plus est,tenet Bal.in l. quoniam.cir

ea finem.ff.de his, qui notan.infa.versicu.ꝛ adverte, quod presentia partis in criminalibus nihil operatur. Et hoc dictum refert Aret.hic,ꝛ Moder.in c.olim.de rescrip. Sed responderi potest quod licet alteri quis stipulari non possit, nisi sit persona publica,l.ꝛ stipulatio ista.§.alteri.ff.de verbo.obli.capitu. quamquam.de vsur.in vj.ꝛ ita loquuntur docto.in locis preallegatis tamen potest quis gerendo negotiũ alterius absentis, eius nomine acceptare illud,quod sit factum,vel dictum in favorem eius:ꝛ acceptatio habebit effectum, illo ratificante l.fina.C.ad Macedo.ꝛ in regula,ratihabitionem,de re.iur.in vj.ꝛ facit tex. in l.si ego.ff.de neg.gest.ꝛ l.soluendo.eo.tit.ꝛ not.Bart.in l.si patruus.C.communia vtri.iudi.Ang.in l.certum.§.si quis absente.versi.item adde.ff.de confes.Facit quod no.Spe. in ti.de emphyteusi.§.nunc aliqua.versi.xlviij.cum simi.vt tradit Alexã. in consi.cxxix.viso processu.lib.ij.ꝛ facit quod habetur in c.accedens.de preben.ꝛ no.Cal.in consi.j.in tit.de preb.Et in proposito nostro hoc idem tenet,ꝛ probat Sali.in l.j.versic.sed an facta gestori.C.de cofess.
21 †Et ad supra dicta notandum est quod dum Abb.loquitur simpliciter de presentia partis in confessione extraiudiciali, videtur sentire quod sola presentia partis sufficiat,absque eo quod acceptata sit. Et hoc expresse Abbas tenet per illum tex.in capitu.fin.in iiij.not.de succes. ab intesta. Contrarium tamen expresse voluit Cy. in l.j.in vj.q. C.de confes.vbi inquit,ꝙ veritas est,quod presente adversario,ꝛ confessionem
n recipiente,[n] confessio fieri debet:et sequitur Sali.ibi, in xv.oppo. ꝛ idem Sali.in l.fi.C.de liber. cau.et hoc idem latius tradit Sali.in l.generaliter.in ij.q.C.de non nume. pecu.vbi refert patruum suum pluribus rationibus ita tenuisse.ꝛ op. Cy. ꝛ Sali.sequitur Alexand.in consi. xx.in causa, ꝛ lite.lib.iiij.ꝛ in consil.cxv.viso superiore.lib.iij. Andr.Sicul.in d.c.fi.de succes. abintest.conatur respondere rationibus Sali.ꝛ in effectu concludit quod acceptatio non requiratur,nisi ad illum effectum, vt revocari non possit.alleg.Bal.in l.Gallus.§. quidam recte. ff.de liber.ꝛ posthu. Alexand.vero.in l.iij.in ij.not.C.de repud. hered.concludit secundum opi.Salic. nisi confessio facta sit in actu,in quo agatur de favore partis presentis: quia tunc pars presens videtur cõsentire l.qui patitur.ff.mand. Et hoc modo opiniones possunt concordari: ꝛ in effectu tamen secundum hoc conclusio erit,quod sola presentia sufficiat:quia doc.loquũtur de confessione favorabili partis: ꝛ absolute requirunt presentiam simpliciter:vt not.Bart.in l.ex hac scriptura. ff.de dona.ꝛ ideo verior videtur opi.Abb.in d.c.fina.vt novissime concludit Soci.in consi.cccxviij.in causa Gabrielis. Et de his etiã scribit Fran.de Curte in consi.lxxvij.super articulo. ¶ Successive in confessione iudiciali Abb.considerat duos casus. Primus est,quando confessio facta fuit precedente processu.Secũ
22 dus,quando fuit facta nullo precedente processu. †Primo casu concludit quod habetur pro convicto,sed non pro condemnato:quia sumus in causa criminali, in qua cõdemnatio requiritur l.si confessus.ff.de custo.reo.ꝛ not.Bar.in l.infamem.ff.de publi.iudi.ver.quero vtrum. Sed advertendum est:quia dum Abb.dicit,ex quo sumus in causa criminali, sentit secus esse in causa civili,vbi convictus pro cõdemnato habetur l.j.vbi Bar.
23 ff.de confes.†Sed certe hoc non videtur verum in terminis,in quibus Abb.loquitur,videlicet quando fuit facta confessio precedente processu:qꝛ tunc nõ habetur pro cõdẽnato,sed expectatur sententia.vt no.Bar.in d.l.j.ff.de cõfes.ꝛ idẽ Bar.in l.j.C.de confes.ꝛ no.Bal.post gl.in l.fi.in pn.C.de exec.rei iu. cũ si.vt tradit Alexan.in l.debitoribus.de re iudi.Et retenta conclusione Abbatis primo declaratur,quando talis confessio facta in iudicio habet sua substantialia,vt Abb.simpliciter hic dicit. Et potest hoc exemplificari:quia in tali confessione etiam presentia partis requiritur:vt not.Bartol.in l.j.in penul.oppo. C.de confes. cum simi.vt tradunt Moder.in c.si cautio. de fide instrument. in gloss.in verbo,causam.in princip.ꝛ per glo.in c.si constiterit. de accu.vbi Areti.post alios.Secunda conclusio Abb. limitatur,prout idem Abb.tradit in c.fina.in versic.attende,conclusio fic.de confes. nisi crimen notorium esset:quia tũc procedi potest ad executionem pene sine alia sententia.allegat tex.cum gl. secundum vnam lecturam in l.ictus fustium.ff.de his, qui not. infa.vel saltem non requiritur tanta solennitas sicut in aliis,iuxta capitulũ,vestra.de cohabi.cleri. Sed ista limitatio videtur dubitabilis: quia si in notorio crimine non requiritur sententia, ergo videtur quod nunquam contra confessum sententia requiratur: quia confessio notorium facit capitulo fina. de cohab.cleri.ꝛ sic in effectu conclusio s.facta non esset vera:nisi dicamus quod dictum Abb.in dicto capitulo fina. de confes. intelligatur de notorio facti,prout ipse etiã loquitur de deprehẽso in flagranti crimine,ꝛ non de notorio iuris,prout ex confes
24 sione habetur.†In secundo casu Abb. concludit quod confessio preiudicat duobus concurrẽtibus. Primo,quod facta fuerit principaliter,ꝛ non incidenter. De quo dixi s.in no.Secundo,quod facta sit iudice ad hoc sedente.Et idem not. Anto.de Butr.in capitulo,olim.versicu.ꝛ nota quod confessio. de rescri. vbi allegat ad hoc gloss.pro singu.in capitu.fin. de confes.facit glo.in l.interrogatam.C.de lib.cau.Et hoc declarandum est:vt not.Barto.in l.j.C.de confess.ꝛ not.in l.voluit.ff. de interroga. act. ¶ In gloss.ij. ibi:nam si voluntarij, colligitur quod trahi dicitur invitus,ꝛ non qui sponte comparet.Et ad hoc bene facit quod not.Barto.in l.j.in fin.C.de agri. ꝛ censit.lib.xj.vbi inquit quod si statutum punit trahentem,non habet locum in eo qui sponte comparet.Et quando quis dicatur trahi, not.Abbas in capitu.ij.per illum textum in ij.not.de libel. obla.ꝛ in ca. Pastoralis.in iiij.not.de cau.pos.ꝛ propri.ꝛ not.in capit.si diligenti. de fo. compet. ¶ In ead.gloss. ibi :clericum civiliter de
25 crimine.Gloss.tenet quod clericus†coram seculari possit recon
o veniri, [o] si agatur civiliter de crimine: secus si criminaliter. Primum dictum gloss.reprehenditur, ꝛ secundum communiter approbatur. Et communis conclusio est quod clericus pro crimine nec civiliter,nec criminaliter coram civili iudice recõveniri possit,vt Abbas post alios hic concludit:quia iura vidẽtur indistincte hoc prohibere respectu criminis:vt in cap. j. de cleri.coniu.in vj.vbi clericus coniugatus nõ potest a iudice seculari condemnari pro crimine, sive agatur criminaliter, sive civiliter.Et facit text.in capitu. clerici.j.eod.ꝛ quia agitur de re spirituali,considerata persona clerici,que debet condemnari:vt per Abb.hic.Sed advertendum est primo, quod ista ratio Abbatis etiã videtur habere locum in causa civili, saltem si actione personali clericus reconveniatur:quia agitur de condemnatione clerici:ꝛ tamen secundum communem opi.vt j.dicam,potest reconveniri:ꝛ non attenditur illa ratio quod persona clerici condemnetur.Et ad text.in dicto capitulo j.de cleri. coniug.responderi potest quod loquitur in causa prima conventionis,vt colligitur ibi:trahi nõ possꝫ:secus videtur esse in causa reconvẽtionis.Pro quo facit,quia qua ratione in causa mere civili habet locum reconventio,ita videtur si agatur de crimine civiliter:quia non plus tangitur persona clerici, quã in causa mere civili. Et quia quando agitur de crimine civiliter, causa dicitur civilis. c.tue.de procu.cap.super his.de accu. Et ideo videmus,quod laicus,qui prohibetur contra clericum te
p stificari[p] in causa criminali,capitulo,de cetero.de testi.admitti tur,si agatur civiliter de crimine:vt Abbas tenet ibi post Hostien.Et idem Abb.per illum textum in capitulo, tam literis. de testib.in ij.not.Non tamen videtur recedendum a communi opinione,que bene probatur in d.capitulo j. de cleri. coniuga. vbi patet quod facilius toleratur quod laicus iudicare possit in causa mere civili contra clericum, quam si agatur de crimine civiliter:ꝛ convenit quod secundum illam distinctionem intelligantur iura,que de reconventione loquuntur. Non obstat quod laicus testificetur,quando de crimine civiliter agitur :qꝛ facilius repellitur iudex,quam testis: vt per gloss.in capitulo, cum R. de offi. delega.Et sicut quando agitur de crimine,clericus non potest absolute coram seculari reconveniri,a fortiori nec in causa spirituali habet locum reconventio clerici coram seculari, vt Abbas hic concludit post gloss.in capitulo, cuius in agendo.iij.questione viij.ꝛ idem glos.fina.in capitulo,tuam. de ordi.cogni.Et ideo videtur, quia etiam incidenter iudex secularis non potest cognoscere de causa spirituali dicto ca.tuã. vbi gloss.ꝛ Abbas post alios.ꝛ not.in capitu.lator.vbi Abbas in ij.not.qui fil.sint legi.ꝛ in capitulo,si iudex.in princi. vbi Dominic.in iiij.not.de sententia excommunicatio. Et ideo si episcopus laico causam delegavit,non venit incidẽter causa spiritualis,quamvis aliter causa expediri non possit:vt not. Ange. in d.l.ij.in ver.hoc autem limita singulariter.ff.de iurisdi.omn. iudic.Et in supra scriptis non videtur dubitandum, quia doc. communiter sic tenent. Sed difficultas remanet in causa mere civili,in qua adeo docto.vario modo loquuntur,ꝛ efficaces rationes pro vtraque parte adducuntur, quod secundum And. Sicul.hic determinatio summi pontificis esset necessaria. Cõ
q munis tamen opinio est affirmativa, [q] quod reconventio fieri possit:et ita tenet Barto.in authen.ꝛ consequenter.circa finẽ. C.de senten.ꝛ Alber.ibi dicit,quod de equitate,ꝛ secũdum communem opinionem ita servatur.Et istam opinionẽ veram dicit Lap.in alleg. cxviij. queritur non leviter.ꝛ gloss. fina. idem tenet in capitulo,denique.xcvj.distinct.ꝛ xj.questione j.in gloss. sumere.Et idem Bald.in capitulo j.versiculo , secundo quero, pone.de contro.feu.inter pa.termi.ꝛ in l.ij.§.sed si agant.versi.ꝛ est argu.ff.de iud.ꝛ idem Anch.late tradit in regula,ea , que.in xliij.questione.de reg.iur.in vj.Et perscrutando rationes, que magis stringunt,quia in singulis insistere longum esset,primo pro

pro ista communi opinione allegatur text. in cap. j. ⁊ ij. de mut. peti. vbi actor cogitur respondere reo in causa reconuentionis coram eodem iudice. Sed responderi potest quod illa iura loquuntur in iudice ecclesiastico: vt patet ibi: et in seculari iudice hoc non reperitur expressum. Et hoc comprobatur: quia cum illa iura loquantur simpliciter, intelligi debēt de illo iudice, cuius iurisdictio potest prorogari: ⁊ sic de ecclesiastico, ⁊ non de seculari, vt minus iuri communi derogetur: argu. capitulo, cum dilectus. de consue. Et per hoc respondetur ad quedam alia argumenta, que pro ista parte inducuntur: quia non habent locū in isto casu, in quo non potest iurisdictio prorogari. capitulo, si diligenti. de foro compe. Nec obstat quod a lege prorogatio fieri possit, licet non possit ab homine: vt not. Barto. in d. authen. ⁊ consequenter. ⁊ Abb. hic: quia non constat isto casu quod facta sit a lege. Nam solum allegatur in dicto capitulo j. de mutu. pet. cui respondetur vt dictum est. Secundo principaliter, secūdum Imol. hoc probatur, quia si clericus agat contra laicum coram seculari, ⁊ succumbat, clarum videtur quod poterit clericus condemnari in expensis a iudice seculari, iuxta reg. que habetur in capitulo, finem litibus. de dolo, et contu. in l. properandum. §. si autem alterutra. C. de iud. ita ergo videtur dicendum in recōuentione, que accessorie venit: sicut dictum est de expensis. Sed respondetur quod in expensis satis videtur expressum per iura canonica, que volunt quod si actor clericus agat contra laicum coram seculari, vt in capitulo, cum sit generale. ⁊ in cap. si clericus laicum. de foro compet. iuncta regula, que habetur in dicto cap. finem litibus. de dolo, ⁊ contuma. Preterea ⁊ secundo, responderi potest quod condemnatio expensarum accessorie sequitur causam principalem: facit text. in clementi. j. in fi. de rescript. non sic videtur in recōuentione, que non habet ita connexitatem cum causa principali: vt patet in capitu. cum inter. de excep. vbi licet excommunicatus possit se defendere in causa principali, non tamen potest actorem reconuenire. Tertio pro ista parte Aretin. hic adducit nouam rationem: quia actor, ⁊ reus a pari procedunt l. fina. C. de fruct. ⁊ lit. expen. Sed reus si velit actorem reconuenire, cogitur inuitus coram eodē iudice illum reconuenire. §. sancimus. in authen. de execu. colla. vij. ergo pariter actor cogitur coram eodem iudice[a] respondere. Sed etiam ad hoc potest responderi, quod argu. Areti. presupponit quod reconuentio habeat locum: ⁊ casu quo habeat locum, tunc reus cogitur reconuenire coram eodem iudice. Sed in casu isto negatur quod sit locus reconuentioni. Preterea, text. qui cogit reum reconuenire actorem coram iudice eodē, intelligatur de tali iudice, cuius iurisdictio poterat prorogari, per supra dicta, respondendo ad capitulū j. de mut. pet. quia illa dispositio indefinita non equipollet vniuersali: ex quo eadem ratio non videtur, iuxta not. per Dy. in rubri. de reg. iu. in vj. Quarto arguunt Moder. hic, per t. cum inter. de except. vbi qui conuenire non potest, nec etiam potest reconuenire: ergo econtra, qui potest conuenire, pariter potest reconuenire. Sed dic hoc esse verum coram iudice competenti, vel coram incompetēti, cuius iurisdictio prorogari possit. Quinto, quia causa reconuentionis pendet a causa principali, ⁊ illi connexa videtur dicto capitu. j. de mut. pet. ⁊ de connexis idem est iudiciū. capitu. quanto. s. eod. Sed respondetur quod in isto casu hoc non videtur veruz: quia licet secularis cognoscat de causa principali, non tamen cognoscit de incidenti, ⁊ accessoria, que spiritualis sit, vt s. dictum est: ⁊ quia argu. videtur procedere in connexis necessarijs, sine quibus causa principalis non potest expediri: ⁊ hoc non est in causa reconuentionis, que videtur separata a causa principali: vt patet in dicto capitulo, cum inter. de exceptio. Sexto in iudicio quasi contrahitur l. iij. §. idem scribit. ff. de pecu. Unde sicut clericus ratione contractus subijcitur alieno foro. capitulo fin. de foro compet. ita videtur in quasi contractu: ⁊ sic agendo coram seculari, videtur quod ibi possit reconueniri. Sed respondetur quod ratione contractus potest clericus conueniri coram alieno iudice, ecclesiastico tamen, ⁊ non seculari. Secundo, quia in iudicio quasi contrahitur respectu prime instantie, ⁊ non respectu reconuentionis, de qua agitur. Tertio, quia ex tali quasi contractu, qui fit in iudicio, ab inuito, ad contractum, non bene infertur, ⁊ argumē. non valet, vt dixi in capitulo, qua fronte. de appella. Ultimo facit tex. in l. ij. §. sed si agant. ff. de iudi. ⁊ in l. qui non cogitur. eod. tit. vbi quis cogitur respondere vbi agit. Sed illa iura loquuntur, quando erat talis iudex, cuius iurisdictio poterat prorogari: ⁊ ita resoluuntur rationes, que pro communi opinione adducūtur. et non immerito plerique tenent contrarium, quod clericus nullo modo coram seculari reconueniri posset. et ita Abb. hic concludit post alios, quos refert. Et primo probatur ista opi. quia iura precise prohibent iudicem laicum clericos iudicare. ca. qualiter. de iudi. ⁊ in c. clerici. j. eod. capitulo, si diligenti. j. de foro compe. xj. quest. j. c. j. ⁊ ij. Sed respondetur quod tex. in dicto capitulo, qualiter. loquitur in causa conuentionis, vt colligitur ibi, in verbo, trahantur, ⁊ eodem modo loquuntur alia iura s. allegata: secus videtur in causa reconuentionis, per capitulū j. ⁊ ij. de mutu. peti. Secundo, videtur text. secundum vnam lectu. in cap. fin. j. eo. Sed ille text. non potest loqui in causa reconuentionis: vt Abb. ibi declarat. Tertio, efficax ratio secundum Abb. per antiquos inducitur: quia prorogatio in causa reconuentionis surgit a principio voluntario: quia iura dicunt quod non debet quis dedignari illum contra se habere iudicem, cuius arbitrium agendo fuit secutus, in l. Papinianus. C. de sent. ⁊ iij. q. viij. capitu. cuius in agendo. Et predicta ratio non videtur habere locum in clerico, qui, licet ipse velit, non potest iudici seculari se subijcere d. ca. si diligenti. de foro compet. Sed respondetur negando: quia illa facultas reconueniendi actorem non fundatur in voluntate agentis: quia clericus agens cogitur inuitus agere coram seculari, secundum regulam iuris, quod actor sequitur forum rei. capitulo, cum sit generale. c. si clericus laicum. de foro compet. Et hoc patet, quia non potest clericus, etiam in alium iudicem ecclesiasticum, iurisdictionem prorogare, sine consensu proprij iudicis. capitulo, significasti. de foro compet. ⁊ tamen in reconuentione hoc non requiritur. capitu. j. de mutu. peti. et ita respondendo huic rationi tradit Petr. de Anch. in regula, ea, que. in iiij. quest. de regu. iuris in vj. et refert Areti. hic. Quarto facit text. in capitu. denique. xcvj. dist. quem Abb. hic adducit. Sed potest responderi quod loquitur in causa conuentionis, ⁊ quando laici vellent propria authoritate hoc facere: secus videtur in causa reconuentionis. Quinto pro ista parte Andre. Sicu. inducit tex. in cap. j. de iura. calum. Et Abbas ibi illum text. ponderauit in v. notab. vbi constitutio, que generaliter disponebat quod clerici non deberent iurare, preualet constitutioni, que volebat quod persone principales deberent iurare de calumnia. Unde Abbas infert ad questionem nostram, quod regula, que habet quod clerici non iudicentur a laicis, quod talis regula videatur preualere, ⁊ derogare iuribus loquentibus de reconuentione. Sed respondetur, vt dicunt Moder. hic, quod attenta tali ratione esset dicendum quod si aliquis laicus ageret contra clericum in foro ecclesiastico, ibi non posset reconueniri: quia est regula qđ laicus debet coram suo iudice conueniri, capitulo, si clericus laicum. de foro competen. Ista tamen responsio non satisfacit: quia regule affirmatiue quod laicus debet coram suo iudice cōueniri, derogatum est per iura, que de reconuentione loquuntur. Unde alias dici potest quod attento eo, quod dicitur in dicto capitu. j. de iura. calum. sequeretur quod vasallus clericus non posset conueniri coram domino feudi seculari: cuius contrarium habetur in capitulo, verum. j. eod. Sed ad hoc etiam replicari potest quod sit speciale in causa feudi: quia aliter laici non concederent feuda clericis: ⁊ quia tali casu iudicat laicus in re propria, cum directum habeat dominium: vt not. Abbas hic ar. capituli j. de feud. Ideo tertio responderi potest qđ in casu dicti capituli j. de iura. calumn. ille due constitutiones erant circa idem: vtraque enim respiciebat iuramentum. Sed in casu nostro sunt circa diuersa: quia regula negatiua loquitur, quando clericus conuenitur: alia contraria loquuntur de reconuentione. Et per hoc respondetur ad quedam, que And. Sicul. hic adducit: et etiam responderi aliter potest, vt statim dicam. Sexto, alias sum secutus istam partem, pro qua allegabam quod quando concurrunt due regule, vna prohibitiua, et altera permissiua, preualet negatiua: vt not. Bart. in l. iij. §. liberti. per illum textum. ff. de suspect. tuto. facit gloss. j. in l. si Rufinus. vbi Bald. C. de testamen. milita. ergo videtur quod regula negatiua, que omnino prohibet clericum coram seculari conueniri, attendatur, non obstante regula affirmatiua, que de reconuentione loquitur. Sed ad hoc etiam respondetur quod in casu nostro non concurrunt due regule: quia vna de conuentione, altera de reconuentione loquitur, vt s. dixi. Et quia in casu, in quo loquitur Barto. in d. l. iij. §. liberti. regula negatiua attenditur, quia erat magis specialis, quia respiciebat qualitatē personarum: ⁊ affirmatiua reputabatur magis generalis, que ad causam suspecti tutoris referebatur: ⁊ ideo cum in casu nostro regula negatiua generalis videatur, ⁊ regula affirmatiua que de reconuentione loquitur, sit magis specialis, illa attenditur: quia species generi derogat: vt regula, generi. de reg. iu. in vj. in l. vxorem. §. felicissimo. de lega. iij. Et sic etiam euitari possunt rationes, que pro ista parte negatiua allegantur: ⁊, vt patet ex supra scriptis, articulus esset disputabilis. Mihi tamen finaliter placet opinio affirmatiua, que communis est. Et considero hoc modo quod tota vis in hoc consistit, an text. in d. c. j.

de mu.peti.dum dicit quod in causa reconuentionis efficiatur iudex, qui non erat, intelligatur etiam habere locum in clerico agente coram seculari. Et supra dictum fuit quod non, respondendo ad illum textum: quia cum ille textus simpliciter loquatur, debet intelligi de iudice, cuius iurisdictio possit prorogari, vt minus derogetur iuri communi: argu. capitulo, cum dilectus. de consuet. ⁊ per istam rationem potissime que videtur efficax, alias legendo Padue, secutus sum opinionẽ negatiuã. Sed cum tunc onus arguendi in publica disputatione pro parte affirmatiua mihi incumberet, visum fuit contrarium, quod immo regula dicti capituli, cum dilectus. generaliter intelligatur, etiam respectu clericorum, vt coram seculari iudice possint reconueniri. Et hoc sic deducitur: Nam lex canonica facit clericum actorem coram iudice seculari, secundum regulam, que habetur in capitu. cum sit generale. de foro compet. Et est textus in capitulo, si clericus laicum. eodem titulo. Modo sic, textus in capitulo dispendia. §. reus quoque. de rescript. dicit quod reus cogitur reconuenire actorem coram eodem iudice; ergo etiam coram seculari, ex quo clericus etiam secundũ canones actor constituitur coram seculari, vt dictum est. Secundo hoc probatur, quia regula, que simpliciter dicit quod actor sequitur forum rei: vt in capitulo, cum sit generale. de foro competẽ, declaratur etiam habere locum in clericis, vt cogantur agere coram seculari: vt est casus in dicto capitulo, si clericus laicum. ergo pariter idem videtur dicendum in iuribus, que simpliciter de reconuentione loquuntur, ⁊ dicunt quod actor coram eodem iudice possit, ⁊ debeat reconueniri, etiam de clericis litigantibus coram seculari intelligantur. Et ita cõfirmatur communis opinio, a qua non est recedendum. Et ista communis opinio, maxime haberet locum stante consuetudine: quia etiam dato quod esset verior opinio negatiua, valeret tamen consuetudo in contrarium: vt Abbas hic concludit post Joan. Andre. quia cum tali casu sint opiniones inter doct. preualet illa opinio, que a consuetudine comprobatur l. si de interpretatione. ff. de legi. capitulo, cum dilectus. de consuet. Et idem in simili casu notat Jmola in capitulo j. versiculo, vnde videtur. de his, que fiunt a maiori parte capit. vbi dicit valere consuetudinem quod in alienatione bonorum ecclesie inferioris, non requiratur consensus capituli ecclesie cathedralis: quia de hoc inter doctor. sunt opiniones. Et in simili casu idem dixit Paul. de Castr. in l. etiam. ff. solut. matri. valere consuetudinem, quod emphyteosis ecclesiastica transeat ad heredes extraneos: quia de hoc vario modo docto. loquuntur. et ita allegant Moderni in capitulo, cum causa. de re iudica. quibus addatis Abbat. in consil. xxv. in questione, que ad presens vertitur. libro ij. vbi inquit quod quando est aliquod dubium in iure inter doctores, standum est consuetudini, que est optima legum interpres. Et ex predictis notandum est quod licet alias non valeret consuetu-

B do, que esset onerosa ecclesijs B. capitulo j. §. de consuet. tamen quando est dubium inter doctores, valeret consuetudo, per supra dicta. Et ista conclusio videtur etiam habere locum, licet in tali dubio communis opinio esset pro altera parte: quia altera pars contra communem preualet, propter authoritatem consuetudinis. Et ad hoc etiam bene facit quod not. Antoni. de Butri. in dicto capitulo, cum dilectus. versiculo, ex quo infertur. dicens, quod quandoque statutum, quod de se non valeret, a consuetudine interpretatiua corroboratur. Et in simili tradit Bartol. in consil. lix. commune Spoleti. quod concessio immunitatis, de qua dubitatur, confirmatur a consuetudine. alleg. text. in l. fina. C. de fund. patri. libro xj. Et notandum est

r quod talis consuetudo interpretatiua[r] nõ requiritur quod pre-

s scripta [s] sit: vt not. Anton. de Butri. in capitulo finali, versiculo, ex his. dicit Nico. de Matar. de consuetudine. ⁊ tradit Aretin. in consil. xj. procedendum est. Alexand. in consil. cvij. pro in-

26 uestigatione. libro ij. ¶ † Jn eadem glossa ibi: cum ciuiliter actum sit, non debet dici infamis. Nota quod ciuiliter condemnatus de crimine quod infamat, non efficitur infamis. Et istã glossam pro singulari allegat ad hoc Roma. in consil. cxcj. spectabilis domine. ⁊ idem tenet Rota in ij. decisione. in tit. de iniur. in fine in antiquis. Contrarium tamen voluit gloss. in capitulo, cum te. in glossa ij. de re iudica. ⁊ illa communiter approbatur, vt ibi. ⁊ hic Abbas dicit: ⁊ idem tenet Bartol. in l. infamem. post gloss. ibi, de public. iudic. Et tollit rationem, que in contrarium allegari potest. Et idem Bald. post Cyn. quem refert in l. si tutor. in fine. C. de inter. matri. ⁊ Joann. de Ana. in capitulo, qualiter. §. ad corrigendos. de accusa. ⁊ probatur in l. j. de his, qui nota. infamia. vbi damnatus furti est infamis: ⁊ hoc declaratur, siue manifesti, siue non manifesti l. furti in principio eodem titu. Jta ergo videtur, siue agatur ciuiliter, siue criminaliter: quia pro furto agitur ciuiliter, ⁊ criminaliter l. fi-nali. ff. de furt. Gloss. tamen hic saluari potest, prout loquitur, quando ciuiliter clericus fuit damnatus in iudicio seculari: quo casu non valet iudicium, vt dictum est: ⁊ ideo non dicitur condemnatus l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudica. Et hoc bene procedit quantum ad infamiam iuris: sed non respectu infamie facti, que irrogatur etiam ex processu inordinato: vt per Azo. in summa. C. ex quibus causis infa. irrog. in principio. facit textus cum glo. in l. interlocutio. C. eodem titulo, cum simi-lib. vt tradit Alexand. in consil. clij. viso processu. libro v. Jtem, ⁊ secundo, communis opinio habet locum in actione furti, prout gloss. ⁊ doctor. loquuntur: secus est in condictione furtiua: quia condemnatio non infamat l. cessat. ff. de actio. ⁊ oblig. Et rationem Bald. hic adducit. versiculo, sed que est ratio. quia non reperitur hoc expressum in edicto pretoris. Sed videatis Barto. qui melius hoc declarat in l. j. ff. de his, qui no. infamia. quod dictum est de condictione furtiua, idem est in condictione generali: vt dicit Bald. hic, ⁊ est gloss. nota. in l. certi condictio. in principio. ff. si certum petatur. Et quando non apparet an quis fuisset condemnatus actione furti, vel condictione furtiua, in dubio debet iudicari quod condictione furtiua damnatus fuerit, vt infamia euitetur: vt notab. dicit Joan. de Ana. in dicto §. ad corrigendos. ⁊ ibi refert se ita consuluisse Venetijs. Pro quo est bonus textus in l. he enim. ff. de suspect. tut. vbi in dubio quis remotus a tutela videtur ex causa, que non infamat. Et in dubio etiam intentata videtur illa actio, que non infamat: vt not. Joan. Andre. in addi. Specul. in titulo, de oblig. §. penulti. in prima addi. magna. refert, ⁊ sequitur Alexan. in d. l. certi condictio. in principio. ⁊ in l. Gallus. §. si eius. ff. de liber. ⁊ posthumis. ⁊ not. etiam Bald. in capitulo, imperialem. §. preterea. versiculo, dubitatur tandem. de prohib. feu. alie. per

27 Federic. † Secundo ex glo. colligitur per Abbatem hic, quod sicut per condemnationem factam de crimine quis infamis efficitur, ita per confessionem: ⁊ hoc in causa ciuili, in qua condemnatus pro confesso habetur l. j. ff. de confessis. secus in causa criminali, in qua confessus non habetur pro condemnato l. si confessus. ff. de custodi. reo. vt latius Abbas hic tradit post Barto. in d. l. infamem. de public. iudic. Sed aduertendum est primo in causa ciuili non est verum generaliter quod confessus habeatur pro condemnato: sed tunc demum quando ante litem contestatam confitetur: secus si post litem contestatam, ⁊ post incohoatum processum: vt not. Barto. in dicta l. j. ff. de cõfessis. ⁊ in l. j. C. eod. titulo. Unde ex isto capite condemnationis non videtur absolute quod confessus sit infamis: sed ex ipsa cõfessione immediate ista conclusio verificari potest, vt infra dicam. Secundo considerandum est, quod in causa ciuili confessus redditur infamis: quia habetur pro cõdemnato. Nam ista videtur ficta condemnatio, vt not. Barto. in d. l. j. Unde non videtur quod ex ficta condemnatione quis reddatur infamis: vt no. Barto. per illum textum in l. furti. §. si quis alieno. ff. de his qui not. infa. Et facit quod Abbas inferius dicit de ficta confessione, que infamiam non inducit. Sed dicendum est quod ficta condemnatio non infamat speciali ratione in casu dicti §. si quis alieno. prout Bald. ibi declarat, in principio. Similiter ficta confessio, que insurgit ex contumacia, non infamat, prout Abbas infra loquitur: alias secus, vt ibi dicam. Tertio dũ Abbas dicit, quod quando agitur criminaliter, confessus non efficitur infamis quia expectatur sententia: vt not. Bartol. in dicta l. infamem. vbi Ange. sequitur. ⁊ idem Ang. in l. ictus fustium. ff. de his, qui not. infam. cum similib. vt tradit Andr. Sicul. in consil. iij. libro ij. Sed tamen gloss. j. tenet contrarium in dicta l. ictus fustium. ⁊ in l. penultima in gloss. ij. C. de interdic. mat. ⁊ in l. sed ⁊ si possessori. §. sed cum de hereditate. in gloss. j. ff. de iureiuran. Jnnocẽ. in capitulo, super his. de penis. ⁊ Azo in Summa. C. ex quibus causis infa. irroga. Et ista omnia allegat Cardinal. hic, qui sequitur istam opinio. versiculo, septimo quero. ⁊ concludit quod ex sola confessione efficiatur infamis ille, qui confitetur: quia notorium confessio facit. capitulo finali, de cohabitatione clericorum. Et notorium, ⁊ sententia equiparantur l. emptorem. in principio. ff. de actione empt. Et istam rationem etiam reassumit Andreas Siculus hic, qui idem tenet. Sed responderi potest quod equiparantur quoad declarandum, ⁊ manifestandum delictum, sed non quo ad disponendum: vt notat Baldus in l. j. ff. de cur. furio. vbi allegat gloss. in dicta l. sed ⁊ si possessori. §. si cum de hereditate. ⁊ idem Bald. in dicta l. ictus fustium. Et ideo licet prelatus notorie criminosus sit, non tamen depositus intelligitur, nisi sequatur sententia: vt notat Baldus in l. cum fratrem. C. de his, quibus vt indign. Secundo Andreas Siculus allegat gloss. que hoc sentire videtur in l. quid ergo. §. ex compromisso. ff. de infa. Sed sunt alie plures, vt supra dictum est: quarum authoritas

declinari

declinari potest. Tertio allegat plura iura, in quibus condēnatus, & conuictus equiparantur, in l. iij. §. lege Julia. ibi: iudicatus vel conuictus erit. ff. de testi. & in l. qui in iudicio. cum gloss. finali. ff. de accu. ergo idem videtur in confesso. Sed respondetur quod iura loquuntur in alijs casibus, ex quibus non bene infertur ad infamiam, de qua agitur: quia illa solum locum habent in casibus in iure expressis l. j. ff. de his, qui notantur infamia. Et per hoc respondetur ad quedam alia, que Andreas Siculus inducit: quia cum textus in dicta l. j. loquatur de condemnato, non debet extendi ad confessum: & isto respectu ista opinio non videtur vera. Sed predicta opinio, quam presertim tenent Cardinalis & Andreas Siculus, hic post alios in locis preallegatis, ex alio capite suaderi potest: quia non solum damnatus furti, sed etiam pactus, infamis efficitur dicta l. j. ibi damnatus, pactusve erit. Et ideo pactus notatur, quia confiteri videtur l. quoniam. ff. eodem titulo. Unde si pactus repellitur, quia videtur tacite confiteri: ergo a fortiori confessus infamis videtur: quia propter quod vnum quodque tale, & illud magis. authen. multo magis. C. de sacrosanctis ecclesijs. capitulo, cum in cunctis. de electio. Et retenta[s] conclusione quod cōfessus indistincte infamis sit, infertur quod cautela ad euitandum infamiam, quam Abbas hic ponit, secundum Bartolum in dicta l. infamem. non sit vera, quando quis confiteretur: sed solum haberet locum, quando quis alijs probationibus esset conuictus, & solueret ante condemnationem. Nam euitatur infamia: vt not. etiam Bartolus in l. si reus. ff. de de procur. cum similib. vt tradunt Moderni in capitulo, cum te. de re indicata. & Baldus in l. j. in secundo nota. C. de dolo. & in l. vtique. in fine princip. ff. de rei vendicatione. vbi notabilem ponit questionem. Et quod supra dictum est de confessione, que infamat, verum est in vera confessione: secus in ficta, vt Abbas hic dicit post alios, quos refert. Et idem Bartolus in l. ictus. circa finē. ff. de his, qui notantur infamia. Baldus in l. si tutor. C. de interdict. matr. in l. etiam. C. de furtis. & in l. j. C. de heredib. instituendis. cum similibus, vt tradit Alexand. in l. sepe. ff. de re iudica. & Pau. de Castro in consi. cxcvj. alias cxcviij. super hoc puncto Andreas Siculus in consil. iij. libro ij. & Petrus Philip. de Corneo Peru. in consil. xlij. videtur. libro j. Aretin. tamen in capitulo, inquisitionis. de accusa. dubitat de ista conclusione, & contrarium arguit: quia in multis ficta confessio habet vim vere confessionis: vt notat Bartol. in l. absentem. ff. de penis. Et ideo ille, qui ex forma statuti habetur pro confesso, non appellat, sicut nec vere confessus: vt not. Bald. in l. omnes populi. versiculo, & si statutum dicit quod bannitus. ff. de iustitia & iure. Et hoc, secundum eum, ratione probatur: quia eo ipso quod quis fingitur esse confessus per interpretationem passiuam, leges, que loquuntur de confessione, videntur trahi ad istum taliter confessum l. j. §. lex Falcidia. ff. ad legem Falcidiam. Sed ad ista videtur posse responderi, quod licet quandoque ficta confessio operetur id, quod vera, tamen in multis differunt. Unde licet contra vere confessum possit ferri sententia, etiam ex inordinato processu, vt per Innocen. in capitulo, qualiter. el ij. cum simil. vt supra dixi, de accus. secus tamen est in ficta, vt ibi in notabilibus dictum fuit. Et tabellio condemnatus ex vera confessione, non potest instrumenta conficere: secus est in ficta: vt not. Bartol. in l. & ideo. ff. de euict. & quod not. Bartol. in l. eius, qui. ff. de iure fisci. Unde ex hoc non potest inferri, prout facit Aretin. Non obstat quod dicitur de interpretatione passiua: quia ista fuit ratio Jacob. Butr. quam Bartol. refert in dicta l. ictus. & illa non obstante tenet contrarium. Et predicte rationi respondet etiam Baldus in dicta l. j. de heredibus instituendis. versiculo, sed quid si dicit statutū. Et retenta prima conclusione quod confessio ficta non infamet, hoc intelligitur in confessione ficta ratione contumacie, que in non facto consistit: secus est in non ficta confessione, que insurgit ex facto reprobato quia illa infamat: vt not. Baldus per illum textum in l. si tutor. C. de interdic. matri. in versiculo, modo est dubium. Et per hoc etiam potest responderi ad l. quoniam. vbi ficta confessio infamari videtur: quia illa ficta confessio insurgit ex facto, & non ex

28 contumacia. † Ultimo secundum Abbatē ex gloss. colligitur quod infamatus de facto, suspenditur ab officio, donec se purgauerit: & circa hoc Abbas plura applicauit. Et ex dictis eius plures conclusiones colliguntur. Prima est, quod probatio facta de crimine, pro quo actum est ciuiliter contra clericū, non facit vt puniatur criminaliter, vel quod propter hoc priuetur beneficijs: quia actum ad hoc non fuit, vt gloss. hic dicit. facit textus in capitulo j. de except. in capitulo ij. de ordi. cog. & sententia debet conformari libello. capitulo, licet Heli. de simon. l. vbi fundo. ff. communi diui. Unde considerandum est, quod cessante ista ratione, puta in Papa, qui potest crimen punire, licet ad id actum non fuerit. vt nota. Hostien. Joannes Andre. & Abbas post alios, in capitulo, tam literis. de testi. esset dicendum quod ista conclusio non haberet locū: quia princeps ipse iudicare potest, non attenta forma petitionis, vt dictum est: vt not. Bartolus in l. Aemilius. ff. de minoribus. Antonius de Butrio in capitulo, licet Heli. de simo. Alexander in l. vinum. ff. si certum petatur. Sed tamen aduertendum est: quia ratio obstare videtur: quia probationes facte in causa ciuili, non sufficiunt in causa criminali ad penam imponendam, prout inferius dicam. Secundo predicta conclusio limitatur, nisi reus conuentus in iudicio ciuili assumeret defensionem, dicendo se illud non commisisse delictum: quia tunc si conuincitur, poterit puniri, licet ad hoc actum non fuerit. Jta dicunt Moderni hic, allegando Domini. in capitulo j. xlviij. distinctione. Archid. ij. questione j. in capitulo, in primis. & Innocen. in capitulo ij. de fideiusso. Sed adde quod contrarium tenet Abbas in capitulo ij. de ordin. cogn. versiculo, sed nunc habeo longiori studio. per capitulū, super his. de accusatio. Et quia eadem ratio videtur, quod sententia conformari debet libello. Et per istam rationem ijdem Moderni hoc sequuntur in capitulo j. de except. in versiculo, quarta conclusio. Sed tamen responderi potest quod quando quis suscipit defensionem, potest condemnari, etiam in eo, quod non fuit petitum. ita voluit Innocentius in dicto capitulo ij. de fideiussor. & declarat ibi Jmol. Et ad hoc facit, quia de partium consensu fertur sententia, licet non sit conformis libello: vt not. Bartolus in l. ij. ff. de actione empt. Alexander in l. vinum. in fine. ff. si certum petatur. Et ideo distingui potest, quod aut suscepit defensionem limitatam secundum formam petitionis: & nullo modo poterit puniri: aut generaliter, vt declarat Jmola in dicto capitulo ij. et tunc saltem extraordinaria pena puniri potest, vt Jmol. ibi cōcludit: reliqua de materia vide in capitulo j. de except. † Secū-

29 da cōclusio Abbatis est, quod acta, & probationes facte in causa ciuili, non probant in iudicio criminali, vt not. Bartolus in l. ij. §. hoc edicto. versiculo, quero vtrum. ff. vi bonorū raptorū. & idem Abbas sequitur in capitulo, per inquisitionem. de elec. & in capitulo, qualiter, & quando. el ij. circa finem, de accusa. quia in criminalibus clariores probationes requiruntur l. fina. C. de probat. vbi Paul. de Castro plura ponit exempla. Et ratio ista videtur habere locum in causa criminali, vbi agitur de pena corporali: secus videtur, si esset pecuniaria: argumen. l. in seruorum. in fine. ff. de pen. Nisi dicamus quod licet pena sit pecuniaria, tamen odiosa est: & liquidiores probationes exiguntur vbi agitur de pena: vt not. Bal. in capitulo j. circa finem: qualiter dominus feudi proprie. priue. allegat l. in testamento. ff. de conditioni. & demonstra. la j. vbi etiam Bald. & Jmola, & idem

30 Bal. in l. j. in tertia oppositione. C. de his, que pe. nomine. † Tertia cōclusio Abbatis est, quod licet probationes facte in ciuili, non probent in criminali, faciunt tamen presumptionem, & aliqualem fidem, secundum Abbatē, quia ita restringit dictum Innocen. in capitulo, qualiter. el ij. in fine, de accusa. facit gloss. in l. si quis a se. in versiculo, destinatus. C. de vi public. Et idem tenet Bartol. in dicta l. ij. §. hoc edicto. & facit gloss. in l. ij. C. de eden. in l. si duo patroni. in principio, de iureiuran. cum simili. vt Alexander tradit in l. sepe. ff. de re iudicata. Unde processus factus in causa ciuili idem operatur quod fama, vt iudex possit in tali crimine ad inquisitionem procedere: vt not. Baldus dicit in l. quod euitandi. ff. de condictione ob turpem. cau. Et facit sufficiens indicium ad torturam in nouo processu criminali, secundum Aretin. hic per textū notabilem in l. iij. §. si quis dolo. ff. de tabulis exhibendis vbi Bartol. & Albe. notant illum textum. Et hoc, quod dicit Areti. tenet Bartolus in l. ij. vi bonorum raptorum. dum allegat l. capite quinto. de adulte.

31 † Quarto Abbas concludit quod confessio facta in causa ciuili, probat in causa criminali, post Innocent. in dicto capitulo, per inquisitionem. vbi etiam Abbas, & idem Abbas in dicto capitulo, qualiter, & quando. in fine. & not. Bald. in l. ij. C. de eden. versiculo, fallit in confessione. Et ad hoc facit, secundum Aret. quod confessio facta in iudicio summario, probat in plenario, secundum Innocen. in capitulo, ij. de ordi. cog. cum similib. vt tradunt Moder. in capitulo j. de except. & Alexand. in dicta l. ij. vbi hoc per eum dupliciter limitatur. Tertio, vt per Abbat. in capitulo ij. de confes. Aliter tamen loquitur Maria. in con

32 sil. viij. incipien. visis. † Quinta & vltima conclusio Abbatis est quod si virtute sententie, & processus in causa ciuili quis factus sit infamis: repelli potest ab omni actu: a quo infamis repellitur: quia respectu infamie sententia lata contra vnum in vno iudicio, facit fidem in alio: vt concludit Federic. in consil. xxv. Titius electus. & not. per gloss. in l. ex ea. ff. de postulan. in gloss. ij. & in ca. testimonium. in verbo, grauata. de testi. cum similibus

vt tradit Alexan. in l.sepe.in versiculo, tamen aduertendum
est.de re iudi.Et limitatur hoc per Bald.in l.ij.§.deinde.in fin
de orig.iu.ꝛ tradunt Moder.in d.c.testimonium.ꝛ Federic.in
alio consi.clv.domi.Alexand.Cardina.ꝛ Joan.de Ana.in ca-
33 pitu.cum oporteat.de accusationibus.¶ †Gloss. in verbo legi
tima probatione.Nota quod legitima probatio est, quādo sunt
testes omni exceptione maiores.Et dicuntur omni exceptione
maiores,secundum Abb.hic, quando nulla exceptione legiti-
ma repelli possunt:vt per gloss.in capitu. primo de consangui-
nitate ꝛ affinitate.ꝛ ibi Abbas, ꝛ hic dicit hoc esse notandum
pro statutis:ad idem allegat gloss.in §. item verborum. in ver-
bo,idoneos.Institu.de inuti.stipulat. ꝛ idem notat Bald. in l.
optimam.de contrahen.ꝛ committen.stipula.ꝛ idem Abbas in
capitulo,licet. el primo.de testi. in secundo notabili. Ange. in
consil.cxciij.visis.Ancha.in consi.cccxviij. ad corroborationē.
versiculo, ex predictis. ꝛ Alexand. in consilio clxvj.in causa.li-
bro primo.Et predicta conclusio intelligitur in causa crimina-
C li[c],prout gloss.hic loquitur. Secus videtur in causa ciuili, in
qua legitima probatio dicitur, licet testes non sint omni exce-
ptione maiores, vt Andreas Siculus hic concludit. Ita con-
cordando glossam nostram cum dicto Joan.Andre.in capitu.
cum pro causa.de procurat. declarando textum ibi: si legitime
probare potuerit. Et ad hoc facit, quia infamis infamia facti
admittitur in ciuilibus,licet repellatur in criminalibus:vt no
tat Bartolus in l.Cassius.ff.de senato.ꝛ in lege j. C. de summa
trinitate.Alexander in consilio vndecimo,circa primum.libro
primo,ꝛ facit textus in capi.testimonium,infra eodem. ꝛ quod
Andreas Siculus hic dicit: reperio quod idem tradit Pau-
lus de Castro,in lege finali. C. de probationibus,in principio,
vbi inquit quod in ciuilibus non requiruntur testes omni exce
ptione maiores:licet secus sit in criminalibus, per illum textū.
Sed tamē aduertendum est, quia etiam in ciuilibus testes ido
nei requiruntur.capit.j.de testibus l.idonei.ff.de testi. Et ido-
nei testes videntur omni exceptione maiores:secundum gloss.
in dicto §.item verborum.que exponit text.in ver.Idoneos.id
est,omni exceptione maiores.Et pro ista conclusione est text.in
capit.licet vniuersis.infra de testi.vbi illa authoritas, quod in
ore duorum,vel triū stet omne verbum:intelligitur quod sint
probate vite,ꝛ fidelis conuersationis.ꝛ Abb.ibi expresse intelli
git per illa verba,quod sint omni exceptione maiores.Et facit
textus in capi.in literis.eod.titu.de testi.quod ibi Abb.ꝛ quod
not.idem Abb.in cap.j.de excep. Et istud videtur verius de iu
re: quia etiam in ciuilibus duo testes non plene probarent in-
tentionem,nisi essent omni exceptione maiores. Sed solum dif
ferentia videtur: quia in ciuilibus testes si non sint omni exce-
ptione maiores,eorum defectus suppletur,ꝛ integratur per iu-
ramentum.c.fi.j.de iureiur.l.in bone fidei.C.de reb.credi. secus
est in criminalibus, in quibus non defertur iuramentum in de
fectum plene probationis:vt tradunt Bar.ꝛ Doctores in l.ad-
monendi. ff. de iureiuran. Et in ciuilibus duo testes bene pro-
bant sine ratione,ꝛ causa, de qua non sunt interrogati: vt per
gloss.ꝛ Barto.in l.solam.C.de testibus.secus esset in criminali-
bus,vt not.voluit Salic.in dicta l.fin.C.de proba.quod dictum
pro notabili refert,ꝛ sequitur Alexand.in consi.xv.viso proces-
su,lib.j.¶ In fi.glo.ad declarationem text. Abbas querit que
crimina digna sint suspensione,que depositione,ꝛ que degrada
34 tione.†Circa primum Abbas concludit quod exceptis aliqui
bus casibus,quos ipse refert,ꝛ similibus, in quibus pena suspē
sionis expresse imponitur a iure,in alijs arbitrio iudicis com-
mittitur,que crimina videantur pena suspensionis requirere.
Aretin.vero aliter loquitur in capitu.cum non ab homine.vij.
ver.tu potes dicere.infra eo.vbi inquit quod pro quolibet mor-
tali peccato,quod inducit suspensionem quo ad se ipsum.capi.
fi.de cohab.cleri.potest quis suspendi.allegat cap.quam sit gra
ue.de exces.prela.Sed potest responderi illud esse propter scan
dalum:quia propter delictum maritus vxorem dimisit: ꝛ ideo
ibi fuit facta suspensio ab omni officio,ꝛ beneficio. Secundo al
legat text.in c.vt clericorum.§.ne vero.de vita ꝛ honesta.cleri-
co.vbi pro simplici incontinentia,vel fornicatione pena suspen
sionis imponitur. Sed respondetur quod hoc ibi non proba-
tur:quia solum ibi dicitur ꝙ pro incontinentia clerici puniun
tur plus ꝛ minus secundum qualitatem delicti: ꝛ dum in ver-
sic.si quis igitur presupponitur quod propter hoc fuerit suspē-
sus,potest intelligi pro graui delicto incontinentie, ꝛ non pro
simplici fornicatione.Tertio adducit ca.cum inhibitio.de clā
desti.desponsa.vbi clericus deponitur propter negligentiam.
Sed dici potest,quod ibi ageretur de scandalo,si in gradu pro
hibito contraheretur matrimonium, ꝛ illa suspensio limitata
fuit ad triennium.Unde iura, que Areti.adducit,reduci pos-
sunt ad conclusionē Abbat. ꝙ exceptis quibusdam casibus ex-
pressis in iure,sit in arbitrio iudicis.et facit textus in l.j.ff.de vi
re delibe.Pro opinione tamen Areti. adduci potest quod no.
Abbas in capitulo,sicut tuis. de iureiurand. vbi inquit quod
omne peccatum mortale potest dici graue.Sed non bene dicit
vt Moder.tradunt in capitulo,dilecte.de exceptionib. Et di-
ctum Aret.potest habere locum in suspensione facta ad modi-
cum tempus determinatum: quia illa potest fieri pro leuibus
criminibus:vt not.Abbas in capi. tue. de penis. Et si facta sit
simpliciter,intelligitur donec satisfecerit:vnde facta satisfactio
ne debet remoueri:vt not.Areti.in dicto capitulo,cum non ab
homine.per capitu.clericos.de cohabita.clericorum.ꝛ per capi
tulū,inter sollicitudines.de purga.cano. facit textus in capitu.
presbyter.ij.q.v.Et hoc intelligit,quando facta sit pro cōtuma-
cia:alias secus:vt distinguit Jmo.in c. ex literis.de cōstitutio.
35 † De secūdo ,videlicet pro quibus criminibus imponatur pe-
na degradationis. Ex dictis Abbatis tres conclusiones colli-
guntur. Prima est quod pena depositionis non imponitur,
nisi pro graui crimine. Secunda, que dicantur crimina gra-
uia,arbitrio iudicis relinquitur. Tertia,quod pro fornicatio-
ne clerici,etiam existentis in sacris ordinibus,non imponitur
pena depositionis precise,sed arbitrio iudicis relinquitur.Cir
6 ca primam, ista conclusio[6] probatur in capitu . tue . de penis.
xvj.q.vij.ca.inuentum. que iura Abb. allegat ad confirmatio-
nem glosse que hoc tenet in capit. fin.j.quest. v.in verbo,suppli
cauit.ad idem gloss.in cap.j.in gloss.fina.de capell. monachor.
in sexto.ꝛ in capitu.sicut.el secundo,in gloss.j.de iureiurā.ꝛ in
capitu.ad apostolice.de re indicata, in sexto,in verbo,grauissi
ma pena. cum similib. vt per Modern. hic. Et idem Abbas
in dicto capitu.tue.de penis.ꝛ in capitu. vt fame.per illum tex.
de sentent.excommunication . in princip. ꝛ in capitu . quod in
dubijs.per illum text.de penis.ꝛ in capitu.fina.de celebratione
missar. vbi tamen textus probare videtur quod etiam pro leui
crimine quandoque quis deponatur, puta quando celebraret
sine lumine: nisi dicatur quod reputatur graue, quia respicit
sacramentum. ꝛ facit text. in capi.fina.de baptis.in fin. Et ad-
uertendum est, quod Doctores videntur loqui de priuatione
beneficij,sicut de priuatione ordinis: vt colligitur in dicto ca-
pitulo,inuentum.iuncto dicto capitu.tue.ꝛ facit text. in capit.
si constiterit.ꝛ quod ibi Abbas in tertio notabili, de accusatio.
Item considerandum est quod predicta conclusio vera vide-
tur negatiue,prout Doctores loquuntur, sed non affirmatiue
quia pro quolibet graui crimine non videtur quis deponen-
dus,vt probatur in capitu.ij. de sortileg.vbi grauissimum dici
tur esse illud delictum,ꝛ tamen suspenditur ibi ad tempus.Si
militer delictum fornicationis graue dicitur.lxxxj.distinct.c.j.
ꝛ tamen non deponitur,sed suspenditur clericus pro concubi-
na,quam publice tenet capitu.clericos. de cohabita. clericor.ꝛ
mulier. Et tamen,vt dixi,hoc reputatur graue delictum, d.ca
pitu.primo.lxxxj.dist.ꝛ in capitu.fina.de purgat. canon.ꝛ facit
text. in c.quam graue.de excessio. prelator. Secunda conclusio
fuit,quod arbitrio iudicis committitur, que dicantur grauia
7 crimina[7].Facit glo.in c.cum illorum.in verbo, membri.de sen.
excommunica.ꝛ quod notat Abbas in c.tue.de penis.Bartol.
in l.non solū.§.si mandato.ff.de iniurijs.Angelus Aretinus
in §.atrox.institut.de iniur.ꝛ Francisc.Areti.c.cum non ab ho
mine. infra eodem. Et ideo secundum istam conclusionem in
effectu erit in arbitrio,que crimina dicantur requirere deposi
36 tionem,sicut supra dictum est de suspensione. † Circa tertiam
conclusionem de fornicatione,illa bene probatur in iuribus al
legatis per Abbatē que iura loquuntur in clericis,qui sunt in
sacris.Aretin.tamen in dicto capitulo,cum non ab homine.te
net opinionem Antonij de Butrio , quam dicit esse commu-
nem : et concludit quod imo clericus in sacris deponatur : vt
probatur in capitulo,a multis. de etate ꝛ qualitate,ꝛ in capitu
lo,erubescant.xxxij.distinctione.ꝛ ad idem text. in capitulo , si
quis omnē.j. questione vij. circa finem,versiculo , si quis vero.
Ad iura, que Abbas adducit , respondetur quod intelligun-
tur quod proceditur per viam inquisitionis quo casu pena mi
nor imponi potest, iuxta notata in capitulo,inquisitionis. in
capitulo,qualiter, ꝛ quando.de accusa. Ulterius hoc compro-
batur:quia clerici in sacris castitatem promittunt.vigesima o-
ctaua distinctione,in capitulo,nullum. ꝛ graue delictum vide-
tur violare votū. Unde in talibus non dicitur simplex forni-
catio,sed adulterium,secundum Paul.quem Jmola ibi refert
in clementina prima de officio ordina.Jmo secundum glossā
in l.ij.in verbo,filij.C.de episcop.ꝛ cleric,esset incestus.ꝛ Barto.
ꝛ Doctor.ibi sequuntur.Et incestus est crimen maius adulte-
rio.xxxij.questione.vij.in capitu.adulterij malum.Moder.ta-
men hic dicunt communem opinionem esse secundum quod
Abbas tenet , videlicet quod pro fornicatione presbyteri,
vel cle

vel clerici, non sit pena depositionis. allegat Ioan. de Fantu. ij. questione vij. in capitulo, lator. & gloss. prima ibi, que dicit quod hodie quis pro simplici fornicatione non deponitur. Et idem concludit Imo. in capitulo, vt clericorum. de vita & honesta. clericorum. versiculo, extra gloss. & ibi allegat Gof. in Summa illius libri. & gloss. in dicto capitulo, lator. & in capitulo, Maximianus. lxxxj. distinctione. Et pro ista opin. arguunt Moder. quia pro mendacio quis non deponitur: ergo nec pro fornicatione: quia † minus delictum est fornicatio, quam mendacium. allegat Paul. in clement. j. de offic. ordina. Addatis quod hoc tradit Cardi. in clementi. ad nostram. versicu. vij. in ij. questio. de hereti. & idem Abbas in capitulo fina. de purg. vulg. Et predictam opin. vti communem sequitur Ioann. de Ana. in capitulo, significauit. de adul. & in capitulo, cum dilectus. de accusa. idem Imo. in capitulo, si autem. de vita & honestate clericorum idem Andre. Sicul. in consi. xiij. in fin. lib. iij. Non obstant allegata in contrarium: & primo dum dicitur quod clerici in sacris promittunt seruare castitatem: quia illud est ex constitutione ecclesie: nec ex tali promissione simplici votum inducitur: licet secus sit in religiosis: vt no. Card. post Paul. in cle. ad nostram. in versiculo vij. in fi. de hereti. Non obstat quod videatur adulterium, vel incestus, vt supra dicebatur: quia non est verum. Nam etiam in presbytero dicitur simplex fornicatio: vt probatur in capitulo, quia circa. de biga. & in capitulo, presbyter. xxviij. distinctione. & not. Federic. in consi. clxvij. mulier accusata. Cardi. in dicta clemen. ad nostram. versiculo vij. in iij. questione. & gloss. in dicta l. si. C. de episcop. & cleri. non est vera: & illam ibi reprobant Iacob. de Butr. Cyn. & Salice. cum simil. vt tradunt Moder. hic. & idem Ioan. de Ana. in dicto capitulo, cum dilectus. de accusat. & in dicto capitulo, significauit. de adulte.

38 † Predicta conclusio limitatur non procedere in episcopo, qui semper dicitur committere adulterium: vt not. Abb. in capitulo fina. de purga. cano. per illum textum & facit textus ij. questi. vij. in capitulo, lator. in princip. Sed in contrarium arguunt Moder. hic, quia mitius agitur cum episcopo. capitulo j. de officio deleg. in vj. Pro responsione videndum est quod Abbas tradit in capitu. cum quidam. de iureiuran. Et hoc dictum de episcopo intelligendum videtur de consecrato: quia electus non dicitur proprie episcopus ante consecrationem. capitulo, tua. vbi Abb. in princip. de his, que fiunt a prela. in capitulo. cum te. vbi Abbas, in princip. de rescriptis. cum similib. vt late tradunt Moder. ibi. Secundo limitatur non habere locum in sacerdote, qui filiam spiritualem cognosceret: vt idem Abb. dicit in dicto capitulo fina. de purga. cano. Et ad hoc facit gloss. in capitulo fina. xxx. questione j. que dicit quod magis peccat sacerdos cognoscens spiritualem filiam, quam vxorem[t] alterius. Et filia spiritualis etiam illa dicitur, que sit de parochia eius: vt notat Abbas in c. fin. de purga. cano. & ibi dicit quod non reperitur quod ecclesia dispensauerit in cognatione spirituali. & facit gloss. in capitulo, pietatum. xxx. questione iij. Tertio limitari potest in religiosis: quia ipsi expresse profitentur castitatem. capitulo, cum ad monasterium. de statu monach. Non sic in clericis constitutis in sacris ordinibus: quia ipsi solum ex constitutione ecclesie ad castitatem obligantur. ita Card. post Pau. dicit in dicta clemen. ad nostram. versiculo vij. in fin. facit text. in capitulo, per tuas. in fin. de simo. in capitulo, accusatus. in fine. de hereti. in vj. Alias vero an magis peccet religiosus, quam

39 alius, Abbas tradit in cap. cum quidam. de iureiurando. † Venio ad tertium, videlicet que crimina digna sint degradatione & Abb. prosequitur plures casus, in quibus etiam non data incorrigibilitate quis degradatur. Primus est in heresi. capitu. ad abolendam. de here. vbi depositus, statim curie seculari traditur: & hoc, nisi velit se corrigere. capitu. penulti. eod. titu. de here. & idem Abb. in capitulo, ad abolendam. eod. titu. Sed an talis emendatio, & correctio admittatur post condemnationem[s]: text. in dicto capitulo, ad abolendam. videtur facere quod non ibi: nisi continuo post deprehensionem erroris. & in d. capitulo penulti. dicitur, postquam fuerint deprehensi. Gloss. tamen ibi in versiculo, deprehensi. dicit idem esse post condemnationem: quia ecclesia nunquam claudit gremium redeunti. epistola, inter claras. in fin. C. de summa tri. & hoc tenet Io. Andre. & Abbas in capitulo, excommunicamus. de hereti. facit text. in capitulo, is, qui. xxvj. questione vj. ibi: cum conuersus ingemuerit, hic saluus erit. & quod not. Old. in consi. cclxxj. questio talis est. Circa hoc tamen vide text. in capitulo, super eo. de here. in vj. Et quando hereticus non vult se corrigere, detruditur in carcerem dicto capitu. penultimo, de here. Prius tamen deponitur, vt Abb. hic concludit, & sequitur Ioan. de Ana. in versicu. circa predicta. & idem Domi. dicit in capitu. j. in v. not. de here. in vj. Et hoc habet locum in heresi, alias secus videtur, secundum Perusi. in dicto capitu. j. per text. in capitu. quamuis. de penis. in vj. Secundus casus est in crimine falsi, vt per Abbat. hic. Ad quod facit, quia in tali crimine sunt plura specialia[9], vt not. Domini. post Archid. xix. distin. in c. in memoriam. Et refert Ioan. de Ana. in rubri. de cri. fal. circa fin. Alexan. in consil. lxxvij. in causa accusationis. lib. j. Et vide notabile dictum Barto. in l. Lucius. in fine. ff ad Turpil. de quo Roma. & Alexand. in l. de pupillo. §. si pluribus. ff. de operis noui nunciati. Tertius casus est in eo, qui contumelias dixerit episcopo, vel conspirationem contra eum fecerit vt in c. si quis sacerdotum. xj. quest. j. ille tamen text. intelligitur de incorrigibili, vt abbas hic concludit. Et pro ista opinio. facit: quia text. in princip. loquitur de eo, qui fuit inobediens episcopo: vnde durum esset quod pro inobedientia simplici deberet tradi curie seculari: quia inobediens, etiam preceptis apostolicis, non traditur curie seculari. lxxiiij. distinct. ca. honoratus. & facit tex. cxiij. q. iiij. c. Guilisari[9]. In contrarium tamen facit tex. in dicto. c. si quis sacerdotum. dum inquit, quod mox depositus curie traditur: nisi dicamus quod illa dictio, mox etiam quandoque intelligitur cum interuallo. l. sed & si in conditione. §. seruus. ff de here. insti. & xx. q. ij. in capit. primo vbi glossa. in verbo, mox, cum simili. vt tradit alexand. in l. j. §. qui presens. de verbo. oblig. Quartus casus in sortilego. xxvj. q. vij. cap. admoneant. vbi clericus degradatur. sed secundum Abb. de verbali degradatione intelligitur: et sic est duplex degradatio, verbalis, et realis. Et idem Abb. in cap. tue. de pe. & in cap. nouimus. de verbo. signific. vbi Pet. de Perusi. hoc late tradit. & idem Abb. in cap. non potest. de re iudica. Dom. in capitulo ij. in j. not. de penis. in vj. Albe. in l. pe. ff. si ex noxa. cau. aga. Et in simili de pena capitali, vt Abb. hic dicit, habetur in c. quanto. de iureiur. De quo Andr. Sicul. hic, & in consi. vltim. lib. ij. Alex. in consi. ciiij. statutum. cum simili. vt dixi in l. transigere. C. de transac. Et de pena sortilegij vltra iura allegata per Abb. not. Ro. in no. dclx. tu scis. vbi allegat tex. in c. contra idolorum. xxvj. q. v. aliter tamen Abbas loquitur in c. j. & ij. de sortileg. Quintus casus est in schismatico, per text. in c. de Liguribus. xxiij. q. v. Sed tamen ille text. intelligitur de incorrigibili, secundum glo. in d. c. cum non ab homine. & probatur in d. c. de Liguribus. dum dicitur ibi: & si contempserit, & permanserit, per potestates publicas opprimatur. Et istud delictum schismatis quandoque plus punitur, quam idololatria: vt per glo. xxiiij. q. j. in c. non afferamus. Et licet schismaticus reuertatur ad ecclesiam, non tamen promoueri potest sine dispensatione[D]. c. quia diligentia[10]. vbi Abb. de elect. Et quando dicatur schismaticum heresi, no. Abb. hic, & in d. c. quia diligentia. & late Io. de Ana. in rubri. infra de schisma. Postremo Abb. late prosequitur questionem, quam alias Pet. de Anch. disputauit, & concludit quod dispositio ca. cum non ab homine: non habeat locum in homicidio enormi:[v] puta in parricidio, vel in eo, qui presbyterum, vel episcopum interfecisset. Nam in talibus casibus, & similibus clericus depositus tradi debet statim curie seculari, non ex pectata incorrigibilitate. Et monetur pluribus rationibus, quarum licet alique fragiles sint nonnulle tamen videntur efficaces, non obstantibus responsionibus Moder. Primo enim alleg. c. cum non ab homine. infra eod. vbi traditur curie seculari: quia ecclesia vlterius non habet quid faciat. Ita ergo videtur in isto casu: quia pro delicto ita enormi ecclesia non habet quid faciat: quia condigna pena non reperitur: ergo tradi debet curie seculari. Are. respondet in dicto ca. cum non ab homine. quod in d. c. cum non ab homine, non dicitur respectu pene quod ecclesia non habet vltra quid faciat: sed quo ad modum corrigendi ibi loquitur, quia adhibuit omnia remedia vt corrigeretur, & de facto corrigi non potuit: & isto respectu in tali crimine enormi, & grauissimo, ecclesia habet quid faciat, videlicet vt experiatur an velit se corrigere: quia licet atrocissimum delictum commiserit, non tamen per hoc incorrigibilis dicitur. Et hoc confirmatur secundum Are. quia in d. c. cum non ab homine. duo requiruntur, quod incorrigibilis sit, & quod ecclesia non habeat quid faciat: ergo alterum non sufficit. c. ij. §. de rescri. Sed replicari pot quod arg. Abb. procedit a simili: quia sicut in d. c. cum non ab homine. traditur curie seculari, quando est incorrigibilis, quia non habet vltra quid faciat, ita etiam quando pena condigna non reperitur. Et ita Abb. se declarat hic, circa fi. Nec est verum quod duo copulatiue requiruntur, sed solum incorrigibilitas consideratur: qua data, sequitur quod ecclesia non habet quid faciat: & respectu pene ecclesia tamen haberet quod faceret, cum habeat penam perpetui carceris. c. vt fame. de sent. excom. Secundo Ab. inducit tex. in d. c. cum non ab homine. in fi. dum ibi dicitur quod incorrigibilis traditur curie seculari, ne possit esse perditio multorum. Nam ista ratio, secundum eum, videtur fortius militare in isto, qui tam graue scelus commisit. Sed respondetur, quod imo maior presumptio est in incorrigibili, de

quo loquitur tex.in dicto capitu.cum non ab homine.quam de illo,qui commisit aliquod crimen,licet grauissimum:quia subesse potest spes quod emendetur,⁊ corrigatur:non sic in incorrigibili.Tertio arguitur a maioritate rationis:quia in crimine falsi,⁊ in quibusdam alijs criminibus,que minora sunt, statim traditur curie seculari,vt supra dictum fuit: ergo a fortiori in talibus grauioribus hoc dicendum videtur. Ad hoc responde tur quod non fit extẽsio, vbi tractatur quod laicus ad spiritualia habilitetur.capitulo,tua.in fine.de deci. Nec fit extensio,vbi agitur de pena priuationis:vt per gloss.in capitulo,fina.de iure patr.⁊ tamen replicari potest quod a maioritate rationis extensio semper potest fieri, etiam in materia odiosa l. qui indignus.ff.de senatori.l.relegatorum.§.fina.ff.de interdic.⁊ relega. facit regula,cui licet.de regu.iur.in vj. Quarto arguitur:quia pro criminibus atrocissimis non reperitur pena condigna de iure canonico,vt Abb.hic prosequitur.Ad quod responsio colligitur ex dictis Aret.in loco supra alleg.vbi inquit quod imo pena perpetui carceris videtur condigna pro tali crimine qualificato.Probatur,secundum eum,in capitulo, contra idolorum.xxvj.questione v.vbi cultores idolorum,⁊ aruspices in perpetuo carcere recluduntur, ⁊ illis de iure ciuili quandoque pena ignis imponitur l.iij.C.de malefic. Et presertim quando debet in perpetuo carcere in pane ⁊ aqua sustentari.capitulo,nouimus.in fine.infra de verbo.signifi.Sed replicari potest ꝙ pena perpetui carceris non videtur sufficiens in tali delicto atroci:quia,vt Abb.hic dicit,illa imponitur heretico se corrigenti. capitulo penulti.de here.Et non obstat capi.contra idolorum. quia illa pena perpetui carceris videtur habere locum in casibus,in quibus de iure ciuili haberet locũ pena capitis simpliciter, que regulariter pro tali delicto imponitur l. nemo. C. de malefic.⁊ mathe.Sed in casu speciali in dicta l.iij.C. de malefic. vbi pena ignis imponitur,non loquitur tex. in dicto capitulo, contra idolorum.Preterea in dicto capitulo, contra idolorũ. erat incorrigibilis:vt colligitur ibi,quod qui emendare se nollet,in talibus repelles, ⁊ tali casu tradi potuisset curie seculari. Quinto facit text.in ca.j.ſ. de homici.Sed respondetur,secundum Aret.quod intelligitur in laico,qui aufugit ad ecclesiam, vt gauderet immunitate.⁊ gloss.in dicto cap.j. ita intelligit illum text.sed non bene,vt Abb.ibi concludit per text.in capitu. finali,⁊ in c.inter alia.de immu.eccles.vnde Andre.Sicu.hic respondet quod illud,moriatur,ibi pro excommunicatione intelligitur:vt not.in c.ij.de maio.⁊ obed.in c. per venerabilem. qui fil.sint legi. Sed tamen verba litere repugnant, dum dicitur, euellas ab altari, ita vt moriatur:quia pro excommunicatione erant sufficientia illa verba,euellas ab altari. Sexto probatur in c.nouimus.de verbo.significa. vbi pro crimine, etiam damnoso,clericus traditur curie seculari.Aret.respondet ꝙ intelligitur,data incorrigibilitate, secundum quod habetur in dicto c.cum non ab homine.Sed replicari potest, vt Abb. hic dicit, quod text.ibi equiparat crimen falsi,⁊ graue delictum, de quo ibi loquitur. Unde sicut in crimine falsi statim traditur curie seculari,ita videtur in alio graui crimine,de quo ibi dicit.Aliter tamen responderi potest quod illa verba possunt verificari in alijs casibus specialibus,in quibus statim traditur curie seculari,de quibus supra dictum est.Septimo facit text. in c.j. de homic.in vj.Sed respondetur quod ibi est specialis casus propter frequentiam delicti,⁊ non debet extendi:⁊ quia tex.ibi loquitur in casu,in quo index secularis immediate habet potestatem,nec requiritur quod tradatur curie seculari. Unde si deberet extendi,esset dicendum quod secularis haberet potestatem in alijs casibus,absque eo quod tradatur seculari:quod non est dicendum. Octauo facit in capitu. sunt quedam.xxiij.q. v. vbi grauissime debent puniri per seculares, videlicet si quis interficeret episcopum ,vel presbyterum. Sed potest responderi ꝙ ille text.de laicis intelligitur: quia in clericos secularis immediate non habet potestatem pro quibuscunque criminibus d. c.cum non ab homine.⁊ ca.clerici.infra eod. Nono ponderatur text.hic,dum dicitur quod episcopus non debet quemlibet depositum tradere curie seculari: ergo innuit quod aliter possit tradere. Sed respondetur , hoc esse verum in quibusdam casibus:et per hoc nõ infertur quod iste casus sit de illis. Decimo ⁊ vltimo Abb.adducit text.in capitulo,si quis laicus.xxij.questione v. vbi clericus , vel episcopus degradatur propter conspirationẽ factam contra dominum terre.Sed intelligi potest de verbali degradatione,vel quando erat incorrigibilis,vt ibi colligitur,dum dicit:nisi per dignam penitentie satisfactionem se emendauerit. Et predictam conclusionem Abb. late tradit Petr.de Ancha.quem ipse Abb.refert in disputatione, Laicus quidam propter homicidium. ⁊ in repetitione regule, ca, que.in xix.questione de regul.iur.in vj. cum similib. vt tradunt Moder.hic,in fin.⁊ idem Bald.in capitulo, cum non ab homine.in principio.vbi etiam Abb.infra eod.⁊ idem Petr. de Anchar.in consilio clviij.ex narratis in facto.Abb.in c.nouimus. de verbo.signific.Et hoc videtur sequi Andre.Sicul.in consil. lxv.in l.iij.lib.j.licet aliter hic loquatur. Et Moder. idem tenent in capitu.j.de constitu.vbi in simili plura adducunt.Et facit quod not. Dominic.in capitulo,nec licuit.in fin.xvij.distin. Et ista opinio videtur habere magnam equitatem, vt delicta puniantur debita pena:⁊ vidi illam seruari Florentie per vnũ commissarium.Alia tamen opin. quam communem esse dicit. ⁊ sequitur Areti. in dicto capitulo, cum non ab homine.videtur de iure verior.Pro qua etiam Andre.Sicul. hic plura adducit,que tamen leuia sunt. Sed mihi videtur quod ista opin. efficaciter probetur in d.capitulo,cum non ab homine.considerando hoc modo:Nam ibi ponuntur tria dicta. Primum est, quod non licet Regi,nec alicui Principi iudicare clericos, siue in furto,siue homicidio, vel periurio, seu in quibuscunque criminibus deprehensi fuerint.Et hoc primum dictum clarum est quod habet locũ in quolibet delicto atrocissimo, vt ista verba ostendunt:⁊ facit text.in cap.clerici.eodem titulo. Secundo dicitur quod in talibus delictis deponendus est a iudice ecclesiastico.Et istud secundum dictum etiam locum habet in quocunque delicto grauissimo : quia a seculari depositio fieri non potest.Tertio dicitur, quod si depositus incorrigibilis fuerit, illa verba,si depositus:faciunt relationem ad precedentia,l.Julianus.vbi Barto.ff.de heredi.instituen.ergo videtur quod incorrigibilitas habeat locum, ⁊ consideretur in quolibet crimine,prout duo dicta precedentia in quolibet crimine locum habent:⁊ est sensus,quia depositus in quolibet crimine,de quo secularis non potest cognoscere , si incorrigibilis sit , ⁊c. Et hoc ideo videtur text.ibi pro ista opinione.

¶ Additiones.

a ¶ Iudice. Laicus an possit reconuenire clericum coram eodem iudice seculari , coram quo conuentus fuerat a clerico,vide etiam per Pau.de Castr.in authen.⁊ consequenter.circa finem.in versic.queritur.C.de iudi.⁊ per Petr.de Ancbara.in c. ea que.de reg.iur.in vj.

b ¶ Ecclesijs.Consuetudo onerosa ecclesijs non valet:hoc tamẽ qualiter procedat,vide per eundẽ Decium ꝫ. in capitulo j.de consue.per totum.

c ¶ Criminali.Adde Decium in consi.xxxvij.incipien.in causa rigorose.in versic.iij.principaliter.Et facit quod not. Ange.in l.fina.C.de questio.vbi dixit , quod ad hoc vt vnus testis deponens de delicto faciat indicium ad torturam, debet esse omni exceptione maior. ⁊ Anto. de Alexand. in l. qui accusare.C.de eden.quem refert Decius in d.consi.voluit quod stante statuto quod stetur iuramento damnum passi, requiritur quod habẽs iurare sit omni exceptione maior.

d ¶ Dispensatione.An autẽ ista dispensatio fieri possit ab episcopo,vel sit necesse quod fiat a papa,vide per Abba.ſ.hoc eo.c. §.de adulterijs.⁊ vide per eundem in capitulo , quia diligẽtia. de electio.vbi per Decium in versic.⁊ subijcit abbas.⁊ vide per eundem.ſ.in dicto §.de adulterijs.in versiculo , successiue Abbas. Hiero.Sig.

1 ¶ Probationes.Adde Cor.consil.ccxxiiij.litera.e.lib.iiij.pulchre Jaso.in l.cum te.in iij.not. C.de transact.in l.si conuenerit. in iij.limita.ff.de iurisſ.om.iu.⁊ nulla est efficacior probatio quã partis confessio,Alexan.in consi.xiij.in princi.li.j.⁊ non minus probat quam instrumentum. Jo.de Ana. in consi.lv. q̃ dubia.

2 ¶ Incidenter.Ui.Hippo.marsil.in l.j.in princip. ⁊ in §. diuus Antoninus.ff.de questioni.

3 ¶ Non preiudicat.Uide late hippolyt.Marsil.in l.j.in prin. ff. de questio.Dec.in c.tertio loco.de proba.

4 ¶ Producit.Uide Deci.c.ex tenore.de rescript.

5 ¶ Prescripta sit.Adde Roch.Curt.in repe.rubric.de consue. in iiij.questio.princip.Deci.consi.xlviij.⁊ in cap.cum M. ꝫ. de constit.

6 ¶ Conclusio.Idem Deci.ꝫ.in c.j.in ij.lectu.co.tit. vbi videtur colligi argumentum in contrarium,vide ibi.

7 ¶ Crimina.Adde Andre.tiraquel.repet.l.si vnquam. C.de reuo.dona.in ver.omnia vel partem aliquam.nu.xxx.versi.ꝙ crimen dicatur paruum aut leue.

8 ¶ Condemnationem.Et ꝙ etiã post sententiã quãdo maxime lata est in contumaciam.vide Deci.in consi.cxxxvij.

9 ¶ Specialia.Uide Deci.in c.licet causam.in v.not.de probat.

10 ¶ Diligentia.Idẽ Deci.in d.c.quia diligentia.in j.no. de elec. Siluest.Aldob.

a Nullus.Ang.Aret.tract.male.ver.cõparuerũt dicti inquisiti, ⁊ ꝯfitetur totũ.vbi Ang.ð Arimino male reprẽdit Ang.Ad

de Hip. Marsil. singu. ccj.

b ¶Prescriptione. Idem Dec. in l. magistratibus. de iurisd. om. iu. Et sic male dixit Ang. Are. in d. trac. mal. ver. compar d. inqui. & consi. totum.

c ¶Contumaciam. Quia ex ea sola non fertur sententia, donec de crimine constet probatione facta in absentem.

d ¶Non teneatur. Idem Deci. supra de rescrip. c. ij. nu. xiij. vbi Fran. Rip. nu. lxvij. cum eo transit. Sed dicendum quod confessio simplex relata ad articulum, implicat qualitates in eo cōtentas: secus si tantum fatetur factum, quia nō includitur qualitas in confessione non expressa. Bart. Bald. Ang. in l. si cui. ij. §. j. de lega. j. Ang. Aret. tract. malefic. ver. compar. dicti inquisi. confiten. totum. dixi ad Alexand. consi. clxxj. nu. iiij. lib. vj.

e ¶Verisimilis. Anchar. consi. xxiiij. visa inquisitione. Anto. c. vlt. de confes. Cepol. causa cri. consi. xxxij. quidam rustici. Hippo. Marsil. l. j. in princip. l. de minore. in princip. de questio. & in rubri. de proba. & singul. cccxxix. Phil. Deci. infra de proba. ca. iurauit. l. cum te. not. iiij. C. de transanct. consil. ccccccxvj. nu. x.

f ¶Minus. Imo sufficienter, & bene respondet. Inuenio ꝙ do. Phil. Deci. sepe in eadem causa consuluit contra Bartholo. Socinum. Et in suis lecturis se iactat secundum se contra Socinum iudicatum: vt in l. si donatione. C. de collatio. de suo. consi. xx. contra consil. Soci. ccxcv. et hic de suo. consi. lxv. contra illud Socini clvij. Sed in vtroque male consuluit Decius, & peius secundum eius consilium iudicatum fuit.

g ¶Naturam. Transeat respectu dicte circunstantie, sed nō valet consequentia simpliciter, nec infinita circunstantiarum varietas patitur certam dari regulam.

h ¶[redacted]

i ¶Infamia. Hippol. Marsil. sing. lv. l. edictum. nume. xiiij. de questio. & in sua practica, ver. nunc videndum. nu. lj. & versic. expedita. n. xl. Jas. l. magistratibus. de iurisdi. om. iudicum. & male, vt mox dicam.

k ¶Contra. Et bene. Sed Decius hic, & nu. xix. vacillat. Similiter Felin. hic sequitur communem errorem: sed in c. olim. supra de rescript. sequitur opin. Panormi. in dicto c. grauis. vt sit in hoc differētia inter clericum & laicum: quod etiam sequitur Decius infra de appella. c. dilectis. in principio. & clare Alciat. c. j. nu. xliiij. de officio ordin. & ita obseruatur: ita tamen vt ad dictum testis vnici, non debeat honeste vel bone fame etiā pauper torqueri, vt Ludouicus nonus apud nos statuit: quod merito laudat Guli. Bened. repet. c. Raynutius. ver. abiecta impuberi. nu. xxxiiij. de testa. Ea constitutio habetur sub titulo xlviij. inter veteres constitutiones regias, quas in stylo Parlamenti a me recognito reintegraui.

l ¶Vt extraiudicialis. Idem Jas. l. seruus. de iureiuran. Francis. Rip. l. j. §. si quis ita. nu. xx. de verbo. oblig. Nicol. Boeri. deci. Burdegal. xc.

m ¶Plene. Quod verum puto ad finem ciuilem, nō autem ad criminalem: vt & Feli. supra de rescrip. c. olim.

n ¶Recipiente. Dixi ad Alexan. consi. cxj. nu. vij. libro iij. consilio xx. consilio xxiiij. lib. iiij. Franc. Purpura. l. rogasti. §. si tibi. nu. lxv. si cer. peta.

o ¶Reconueniri. Felin. hic, nume. viij. Stephanus Aufre. repet. clemen. j. de officio ordina. nume. xv. dixi in consuetud. Parisi. §. lxxv.

p ¶Testificari. [redacted].

q ¶Affirmatiua. Stepha. Aufre. repe. cle. j. regu. ij. fallen. iij. de officio ordina. Matth. Alciat. decisio. Neapol. clxiij. Sed de consuetudine non est locus reconuentionis. Adde hic Deciū in l. est receptum. in fi. de iurisd. om. iudic.

r ¶Interpretatiua. Philip. Decius c. j. nu. xxxviij. de postula. prel. l. vt liberis. nu. xix. C. de collatio. & consi. xj.

s ¶Retenta. Idem Feli. hic, & bene.

t ¶Uxorem. [redacted]

v ¶Enormi. [redacted]

1 ¶Adulterium qualiter diffinitur, & quid stuprum.
2 Vero, ista dictio ponitur aduersatiue.
3 Dispensatio in iure ciuili dicitur indulgentia.
4 Super maioribus criminibus episcopus non potest dispensare. 9. 10.
5 Adulterium an sit grauius crimen ceteris.
6 Episcopus, seu presbyter, an habeat potestatem mitigandi canones penitentiales.
7 Canon si permittit dispensationem in materia penali specialiter, vel generaliter, episcopus potest dispensare.
8 Episcopus potest dispensare in adulterio, & in minoribus criminibus.
11 Episcopus an possit dispensare contra propriam constitu-

tionem.
12 Quid si constitutio sit iurata.
13 Episcopus an possit dispensare super incestu.
14 Comes Palatinus habens potestatem legitimandi natum ex adulterio & ex incestu, an possit legitimare natū ex adulterio, & incestu simul.
15 Episcopus an possit dispensare cum schismatico.
16 Episcopus an possit dispensare in beneficijs, & qualiter. ꝛc.
17 Et an dispensatio episcopi habeat locum post depositionem.
18 Quid si restitutio petatur de gratia, non de iure.
19 Episcopus si dispensat super adulterio, an videatur dispensas se super fama.
20 Episcopus an possit dispensare sine capitulo.
21 Capitulum sede vacante an succedat in potestate dispensandi.
22 Episcopus an possit dispensare inuito accusatore.
23 Episcopus potest dispensare cum accusatore, qui nō probauit.
24 Episcopus cogitur dispensare, quādo vtilitas publica hoc requirit: secus si sit tantum vtilitas priuata.

§. De adulterijs.

Summatur vt per Abb. et Doct. hic. ¶ In text. ibi: de
1 adulterijs. † Adulterium enim est in nupta l. inter stuprum. ff. de verbo. signifi. Et adulterium est alieni thori violatio, quasi in alterius thori accessio. & in ca. lex illa. in versicu. adulterium vero. xxxvi. q. i. not. Host. in summa, de adulte. & Ioan. de Ana. in rub. eod. titu. Alexand. consi. lxiij. lib. i. Et distinguitur a stupro, quod proprie dicitur cum vidua, vel virgine d. l. inter stuprum. & d. c. lex illa. versi. stuprum autem. & per gloss. in capit. ij. de adult. largo tamen modo etiam stuprum, adulterium dicitur. c. nemo. xxxij. q. iiij. quem text. pro singulari allegat Ro. in sing. dclxxvj. nos sumus. in fine, dicens quod de iure canonico etiam cum virgine dicitur adulterium. Sed hoc non videtur verum proprie, per supra dicta: sed largo modo illud intelligitur. Et ita etiam est de iure ciuili: quia adulterium largo modo sumitur pro stupro l. si ea. cum gloss. in versic. adulterij. C. de adult. vbi Bald. infert quod si in libello dictū sit de adulterio, verificatur in stupro: quia verba largo modo accipiuntur, ad saluandum libellum. Et sequitur Ioā. de Ana. in rubr. de adulte. in fi. Et sic illud dictum Ro. non videtur verum: quia in dubio non debet fieri differentia inter ius canonicum, & ciuile: vt in c. i. de ope. no. nuncia. In casu isto hic, pariter dici potest, qđ text. hic largo modo intelligatur de adulterio: quia potestas dispensandi est fauorabilis. Et hoc clarū est in stupro: quia est
2 de minoribus criminibus adulterio. ¶ † In text. ibi: vero. Ista
B dictio, vero, aduersatiue ponitur[B] l. si vero. vbi Barto. ff. qui satisd. cog. facit text. in l. si cum filius. in princip. de ver. obli. & per gloss. in authen. de here. & falcid. in principio, in verbo, vero. Et hic aduersari videtur, quia supra puniuntur debita pena pro delictis: hic vero pena per viam di[redacted]nis mitigatur. Et notandum est ꝙ in aduersatiua, exceptis illis, in quibus aduer
r satur expresse precedentia repetita intelliguntur[r] l. mariti. §. si. vbi Bar. post gloss. ff. de adul. Cy. in authen. sacramenta puberum. in princip. C. si aduers. ven. Alex. in l. si filius a patre. ff. de liber. & posthu. & idem Alex. ibi, dum alleg. not. dictum Bal. in l.
3 omnes populi. ff. de instit. & iure. ¶ † In textu. ibi: dispensare. Istud est vocabulum introductum a iure canonico: nam de iure ciuili non reperitur, sed dicitur indulgentia, secundum Baldu[redacted]n versicu. scias tamen. & sequitur And. Sicul. in consil. xviij. libr. iiij. Reperitur tamen etiam hoc in lib. feud. in titu. de pa. Constan. in princi. in ver. dispensationem. Et dicitur dispensatio, iuris communis relaxatio: vt per glo. i. q. vij. c. requi
4 ritur. in §. nisi rigor. in ver. vt plerisque. ¶ † In text. ibi: que mino[redacted]sunt: secus er[redacted]videtur in maioribus, in quibus episcopus non poteris dispensare. Sed tunc opp. secundum Aretin. hic quia iudex potest in [redacted] delicto ex causa penam al terare: vt not. in l. quid ergo. §. pena grauior. ff. de his, qui not. infa. & in l. & si seuerior. C. ex quib. cau. infa. irro. & not. in c. de causis. de offic. deleg. Aretin. respondet quod iste text. intelligitur, quando proceditur per viam accusationis: allegata in contrarium locum habent in causa inquisitionis, vt per eum hic. Et prius hoc idem tradit Abb. in capitulo, qualiter. el ij. de accus. versic. circa hoc moueo dubium. vbi hoc ponitur pro nouo dubio. & concludit quod text. hic singul. limitatur non procedere in causa inquisitionis, in qua episcopus etiam videtur habere potestatem in maioribus delictis, per capit. inquisitionis. de accusa. Sed tamen ista resolutio non satisfacit: quia de iure ciuili non alteratur pena in iudicio inquisitionis, vt dictum fuit supra eod. in rubr. Et tamen generaliter dicitur quod ex causa potest iudex penam minuere: vt probatur in iuribus supra allegatis. Preterea text. hic loquitur in confessione clerici: quo casu quando constat de crimine per confessionem rei, etiam in iudicio inquisitionis, pena non minuitur: vt not. Abb. per illum text. in capitul. fin. de celebr. missar. cum simil. vt dixi in princip. supra eod. Unde aliter responderi potest quod aliud sit ex causa penam minuere: & hoc solum potest fieri, quando est causa, per quam delictum minuitur: vt not. declarat Paulus de Castr. in dicta l. & si seuerior. & aliud sit dispensare: quia dispensatio fieri potest ex causa, licet non minuatur delictum, propter qualitatem persone. capitul. de multa. de prebend. Sed ista responsio etiam non placet: quia potest iudex, etiam propter qualitatem persone, penam remittere. l. ad bestias. ff. de pen. Et ideo tertio respondetur, & dico secundum Innocent. in capitul. dilectus. de temp. ordin. quod quando iudex minuit penam propter aliquam causam, illa non est dispensatio: quia illud permittitur a iure cōmuni: & debet fieri in ipsa condemnatione, & post condemnationem fieri nō potest: secus est in dispensatione. Et istud idem tradit domi. Abb. licet de Innoc. non faciat mentionem, in capitu. nisi specialis. de offic. leg. in fin. vbi inquit quod episcopus potest dispensare in adulterio, & in minoribus, etiam post penam ab eo impositam pro delicto: & ita intelligitur text. hic. Sed iudex post condemnationem non potest penam etiam ex causa minuere: vt no. in c. licet de penis. Et hoc idem tradit Ioan. de Ana. in dicto c. qualiter & quando. el ij. dum inquit quod hic permittitur dispensatio post peractam penitentiam. Sed in c. inquisitionis. moderatio permittitur in ipsa sententia. Et hoc vlterius declaratur: quia criminosus non potest promoueri, quando crimen est notoriū: vt per gloss. xxv. dist. in cap. primum itaque. & c. qui semel. l. distin. sed cum eo potest dispensari: quia per di[redacted] redditur habilis vt promoueri possit: et ita Abb. declarat in cap.
5 quia diligentia. de elect. ¶ † In gloss. i. in princip. ibi: grauius,
a id est, communius,[a] hoc communiter tenetur, & cōfirmari potest: quia tali ratione fornicationis vitium, scelus dicitur maximum. xxxij. q. vij. in c. non solum. & glos. ibi in versi. septem vitia. dicit quod vitium fornicationis ibi generaliter accipitur, in quam homines facilius incidunt: et ad hoc bene facit text. in c. tua. l. distinc. Et per hoc non videtur vera ratio Vinc. quem Abb. refert, dum dicebat adulterium esse de maioribus criminibus: quia duorum anime polluūtur. Nam attenta tali ratione, fornicatio esset de maioribus criminibus: quod non est verum, nisi ratione maioris frequentie, vt dictum est. Et ista videtur melior reprobatio ad dictum Vinc. quam illa, quam Abb. hic facit. Et concludendo circa adulterium, videtur quod nullo modo adulterium sit de minoribus criminibus: quia pro adulterio pena homicidij imponitur l. quamuis. C. de adult. Unde ex magnitudine pene arguitur ꝙ crimē adulterij sit de maioribus delictis. xxxiij. q. i. in cap. non afferamus stateras. Et licet alia reperiantur maiora delicta, vt habetur xxxij. q. vij. adulterij malum. tamen per hoc non infertur quod adulterium sit de minoribus. Et facit textus in c. i. lxxxi. distin. vbi adulterium & homicidium, graue dicitur delictū. Ad idem tex. in cap. fi. de pur. cano. & in l. fi. §. i. ff. de publican. ibi: vxorem domini corrupisse, aut quid grauius admisisse. & in l. codicillis. §. matre. de lega. ij. ibi: filium nostrum occidisse, & quedam alia mihi deteriora fecit: nam illa verba pro adulterio interpretantur, secundū Doc. ibi. Facit tex. in l. patri. in l. quod ait. ff. de adul. & quod no. Bal. in l. fi. C. si contra ius. de quo dixi in c. que in ecclesiarum. de constitu. Ex quibus omnibus indubitanter concludendum videtur quod adulterium non sit de minoribus. Et ad text. hic aduertendum: quia adulteriū hic nō ponitur inter minora delicta, si recte cōsideretur: quia copula ponitur, dū dicitur, de adulterijs vero, & alijs criminibus, que minora sunt. Unde per ista verba nō infert ꝙ adulteriū sit de minoribus. Si enim de adulterio, & alijs minoribus criminibus simpliciter loqueretur, posset dici ꝙ hoc probaretur in illa distinctione, alijs criminibus minoribus: iuxta no. in l. ij. C. de ser. fug. & in c. sedes. de rescri. Sed tex. hic aliter loquitur, dū inquit, de adulterijs vero, & alijs criminibus que minora sunt. Nā bene implicatur ꝙ adulteriū sit crimē: sed nō implicatur respectu illorū verborū, que minora sunt: quia sunt separata: & est sensus ꝙ potest in minoribus, & adulterio, licet sit de maioribus. Sed permittitur, quia mitius agitur cum vitio carnis, vt Bal. dicit hic. Et predictā declarationē ad istū tex.
6 hic sentit Card. & latius tradit Imo. † In secunda parte prin. glo. prosequitur materiam dispensationis: & solito modo calcando vestigia Abb. Prima conclusio est, secundum eum, post gl. hic, ꝙ episcopus, & quilibet sacerdos habet potestatem dispensandi, & mitigandi canones penitentiales, & dicit ꝙ ita cōmuniter tenetur, & probatur in c. quem penitet. in c. mensuram. de penit. distin. i. in c. Deus, qui. de peni. & remis. & ibi Abb. in ij. not. & idem Abb. in cap. sicut dignum. versiculo, & ex his infertur.

tur.de homicid.Et omnes penitentie sunt arbitrarie, secundũ glo.j.in c.tempora plenitudinis.xxvj.q.vij.⁊ in c.fi.in glo.fi.ix.q. ij.⁊ in capit.sunt plures.in versi.nulli.de peni.dist.iij.⁊ xxxiij.q. ij.in c.hoc ipsum.in versi.excellentia.⁊ tradit etiam Hostien. in summa de pe.⁊ remiss.in §.que pena.in princi.⁊ Iaco.⁊ Zoch. in repe.cap. omnis vtriusque.in xxvj.q.de peni.⁊ remis.Et hoc etiam procedit,quando canon certam penam imponit, secundum Abb.hic,per text.in d.ca.quem penitet.⁊ ad idem allegat glo.50.dist.in c.de his clericis.el ij.in glo.fi.⁊ idem gl.in d.c.mẽsuram.Sed aduertendum est, ꝙ glos.ibi videtur hoc limitare, quando fit ex causa.Et ita dictum Ab.hic intelligi debet:quia sunt complures canones penitentiales:vt prosequitur Hosti. in summa in d.§.que pena.a quibus non debet sacerdos recedere sine causa,vt ipse Abb.concludit in c.Deus,qui.ver.⁊ ex hoc textu collige.⁊ idem Abb.in c.fi.circa fi.de pe.⁊ remis.⁊ cap.j.in prin.de empt.⁊ ven.⁊ in c.accepisti.de spon.duo.ver. vltimo no. vbi inquit, ꝙ licet pro quolibet peccato mortali imponatur pena septem annorum.xxxiij.q.ij.cap.hoc ipsum.intelligitur,nisi sacerdos ex causa tempus abbreuiauerit.et est glos. que idem tenet in cap.falsas.de peni.distin.v.in glo.j. Et ex causa magna potest sacerdos penitentiam iniunctam minuere, non obstante ꝙ dispensatio prohibeatur a canone:vt no.Abb.tradit post Hostien.ibi in c.fi.in vltimo not.de maledi.Et sicut episcopus habet potestatem mitigandi canones penitentiales , sic etiam poterit episcopus penitentiam iniunctam a summo pontifice minuere,secundum gl.in d.c.tempora plenitudinis.xxvj.q.vij. in glo.j.quam pro sing.Ro.adducit in singu.ccccliiij.Papa imposuit.Et ad idem est glo.in c.accedens.in glo.ij.50. dist. ⁊ in c. latorem.xxxiij.q.ij.in versi.conuersionem, que tamen dicit hoc procedere ex eo ꝙ Papa ita permittit. Et sic videtur sentire ꝙ alias episcopus non haberet talem potestatem.Et quod tali casu episcopus non possit,tenet glo.fi.in c.cum P. de accus.⁊ idem gloss.ij.in cap.ij. de sortileg. Et ista pars negatiua verior videtur,nisi hoc faceret ex causa,vt supra dictum est,quando receditur a canone penitentiali.Et ita Cardi.concludit in cle.fi. §.ad hec.q.xij.de pe.⁊ remis.Et hoc procedit in foro penitentiali:alias non videtur quod episcopus dispensare possit in eo,qđ factum est a summo põtifice:vt no.Abb.in c.postulasti.de cle.ex cõ.mini.Et in tm̃ sacerdoti arbitriũ tribuit circa penitẽtiã, ꝙ potest absoluere absque penitentia,si maximam videret contritionem,secundum glo.in d.c.mensuram.in ver. doloris.⁊ in ca. si is,qui.xxxiij.q.iiij.⁊ not.Abb.in c.Deus,qui.in j.not.de pe.⁊ remis.cum simi.vt tradunt Moder.in c. sicut dignum. in princi. de homi.⁊ Steph.de Gaieta in repet.c.ad limina.xxx.q.j.in sacramento penitentie.q.xxviij.Et notandum est tamen, ꝙ penitentia publica,que debet fieri,in aliquo casu commutari nõ potest in priuatam:vt not.Ant.de But.in c.j.de pe. et remis. cum simi.vt tradunt Moder.in c.accusasti.in fi.de accus.Sed tamẽ videtur ꝙ etiam ex causa hoc fieri possit:vt not.Abb. post Ho-
7 stien.in c.ij.in vltimo not.de malefi.†Secunda conclusio Abb. est,ꝙ si canon in materia penali permittit dispensationem spe-
b cialiter, vel generaliter episcopus dispensare [b] potest. Et est dictum Innoc.in c.dilectus.de tempo.ordi. ⁊ not. per gloss. in c.postulasti.in ver.dispensatum.de cle.excom.mi.⁊ ad idem glo. in c.in quibusdam.in gloss.fi.de pe.cum simi.vt tradunt Mod. hic.⁊ idem Anto.de But.in d.c.dilectus.in v.not.Abb.in c.veniens.in ij.no.de eo,qui cog.consan.vxo.sue.⁊ in c.ij.de cle.pug. in duel.Predicta conclusio limitatur procedere in pena, quaꝫ episcopus imponere potest, secus si pena Pape reseruata sit: quia tunc etiam dispensatio reseruata videtur, cum ille tantuꝫ absoluere possit,qui condemnare potest l.iij.ff.de re iudi.c.cum inferior.de maio.⁊ obed.Ita no.Ant.de But.dicit post Hosti. ibi in c.ij.de biga.in fi.⁊ Are.⁊ Mod.hic sequũtur.Sed aduertendum est:quia ista limitatio videtur vera, quando quis non potest illam imponere ex defectu potestatis:secus videtur, si ex priuilegio persone:quia tũc videtur ꝙ dispensare possit, a cessante ratione Ant.de But.q̃ tali casu ille,qui non potest condẽnare,absoluere potest,vt tex.est no.in l.fi. C.vbi senat. vel cla. vbi Bar.⁊ Bal.ibi rationẽ adducit,ne illud,ꝙ inductum est in fauorem,retorqueatur in odium.Item illud dictũ Host.⁊ Anto.de Bu.an absolute verum sit,pendet ab his, que statim dicã de constitutione conciliari.Secundo limitatur non procedere in constitutione conciliari , in qua licet permittatur dispensatio,non videtur ꝙ episcopus possit dispensare:quia non habet potestatem dispensandi contra constitutionem concilij, iuxta glo.in c.cum dilecti.in ver.etate.de elect.Unde illa verba debẽt referri ad illum, qui dispensare potest in tali casu , secundum Anton.de Butr.hic, sed Abb.tenet contrarium , vt verba aliquid operentur,dum indulgent dispensationeꝫ. Et facit quod not.Abb.in cap.de simoniace.versi.sed certe.de simo.Areti.tamen sequitur opin.Anto.de Butr. quia verba prolata impersonaliter,referunt ad illum, ad quem de iure actus pertinet l.si seruus legatus.§.si margaritam.de leg.j.Non obstat ratio Abbatis ꝙ verba nihil operantur:quia merito secundum Are.talis clausula operatur duos effectus.Primus, q̃ quando Papa dispensat contra concilium,non sufficit clausula generalis,
2 non obstante[2]:vt per Archi.in c.j.de consti.in vj.Bald.in l.humanum.C.de legi.Et isto casu,secundum eum,erit sufficiens:ꝙ notandum est.Secundus effectus est, quia Papa reddetur facilior ad dispensandum, ex eo quod concilium permittit dispẽsationem.Moder.sequuntur opi.Abb.alleg.duo iura.Primo text.cum gloss.in cap.in quibusdam.de penis. vbi erat constitutio conciliaris,vt colligitur ex suprascriptione,ibi:idem in cõcilio generali.⁊ tamen secundum gloss.ibi intelligitur ꝙ episcopus dispensare possit.Secundo per text.in capi. quisquis.cum gloss.in versic.fiat. de elect.circa fin.Et non obstat dictum Archi.in d.c.j.quia illud non videtur verum,vt Moder.hic dicũt per ea,que habentur in d.c.nonnulli.Opinio Anton.de But.⁊ Aret.verior videtur:quia cum episcopus non possit tollere cõstitutionem concilij,vt per gloss.in dicto cap.dilecti.in versicu. etate.de elect.non videtur quod illa verba generalia de episcopis intelligantur,vt probatur in capi.ij.de biga.supra alleg.Et
3 quia verba generalia deducuntur ad intellectum iuris[3]:vt no. in l.Gallus.§.quidam recte.ff.de liberis ⁊ posthu.⁊ in simili. q. not. Bald. in l.apertissimi.C.de iudic. Non obstat quod verba nihil operantur:quia imo operantur,vt Aretin.dicit,secundũ Archidiaco.quod communiter tenetur.Preterea considerandum est,quod per illa verba non conceditur dispensatio, ita ꝙ fieri possit ab eo,qui alias non haberet potestatem.Sed solum remouetur dubitatio:quia videbatur ꝙ dispositio deberet precise obseruari,adeo ꝙ contrarium etiam per viam dispensationis non posset fieri.Et ad remouendum hãc dubitationem dicitur,nisi dispensatum sit : quia intentio superioris aliquid disponentis intelligitur,inspecto iure communi.Et non videtur in dubio excludere dispensationem, que in contrariuꝫ fieri possit ab illis,qui habent potestatem dispensandi,in c. innotuit.de elect.Et isto respectu verba satis operantur, que remouent dubitationem:vt not.Abb.in c.solite.de maio.⁊ obed.Non obstãt iura que allegant Moder.quia in dictis iuribus non apparet quod esset constitutio conciliaris:quia licet dicatur,talis in cõcilio:vel,talis approbante concilio, prout ibi dicitur, non per hoc dicitur constitutio conciliaris, vt Abb. declarat in ca.j.de spon.in v.not.in c.j.de pactis,in vltimo nota.cum similib. vt di-
8 xi in cap.j. supra eod.in principio. †Tertia conclusio Abb.est, secundum regulam affirmatiuam, que hic ponitur, quod episcopus possit in adulterio,⁊ in minoribus dispensare.Et istam conclusionem tenet Ioan.And.⁊ Anto.de Butr.in c.fi. de tempo.ord.Domi.post Hostien.in c.j.de supplen.negl. priuil in vj. ⁊ Card.in consi.xxxv.ad dubia.vbi propter hoc infert quod po-
c test dispensare in periurio, quod videtur minus[c] delictuꝫ adulterio,vt ibi probare conatur.Facit etiam text.in ca.j.de sortile. vbi Abb. per gloss. fin.ibi concludit quod episcopus dispensat in sortilegio:similiter dispensat cum illo , qui in sacris contraxit matrimonium:vt no.Abb.in cap.ex tuarum.qui cle. vel vo. ⁊ facit text.in cap.j.de cle.per sal.promo.⁊ in capitu.j.de eo , qui fur.ord.susce.Et complures casus, in quibus episcopus dispensare potest,tradit Specul.in titulo de dispen.§. nunc de episcoporum.⁊ habetur in nouo tracta.de episcopo.in ij.parte quarti libri in xlix. questione.⁊ in summa Angelica,in versiculo, dispensatio.§.v.Et secundum istam regulam affirmatiuaꝫ quod dicitur in capitulo, nuper.de sententia excommunicatio. videtur habere locum in dispensatione:⁊ tali casu procedit opinio illorum, qui tenent quod ille textus habeat locum in dispensatione,prout gloss.ibi,⁊ Abbas in capitulo,per tuas.de simonia.vt tradunt Moderni,in dicto capitulo , nuper.Predicta conclusio limitatur primo , nisi pena ipso iure a canone imponatur,secundum Archidiac.in capitulo,licet canon.de elect.in vj. quia sicut non potest iudex post sententiam ab eo latam dispensare l.diui. ff. de penis.ij. questione vij. in capitulo, ⁊ ideo. ita nec contra latam a canone.Et hoc declaratur,vt latius tradit Areti.hic,⁊ Moder.Sed aduertendum est:quia ratio pre alleg.⁊ ea, que dicunt Aretin. ⁊ Moder.locum habent respectu pene que non potest tolli , cum iam executio facta sit: sed non excludunt dispensationem,de qua agitur,que fit post peractam penitentiam,vt hic dicitur,ad habilitandum personam vt promoueri possit: vt supra dixi in text. Et maxime hoc haberet locum , quando canon indulgeret dispensationem. et facit text. in capitulo, in quibusdam. infra de penis. Secundo
4 fallit, quando verba canonis tollunt dispensationem [4] : et hoc pluribus modis verificari potest.Primo si dicatur , perpetuo

d obseruetur:nam per istud verbum dispensatio remota[d] videtur,secundum gloss.not.in ca.cupientes.in §. ceterum. in versi. perpetuo.de elect.in vj.vbi Domi.⁊ not.Cardi.in.cle.ij.§.si vero.in j.q.de vita ⁊ ho.cleri.⁊ ita Moder. hic.facit textus in c.j. de here.in vj.in c.cum illorum.de senten.excom.⁊ in c.clerici. de cle.excom.mini.Sed considerandum est,quod verbum, perpe-
B tuo, secundum subiectam materiam intelligitur[B]:vt tradit
5 Alexand.⁊ Moder.in l.ij.ff.solut.matr.Andre.Sicul.in consi. xx.lib.iiij. Unde predicta limitatio vera videtur, quando pro crimine illa pena ponitur:secus videtur si pro contumacia: qr tunc verbum,perpetuo,intelligitur,donec penituerit.glo.in c. clericos.de cohabi.cler.⁊ in c.reperiuntur.in verb. perpetuo. j. q.ij.⁊ dixi in capitu.ex literis. de consti. Unde isto casu videretur quod episcopus posset dispensare.Et qd dictum est de verbo,perpetuo,idem est si dicatur irrecuperabiliter.c.ff. de rapt.
9 vbi Abb.⁊ Joan.de Ana. post alios. Et addatis quod † idem dicendum videtur de verbo,irreuocabiliter.c.ij.de consuet. Et idem de verbo,irretractabiliter.c.j.de iur.calum. Idem de verbo,irrefragabiliter.c.sanctorum.de prescrip.c.j.de condi.appo. ca.statutum.in princip.de rescript.facit text.in c. irrefragabili. in princ.de offi.ordina.in c.j.in prin.de priuil.in vj. Idem si dicatur,nullo modo:nam his verbis dispensatio prohiberi videtur.glo.not.in cle.ij.in ver.concedatur.⁊ in verbo,nullo modo. de etate,⁊ qualita.cum simil.vt tradunt Moder.⁊ idem Alex. in l.fi.C.de testa.milit.Imo.in c.ij.de testa.versi.circa quartum.
C ⁊ idem Aret.in l.queramus.de test.⁊ idem in ver.omnino[C]. vt not.Abbas in cap.qualiter.el ij.de accus.⁊ idem no.Domi.post Archi.in cap.cum ex eo. in princ. in ver. quid si est impeditus. de elect.in vj.facit textus in cap.de regularibus.de simo. gloss. in clemen.j. de vita ⁊ honesta.clerico.ad idem bonus textus in cap.ij.de pact.in vj.ibi: omnino obseruari. Nam illud verbum
e excludit[e] absolutionem a tali iuramento:vt no. Domi.ibi post alios.Et de ista dictione,omnino,tradunt Moder. in dicto c. de regularibus.⁊ in c.ex parte.el j.de offic.delega. Adde tamen quod dictio,omnino,vel omnimodo,recipit congruam determinationem:vt not.Bald.in l.fina.de contrahen.emp. ⁊ in c.ij. in fin.de rescrip.cum simili.vt tradit Alexand.in consi.lxxx.viso.lib.j. Sed certe durum videtur, quod ex quo alias episcopus haberet potestatem dispensandi secundum regulam supra firmatam,quod per dictionem,omnino, ⁊ per alia verba supra dicta tollatur sibi potestas dispensandi:quia talia verba proferuntur,habito respectu ad dispositionem iuris communis.Et dispensatio non videtur esse in consideratione. Unde licet aliquid non possit fieri,non tamen excluditur dispensatio.cap. in notuit.vbi Abbas de elect.Et dicitur quis non posse, quod nō potest absque dispensatione:vt not.Domi.per gloss.penult. ibi in capitu.gratia.de rescript. in vj. Et dicitur non posse fieri illud,quod non potest fieri,nisi per remedium extraordinarium vt est dictum Innocen.in cap.pastoralis.vbi Abb. in fi.de can. pos.⁊ propri.⁊ facit quod not.Abb.post alios in capit.super eo. de condict.appo.Et quia verba intelliguntur, rebus sic stantibus l.quero.§.inter locatorem.ff.loca.l.fina.ff.qui sa tisda. cogā. Unde licet dicatur aliquid debere perpetuo obseruari,vel irrecuperabiliter aliquid disponatur, vel nullo modo permittatur:ista verba videntur referri ad dispositionem iuris communis,⁊ dispensatio excludi non videtur. facit textus in capit. in quibusdam.circa finem. de penis. ibi : nullatenus admittatur, ⁊c.nisi secum misericorditer fuerit dispensatum:naʒ verba erāt precisa,⁊ tamen agitur de dispensatione. Et idem probatur in c.si quis presbyter.vij.questio.j.ibi:omnino ab officio deponi debere,nec aliquando spem restitutionis habere decernimus.Et ideo iura exprimunt absque spe dispensationis,in cap.j.de tempo.ord.in vj.⁊ in c.j.§.qui vero.de elec.in vj.ibi:ipso iure perpetuo priuatus,nullam super hoc de misericordia spem vel fiduciam habiturus.Tertio fallit predicta conclusio, nisi immineret scandalum ex dispensatione:vt Abb.tradit in cap.qualiter el ij.versic.sed contra hoc adduco.de accus.⁊ idem Hosti.quem refert ibi circa fin.⁊ sequitur Joan.de Ana.in cap.insinuatum. de simo.⁊ tradunt Moder.in c.ij.de prescript. sic econtra:quia propter scandalum dispensatio conceditur.cap.quia circa.vbi Abb. de consang.⁊ affi. facit text.in capitu.ij. de oper.no.nuntia.⁊ tradit Ro.consi.cccvij. Quarto fallit in canone concilia-
f ri[f] contra quem episcopus dispensare[6] non potest, secundum
6 glo.in cap.cum dilecti.in ver.etate.⁊ Abb. ibi de elec. Imo nec legatus de latere potest.capitu.dilectus.el j.vbi Abb. in princ. not. ⁊ in capitulo,dilecto.vbi Abb.in iiij.not.de prebend.⁊ nullus inferior a Papa hoc potest:vt not. Abb.in clem.j.de elect. in ver.eligatur.quam etiam Abb.adducit in dicto cap. cum dilecti.⁊ facit tex. in cap.post translationem.de renunc.vbi reddit Papa se difficiliorem in dispensando contra constitutionem

concilij.Et hoc sane intelligitur, nisi ex magna causa episcopus hoc faceret:vt Abb.tradit in d.c. cum dilecti.⁊ Ro.singu.cccclxxxvj.sed an possit episcopus.cuʒ simil.vt infra dicam in quarta conclusione. Quinto fallit quando canon legem imponeret episcopis:vt Abb.hic concludit.alleg. Joan.And. in capi.j.de sup.neg.prela.in vj.⁊ ibi Dom.in versicu.item non dispensant. ⁊ Ro.idem sequitur in consi.cccxxv.quo ad primum. in versic.
10 vltimo videtur.† Quarta conclusio Abb. est quod regulariter episcopus super criminibus maioribus adulterio, regulariter dispensare non potest.Et istam conclusionem tradit Rom. in consi.cccxxv.quo ad primum. in tertio dubio. Et ideo super incestu non dispensat episcopus:vt not.Abb.in capitulo j.in fine de eo,qui cogno.consang. De quo tamen inferius videbimus. Nec cum raptore dispensat episcopus.capitu.ij.vbi Abb.in vltimo not.de rapto.Et ista conclusio ampliatur, secundum Abbatē hic,vt procedat in alijs casibus,in quibus episcopus regulariter dispensare non potest,nisi sibi expresse concedatur. cap. dilectus filius.de temp.ordi.Et ideo dispensare non potest episcopus,quod ignobilis recipiatur in canonicum contra statutum ecclesie:vt Roma.tradit in singu.cccclxxxv.heri fui interrogatus.Allegat Innocen.in cap.fina. de cleri. non resid. qui hoc generaliter dicit in quolibet statuto ecclesie,in quo agatur de interesse canonicorum. Similiter non dispensat episcopus cum penitus illiterato,vt promoueri possit, secundum Arch. ⁊ Domi.in capit.non confidat.so.distin.facit text.in capi.nullus.de temp. ordi. in vj. Nec dispensat quod Judei teneant nutrices Christianas in domo:vt not.Abb.post Cardi.in cap.ad hec.de Jude.in fin.vbi hoc infert per istam regulam.Nec etiaʒ dispensare potest episcopus quod corrupta sit abbatissa : quia solus Papa hoc potest,vt Cardi.concludit in clemen.attendētes.§.statuimus. in x. q.de statu mona.vbi hoc dicit , per istam regulam.Et idem tenet Calde.in consi.iij.de offic.vica.in fi.Et complures casus , in quibus prohibetur episcopis dispensare, prosequitur Specul.in titu.de dispen.§. nunc de episcoporum. versicu. prohibetur autem episcopus.⁊ habetur in tractatu de episcopo,in secunda parte iiij.libri. q.xlix.⁊ tradit Innoc.in d. c.dilectus.de tempo.ord.Et quinquaginta casus,qui sunt Pape reseruati , ponit Archiepiscopus Florentinus in iij.parte titu. xxij.c. vij. Predicta conclusio limitatur non procedere ex causa , qr episcopus in maioribus delictis adulterio , ⁊ in alijs casibus,poterit dispensare,vt Abb.inferius concludit in versi. predicta limita.vbi alleg.deci. Rote, que est in titu. de iure pa. in v.deci.in nouis,vbi dicit q episcopus ex magna causa necessitatis,⁊ vtilitatis dispensat etiam contra concilia.⁊ alleg. Joā. de Ligna.hic.Et hoc pro dicto singu.posuit Rom. in no.cccclxxxvj.sed an possit episcopus.⁊ idem Abb.tradit in capi. cum dilecti.de elect.⁊ in cap.dilecti.el ij.de appel.⁊ idem Roman.in consi.cccxxv.quo ad primum.Alexand.in l.ex duobus.§. fin.de vulga.⁊ pupil.Et ad hoc plura similia And.Sicu. scribit in repetitione rub.C.qui admitt.Et idem Andr. Sicul.⁊ Moder. plura congerunt in c.j.de consti.Imo,quod plus est, etiam vbi dispensatio expresse prohibita sit, ex causa tamen admittitur: vt not.Abb.post Host.in c.ij.in vlti.not.de maledi.Et ista limitatio sane intelligitur , quando superior consuli non potest: alias superior esset consulendus:vt not.Roma.in l.si vero.§.de viro.ff.sol.ma.⁊ text.in l.diuus.ff.de fal.⁊ no.And.Sicu.⁊ Moder.in locis supra alleg.¶ Successiue Abb. dicit notandum esse in materia dispensationis,quod si vno casu permissa sit, non
7 extenditur ad similem,vel alium,in quo etiam sit maior ratio[7]. Et de hoc est dictum Hostien.in capitulo, postulasti.de rescri. vbi voluit quod in dispensatione non procedit argumentum de maiori ad minus,per cap.j.⁊ ij.de filijs presbyt. in vj. Et hoc pro regula ibi reassumunt Moder. ⁊ comprobant per text. in c.fi.de postu.prela.vbi dispensatio facta quod quis ad archiepiscopatum transire possit , ad episcopatum non porrigitur. Et quia licet sit dispensatum cuʒ monacho ad curatum beneficiū, non tamen dispensatum videtur in simplici , secundum Joan. Andre.in regula,ea que.de regu. iur. in vj.⁊ facit textus in ca. cui de non sacerdotali.de prebend.in vj.vbi mandatum pro prebenda integra,non habet locum in dimidia:⁊ pro maiori valore , non habet locum in minori.Sed aduertendum est :quia li-
8 cet[8] communiter ita dicatur,tamen ista conclusio iure non probatur.Nam textus in dicto capit.j. de filijs presbyt. simpliciter dicit quod dispensatio stricte interpretatur:quia materia odio-
9 sa est[9] : ergo non debet dispensatio , magis stricte interpretari quā alia materia,que odiosa sit:sed in alia materia odiosa non excluditur argumentum a maiori l.nec in ea. vbi Bartol. ff. de adult.l.in suis.in fin.ff.de libe.⁊ postu.⁊ per gloss.in c. in literis. de resti.spol.⁊ facit text.in capitu.cum illorum. de senten. exco. ⁊ in capitulo,miramur.xxiij.q.j.⁊ in l.qui indignus.ff. de senato.in

to.in l.cui ex facto.ff.de ser.export. in l.relegatorum.§.dictum.
ff.de interd.& releg.& in terminis est text.in d.c.per venerabilē.
qui fil.sint leg. Non obstat ratio Abb.quod dispensatio gratio
sa sit:quia imo odiosa videtur,quia est contra ius commune:&
tamen ibi a maioritate rationis arguitur, & etiam a simili, in
ver.per simile quoque. Non obstant alleg.supra in cōtrarium,
videlicet text.in d.c.si.quia ibi non trahitur dispensatio ad id,
quod est minus:quia nō est eadem ratio, cum facilius in maio
ri dignitate debeat dispēsatio fieri,vt ibi colligitur.Et ista ra-
tione etiam facilius dispensatur in beneficio curato, quam in
simplici:quia in curato necessitas,& maior vtilitas videtur. se-
cus ergo,si eadem esset ratio, vel maior in minori: quia argu-
mentum valeret,per supra dicta.& facit regula,cui licet.de reg.
iur.in vj.Et retenta tamen communi opin.limitatur secūdum
Ab. nisi ratio esset expressa in dispensatione:quia tunc nō dici
10 tur extensio fieri[10]: vt per glo.in c.j.in ver.Italie.de temp.or-
di.cum simi.vt per eum hic.Mod.in d.c.postulasti.dicunt hoc
non esse verum:quia si a maioritate rationis non fit extensio,a
fortiori nec ab identitate.Et non sequitur secundum eos, eadē
est ratio,ergo non est extensio.Sed tamen dictum Abba.com-
muniter approbatur:quia licet alias extensio prohibeatur,ta-
men si ratio expressa sit in lege,fieri potest: quia tali casu exten-
sio non videtur: sed dispositio legis immediate reputatur. Et
11 ita in materia correctoria[11] dicit Bald. in authen.quas actio-
nes.ver.sed ego dico.C.de sacrosanc.eccle. per tex.in l.his solis.
C.de reuoca.dona.vbi etiam Bald.in j.not. & idem Bald.in l.si
quis seruo persuaserit.vers.& Adde C.de fur. Et hoc no.Alex.
per illum text.in l.cum mulier.in v.not.ff.solu.mat. Nam quan
do in pluribus casibus est vna, & eadem ratio, decidit omnes
casus:quia sicut genus comprehendit species,ita ratio genera
lis diuersas species casuum complectitur: vt not.tradit Pau
lus de Cast.in cons.cccxxxiiij.presens casus.Alex.in cons.lxxv.
videtur.lib.v.& idem Bal.in authen. post fratres.vers.item fra
ter.C.de legi.here.& dixi in c.secundo requiris.in prin.de app.
Non obstat quod licet eadem res sit, tñ videtur extensio:quia
illud non est verum,data identitate rationis:sed haberet locū,
si arguatur a similitudine rationis:vt declarat Pau. de Cast.
in consil.preallegato.Secundo limitatur non habere locum in
dispensatione gratiosa,vt Abb.hic dicit per tex.in c.per vene-
rabilem.qui fil.sint legit.& idem Abb.in c.ad aures.de rescript.
Moder.in d.c. postulasti.insistunt circa hoc,& finaliter dicunt
quod non videtur quod dispēsatio gratiosa in aliquo casu da-
ri possit:quia semper est contra ius commune. capi.j.de fil.pre
sbyter.in vj.Et ad c.per venerabilem.respondetur,quod loqui
tur in legitimatione, que videtur fauorabilis fauore prolis.
Sed aduertendum est,quia etiam in legitimatione militat ra
tio Mod.quia est contra ius commune,& legitimatio ipsa etiā
dispensatio dicitur:quia ius commune relaxatur,iuxta diffini
tionem dispensationis:vt per glos.in c.requiritur.§.nisi rigor.
j.q.vij.& probatur in d.c.per venerabilem.vbi text. loquitur in
legitimatione, & dicit quod cum dispensatur in spiritualibus,
dispensatum intelligitur in temporalibus. Et ideo Abb.bene
dicit,quod ibi loquitur in dispensatione gratiosa: nam inten-
tio Abb.fuit,facere differentiam inter dispensationem,que fit
simpliciter super defectu natalium, ad istum effectum simpli-
citer vt legitimus sit,& illam que fit ad istum effectum vt habi-
litetur ad beneficium ecclesiasticum,de qua loquitur text.in d.
c.j.de fil.presbyt.& ista odiosa est:quia in beneficijs ecclesiasticis
stricta interpretatio fit.c.quamuis.el ij.de preb.in vj. Et istam
differentiam inter legitimationem,& dispensationem,etiā tra-
dit Pet.de Ancha.in cons.ccxlij.ex tenore.in princ.& in consil.
ccccxxviij.circa primum.in prin.Do.post Lap.in c.j.in §.ille ve
ro.de fil.presb.in vj.Gratiosa etiam dispensatio videtur, quan
do respicit simpliciter potestatem dispensandi non habito re-
spectu ad illum,cum quo dispensatur:vt not.Io.An. in c.fina.
per illum tex.secundum vnum intellectum,de simo. & ibi Abb.
post alios in ver.& nota quod dixi.& not.Old.in cons. clij.factū
tale est.in ver.secunda ratio est.& Domin.in c.quamuis.el ij.de
prebend.in vj.vt tradunt Moder. in d.c.postulasti. Et ideo in
dubio interpretatio fit,quod quis dispensare possit,vt colligi-
tur ex dictis Abb.in c.in quibusdam.de penis. Similiter gra-
tiosa videtur dispensatio,vbi agitur de fauore publico,vel reli
gionis,vel anime:quia in talibus casibus extensio fit, etiam in
materia exorbitanti:vt no.Areti.hic.nam licet in supra dictis
casibus per dispensationem ius commune vulneretur, tamen
subiecta materia preponderat,vt dispēsatio gratiosa dicatur,
11 ex quo in talibus fit lata interpretatio. † An autem episcopus
contra propriam constitutionem dispensare possit: successiue
Abb.hic concludit quod sic,post alios, quos refert. & idem te-
net Roma.in cons.cccxxv.quo ad primum.Et istam regulam
generaliter tradit Mar.in c.ad audientiam.de homic. in ver.
in quo articu.vbi inquit quod in omnibus casibus, in quibus
quis potest legem condere,pariter poterit dispensare:quia dis
pensatio est iuris communis relaxatio:vt per gloss.in c.requi-
ritur.§.nisi rigor.j.q.vij.& not.Inno.in c.dilectus.de temp. or-
din.Archi.in c.licet.de elec.in vj.Ioan.And.in proem.Sexti.
in ver.dispensationis.& Abb.in c.diuersis fallacijs.de cle. con-
iug.Unde ille,qui potest condere,etiam tollere,& relaxare po-
test.c.j.de reg.iur. l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur.imo,quod
plus est,dispensatio facilius permittitur contra constitutio-
nem,quam quod constitutio tollatur.Nam legatus non potest
contra canones statuere,& tamen dispensare potest:vt not. di-
cit Anto.de But.per glos.fin.ibi,in clem.ij.de rescript.& Imo.
ibi circa fi.refert,& sequitur.& not.And.Sicu.in c.cum omnes.
de constit.& facit quod not.Dom.in c.j.§.pen.de fil.presb. in vj.
Predicta conclusio limitatur dupliciter, primo nisi constitu-
tio transiret in contractum: quia tunc in preiudicium tertij
non potest reuocari:vt Abb.post Ant.de But hic dicit:& idem
Roma.in cons.cccxxv.prealleg.& Card.in cons.cxxx.quo ad pri
mum.Imo,in c.que in ecclesiarum.de constitut. de quo dicen-
dum est,vt habetur in c.nouit.infra eod.vbi videbimus. Et ad
hoc facit, quia episcopus dispensationem semel factam reuo-
care non potest,vt tenet glos.not.in c.cum ex eo. de elect. in vj.
in ver.septennium,quam pro sing.alle.Rom.in sing. cccccxvij.
an dispensatio.& idem Oldra.in cons.cciij.factum tale est.in iij.
12 dubio.& Domi.in c.cum ex eo. † Secundo limitatur nisi talis
constitutio iurata sit:quia tunc episcopus contrauenire nō po
test, cum seipsum absoluere non possit:vt not.Abbas hic post
Anton.de But.Sed contrarium videtur velle Bald.in l.& si se
uerior.C.de his,qui not.infam. vbi tenet quod non obstante iu
ramento iudex alterare possit penam statuti: quia iuramentū
ad equitatem restringitur,nisi sit iusta causa.in l.fina. ff.qui sa-
tisda.cog.& ad idem allegat Bald.qui no.loquitur in l.clari.C.
de fideicom.Et hoc modo limitandum videtur dictum Abb.
hic,vt concludit Aret.hic,licet dicat Bald.alibi voluisse quod
iuramentum precise seruandum sit in l.quid ergo.§.pena gra-
uior.ff.de his qui not.infam.& in l.j.C.si aduer.delict.& idē Bal.
in authent.hodie.C.de iudic.Et ista opin.forte verior videtur:
12 quia absolutio requirit,etiam in iuramento metu extorto[12]:vt
per gloss.in c.verum.in ver.absoluerunt.de iure iur.& in c.si ve-
ro.in ver.proprium.eo.tit.& not.Pe.de Anc.in cons.ccclxxxiij.
retento ordine.Paul.de Castr. in l.pactum,quod dotali.C.de
collat.Alia opin.potest habere locum, quādo esset periculum
in mora,& non esset copia superioris:vt not. Innoc. in c.vene-
rabilem.de electio.in fi.Bald.in l. non dubium.C.de legib.Ro.
in sing.ccccxcj.tu sai.Abb.post Cardi. in c.quanto.de iureiur.
Et ad predicta facit quod not.Ang. in l.fin.qui satisd.cog.di-
cens quod semper tutius est,quod absolutio petatur. Et idem
no.Bald.in l.fina.C.de non nume. pecu.& de his etiam dixi in
13 rubri.qui admitt. † Subsequenter Ab.dicit quod sicut episco-
pus dispēsare potest in adulterio,ita etiam in incestu.De quo
tamen dubitari potest:quia incestus est maius crimen adulte-
rio.xxxij.q.vij.in c.adulterij malum.& ideo dicendū est vt Abb.
distinguit in c.j.circa fin.de eo,qui cogn.consang.vxo.sue.Sed
posito quod dictum Abba.verum sit,dubitatur an episcopus
dispensare possit simul in vtroque delicto:vt quia quis cogno-
uit consanguineam maritatam. Et est similis questio quam
14 ponit Bartol. in l.ij.in princp.de verbo.obliga. † de Comite
Palatino, qui habet potestatem legitimandi natos ex adulte
rio,& natos ex incestu,an legitimare possit natū simul ex adul-
terio & incestu.Doct.vario modo loquuntur:nam Bar.& legi-
ste communiter tenent quod in tali casu misto possit. Contra-
g rium[g] volunt Cald.Anto.de But.& Canoniste communiter.
Pro resolutione ex dictis Aretin.hic, & Modern. Senens.in
d.l.ij.in princip. de verborum obligatio. habemus considerare
duos casus. Primus est,quando concessio,que fuit facta comi
ti Palatino,loquitur de spurijs:quo casu est terminus gene-
ralis, vt notat Bartolus in l.finali, ff. de his, qui. vt indign. &
probatur in l.spurij.in princ.ff.de decurio.& tali casu poterit e-
tiam in casu misto: quia sub genere quelibet species comprehē
ditur. & ita Areti.hic,& alleg.Bald.in c.j.§.naturales.in princ.
in versi.sed ego quero.in titu. si de feud.fuer. controuer. inter
dom.& agnat.& idem Bald.in c.innotuit. in fine, de electio. Et
ideo Bartol.in d.l.ij.male formauit questionem de illo, qui ha
buit potestatem legitimandi spurios.& ibi ita dicunt Moder.
Senens.Nouissimi tamen ibi scribentes respondent, quod spu
rius,est terminus generalis respectu casuum simplicium,& nō
respectu casus misti,de quo queritur. Sed hoc nō placet:quia
natura generis est,includere quamlibet speciem.l. si quis sic sti
puletur.ff.solut.matri.l.ij.§.doli.vbi Barto.ff.vi bono.rapto.&

in l.si quid earum.§.inter emptum.ff.de lega.iij.⁊ casus mistus videtur constituere tertiam speciem.§.ex maleficijs.inst.de ac. l.iam hoc iure.in princip.ff.de vulga.⁊ pupill.merito talis species sub genere comprehenditur: vel si casus mistus non constituat nouam speciem,applicatur simplicibus: argu. l. queritur.ff.de statu hom.⁊ sic semper in genere includitur. Secundus casus est in terminis questionis, quando dictũ est de adulterio,⁊ incestu:⁊ in hoc casu Aret.⁊ Moder.omnes in d.l.ij.tenent opi.negatiuam: quia negari non potest,quin natus ex adulterio simul ⁊ incestu,sit magis odiosus, quam natus ex altero tantum.allegat Aretin.no.in c.nisi cum pridem.§. persone. vers.illo discretionis.de renun.⁊ facit text.in c.j.de treug.⁊ pace.vbi funiculus duplex potẽtius, ⁊ fortius ligat.Et quia grauius punitur iste, qui committit adulterium cum incestu . l.si adulterium cum incestu.in princip. vbi Bartol.ff. de adulter. Et quia legitimatio est de reseruatis princip. §. fin.in authen. quibus modis natural. efficiuntur sui. Et reseruata principi non veniunt,nisi exprimantur.capitu.quod translationem.de officio ⁊ potestate iudic. legat. Et sic si expressio facta sit in aliquibus casibus,non veniunt maiora expressis.clementi.non potest.de procurat.Sed tamen aduertẽdum est:quia predicte rationi, que efficax videtur,potest responderi,quod ratio predicta vera sit comparatiue ad alterum casum tantum:quia grauior est casus mistus,quam vnus ex simplicibus . Nõ autem videtur quod casus mistus grauior sit,quam sit vterque casus in duobus:quia plures delinquunt, ⁊ duorum anime polluũtur: ⁊ sic cum in eadem persona vtrunque delictum concurrat in diuersis actibus,clarum videtur quod comes Palatinus poterit legitimare:quia habet potestatẽ in adulterio, ⁊ in incestu in diuersis personis,vel in diuersis actibus in eadem persona:ergo pariter si in eodem actu vtrunque delictum cõcurrat in eadem persona, videtur quod habeat potestatem legitimandi: quia videtur minus delictum,ex quo semel tãtum deliquit:argumen.l.iij.C.de episco.audi.Et ideo opin. Bartoli verior videtur,quam sequitur Alexan.in d.l.ij.per l.si ita facta.ff. de iniu.rup.vbi in materia odiosa dispensatio facta in simplicibus, ad casum mistũ porrigitur. Nec obstat quod ibi agatur de fauore testamenti , vt quidam dicunt:quia fauor testamenti non attenditur in preiudicium filiorum. l. ij. ff.de liber.⁊ posthum. ⁊ quia facultas dispensandi est fauorabilis:vt no.in capi.fin.de
15 simo.cum similibus supra alleg. †Successiue Abb.querit,quid in schismatico,an episcopus dispensare possit. Et post glo.hic concludit quod sic,per text.in c. vt constitueretur.50. distin.in ratione sui.Sed tamen ille text.solum videtur permittere dispensationem,vbi agitur de salute plurium populorum. Et in contrarium quod episcopus non possit, notat Abbas per illam textum in capit.quia diligentia.de election.in ver.sed quo ad casum.vbi tenet quod talis dispensatio reseruata sit Pape. Sed distinguendum est,vt idem Abbas tradit in c.ij. de schisma.in fine.Et subijcit do.Abb.hic tria dicta notabilia in materia dispensationis. Primum est,quod in inferioribus a summo pontifice non valet dispensatio sine cause cognitione. Et hoc not. Innocent.in c.dudum.el secundo,in fi.de election.Federic.in cons.ccvj.reuerende pater.facit quod notat Bald.in l. si testamentum. C. de testament.cum similib.vt per Modern. hic:⁊ adde Innocent.in c.veniens. de filijs presbyteror. ⁊ idem Abbas post Hostiens.in c.quia in tantum. de prebend . vbi loquitur in episcopo,⁊ dicit quod non potest sine causa. Et facit quod not.Bald.in l. rescripta.C. de precib.Imperat.offer.⁊ in c.domino guerram.in princip.in titu.hic si. lex Corra. cum similibus,vt tradit Alexand.in consilio xciiij . consideratis his. lib.j.⁊ in consil. lx.visa legitimatione.volum. ij.Et hoc dictum intelligitur quando inferior dispensaret cõtra legem superioris:secus si contra propriam constitutionem, quia tunc potest
16 sine causa vt Abb.superius dixit. † Secundo Abb.dicit quod episcopus quasi semper dispensare potest in beneficijs : vt per Innocen.in c.ij.de cle.non ordi. mi.per illum tex.⁊ quia dispensat in beneficijs cum homicida.c.fin.de cleri.pug.in duel.Et similiter dispensat in crimine simonie,in beneficio etiam curato, vt notat Abb.in c.ex diligenti.de simo.Et secundum Ab. post Host.in d.c.de cle.pug.in duel.hoc dictum intelligitur in beneficio simplici,⁊ non in curato:quia maiora odiosa videntur, in c.j.de filijs presbyte.in sexto.Sed Joann.de Ana.in d.c. fina.tenet contrarium:quia ibi datur potestas dispensandi,que debet late interpretari.c.fina.de simo. Moder.hic dicunt quod in curato non est eadem ratio,cum depositus illud nõ possit administrare,per not.in fine,de rescript.in vj. Sed dici potest quod poterit vicarium constituere:vt in simili habetur in c . cum ex eo.de electio.in vj.Et quod idem sit in curato beneficio , Abb. dicit in d.c.ex diligenti.⁊ facit text.in d.c.fina. qui generaliter dicit de beneficio:ergo generaliter intelligitur.In cõtrarium tamen facit gloss.in c.literas.de fil.presbyt. Concordando opi. distingui potest quod in habendo beneficium in futurum , vera sit opinio Hostiens.⁊ Ab.in d.c.fina. Sed in beneficio acquisito prius,opi.Joan.de Ana.procedat.Et in tãtum episcopus habet potestatem dispensandi circa beneficium,vt illud possit, licet dispensatio prohibita sit,vt not.Abb.per illum tex.in c.ij. in vltimo not.de rapt. Tertio Abb.dicit,quod inferiores episcopi non habent potestatem dispensandi, nisi in casibus a iure expressis:vt no. Innocent.in c.ij.de eo,qui fur.ordi. suscep. ⁊ idem Archid.in c.ecclesia.xvj.q.j.facit gloss.in c.fina. de rescri. in vj.⁊ idem Abb.in c.j.de voto.cum simi.vt per Moder. hic,⁊ in c.pastoralis.§.preterea.de offic.ordina.⁊ idem Fed.in consil. xxx.an capitulum.Abb.in c.j.de priuile.⁊ in c.innotuit.de elec. facit gl.in c.cum ex eo.de electio.in vj.in ver.episcopi. Et idem est in absolutione ab excommunicatione, que nõ competit inferioribus,nisi exprimatur in iure,vt Abbas hic dicit, ⁊ idem Ab.in c.ij.⁊ in c.nuper.de senten.excommu. Et hoc verum intelligitur,nisi essent excommunicati a constitutione ordinis,secundum Cal.cons.v.apostatauerunt.de sent.excommun.vel nisi inferior hoc faceret de mandato superioris:vt not. Domini. in d.c.cum ex eo.de electio. Innocent.in c.de cetero.de sentent. excommun.cum simil.vt tradunt Moder.hic. Nam absolutio potest alteri committi.c.fina.vbi Abb.de offic.ordin.Et quandoque superior alteri committit quod ipse facere non potest. c.suffraganeis.vbi Abb.de electio. ⁊ quod not. Abb. in clem.j. per gloss.ibi,in ver.presbyteri.de priuile. vel nisi inferior haberet iurisdictionem quasi episcopalem,secundum Abb. hic per gloss.in clem.j.in ver.proprij.de reb.ecclesi.non alie.⁊ idem Ab. in c.sicut.de excess.prelat.⁊ in c.monachi.de sentent. excommu. Anto.de But.in consil.xxiij.quia hic agitur.cum simil.vt tradunt Moder.hic,⁊ in c.auditis.de prescrip.Et hoc in his, que sunt iurisdictionis: secus si ordinis sint,vt Abb.declarat in d. clemen.j.de priuile. Et ad predicta vide Abb.in c.de moniali-
17 bus.in fin.de sent.excommu.vbi aliter loquitur. † Subsequenter Abb , querit an quod dicitur hic de episcopo, quod potest dispensare in adulterio , ⁊ in minoribus , habeat locum etiam post depositionem. Abb.post Specul. in tit.de lega.in §.nunc ostendendum.ver.nolo.considerat duos casus. Primus in deposito actualiter,⁊ sic in degradato.Secundus in deposito verbaliter. Circa primum cõcludit primo quod episcopus potest illum restituere,si restitutio petatur de iure : puta si allegetur falsitas testiũ vel quid simile.allegat c.episcopus. xj.q. iij. ⁊ idẽ Abb.in c.ex tue.in fin.de cleric.non resid.⁊ vide glos.in d.c. episcopus.que intelligit de iure , quando depositio fuit nulla. Et tali casu res clara videtur. Et non obstat text. in l.j.in fin.ff.de quest.quam glos.in d.c. episcopus,allegat in contrarium:quia ibi sententia erat valida, ⁊ transiuerat in rem iudi.sed quando sententia fuit nulla,non videtur restitutio necessaria: vt notat Anto.de But.in c.clerici.circa fin.de cler.excommunica.min.
18 ⁊ Dom.in c.contumaces.50.distinct.in fi.† Secundo Abb.concludit,quod quando petitur restitutio de gratia,⁊ non de iure communi:tunc episcopus non potest, sed Pape reseruatur.c. ideo.ij.q.vj.Et licet ille tex.cauillari possit, quia videtur loqui in restitutione episcoporum, vel quando proceditur per viam appellationis,tamen dictum Abb. probari videtur in c.j. ⁊ ij. 50.distin.⁊ in c.ideo.el ij.q.vj. ⁊ hoc communiter tenetur, secundum Imol.in d.c.ex tue.de cleri.non resid.In secundo casu,videlicet in deposito verbaliter,Abb. concludit quod episcopus dispensare possit per istum:vbi post factam mentionem de depositione,tex.dicit episcopum posse dispensare.⁊ ad hoc etiam alleg.glo.in c.quamuis.in glos.mag.de rescript.in vj. Sed aduertendum est:quia iste tex.non videtur probare conclusionem Ab.quia intelligi potest quod episcopus dispensare possit ante depositionem:quasi dicat quod clericus suspendi , vel deponi potest,secundum qualitatem delicti, nisi cum eo dispẽsetur, scilicet ante depositionem: ⁊ ideo Aretin. hic tenet contrariũ, quod episcopus non possit: quia duo specialia concurrerent. Primum quod possit dispẽsare,quod videtur esse de iure speciali:vt ipse hic circa fin.deducit. Secundum,quod reuocaret propriam sententiam,contra l.j.in fin. ff.de quest. Et ideo specialia non possunt concurrere in eodem casu.l.j. C.de dot.promiss.Sed Moderni hic respondent, quod hoc toleratur:quia vnum dependet ab altero.not.l.singularia.ff.si cer.pet. Secundo Are.allegat tex.vij.q.j.si quis presbyter. vbi clericus depositus ab episcopo non habet spem restitutionis. Sed responderi potest vt ipse Aret.sentit,quod intelligitur,nisi superueniat iusta causa dispensandi.Et hoc in simili casu not.Ab.in c.ij.de malef.in vlti.nota.Preterea tex.in d.c.si quis presbyter.loquitur in constitutione cõciliari, ⁊ quando expresse prohibita est dispen

dispensatio. Alia tamen ratione conclusio Abba. dubitabilis
videtur, quia etiam isto casu militat ratio supra allegata quod
post sententiam, que in rem iudicatatam transiuit, non potest
iudex contrauenire. Sed respondetur illud verum esse in resti
tutione: secus videtur in dispensatione, de qua agitur, per ea,
19 que dixi supra in tex. † Successiue Abb. concludit quod licet
episcopus non possit restituere ad famam principaliter, tamē
dispensando super adulterio, in consequentiam videtur habe-
re potestatem restituendi ad famam. Et idem Abb. tradit in
c. cum te. de re iudic. ⁊ in c. ex diligenti. in fi. de simo. ⁊ Imola in
l. infamem. vers. an autem episcopo. de public. iudic. vbi ad hoc
allegat gloss. que ita tenet in c. Euphemium. in §. hinc corrigi-
tur. ij. q. iij. in ver. colligitur. ad idem gloss. in c. domino sancto.
in ver. ignominiam. 50. distinct. cum similib. vt tradunt Mod.
hic, ⁊ in d. c. cum te. Et probatur ista conclusio secundum Are.
hic: quia cui conceditur antecedens, videtur cōcedi consequēs,
sine quo antecedens stare non potest: vt per glo. vij. q. j. in cap. si
quis cum clero. ⁊ in c. quia in tantum. de prebend. ⁊ Moder. se-
quuntur. Sed aduertendum est, quia contra istam rationem
Areti. que etiam in effectu fuit ratio Abb. ⁊ aliorum in locis
supra allegatis, videtur text. in c. prudentiam. §. sexta. ⁊ no. Ab.
ibi, de offic. delega. vbi ea, que sunt superiori reseruata, non ve-
niunt in consequentiam, licet commissio facta iudici delegato
non possit aliter habere effectum. Sed pro ratione Are. est bo-
nus tex. in l. quoties. C. de iud. facit tex. in l. cum proponas. C. de
reb. credi. ⁊ in l. j. ⁊ quod ibi Bart. ff. de autho. tuto. Non obstat
tex. in d. c. prudentiam. §. sexta. quia commissio ibi poterat ha-
bere locum in aliis casibus non reseruatis apostolice sedi, vt
ibi dicitur: secus in casu isto, vbi facultas dispensandi in adul-
20 terio nihil operaretur, nisi infamia esset remota. † An autem
episcopus sine capitulo dispensare possit. Ab. concludit quod
non, saltem in grauibus causis. ⁊ idem tenet gl. in j. in c. si qui si-
ne examinatione. lxxxj. dist. ⁊ in c. ex penitentibus. 50. dist. in gl.
mag. circa medium. ⁊ glo. fina. in c. fin. j. q. v. ⁊ sequitur Dom. in
c. cum ex eo. de elect. in vj. quia dispensatio est de maioribus ne-
gotiis. j. q. vij. in c. didici. in fi. ⁊ idem tenet Oldra. cons. cccxxvj.
quod articuli dati. ver. est autem dispensatio. ⁊ sequitur Mar.
in c. ad audientiam. de homic. ⁊ idem Roma. consi. cccxxv. quo
ad primum. in fi. ibi tamen dicit quod de consuetudine idem e-
piscopus absque capitulo dispensare potest: ⁊ pro tali consue-
tudine facit tex. in c. iij. de consuet. in vj. Et sicut valet consuetu
do, ita valeret priuilegium. c. ea noscitur. de his, que fi. a maiori
par. ca. And. Sic. tamen hic etiam tenet quod de iure commu-
ni non requiratur consensus capituli, secundum opi. Anto. de
Butr. hic, post gloss. in d. c. cum ex eo. quia dispensatio dicitur
gratia. j. q. vij. in c. exigunt. Sed in his que episcopus potest de
gratia, consensus capituli non requiritur. c. scriptum. de elect.
⁊ Abb. ibi in glo. in ver. temporis. Et ad hoc facit: quia iura lo
quuntur de episcopo: vnde in dubio de solo episcopo intelligū
tur. c. cum apostolica. in ver. episcopus. de his, que fiunt a prel.
vbi Abb. infert ad priuilegium doctorandi datum episcopo.
Nā de solo episcopo intelligitur. Sed responderi potest, quod
illud habeat locum in his, que aliquo iure speciali episcopo cō
ceduntur: secus videtur in ista facultate dispēsandi, que episco
po videtur de iure communi cōpetere, cum sit iurisdictionis,
vt hic: ⁊ tali casu episcopus debet simul cum capitulo procede-
re, per ea, que Abb. hic dicit. Non obstat quod iura faciunt mē
tionem simpliciter de episcopo: vt hic, ⁊ in c. cū ex eo. quia hoc
ideo est, quia ipse est author, vt Abb. hic dicit. Et ad hoc facit,
quia actus attribuitur facienti, ⁊ non consentienti. l. aliud est
vendere. ff. de regul. iur. Et ideo suppletur, vt iura intelligan-
tur de capitulo, simul cum episcopo: vt no. Dom. in d. c. cum ex
eo. ⁊ Fed. in cons. xxx. an capitulum. imo, quod plus est, si dica-
tur de solo episcopo, non videtur excludi capitulum, sed infe-
riores prelati excluduntur: vt est tex. notab. xv. q. vij. c. si autem.
21 † Quid autem de capitulo, an vacante sede succedat in potesta
te dispensandi, que episcopo competebat, Ab. concludit quod
sic, post Fed. in consil. xxx. s. allegato. facit gloss. xvj. q. j. c. eccle-
sia, ⁊ idem Abb. tenet in c. cum olim. in viij. q. de maiorit. ⁊ obe.
Domi. in d. c. cum ex eo. in ver. per premissa patet. Et idem te-
net Imo. post Cardi. ⁊ Petr. de Anchar. quos ibi refert in c.
ij. ver. extra glo. ne sede vacan. ⁊ idem Cardi. consi. xxxv. hec du
bia. ⁊ late Franc. Pauin. in tract. de offic. ⁊ potest. cap. sede va
can. in quinta quest. vbi alios refert: ⁊ ita cōcludit, ⁊ respondet
ad omnia, que in contrarium adduci possunt. Et fundamentū
est: quia talis potestas dispensandi est iurisdictionis. Et quod
sit iurisdictionis, not. Card. hic, in iiij. notab. per istum textum
dum inquit, cum suis clericis. Et ista ratione archiepiscopus
non potest dispensare cum subditis suffraganei, quia in illos
non habet iurisdictionem: vt not. de. Anton. in c. ad extirpan-
das. versic. quero an cum metropolitanus. de filiis presby. cum
similib. vt tradunt Moder. in c. pastoralis. in princ. de offic. or-
din. Et ex ratione predicta infertur, secundum Abb. hic, quod
episcopus electus poterit dispensare, licet non sit consecratus:
quia electus confirmatus potest exercere ea, que sunt iurisdi-
ctionis. cap. transmissam. cum gloss. de election. ⁊ Abb. alle. In
nocen. ad hoc, in c. suffraganeis. de elect. ⁊ idem tenet Domin.
in d. c. cum ex eo. vers. ⁊ ex hoc infertur. Solus And. Sic. hic te
net contrarium: quia text. loquitur de episcopo: ergo intelligi
13 tur de consecrato [13]: vt per gloss. in clem. ij. de celebrat. missa. in
ver. pontificum. ⁊ facit tex. in c. cam te. vbi Abbas de rescrip. in
cap. tam literis. vbi Abb. de testib. Sed respondetur, hoc non
habere locum in his, que respiciunt iurisdictionem: quia sub
nomine episcopi etiam de non consecrato intelligitur. Et ita
in terminis in proposito in ista facultate dispensandi, not. Do
min. post Ioan. And. in d. c. cum ex eo. in fi. in ver. nota incidē-
ter istud dictum, ⁊ hoc late tradunt Moder. in dicto c. eam te.
de rescript. Secundo arguit Andr. Sicu. quod iste tex. loqua-
tur in consecrato: quia inferius presupponitur quod episco-
pus, de quo loquitur, possit tradere clericum seculari curie: ⁊
hoc non potest fieri ab eo, qui non sit consecratus. c. ij. de penis.
in vj. Sed ad hoc responderi potest, quod ex quo tex. in princi.
generaliter loquitur de episcopo, ⁊ intelligitur etiam de electo
confirmato, vt s. dixi, talis dispositio non debet restringi ex eo
quod inferius aliquid dicatur, quod solum episcopis consecra
tis conuenit: quia attenditur principium, quod generaliter lo
14 quitur [14]: vt est text. notabil. in simili in l. regula. in princi. iun-
cto ver. ⁊ licet. ff. de iur. ⁊ fac. ignor. quem ad hoc pro singul. alle
gat Imola in l. si ita quis. §. ea lege. de verborum oblig. Reli-
qua, que supersunt, de commento Abb. cogor in hac vltima ele
ctione conclusiue, ⁊ studio precipitato absoluere: nam primo
pro complemento eorum, que Abb. tradit, quatuor conclusio-
22 nes colliguntur. † Prima est, quod episcopus etiam inuito
accusatore, dispensare possit. Et idem notat Domi. post Ar-
chid. in c. si quis presbyter. 50. distinct. Nam etiam lite pendente
dispensatio fieri potest: vt no. Anto. de Bu. in c. ij. de restitu. in
integr. cum similib. vt tradunt Moder. in c. ceterum. de rescr.
Et hoc sane intelligitur nisi agatur de preiudicio tertii. Vnde
infert Io. de Ligna. hic, vt Abbas refert, quod talis dispensa-
tio facta cum eo, qui erat priuandus, non preiudicat illi, qui se
cuta priuatione illud beneficium impetrauit. Et idem notat
Ioan. And. in c. dudum. el j. circa finem. de electio. ⁊ Calder. in
consil. xij. in fi. de rescriptis. Oldrad. consil. cccxxv. thema que-
stionis. ⁊ ideo non valet dispensatio electionis in preiudicium
alterius coelecti: vt tradit Anton. de Butr. Ioan. Andr. in d.
c. dudum. Domin. post Archid. in d. c. si quis presbyter. Abb.
in c. innotuit. de elect. Facit quod not. Bald. in authen. ex com
plexu. versi. sed nunquid dispensatio. C. de incestis nupt. Bart.
in l. ij. ff. de decurio. ⁊ in l. Gellus. §. ⁊ quid si tantum, cum simi.
vt tradūt ibi Alex. ⁊ Mod. ff. de liber. ⁊ posth. Et subiicit Ab-
bas hic, quod dispensatio non conualidat electionem, que fuit
nulla: de quo dicendum est, vt no. Ant. de But. post Io. And.
in d. c. dudum. ⁊ Cal. consi. j. de electio. Abbas in d. c. innotuit.
⁊ Aret. in consi. vij. procedendum est. col. ij. Et ex dictis Ab.
hic colligitur quod ius tertii consideratur etiam in iure ad rē
quesito, prout Abbas hic dicit de illo, qui impetrauit beneficiū
15 alio priuato: ⁊ ideo de tali iure debet mētio fieri [15], vt not. Abb.
in c. in nostra. in ij. not. de rescriptis. Domini. in c. si motu pro-
prio. de preben. ⁊ in c. quam sit. de preben. in vj. ⁊ in c. quam sit.
§. j. in primo no. de electio. Et notandum est quod secundum
Abb. hic, ius ad rem videtur acquisitum illi, cui debet benefi-
cium conferri. Sed hoc non videtur verum: vt per gl. in c. ve-
niens. de renunt. ⁊ ipse Abb. hoc idem tenet in c. literis. per gl.
ibi, de rescriptis. ⁊ in c. capitulum. eod. tit. nisi dicamus, saluan-
do quod Abbas hic dicit, quod sit ius quesitum ad rem largo
modo videlicet isto respectu, quod ille superior non videtur
in dubio derogare. Et ad hoc bene facit text. in c. quamuis. de
rescr. in vj. Nam etiam ius alteri quesitum in spe, tolli non po-
test: vt not. Bald. per illum text. in l. si constante. C. de don. ante
23 nupt. † Secunda conclusio Abb. est, quod cum accusatore, qui
non probauit, episcopus dispensare potest. Et ista conclusio
de plano procedit in delictis, in quibus episcopus dispensare
potest per rationem Abb. hic, secus videtur in delictis, in qui-
bus episcopus non habet potestatem dispensandi: quia tunc
ratio Abb. cessaret. Et subiicit Abb. hic, quod in casu istius
articuli non sufficit egisse partem penitentie, vt dicebat An-
to. de But. hic, post glo. in verbo, penitentiam, per c. ex tenore.
de temp. ordin. quia Abbas respondet quod ille text. loqui-
tur in delicto occulto: hic vero agitur de crimine manifesto,
in quo requiritur vt in totum peracta sit penitentia, vt verba

sonant, id est, post peractam penitentiam. Aret. hic, respondet
ad istum textum, quem Abbas inducit, vt intelligatur etiam
de parte penitentie peracta: quia iura antiqua ita etiam dice-
bant in occultis criminibus post penitentiam. c. fin. de temp.
ordin. c. de his vero. 50. dist. & tamen hic declaratur quod satis
est, penitentiam esse incboatam. d. c. ex tenore. Sed replicari
potest quod iura vlterius procedunt, ita declarando in crimi-
nibus occultis. Sed ista declaratio facta non reperitur in cri-
minibus non occultis, in quibus maior ratio videtur, vt pe-
nitentia peracta sit, prout text. hic loquitur. Moder. etiam
sequuntur opi. gl. & Ant. de But. per gl. in c. de his. el. ij. 50. dist.
Et ex eo quod ipse Abb. not. in cle. dudum. in gloss. in verbo,
audire, de sepult. cum simi. vt per eos hic. Et adde textum in c.
fin. de fur. ibi: post peractam penitentiam, vel congruam par-
tem penitentie. Sed responderi potest quod allegata in con-
trarium habent locum in foro anime, vel in criminibus oc-
24 cultis, vt Abbas dicit. † Tertio Abbas concludit quod di-
spensatio debita sit, vbi agitur de bono publico, & necessaria:
sed quando agitur de vtilitate priuate persone, illam non co-
gitur episcopus facere, licet possit, si velit: vt hic. Et secundum
hoc text. hic restringitur, quando dispensatio non sit debita.
Sed tamen etiam text. iste videtur habere locum, si dispensa-
tio necessaria sit: & tunc verbum, potest, exponitur, id est, debet:
vt probatur in c. cum ex eo. de elect. in vj. vbi dicitur quod epi-
scopus poterit: & tamen secundum Arch. Jo. And. & Domi.
ibi, debet, & tenetur episcopus in illo casu dispensare: quia ibi
non solum consulitur persone, sed agitur de vtilitate publica:
quia ecclesia vniuersalis viris literatis indiget, vt ibi dicitur.
Et etiam vbi agitur de meritis persone dispensatio necessaria
videtur. c. domino sancto. 50. dist. ibi: vt necesse sit. & ideo equi-
parantur circa dispensationem vtilitas ecclesie, necessitas, &
meritorum prerogatiua: vt dicitur. j. q. vij. c. tali. Et ad hoc fa-
cit, quia prerogatiua, que conceditur alicui ratione virtutis,
16 respicit publicum bonum [16]: vt not. Bald. dicit in authent.
habita. versic. tertio modo. C. ne filius pro patre. vnde quod
Abb. hic dicit de vtilitate priuate persone intelligitur quan-
do fieret dispensatio simpliciter propter vtilitatem priuatam:
secus si concurreret vtilitas publica, vt supra dictum est: quia
25 dispensatio esset necessaria per supra dicta. † Quarto, & vlti-
mo Abb. concludit post alios, quos refert, quod per dispen-
sationem factam simpliciter per episcopum, ille, cum quo dis-
pensatum fuit, redditur habilis in acquisitis, & acquirendis
D ordinibus, & beneficijs, adeo quod etiam ad episcopatum [D] po-
terit promoueri. Et ad hoc facit, quia habilitatus per dispen-
sationem, perinde habetur, ac si esset habilis de iure commu-
17 ni [17]: vt not. Bald. per illum text. in l. liberos. C. de coll. Nam
omnis macula purgatur per dispensationem, & eradicatur, ac
si nunquam fuisset. l. imperialis. §. si miles. vbi Bart. & doct.
C. de nupt. facit text. in l. queris. ff. de nata. restit. & glos. ij. in c.
ferrum. 50. dist. Nec obstat quod dispensatio debeat stricte in-
terpretari. c. j. de fil. presby. in vj. quia illud verum est, quando
agitur de extensione vltra proprietatem verborum: sed qua-
tenus comprehenditur de vi sermonis, & secundum propriam
18 verborũ naturam, dispensatio late interpretatur [18]. Ita Bald.
not. dicit in materia dispensationis in consilio primo, in prin-
cip. de consangui. & affi. Et idem est in alia materia penali, &
odiosa: quia verba late interpretantur, quatenus natura ver-
borum requirit: vt not. Angel. in l. fin. versic. item opponitur
extra gloss. ff. de constitut. princi. vbi inquit quod tali casu non
cadit aliqua interpretatio: quia vis verborum hoc importat. &
ad hoc est tex. not. quem ibi ponderauit Areti. in l. cum lege. ff.
de testam. Et hoc idem Abbas dicit in capitulo ex parte. el ij.
in secundo notabi. de decimis. Et predicta conclusio intelligi-
tur, quando fit dispensatio plena, & generalis: secus si limitata
fuisset, vt not. Ant. de Butr. hic, & idem post Innocentium in
capitu. fina. circa finem. de translatio. episcop. Domin. in capi.
j. §. j. de filijs presbyterorum, in sexto. Item quod dictum est, il-
lum, cum quo generaliter dispensatum fuit, posse promoueri
in episcopum: hoc intelligitur, quãdo prius erat habilis & per
dispensationem restituitur in pristinum locũ, vt supra dictum
est. secus si quis prius semper inhabilis fuisset: quia dispensa-
tio facta cum eo simpliciter, non facit quod in episcopum eligi
possit: vt not. dicit Innocent. in capit. dilectus. de concess. pre-
bende. Et idem dicunt ibi Antonius de Butrio, Cardinal. &
Abbas, & Imo. facit text. in cap. innotuit. de election. Et quia
res de facili reuertitur ad naturam suam. xxxv. distinct. cap.
ab exordio. l. si vnus. §. pactus ne peteret. versic. quod in specie.
ff. de pact. Et dum Abbas allegat gloss. quinquagesima distin.
in capitu. fidelior. quod potius in prelatum eligendus sit ille,
qui peccauit, & penituit, quam ille, qui nunquam peccauit: illa
glos. simpliciter hoc non dicit: quia in fine in contrarium alle-
gat tex. in cap. nos consuetudinem. duodecima distinctio. Sed
est alia glossa, que absolute hoc dicit in capitu. fina. alias est in
§. finali. que incipit, nunc ergo queritur. in glossa magna, cir-
ca finem. lxiij. distinctio. Et hoc tenet Abbas hic & in capit. du
dum. el ij. in glossa. in verbo, electionis tempore. in fin. de elect.
& Roman. in singula. dccxxiiij. quo ad casum. Ubi tamen re-
fert Archid. in dicto capitulo nos consuetudinem. qui tenet
contrarium, per illum textum, & cum Archid. tenet Domin.
in dicto c. nos consuetudinem. & in dicto capitulo fidelior. 50.
b distinct. & plerique Moder. [b] hoc sequuntur. Sed tamen quod
prius dictum est, magis placet in episcopo, & in alio prelato,
qui haberet iurisdictionem: quo casu in magistratu non con-
sideratur simpliciter integritas persone. Et ideo non credat
Episcopus sufficere sibi lectionem & orationem: vt dicit text.
lxxxvj. distinct. c. fratrem nostrum. Nam in episcopo plura
alia requiruntur, & precipue misericordia: vt habetur in ca-
pitulo, quod episcopus. xxiij. dist. & facit tex. in capitulo, alli-
gant. xxvj. quest. vij. vbi dicitur quod melius est propter mise-
ricordiam, quam propter crudelitatem, rationem reddere.
Et in partes misericordie magis verisimiliter inclinabit iste,
qui aliquando delinquit: vt dicit tex. in capitulo, cõsideran-
dum. 50. distinct. ibi: vt ex sua infirmitate cognosceret, vbi lo-
quitur de Petro. Et dicit quod electus fuit ipse ante alios
in pastorem, vt ex sua infirmitate cognosceret quam miseri-
corditer alienas infirmitates toleraret. Et ideo isto respectu
iste reputatur magis idoneus. Non obstat. text. in dicto c. nos
consuetudinem. quia illud, quod dicitur ibi, speciale est in he-
retico: vt est text. in c. j. prima q. vj. vbi tales etiam ordinari pro-
hibentur.

Additiones.

A ¶ Ponitur. Vide Bartol. in l. Lucius. §. qui habebat. ff. ad
Trebellian.

B ¶ Intelligitur. Adde dominum Vincentium Herculanum
preceptorem meum in l. ij. ff. solu. matrimo. & adde quod ista di-
ctio perpetuum, ponitur quandoque pro centum annis, vt
not. Bart. in l. si vsufr. ff. de vsufr. leg. & in l. annua. §. a Titia.
in fin. ff. de ann. leg. Et perpetuo quandoque importat ad vi-
tam. vt per Fely. in c. ne Dei. in versic. vlt. extra glo. de simo.
vbi remissiue loquitur: plures quotas adducit. & vide etiam
per firmanum copiose in suo repertorio, in ver. perpetuum.

C ¶ Omnino. Adde eundem Decium in consi. j. vbi dicit, quod
ista dictio precisam habet naturam, adeo quod dispositio in
qua apponitur, extendi non potest: & de hac dictione vide e-
tiam per Soc. in l. j. §. per seruum corporaliter. ff. de acquiren.
possess. & in l. qui vsufructus. de verb. obligat.

D ¶ Episcopatum. Quod dispensatio cum aliquo generaliter
facta trahatur etiam ad episcopum, vide per eundem Deci. in
c. quia diligentia. in versic. non obstat textus. s. de elect.

Hier. Sig.

1 ¶ Intelliguntur. Late Dec. in l. in actionibus. in glo. in ver.
plane. ff. de in litem iur. & quod debeat intelligi secundum qua
litatem versic. precedentis. vide Dec. cons. cclxvj.

2 ¶ Non obstante. Idem Dec. in c. j. de iudi. dicit quod hoc di-
ctum Archidia. communiter tenetur.

3 ¶ Juris. L. damni. §. quod in stipulatione. ff. de damno infec.
l. miles. §. fina. ff. de re iudic.

4 ¶ Dispensationem. Intellige hoc nisi ex causa. vt j.

5 ¶ Intelligitur. Vide Dec. in c. in presentia. de prob.

6 ¶ Dispensare. Idem s. in c. j. in j. lect. s. eod. tit. & limita nisi
ex magna causa. vt infra.

7 ¶ Ratio. Et quod dispensatio sit odiosa, & stricti iuris. Dec.
in consi. dcxcv. & idem quod hic voluit Dec. in c. quia. num. 5.
de preben.

8 ¶ Quia, licet. Reprobat hec dicta Lancel. Galigau. in l. ij.
in princ. ff. de verb. obl.

9 ¶ Odiosa est. Et quod dispensationis priuilegium non tra-
hatur ad aliam personam vide Dec. in c. cum venerabilis.
in vj. not. de except.

10 ¶ Extensio fieri. Vide que add. in c. ecclesia. s. marie. de con-
stit. & in c. quoniam contra. in princ. de prob.

11 ¶ Correctoria. Vide que add. ad Bart. in l. si constante. in ix.
q. ij. q. prima. ff. sol. mat.

12 ¶ Extorto. Vide Dec. in c. ad hec. el ij. de appell. vbi limitat
quemadmodum facit hic.

13 ¶ Consecrato. Vide Dec. in c. cum in cunctis. §. cum vero. de
elect. But. in cons. xix. quia hoc agitur.

14 ¶ Loquitur. Idem in c. decernimus. s. eod. tit. & in c. cum non
ab homine. j. eod.

15 ¶ Mentio fieri. Idem Dec. s. in rubr. hoc tit. in ij. lect. & in c.

super

super eo. §. de offic. deleg.
16 ¶ Bonum. Vide Dec. in c. cum adeo §. de rescript.
17 ¶ Iure communi. Vide Dec. in cons. cxiiij.
18 ¶ Interpretatur. Idem Dec. in c. sedes. in iij. notab. §. de rescript. ⁊ in consil. cxxviij. Sil. Ald.

b ¶ Dispensare. Hec vera, quicquid dicat Decius.
c ¶ Minus. Et etiam minus homicidio. Clauasi. vers. periurium. §. viij. quanuis contrarium teneat Tho. Aquin. Quodlib. j. art. xviij. Io. Gerson par. j. de erroribus, circa precep. non occides. Sed contra Tho. quod homicidium sit grauius periurio tenet Ricar. de Media villa. in iij. distinct. xxxix. art. iiij. quest. j. vbi Gabriel B. ⁊ quest. ij.
d ¶ Remota. Fel. cap. insinnatum de simo. Io. Sel. tract. de benefi. par. iiij. quest. viij. num. 5. Sed contra verius est, vt tenet Panorm. dicto c. insinuatum. vide Roma. cons. cccxxv. in fin. Ant. Corset. in sing. vers. nullatenus.
e ¶ Excludit. Curtius Senior cons. lxv. facit And. Tir. in repetitio. l. si vnquam. vers. reuertatur. num. 77. cum seq. C. de reuoc. don. Contrarium tenet Guid. Pape. dec. Delph. ccxxiiij. ⁊ melius, vt etiam Decius sonat hic.
f ¶ Conciliari. Henr. de Boi. trac. de synodo. par. iij. art. j. nu. 7.
g ¶ Contrarium. Et bene simpliciter, quicquid dicat Decius, vt tenet Alex. cons. lxij. num. 17. vbi dixi, lib. iij. cons. cxl. num. 4. lib. v. And. Tiraq. de legib. connubia. gl. iij. num. 63. cum seq.
h ¶ Moder. Scilicet Fel. hic, ⁊ cap. eam te. ⁊ ibi Franc. Ripa, de rescrip. quanuis Decius hic, ⁊ in cap. constitutis. ij. in glos. sequatur. [redacted].

1 ☞ Dominus feudi habet ordinariam iurisdictionem sibi a lege concessam, ⁊ an possit prorogari, vel delegari. 2. 3.
4 Dominus feudi laicus, an habeat iurisdictionem in clericos.
5 Dominus feudi habet iurisdictionem priuatiue ad ordinariã.
6 Causa feudi que debet tractari coram domino feudi, si tractetur coram ordinario, an valeat processus.
7 Quid autem si domino sciente, ⁊ patiente.
8 Feudi cognitio quando spectet ad ordinarium. 9. 10. 11.
12 Feudi dominus si coactus inuestiuit vasallum, non erit iudex illius.
13 Pares curie qui dicantur, ⁊ an omnes sint iudices. 14.
15 Ordinarius cognoscit, si sua sit iurisdictio, si coram eo agatur de feudo.
16 Libellus in rei vendicatione trahitur ad vtile dominium.
17 Dominium directum acquiritur per prescriptionem, quantum ad effectum disponendi.
18 Dominus feudi non cognoscit de sua iurisdictione, si negatur quod res sit feudalis.
19 Vasallus negans dominum feudi, cadit ipso iure a feudo.
20 Appellatio in causa feudi ad quem dirigitur. 21. 22.



1 Eterum. Summantur, ⁊ diuiditur, vt per Abbat. ⁊ alios hic. ¶ † No. primo quod dominus feudi habet iurisdictionem ordinariam, que a lege sibi cõceditur. Facit gl. in c. in singulis, de statu monachorum, vbi Abb. Et ex hoc habetur quod iurisdictio ordinaria etiã dicitur illa, que datur a lege respectu certe qualitatis causarum: imo, quod plus est, etiam si vna causa specialiter cõmittatur a lege, iurisdictio ordinaria dicitur. gloss. in l. j. in verbo, specialiter. C. ne lice. potent. quam allegat Paul. de Castr. in l. a iudice. C. de iudicijs. ⁊ hoc ponit Lapus allegatione lxxviij. commune Florentie. vbi refert concilium
2 collegij Perusini. † Ex ista conclusione Abb. infert quod potest prorogari. Sed in contrarium arguit Aret. quia iurisdictio competens de iure speciali, non potest de loco ad locum prorogari, secundum Host. in c. j. vbi Abb. ad finem, ver. nota singula. de offi. leg. Idem ergo videtur de persona ad personam: quia facilius prorogatur de persona ad personam, quam de loco ad locum, vt colligitur in cap. statutum. §. in nullo. de rescr. in vj. iuncta l. si quis ex consensu. C. de episc. aud. Moder. hic dicunt, quod prorogatio de persona ad personam est difficilior, quam de loco ad locum. Hoc patet: quia de loco ad locum fieri potest, saltem de consensu partium. d. §. in nullo. secus de persona in personam. c. P. ⁊ G. de off. deleg. Sed potest replicari illud esse verum in iurisdictione delegata, vt loquitur dictum cap. P. ⁊ G. Secus in ordinaria: quia ista, secundum Aret. difficilius prorogatur de loco ad locum, quam de persona ad personam: nam in prorogatione loci expressus consensus requiritur. d. §. in nullo. Et in prorogatione personarum etiam tacitus consensus sufficit: vt not. in l. j. ff. de iudicijs. Et quod dictum est de prorogatione, que potest fieri in causis feudalibus, vt Abbas dicit, intelligitur, cum consensu proprij iudicis: quia vasalli sine consensu proprij iudicis iurisdictionem prorogare non possunt: vt no. Bar. in l. j. ff. de iud. in l. j. §. ⁊ post operis. ff. de ope. no. nun. vbi Alex. † Secundo ex ista conclusione, ꝙ iurisdictio ordinaria sit, infertur, quod delegari possit. quia ille, cui iurisdictio ordinaria competit, videbitur habere potestatem delegandi. l. j. C. qui pro sua iurisdictione. Et ista conclusio bene procedit in eo qui ordinarius sit generaliter, vel respectu certe qualitatis causarum, vt hic, secus si ordinarius sit in vna causa tantum specialiter sibi commissa: quia talis delegare non potest, secundum gl. in l. j. C. ne lice. poten. Paul. de Cast. in d. l. a iudice. ad fin. vbi infert ad statutum, quod in causa pretor cognoscat: nam est ordinarius, quia habet a statuto: sed tamen non poterit delegare. Secundo predicta conclusio procedit in iurisdictione ordinaria data a principe, vel a lege ciuili: secus si a lege pretoria: quia tunc delegari non potest, secundum Bart. in l. ij. §. si intra dies. ff. de dam. infec. circa fin. Hoc dictum pro singulari reputatur per Ro. ibi, ⁊ Imo. eadem l. §. duas. ¶ Secundo nota, secundum Abbatem casum, in quo prelatus citra Episcopum, habet iurisdictionem ordinariam respectu certarum personarum ⁊ causarum priuatiue ad Episcopum. Sed istud nota. Abba. non videtur verum simpliciter, vt verba Abba. sonant de iurisdictione data prelato citra episcopum vt infra videbimus: sed hic est speciale in domino feudi. Et notandum est quod cum in causa feudali dominus sit iudex specialis, impetratio iudicis delegati non valet: nisi facta sit mentio quod causa esset feudalis, ita Bald. dicit in cap. cum ordinem. de rescriptis. Est etiam notandum quod licet talis iurisdictio ordinaria sit, habet tamen minus iuris, quam iurisdictio, que generaliter ordinaria sit: quia citatus coram domino feudi in dubio comparare non tenetur: licet secus sit coram ordinario generali. l. si quis ex aliena. ff. de iud. Et ita not. in domino feudi. glos. dicit in capitulo primo, in verbo, ad dominum. de inuestitu. in mari. fac. vbi Bald. sequitur, dicens quod hoc alibi non reperitur. Et hoc dictum allegat Aretinus hic, ⁊ idem tenet Andreas Sicul. hic, ponderando istum textum in verbo, constat. vbi debet constare illos esse vasallos, ad hoc vt dominus feudi in eos iurisdictionem exercere possit, ⁊ posteriores sequuntur. Sed tamen aduertendum est, quia dicta glossa in dicto capit. j. non probatur iure. Et in contrarium facit ratio, que allegatur in dicta l. si quis ex aliena. vbi ille, qui sit ex aliena iurisdictione, tenetur comparere, ne videatur authoritatem iudicis contemnere, ⁊ quia ipse iudex habet cognoscere an sua sit iurisdictio. Si ergo citatus tanquam vasallus, ab eo, qui se dominum asserit esse, ⁊ cõstat illum esse dominum respectu aliorum vasallorum, sicut in dicta l. si quis ex aliena. constabat illum esse iudicem respectu aliorum, dicendum videtur quod comparere teneatur, ne dominum ⁊ sic iudicem, videatur contemnere: ⁊ quia ipse habebit cognoscere an sua sit iurisdictio, vt infra videbimus post Abbatem. Et maxime hoc haberet locum, si agatur de modico preiudicio citati: vt in simili tradit Abbas in capitulo secundo, de dilation. Non obstat text. hic, in verbo, constat: quia istud verbum non refertur ad dominum feudi, sed text. hic loquitur ad hoc vt excludatur ordinarius, ne pos-

sit vasallus excommunicari. Nam ordinarius habet fundatam
intentionem: ⁊ ideo debet constare illos esse vasallos, vt exi-
mantur a potestate ordinarij. Glossa in dicto capitu. j. saluari
potest, quando ille, qui citauit asserens se dominum feudi, a-
lios non haberet vasallos, ita quod non constaret illum alias
esse iudicem: ⁊ tali casu, etiam generaliter non haberet locum
text. in dicta l. si quis ex aliena. quia cessat ratio, que ibi allega
tur. ¶ Tertio not. vt Abbas dicit, quod subiectus episcopo
vniuersaliter non tenetur respectu certe rei, in qua priuilegia-
tus sit, coram episcopo respondere: vt hic, ⁊ in capitu. cum ca-
pella. de priuileg. Exemptio enim limitata in suo casu seruari
debet, ⁊ in alijs tenetur coram ordinario respondere. ca. ex ore.
de priuileg. vbi Abbas in secundo notabi. ⁊ in capitulo, tua-
rum. de priuileg. ⁊ in capitu. finali, de foro competen. facit cap.
de priuileg. in sexto. ¶ Quarto nota quod iurisdictio data v-
a ni inferiori aliquo respectu intelligitur, in quantum ille velit[a]
exercere iurisdictionem: ⁊ illo negligente, ad ordinarium iu-
risdictio deuoluitur. Et idem in iurisdictione quesita ex pre-
scriptione. cap. irrefragabili. §. excessus. de officio ordinarij, ⁊
per illum text. secundum Abb. hic, suppletur, vt ordinarius
statuere possit terminum ad negligentiam conuincendam. ⁊
idem Abb. in d. §. excessus. Solus Barba. hic dicit, quod de il-
lo textu ad istum casum non bene arguitur: quia ille textus lo-
quitur in iurisdictione quesita prescriptione, que odiosa est, ⁊
non debet extendi ad istam que fauorabilis est. Sed respon-
deri potest quod imo etiam ista iurisdictio, que competit do-
mino feudi, etiam odiosa videtur, vt infra Abb. dicit in glos.
Preterea dato quod esset fauorabilis, tamen suppleri debet
in casu negligentie per ordinarium: vt est casus hic. Et isto re-
spectu non agitur de extentione: quia de hoc immediate est
text. hic, cum negligentia debeat suppleri, ad conuincendam
negligentiam terminus statui potest: prout dicitur in dicto §.
excessus. nam isto casu, ⁊ in alijs, vbi negligentia suppleri de-
bet, vt c. quanto. in fine, de officio ordinarij. Est idem modus
probandi negligentiam, siue materia fauorabilis sit, siue odio-
sa, ⁊ ideo terminus constitui potest, vt probatur in cap. si ca-
pituli. de conceß. preben. in vj. ⁊ in cap. si tibi absenti. §. fin. de
preben. in vj. ⁊ notat Abb. in cap. quoniam. el ij. de off. ord. ver.
practica ergo prouidendi. Ultimo Abb. inducit istum textum
quod quando per legem ciuilem iurisdictio attribuitur alicui
respectu certe cause ⁊ qualitatis, quod etiam clerici in quibus
ista qualitas concurrit, comprehenduntur, vt hic patet in feu-
do; vbi iurisdictio data domino feudi, etiam locum habet con-
tra vasallos clericos, vt Abb. hic deducit. Et pro resolutione
eorum, que ipse dicit, videndum est de duobus. Primo, an ve-
4 rum sit quod † dominus feudi laicus, habet iurisdictionem in
vasallos clericos. Secundo, de illatione, quam Abb. hic facit.
Circa primum communis est opinio quod ratione feudi ec-
clesia, ⁊ clerici, domino laico subijciantur, vt Abb. hic pro con-
stanti presupponit, ⁊ Innoc. in capit. verum. in princip. de fo-
ro compet. ⁊ ibi Abb. dicit tamen speciale in causa feudi quod
clericus coram domino feudi laico, conueniri possit: allegat c.
solite. de maiorit. ⁊ obed. Idem tenet glo. xj. quest. j. in summa.
Bald. in l. fina. C. sine censu vel reli. ⁊ in capitu. primo, ver-
sicu. extra quero. de controuersia feudi apud par. ter. ⁊ in l.
sed ⁊ si. §. si liberta. in fine. ff. de in ius vocan. Jac. Aluaro. in
capit. qui clericus. in tit. si de feu. fue. controuer. ⁊ in capit. pri-
mo. §. statuimus. j. in primo notabili, de sta. contra libertatem
eccles. ⁊ in capitu. primo, in titul. apud quem, vel quos. Alexan.
consilio lxxix. circa primum. primo volumi. facit capitu. de cle-
ric. qui inuestit. fecit. ⁊ in capitu. primo, de controuers. inter va
sall. ⁊ episcop. Solus Barb. hic, ⁊ in capitu. verum. de foro com
peten. tenet contrarium: quia hoc non probatur iuribus, que
communiter allegantur. Nam text. hic, vt patet, loquitur in do
mino feudi ecclesiastico: similiter in capitu. verum. de foro com
peten. non apparet quod prepositus, de quo ibi in textu loqui
tur, esset clericus. ⁊ ibi Goffred. tenet quod esset secularis. Eo
dem modo in capitu. transmissa. eodem titu. non dicitur quod
milites, de quibus in textu loquitur, essent clerici. Non obstat
dictũ capitulũ, solite. quia licet Imperator sit supra clericos,
quatenus ab eo tenent imperialia in feudum, non tamen hoc
intelligitur quantum ad iurisdictionem fori: quia iura preci-
se prohibent, quod laicus clericos iudicare possit. capitu. qua-
liter. ⁊ capitu. clerici. infra eodem. Similiter non obstat capi-
tulum Romana. §. debet. de appellation. in sexto: quem Mo-
der. hic adducunt: quia loquitur in causa appellationis inter-
posite ab ecclesiastico, ⁊ non in principali causa: ⁊ ibi non speci-
ficatur de clerico. ⁊ est glossa que ibi hoc dicit. Similiter non
obstat quod episcopus habens feudum a rege, vocatus ab eo
tenetur ad ipsum accedere: vt not. in capitu. parati. de appella

tion. quia illud dicitur ad obediẽdum secundum iuramentum
fidelitatis, ⁊ ad non litigandum. Et idem Barb. quedam alia
adducit, que leuia sunt. Et ideo non est recedendum a commu-
ni opinione, que efficaciter probatur ratione, quam Abbas
hic adducit: quia iura feudi approbata sunt ab ecclesia capit.
nouit. infra, eo. Bald. hic, ⁊ Card. in tertio notabili hic. Bald.
in prelu. feud. Pet. de Anch. in consi. clxxiij. dominus Laza-
rus. Alex. consi. x. viso instrumento. lib. v. Et facit, quia iura
ciuilia, que loquuntur in contractibus habent locum in cleri-
cis: vt not. in capit. j. de ope. noui nunciat. Sed feudum est con-
tractus. capit. de forma. xxij. q. v. Abb. in capit. que in ecclesia-
rum. de constitut. Cum ergo iura feudorum specialiter dicant
quod dominus feudi habet iurisdictionem in vasallos, etiam
de vasallis clericis hoc intelligi debet. De illatione, quam Ab-
b bas facit[b], breuiter conclude quod non sit vera: quia hoc so-
lum habet locum in causa feudi in qua specialis ratio videtur,
per ea, que Abbas infra dicit, ⁊ quia in causa feudi hoc vide-
tur approbatum per canones, vt supra dictum est: secus ergo
in alijs videtur: quia lex ciuilis non habet potestatem in cleri-
cos. capitul. ecclesia. de constitution. Et quia sequeretur quod
clericus negotiator in aliquo exercitio deberet coram rectore
c illius artis[c] conueniri, iuxta l. fina. C. de iurisdict. omnium iu-
dic. quod falsum est. capitu. fina. de vita ⁊ honestate clerico. Et
ita Aret. hic, cuius rationes reassumunt Modern. in ca. ec-
clesia. de constitutio. versic. non omitto. Non obstat authent.
habita. C. ne fil. pro patre. quia non habet locum in scholari-
bus clericis, secundum Abbatem in capit. si diligenti. de fo-
ro compet. Et illa est constitutio Imperatoris, que non po-
5 test ligare clericos. dicto capit. ecclesia. de constitut. † Suc-
cessiue Abb. concludit quod iurisdictio, que datur domino
feudi, videtur data priuatiue ad ordinarium: vt hic, ⁊ c. ex
transmissa. infra tit. j. capit. imperialem. §. fin. de prohibita feu.
alien. per Feder. Et rationem adducit: quia dominus habet
directum dominium, ⁊ in causa propria videtur quodammo-
do iudicare. Et adde quod non agitur de suo interesse, ex quo
vterque est suus vasallus: alias ista ratio faceret in cõtrarium:
quia in causa propria quis iudicare non potest. l. j. C. ne quis in
causa propria. ⁊ Abb. tradit in consil. lxxxiij. conditoris om-
nium. lib. j. Et ista conclusio specialiter habet locum in domi-
no feudi alias regulariter, secundum Abba. hic, iurisdictio,
d que in aliquo speciali casu alicui tribuitur, cumulatiue[d] con-
1 cessa videtur[1]. l. fi. C. de iurisd. omn. iudic. Bart. per illum text.
in l. j. C. de offic. prefect. vrb. bonus text. in capitu. per hoc. de
heretic. in sexto, ⁊ ibi Domi. ⁊ plura allegat Romanus in con
silio cccxciij. presens consultatio. cum concordan. vt per Mo-
der. in capitu. pastoralis. de officio ordin. Sed tamen predictis
iuribus responderi potest: nam dicta l. fin. quã Abbas allegat
hic, nihil dicit de ordinario: ⁊ dicta l. prima. de offi. prefecti vr-
bis, habet locum: quia ibi text. vltra procedit ita disponendo:
alias ergo secus fuisset, vt not. respondet Angel. in l. cum pre-
tor. in princip. ff. de iudicijs. ⁊ text. in capitu. per hoc, preallega
to loquitur in casu speciali heresis. Et ideo in hoc vltra omnes
insistit Barbatius in capitulo secundo, de officio legati, ⁊ ibi
e videtur ponere regulam affirmatiuam, quod in dubio[e] ordi-
naria iurisdictio adempta sit. Et hoc idem Pet. Philipp. de
Corneo consilio xxx. primus quidem. libro secundo, ⁊ etiam
Alexander in l. testamenta. C. de testament. in l. Gallus. §. ille
casus. de liberis ⁊ posthum. ⁊ in l. Titie, textores. de legat. ⁊ fi-
deicommiß. ij. Areti. in l. quod in rerum. §. si quid post. de lega.
⁊ fideicommiß. j. Bal. consilio ccclxxxv. visis omnibus. vol. iiij.
Petrus Philipp. de Corneo consil. xv. in presenti. volumi. iij.
⁊ dixi consi. iij. ista adde ad dicta Mod. in dicto capitu. pasto-
6 ralis. ¶ † Subsequenter Abbas querit an si causa feudi, que
coram domino tractari debet, coram ordinario agitatur, an va
leat processus, ⁊ sententia inde secuta. Et considerando qua-
tuor casus, in primis tribus casibus concludit quod non. Et
fundatur ista conclusio per istum textum in verbo, prohibe-
mus. ergo actus in contrarium non valet: quia contra prohi-
bitionem legis fit. l. non dubium. C. de legib. ⁊ quia vasalli non
possunt iurisdictionem, que competit domino feudi, contra e-
ius voluntatem prorogare, secundum Bartol. in l. j. ff. de iudi.
⁊ in l. j. §. ⁊ post operis. ff. de noui oper. nunciat. Et ita simplici-
ter posteriores omnes sequuntur. Sed aduertendum est: quia
rationes predicte non videntur efficaces: nam ista prohibitio,
que ponderatur hic in verbo, prohibemus, non respicit proces
sum, vel sententiam latam ab ordinario, sed sententiam excom
municationis: quo casu tamen valet sententia excommunica-
tionis lata contra prohibitionem, vt not. in capitulo, sacro. de
sentent. excommunicatio. Similiter alia ratio, que allegatur,
quia non potest prorogatio fieri sine consensu domini, non vi-
detur

detur habere locum in isto casu, quando coram ordinario litigatur: vt in simili de clerico notat Abbas in consil. xxv. attingam. volum. j. Ita limitando c. significasti. de foro competen. & in dicto capitu. significasti. hoc idem Abbas dicit, quia res de facili reuertitur ad suam naturam. l. si vnus. §. pactus ne peteret. versi. quod in specie. ff. de pac. & xxxv. distin. capitu. ab exordio. In alio iudice non ordinario, predicta bene procederent: quia secundum communem opinionem non possunt vasalli iurisdictionem domini feudi prorogare sine consensu eius, secundum Alexan. post alios, quos, refert in dicta l. j. §. & post operis. de noui oper. nunciat. Abbas consilio lxxxiij. conditoris omnium. volumi. j. Retenta tamen conclusione Abbat. limita
z non habere locum in feudo franco [z], secundum Baldum in l. j. versicu. & vnum scias. C. si a non compet. iudice. Aretinus hic
f contrarium [f] tenet: quia licet natura feudi alterata sit in aliquo, in aliis tamen remanet vt fundum. capit. j. de feud. non haben. propriam naturam feud. Et quia licet feudum francum sit, tamen non eximitur vasallus a iuramento fidelitatis, secundum Joan. Andre. in rubric. de prescript. in additio. Specul. Unde cum remaneat vasallus, subest ratio, que est in aliis vasallis, vt iurisdictionem prorogare non possint. Non tamen respondet Aretin. ad rationem Bal. in dicta lege prima, C. si a non competen. iudi. que quidem efficax videtur, dum inquit quod feudum francum alienari potest domino irrequisito. & Baldus idem notat in l. si plures. C. de condictio. inser. & in authentica nisi rogati. C. ad Senatusconsultum Trebellianum. Et stante hoc quod alienari possit: ergo a fortiori videtur quod domino irrequisito etiam iurisdictio eius possit prorogari. Et ista opinio Baldi verior videtur, quando est feudum francum, & liberum, prout verba sonant: quia alienari potest: alias secus, scilicet quando aliquo respectu tantum esset francum feudum: prout Aretinus distinguit. consilio xiiij. viso, & diligenter. Alexander consilio xxx. quia omne datum. volumine primo. Et secundum istam distinctionem intelligitur quod notat Baldus in prelud. feu. diuisi. viij. Et ad supra dicta facit, quia, vt supra dictum est, licet natura feudi in aliquo alteretur, in aliis tamē retinet naturam feudi. vt notat Bald. in l. j. in decima sexta questione. ff. de rerum diuisio. & in prelud. feudo. versicu. dixi sexto. Cald. in consilio xj. in titul. de feud. Roma. consilio lxx. visis. Paulus de Castro in consilio clxij. circa id quod primo queritur. Et idem Bald. tradit in capitu. primo, versicu. alia
7 questio formatur. de capita. qui cur. vendid. † In quarto casu conclusio Abbat. est post And. de Iser. contra dominum Antoni. quod valet iudicium agitatum per vasallos coram ordinario, domino sciente, & patiente. Et fundatur ista conclusio precipue tribus rationibus, quibus tamen Areti. conatur respondere. Prima est, quia secundum Innocent. in capitu. ex parte decani. de rescript. si patior aliquem agere nomine meo,
g videor mandare [g]. Aretinus respondet quod hoc non videtur bonum simile: quia quando agitur nomine meo, actus facilius ratificari potest: vt not. in l. si pupilli. §. item queritur. ff. de negotiis gest. Et sic maior videtur presumptio, quando patior alium agere nomine meo, quam si actus fiat nomine alterius. Sed replicari potest, illud esse verum, quando tractatur quod actus principaliter alicui adscribatur: secus videtur in casu proposito, vbi solum agitur quod consensus requisitus remittatur. Nam talis consensus facilius remitti debet, ex quo actus principaliter in personam alterius fundatur, vt infra dicam: quia aliud est facere, aliud est facienti consentire. l. aliud est vendere. ff. de re iudicata. Et circa dictum Innocen. in dicto capitu. ex parte decani. late insistit Alexand. in l. sepe. ff. de re iudicata. Secundo Abb. allegat l. sepe. & capitul. quannis. de re iudica. cum similib. in quibus patet quod ille, qui patitur agere alium, sibi preiudicat. Aretin. respondet quod illi sunt casus speciales, qui non debent trahi ad casum nostrum: & quia vasalli non deducunt in iudicio ius domini, sed suum. Ad hoc replicari potest, quod si taciturnitas operatur consensum in actu magis preiudiciali, videlicet quando quis a iure, quod sibi principaliter competebat, excluditur, a fortiori in casu isto, vbi agitur de leuiori preiudicio, videlicet vt consensus remittatur in actu parui preiudicii: & quia etiam casus speciales ad alios similes casus extenduntur, in quibus eadem ratio vel maior videtur. capitulo, cum dilecta. de confirmatio. vtil. Tertio Abbas mouetur: quia in isto casu agitur de leui preiudicio: quia iudicare est onus: & vbi agitur de modico preiudicio, tacens pro consentiente habetur. l. quā Tuberonis. §. primo. ff. de pecul. Bartolus in l. que dotis. in fine, ff. soluto matrim. Aretin. respondet quod non videtur tractari de modico preiudicio: quia spernitur authoritas domini feudi, & videtur ei fieri quedam iniuria: argumen. l. litigatores. ff. de arbitr. Sed replicari potest, quod hoc haberet locum, quando corā domino feudi iudicium incohatum fuisset prout loquitur. d. l. litigatores. secus videtur in casu isto, vbi dominus aditus non fuit. Quarto Abb. adducit aliud simile: quia ex parte prorogantis iurisdictionem tacitus consensus sufficit, secundum Innocentium in capit. ad petitionem. de accusation. not. in l. j. ff. de iudic. vbi Bartol. in fine, ita ergo videtur in iudice. Ad hoc, licet Areti. nihil dicat, responderi potest quod illud verum sit, quando tacitus consensus ex aliquo facto colligitur: vt quia partes litigant coram iudice alieno: secus videtur in simplici scientia, & taciturnitate, de qua agitur. Sed replicari potest, vt statim dicam, respondendo ad argument. Areti. qui contra opinionem Abbat. duo adducit. Primo, quia ad prorogandum iurisdictionem non sufficit scientiam cum taciturnitate, secundū Innocentium in capitu. preterea. de dilation. Bald. per illum textum in l. ij. ff. si quis in ius. ita ergo videt in iudice. Sed rūdetur quod aliud sit in partibus prorogantibus iurisdictionem, in quibus actus prorogationis principaliter fundatur: secus vr in iudice, vbi solum agitur de consensu requisito pro interesse eius, in quo videtur quod sufficit scientia cum taciturnitate. Et in simili videmus quod index potest exercere iurisdictionem in aliena diecesi de consensu illius iudicis: & tali casu sufficit scientia cum taciturnitate, secundum do. Anto. Card. & Imol. in capitulo P. & S. de offic. delegat. cum concord. vt per Alexand. in l. fi. ff. de iurisdic. omnium iudicum. Secundo Areti. alleg. capitulū, episcopum. ix. questione ij. vbi episcopus non potest in aliena diecesi aliquid facere sine voluntate, & testimonio episcopi diecesis. Nam per illa verba videtur quod expressus consensus requiratur: ita ergo secundum eum in casu isto videtur. Sed responderi potest quod illa verba intelliguntur sine voluntate, & testimonio, id est, sine voluntate, de qua apparet. Et satis apparet, si probatur scientia cum taciturnitate: prout doct. communiter tenent in terminis dicti capitu. episcopum. & in prealleg. cap. P. & S. de offic. delega. Et concludendo, opi. Abbat. verior videtur: quam tenet Bald. in ca. j. versiculo, quero an iurisd. de inuest. in mari. fact. & Bald. in cap. imperialem. §. fina. de prohib. feu. alie. per Fed. versic. quid in domino ignorante. Sequitur Maria. in c. ex transmissa. in v. questione. prin. de foro compet. Et in simili voluit Abb. in capitulo, significasti. de foro compe. Et ista conclusio probatur per rationem Abbat. quia agitur de modico preiudicio: quia iudicare est onus, quod de facili quis videtur remittere, secundum gloss. in capit. si contra vnum. de offic. delega. in vj. & quia dominus, qui scit, & non contradicit, videtur negligens: arg. l. j. §. sciendum. & quod ibi Bald. ff. de magi. conue. Alexand. in l. properandum. in principio. C. de iudi. & quia causa ad ordinarium reuertitur, per ea,
8 que supra dixi. ¶ † In gloss. j. in fi. Abb. post alios late insistit, considerando plures casus. Primus, quando est questio inter dominum, & tertium, qui forte dicit dominum esse obligatum sibi ad infeudandum: & tali casu ad ordinarium cognitio pertinet. Et facit text. quem Areti. adduxit in capitulo j. de contro. inter do. & episcopum. Et istam conclusionem probat Oldr. cō sil. cclxxij. reuerende pater. in princip. & Alexand. consi. lxxix. vol. j. Maria. consil. xij. quoniam. facit glos. in capi. imperialem. §. fi. de probi. feu. alie. per Feder. Sed tamen ista conclusio videtur dubitabilis in terminis, in quibus loquitur Abb. in eo qui dicit dominum obligatum ad infeudandum: & sic agitur actione personali ad feudū: vnde videtur quod de ista actione personali idem iudicetur, quod de causa feudali: et sic non ordinarius, sed pares curie iudices videantur. Et ita Baldus dicit in capitulo j. §. si qua controuersia. circa finem de pa. Constan. Et facit, quia, vt vidimus in capitu. quanto. supra co. de actione personali ad ius patronatus, idē iudicamus, quod de ipso iure patronatus. Et in simili notat Bartol. in l. Gallus. §. nūc videndum. ff. de libe. & posthum. Sed potest responderi quod isto casu non sufficit quod causa sit feudalis: sed requiritur etiam quod ille sit vasallus, cum quo contenditur. dicto capit. j. de contro. inter domin. & episcopum. & in d. c. imperialem. §. fin. Item etiam dici pōt quod hoc in isto casu non procedat: quia ista iurisdictio, que conceditur domino feudi, extraordinaria est, & restringi debet: quia tendit in derogationem iurisdictionis ordinarie, iuxta gloss. in clementi. fina. de offic. ord. & quia fauorabile est quod iurisdictio ad ordinarium reuertatur, iuxta gloss. in c. statutum. in verbo, numerandum. de preben. in vj. fa-
9 cit c. ab exordio. xxxv. distinct. † Secundus casus est, si sit contentio inter vasallū, & alium, qui non sit vasallus: & similiter ad ordinarium recurritur, secundum Abbat. hic, post glo. & alios hic: quia iurisdictio limitata domino feudi, conceditur inter vasallos. d. cap. imperialem. §. fina. Et probatur ista conclusio

in c.j.de contro.inter dom.⁊ vasallū. Cū enim iura loquantur
de contentione inter vasallos,ista qualitas personarum debet
verificari:vt in simili not.Joan.And.in c.j. de homi.in sexto.⁊
ibi Geminia.in versic.sacri. Facit quod notat Bartolus in l.
diuus.ff.de testam.mili.cum sim.Et istam conclusionem Abb.
10 etiam tradit in consil.lxxxiij.conditoris omnium.volu.j.† Ter
tius casus est,si sit questio inter vasallos, nō de causa feudi,sed
de alia extrinseca a feudo:⁊ tunc ordinarius cognoscit,vt Ab
bas concludit hic:⁊ facit dictum Bal. in c.j.ver.adde,dicit In
nocen.de inuest.in mari.fac.vbi inquit quod quoties agitur a-
lia via,quam ex legis feudorum,vel ad alium effectum,quā sim
plicis feudi ordinarius cognoscit:allegat Inn.hic.Et hoc di-
ctum facit pro tribus casibus supra dictis, pro quibus etiā fa-
cit c.j. de cogni.feud.vbi ad ius cōmune recurritur in casibus,
in quibus iura feudorum non disponūt.Et ideo cum iura tri-
buant iurisdictionem domino feudi inter vasallos, quādo est
questio de feudo,⁊ ita expresse dicat tex.in d.c.imperialem.§.fi.
bene sequitur quod si non sit contentio de causa feudi inter va
sallos, quod dominus non cognoscit,sed ad ordinarium recur
ratur.Nam etiā si simpliciter dño feudi inter vasallos iurisdi-
ctio concederetur,⁊ nō exprimeret de causa feudi, ita tñ etiam
intelligeretur:quia isto respectu ille dominus dicitur: ⁊ illi va
salli appellantur, vt in simili in iurisdictione, que conceditur
preposito alicuius artis. Nam intelligitur in causis ad artem
2 illam pertinentibus[2],ſm Bal.in l.⁊ ita.§.ex hoc edicto. ver.se-
cundo facit in argumentū,per illum tex.ff.nau.caup.stab.⁊ ibi
etiam Bal.dicit,ver.⁊ per hunc tex.quod iurisdictio data syn-
dicis intelligitur in pertinentibus ad officium,pro quo syndi-
ci constituti sunt.⁊ Bal.in l.obseruare.§.proficisci.q.ij.ff.de off.
procon.⁊ leg.⁊ l.ij.C.vbi de ratioci.cum conc.vt per Mod.in c.
11 cum ordinem.de rescr. † Quartus casus est, quod si sit questio
inter vasallos de causa feudi,dominus cognoscit: vt hic,⁊ c.ex
transmissa.⁊ c.verum.j.ti.j.cum si. Et ista cōclusio intelligitur,
b qñ sunt vasalli aliorum feudorū: secus[b] aūt est si non haberent
nisi illud feudum,de quo contēditur:quia tunc ordinarius co-
gnoscit,⁊ non dominus feudi: quia non constat, eos vasallos,
ex quo vterque asserit se vasallum ⁊ aliū negat.Et ideo tali ca-
su non verificatur quod dominus inter vasallos cognosceret:
merito requiritur quod sint vasalli aliorum feudorum : prout
voluit glo.que communiter approbatur:⁊ ita intelligitur in d.
c.imperialem.§.fina.in ver.duos.in prin.secus autem si agere-
tur solum de feudo, de quo contenditur,in quo tamen consta-
ret vtrunque esse vasallum,⁊ quia vterque esset inuestitus, ⁊ cō
tenditur forte de finibus; nam tali casu etiam dominus videt
habere cognitionem,dato quod isti non sint vasalli aliorū feu-
dorum:quia satis verificatur quod cōtentio sit inter vasallos:
⁊ isto casu procedit ꝙ Ab.hic dicit,qui videtur reprobare glo.
12 preallegatam:sed defenditur,⁊ declaratur vt dictum est.† Se-
cundo predicta conclusio limitatur non habere locum, quan-
do dominus feudi coactus fuit inuestire illum,quem prius re-
cusauit iniuste:nam tali casu dominus nō erit iudex: quia iniu
stus in vno,in alio presumitur iniustus.Ita Bald.in c.j.versic.
si qua controuersia.in fine,de pace Const.allegat c.primum, de
controuersia inter vasal.⁊ episc.Sed aduertendum est,quia ra
tio Bal.infert ꝙ recusari possit,non aūt quod ipso iure, ⁊ ab-
solute non sit iudex.Nam videmus idē in parib⁹ curie,qui pos
sunt recusari,si suspecti sint,propter rationabilem causam, ſm
Bal.in c.j.ver.dic ergo.in tit. an apud iud.vel curiam questio
feudi.per hoc tñ nō tollitur, quin sint iudices inter dominum
⁊ vasallū, vt j.dicam. Preterea,licet dominus iniustus fuerit
circa inuestituram,vbi agebatur de aliquo interesse,non ita ta
men videtur vt debeat suspectus iudicari inter vasallos, vbi
non agitur de interesse eius.Tertio limitatur predicta conclu
sio,vt nō habeat locum si esset questio inter vasallos,qui essent
capitanei:quia inter tales ipse Imperator cognoscit. c.j.in ti-
tul. apud quem,vel quos contro.feu.termi.de.Sed,vt Bal.ibi
in prin.declarat,ille tex.intelligitur de illis,qui dicebant se in-
uestitos ab Imperatore: ⁊ sic Imperator ibi tanquam domi-
nus cognoscit,ideo iste casus secundum regulam procedere vi
detur:alias limitationes prosequūtur Mod.hic. Quintus ca
sus est,si sit questio inter dominum ⁊ vasallum in causa feudi,
recurritur ad pares curie.dicto capitulo imperialem. §.fina.⁊
ibi Bald. in principio, latius istam regulam tradit. ⁊ ibidem
vers.quid si dominus feudi . etiam concludit quod si dominus
feudi superiorem non recognoscit, vt est Rex Francie,quod
tamen pares curie cognoscant. Idem tenet Jacobus Al-
uaro.in capitulo primo, versiculo , idem dicendum. in titulo,
apud quem,vel quos ɔtentio esse debeat de feudo.Sed in con
trarium facit,quia ex quo talis qui superiorem non recogno-
scit,iudicare potest in causa propria, sicut imperator potest . l.

proxime. ff.de his,que in test.del.no.in c.cum venissent.j.eo.ces
sare videtur ratio, quare recurratur ad pares curie:nisi dica-
mus dictum Bal. procedere de honestate,vt suspicio remouea
tur.Et predicta conclusio procedit, nisi aliud sit de consuetu-
dine, vel per priuilegium aliquod ordinatum secundum Bal.
in d.§.fina.in prin.Abb.per illum text.in c.nouit.versicu.nota
quod per contrariam consuetudinem.j. eod. facit c. cum con-
tingat.de fo.compet. Et quod supra dictum est de causa feudi
inter vasallos,non procedit inter libellarios, seu emphyteuti-
carios:quia si inter illos oriatur contentio de rebus eis conces
sis in emphyteosim,dominus eorum non cognoscit secundum
nit, c. venerabilem. de elect. xv. q. vj. c. alius. Et quia Pape Im-
perator prestat iuramentum fidelitatis. lxiij. dis. c. tibi domino.
Sed ad ista responderi potest dupliciter. Primo q̄ predicta
iura emanarunt a summo pontifice, cui in causa propria non

videtur credendũm:vt supra dictũ est de Imperatore:vt per
Old.in consi.lxix.supra allegato.Sed respondetur ꝙ licet Pa
pa habeat talem potestatem,non per hoc infertur ꝙ Imperiũ
a Papa processerit, ita ꝙ Pape subijciatur : vt in simili not.
Barto.in l.non dubito. ff.de iure fisc. De terris recommenda-
tis,que mittunt brauium alicui principi, ꝙ per hoc non dicun
tur subdite,sed libere:quia per subiectionem factam in quibus
dam casibus,in alijs castrum remanet liberum:vt not. Barto.
in consi.lxix.commune spoleti.Et de brauio not.Cardin.in cle.
ij.versicu.sane.de elect.⁊ facit quod not.Barto.in l.j.C.de execu.
mu.lib.x.Ultimo pro opinione gloss.instat late Andre. Sicul.
hic,⁊ presertim allegat duo iura,videlicet text.in proemio Se-
xti,ibi:totius orbis precipuum obtinere voluit magistratum.⁊
in capit.Constantinus.xcvj.dist.ibi:imperio Romane ecclesie
subiacenti.Sed responderi potest, vt dictum est, quod non sit
credendum Pape in causa propria, vel quod illa iura in spiri
tualibus intelliguntur. Et secundum supra dicta responderi
potest ad alia,que adduci possunt,⁊ articulus est disputabilis,
sed facta reperitur constitutio Bonifacij octaui, vt Abb. hic
refert,que habetur in extrauaganti,vnam sanctam. in titul.de
maio.⁊ obedien.que glossata reperitur per Ioan. Mod. Sed
addatis quod Ludouicus[k] Imperator contrariam fecit con
stitutionem:declarando quod quicunque voluerit dicere Im-
perium esse a Papa,priuatus sit omnibus priuilegijs conces-
sis ab Imperatore,⁊ reus sit criminis lese maiestatis:quam ad
literam ponit Alberic.in l.bene a Zenone.C.de quadrien.pre-
script.⁊ ibi late scribit de isto articulo.⁊ idem Alber. in l.j.C.de
summa trini. ⁊ per Gul. Ochan in tracta.de potestate summi
pontificis.Et ista addenda sunt ad ea,que allegant Moderni
hic,⁊ in c.solite.de maio.⁊ obedien. Et retenta opinione Abb.
que communis est Canonistarum,vt Abbas dicit in c. si duo-
bus.de appellationi.videlicet quod Papa habeat iurisdictio-
nem,etiam in temporalibus,saltem in habitu,Moder.hic infe
runt:quod respectu temporalium, Imperator sit maior sum-
mo pontifice:quia maior dicitur illa iurisdictio,que est in exer
citio,⁊ in actu,quam illa,que sit in habitu,⁊ potẽtia. c. pastora-
lis.§.fi.de resc.Sed responderi potest,illud esse verum, quan-
do ille,qui in actu habet iurisdictionem,non recognoscit illuz
qui habet illam in habitu,prout loquitur text.in dicto c. pasto
ralis.secus videtur in casu isto, in quo Imperator exercitium
habuit ab ecclesia,⁊ illam recognoscit.Est tamen notandum ꝙ
dato,ꝙ ecclesia exercitium commiserit Imperatori in tempo-
ralibus,hoc fecit ex necessitate:⁊ non posset Papa huiusmodi
commissionem reuocare:vnde in isto casu non habet locum re
gula l.iudicium soluitur.ff.de iudi.vt not.Anto.de But.hic di
cit in prin.ij.notabi.Et talis habitus iurisdictionis tempora-
lis,qui in summo pontifice consideratur,non facit ꝙ Papa di
catur superior Imperatore,ita ꝙ de Imperatore ad Papam
appelletur,vt Cardi.hic dicit.versi.presupposito autem.vbi al
legat gloss.in c.quoniam.x.dist.que dicit, ꝙ a sententia Impe-
ratoris non potest appellari ad Papam,de quo infra videbi-
mus.Et ad hoc facit,quia exercitium iurisdictionis tempora-
lis videtur omnino prohibitum regulariter summo pontifici:
vt hic,⁊ in c.cum ad verum.xcvj.dist.cum simili.Et ex his vide-
tur quod si conuentus coram Papa dicat illum non habere
iurisdictionem,bene dicat:quia dum cõuenitur,agitur de exer
citio iurisdictionis,quod Papa non habet:licet Moder.hic
aliter dicant,allegando Ioan.Milis in verbo Papa.versicu.
8 Papa non solum.¶ † In gl.in verbo,iudicare. Abbas primo
concludit,ꝙ contra illum,qui superiorem non recognoscit, ad
Papam recurratur:quia non debet quis esse acephalus.xciiij.
dist.c.nulla.Et ista ratione exẽpti ab Imperatore Pape subij
ciuntur:vt not.Card.in cle.pastoralis.versic.⁊ illud in ij. oppo.
de re iudi.⁊ idem Cardi.in clementi.presenti.in vij.q. de censit.
cum similib.vt tradunt Moder.hic. Et de hoc est dictum Ho
stien.in c.cum Ioannes.de fide instrument.vbi voluit, quod a
laico,qui superiorem non recognoscit,appellari possit ad Pa
pam.Et sequitur Abbas ibi, ⁊ in ca.exposita.de arbitris.Sed
tamen aduertendum est, quod predicta conclusio non videtur
vera regulariter:quia ab Imperatore non appellatur ad Pa
pam:vt per gloss.x.distinctione,in ca.quoniam. ⁊ not. Cardin.
hic. Nec obstat, quod aliud sit in ipso Imperatore, ⁊ aliud sit
in alijs,qui superiorem non recognoscunt,vt dicunt Moder-
ni hic:quia non videtur verum,cum de illis idem,quod de Im
peratore iudicetur:vt notat Barto.in l.j. C. ne quis in sua cau-
sa.⁊ in l.j.§.de qua re.ff.de postulando.in l.infamem.de public.
iudic.in l.hostes.ff.de cap.cum similibus.Et ideo ab istis omni
bus absolute non appellatur:vt tradit Perusinus in rubr.de
appel.Et pro ista conclusione videtur tex.hic,vbi Papa prote
statur quod non velit turbare iurisdictionem regis Francie.
Nec obstat quod loquatur in causa feudi,que de sui natura exi
mitur ab alijs ordinarijs, vt dicunt Moder. hic:quia text. in
princ.generaliter loquitur de iurisdictione regis Francorum,
ergo generaliter locum habet,considerato principio l. regula,
§.⁊ licet.ff.de iur.⁊ fact.igno. Preterea dato quod loquatur in
feudo,quantum ad propositum,est eadem ratio in causa feudi,
que in alijs, vt propter defectum superioris debeat recurri ad
Papam.Et ratio specialitatis,que allegatur in feudo, proce-
dit,quando superior, ⁊ proprius iudex reperitur:secus vbi in-
perior non reperitur, vt dixi.Et ideo melius loquitur Abb.in
no.vbi tenet ꝙ ille,qui superiorem non recognoscit, non possit
conueniri coram Papa per istum text.Ad idem facit tex. in c.
si duobus.§.fi.de appella.in c.causam,que.el ij. qui fil. sint legit.
Allegata in contrarium locum habent in quibusdam casibus
specialibus,videlicet in causis arduis,vel vbi notoria esset iniu
stitia,vt dixi post Abbatem in d.cap.si duobus. vbi videndum
9 est.†Secundo principaliter Abbas instat,an ille,qui obtinuit
sententiam,que ex negligentia partis in rem transiuit iudica-
tam,ratione iniquitatis sententie,⁊ peccati, denunciari possit,
non obstante exceptione rei iudicate. Et concludit consideran
do tres casus. Primus est,quando iniquitas sententie proba-
tur per confessionem eius,qui obtinuit:⁊ tali casu denuntiatio
4 fieri potest[4],ex eo quod not. Innoc. in c. quia plerique. de im-
mu.ecc.vbi voluit,quod si victor sententiam,que transiuit in rẽ
iudicatam, confitetur iniquam esse, illa retractari possit. Et
hoc pro singulari dicto sequitur Anto.de Butr.in c.is, qui fi-
dem.de spons.Bald.in authen.ad hec. versi. item dubitatur.C.
de vsuris.cum similib.vt tradunt Moder.hic:⁊ latius in c.qua
liter.el j.de accu.versi.tertio fallit. ⁊ Alexand.in l.nemo potest.
de lega.j.Et aduertendum est:quia stante tali confessione, non
solum per viam denuntiationis Euangelice, sed etiam in foro
iudiciali poterit sententia retractari:vt not.Abb.in d.ca. quia
10 plerique.ver.tertia conclusio.†Secundus casus est,quando a-
5 liter,quam per confessionem,iniustitia sententie esset notoria[5]:
nam etiam tunc denuntiari potest,vt Abbas hic concludit:q̃
tali casu sententia videtur nulla,⁊ citra appellationem reuoca
ri potest:vt not.Innoc.in c.fraternitatis.de frigid.⁊ malefic.et
Abb.ibi.Nam vbi notoria est iniustitia,sententia non transit in
rem iudicatam:vt not.Anto.de Butr.in c.suam.in pen.not. de
penis.Facit text.in c.inter ceteras.de re indic. ⁊ in l. siue pars.
vbi Ange.in princip.ff.de inoffi. testa. cum similib. vt tradunt
Moder.in d.c.inter ceteras. Et in istis duobus casibus res si-
ne controuersia procedit:quia directo,⁊ iure ordinario senten-
tia non haberet locum.Sed difficultas est in tertio casu,in quo
tamen Abb.idem tenet,⁊ concludit contra Barto. ꝙ si proba-
ri potest,etiam per indicia,quod victor peccat,et sic sententiaz
esse iniquam,poterit tamen denunciari.Et opinio Bart.in di-
6 cto tractatu ad reprimendum,[6] in verbo denuntiationẽ,versic.
quid de tuto exceptione rei iudicate communiter approbata vi
detur:nam idem sequitur Bald.in authent.clericus.C.de epi.
⁊ cle.⁊ in authenti.ad hec.de vsu.cum simi.vt tradit And.Sic.
hic,vbi pro ista parte plura adducit.Et adde ꝙ hoc idem ipse
Abbas sequitur,consil.lx.in causa,⁊ questione.lib.ij.⁊ Alexan.
idem tenet post alios,quos ibi refert in consi.lxxxiij.interroga
tus.lib.v.Et considerando ea,que magis stringunt,fundatur
ista opinio:quia exceptio rei iudicate,etiam de iure canonico
approbata videtur.c cum inter.de re iudi.c.fina.de excep.in vi.
Modern.respondent hoc non esse verum,vbi agitur de pecca
to,prout est tex.in d.c.fin.de excep. in vj.Sed replicari potest,
illud habere locum,quando vitium sententie non esset remissi-
bile a partibus:secus videtur esse in casu isto,vbi pars non ap-
pellando potuit sibi preiudicare. c. quo ad consultationẽ.de re
iud.Secundo facit,quia exceptio rei iudicate,cũ sit approbata
de iure canonico,videtur etiam habere locum in foro conscien
tie:quia canones non permitterent cum peccato.xxvij.questio.
j.c.de viduis.Mode. respondent,hoc non esse verũ:quia aliud
est in foro canonico contentioso, ⁊ aliud in foro penitentiali :
vt not.Anto.de But.in c.inquisitioni.de sen.exc.per illum tex.
Sed replicari potest,illud procedere solum in casibus,in qui-
bus expresse iura distinguunt forum conscientie ab alio : vt d.
c.inquisitioni.in c.tua nos.secundum communem intellectum
de spon.⁊ in c.quicunque.xvij.q.iiij.Alias regulariter illud,ꝙ
est permissum de iure canonico,etiam videtur habere locum
in foro cõscientie:vt notat Perusi.in c.constitutus.de apella.
⁊ dictum fuit in capitulo primo de constitu.Et ideo ad predi-
cta responderi potest melius,ꝙ iura disponentia de re iudica.
fundata sunt in presumptione.d.c.cum inter.de re iudica.⁊ nõ
habent locũ in foro conscientie,que nititur veritate:vt no.In-
nocentius in dicto capitulo quia plerique.Abbas in capitulo,
is,qui fidem.de spõsa.cum similibus,vt dixi in capitulo primo,
de const

11 de constitu. † Tertio facit, quia prescripta cum bona fide, pos-
sunt retineri salua conscientia, licet postmodum mala fides su-
perueniat: vt no. Innoc. in ca. cura. de iure pa. & sequitur Bald.
in authen. ad hec. versi. sed ponamus. C. de vsur. & in l. cum quis.
C. de iur. & facti. igno. cum similib. vt tradunt Moder. in c. vigi
lanti. de prescri. Ergo videtur quod eodem modo retineri pos-
sint iudicata cum bona conscientia, si bona fide victor obtinuit.
Et ita Andre. Sicul. hic. Moder. conantur respondere, & mi-
nus bene, vt ipsi etiam perpendunt: & ideo dicunt cogitanduz.
Sed parum cogitando responderi potest quod inter prescri-
ptionem, & rem iudicatam, ratio diuersitatis manifesta vide-
tur: quia prescriptio est iustus modus acquirendi dominium l.
j. ff. de vsucap. & ideo si prescriptio fuerit legitime completa, bo
na conscientia quis retinere potest quod prescriptum est: quia
legitime acquisiuit: non sic in re iudicata, que de sui natura nõ
est ordinata ad acquisitionem, sed ad iustitiam, que tribuit vni-
cuique quod suum est: & licet producatur exceptio rei iudicate,
per quam in effectu queri potest dominium, illud est propter
presumptionem, que insurgit ꝙ ita verum sit, & non quod de
sui natura titulus sententie ordinatus sit ad acquisitionem. Et
ad hoc facit, quia ille, qui prescripsit, licet confiteatur rem esse
alterius, non tamen cogitur illam restituere: secus in eo, qui ob
tinuit sententiam, vt supra dictum fuit. Et ita euacuatis ratio
nibus, que principaliter pro opi. Bart. inducuntur, opinio Ab
batis contraria iustificari videtur: quam Mode. late compro-
bant: & sequuntur, & in effectu arguunt: quia sicut quãdo victor
iniquitatem sententie confitetur, res iudicata retractatur, vt
supra dictum est in primo casu: ita videtur si alio modo de veri
tate in contrarium appareat. Sed respondetur quod iste mo-
dus arguendi non videtur bonus: quia multa conceduntur,
quando aliquid constat per confessionem partis, & alie proba-
tiones non admittuntur. cap. j. de confess. in vj. & cap. cum Joã-
nes. de fide instrumen. & dixi. j. in rub. de proba. Et in terminis,
in quibus loquitur Inn. in d. c. quia plerique. vult esse speciale
in confessione, & contra rem iudicatam alie probationes nõ ad
mittuntur. Secundo adducunt quod not. Inno. per illum tex.
in ca. ij. de purga. vulg. vbi receditur a re iudicata propter veri
tatem apparentem in contrarium. Sed responderi potest qđ
ibi notorie constabat de veritate in contrarium: vnde locum
habet quod supra in secundo casu dictum fuit: & ibi non transi-
uit sententia in rem iudicatam: quia lata fuit ex probationibus
priuilegiatis: vt not. in c. proposuisti. de prob. & sic patet, quod
articulus esset disputabilis. Concludendo tamen, tota vis con
sistit, an sufficienter probari possit de peccato: vt hic dicitur: et
si sufficienter probari potest, verior videtur opinio Abb. quia
iura loquuntur de re iudicata, vt pro veritate habeantur, cum
fundata sint in presumptione, non habent locum in foro con-
scientie, in quo veritas simpliciter attenditur, vt supra dictum
est. Et in terminis, in quibus Abb. loquitur, non videtur pro-
bari sufficienter, quando allegãtur indicia quod victor peccet,
& ipse dicit esse in bona conscientia: quia nisi indicia essent vio-
lenta, tali casu non videtur minus esse credendum victori, quã
denuntianti: quia in foro anime asserenti creditur: vt no. Abb.
in ca. significasti. el ij. vbi gloss. & Abb. in verbo, credendum, de
homi. Hoc tamen non est verum simpliciter in isto casu, in quo
agitur de interesse denuntiantis: vt not. in d. capi. significasti. &
ideo iudex arbitrari debet an presumptiones, & indicia effica-
cia sint, vt sufficienter dicatur constare de peccato, prout text.
12 hic requiritur. ¶ † In glo. in verbo, consuetudinem. Glo. con-
l cludit quod consuetudo[l] & priuilegium equiparentur[7], per istũ
7 text. hic. Ad idem text. in cap. duo sunt. & ibi Abb. in iij. not. de
offic. ordi. & not. Innoc. in c. cum contingat. in fin. de foro com-
pet. & ibi Abb. versi. venio ad primum. cum similib. vt tradunt
Moder. in cap. accedentes. de prescrip. & in d. c. cum contingat.
Sed tamen aduertendum est, quia ista conclusio non videtur
absolute probari hic: quia solum text. voluit limitare ꝙ hic di-
citur de feudo, vt non habeat locum, quando esset consuetudo
in contrarium, vel priuilegium. Nam vtraque dispositio priui
legij, & consuetudinis, est potens ad derogandum iurisdictio-
ni, quam habet dominus feudi de iure communi. Et isto respe-
ctu equiparatio bene procedit: sed per hoc absolute non infer-
tur quod vbi valeret priuilegium, ibi etiam valeret consuetu-
do, vel econtra. Predicta tamen conclusio saltem locum habet
in consuetudine, que tanto tempore obseruata sit quod eius ini
tij memoria non sit in contrarium: quia illa habet vim priuile-
gij. cap. super quibusdam. §. preterea. & gloss. ibi in verbo, non ex
tat. de verbo. sign. Ad idem text. in l. hoc iure. §. ductus eque. de
aqua quoti. & esti. & not. Alexand. in consi. vj. viso themate. lib. j.
& consi. seq. & in consi. v. si vera sunt. lib. v. cum similib. Et hoc in-
telligitur secundum Abb. hic, data capacitate persone: alias se

cus, quia potentius videtur priuilegium: vt not. Joan. Andr.
in c. ij. de prebend. in vj. vbi inquit quod licet laicus possit ex pri
uilegio beneficia conferre. lxiij. distin. c. Adrianus. tamen pre-
textu alicuius consuetudinis, ad hoc habilitari non potest. Et
idem Abbas sequitur in dicto cap. super quibusdam. in cap. de
hoc. de simo. Et licet isto casu potentius sit priuilegium, quam
consuetudo, tamen in casibus, in quibus consuetudo valet, po-
tentior est consuetudo, quam priuilegiuz: quia facilius tollitur
priuilegium, quam consuetudo: vt not. Innocen. in c. accedenti
bus. de priuil. De quo dixi in ca. cum accessissent. de constit. Et
ad hoc facit: quia consuetudo innititur iuri communi l. de qui-
bus. ff. de legi. Et fortius est ius commune, quam priuilegium
l. eius militis. §. militia missus. ff. de testa. mili. Et ad hoc facit
quod not. Bald. in l. in vrbe. ff. de statu homi. vbi inquit ꝙ quis
ex forma statuti dicitur proprie ciuis, licet non sic esset in ciue
ex priuilegio. ¶ Glo. in verbo, quicunque. dum loquitur de le-
ge correcta, quando allegari possit, dicenduz est vt dictum fuit
13 in cap. j. de consti. † Et circa istam gloss. Abb. late prosequitur,
quando priuilegium datum alicui reuocari[m] possit. Et ex di-
m ctis eius principaliter due conclusiones colliguntur. Prima
est, quod priuilegium concessum non subdito non potest reuo-
A cari[A 8]: vt voluit Innocẽ. hic, & sequitur Lapp. in alleg. 100. in
8 questione proposita. Roma. in consi. cclij. pro decisione. Abb. in
consil. xlj. videndum est. lib. j. cum similib. vt tradunt Moderni
hic, & in ca. j. de probat. Et vlterius idem Roma. sequitur in cõ
si. ccclij. queritur primo. & Alexand. in consi. cj. visis instrumen-
tis. lib. j. & in consi. liiij. viso puncto. lib. iiij. & in consi. vltimo. eo.
lib. & Andre. Sicul. in consi. ij. libr. iiij. & in alijs locis infra alle-
gandis. Et ratio istius conclusionis videtur: quia in non sub-
ditum, statutum non potest valere vt lex. ca. ij. de consti. in vj. vn
de tenet in effectu vt contractus: vt Cardi. dicit in consi. cxlvij.
videtur predictam. & Moder. hic sequuntur: & idem tradit Ro
ma. in consi. ccclij. supra allegato. Sed tamen ratio predicta nõ
videtur vera: quia licet non possit valere vt lex, non sequitur ꝙ
debeat valere vt contractus, nisi interueniant ea, que faciunt,
legem transire in cõtractum: & nihil repugnat quin valere pos-
sit simpliciter vt priuilegium, cum etiam non subdito priuile-
gium concedi possit: vt patet in terminis, in quibus loquitur
Innoc. hic. Et predicta conclusio ampliatur, ꝙ sicut non po-
test tolli statutum in preiudicium non subditi, cui ius quesituz
fuit, ita pariter in preiudicium eius dispensari non potest: vt
not. Domini. in c. licet canon. versiculo, an autem episcopus. de
elect. in vj. & Moder. sequuntur hic. Et ista equiparatio, que fit
de dispensatione ad reuocationem statuti, bene procedit vbi a-
gitur de preiudicio tertij, prout loquitur Domi. in loco preal-
leg. alias vero dispensatio facilius permittitur, quam reuoca-
tio statuti: vt not. Innoc. post Anto. de But. per glo. fi. ibi, in
clemen. ij. de rescript. Secundo ampliatur premissa conclusio,
vt etiam cum causa ius quesitum subdito tolli nõ possit: vt no.
dicit Paul. de Castr. consi. cclxxxj. primum dubium. quia hoc,
secundum eum, pendet a iurisdictione, que in non subditum ex
erceri non potest. ca. ij. de const. in vj. & hoc idem dicit Imo. hic.
Tertio ampliatur predicta conclusio, quia licet loquatur in
priuilegio, habet tamen locum in statuto, & in lege: prout Inn.
loquitur, & Abb. post alios hic. Sed contra istam ampliationẽ
facit: quia non videtur in lege vel statuto quod alicui possit di
ci esse ius quesitum, cum illud reuocari possit: cum de sui natu-
ra statutum reuocabile sit: & secundum naturaz statuti ius que
situm videtur. Et ita arguit Paul. de Castr. in l. priuilegia. C.
de sacrosanct. eccl. Sed respondetur vt dixi in cap. ecclesia san-
14 cte Marie. de constit. † Supra dicta conclusio limitatur, nisi
per priuilegiũ concessa fuerit iurisdictio: quia tunc priuilegiuz
reuocari potest: quia in concessione iurisdictionis excepta au-
thoritas superioris videtur. c. venientes. de iureiuran. Bald. in
l. qui prius. versic. item in concessis. C. vnde libe. & tradunt Are.
& Moder. hic. Sed aduertendum est. Primo ꝙ si ab ipso Im
peratore, vel Papa, vel ab alio, qui superiorem non recogno-
sceret, tale priuilegium concederetur, cessaret illa ratio de au-
thoritate superioris. Secundo considerandum est, quia illa au
thoritas superioris, que reseruata videtur, facit ꝙ ipse superior
reuocare possit, & nõ ille, qui priuilegium dedit. Tertio, illa ra
tio etiam posset habere locum in alio priuilegio, quia semper
reseruata intelligitur authoritas superioris l. fin. in princi. vbi
Barto. ad muni. Ista tamen limitatio iustificari potest: quia in
exercitio iurisdictionis non agitur de commodo pecuniario,
ideo facilius reuocatio permittitur: vt not. Dominic. in cap. j.
ff. de const. in vj. Et idem not. Domini. in c. dudum. de preben.
in vj. per illum textum. Secundo limitatur nisi priuilegium ex
post facto lederet enormiter alium, preter intentionem superio
ris concedentis. c. suggestum. de deci. & ita dicunt Aret. & Mo-

der.hic. Sed considerandum est, quia priuilegium ibi conces-
sum fuit subdito, ⁊ gratis concessum fuit illud priuilegium, ⁊
non agitur ibi de reuocatione priuilegij:sed de modificatione,
⁊ interpretatione priuilegij Pape, que ad ipsum pertinet.ca.
cum venissent.§.eo. Et ita interpretatur ibi priuilegium:quia
tractatur de preiudicio tertij, cui non videtur Papa voluisse
enormiter preiudicare:secus quando ageretur solum de preiu-
dicio concedentis.capitu.quia circa.de priuileg. Tertio limi-
tatur in priuilegio alicui specialiter concesso:secus si generali-
ter priuilegium concedatur:quia saltem re integra poterit re-
uocari:vt Abb.concludit hic,ita concordando dictum Bart.
in l.omnes populi.versicu.⁊ circa predicta.ff.de iusti.⁊ iur.cum
dicto Innoc.hic.Sed aduertendum est:quia ratio Barto.dum
inquit,quod priuilegium re integra reuocari potest:quia vide
tur contractus innominatus. Nam ista ratio etiam militat, si
specialiter alicui priuilegium concedatur. Et ex dicto Innoc,
ita declarato Abbas infert quod statutum,qd erat tēpore ele-
ctionis potestatis,non possit in preiudicium eius reuocari.Et
Ange.refert ita disputasse.Sed Petr.de Ancharan. aliter lo
quitur in capitulo j.versiculo,huic membro congrue applica-
tur.de constitut. vbi dicit se dubitare de dicta decisione Ange.
quia electio videtur facta secundum statuta,que erant tempo-
re electionis in ista tacita conditione, si statuta permanserint
in eodem statu.argumen.capituli, quemadmodum.de iureiu-
rand.Et hoc sequitur domi.Joan.Bap.de sancto Seue. in re-
pet.dicte l. omnes populi.ver.in primis igitur quero.Non ob-
stat ratio Abbatis dum inquit qd Potestas verisimiliter non
acceptasset electionē, si credidisset statutum illud debere reuo-
cari:quia responderi potest quod potuit illud cogitare:cū sta-
tuta de sui natura mutabilia sint.§.fina.Instit.de iure natura.
Quarto fallit,nisi reuocatio fiat ex causa,propter quam dona-
tio perfecta reuocari possit.Ita not.dicit Imo.in capitulo,cū
M.versiculo,aduertendum tamen.de consti.per ea,que haben
tur in cap.fina.de dona.Et in simili de priuilegio exemptionis
not.Bald.in l.ij.in fin.C.de libert. ⁊ eorum libe. Et de legitima
not.Bald.in cap.filij nati.in fi.si de feu.fuer.contro. Et hoc in-
telligitur in priuilegio concesso ex liberalitate: secus videtur
in priuilegio,quod transit in contractum ex aliqua causa one-
rosa:vt in exemplo Abb.hic,de illo,qui venit ad habitandum
inuitatus a statuto.Nam tunc videtur donatio ob causam,que
reuocari non potest,etiam propter ingratitudinem l. si pater.
§.j.vbi gloss.de donat.not.in l.aquilius.ff.eod.titulo.Et no.hoc
Alexand.in consi.ccxv.nec arguendi sumus. li. ij. de quo tamē
videndum est quod tradit Roma. in singul.cccclvij.an index.
Quinto fallit,si agatur de modico preiudicio:quia tunc priui-
legiū indistincte reuocari potest:vt Alexand.concludit in con
15 sil.ccxv.prealleg.†Secunda conclusio principalis Abb.est, qd
n priuilegium concessum subdito reuocari[n] potest[B]:vt not. In
B nocen.in capitu.in nostra per illum textum.de iniur. de cuius
tamen intellectu videndum est,quod Abb.ibi dicit, ⁊ Andre.
Sicul.in cap. cum M. de consti. Et pro ista conclusione facit
gloss.in regula,decet.de regul.iur.in vj.⁊ late prosequitur Ale-
xand.in d.consil.ccxv.cum alijs supra in j. cōclusione allegatis.
16 ¶†Ultimo notandum est ex gloss. quod statutum in fauorem
ecclesie non tenetur ecclesia contra se recipere: ⁊ sic in ecclesia
non habet locum titu.quod quisque iur.Facit gloss.not.in au-
then.quas actiones.in verbo,excluduntur.⁊ Barto.ibi:C.de sa
crosanct.ecc.⁊ gloss.fin.⁊ ibi Abb.in capitu.ij.de mut.peti.⁊ no.
Dominic.per illum textum in capitu.j.in pen.not.x.di.Est ta-
men notandum quod ecclesia,que vult vti lege, vel statuto lai-
corum in fauorem suum debet vti eo modo,quo lex, vel statutū
loquitur, ⁊ cum illo onere recipere tenetur: vt not. Bald.in l.
omni innouatione.C.de sacrosanct.ecc.in l.de quibus.in versic.
sexto queritur.ff.de lega.⁊ in l.j.in vltima questione. C. de con-
trahen.empt.in l.contra iuris.§.fi.ff. de pac.⁊ not.Abb.in con-
sil.vj.incipien.casus,super quo.lib.j.¶ In gloss.in verbo,corri-
gere.ibi,saltem indirecte.hoc declaratur,vt not.Barto.in tra-
cta.ad reprimendum.in verbo,denuntiationem.Bal.in authē.
clericus.de episcop.⁊ cler.cum similib.vt tradit Petr. de An-
chara.in regula,ea,que.in viij.questione de reg.iur.in vj.¶ In
gloss.in verbo,de plano.Abb.concludit quod isto casu denun-
tiatio fuerit iudicialis:quia rex Anglie fundat se super inter-
esse proprio.⁊ not.Calde.in consi.v.in titu.de acc.vbi inquit,qd
quando denuntians in conclusione petitionis petit denuntia-
tum compelli ad restituendum debitum suum, dicitur iudicia
lis,quia agitur pro interesse priuato:⁊ tali casu verum est quod
Abbas dicit:quia ex medio concludendi qualitas actionis de
monstratur:vt not.Bartol.in l.certi condictio.in princip. ff. si
cert.pet.in l.si prius.in v.opp.secunde partis.de oper. no. nun.
Facit tex.in l.non debet.in fin.de dol.⁊ in c.litere.vbi Anto. de
Butr.de dila.Et conclusio,⁊ non narratio attenditur. capi.ex
17 parte B.vbi Abb.de foro compet.†Et subdit Inno.hic,quod
in denuntiatione Euangelica ordo iuris non debet seruari: si
tamen seruaretur,actus non vitiaretur.Et hoc dictum pro no
ta.sequitur Bald.in l.quod fauore.C.de legi.⁊ idem Bal.in au-
then.offeratur.in versicu.⁊ adde,dicit Innocen.C.de lit. cōtest.
⁊ est text.in clemen.sepe.in fin.de verbo.sign.cum similib. vt tra
dunt Moderni. hic. Et adde,quod si ordo iudiciarius incohoe
tur in casu,in quo non erat necessarius,non videtur postea ꝙ
omitti possit,ex eo,quod not.Bald.in l.j.in princip,in ij.no. C.
de execu.rei iud.vbi inquit,quod si creditor potest propria au-
thoritate accipere bona debitoris,si vadit ad iudicem,sibi pre-
iudicat.Et idem Bald.in l.ij.in x.questione. C. de ser. ⁊ aqua. ⁊
idem Bald.in l.edem.versicu.tertio quero.C.loc. Si tamen or-
do iudiciarius incohoatus ex aliquo defectu vitiaretur, non de
beret quis succumbere,ex quo non erat necessarius:vt est tex.no
ta.in cap.bone.el j.de elect.⁊ Abb.ibi in vlti.not.cum similib.vt
tradunt Moder.in capitu.cum ordinem.de rescrip. ¶ In gl.
fina.conclusio glos.procedit in denuntiatione Euangelica, vel
canonica.Ad idem glossa j.per illum textum in capit.cum di-
lectus.de acc.⁊ in cap.personas.de testi.not.in cap. cum in tua.
de spon.vbi Abb.⁊ idem Abbas in cap.cum in tua.qui mat. ac
cu.poss.secus est in denuntiatione iudiciali,in qua criminosus
non repellitur:vt Abb.hic concludit post Bartol. in tract.ad
reprimendum.in verbo,denuntiationem.quia agitur de priua
to interesse:quo casu criminosus non repellitur.vj.questio.iiij.
capit.omnibus.⁊ capitu.item si quis.de rest.spol.⁊ quia quali-
tas criminis non potest obijci ei,qui tractat de damno euitan
do l.apud Celsum.§.Marcellus.de doli exc.⁊ de hoc etiam in-
18 ferius dicam.†Et ex conclusione glo.Abb.infert. post Barto.
in loco preallegato,quod creditor qui mutuauit filiofamil.con
tra prohibitionem senatusconsulti Macedoniani, non possit
denuntiare:quia exceptio Macedoniani descendit ex delicto
creditoris:et docto.hic simpliciter sequuntur. Sed consideran
dum est,quod ista ratio bene procedit in denuntiatione Euan
gelica,prout gloss.intelligitur:secus videtur in tali denuntia-
tione creditoris,que iudicialis videtur cum agatur de proprio
interesse,⁊ in iudiciali,vt supra dictum est, criminosus non re-
pellitur:ergo talis creditor repellendus non videtur:nisi dica
mus illud non esse verum , quando crimen tangit negotium,
de quo agitur,prout est in casu isto. argumen. capituli j. de ex-
cept.Et ista conclusio quod filiusfa.non possit denuntiari,limi
o tatur,nisi factum sit mutuum propter necessitatem[o]:quia tūc
causa senatusconsulti cessaret:vt not.Abb.tradit in capit.quia
plerique.in xiij.questione.de immu.ecc.Et tali casu videtur ꝙ
possit denuntiari:quia cessat presumptio legis,que in foro ani-
me non attenditur:vt not.Innoc.in d.c.quia plerique. cum si-
milib.vt dixi in c.j.de const.Et ex eo,ꝙ dictum est, creditorem
non posse denuntiare filiūfa. infertur ꝙ pena , que imponitur
creditori,habeat locum in foro anime. Cuius contrarium di-
cit Barto.in l.si pene.ff.de condi.indeb.⁊ est gloss.in capitu.fra
ternitas.xij.quest.ij.⁊ no.Inn.in c.sicut dignum.de homi.Bal.
in l.post decisionem.C.de fur.cum simi.vt dixi in c.j.de const.Et
ex his,que ibi dicta sunt,distinguendum videtur,an pena iusta
sit,vel iniusta,vt dixi ibi,in versicu.quinta conclusio. ¶ Extra
glo.Abb.prosequitur materiam denuntiationis.Et primo lo-
quitur de Euangelica , ⁊ dicit ꝙ illa procedit ab actu charita-
tis,quatenus ordinatur ad peccatum tollendum.Sed dum tē-
dit ad aliorum instructionem,procedit ab actu iustitie.Et alle
gat Archid.qui hoc latius tradit ij.q.j.in ca.si peccauerit. vbi
alleg.c.precipue.xj.q.iij.And.Sicul.hic tenet, ꝙ talis denūtia
tio principaliter proueniat ab actu charitatis, licet in conse-
quentiam transeat in aliorum exemplum.Et ad hoc text. in ca.
precipue.respondet quod loquitur in prelato , ⁊ nō in priuato.
Sed adde ꝙ etiā in prelato videtur correctio procedere a cha-
ritate.c.corripiantur.xxiiij.q.iij.ibi:corripiantur subditi a suis
prelatis,correctionibus de charitate venientibus. Unde con-
cludi potest ꝙ prima monitio priuata, sit ab actu charitatis,
19 alia ab actu iustitie.†Secundo Abb.concludit post Archi. et
Anto.de Butr.quos refert, ꝙ indistincte denuntiatio Euan-
gelica,sit omnibus de precepto.Et ad hoc est text.in ca.cum ex
iniuncto.§.fina.de here.ibi,ꝙ quisque tenetur efficere secundū
regulam Euangelicam.Et procedit ista cōclusio, dato ꝙ quis
credat denuntiatum deteriorem fieri:vt Abbas hic tenet con-
tra Archi.quia talis denuntiatio etiam fit,vt ceteri metum ha
beant.xlv.dist.sed illud.⁊ quia perditio vnius non attenditur,
vt in aliorum transeat exemplum.xxiiij.questione iiij.cap.ex in
iusta.Areti.hic tenet contrarium,⁊ sequitur opinio. Archi. qr
vbi deterioratio creditur,omissio denuntiationis meritoria vi
detur:quia tali casu nō habet effectum,charitas proximi.Non
obstant

obstant iura, que Ab. adducit: quia licet velint ꝙ salus multo-
rum preferatur vni, non tamen dicunt quod, vt multi saluen-
tur, danda sit opera quod vnus pereat spiritualiter. Ita dicũt
Areti. ⁊ Moder. hic. Et vlterius facit, quia in d. cap. ex iniusta
agitur quod liberetur ille, qui iuste erat damnandus. Et sic li-
beratio in se est mala, ⁊ mali exempli. Sed hic agitur, ne quis
reddatur deterior: ⁊ hoc est malum in se quod quis efficiatur
deterior, ⁊ non debet fieri, etiam si bonum sequatur. capitu. rele
gentes. xxiij. q. v. cum gloss. ⁊ cum Areti. transeunt Moderni.
quia in simili penitentia remittitur, quando quis scandaliza-
tus magis peccaret. xxvj. questione vij. ca. allegant. Facit text.
in capitulo, Deus, qui. de peni. ⁊ remis. ⁊ in capitulo, clericos.
de coha. cler. ⁊ in l. ij. C. de ind. vid. tol. cum similib. vt prosequun
tur Moder. hic. ⁊ istam opi. etiam videtur sequi finaliter Ab-
bas hic, qui dicit quod illud, quod dicitur in capi. sed illud. su-
pra allegato, locum habet in prelato: prout tex. ibi loquitur, qui
ex iustitia illud facit: non sic in priuato, qui ex charitate dunta
xat moueri debet. Sed tamen supra dictis non obstantibus,
opi. Abb. videtur sustentabilis: quia regula generaliter loqui-
tur, vt habetur hic, ⁊ ij. q. j. in cap. si peccauerit. in princip. ergo
generaliter loquitur: licet maior sit ratio in vno casu, quam in
alio l. j. §. ⁊ generaliter. de leg. prest. l. j. §. quod autẽ. de alea. Se-
cundo, quia data est forma in tali denuntiatione Euangelica,
vt dicatur ecclesie, si nõ corrigatur, ⁊ habeatur tanquam ethni-
cus, ⁊ publicanus: ergo non debet quis abstinere, ex eo quod
credat eum deteriorem fieri. Et per hoc tolluntur omnia que
in contrarium adducunt Areti. ⁊ Moder. quia cũ hic sit data
forma, satis est ostendere quod quis processit secundum regulã
Euangelicam, vt hic dicitur. Vel concordando opiniones di-
stingui potest inter prelatum, ⁊ priuatum, prout in isto casu di-
p stinguit sanctus Tho. p secunda secunde. questione xxxiij. Re-
fert, ⁊ sequitur supplementum Pisanelle in verbo, correctio. el
j. Et hoc videtur tenere Abb. finaliter hic, dum respondet ad
20 capitulũ, sed illud. xlv. dist. † Tertio successiue Abb. concludit
quod etiam prelatus respectu charitatis, ⁊ cum modestia mo-
neri, ⁊ denuntiari potest, ⁊ idem secundum Abb. est in summo
pontifice respectu secrete monitionis: licet superiori denuntia
ri non possit, cum non habeat superiorem, vt Abb. hic dicit. Et
hoc modo limitatur glo. in capitulo, si Papa. xl. distin. ⁊ Do-
21 minic. ibi in effectu idem tenet: quia † Papa est subditus legi
Euangelice: vnde potest moneri per inferiorem, vt se emendet
de peccato, licet non possit denuntiari, si non velit se corrigere.
Et hoc idem Abbas in terminis tradit in capitu. proposuit.
versic. extra gloss. de concess. preben. Et ad predicta bene facit
text. in capitulo, cum ex iniuncto. §. fin. de here. ⁊ ij. questio. vij.
in capitulo, quapropter. Et ad id, quod dictum est de summo
pontifice, facit quod not. Joann. Andre. in capitulo, sane. el ij.
de offic. delega. ⁊ Abb. ibi circa finem. ⁊ idem Abb. in capitulo,
significasti. versicu. quarto colligo. de foro compet. Ant. de Bu
trio in cap. omnis vtriusque sexus. in j. questione de peni. et re-
mis. Et ex predictis infertur quod vbi verba legis non possunt
ex toto verificari, saltem pro parte dispositio legis debet habe
re locum, quatenus verba verificantur: vt patet ex eo, quod di-
ctum est de summo pontifice, qui licet moneri possit vt desistat
a peccato, non tamen denuntiari potest. Et ad hoc est glo. no.
in cap. j. in verbo, Primitias. de deci. ⁊ in no. casu Roman. tra-
dit in consi. ccccxxxiiij. in quo queritur. ⁊ facit gloss. in clemen. j.
22 de vsur. † Quarto Ab. concludit ꝙ criminosus, ⁊ ille qui est in
peccato, non admittitur ad denuntiandum. ⁊ de hoc dictum
fuit supra in glo. Non omitto tamen quod Andre. Sicu. hic te
net contrarium pluribus rationibus, quibus Modern. hic re-
spondent. Sed tamen pro ista opi. bene facit: quia non quales
sint sacerdotes, sed quid de domino loquantur attendi debet: ⁊
quecunque dixerint vobis, facite, ⁊ secundum opera illorũ no
lite facere: vt dicitur in capitu. non quales. j. questione j. ⁊ sacra-
menta ecclesie etiam a malis sacerdotibus accipiuntur. capitu
lo finali. xv. questione vlt. ⁊ non qualis sit predicator, sed quid
predicet, inspicitur: vt inquit text. in cap. si. xix. distin. ergo vide
tur quod licet quis criminosus sit, non tamen prohiberi. vide-
tur, quominus actum istũ charitatis exercere possit. Unde cõ
cordari possunt opiniones, vt Abb. hic dicit, quod talis nõ de-
beret admitti, si tamen de facto denuntiauit, hoc tolerat eccle-
sia. Vel melius dicendum videtur quod iura superius allega-
ta loquuntur, quando quis illud facere debet ratione officij:
vt in sacerdote administrante sacramenta, vel in predicatore,
vt dictum est: secus est in prelato, de quo agitur, qui ex sola cha
ritate mouetur, que non videtur habere locum in tali crimino-
23 so: quia bono zelo non mouetur, vt supra dictum est. † Quinto
successiue Abb. instat, an pro omnibus peccatis habeat locum
denuntiatio: ⁊ dum concludit, quod in peccato omnino occul-
to, licet forma denuntiationis non possit habere locum, tamen
sciens denuntiare debet quantum in eo sit: quia sicut quis volẽ
tem se precipitare prohibere debet. xxiij. quest. iiij. capi. ipsa pie
tas. ita debet obuiare peccato: ⁊ facit textus in capitu. si sacer-
dos. de offic. ord. Sed aduertendum est primo, quia talis scien
tia de delicto occulto debet esse certa, ita quod denuntiatus ne
gare hoc denuntianti non possit: alias posset esse scandalum, si
denuntiatus negaret, ⁊ commoueretur: vt not. in d. capitu. si sa
cerdos. Secundo non videtur verum, quod quis delictum oc-
q cultum, quod probari q non potest, teneatur denuntiare: quia
iure cautum non reperitur. Nam Euangelium loquitur de de
licto, quod probari potest. Et rationes Abb. non obstant: nam
text. in dicto capi. ipsa pietas. loquitur in delicto futuro, ⁊ vbi
agitur de dãno irreparabili: hic vero agitur de delicto preteri
to, quia dicitur. Si in te peccauerit. Et text. in d. ca. si sacerdos.
etiam non bene facit: quia loquitur in sacerdote, qui ratione of
ficij illud facit: ⁊ ibi etiam dicitur, quod non debet nominatim
arguere, nisi delictum probari possit. Et subijcit Abbas hic, ꝙ
si denuntiatus pro delicto omnino occulto, te non audierit, di
cendum est prelato, vt pro eo oret: quia hoc nocere non potest.
xxij. questio. v. in capitulo, hoc videtur. Sed ad hoc dicendum
est: vt per Abb. infra dum loquitur de effectu denuntiationis,
24 vbi aliter loquitur. † Sexto queritur secundum Abba. de for-
ma denuntiationis. Et in ista questione Abb. primo post Ar-
chid. hic concludit, quod in delicto notorio monitio non requi
ratur. Contrarium tenet Aret. hic: quia ex tali monitione, etiã
in delicto notorio, potest sequi effectus denũtiationis, vt corri-
gatur: ⁊ quia resultaret inimicitia, non premissa monitione: et
quia forma seruari debet: vt l. magis puto. §. pen. ff. de reb. eo-
rum. ⁊ Moderni sequuntur allegando Bald. in l. j. de liberis ⁊
posthu. Sed ad ista videtur posse responderi per text. in dicto
cap. sed illud. xlv. dist. vbi dicitur, quod notorium delictum pu-
blice corrigi debet, propter aliorum exemplum, ⁊ debet ibi non
esse curandum de inimicitia. Non obstat, quod dicitur de for-
ma: quia in notorio forma iuris non requiritur. capi. bone. el j.
de postula. prelato. Et ad hoc faciunt iura, que tradit Roma.
in l. si vero. §. de viro. in xx. fallen. ff. sol. matrim. Saluando tñ
quod Aret. dicit, responderi potest quod text. in dicto capitu.
sed illud. loquitur in prelato, qui illud facit ratione officij: se-
cus videtur in priuato, in quo opinio Areti. videtur procede-
re, ⁊ saluari potest. Secundo Abbas concludit, quod si sit pec-
catum, in quo sit preiudicium alterius, denuntiari potest abs-
que monitione, ⁊ hoc clarum videtur in terminis, in quibus
Abbas loquitur: quia est delictum futurum, cui facilius ob-
25 uiandum est. † Postremo in ista denuntiatione Euangelica
Abbas insistit circa effectum eius. Et primo concludit contra
Anto. de Butr. quod in delicto occulto non sit credendum de
nuntianti. Quod notandum est ad ea, que supra Abbas dixit
in precedenti questione. Andre. Sicul. tamen hic sequitur An
tonium de Butrio: ⁊ concludit, quod credatur denuntianti, si
persona grauis sit, ⁊ honesta. argumento capi. ij. de operis no-
ui nuntiatio. ⁊ quod notat Hostien. in capitu. finem litibus. de
dolo ⁊ contumac. Sed responderi potest, hoc non habere locũ
in preiudicium alterius: vt est glo. not. in cap. sicut nobis. in gl.
fina. de sent. excommu. vbi licet persona honesta sit, non tamen
26 creditur illi in preiudicium alterius. † Secundo Abbas post
Hostien. ⁊ Joan. Andre. concludit, quod si denuntiatus nõ ve
lit corrigi, debet excommunicari. Et probatur secundum Ab-
bat. in capitu. multi. ij. questione j. vbi peccator non euitatur, ni-
si amoneatur ab ecclesia: ⁊ quia propter contumaciam non de-
bet quis euitari: vt not. in capitu. j. s. eod. Cum ergo iste debeat
euitari quia habetur vt ethnicus, ⁊ publicanus: ergo sequitur,
secundum Abbat. quod prius debeat excommunicari. Et ad
hoc facit, quia dicitur hic, quod debet illum coercere per distri
ctionem ecclesiasticam: ergo videtur quod debeat excommuni
cari. Sed aduertendum est: quia licet habeatur tanquã ethni-
cus, ⁊ publicanus, si non corrigitur, per hoc tamen nõ infertur
quod debeat euitari, vt Abbas presupponit: ⁊ ipse Abbas ex-
presse hoc dicit in no. dum inquit quod licet excommunicatus
euitandus sit, non sic tamen in isto qui habetur pro ethnico, et
publicano, ⁊ sic pro gentili, cum quibus communio non prohi-
betur. xj. questione iij. ca. ad mensam. Ulterius hoc idem proba
tur: quia textus dicit hic, sit tibi tanquam ethnicus, ⁊ publi-
canus. Et sic verba referuntur specialiter ad illum, qui denun-
tiauit. Unde ista verba non possunt importare excommunica-
tionem, in qua excommunicatus euitatur ab omnibus, vt vidi
mus in cap. intelleximus. s. eod. Non ob. quod debeat coerceri
per censuram ecclesiasticam: quia secundum subiectam mate-
riam hoc intelligitur, videlicet quod habeatur tanquam ethni
cus, ⁊ publicanus, vt s. dictum est. Tertio Ab. tenet quod quan

do denunciatum penitet, quod priuatur beneficijs, si aliter pe-
nitere non potest, vt Joan. Andre. hic dicit, ⁊ bene. Et idem se-
cundum Abb. si non velit penitere, nec corrigi: quia habetur ꝓ
gentili, ⁊ publicano. Unde debet priuari beneficijs: quia genti-
lis non potest habere beneficia ecclesiastica. viij. distin. in capit.
quo iure. Sed responderi potest quod non dicitur gentilis ab
solute: sed habetur pro gentili reuocabiliter, sicut si esset excom
municatus: qui tamen non priuatur beneficijs pro simplici ex-
communicatione. capitu. j. §. eod. Unde si excommunicatus nō
priuatur, a fortiori nec iste, licet habeatur tanquam ethnicus, ⁊
publicanus. Et de effectu denunciationis Euāgelice, ⁊ de ma-
teria not. Sali. in l. ea quidem. versiculo, ad declarationem. de
acc. ⁊ habetur in supplemento Pisanelle. in verbo, correctio. el
ij. ⁊ per Archiepiscopum Florentinum in ij. parte sum. ix. c. vj.
27 ⁊ in summa Ange. in verbo, denuntiatio. ¶ †Successiue Ab-
bas tractat de denuntiatione iudiciali, que est duplex, publica,
⁊ priuata. De publica no. in l. diuus. de custo. reo. vbi Bartol.
cum simili. vt Abb. dicit ⁊ late Salic. in l. ea quidem. C. de acc.
vbi ponit questiones ⁊ reassumit Ange. Areti. in tract. de ma
lefic. in verbo, necnon ad denuntiationem. Et Sal. in d. l. ea qui
dem. in ix. questiōes, ⁊ Ange. Aret. in dicto versiculo, necnō ad
denuntiationem. versic. quero, an maleficia notoria, tenent con-
tra Abb. hic, quod etiam delicta non notoria debeant denun-
tiari, dummodo probari possint. De priuata vero denuntiatio
ne iudiciali. Abb. late insistit. Conclusio eius est, que tamen re-
formari debet, vt dicamus, quod talis denuntiatio tantum ha-
beat locum ratione denegate iustitie in quibusdam casibus, in
quibus agitur de speciali interesse denuntiantis, ⁊ quando pec
catum purgari non potest per viam actionis, vel alterius re-
medij introducti a iure: alias si generaliter admitteretur, iuris
dictio iuris secularis euacuaretur. Et ita Abb. hic intelligit.
Et hoc tradit Bald. in authen. clericus. in iij. not. de episc. ⁊ cle.
⁊ idem Bald. in authen. ad hec. versicu. deinde generaliter que-
ro. C. de vsur. ⁊ idem Pet. de Ancbar. in regula, ea, que. in viij.
questione. de regul. iur. in vj. ⁊ Salic. in d. l. ea quidem. C. de acc.
28 Secundo †Abb. concludit hic post Innoc. quod in libello de-
nuntiationis iudicialis petendum sit, quod denuntiatus coga
tur ad penitentiam. Et secundum Abb. etiam agi potest, quod
cogatur ad restitutionem rei, vel quod lesus conseruetur indē
nis. Sed hoc, dicit ipse, petitur in consequentiam: quia princi-
paliter etiam in ista denuntiatione iudiciali peti debet ꝙ coga
tur ad penitentiam: vt Abb. hic dicit, ⁊ bene, secundum Areti.
hic, qui ad hoc allegat bonum text. in capi. quemadmodum. in
fin. de iureiur. Et secundum hoc videtur ꝙ eodem modo con-
cludatur in libello denuntiationis iudicialis, sicut in libello de
nuntiationis Euangelice. Et hoc expresse videtur tenere Ab.
in capitu. super his. in j. not. de accu. vbi dicit ꝙ finis principa-
lis tam in denuntiatione iudiciali, quam Euangelica, est vt
quis cogatur ad penitentiam. Contrarium tamen supra dictū
fuit, secundum Cald. in consi. v. de acc. ꝙ imo aliter in Euange
lica, ⁊ aliter in iudiciali concludendum sit: q2 in iudiciali cōclu
ditur ad restitutionem rei, vt etiam Jmo. hic dicit, ⁊ supra di-
ctum fuit. Unde ad declarationem, vt ista contrarietas tolla-
tur, notandum est, quod in denuntiatione tam iudiciali, quam
Euangelica, non agitur de pena delicti. Et isto respectu, vt pe
na delicti excludatur, vtroque modo agitur ad penitentiam.
Et ita loquitur Abb. in d. capitu. super his. Et hoc modo locū
habeat, quod doctor. hic dicunt. Et hoc modo in vtraque denū
tiatione, ⁊ iudiciali, ⁊ Euangelica, agitur ad penitentiam, ad
differentiam accusationis, vel inquisitionis. Sed consideran-
do denuntiationem iudicialē respectu Euangelice, licet vtra-
que tendat ad penitentiam, tamen in Euāgelica agitur ad pe-
nitentiam simpliciter: sed in iudiciali consideratur interesse
denuntiationis, ad differentiam Euangelice denuntiationis
⁊ ideo concluditur ad restitutionem rei, vt supra dictum fuit.
Et notandum est quod in libello denuntiationis non sufficit li
bellum presumptiue concludere: quia in penitentialibus queri
mus veritatem, ⁊ non presumptionem. Jta dicit Anto. de Bu
trio in capit. ij. de libe. obla. vbi allegat Jnnocentiū hic. Sed
hoc dictum videtur esse verum in denuntiatione Euangelica,
quando nō agitur de priuato interesse denuntiantis: ⁊ quādo
esset credendum dicto denuntiantis: secus videtur esse in
29 iudiciali, per ea que infra dicam. †Tertio Abb. late insistit,
quomodo intentio denuntiantis contra denuntiatum probe-
tur. Et finaliter concludit, quod licet denuntians intentionē
probet per testes, vel alias legitime, non tamen obtinebit, si de-
nuntiatus alleget aliquam iustam causam: quia ex probatione
testium non infertur necessario peccatum: quia potuerunt fal-
sum dicere: ⁊ probationes presumptiue in casu isto non sufficiūt
in quo veritas ipsa attenditur. Et ita Abb. hic dicit post Jnn.

Bart. ⁊ Anto. de Butr. quos refert contra Hosti. Moder. ta-
men hic pro opi. Hostien. allegant quod non sit standum dicto
denuntiati, ex quo probationes sunt contra eum: quia etiam in
consistentibus in animo non statur dicto alicuius, vbi habet
9 presumptionem contra se 9: vt not. Jnnoc. in capitu. ij. de con-
stit. Barto. in l. inter omnes. §. recte. de furt. cum simil. vt tra-
dunt Moder. in cap. significasti. el j. de homi. Alexand. in l. j. §.
per procuratorem. ff. de acqu. posse. Et ideo si denuntians pro-
bet rem esse suam, non videtur denuntiatus posse excusari, licet
alleget aliquam iustam causam, ⁊ non probet. Sed ad hoc vide
tur dupliciter posse responderi. Primo quod dictum Bar. in
d. §. recte. videtur habere locum in foro ciuili, vel canonico con-
tentioso, prout Barto. ibi loquitur: ⁊ vbi non agitur de foro cō
scientie, vt hic: quia tunc creditur dicto eius, de cuius conscien-
tia queritur: vt per glo. in clemen. j. in verbo, commode. de pen.
Secundo dictum Barto. in dicto §. recte. non videtur habere
locum, quando ille, qui contra se haberet presumptionem iuris
allegaret aliquā probabilē, ⁊ verisimilem causam: vt not. Bar
to. ibi, ⁊ ita docto. hic loquuntur. Ulterius tamen consideran-
dum est: quia in ista denuntiatione iudiciali, in qua agitur de
r preiudicio denuntiantis verior r videtur opin. Hostien. quia si
probata sit intentio denuntiantis secundum regulas iuris cō-
munis, videtur quod denuntiatus debeat condemnari: quia si
talis probatio sufficit in foro contentioso, ergo etiam in penitē
tiali: ⁊ quia, vt docto. dicunt hic, quando notorie constat de pec
cato, non statur dicto denuntiati. Jsta ratio pariter militat,
quando constat de peccato, legitimis probationibus. Non ob-
stat quod credatur denuntianti in foro anime: quia illud verū
est, vbi solū agitur de preiudicio eius: secus si tractetur de pre
iudicio tertij: vt Abb. declarat in capitu. significasti. in glo. in
verbo, credēdum. ⁊ textus ibi hoc probat, dum inquit, quod in
ceteris credendum sit ipsi, qui non denuntiatur, vel accusatur
ab aliquo, sed per se ipsum consilium aperit salutare. Ultimo
30 †in ista iudiciali denuntiatione Abbas plures differētias po-
nit inter Euangelicam, ⁊ iudicialem: sed essentialis, ⁊ principa-
lis differentia videtur, quia in Euangelica agitur ad correctio
nem peccati. Jn iudiciali vero non solum agitur, vt peniten-
tia fiat, sed vt lesus conseruetur indemnis. Jta Abbas hic di-
cit. Sed in hoc non videtur loqui sufficienter: quia etiā in Euā
gelica agitur de restitutione rei in consequentiam, si aliter pe-
nitere non potest: ⁊ in iudiciali etiam restitutio rei in consequē
tiam venit, vt Abbas hic dicit in libello denuntiationis, ⁊ pro-
batur hic. Et ideo supplendum est, vt dicamus, quod in iudi-
ciali agitur semper de priuato interesse denuntiantis: sed in
Euāgelica contingenter illud venit: ⁊ in iudiciali, vbi agitur
de priuato interesse, licet agatur ad penitentiam, ⁊ non ad pe-
nam delicti, tamen ille, qui denuntiat, potius moueri videtur
ex proprio interesse, quam vt denuntiatus corrigatur. argumē
to l. ⁊ magis. ff. de solutionibus. Et in iudiciali ordo iuris requi
ritur, propter illud verbum Juste. Ad quod bene facit, quod
notat Angelus per illum textum, in authentica, de hereditate
⁊ Falcidia. in §. exheredatis. Postremo notandum est, quod
10 Abbas dicit ꝙ monitiōe extraiudiciali, que ex vrbanitate fit 10:
quia operatur quod reus debeat condemnari in expensis, licet
debitum confiteatur. Et idem Abb. in capitu. ij. de acc. Et hoc
pro singulari Roma. tradit in singula. cccxcvj. alio sero. ⁊ idem
Angel. in dicta l. debitores. C. de pigno. Alias vero reus qui cō
paret in prima citatione, ⁊ debitum confitetur, non debet con-
C demnari in expensis C, vt not. Bald. in authen. contra qui pro-
priam. in fine. C. de non nume. pecunia. ⁊ Angel. in authen. qui
semel. C. quomodo ⁊ quando iudex. Et notandum est, quod ne-
ganti se monitum fuisse, onus probandi incumbit: vt notanter
Roma. dicit in singula. cccxcvij. quis debet probare. per tex. in
l. in fideicommissi. de vsuris. ibi: non facile est, vt mora non pre-
cedente quis conueniatur. Sed de hoc dubitant Moder. hic:
quia ista est negatiua, que improbabilis videtur. capit. quoniā
contra. de proba. Sed respondetur, quod talis probatio negati
ue non incumbit principaliter, sed in consequentiā venit: quia
plerunque ita contingit: quod debitor monitus fit: ⁊ interpella
tus ante quam in iudicio conueniatur d. l. in fideicommissi. Et
a communiter accidentibus argumentum valet: vt per glo. in
l. neque natales. C. de proba. Ex quo notādum est quod ille qui
habet presumptionem pro se, transfert onus probandi contra-
rium dato quod in contrariū negatiua debeat probari, quod
notandum est.

¶ Additiones.

A ¶ Reuocari. Hoc maxime procedit vbicunque priuilegium
habuit effectum consummatum vt dicit Abbas in dicto consi.
xlj. versicu. item posset,
B ¶ Potest. Adde Deci. in cap. que in ecclesiarum. versi. ⁊ quod
dictum

dictum est s.de constit.

c ¶Expensis. Adde Bald.in l.non ignorat.in versiculo, modo ego quero.C.de fruct.& lit.expen.vbi voluit, quod si actor fecit expensas in habendo instrumentum a tabellione, quod istas expensas non poterit recuperare a reo, qui extraiudicium non monitus statim in iudicio cōfessus est debitum,& hoc idem voluit Ange.in l.ij.C.de obseq.& in l. debitores.C.de pignor.& voluit idem Anto.de Butr.in capitulo j.de libel.obla.j.& vide etiam per Saly.& Guiliel.de Cuneo.in l.edita.C.de eden.per Ange.& Joan.Fabr.in §.sic itaque.insti.de actioni. Hiero.Gig.

1 ¶Ignorat. Idem Dec.in c.nouit.in j.notab.de appel.

2 ¶Substantialis. Idem in consi.x.viso.consi.xj.quoniam iudicantium.& alibi sepe.

3 ¶Commisit. Vide Hiero.Cagno.in rub.proem.ff.nu.lvj.

4 ¶Fieri potest. Vide Dec.in cap.quoniam contra.de probat.

5 ¶Notoria. Vide Deci.in d.c.quoniam contra.de probat.

6 ¶Ad reprimendum. Adde Abbat.in consil.lx.in causa.lib.ij. Alexand.in cons.lxxxiij.lib.v.in contrarium. vide Curt.iunio. consi.ciiij.nisi constet de dolo opprimentis.So.consi.xcv.li.iij.

7 ¶Equiparentur. Et an & quando priuilegium concurrat cum consuetudine,vide Deci.consi.cclxxj.in respon.ad consi. Jas.

8 ¶Reuocari. Vide eundem Dec.in cap.que in ecclesiarum.s. de constit.

9 ¶Contra se. Idem Deci.in cap.ij.in j.lect.s.de constit.

10 ¶Urbanitate fit. Vide latius in capitu.quoniam contra.j. de probat. Siluest.Aldob.

a ¶Famosa. [redacted]

b ¶Miratur. [redacted]

c ¶Astrologia. [redacted]

d ¶Infidelis. Opinionem Abb.sequitur Alc.hic quando denūtiatio non fit ad nudam cessationem peccati:sed quando fit vt in consequentiam,& denuntians consequatur quod suum est.

e ¶Genere. Dixi in consuet. Parisien.§.xij.nume.3. Idem appellatione prolis:secus in substitutione facta illorum de domo & progenie. Phili.Cor.consi.lv.lib.j.consi.xxvj.col.xlj.lt.iiij. Alexand.consil.ccxxiij.lib. vj.vel vbi apparet disponentem sensisse de his,per quos conseruatur dignitas generis,& domus. Ludo.Gozadi.consi.xlv.& pulchre Stepha. Bertran. consi.xv. ex themate.in septimo quesito.libro j.

f ¶Statutum. Philip.Dec.l.femine.num.74.de regu.iur. Bo. de Curt.in tractat.nobilita.particu.iiij.nume.28. Roch. Cur, repe.cap.fi.de consuetu. Andr. Tiraq.tracta.de nobilita.capi. xviij.nume.23.cum seq.

g ¶Moder. Scilicet Feli.hic arguendo,sed decisiue in cap.super eo.ij.de testib. Alexand.consi.cxxv.nu.10.vbi dixi li.vij. Andre. Tiraq.de legi.cōnubi.gl.j.in fi.

h ¶Regibus. Scilicet de excel.& potest. regia edito per Anto. Corset.in tomo tract.vbi plus verborum quam rerum.

i ¶Quod non. [redacted]

l ¶Consuetudo. [illegible] Baro.trac.prescrip.q.vj.

m ¶Reuocari. [redacted]

n ¶Reuocari. [redacted].

o ¶Necessitatem. Vel aliam iustam causam,ex qua cessaret senatusconsultum,quod alias seruandum est in foro conscientie, vt per Innoc.& Joan.Andr.in d.c.quia perique.& sic non est verum,quod alias fieri posset denuntiatio ab alio, quam a creditore,quicquid dicat Alciat. hic, nume.16. Nec etiam verum est quod subdit Alciat.quod filiusfamil.compelli debeat erogare pauperibus,casu quo creditor, nec ad denuntiationem Euangelicam admittatur. Aut enim sors manet,vel vtiliter impensa est,& cessat senatusconsultum,aut inutiliter amissa est,& nihil superest retinendum, restituendum, vel erogandum, fallit in conscientia,si filiusfamil.creditorem illectauerit & deceperit.

p ¶Tho. Ange.clauas.verb.denuntiatio.§.j.

q ¶Probari. Idem Tho. Aqui. Quodlib.j.artic.xvj.quodlib. iiij.arti.xij.& in iiij.sententia,dist.xix. Joan.Gerson parti. j.fol. 192.Bald.consi.xxxiij.lib.j. Alber.ij.statut.questio.clxxv. Hippol. Marsil.singula.clxiiij. Barba.inter consilia Alexand.consi.lv.nume.4.libr.iiij.vbi dixi. Idem Angel. Clauasi. versiculo, denuntiatio.in fi.verbo,familia.§.viij.summa Syluest.versiculo,excommunicatio.questione viij. Alciat.l.iiij.§. Cato. nume. 25.de verbo.oblig.

r ¶Verior. Et bene,in hac iudiciali,alias staretur dicto denunciati dicentis se habere iustam causam. Alciat.hic.nume.10.

[redacted]

1 ¶Persone principales in iudicio,que dicantur.
2 Persone principales debent proponere in iudicio ea,que sunt facti.
3 Persona principalis si non est discreta,aduocatus potest defectum ipsius supplere.
4 Quid in procuratore,an possit factum partis proponere.
5 Furiosus,& prodigus,qualiter equiparantur.
6 Pena,que imponitur meretrici, an habeat locum in meretrice nupta.
7 Uxor propter adulterium perdit dotem.
8 An autem propter osculum impudicum. Quid in viro.9.
10 Lusori an possit interdici bonis.



1 Astoralis. Summatur,& diuiditur vt per Abb.hic. ¶†In tex.ibi:principalis persone. Nam persone principales dicuntur,que comparent nomine proprio:vt not.Bald.declarando illum tex. in authen.principales.C.de iuramen.calumn. Et ille,de cuius interesse agitur,si proprio nomine compareat,licet accessorie veniat,dicitur persona principalis:prout est ille, qui adheret appellationi alterius pro suo interesse:vt no. Bald.in authenti.hodie.versicu.& nota quod omnes. C.de appellationibus.& dicit Andreas Sicul.hic,quod proprie principalis dicitur ille,de cuius interesse magis tractatur.allegat l. principaliter.& Bald. ibi. C. de liberali causa.cum similibus.vt per eum hic. Et adde quod not. Bald.in capitulo,querelam. versiculo, pone,statuto cauetur.de electionibus.vbi inquit, quod in contractibus principalis dicitur ille,cui actio directa cōpetit. Et ibi etiam dicit,quod cessionarius respectu litis dicitur esse principalis. Et qui dicantur principales in aliquo facto, not. Bal. in l.prima.C.de seruis fugitiuis.versiculo,sed quero. Et quando aliquid dicatur fieri principaliter,notat Baldus, in §.quibus.in prima constitutione Codicis. Bartolus,in l.ambitiosa. in tertia regula.ff.de decretis ab ordi. faciend. cum similibus, vt tradit Alexander in lege,si quis nec causam.ff. si certum pe-
2 tatur. ¶Primo† nota,quod ea,que in facto consistunt, debēt a partibus,& non per aduocatos proponi. Et istum textum allegat Baldus,in l.ij.in principio.C.de iuramento calumnie. dicens quod iudex debet precipere aduocato vt stet remotus,ita quod partem respondentem instruere non possit. Sic etiā positionibus debet pars respondere,& nō aduocatus:vt per glossam in capitulo primo,de confessis.in sexto. Et ideo infert Abbas hic, quod litis contestatio, que debet fieri per interrogationem,& responsionem,per aduocatos fieri non possit. Si tamen aduocatus proponeret presente parte, & alter aduocatus responderet presente aduersario,videretur facta litis contestatio,secundum Abbatem hic,per textum cum gloss. in capitulo,cum causam.de appellationib. Andreas Sicul. in hoc vltimo dicto tenet contrarium:quia in litis contestatione verba requiruntur l. j. C. de litis contestatione.& ideo presentia partis cum taciturnitate non sufficit: et quia textus hic dicit, per se ipsas: ergo videtur quod aduocatus nullo modo possit. Non obstat textus,in dicto capitulo,cum causam.quia intelligi potest secundum istum textum,scilicet, quod factum propositum fuerit a parte. Vel secundo ille textus loquitur in religiosis, qui erant inexperti,& reputantur persone indiscrete in iudicialibus. Moder.hic dicunt,quod non bene respondetur ad capi.

cum causam.quia licet in religiosis ignorantia iuris presuma/tur.cap.quoniam.de simo. tamen possunt scire ea, que in facto consistunt:et hoc patet ibi:quia reuocauerunt errorem aduocati. Ergo pariter videtur quod potuissent factum proponere. Et pro opinione Abba.adducunt Mode. l.si procuratori pre/sentis.ff.de verbo.obliga.Et per hoc respondetur ad illud, qd verba requiruntur:quia verum est. Sed hic verba sunt aduo/cati:et hoc sufficit,sicut in dicta l.si procuratori presentis.Et pro ista opinio.bene facit text.in l.j.C.de errore aduo. vbi quod dicitur ab aduocato presente parte,perinde habetur, ac si esset di/ctum ab ipsa parte.Et Bald.ibi & Paul.de Castr. hoc dicunt in litis contestatione.Sed tamen his non obstantibus, opinio Abba.verior videtur in iure,considerata mente summi ponti/ficis,qui de nouo hoc constituit,vt colligitur hic ex verbo, sta/tuimus,quod est noui iuris promulgatorium,iuxta gloss. in capitulo, vt litigantes.de offic.ordi.in vj.in verbo,statuimus.& in clemen.fin.de rescript.Et emanauit ista constitutio ad istum finem,ne aduocati auerterent clientulos a propalanda veritate, vt supra dictum est.Et ista ratio etiam militat parte presente: & quia pars ipsa melius veritatem nouit in facto proprio. cap. ab excommunicato.de rescript.Non obstant allegata in contra [redacted] text.in capit.cum causam.quia ibi agitur de causa, que pertinebat ad collegium monachorum: quo casu talis causa agitatur per syndicum,vel procuratorem,& nõ habet lo/cum textus hic, vt in gloss.habetur.Secundo non obstat text. in l.si procuratori presentis.quia ibi loquitur in casu,in quo presentia facit quod actus presenti adscribatur. Sz in casu nostro nõ est sic:quia text.hic precise dicit,per se ipsas. Et ratio huius constitutionis non tollitur ex presentia partis, vt dictum est. Ultimo non obstat text.in dicta l.j.de erro.aduo.quia habet locum regulariter,& procedit in actibus, qui per aduocatum ex/plicari possunt:secus in casu isto, vbi specialiter hoc prohibe/

3 tur.¶ †Secundo nota,quod quando persona est indiscreta aduocatus potest defectus eius supplere:vt not.Specul.in tit.de positio.§.tertio dicamus.versiculo,quod si patronus.& Bald. refert in l.ij.in princip.C.de iura.calumn.Et notandum est, qd aduocatus non habet ius procedendi in causa,sed tantum pa/trocinandi:& ideo nunquam ipse aduocatus efficitur dominus litis:vt not.Bald.in dicto capitu.cum causam.quod notandũ est,pro intellectu litere hic:quia aduocatus ipse non proponit, sed supplet defectum,instruendo personam indiscretã. ¶ Tertio not.quod hic persona indiscreta appellatur, alibi manda/tum indiscretum dicitur in capitu.solicitudinem.de appel. Et intelligitur persona indiscreta ratione simplicitatis nature,vt Abbas dicit,& non ex defectu etatis,de qua loquitur text.in capitu.omnis vtriusque sexus.de peni.& remissio.ibi:ad annos discretionis.Et licet persona indiscreta non videatur habere personam integram in iudicio,ex quo indiget supplemento,vt hic in extraiudicialibus tamen videtur habere integram personã. Unde testari potest:vt nota.dicit Pau.de Cast.per illum text. in l.si.frater.C.qui testa.facere poss.& Joan.Fab.& Ange.Aret. in §.preterea.Institu.quib.non est permis. facere testa. & pariter poterit matrimonium contrahere, vt dixi in consil. cxij. in text.In secunda colligit plures limitationes ad textus.¶ In gloss.ibi:ratione officij.Abb.post alios gloss.sequitur, & conclu

4 dit quod iste tex.non intelligatur† excludere procuratores,qui nomine domini possunt factum proponere, & respondere. Et ita communiter docto.tenent.Jo.tamen de Jmo. contrarium dicit:quia eadem ratio videtur esse in procuratore,qui non vi/detur habere notitiam de facto alieno:& quia text.precise loqui tur dum dicit,per se ipsas:nam ista verba etiam procuratores excludunt.Et Andre.Sicul.& Moder.sequuntur, qui dicunt expressionem factam fuisse de aduocato, propter maiorem fre/quentiam:vnde talis expressio non videtur restringere. disposi tionem:vt in simili not.per glo.in clemen.j.in verbo, presiden/tes.de rescript.& in capitulo,diaconus.xxvij.distin.Sed tamen communis opi.verior videtur:quia ista est noua dispositio,que solum respicit aduocatum,cuius officium est,partes instruere & tale officium hic remouetur, dum factum proponitur : quia

a aduocati vtuntur cauillationibus[a],& subuertunt veritatem:et sic in eis ratio specialis videtur.Unde text.hic non videtur ex/cludere officium procuratoris:quia ipse tanquam principalis comparet,& in procuratore non est ratio preallegata,que in aduocato consideratur.Non obstant illa verba, per se ipsas:quia non ponuntur absolute,sed solum ad exclusionem aduocatorũ de quibus loquitur,dum inquit,non per aduocatos,intelligũ/tur,id est per instructionem aduocatorum. Pro opini. tamen Jmo.text.hic subtiliter induci potest,dum excipit,nisi persone sint adeo indiscrete, quod earum defectus per alios supplea/tur.Nam illa verba generalia sunt,que posita in exceptione videntur firmare regulam,quod persone indiscrete non possunt per alios factum proponere.Si non per alios, ergo etiam nec per procuratores.& ita arguit Andre.Sicu.hic. Sed etiam ad hoc responderi potest quod illa verba,per alios,debẽt restringi secundum supra dicta,videlicet per aduocatos:quia ista verba,que accessorie ponuntur, non debent alterare principalem dispositionem.argumen.clemen.j.in fine,de prebend. ¶ In eadem gloss.ibi:furiosi & prodigi.Ista glo.est not. secundum An

5 a dre.Sicul.hic,quod† furiosus,& prodigus equipa rantur[a].Et sic,secundum eum,est gloss.pro dicto Bald.in l.ij.C.de cura.furio.cum similib.vt tradunt Moder.hic.Sed adde quod pro ista equiparatione sunt iura expressa in l.furiosi.de regul.iuris. vbi dicitur quod furiosi,& eius,cui bonis interdictum est,nulla voluntas est.& in l.is,cui bonis.in fin.de verbo.oblig.& in l.Fulci/nius.§.adeo.versiculo,plane.ff.ex quibus cau.in poss.eatur. Et ista conclusio procedit quo ad hoc, vt ipse prodigus non obli/getur alijs,& conditionem suam non faciat deteriorem: prout iura supra allegata loquuntur. Sed quo ad sibi acquirendum videtur potius prodigus pupillo equiparari,qui sibi acquirit.§. neque.Instit.de autho.tuto.l.pupillus. ff.de acqui. rerum domi.Nam in eo, cui bonis interdictum est, solum consideratur, ne bona eius diminuere possit l.fina.§.finautem.de cura.furio. l.is,qui.§.fina.de tuto.& cura.datis ab his l. dabimus. in fin. de priuil.credito.& not.Alegand.in d.l.is,cui bonis.¶ In fin. gl. ibi:& mulier luxuriosa.Hoc,quod dicitur de muliere luxurio/sa,locum habet generaliter,etiam si esset nupta:quia hoc respi

6 cit fauorem eius,vt habeat curatorem:† secus si agatur de odio quia pena,que imponitur meretrici, non habet locum in nu/[redacted] possit. Et ita dicit fuisse iudicatum. Et ideo infert [redacted] C.quomodo & quando iudex.notat in authenti. [redacted] ex matrimonio,quod violauit,argume.capitulo, quia frustra, de vsuris.& quia reatus,omnem honorem excludit l.j. C.vbi se/na.vel clar.Non obstat text.in d.l.si vxor.§.j.quia text.ibi loqui/tur vbi agitur de interesse mariti:tali casu consideratur matrimonium, etiam in meretrice: secus videtur vbi solum tracta/tur de preiudicio mulieris. Et ad hoc facit, quia adulterium cum tali meretrice non est punibile in eo,qui eam cognoscit,sz in ea sic:vt notat Angel. in l.que in adulterium. in l.si ea. C. de adulte.de quo tamen dicendum est vt late tradit Joã.de Ana.

7 in capitulo j.de adul.† Et notandum est quod mulier propter adulterium perdit dotem l.consensu.C.de repud.capit. plerunque.de dona.inter vir.& vxo.& gloss.ibi singulariter dicit,quod etiam[c] perdit bona parafernalia. Et illam pro singulari alle/gant Moder.hic,& Roma.in singu.cccxj.propter adulterium

c Sed tamen[c] illa gloss. non videtur vera:quia non probatur in re,vt dicunt ibi Anto.de Butr.Cardina.& Abb.Nam in parafernalibus est alia ratio,quam in dote:quia in illis maritus nõ habet administrationem,vxore inuita l.hac lege.C.de pact.conuent.& facit textus.in l.si ego.§.dotis,& quod ibi gloss.ff.de iure [redacted]

8 [redacted] cut propter adulterium mulier perdi[redacted] lum luxuriosum, vt vtar verbis Bald. qui singulariter ita dicit in capitulo, tue.de procur. Sed istud dictum non videtur verum,vt dixi supra in rubric.eod.titu.in princip.in antiquioribus scriptis,vbi videndum est.Et quod dicitur de vxore,idẽ est in vidua,que similiter perdit dotem, si adulterium committat post mortem mariti:vt not.tradit Paul.de Castr.in consi. cxix.alias cxxi.reuocatur in dubium.Et idem Paul.de Cast. in l.sororem.C.de his,quib.vt indign.Alegand.tamen ibi tenet contrarium.Sed pro dicto Paul.facit,quia vidua,si inhoneste viuit,perdit priuilegia mariti defuncti,vt not. Angel. in l. [redacted]dic.omn.iudi. cum similib.vt tradunt Moder.hic,& in capitulo signific[redacted] bus.de offic.delega.Sed pro Alegan.fac[redacted]a in d.l.si vxor. §.j.de adulte.vbi de muliere inhoneste viuente,aliter de vidua, & aliter

⁊ aliter durante matrimonio disponitur: et ista opinio Ale-
9 xand. equior videtur. † Et quod dicitur de muliere luxuriosa,
non habet locum in viro, vt Abb. hic concludit. In contrariũ
tamen videtur dictũ Bal. in l. ea, lege. circa fin. C. de condi. ob
cau. vbi dum loquitur de his, quibus bonis interdici pōt, exem
plificat in dissipatore, luxurioso ⁊ lusore: ⁊ sic sentit ꝙ luxurioso
curator dari pōt. Mod. hic respōdēt, ꝙ dict. Bal. intelligit de
luxurioso, id est prodigo, ⁊ dissipatore, ⁊ nō pro vitio carnis. Et
ad hoc facit, quia quandoque luxuria accipitur pro prodigali
tate l. ex damni. in princip. ⁊ ibi gloss. de damn. infect. ⁊ in l. j. §. fi
na. vbi gloss. de edil. edicto. Sed ista responsio prima facie vide
tur contra mentẽ Bal. qui facit mentionem expressam de dis-
sipatore, ⁊ sic de prodigo, ⁊ luxurioso: ergo videtur loqui de lu-
xurioso proprie, pro vitio carnis. Sicut etiam loquitur text. in
l. non debet. ff. de dolo. ibi: luxurioso, atque prodigo. Nisi dica-
mus quod Bald. loquitur de prodigo generaliter, ⁊ de prodi-
go in specie ratione luxurie, prout loquitur text. in l. si quis cũ
sciret. ff. pro empto. ibi: luxurioso, ⁊ protinus scorto daturo. Et
d sic concludendo, interdici potest mulieri luxuriose[d] simpliciter
⁊ viro luxurioso secundum quid, quando ratione luxurie da-
bat bona sua meretricibus. Et not. dictum Bald. in dicta l. ea
10 lege. dum inquit quod † etiam lusori interdici potest bonis, si-
cut prodigo. Pro quo facit quod not. idem Bald. in authen. ꝙ
locum. circa finem. C. de colla. vbi quando quis tota die ludit, se
cundum eum, probatur quod male vtitur substantia sua, ⁊ qḋ
vergit ad inopiam. Sed tamen dictum Bald. in dicta l. ea lege
quod lusori interdici potest bonis, tanquam prodigo, nō vide-
e tur verum[e], ex eo quod not. Angel. in l. si quis cum sciret. post
Barto. ibi in fine, vbi inquit quod ille text. dum loquitur de lu-
xurioso, ⁊ protinus scorto daturo, non habet locum in lusore: q̃
ipse non est omnino consumpturus, ex quo vincere potest: quia
ludus pendet a fortuna. Et idem not. Barto. in l. fina. ff. quarũ
rer. actio non da. Et ad hoc facit, quia repetitur mutuatum in
ludo: vt not. Joan. de Imo. ⁊ Abb. in capitulo, penulti. de vit. ⁊
honesta. cleri. Et idem Imo. in dicta l. si quis cum sciret. ff. pro
empt. Salicc. in authen. alearum vsus. C. de religio. ⁊ sump. fu-
ne. cum similib.

¶ Additiones.

a ¶ Equiparantur. Quod furiosus et prodigus equiparentur,
vide per Paul. de Castr. in l. is cui bonis. in princip. ff. de ver-
bo. obligat. et ibidem per Jaso. in versiculo, sexto nota. vbi di-
cit equiparationem procedere in obligando se alijs, secus autẽ
in acquirendo. Hiero. Sig.

a ¶ Cauillationibus. [redacted]

b ¶ Nupta. Facit Hippo. Marsil. 150. l. j. nume. 8. ff. de sicar.
c ¶ Sed tamen. Idem Philip. Dec. l. penul. nume. 13. de iurisd.
omni. iudi. vbi dixi. Item Guliel. Benedict. repe. capitu. Ray
nutius. versiculo, qui cum alia matrimonium contraxit. nume.
202. de testa.
d ¶ Luxuriose. Franc. Purpur. l. rogasti. §. si fugitiuus. nu. 22.
ff. si cert. peta. quinetiam sine interdictione ⁊ publicatione: vn-
de nuper vidi per sententiam cassari donationem omnium bo
norum aliquo retento factam, per mulierem, que se promiscue,
non tamen in lupanari, prostituebat, leuisque mentis erat, licet
aliter non furiosa, nec mente capta, nec interdictio precessisset,
⁊ appellanti consultus cum alijs peritis consului acquiescere,
quod fecit.
e ¶ Verum. Imo verum est, si assiduus est, ⁊ de magnis summis
nec monentibus paret. Verum est enim illud Neronis, lusori
cupido semper grauis exitus instat. Ergo curatore dato pre-
ueniendus exitus. [redacted]

De probationibus. Rubrica.



NOn fuisset propositi mei aliqd scri
bere, verum suasionibus vestris addu-
ctus hanc prouinciã suscepi, vt etiã scri
bendo college nostro occurramus, cũ
quo in literaria palestra viua voce cō-
gredimur. Primo ne ab antiquorum
institutis discedamus, hec rubrica pre
1 cedentibus sic continuatur. † Superiori enim titulo dictum est
de confess. quia si reus confitetur actor ab onere probandi rele-
uatur, vt de iuramento dicitur, in l. eum, qui. ff. de iureiuran. in
prin. Nam in confessum nulle sunt partes iudicis, nisi in pronũ
tiando l. proinde. §. notandum. ff. ad legem Aquiliam. Verum
quia sepenumero homines ad negandũ procliuiores sunt quo
casu onus probandi actori incũbit, ideo tractatus de probatio
nibus hic subijcitur. Et quia probationũ plures sunt species. c.
cũ ad sedẽ. vbi glo. in ver. dicta testiũ. j. de restitutiōe spolia. In
primis de probatiōibus in genere premittit: deinde ad species
probationũ distinctis titulis perdescendit. Ista continuatio li
cet ab omnibus nullo reluctãte approbetur, dubitabilis tamẽ
videtur: quia etiã mediante iuramento actor ab onere proban-
di releuatur, dicta l. eũ, qui. Unde attenta hac ratione titulus,
de iureiurando preponi debuisset: qui tamen inferius longo in
teruallo collocatur. Ad hoc responderi potest, ꝙ in tit. de iure
iur. non solum tractatur de iuramento iudiciali, de quo tex. lo-
quitur in d. l. eum, qui. sed etiam de alijs speciebus iuramenti, ⁊
presertim de iuramento necessario, ꝙ a iudice in defectum pro
batiōis defertur. c. fi. j. de iureiu. Et isto respectu infra bene po
nitur de iureiur. Et quamuis considerata ratione supra dicta,
de iudiciali hic prius dicendum fuisset, ibi tamen reseruatum
fuit, ne materia iuramenti diuideretur: vt in simili tradit Ab-
bas post Joan. And. in rub. j. de except. in princ. Et quod dixi,
ne materia iuramenti diuideretur, intellige de iuramento, qḋ
probationem respicit, prout agitur hic. Et ita non obstat titu.
de iuramento calumnie, qui supra ponitur, quia respicit ordi-
nem processus, ⁊ a principio, vel saltem ante probationes pre-
statur. capitu. j. de iuramen. calumn. not. in l. ij. in prin. vbi Bar.
2 C. de iura. calumn. † Retenta communi continuatione notan-
dum est, quod in tractatu alicuius materie a generali titulo in
choandum est: deinde speciales tituli subijci debent. Et istum
ordinem seruauit Imperator in libro Codicis, ⁊ Jurisconsul-
tus in libris Digestorum in eod. tit. Ad hoc est gloss. in rubr. ff.
de testib. Et hoc bene probatur in l. j. in principio. ff. si cert. pe-
ta. ibi: ideo rerum creditarum titulum premisit. not. Bal. in ru
bri. ff. si cert. peta. in prin. vbi inquit quod ordo est, incipere a ge
nere. Facit glo. que plura similia adducit in rubri. j. de reg. iur.
in vj. in prin. ibi: si queratur etiam. ⁊ in rub. ff. de seru. vrba. pre-
dio. in rub. ff. de testa. mil. in rub. ff. de bono. poss. in rub. ff. de ver
bo. oblig. Et glo. etiam, vbi Bald. ⁊ alij in rub. C. qui admit. cũ
simili. Iste ordo quandoque tamen peruertitur: quia precedũt
tituli speciales, ⁊ generalis titulus vltimo loco ponitur, vt pa-
tet. in titu. ff. de iurisd. omnium iudic. cum titu. precedentibus.
Facit text. in l. si seruus seruum. §. inquit lex. in fin. ff. ad legem
Aquiliam. Pro responsione vide glo. in rub. j. de reg. iuris. in
vj. in prin. ⁊ alia responsio colligitur ex gloss. in rubric. C. com-
munia de legatis. Vel tertio placet, vt dicamus, quod quomo-
documque in dictis casibus legislator faciat, nō videtur arguẽ-
dus. Hec enim positiui iuris sunt, que in iuris conditoris ar-
bitrio resident, iuxta glossam, in l. prima. §. pueritiam. in versi.
pretor ratus. ff. de postulando. De qua bene scribit Angelus
in l. iustitia est. ff. de iustitia ⁊ iure. Facit gloss. j. distinctio. cap.
ius generale. in fin. Et hoc breuiter: quia in his nulla versatur
vtilitas. Illud tamen non pretermittam, quod contra istã ru
bricam, dum in numero plurali loquitur, facit, quia agitur hic
vt supra dictum est, de probatione in genere. Genus vero pro-
prie vnicum est, quod species sub se comprehendit: vt not. in l.
iij. §. genera. ff. de acquirenda possessione. in l. cũ post. §. gener.
ff. de iure dotium. ⁊ tradit Bartolus in l. j. ff. de iurisdictione
omnium iudicum. ⁊ ideo debuisset hec rubrica in numero sin-
gulari situari. Et ita per istam rationem Andreas Siculus in
rubrica C. qui admitti. more suo solito, graui supercilio arguit,
⁊ reprehendit maximum pontificem hic, Jurisconsultum, et
Imperatorem in libris Digestorum, ⁊ Codic. cuius opinio
prima facie ex eo comprobari potest, quod tradunt glossã et
doct. institu. de actionib. in prin. vbi diffinitio actionis in nu-
mero singulari tradit, q̃ in diffinitionib⁹ considerat genus, qḋ
vnicũ est, ⁊ rub. de actionib⁹ in plurali numero habet, vt plures
actionum species designentur, de quibus nigrum loquitur. Cũ
ergo hic de genere agatur vt supra, debuisset rubrica in nume-
ro singulari poni. Sed nullo modo credendum est quod Juris

consultus,Imperator,⁊ hic pontifex maximus, ita supine er-
rauerint.Et ideo ad argumentum quod Andre.Sicul.magni
facit,⁊ ad supra dicta responderi potest, declarando quod agi
tur hic de probatione in genere,hoc est,de his,que conueniunt
generaliter omnibus speciebus probationum: non quod aga-
tur de probatione in genere, prout genus consideratur in ab-
stracto, a qualibet specie probationis. Talis enim probatio in
genere non reperitur,vt infra dicam. De probatione ergo tra
ctatur hic in genere,id est de his,que conueniunt,⁊ generaliter
communia sunt cuilibet speciei probationis. Et sic potius ha-
betur respectus,ad species probationum,que plures sunt,ideo
bene ponitur in plurali, secundum glo.preallegatam Institu.
de actionibus,in rubri.Et ista declaratio applicari potest om-
nibus titulis,in quibus generalis rubrica, ad titulos sequētes
habetur:vt in titu.ff. de seruitu. cum similibus supra allegatis.
3 †Ad declarationem predictorum queritur,an ista probatio in
genere reperiatur.Bald.in rubric.C.eod.in princip.primo ar-
guit quod non:postea contrarium concludit, dicens quod est
reperire probationem in genere,que alicuius non sit speciei, vt
est probatio mista,que fit ex vno teste,⁊ iuramento,in defectum
probationis.Allegat ea, que habentur in l. certi condictio. §.
quoniam.ff.si cert.petatur.Et hoc sequitur Areti.hic,ad finē
rub.vbi inquit,quod tali casu erit species probationis innomi
nata.argumen.l.si gratuita.in principio.cum gloss.ff.de prescri
ptis verbis.Et hoc,secundum eum,procedit, nisi talis proba-
tio magis de vna specie,quam de alia participet:quia tunc in-
spicitur quod principalius est, ⁊ secundum illud iudicatur l. j.
§.si te rogauero.ff.deposi.l.queritur.ff.de statu ho.Vt supra di-
xi, non videtur quod probatio in genere reperiatur. Et ideo
Bald.in simili in rubri.C.qui admitti.in j.questione concludit,
quod non detur bonorum possessio in genere:⁊ in casu, in quo
loquuntur Bald.⁊ Areti. potius dicitur probatio mista. Non
enim est probatio in genere:quia genus bene potest considera-
ri,vt in diffinitionibus contingit,sed non reperitur. Talis er-
go probatio mista secundum intentionem Bald.dicitur in ge
nere:quia immediate continetur sub genere, ⁊ remanet in no-
mine simplici probationis,cum secūdū aliquā speciem proba
tionis non possit iudicari.Et etiam hoc dictum Bald.sic decla
ratum absque dubio nō procedit.Videtur enim quod talis mi
sta probatio non sit simpliciter sub genere:quia mistum aut ali
cui speciei attribuitur,vt in l.queritur.ff.de sta.hominum.Aut
ex eo noua species constituitur,vt probatur in l.j. in princip. ff.
de pretoria stipulatio.in l.iam hoc iure.ff.de vulga.⁊ pupilla.in
princip.ibi:tertium genus,not.in l.ij.in princip.ff.de verborū
4 obligationib⁹.⁊ ideo a tali specie poterit denominari.¶ †Cir
ca diffinitionem probationis multum laborant Abbas hic, et
Aretinus.Sed,vt ex infra dicendis apparebit,quelibet diffini
tio hic ab antiquioribus tradita sustentabilis videtur.Prima
diffinitio originaliter fuit glossa in rubrice C.eodem. quod est
rei dubie per argumenta ostensio.Hanc diffinitionem reprehē
dit Goffre.quia non solum per argumenta,sed etiam testibus,
⁊ instrumentis probatio fit. Dicitur enim argumentum quasi
argute inuentum quod ab instrumētis,⁊ testibus longe differt
capitulo,forus.§.argumentum.j.de verbo.signific. Et hoc est,
quod dicit Bald.in rubri.C.eodem,quod Canoniste reprehen-
dunt predictam diffinitionem: quia argumentum proprie est
artistarum,⁊ in disputatione consistit l.qui filium.§. fina. ff.ad
Trebel.Et argumentis cognoscitur, quod liquide probari nō
potest l.non omnes.§.a barbaris. ff. de re milit. Et sic predicta
diffinitio non videtur generalis.Sed saluari potest, secundū
Hostien.in summa.eodem titu.in princip. circa finem. ibi: nec
obstat capitulū,forus.vt argumentum largo modo accipiatur
pro qualibet specie probationis:vt probatur in l. ij. C. quorum
appel.non rec.ibi: aliis quoque argumentis,⁊ in l.ij.§.eiusdem
quoque.versiculo,que argumenta.ff.de testib. que iura allegat
hic Areti.qui latius hoc declarat in principio.Addo tex.in ca
pitulo,inter quatuor.S.de cleri.peregri.ibi:per idonea tibi con
stiterit argumenta.Nam clarum est quod illud haberet locum
etiam si testibus,vel instrumentis constaret:⁊ ita argumentum
largo modo accipitur.Ad idem textus in capitulo, pro huma
ni.ad finem.de homic.in vj.Predicta saluatio, que communis
est,vt per domi.Abb.⁊ alios hic,videtur habere difficultatem:
quia in diffinitionibus verba proprie accipiuntur:vt not.in l.j.
ff.de testamen. vbi diffinitio testamenti non competit codicil-
lis,⁊ tamen largo modo dicuntur testamenta:vt per gloss. in l.
ij.C.commu.de lega.not.Institu.de testa.in princip.Sed respō
deri potest quod verum sit in eo,quod diffinitur: vnde si testa
mentum diffinitur,proprie testamentum accipitur.Non sic vi-
detur in aliis verbis, que incidenter in diffinitionibus profe-
runtur:quia verba impropriantur,vt deseruiant intentioni.ca
pitulo,intelligentis.de verborum signifi.xxij.questione.ij.capi-
tulo,is autem.cap.constitutus.j.de relig.domi.Et si dicatur,re
gula generalis est quod verba proprie intelligantur l. non ali-
ter.de legat.iij.capitulo,in nostra.de iniu.Dicendum est quod
hoc verum sit,nisi actus redderetur nullus:quia vt valeat dis-
a positio,verba impropriantur a d.cap.constitutus. vbi glos.in
verbo,Rata.not.in capitulo,pro illorum.in princip.j. de preb.
in l.si olei.vbi Barto.C.loca.cum vulg.Facit regula l.quoties.
ff. de reb.dub.in c.si sententia.§.fin.ff.de senten.excom.in vj.Et
ideo in proposito conuenit quod verbum argumēta,largo mo
do accipiatur, vt diffinitio saluetur. Et ad hoc specialiter bo-
nus textus Insti.de actio.in princip.in versiculo,debetur.Nā
in diffinitione actionis,etiam actio realis includitur,vt proba
tur ex distinctione,quā ibi facit Imperator in §.j. ⁊ tamen ver
bum,debetur,proprie actionibus realibus non cōgruit. Unde
largo modo, ⁊ improprie ibi accipitur. Nec obstat, si dicatur,
Ista interpretatio bene procedit in diffinitione Imperatoris
cuius authoritas irrefragabilis est, ⁊ necessaria. Non sic vide-
tur in diffinitionibus glos.⁊ doctor. quorum authoritas potest
declinari,⁊ in eis nulla subest necessitas vt a proprietate verbo
rum recedatur.Quia dico idem dicendum in diffinitione glo.
quantum ad propositum.Nam non meretur reprehēdi,ex quo
imitatur Imperatorem, ⁊ summum pontificem : qui sub hoc
verbo,argumenta, omnem probationis speciem sepe numero
complectuntur,in d.l.ij.C.quorum app.in preallega.cap. inter
quatuor,cum simi. Contra tamen predictam diffinitionem de-
fensatam vt supra facit text.in d.c.forus.in §.causa.vbi videtur
probari quod nullo modo per argumentum fiat probatio,dū
ibi alternatiue dicitur, causa aut argumento, aut probatione
constat:ergo non potest dici quod probatio fiat per argumen-
tum,quia ibi tanquam omnino diuersa ponuntur. Hoc etiam
confirmatur in d.capitulo,forus.§.causa. versiculo, probatio
autem.dum primo text. ibi dicit quod argumentum per inue-
stigationem inuenit veritatem, ⁊ nunquam fit testibus vel in-
strumentis:probatio autem testibus, ⁊ fide tabularum constat.
Ergo videtur ibi in illa dictione,que aduersatur,quod proba-
tio non fiat per argumenta. Sed etiam ad ista responderi po-
test quod procedunt capiendo proprie ⁊ stricte argumentum:
secus si largo modo accipiatur, vt supra dictum est. Secundo
contra supra dictam diffinitionem arguit Bald.dupliciter in
dicta rubrica. C. eodem. Primo dum dicitur, rei dubie.Nam
non videtur generalis diffinitio:quia etiā est probatio rei cer
te:vt patet in notorio,quod est species probationis certissime,
vt per gloss.in l.ciues. C. de app. Sed responderi potest quod
[redacted] potius releuatio ab
[redacted]
respondet quod a [redacted]
5 finitio competit.Et ita prim [redacted] Se-
da fuit diffinitio Goffred. qui dixit quod probatio est rei du-
bie per testes,vel instrumenta, ⁊ plerunque indicia, ⁊ presum-
ptiones ostensio.Hanc impugnat Hostien.in loco supra alle-
gato,quia etiam aliis modis probatio fit,qui non continentur
in diffinitione.Et ita simpliciter post alios sequuntur Abbas
a ⁊ Mode.a Sed potest dici quod omnes alij modi, quibus pro
batio fieri potest,reducuntur ad illos,qui in diffinitione Gof-
fred.ponuntur,vel alij modi non probant, sed potius releuant
a probatione,vt in confessione, vel notorio dicitur. Tertio re-
spondetur, ⁊ considerandum est, quod in diffinitione non est
opus exprimere modum,per quem in esse producitur illud,qd
diffinitur:vt patet in diffinitione testamenti in lege prima,
ff. de testibus. vbi de modo testandi nihil dicitur, an in scri-
ptis,vel nuncupatiue cōponatur,nec aliqua fit mentio de testi
bus,vel aliis solennitatibus, quibus ordinatur testamentum,
sed sufficit essentiam,⁊ quidditatem exprimere rei diffinite, vt
in d.l.j.colligitur.Facit text.in l.j.in prin.ff.de tut.Ex quo infe
ro quod ista est bona diffinitio,Probatio est rei dubie ostensio
Nec opus est dicere per instrumenta,vel testes:quia hoc respi-
cit modū probandi.Et ita diffinitio Gof.nō meretur reprehē-
di:qz posita quidditate rei diffinite,aliud nō requiritur, vt di-
xi.Fateor tamen quod etiā quādoque in iure fit diffinitio,cōsiderā-
do rē prout est in fieri,⁊ exprimendo modū, per quē res diffini
ta in esse producitur l. libertas.§. seruitus.ff.de statu homi.l. v.
§.stipulatio.ff.de verb.obli.Nā in iure satis esse videtur diffini
tionē constare ex genere,⁊ differētiis quomodocunque illud fiat
ita quod res diffinita ab aliis rebus discernatur:⁊ sufficit quod diffi-
nitio conuertatur cum diffinito:vt not.in l.j.§.j.ff de dol. ⁊ bo-
nus text.in l.mortis causa capitur.in prin.ff.de dona. cau. mor.
⁊ in l.Quintus.la ij.§.cui aurum.ff.de auro ⁊ argen.lega.Secū-
do con

do contra eandem diffinitionem Goffred. arguit Aretin. hic,
quia comprehendit etiam presumptionem, que tamen non est
probatio, cum ab ea distinguatur. capitu. forus. §. eam. de verb.
sig. Et colligitur in rub. ff. de probatio. ⁊ presum. vbi ponũtur vt
diuersa: ⁊ hoc latius prosequitur hic Aret. Sed breuiter dicen
dum est quod presumptio dicitur probatio in pluribus casib⁹,
in quibus presumptiones plene probant, secundum subiectam
materiam, in cap. laudabilem. iuncto capitulo j. de frigi. ⁊ ma-
lefic. ⁊ capitu. quoniam. §. si autem. vbi gloss. in versiculo, presu-
matur. s. vt lit. non contest. in l. j. §. debebit. in versic. vere filius.
ff. de libe. agnos. facit textus in l. fin. ff. de probat. Et de talibus
6 presumptionibus loquitur Goffre. †Tertio, diffinitio tradi-
tur per Hostien. quod probatio sit rei dubie legitime facta de-
claratio. Contra quam Abbas arguit: quia etiam extra iudi-
cium res dubia legitime declaratur: ⁊ tamen non est probatio,
⁊ ita diffinitio non procedit: quia non conuertitur cum diffini-
to. Aretinus respondet, quod res dubia proprie dicitur in iu-
dicio, non extra iudicium. Allegat Bald. in l. fina. ad fin. C. qui.
ad libertatem procla ma. non lic. Et de tali dubio proprie loqui
tur Hostien. Et si dicatur, Verba diffinitionis, vt supra dictũ
est, accipiuntur largo modo: dicatur hoc esse verum ad hoc vt
diffinitio saluetur, non autem vt impugnetur, vt hic. Quod
tamen Aret. dicit, extra iudicium, proprie non esse dubium: sed
in iudicio non videtur sine dubio. Nam Bald. non firmat hoc
in d. l. fina. nec talis differentia in iure videtur probari, nihil
enim repugnat, quin etiam proprie extra iudicium dicatur du
bium, ⁊ res dubia. Facit titulus. ff. de reb. dubijs. text. in l. j. §. si
is, qui nauem. versicul. in re igitur dubia. ff. de exercit. l. fina. §.
si autem nesciens. C. de fur. in l. qui mutuam. ff. mand. in l. si de-
bitor. ff. de petit. hered. xxviij. dist. in capitu. presbyteri. cum plu
ribus similibus. in quibus res dubia extra iudiciũ appellatur:
ergo proprie, quia in dubio verba proprie intelliguntur l. non
aliter. ff. de legatis iij. Et ideo impugnatio dom. Abbatis bene
videtur procedere contra Hostien. quia etiam extra iudicium
res dubia declaratur, ⁊ legitime fieri dicitur. Nam quod fit ex-
tra iudicium permittente lege, legitime factum dicitur l. Grac
chus. C. de adul. facit tex. in l. legitima. ff. de pactis. Unde in pre
dicta diffinitione debuit esse verbum in iudicio, vt excludatur
declaratio, que in extraiudicialibus potest fieri. Et ad hoc tex.
videtur Insti. de actioni. in princip. ibi: ius persequendi in iudi
cio. Et ita opinio Abbat. contra diffinitionem Hostiẽ. verior
videtur. Et isto medio etiam confunditur diffinitio glo. de qua
supra primo diximus. Sed saluando Hostien. dici potest quod
licet etiam proprie dicatur dubium in extraiudicialibus, ma-
gis tamen proprie in iudicio res dubia dicitur: quia reus in ne
gatione magis persistit, ⁊ causa tunc discutitur. capit. forus. §. j.
de verbo. signific. ibi: dum discutitur, iudicium est. Unde tunc
res dubia magis proprie appellatur. Et secundum istum mo-
dum magis proprium diffinitio Hostien. intelligitur: quia li-
cet vocabulum reperiatur habere duplicem significationem,
etiam propriam, secundum magis proprium sensum accipitur.
text. est notab. in capitulo, Rodulphus. s. de rescrip. ⁊ per illũ
text. Matthesil. in notab. xciiij. hoc tradit. Et ita declarando su
stineri potest quod dicit Aret. Facit regula communis q̃d ver
ba in potiori significatu intelliguntur l. j. §. qui in perpetuũ. ff.
si ager vectig. vel emphy. pet. Et hoc in simili saluando diffini-
tionem Iurisconsulti Aret. voluit in l. j. ff. de testa. vbi ita inter
7 pretatur verbum, iusta sententia. †Quarto, ⁊ vltimo, secundum
Abb. hic diffinitur, quod probatio est rei dubie per legitimos
modos in iudicio facta declaratio. Contra istam diffinitionẽ
insurgit Aretin. quia conuenit etiam confessioni, que proprie
non est probatio. Et tali medio omnes diffinitiones argui pos-
sunt. Sed vt infra dicam, vera opinio est quod confessio pro-
prie probatio sit. Vel dic q per confessionem nõ declaratur res
dubia, licet stetur confessioni in preiudicium confitentis. Itẽ
contra predictam diffinitionem arguit Areti. quia proprie di-
citur iudicium lite contestata l. j. C. de iudic. cum gloss. ⁊ tamen
quandoque ante litem contestatam fiunt probationes super ex
ceptionibus dilatorijs, que ante litem contestatam oppo-
nuntur: ⁊ sic non videtur bona diffinitio, quia non conuerti-
tur cum diffinito. Sed dicendum est quod iudicium etiam an-
te litem contestatam accipitur. §. fin. Insti. de pena teme. litig.
facit text. in capitu. gratum. de offic. deleg. not. per glos. ⁊ doct.
in rubri. C. de in ius voc. cum similib. Et hoc saltem verum est,
quando ante litis contestationem probationes admittuntur,
prout Aretin. loquitur. Nam tunc sicut dispensatur quod ante
litis contestationem probationes recipiuntur contra regulã
j. vt lite non contest. ita videtur quod sit iudicium. Ulterius, et
postremo in ista materia contra hanc diffinitionem alias dice
bam, quod facit: quia videtur ponere effectum probationis, dũ
dicitur esse rei dubie declaratio: non autem exprimere quiddi-
tatem, ⁊ essentiam ipsius probationis. Nam probatio videtur
causa declarationis, ⁊ declaratio effectus probationis: ideo nõ
videtur bona diffinitio. Et hoc modo argui possunt diffinitio
nes supra dicte: quia causa non debet per effectum diffiniri: vt
Barto. in simili tradit in l. j. in princip. de app. vbi hac ratione
reprehendit diffinitionem Azo. in appellatione, qui dicebat
quod appellatio est prioris sententie rescissio. Nam dicit Bar-
tol. Appellatio est causa rescissionis, ⁊ rescissio, est effectus, qui
prouenit ex appellatione, ⁊ sic ex appellatiõe rescissio sequitur.
Et ideo non videtur bona diffinitio, diffinire causam per effe-
ctum: quia causa differt a causato, vt latius per Barto. in l. j. C.
de app. Sic ergo in proposito non videtur bona diffinitio, dif-
finire probationem per effectum, qui ex ea sequitur. Sed pro re
sponsione considerandum est quod Barto. loquitur de effectu,
qui non statim ex appellatione sequitur, sed cum interuallo, et
mediate, ideo bene dicit, quod appellatio est etiam ante resci-
sionem, que postmodum sequitur. Unde non est bona diffinitio
quia non conuertitur cum diffinito. Et ita etiam argumentũ
supra factum procedit. Sed in proposito hoc loquimur de eo
effectu, qui immediate facta probatione, sequitur: ⁊ in tali effe-
ctu bene consistit, ⁊ demonstratur essentia probationis: ⁊ iste ef-
fectus conuertitur cum diffinito: quia immediate data proba-
tione declaratio rei dubie sequitur, ⁊ in eodem instanti. Et ta-
lis effectus bene conuenit diffinitioni, vt colligitur in alijs dif-
finitionibus. Institu. de act. in princip. ibi: persequendi in iudi
cio quod sibi debetur, ⁊ in l. iij. §. bonorum. ff. de bon. poss. ibi: ius
retinendi patrimonij. ⁊ in l. j. ff. de testa. In istis enim, ⁊ simili-
bus diffinitionibus, etiam ponitur effectus rei diffinite, sed est
talis effectus, qui immediate sequitur, ⁊ conuertitur cum diffi-
nito. Nec enim est separatus a re diffinita, sed cum illa correla-
tionem habet. Ex quo infero quod diffinitio Azo. in appella-
tione sustineri potest, dum inquit, quod appellatio est rescissio
prime sententie. Nam bene dicit, si intelligatur de rescissione re
uocabili, que potius est suspensio, ⁊ statim appellatione inter-
posita sequitur: non autem intelligendo de rescissione irreuo-
cabili, que cum interuallo postea ex sententia appellationis se-
quitur, de qua Barto. loquitur. Et ista videtur fuisse intentio
Azo. Et per ista defenduntur diffinitiones que traduntur per
doctor. hic. Nonnulle etiam diffinitiones probationis haben-
tur per Nic. de Matar. Bald. Salicet. ⁊ alios in rubric. C. eod.
Flor. in rubri. ff. eod. Aliam ponit. Bald. in l. filium. in iiij. not.
versiculo, item not. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Et alia
ex dictis Bald. colligitur in l. admonendi. in j. questione. ff. de
iureiuran. ⁊ secundum Paul. de Castr. in rubri. C. eod. Proba-
biliter dici potest quod probatio est fides, que fit iudici de eo, q
coram eo disceptatur. Et bene dicitur, iudici: quia probatio iu-
dici fieri debet, capitu. statutum. §. cum vero. de rescript. in vj. ⁊
capitu. in nostra. j. de testib. ⁊ capitu. ex literis. vbi Abb. in vij.
not. j. eodem text. in l. quinquaginta. in fin. ff. de proba. in l. idcir
co. C. ex quibus cau. maio. l. doce ancillam. C. de rei ven. l. j. C. de
cond. ob turp. cau. cum similib. glo. in can. plerunque. in versicu.
iudicibus. ij. questione vij. ⁊ iiij. questione iij. can. si testes. §. item
sepe. in capitulo, solet. versiculo, iudicio. de sent. excom. in vj. vbi
b Domi. Et ideo confessio facta coram tabellione[b] non preiudi-
cat, secundum gloss. nota. in l. iubemus. in gloss. fina. C. de liber.
cau. Debuit enĩ fieri iudici, per predicta: ⁊ illa gl. approbatur
communiter per Bald. ⁊ alios in d. l. iubemus. facit glossa in l.
hac consultissima. in versiculo, depositiones. C. de testa. ⁊ quod
8 not. Bald. in l. si pro ea. in ij. nota. C. qui accu. ¶ †Expedita dif-
finitione, notabilis questio occurrit, ⁊ post alios queritur, an
c confessio[c] proprie sit species probationis. Et principalis opi-
nio est negatiua, scilicet quod proprie confessio, non sit species
probationis, vt expresse colligitur ex dictis Ioannis Andr. ⁊
domi. Abbas dum post alios concludit quod titulus de confes
sis precedit istum: quia confessio non est species probationis, s;
per eam quis ab onere probandi releuatur, vt de iuramento di
citur in l. eum qui. ff. de iureiurand. in princip. ⁊ per text. in ca-
pitulo, de confess. in vj. Et idem dicunt Antoni. de Butrio. et
Imola, ⁊ sequuntur Moderni hic. Et ista est communis opi-
nio, quam apud antiquos tenent Iacob. de Aret. ⁊ Cyn. in l.
actor. C. de probatio. Archidiaconus vj. questione vlti. in capi-
tulo finali, in princip. Compost. ⁊ Ioan. Andre. in capitu. bo-
ne. el j. s. de elect. vbi Anto. de Butr. hoc sequitur. versiculo, ad-
uerte tamen. Et hoc idem domi. Anto. dicit in capitulo, in pre
sentia. s. de renun. in tertio no. in c. si sacerdos. s. de off. ordi. in c.
licet causam. j. eo. Pet. de Ancha. in cap. j. de confessis. in sexto,
in princip. ⁊ in ca. j. ad finem, de iuramento calumn. Bald. in au
thentica, sed nouo iure. C. si certum petatur. ⁊ in dicta l. actor.
⁊ in ca. j. §. vasallus. si de feud. fuerit controuer. inter dominum

 et agna. Ludo. Roman. in d. l. admonendi. ff. de iureiurando Paul. de Castro in rubri. ff. de confess. et in l. Publia. §. finali. ff. depos. Alexan. consi. xxxv. incipien. visa scriptura. lib. j. Et ista communis opinio precipue fundatur ratione supra dicta, quia confessio releuat ab onere probandi: ergo non est probatio: vt in simili de iuramento dicitur in dicta l. cum, qui. in prin. Huic rationi nouissime respondet duobus modis formaliter commu nis preceptor, et celebratissimus Iurisconsultus dominus Bartho. Socin. in rubri. ff. de confess. Et primo, quia consequentia non valet, hoc releuat ab onere probandi: ergo non est probatio. Nam notorium releuat ab onere probandi, quia non debet probari: vt per gloss. in clemen. appellanti. de appel. in versicu. iudicijs. text. in capitu. tua nos. infra de cohabi. cle. et mulie. no. Barto. per illum text. in l. emptorem. in princ. ff. de actio. emp. et tamen notorium dicitur plenissima probatio, secundum Bal. in l. per hanc. C. de tempo. appel. Hec prima responsio euitari potest quia qua ratione dicimus, quod confessio non proprie probatio est, licet releuet ab onere probandi, idem dicam esse in notorio, quod vere non sit probatio. Et hoc voluit Bald. in dicta l. actor. vbi pari ratione loquitur de notorio, et confessione. Et quamuis notorium secundum Bal. in d. l. per hanc. dicatur plenissima probatio, intelligitur quo ad effectum. Sicetiam confessio effectum habet probationis l. cum te. la ij. C. de transact. l. fina. C. de fideiuss. cum similib. Et tamen dicimus confessionem non esse proprie probationem. Secundo respondet ipse quod non videtur bonum simile de iuramento decisiuo, prout loquitur d. l. cum, qui ad confessionem. quia confessio tendit ad probandum, in clemen. sepe. in §. sed quia. de verborum signific. et tale iuramentum est ad decidendum: vnde ex diuersis non fit illatio l. Papinianus exuli. ff. de mino. Ista responsio etiam tolli potest, quia confessio tendit ad faciliorem expeditionem. Ita dicit text. in d. §. sed quia. Et sic etiam iuramentum. Et sicut iuramentum decidit, ita confessio, que paratam habet executionem l. prima. ff. de confess. Unde eadem ratio videtur in confessione, que in iuramento. Et vt argumentum a simili tollatur, non sufficit dare dissimilitudinem simpliciter, sed requiritur dissimi-
B litudo in eo, de quo agitur[B]:[D] vt declarat domi. Abb. in capi
D tulo, translato. de constitut. in cap. quemadmodum. de iureiur. Et in proposito maior ratio videtur in confessione, in qua actor plus ab onere probandi releuatur, quam in iuramento: quia si reus confitetur nihil penitus actor facit, sed in iuramento ipse iurat. Et certe non obstantibus predictis, pro communi opin. vera videtur, et necessaria ista consequentia: Hoc releuat ab onere probandi: ergo non est probatio. Ista enim diuersa sunt quod quis probet, vel quod ab onere probandi releuetur: sicut aliud est quod conditio impleatur, et aliud est, quod ab onere implendi quis releuetur l. iure ciuili. ff. de condit. et demonstr. l. j. §. item si qua. ff. quando dies lega. ced. l. que sub conditione. ff. de conditio. instit. in princip. Ut ergo tollatur hoc fundamentum, vlterius considerandum est, et dico quod dupliciter argumentum solui potest. Primo, negando assumptum: quia non videtur absolute verum quod confessio et iuramentum releuatio sit ab onere probandi: nec text. in d. l. cum, qui. licet ita allegetur, hoc probat: dicit enim quod per iuramentum quis necessitate probandi exoneratur. Nota verbum, exoneratur, idest alleuiatur, et onus probandi minuitur. Unde non sequitur, Onus probandi minuitur: ergo non est probatio. Erit enim probatio, sed non difficilis: sicut illa, que fit testibus: et sic confessio erit probatio facilis, vt infra dicam. Secundo etiam si concedatur quod per confessionem actor ab onere probandi releuetur, potest responderi quod non valet consequentia: Hoc releuat ab onere probandi, ergo non est probatio, non ratione supra dicta, sed alia. Est enim considerandum illud, per quod probatio releuari dicitur, an probatio sit, vel in se probationem habeat: et tunc non valet consequentia: quia intelligitur, Hoc releuat ab onere probandi, scilicet de nouo, cum iam probatio facta sit: sicut si dicatur, Productio instrumenti ab onere probandi releuat: et tamen clarum est quod in instrumento probatio consistit. Et ita in confessione, que est species probationis, vt infra dicam. Hoc etiam probatur: nam actor, qui habet presumptionem pro se, ab onere probandi releuatur: quia onus probandi in aduersarium transfertur l. generaliter. §. si petitum. ff. de fideicomm. libe. presumptio ergo releuat ab onere probandi: et tamen presumptio, probatio est l. licet Imperator. ff. de leg. j. secundum quod infra declarabitur. Secundo pro communi opi. adducitur text. in d. capitulo j. de confess. in vj. vt per Abb. post alios hic. Sed secundum Salic. in rubri. C. eod. versiculo. Nec obstat argu. de d. ca. j. nam retorquetur: quia si negatiua non potest probari nisi per confessionem d. capitulo j. ergo videtur quod confessio probatio sit, cum exceptio debeat esse de regula: vt per glos. et Dy. infra in rubrica de regu. iur. in vj. Barto. in l. j. ff. de reg. iuris. cum simil. Tertio mouetur Bald. in rubri. C. eod. ibi: ergo aliter probo: quia licet contra presumptionem iuris, et de iure probatio non admittatur, cap. is, qui fidem, infra de spon. not. per glo. fi. in l. si duo. ff. de acqui. heredi. confessio tamen recipitur. glo. no. in §. illud. in auth. de equa. dotis. et alia est in l. in contractibus. §. illo. in versiculo, nullo modo. C. de non nume. pecu. ergo videtur quod confessio non sit probatio. Ad hoc etiam bene facit: quia probatio de credulitate non admittitur. glossa et doctores in l. testium. C. de testib. et tamen confessio de credulitate recipitur: et ita preiudicat sicut de veritate glossa notat in capitulo, ex literis. de iureiurand. in ver. veritate. Areti. hic respondet quod confessio maiorem dicitur habere certitudinem
C quam simplex probatio[C]. Et hac ratione sub prohibitione probationis non continetur, sicut etiam probatio, que oculata fide ex aspectu rei colligitur, prohibita probatione non excluditur: vt per Azo. in summa C. ad legem Aquil. sequitur Bald. in l. contra negantem. in fi. C. ad legem Aquil. et in rubrica. C. eodem titul. Confessio ergo sub generali prohibitione non comprehenditur, non ex eo quod non sit probatio, sed quia propter eius euidentiam non videtur eadem ratio prohibendi confessionem que est in alijs probationibus simplicibus. Est enim confessio, probatio qualificata, et secundum quid: verba vero prohibitionis intelliguntur simpliciter l. hoc legatum. vbi Barto. ff. de lega. iij. capitu. statutum. iuncto capitulo, licet canon. de elect. in vj. Et hac ratione in pluribus casibus conceditur in confessione illud, quod in alijs probationibus denegatur dicto capitu. j. de confess. in vj. et in capitulo, cum Ioannes. infra de fide instru. et quod not. Innoc. in capitulo, quia plerique. de immu. eccle. Et quod tradit Innocen. in capit. qualiter, et quando. el ij. infra de acus. Barto. in l. si confessus. ff. de custo. reo. cum simili. Quarto etiam pro ista parte arguit Bald. in d. rubri. quia post quam est conclusum in causa, non possunt probationes fieri in capitulo, cum dilectus. infra de fide instr. in capitulo, auditis. supra de resti. in integr. et tamen confessio admittitur in capitu. cum Ioannes. de fide instrumen. ergo confessio non videtur probatio. Areti. respondet dupliciter, et bene. Primo, quod speciale sit in confessione, ratione supra allegata, declarando latius vt supra proxime dixi. Secundo quod illa confessio fit ex officio iudicis, qui, vbicunque subest equitas, interrogare potest l. vbicunque. ff. de interrog. act. et xxx. questione. v. c. iudicantem.
E Nam multa ad instantiam partis prohibentur, que ex officio[E] iudicis fieri possunt. Ad hoc quod not. Bald. in l. ampliatorem. C. de appel. in princip. versiculo, ex predictis. Cuius dictum pro mirabili refert Ludo. Roma. in consi. cccclxxix. incipien. in eo, quod queritur. ad finem. et quod voluit not. Specu. in titu. de instrumen. edi. §. fina. versiculo, quid si debitor. sequitur Imol. in capitu. ij. infra eodem. et Alexan. retulit pro singulari in authen. iubemus. C. de iudic. facit textus in l. plane. et quod ibi Ange. ff. de peti. here. cum similib. Que intantum procedunt, quod licet statuto prohibeatur, vt nihil opponi possit, vel fieri per modum actionis, vel officij iudicis, intelligitur statutum de officio implorato a parte, non autem de officio iudicis a se ipso supplentis. Sic voluit eleganter Ludo. Roma. in consi. lij. incipien. visis, que egregie. in versiculo, nec obstat. Quod dictum accurate notandum est, quia sepe occurrit. Quinto pro ista parte videtur text. quem Moder. hic adducunt in ca. cum causa. de rap. vbi confessio, et probatio ponuntur vt diuersa, ibi: vel probationibus viri, vel ex mulieris confessione. Ergo datur intelligi quod confessio non sit probatio. Sed dic quod tex. ibi non ponit vt diuersa simpliciter probationem et confessionem, sed dicit, vel probationibus viri, vel ex mulieris confessione. Unde fateor, quod confessio mulieris, non est probatio viri: non tamen sequitur quod non sit probatio absolute. Vel secundo dici potest quod ponatur diuersitas inter genus et speciem: vt in simili habetur in rubric. C. de serui. et aqua. Et in Euangelio legitur, Discipulis, et Petro. Et ita non infertur quod confessio non sit probatio. Ad hoc bonus text. in l. quesitum. §. penul. de fund. instru. et instru. lega. Sexto arguitur, conuincere, et confiteri, diuersa sunt vt colligitur in ca. at si clerici. in princi. §. de iudi. ibi conuicti, vel confessi fuerint. c. nos in quemquam. ij. questi. j. c. de hoc. j. de simo. cum simili. Conuincere vero, probare est l. ij. C. quorum app. Unde si conuincere, et confiteri diuersa sunt, ergo confessio non est probatio. Et ita Moder. quidam argumentantur hic. Sed duobus modis formaliter responderi potest. Primo quod diuersitas est in specie, in genere tamen conueniunt. Nam confessio, probatio est que fit sponte a volente: conuincere vero etiam probare est: et probatio est, que in inuitum deducitur: vt probatur in dicto c. nos in quemquam. ibi: conuictum, vel sponte confessum. Conueniunt ergo in genere, sed diuersitas est in specie: et argumentum respectu

respectu speciei procedit:sicut si dicatur,cōuictus testibus, vel instrumentis:tamen vtroque casu probatio est.Ad hoc textus in d.l.ij.C.quor.appell.ibi:argumentis conuictus, vel testibus superatus.hec enim vt diuersa ponuntur, ⁊ sunt respectu speciei:in genere tamen conueniunt. Et ista est clara responsio ad argumenta.Secundo dici potest quod diuersitas sit tanquam inter genus ⁊ specieʒ,vt supra dixi.Et quis proprie dicatur cōuictus,⁊ de materia notat Fulg.cons.cxxiiij.in secundo dubio. Septimo videtur text.in cap.forus.§.causa.ꝟ.de verbo.sig.quē ibi ad hoc ponderauit do.Abb.dum dicitur, Probatio auteʒ testibus,⁊ fide tabularum constat.nihil ibi de confessione dicitur:ergo videtur quod non sit probatio.Sed dicatis ꝙ text.loquitur gratia exempli,⁊ exempla regulam non restringunt. c.j.ꝟ.ne cle.vel mona.§.hactenus.Instit. de gradi.Et hoc patet, quia alijs modis probationes fiunt.Nec enim text.in d. §. causa.intendit ponere diffinitionem probationis,sed differentiaʒ constituere inter argumentum ⁊ probationem. Quod patet, dum primo dicit,quod argumentum nunquaʒ fit testibus,nec instrumentis:probatio autem testibus,⁊ fide tabularuʒ cōstat. Satis est ergo colligere differentiam,quam text.ibi facit,⁊ illatio,quam domi.Abb.facit,excedit mentem litere,que limitate loquitur:ideo nec debet extēdi:quia limitata causa limitatum producit effectum l.in agris.ff.de acquir.re. do.l. cācellauerat. ff.de his,que in testa.delen.Octano nouissimi scribentes hic rationem pro communi opin.adducunt:nam confessio notoriuʒ facit.c.fina.de coha.cler.⁊ mu.sed vbi notorium est,probatio nō requiritur:sola enim allegatio sufficit:vt per gloss. in clement. appellanti.de appel.not.in c.euidentia.de accu.⁊ in ca.porro.ꝟ. de diuor.ergo videtur quod confessio non sit probatio:quia ex confessione fit notorium,⁊ notorium probationem excludit, vt dictū est.Ista ratio de facili tollitur: q₂ sicut confessio facta in iudicio notorium facit,ita omnes alie probationes.c.cum olim. vbi text.ꝟ.de verbo.sign.notatur in ca.significauerunt.de testi.⁊ tali casu notorium est species probationis.Idem dicam esse in confessione:⁊ probatur ista equiparatio in d.cap.cum olim.Et ad argu.dum dicitur notorium non debet probari:dico quod verum est de nouo:⁊ sic nouam probationem excludit,habet tamen in se probationem,per ea, que s̄.dixi:alias haberemus dicere ꝙ examinatis testibus,⁊ productis instrumentis, ex quibus notorium inducitur d. cap. cum olim. iste tamē non essent probationes, quod absurdum est. Nono predicti nouissimi arguunt ex eo,quod in simili habetur de iuramēto: nam proprie iuramentum non est probatio,licet habeat vim probationis l. sed ⁊ si possessori.§.j.ff.de iureiuran.ibi: perinde ac si probasset. Verbum enim, Perinde,denotat impropietatem:vt probatur in l.j. ff. de recepta. ⁊ tamen iuramentum releuat ab onere probandi, sicut confessio:ergo videtur quod confessio proprie non sit probatio.Ad hoc respondetur dupliciter. Primo dico quod etiam iuramentum dici potest proprie species probationis,per ea,que infra dicam.Ad text.in d.§.j.dum dicit, perinde,responderi potest,Primo quod ibi comparatio fit de iuramento ad alias species probationis hoc modo,perinde ac si ꝓbasset,scilicet testibus,instrumentis vel confessione: sicut alibi dicitur quod tantum valent testes,sicut instrumenta l.in exercendis.C.de fide instru.Fit ergo ibi comparatio respectu specierum,que differunt inter se,in genere tamen conueniunt, vt

9 D s̄.dixi in vj.argu.†Secundo potest dici ꝙ verbum,perinde[D], exprimat veritatem:quia hoc pendet a iure ꝙ iuramentum sit species probationis,⁊ in his, que sunt iuris, verbum perinde videtur,⁊ similia veritatem exprimunt:vt no.Barto. tradit in l.is qui pro emptore.de vsucapio.Secundo ad argumen. respōdetur ꝙ non est bonum simile de iuramento ad confessionem: quia pluribus medijs infra probabitur ꝙ proprie confessio ꝓbatio sit.Et ista diuersitas colligitur subtiliter in d.l. sʒ ⁊ si possessori.§.j.dum ibi dicitur,perinde haberi,ac si probatum esset. Nam nullus negabit,quin sub illo verbo,probatum esset,etiaʒ confessio includatur:⁊ ita ibi probatur ꝙ iuramentum equiparatur probationibus,⁊ sic etiam confessioni. Unde si confessio erit probatio,iuramentum habebit vim confessionis, vel alterius probationis:⁊ hoc inferius dicaʒ de iuramento. Decimo pro ista communi opi.videtur text.in l.ij. de interro. actio. vbi dicitur quod edictum de interrogatorijs actionibus, ideo pretor introduxit,quia difficile erat ei,qui heredem bonorum,vel possessorem conuenit, probare illum heredem esse:⁊ sic per interrogationem secuta confessione probandi onus euitatur.Ergo videtur ꝙ confessio non sit probatio,sed per eam onus probandi releuatur.Ad idem facit text.in l.inde Neratius.ad fin. ff.ad legem Aquil.vbi confessio,actori remittit, ne habeat necesse probare.Sed dic quod verbum,difficile,positum in d.l.ij. tollit argum.Nam verum est quod secuta confessione non erit difficile probare:⁊ ita edictum pretoris tollit difficultatem probationis.Erit ergo probatio facilis ista,in qua actor non fatigatur.Si facilis probatio,ergo probatio: ⁊ sic argu. retorquetur.Sic etiam respondetur ad d.l.inde Neratius,quia mediāte confessione tollitur necessitas,⁊ difficultas probandi, que actori incumbit:non tamen per hoc absolute infertur ꝙ non sit probatio. Ad hoc faciunt que dixi supra circa primum argu. Ultimo facit tex.in l.generaliter.C.de non nume.pecu. dum inquit,non ei licentia sit causam probationis a stipulatore exigere,cum suis dictis acquiescere debeat.Si ergo actor acquiescit dictis rei,⁊ nititur ex eius confessione:ipse non probat:ergo videtur ꝙ confessio non sit probatio. Solutio.Non est probatio actoris,hoc bene ibi infertur: non autem absolute infertur qđ non sit probatio quantum ad fidem,que fit iudici. Et ita argu. tollitur.Et ex omnibus supra dictis patet quod non stringunt hec,que pro communi opin.adducuntur.Contraria opi. scilicet quod imo confessio sit species probationis,reperitur,quam precipue firmauit Sali.in rubr.C.eo.in ver.tu dic.Et idem manifeste sentit Bart.in l.si duo patroni.§.idem Iulianus.el ij.ff. de iureiuran.in ij.not.⁊ in l.j.in vlti.q.ff.de offic.consul.⁊ in l.triticum.ff.de verbo.oblig.Et hoc etiam videtur tenere glos.in l. j.C.de eden.in verbo,quemadmodum.⁊ Aret.hic,vt infra dicā. Et primo fundatur ista opinio a simili de iuramento, quod releuat ab onere probandi d.l.eum,qui.in princip.⁊ tamen iuramentum, probatio est l.sed ⁊ si possessori.§.pen.ff.de iureiuran. ergo ita dicendum est de confessione quod probatio sit.Areti. respondet,negando ꝙ iuramentum proprie probatio sit.⁊ in d. l.quā allegat Sal.est verbū,perinde,ꝙ notat impropietatē:vt no.in l.j.ff.de excep.⁊ Ang.in l.sed si lege.§.proinde.ff.de pet.here.Et sic im.ꝓprie iuramētū erit probatio.Et sic de cōfessiōe dicendum est.Confirmatur ista responsio,quia in d.§.penul.iuramentum equiparatur probationi, ibi: perinde ac si probatum sit.Ergo videtur ꝙ iuramentuʒ nullo modo probatio sit: quia nullum simile est idem l.quod Nerua.ff.deposi.Ita de isto verbo,perinde,arguit Barto.in l.qui a patre.ff.de confirman. tu. in j.not.Secundo probatur: nam confessus conuictus dicitur l.qui sententiā.C.de penis. Conuincere vero, probare est l.ij.C. quo. appel. ergo confessio probatio est. Ita elicitur ex verbis Salic.in d.rub.Areti.respondet quod plus est confessus, quaʒ conuictus:⁊ ideo si plus est,vtique tanti est l.cum furti. ff. de in litem iuran.Quilibet ergo confessus est conuictus, non econtra.Et ita tollitur argumentum,negando ꝙ idem sint.Secundo responderi potest ꝙ etiam dato ꝙ pro eodem ponantur,cōfessus,⁊ conuictus, vel quod idem sint, verum est quo ad effe-

E ctum probationis[E]:sed tamen inter se differunt quia confessio est probatio,que fit a volente:cōuincere vero quis dicitur, quādo probationem contra inuitum facit,in c.nos in quemquam. ij.q.j.ibi:conuictum,aut sponte confessum.⁊ supra fuit declaratum in vj.argu.supra facto pro communi opinione,vbi videndum est.Tertio considera quod text.in d.l. qui sententiam. nō dicit id,ad quod per Salic.allegatur: deberet enim coniungi verbum,conuictus,quod circa finem legis ponitur,cuʒ ver. cōfessione sua:⁊ sic diceret,confessione sua conuictus: vt intentio Sali.probetur.Sed hoc non potest fieri salua ratione recti sermonis,propter dictioneʒ,aut,que bis ponitur ibi, dum inquit ꝙ constare debet de crimine,aut confessione sua,aut,⁊c. deinde sequitur, conuictus,quod verbum refertur ad secundum verbum,aut, non ad primum, in quo primo de confessione loquitur.Et hoc patet inspicienti illum textum:⁊ hoc modo ibi,confessus,⁊ conuictus ponuntur vt diuersa. Tertio ista conclusio contra communem opinio.videtur efficaciter probari in dicto capitulo j.de confess.in vj. vbi a regula, que ponitur in principio,quod negatiua non possit probari,excipitur confessio: ergo videtur probatio:quia exceptio debet esse de regula, vt supra dictum fuit.Et ita colligitur ex verbis Salic. in dicta rubrica.Et ista inductio approbatur per Aretin.hic.Sed tamen responderi potest quod iura, que loquuntur in probatione,in pluribus casibus habent locum in confessione propter eandeʒ vel maiorem rationem. capitulo, cum ad sedem. in versiculo, nos prioris.de restitu.spol.l.cum te.la ij.C.de transac.Unde dū excipitur confessio in dicto capitulo j. habetur consideratio equiparationis solite,que non facit quod idem sint. Vel secundo dicatis quod licet exceptio sit de regula, non tamen per ex-

f ceptionem ampliatur regula[f] ad ea, que alias non facta exceptione non fuissent comprehensa:vt not.Bartol. in l.generali. §.vxori.per illum textum.ff.de vsufruct. leg. Abbas per illum textum in capitulo,in nostra.in ij.not.de sepul.adeo quod potius inepta exceptio indicatur,quam ꝙ regula extendatur:vt in notabili questiōe declarat Pau.de Ca.in l.in his. ff. de legi. Quarto Are.qui hāc sententiam veram esse attestatur,tex.ad-

ducit in l.j.in fi.ff.de inter.actio. vbi confessiones, probationes
appellantur. Sed dici potest ꝙ largo modo, ⁊ considerato effe
ctu, confessio probatio fit: vt dicit Petr.de Anc.in d.c.j. Et ita
vnico verbo absoluunt Moderni hec omnia, que pro ista par-
te inducuntur. ⁊ facit tex.cum glossa in verbo, probationibus,
in l.nõ intelligitur.§.tacite.ff.de iure fis. Sz vlterius secũdo spe
cialiter respondetur, ⁊ dico ꝙ text.quem Alle gan. allegat in d.
l.j.non dicit ꝙ confessiones sint probationes. Inquit enim, Ad
probationes, que litigatoribus incumbunt, sufficiunt ea, que ab
aduersa parte expressa fuerunt: non enim appellat cõfessiones,
probationes: sed videtur dicere quod loco probationum sint: ⁊
videtur potius probare qđ mediantibus confessionibus quis
releuetur ab onere probandi. Et ad hoc illum textũ allegauit
Bald.in authen.sed nouo iure.C.si cert.peta. ⁊ ita argu. Areti.
retorquetur, ⁊ facit text.in l.ij.eo.titu.vt supra dixi. Quinto vi-
detur probari in l.fi.§.licentia.C. de iure deliber. quam etiam
Areti.inducit, vbi secundum eum, inter species probationum
ponitur cõfessio, que debet ab herede fieri de rebus heredita-
rijs. Sed dic quod ibi nõ dicitur aliquid de confessione. Inquit
enim formaliter textus, Quibus voluerit legitimis modis ap-
probare. Unde ista verba intelligo, instrumentis, vel testibus: ⁊
licet idem esset in confessione, hoc erit per extensionem a maio-
ritate rationis, vt supra dixi, vel de probatiõe largo modo quo
ad effectum probationis, per supra dicta. Sexto Areti.allegat
text.ad literam in clemen.constitutionem.ad fi.de elect.ibi: pro
bationem tamen factam super his per aduersarij confessionẽ:
ergo confessio probatio est. Dicatis verum esse largo modo cõ
siderato effectu, vt supra dictum est. Uel secundo respondeo qđ
ibi probatio appellatur cum illa qualitate, per confessionem,
non quod absolute probatio sit: sicut homo mortuus non dici-
tur homo simpliciter, sed homo mortuus. Ad hoc text.in l.j.§.
j.ff.de dona. vbi donatio conditionaliter non dicitur donatio.
ibi: non proprie donatio appellatur, sed donatio sub conditio-
ne est. Contra hanc rationem videtur facere text. in d.clemen.
constitutionem.ad fin. dum dicit, per aduersarij confessionem,
vel alias legitime. Uidetur ergo confessio, probatio legitima:
cum verbum, alias, similitudinem importare videatur: vt not.
in c.sedes.de rescript. ⁊ per gloss.in c.j.in ver.alios.de prebend.
in vj. ⁊ xxvj.distin.c. deinde.in gloss.j.cum simili. Sed dic quod
istud non est semper verum: vt not.in d.c.deinde. vbi gloss. ⁊ in
l.ij.C.de ser.fugi. Uel secundo argumentum bene procederet in
f dictione ⸗, alius, alia, aliud: secus in aduerbio, alias prout lo-
quitur d.cle. Constitutionem. Nam non videtur similitudinẽ
denotare: vt probatur in l.si hominem.in §.datur.ff.de depo si. vbi
glo. Imo videtur potius importare diuersitatem: quia in pro-
posito exponitur, alias, id est aliter, vel alio modo l.j.§.item sciẽ
dum.ff.de aqua plu.arcen.l.non solum.§.Proculus.ff.de iniur.
Et de natura huius dictionis notat plene Barto.in l.j.in ver-
sic.quero quinto.ff.de condict. ⁊ demon. Septimo istam partẽ
sequitur do.Bart.Soci.in rubri.ff.de confes. ponderando tex.
in versi. ⁊ quia positiones.de verbo.signi. dum ibi dicitur quod
vsus positiones induxit ad faciliorem probationem propter cõ
fessionem partium. Si ergo mediante confessione probatio fa
cilior redditur: ergo confessio probatio est. Responderi primo
potest quod hoc verũ sit largo modo, vt supra sepius dixi. Se
cundo vlterius considerandum est ꝙ in d.cle.sepe.versi. ⁊ quia.
ponuntur due clausule. Primo enim dicit quod ad faciliorem
expeditionem positiones inuente sunt propter partium confes
siones. Postea dicit ꝙ vsus inuenit articulos, propter clario-
rem probationem: vnde illud, quod põderatur de faciliori pro-
batione, vel clariori, non respicit confessionem, de qua in alia
superiori clausula dicitur. Imo potius ibi contrarium vide-
tur probari dum dicitur, quod confessio respicit faciliorem ex-
peditionem cause: non ergo respicit probationẽ, de qua in clau
sula sequenti habetur: ergo videtur ꝙ confessio non sit proba-
tio. Octauo induci potest text.in l.Publia.in fin.ff.depo si. vbi
confessio probatio appellatur, ibi: sed probationem depositarũ
rerum impleri posse. Sed respondetur ꝙ ille text. potius vide
tur probare contrarium, dum inquit, per confessionem imple-
ri probationem posse. Quasi text. dicat quod loco probationis
sit. Non ergo est probatio absolute, sed per eam probatio sup-
pletur. Potest etiam responderi alio modo, vt statim ʃ.dicaz.
Nono pro eadem opi.facit text.in l.fi.de proba.in princi.vbi cõ-
fessio, que ex epistola transmissa colligitur, probatio appella-
tur. Confirmatur hoc: quia ibi sub eadem determinatione de-
positiones testium, ⁊ confessiones epistole text.probationes ap
pellauit: ergo proprie sicut illa, que fit testibus, vt equalis sequa
tur determinatio: arg.l.iam hoc iure.§.fi.ff.de vulg. l. quamuis.
C.de impub.cum vulga. Sed, vt supra sepius dictum est, proce-
dit lex predicta quantum ad effectum probationis, in quo con
fessio etiam excedit probationem simplicem. Et ista responsio
tollit omnia, que adduci possunt: quia videntur loqui semper
respectu effectus. Instari tamen potest contra istam solutionẽ
quia iura semper videntur considerare effectum: argu.l.ij.C.cõ
munia de leg. Unde si depositiones testium, vel instrumentorũ
productiones, probationes dicantur, etiam quo ad effectum
hoc intelligitur. Unde secundo dicatis ꝙ d.l.fin. non loquitur
in confessione simplici, sed in epistola, que vim obtinet instru-
menti, vt expresse ibi dicitur. Et sic etiam potest responderi ad
leg. Publia.ʃ.alleg.facit text.in l.j.ff.de fide instru. Postremo
pro ista parte nouissime allego text. qui ad literaz hoc dicit, sci
licet confessionem esse speciem probationis, in c.in nostra.supra
de renun.ibi: non ad vnam probationis speciem applicet men-
tem, sed ex confessionibus, depositionibus, ⁊c. ergo videtur in il
la aduersatiua, sed ex confessionibus, ꝙ confessio sit species p-
bationis. Dicatis vt supra quod largo modo de probatione lo
quitur quantum ad effectum, de quo ibi, vt animus iudicis in-
ducatur. Probatur hoc: quia dicit text. confessionibus, deposi
tionibus, allegationibus, ⁊ alijs, que in eius presentia propo-
nuntur, ⁊ tamen allegationes non sunt probationes, nec alia
plura, que fiunt in presentia iudicis. Patet ergo quod de pro-
batione largo modo, ⁊ improprie loquitur. Et sic ex predictis
omnibus habetis discussum articulum plenius vltra omnes,
qui hactenus scripserũt, ex quibus dictis vtraque pars in dis-
putationis congressu sustentabilis redditur. Prima tamen
opin.communis est, licet secunda verior de iure videatur, per
supra dicta. Et quia diffinitio probationis, qualiscunque sit, cõ
fessioni videtur competere: ergo confessio, per supra dicta, pro-
10 batio est. † Retenta tamen communi opi. quod proprie confes-
sio non sit probatio, Abb.hic infert ad statutum, quod in mate
ria odiosa de probatione loquitur, vt non habeat locum in con
fessione. Et ita etiam dicit Imo.hic, ⁊ Mode.sequuntur: quia
6 in statutis verba proprie intelliguntur [6] l.iij.§.hec verba.ff. de
neg.gest.l.j.§.hoc interdictum. ⁊ quod ibi Bartol. ff.de fonte.et
Bald.in terminis hoc tradit in authen.sed nouo iure.C. si cer.
peta.dicens quod licet aliquid probari non possit, nisi per scri
pturam: si tamen quis confiteatur, sibi preiudicat: quia cõfessio
non est probatio, sed releuatio ab onere probandi l.j. in fi. ff. de
interro.act. Et idem voluit Roma.contra Ange.in l.admone
di.in versic.quo ad secundum.ff.de iureiuran.quem Mode.hic
referunt. Et istam opi.verissimam esse nouissime attestatur cõ
munis preceptor dominus Bartholomeus Soci. in precedẽti
rub.ff.de confes.vbi ipse considerat duos casus, videlicet ꝙ aut
statutum admittit probationem: ⁊ ex maioritate rationis habe
bit locum in confessione. Aut statutum prohibet, ⁊ excludit p-
bationem: ⁊ non habebit locum in confessione: vt per Abbatẽ
hic. Et probatur vlterius, secundum eum, alia ratione. Nam
etiam si confessio vere esset probatio, habet tamen in se aliam
qualitatem vltra probationem simplicem ratione maioris cer-
titudinis: ideo sub simplici prohibitione probationis non in-
cluditur confessio: sicut sub nomine simplici dignitatis non cõ
tinetur episcopatus, capitulo, inquisitiones. de here. in vj. ⁊ in
capitulo, quia periculosum.de senten.excommu.in vj. Et tamẽ
episcopatus est dignitas proprie, ⁊ quidem culmen dignitatis,
in capitulo, venerabilis.de prebend.in glo.in capitulo ij. in gl.
ij.eodem titulo.de preben.in vj. Sed ideo illud contingit, quia
alia ratio haberi debet de tali excelsa dignitate, quam de alia
dignitate simplici dicto capitulo, quia periculosum. ⁊ textus
not.in capitulo, dilectus.ʃ.de conces. prebend. Sicut etiam di-
cit ipse, parricidium est homicidium qualificatum: ideo non
comprehenditur appellatione homicidij. Sic ergo in proposi-
to, si tollitur facultas probandi simpliciter, non videtur remo-
ta probatio certissima, que per confessionem habetur. Confir-
matur ista conclusio proximioribus similibus in capitulo j.de
confes.in vj.in capitulo, cum Joannes.ʃ.de fide instrumento.et
quod not. Innocentius in capitulo, quia plerique.de immuni.
eccle. ⁊ quod supra dixi de presumptione iuris, ⁊ de iure. Facit
regula communis, quod verba accipiuntur in dubio simplici-
ter, ⁊ non secundum quid, capitulo, statutum, iuncto capitulo, li
cet canon.de elect.in vj.l.hoc legatum.de legat. iij. vbi Bartol.
Et ad illud, quod supra dictum est de homicidio, est decisio
Joann.de Ana.in consil.lxiij.incipien.presupposita communi
opi. vbi consuluit statutum penam imponens pecuniariã pro
10 homicidio non habere locum in parricidio [10]. Et merito Bal.
reprehenditur, qui voluit contrarium in l.data.ad finem, ibi: et
est argumentum.C.de dona. Et ita conclusio predicta videtur
bene procedere, quod statutum exclusiuum probationis non
habeat locum in confessione. Et in effectu ista dicta nõ discre-
pant ab eo, quod dominus Abbas hic dicit, dum distin-
guit in materia odiosa, vel fauorabili. Nam statutum, quod
exclu-

excludit probationem, videtur odiosum: ideo non habet locũ
in confessione. Facit ad predicta quod not. voluit Domi. con-
tra dominos de Rota, quos refert in cap. presentium. §. testes.
ver. quid si Papa committit. de testi. in vj. dicens quod si com-
mittatur alicui vt testes & instrumēta in aliqua causa recipiat,
non poterit confessiones partium recipere. Et retenta predi-
cta conclusione, quod licet probatio prohibita sit, confessio ta-
men admittatur, pluribus modis vltra doctor. hic limitatur.
Primo vt procedat quando quis sponte, & propria voluntate
confitetur: inuitus vero non potest interrogari vt respondere
cogatur. Ita not. voluit Specu. in titu. de dila. §. fin. versi. item
quid si est datus terminus, vbi concludit quod si elapsus sit ter
minus datus ad probandum, sicut termino elapso excluditur
a facultate probandi, ita etiam excluditur vt partem interro-
g gare non possit, & sic etiam confessio remouetur[g]. Et Bald. ibi
in addi. hoc sequitur, qui allegat text. in l. in contractibus. §. il-
lo. C. de non nume. pecu. Et ita distinguit, & declarat Paul. de
Castr. in rubr. C. eod. titu. de proba. in fin. Aliter tamen videtur
loqui idem Pau. in d. §. illo. Sed licet alijs verbis vtatur, in ef
fectu tamen in idem recidit. Et idem tenet Ange. in l. sed & si re
stituatur. in §. j. ff. de iudi. Secundo declaratur, vt habeat locũ,
quando confessio immediate probat, vt quia de confessione in
actis constat: secus si confessio allegetur, que testibus debeat
probari: quia talis confessio non admittitur, ad quam median
te probatione peruenitur: vt not. tradit Petr. de Anch. in con
sil. xxxvj. incipien. in questione predicta arguitur. circa fin. facit
quod not. Bald. per illum text. in l. j. C. in quib. cau. ser. pro pre.
lib. acci. Tertio limitari probabiliter potest, quando statutum
tollit probationem in derogationem iuris communis: secus
videtur si loquatur statutum in terminis iuris communis: vt
quia dicat quod negatiua probari non possit: vel quod proba-
tio non admittatur contra presumptionem iuris, & de iure: nã
b tali casu etiam confessio[b] excludi videtur, ex quo alias statutũ
nihil operaretur. Et sic debet statutum interpretari, ne super-
fluum reddatur: vt not. Bartol. in l. iiij. §. pretor ait. versicu. que
ro quid si statuto. ff. de damn. infect. & idem Bart. in l. iij. in ver-
sicu. quid si statuto. ff. de vsuca. Abb. in c. pastoralis. in princip. ĩ.
de appel. cum concor. Nec dicatur quod statutum semper ope-
i ratur, quia nouum adijcit vinculum[i], iuxta not. per Bald. in l.
j. in princip. ad fin. ff. ad leg. Fal. in l. iij. §. si rem. ff. de leg. iij. Ab
bas in c. causam, que, de rescript. & in rub. infra de regul. ad fin.
cum simi. quia respondetur vt per Mathesi. in no. lxxx. incip.
quod Barto. & Aret. not. declarant in consi. ij. incip. in questio-
ne. Quod tamen dixi de statuto, verum intelligitur, nisi quis
graue preiudicium pateretur: quia potius toleratur quod sta
tutum nihil operetur, quam ꝙ indebite damnum patiatur l. fi-
na. §. in computatione. C. de iure deliberandi. vbi gloss. Barto.
& late Moderni. Quarto non videtur dicta conclusio procede
re, si statutum probationem excludens vtatur verbis pregnan
tibus: vt quia dicat ꝙ probatio nulla, qualiscunque sit, admit-
tatur: nam etiam confessio excludi videtur, per ea, que infra di
cam: vbi qualiter hoc verum sit: & quomodo procedat, declara-
bitur. Vltimo supra dicta conclusio declaratur, vt habeat locũ
quando statutum probationem reijcit simpliciter: secus si vlte-
rius procedat inducendo prescriptionem: vt quia dicat, Post
certum tempus probari non possit, nec de debito vel delicto co
gnosci: quia tali casu confessio etiam excluditur, adeo ꝙ si post
tale tempus quis confitetur debitum, vel delictum, ex tali con-
fessione minime poterit cõdemnari, obstante prescriptione sta
i tuti. Ita not. voluit Bald. in l. genero. ff. de his, qui not. infa. in
quibusdam lecturis: quia paria[i] sunt, penam soluisse, & satisfa-
ctum esse de crimine, vel prescriptum esse cognitioni criminis
l. sed & si vnius. §. pretor ait. versi. si ante. in fi. ff. de iniur. Est ve-
rum ꝙ istud dictum Bald. reprehenditur per Roma. in l. j. §.
occisorum. ff. ad Silla. ex eo quod singulariter Bald. tradit in
l. properandum. in princip. ad fin. C. de iudi. dicens ꝙ licet per
empta sit instantia prefixa à statuto, reus tamen ex sua cõfessio
ne poterit condemnari: quia confessio notoriũ facit. c. Roma
na. §. si autem. de appel. in vj. Et in notorio ordo iuris non re-
quiritur. alleg. Inn. in c. inquisitionem. de elect. Et istam opi-
nio. sequitur Ang. Aret. in tractatu maleficiorum. in versic. in-
choat. in versi. vnum tamen dicit. Pro quo facit ꝙ eleganter
Bald. inquit in l. criminis. circa fi. in ver. sed pone ꝙ statutum.
C. qui accu. ꝙ ille, qui confitetur delictum, non potest post talẽ
confessionẽ obijcere exceptiones declinatorias, etiam reserua-
tas a statuto. Sed tamen verior videtur, & magis placet opi.
Bald. in d. l. genero. quam approbat Aret. in c. cum P. in ver-
sicu. & vide quod ponit do. meus ĩ. de accusa. quia licet per con-
fessionem constet de crimine commisso, punitio eius tamen eli
sa est prescriptione temporis l. j. §. accusationem. ff. ad Turpil.
& quod ibi Bar. Inducit etiam quod not. Bar. in l. Titia. ff. de
accusa. Ad allegata s. in contrarium egregie respondetur qđ
Baldus in d. l. properandum. in princip. loquitur in casu val-
de diuerso, scilicet quando instantia perempta est: quo casu nõ
perimitur tamen ius agendi, vel accusandi. Et ideo stante cri-
mine punibili reus ex confessione potest puniri: & sic omnia al-
legata s. procedunt: secus quando cognitio criminis tollitur
per prescriptionẽ: quia extinctum videtur delictũ, cum a pari
procedant prescriptum, & satisfactum esse d. l. sed & si vnius. §. si
ante. s. alleg. Ad idem text. vbi Barto. in l. si pupillus. in fi. ff. de
admi. tut. & not. Bald. in l. tam mandatori. C. de non nu. pecu. &
sufficit, ꝙ ista similitudo procedat quo ad effectum, de quo agi
tur, licet aliqua differentia possit considerari: vt not. declarat
do. Abbas in c. translato. s. de consti. in c. quemadmodum s. de
iureiuran. Et predictam opi. Bald. etiam approbat do. Ma-
ria. Soci. in ca. de his. c. qualiter, & quando. in xj. artic. q. lxvj. de
accu. vbi attestatur se ita consuluisse. Et hoc etiam videtur ex-
presse sentire domi. Cardi. in clemen. j. in x. q. de consangui. & af
fi. Et cum alias casus Senis occurrisset, vidi originaliter consi
lium domi. Maria. & vltra omnia predicta reperi decisionem
Bald. qui in terminis formaliter sic concludit in c. fi. in versicu.
pone ꝙ maleficium s. de offic. delega. Nam dicit quod accusa-
tio per prescriptionem statuti abolita est: imo ipsum maleficiũ
vt verbis suis vtar: & ideo confessio nihil valet, ex quo ius agen
di peremptum est. allegat text. in l. confessionibus. ff. de interro
ga. ac. Et ita meo patrocinio, & alterius doctoris clarissimi, ob
tentum fuit Senis in causa magni ponderis. Et predicta pro-
culdubio procederent, quando statutum, quod prescriptionem
inducit, limitate loqueretur, concedendo potestatem cognoscẽ
di officialibus: vt quia statutum dicat ꝙ Potestas cognosce-
re possit de delictis commissis tempore suo, & per annũ prius:
de alijs vero criminibus ante annum perpetratis non habeat
potestatem: tali enim casu, si reus confiteatur delictum, de quo
potest cognoscere, indubitatum est ꝙ non poterit puniri: quia
ista non est exceptio prescriptionis, prout dicta s. loquuntur:
sed est exceptio deficientis iurisdictionis: quia rectores terra-
rum limitatam habent iurisdictionem, quatenus statuta eis
tribuunt: vt not. Jacob. But. in l. assiduis. C. qui potio. Joan.
Andre. in rub. de syndi. in addi. ad Spec. & Bald. in auth. cassa.
C. de sac. sanct. eccle. Ita not. declarat Nellus de sancto Gemi.
in tractatu bannitorum, in secunda parte primi temporis, in
iij. q. Et predicta exceptio iurisdictionis deficientis, clarum est
quod non obstante confessione poterit opponi, vt expresse te-
net Bald. in d. l. criminis. in fi. C. qui accu. & idem Bald. in l. ma
gisterio. C. de iurisdi. om. iudi. Ange. in l. magistratib⁹. ff. de iu-
risdic. om. iudi. probatur in c. at si clerici. in princip. supra de iu
dic. Et ideo in proposita questione diligenter consideranda
sunt verba statuti, vt discernatur vtrũ competat reo exceptio
prescriptionis, vel deficientis iurisdictionis. Hec tamen dicta
longiorem examinationem postularent. Sed quia hic princi-
paliter non est locus, quantum ad propositum predicta suffi-
11 ciunt. Et ex his absolutus sit articulus de confessione. ¶ † Nũc
aliud dubium se offert, quod a presenti materia alienum non
videtur, scilicet an iuramentum proprie probatio sit: & breuiter
vt ex supra dictis colligitur, videtur dicendum quod non. Nã
per iuramentum non dicitur quis probare, sed potius a pro-
batione releuatur, in l. eum, qui. in princip. ff. de iureiurando.
do. & probatur in l. sed & si possessori. §. j. ff. de iureiur. ibi: perin-
de ac si probatum esset. Nam verbum, perinde, improprietatẽ
arguit, vt not. in l. j. ff. de recepta. & supra dictum fuit: ergo vide
tur quod proprie non sit probatio. Et hoc expresse voluit gloss.
in c. j. §. si quis. in ver. absoluenda, in titu. si de inuesti. inter do-
mi. & vasal. lis oria. dicens ꝙ iuramentum est quasi probatio. Et
hec est communis opi. quam Bald. tenet in rub. C. eo. in l. actor.
eodem titu. & in cap. j. §. sacramentum. de consue. recti feu. ibi in
ver si. adde quod iuramentum. & in capit. j. §. conuenticulas. de
pace iur. fir. ibi: sed ista probatio. Et ita concludunt, & resident
Moder. hic scribentes. Et ista etiam tradit Alexand. in l. licet
Imperator. ff. de leg. j. Vlterius idem Bald. dicit in capitulo j.
§. vasallus. versicu. querit hic. Jac. ad fin. si de feud. fue. contro-
uer. inter do. & agna. & in l. j. in xv. oppo. C. de senten. que pro eo,
quod interest, profe. & probatur ista conclusio in l. non erit. §. da
to. ff. de iureiurand. ibi: quasi probatum. & ibi not. Sali. Roma.
& Moder. Pro ista communi opinio. facit textus in l. si ante.
C. vnde vi. vbi si accusator vim illatam probare non potest, non
statur iuramento: ergo videtur quod iuramentum non sit pro
batio. Ad idem textus in capitulo j. §. si quis de manso. in fine.
ibi: dum inquit non oportebit eum inuestituram probare, sed
iurare. in titulo, si de inue. fuerit contro. Ex illa enim dictione,
sed, que aduersatur, elicitur quod iurare nõ sit probare. Quod

etiam ratione manifesta suadetur: quia actore non probante reus absoluitur.c.inter dilectos.in fi.infra de fi. instru. c.vnico. infra vt eccle.benefi.ergo actore probante debet reus condemnari: & tamen non sufficit ꝙ intentio actoris per iuramentum probetur c.fi.supra quod me.causa.ergo probatio non videtur. Faciunt iura, que dicunt quod in defectum probationis ad iuramentum recurritur.c.fi.j.de iureiuran.l.in bone fidei.C.de rebus credi. Ultimo accedat text.in c.forus.§.causa.vbi Abb.infra de verbo.sig.vbi dicit ꝙ probatio fit testibus, vel instrumẽtis: ergo videtur ꝙ iuramentum nõ sit probatio. Et ita his rationibus communis opi. comprobatur. In contrarium vero, scilicet quod imo iuramentum probatio sit, est opinio Sali. in rub.C.eo.in versi.tu dic.dum ex hoc arguit ibi ad confessionem & concludit quod iuramentum sit species probationis, per tex. in d.l.sed & si possessori.§.pen.ff.de iureiur. Sed ille text. potius contrarium probat, dum vtitur dictione, perinde, vt supra dictum fuit. Et illum text. pro communi opinione adducit glos. in d.c.j.§.si quis in verbo, absoluendus. Pro ista opinione Salic. Barto. Bellen.hic, in additionibus suis allegat text. in l. fi. §.licentia.el ij.C.de iure deliber. vbi probari hoc videtur, dum inquit, per sacramentum illius, si alie probationes deficiunt. Nam dictio, alie, similitudinem denotat: vt not. in c.ij.supra de rescript.in l.ij.C.de seruis fugi. Ergo datur intelligi quod iuramentum probatio sit. Addo plura iura, quibus hoc modo similiter probatur, text.in ca.ij.infra eod. ibi: cum alie legitime probationes deesse noscantur. Et illum textum. ibi ponderauit ad hoc Aretin. in ij.not. Ad idem text. in ca. mulieres.ibi: alias probationes non habenti.infra de iureiuran.& in l.fi.C.de fideicommiss.ibi: cuius religio approbata est, nullis alijs probationibus requisitis.& in l.si quis iusiurandum. C. de reb. credit. ibi: & cum desperauit aliam probationem, tunc ad religionem conuolare.& in l.tutor.in princi.ff.de iureiuran.ibi: alijs probationibus deficientibus iusiurandum. Sed ad hec, & similia iura potest responderi, quod non semper talia verba similitudinem designant: vt not. in ca.sedes.de rescript.& probatur in authen. vt defunctorum funera.in princip.ibi: milites congregare, & seruos alios, non tamẽ milites serui sunt. Ubi gl. ibi dicit, & simile allegat, quod in Euangelio habetur, Christus, & duo alij latrones. Idem glos.per illum tex.in authen.de defensori.ciuitatum. §.oportet.in versicu.alia.facit glos.per illum text.xxxvj. dist. in cap.deinde.text.in.l.j.§.debitum.de constituta pecunia. Secundo respondetur quod in casibus supra dictis iuramentum admittitur in defectum aliarum probationũ: vnde tali casu dictio ista, alius, non implicat similitudinem: quia expressa colligitur dissimilitudo, cum tale iuramentum in subsidium admittatur. Ad hoc text.in l.in cause.in princip.ff.de mino.iuncta l.quod si minor.§.fi.eod.titu.& ita saluatur communis opi.ab his, que in contrarium adducuntur. Predictam tamen opi. Sali. firmauit gloss.per illum textum in c.statutum.§. cum vero.in verbo, proprio iuramento.de rescript.in vj. que expresse dicit quod iuramentum est legitima Iprobatio.& Domi.ibi sequitur. Idem gloss.dicit in l.in contractibus.§.illo.in versiculo, offerri. C. de non nume.pecu.& per illum text.in §.illo. Bald. hoc voluit in authen.sed nouo iure.versiculo, sed nunquid.C.si cert.pet.dicẽs quod exclusa probatione etiam iuramentum non admittitur. Et hoc idem tradit Ange.in l.non erit.§.dato.ff.de iureiur.et fuit dictum Specula.in titu.de dilationib.§.fina. in versiculo, item quid si datus est terminus. quod allegatum fuit supra et declarandum est, vt dixi in articulo de confessione, in prima limitatione. Et sequitur illud etiam Pau.de Castr.in l.fin. ff.de ferijs. Et quod iuramentum sit probatio, in no.questione, Bal. tradit in l.id, quod pauperibus.in versiculo, vndecimo quero. C.de episcop.& cleri. Et concludendo, vera videtur, & mihi placet ista conclusio in casibus, in quibus iuramentum pro sufficiẽti probatione recipitur, vt in d.c.statutum.§.cum vero.dum inquit: Fidem iudici faciat, saltem per proprium iuramentum. Nam fidem exponitur, id est, probationem.cle.constitutionem. §.insuper.de elect.& in cle.j.de probat.in authen. de instrumen. cau.& fide.in princip.ergo iuramẽtum est probatio. Idem probatur in c.pastoralis.de except. ibi: fidem faciat iuramento. in c.nulli.infra de elect.in vj.in c.ex insinuatione.de procur. in c. si vero.el ij.infra de senten.excommunic.cum similib.secus vbi iuramentum non sufficit, prout est regulariter: quia actor non fundat ex iuramento intentionem.c.fi.quod metus causa. Nam isto casu indubitatum est, quod iuramentum non sit probatio: nec in tali casu loquuntur doctor. quia sine aliquo dubio hoc procedit. Sed quando iuramentum habetur pro sufficienti ꝑbatione, tunc doctores loquuntur, & dicunt ꝙ licet iuramentum vim habeat, & effectum probationis, non tamen proprie probatio sit: vt patet in dicta l.eum, qui.in princ.ibi enim statur iuramento, l.non erit.§.dato.ff.de iureiur. & tamen doctores dicunt quod tale iuramentum non est probatio, sed releuatio ab onere probandi. Et in tali casu, & similibus, in quibus iuramentum plenam facit fidem, probabilis videtur conclusio contra communem opinionem, quod imo vera probatio sit, secundum quod glo.dicit in d.§.cum vero.per illum text.cum alijs supra allegatis. Et probatur expresse in l.generaliter.in princi. C.de reb.credi.vbi text.iuramenta probationes dicit, ibi: probationes autem eorũ cadant. Et licet gl.ibi, & Sal.no.illum tex.quod iuramentum vim obtinet probationis: tamen tex.simpliciter loquitur nominando probationes: & loquitur quando iuramentum pro sufficienti habetur probatione: ideo, vt dixi, tale iuramentum est vera probatio. Et faciunt iura, que vtũtur verbo, alijs, vt supra quod verbum implicat similitudinem in dubio, vt in casu nostro. Sed quando constat de contrario, a verborum proprietate receditur. Nec placet distinctio, quam Roma. posuit in d.l.non erit. §. dato. dum inquit quod iuramentum necessarium potest dici probatio: secus in voluntario, vel iudiciali: quia eadem ratio videtur in iudiciali, vel voluntario, ex quo pro sufficienti habetur probatione. Non quoque satisfacit quod Alexand.dicit in d.§.dato.quod largo modo iuramentum probatio sit: quia aut loquimur in casibus, in quibus iuramentum nõ habet vim probationis: & tali casu nullo modo probatio dici potest, etiam large. Aut in casibus, in quibus iuramentum plenam facit fidem: & vera videtur ꝑbatio: nec aliquid repugnat, quo minus probatio proprie dicatur, per supra dicta. Non obstant allegata supra in contrarium: & primo tex.in d.l.eum qui. que responsio habetur in argumen. precedenti de confessione in primo argu. Secundo ad text.in l.sed & si possessori.§.pen.supra responsum fuit in dubio de confessione in nono arg.pro cõmuni opin.vbi vide. Tertio non obstat text.in l.non erit.§.dato.ibi: quasi probatum.quia verbum Quasi, veritatem exprimit ibi, sicut sepe numero reperitur, in ca.parochianus.vbi gloss.et Abbas infra de deci.& in l.j.ff.de transact.in l.ij.ff.de inoffi.test. in l.nec vllam.§.j.ff.de pet. here. Quarto non obstat text. in l.si quando.C.vnde vi.& in d.cap.j.§.si quis.ibi: non probare, sed iurare.quia ista iura loquuntur habito respectu ad regulam, que est quod fiat probatio testibus, vel instrumentis.ca. forus. in §. causa.de verbo.signi. Et in dictis iuribus iuramentum non habetur pro sufficienti probatione, prout nos loquimur in conclusione supra firmata. Vel secundo respondetur quod cum ibi iura loquantur de iuramento respectu probationis, iuramentũ de quo ibi expresse dicitur, non continetur sub genere probationis: quia eximitur a genere: argu.l.doli clausula.ff.de verbo. oblig.& l.sanctio legum.de penis.per hoc tamen non tollitur, quin alias iuramentum probatio sit. Quinto non obstat ratio supra inducta, dum dicitur quod actori non sufficit iuramentum ad obtinendum: quia fateor quod absolute non est probatio, sed in casibus, in quibus iuramentum recipitur pro sufficienti probatione, vt supra dixi. Ultimo non obstat quod iuramentum admittatur in defectum alterius probationis, vt probant plura iura supra alleg.quia licet admittatur in subsidium, & sit in gradu probationis inferiori, est tamen probatio, casu quo recipitur: sic etiam confessio superat alias probationes: & probatio, que fit per aspectum rei, omnibus alijs probationibus prefertur, vt supra diximus: non tamen per hoc tollitur quin probatio illa sit, que fit testibus, vel instrumentis, que in gradu est inferiori, probatio sit. Ad ca.forus.§. causa supra fuit responsum in arti.de confessione, in vij.arg.quia text.ibi loquitur exempli gratia: & exempla non restringũtur, vt supra dixi. Ex his bene infertur ꝙ appellatione probationis veniat iuramentũ in casibus, in quibus habetur iuramentum pro sufficienti probatione. Et hoc etiã in statutis haberet locum: quia statuta secundum ius commune interpretantur, dummodo aliquid operentur.c. cum dilectus.supra de consue.l.si quando.in princip.C. de inofficio.testa.l.si.§.in computatione.C.de iure deliber. Nam hec videtur interpretatio passiua, que etiam in statutis recipitur l.j.§. lex Falcidia.ff.ad leg. Falcid. Et ita in statuto dicit Aret.in c. ij.per illum tex.infra eodem. vbi ipse dicit tantum hoc iuramẽto necessario. Idem tamen videtur generaliter in quolibet iuramento approbato per supra dicta. Confirmatur hoc: quia verbum,

k probatio, intelligitur secundum subiectam [k] materiam: vt in no.questione Bald.tradit in l.peremptorias.ver. & adde. C.sen.rescin.non pos.& Bar.eleganter in tractatu ad reprimendum in versi.summarie. de quo infra dicetur. Unde si materia, de qua agitur, pro sufficienti probatione admittit iuramentum appellatione probationis secundum subiectam materiam continetur iuramentum. Et ideo similiter si statutum velit quod credatur iuramento damnum passi, aliud statutum, quod loqueretur de probatione damni dati, haberet locum in probatione

tione damni, que fieret per iuramentum:quia sicut interpretatur statutum secundum ius commune, vt supra dixi, ita intelligitur secūdum dispositionem alterius statuti: vt tradit Pau. de Cast.in consil.cxxx.incipien.dubitatur primo.et Petrus de Anch.in consi.ccccxxiij.incip.viso puncto. Et ex hac determinatione comprobatur quod Bald.dicit in l.admonendi.versi. quid autem si testator.ff.de iureiuran. quod si testator mandat satisfieri omnibus probantibus se debere recipere,satis est probare per vnum testem cum iuramento delato a iudice: cum talis probatio a iure approbata sit,d.l.admonendi.cum simi. Et idem videtur Bal. tenere in l.id,quod pauperibus.q.xi.supra allegata:licet aliter Bald. dicere videatur in l. in bone fidei.C. de reb.credi.de quo infra dicam. Predicta conclusio vera est, et procedit in casibus,in quibus iuramentum pro sufficienti habetur probatione, vt supra sepius dixi. secus si iuramentum sufficienter non probaret:quia tali casu clarum est,et indubitatum,vt supra dixi,quod iuramētum nullo modo est probatio. Et ita procedit nota.decisio Bal.in c.j.§.conuenticulas. versi. sed pone quod dominus territorij. de pace iuram.fir.cum concludit quod si dominus territorij mercatoribus in suo territorio depredatis promisit soluere omnem quantitatem,que probabitur,non sufficit probare estimationē damni per iuramentum:nam cum agatur contra dominum, qui ex eius promissione conuenitur,ordinaria probatio requiritur: et contra ipsum, qui non deliquit,iuramentum pro idonea probatione non habetur:licet secus esset contra ipsum delinquentē.iuxta l.si quando.C.vnde vi. Nam secundum communem opinio.dispositio l. si quando.C.vnde vi.et c.fina.s.quod metus causa.procedit,quādo agitur immediate contra ipsum delinquentem:secus si contra tertium agatur, qui pro delinquente teneretur: quia tunc non sufficit probatio damni per iuramentum.Bart.et alij communiter in d.l.si quando.et idem Bart.tenet in l.j.ff. quando ex fact.tut.in l.semper.§.fin ff.quod vi,aut clam. in l.ne quid.ff.de incend.rui.naufra.Angel.in auth.si quis in aliquo.C.de eden. Abb.in d.c.fin.in glo.j.post alios,quod metus causa,cum concord.Secundo limitatur,vt non habeat locum, quando liquida probatio requiritur: nam tunc iuramētum non sufficeret. Ita probatur in d.l.si quando. quem tex.ibi ad hoc pōderauit Salice.C.vnde vi.Sic etiam si loquitur dispositio de veris probationibus,non intelligitur de iuramento.Bald. no.in l.eum, qui.in princi.circa fin.ff.de iureiu.ibi:ex hoc nota quod licet statutum.Similiter vbi probationes apertissime exiguntur,non recipitur iuramentum.Glo.in c.j.in ver.apertissimis.vbi Archid.Jo.And.et Domi.sequuntur,de excep.in vj.Idem glo.in l.fina.in glos.magna,in princ.ff.quod metus causa. Idem si de probatione legitima dicatur: quia non sufficit iuramentum. Glo.no.in l.cum de indebito.in ver.legitimis.ff.de prob.Facit ad hoc glos.in c.at si clerici.in prin.in ver.probatione.s.de iud. et quod voluit glo.de verbo,plena fides.in c.cupientes.§. quod si per viginti.in verbo,plenam fidem.de elec.in vj.Circa ista dicta tamen videtur aliqua difficultas:et ideo qualiter procedāt, infra declarabitur in conclusionibus,quas infra subijciā. Tertio,si fit mentio probationis per modum conditionis,non venit iuramētum.Bal.in no.q.in l.iij.bone fidei.vers.expedita est etiam pars.C.de reb.credi.de cuius dicti veritate inferius dicetur.Et not.hoc etiam Bart.in l.ait pretor.§. si iudex.in fi.ff.de re iudi.Bal.in c.quod ad consultationem.de re iudi.et idē Bal. in l.hec sententia.j.circa fi.versi. quero de qua probatione.C.de senten.que sine cer.quant.Roma.in rub.de arbi. quod commune dictum an de iure procedat,infra disputabitur. Plures alie limitationes applicari possent,quas Ludo.Roma.et Moder.congerunt in l.admonendi.ff. de iureiur.sed longum esset, et a proposito nostro alienum videtur: ideo de iuramento hec dicta sufficiant. ¶ Superest vt aliqua subijciamus,que ad declarationem rubrice propius accedunt: et positis duabus conclusionibus, alie subijci poterunt, et congruentius applicari

12 prout infra opportunum videbitur. † Prima igitur conclusio sit, quod sub nomine probationis plena probatio continetur.Ita Bald.inquit in c.j.in princ.in primis verbis,in titu. si de inuestit.inter domi.et vasall.alleg. not.in l.Lucius.ff.de cōdit.et demonstr.et Bald.idem dicit in l.j.C.de aduoc. diuers.iudic.per illum text.et Angel.in l.j.C.quorum bonorum.Baldus etiam in l.edem.C.loca.in tex.ibi:probauerit.Hoc idem tradit glo.in clem.constitutionem.in verbo, fides.vbi Jmola de elec. et Domi.in c.j.§.qui vero.de elect.in vj.dicens hoc not.esse pro statutis.Et plena dicitur probatio,quam lex censet haberi pro veritate.Et plena dicitur, quia adiectione non indiget plenitudo.Ita ad literam Bald.scribit in l.admonendi. in j. quest. ff.de iureiuran.Ista conclusio ampliatur,vt procedat etiam si in statuto, vel alia dispositione diceretur quod qualiscunque probatio sufficiat:talia enim verba etiam de plena,et idonea probatione intelliguntur. Bar.not.hoc tradit in l.et si instrumenta.in ij.not.per glo.ibi.C.de fide instrum.et iure haste fisca.lib.x. et idem Bald.in l.j.C. de fide instru.ver.per hoc determinatur questio.vbi hoc sequitur Sali.facit tex.cum glos.in l.fideiussor. §.pretor ait.vbi gl.in ver.qualiscūque.et quod ibi Rom.et Moder.post Bald.ibi in ver.ex hoc no.ff.qui satisd.cogan. et tex.in c.j.in fine,de iureiuran.in vj.Nunc conclusio supra firmata limitatur, et declaratur,vt procedat, nisi talis materia sit,in qua semiplene probationes sufficiant: quia tunc secūdum subiectam materiam verbum,probatio,interpretatur.Ita Bald.not.dicit in l.peremptorias.versic.et adde.C.senten.rescin.non pos.allegat not.in l.fin.C.de carbon.edic.Et idem eleganter Bartol. tradit in tractatu ad reprimendum.in verbo,summarie. versi. sed in causa summaria. vbi plus dicit quod quamuis iudex dicat se plenam probationem habuisse,et cause cognitionem, intelligitur secundum qualitatem cause. Unde in summarijs,de semiplena probatione interpretatur: arg.l.si vno.in prin.ff.loca.et l.si stipulatus.ff.de vsur. Idem dicit Bar. in l.si constante. in princip.in j.quest.ad fi.ff. soluto matrimo. et hoc probatur in l.qui accusare.cum glo.in verbo, probante. C.de eden.bonus textus in l.j.§.debebit.cum glos.in ver.vere filius.ff.de lib.agnos. no. Jmo.in l.Lucius.de cond.et demonstr. Abb.in cons.xij. incip.et si copiosior.circa fin.in ij.volu.facit no.dictum Bal. in l.filium.ff.de his,qui sunt sui vel alie.iur.in fine,de teste,qui dicit, Scio pro certo quod talis est filius Titij.Nam secundū subiectam materiam intelligitur eo modo, quo in talibus certitudo haberi potest.et quod not.Barto.dicit in l.j.C. de pericu.nominato.libro xi.cum similib.Et secundum istam limitationem limitatur illud,quod supra dictum fuit in ampliatione de probatione qualicunque: que tamen de plena intelligitur, vt supra dixi. Nam hoc verum est,et procederet, nisi subiecta materia indicaret quod verba generaliter pro qualicunque probatione, etiam illegitima acciperentur, per supra dicta. Et pro ista declaratione specialiter allego text.not.in c.ad nostram. et ibi gl.in ver.quoquo modo.infra eod.facit text.in capi.fina.in princ.ibi:qualiscunque enim sacerdos.xvj.quest.viij.Secundo limitatur istud dictum de qualicunque probatione, vt habeat locum,dummodo statutum,vel dispositio aliquid operetur:se

l cus si superfluum [l] statutum redderet: quia tunc verbum illud qualiscunque,generaliter accipitur.Ita no.dicit Pau. de Castro in d.l.j.C.de fide instrum.Ad hoc facit quod Bald. scribit in rubri.qui accusare.versic.quero, si statutum.quod si quilibet per statutum admittitur ad accusandum de publico crimine, etiam inhabiles admittuntur, vt statutum aliquid operetur. Et in fi.questio.de verbo,heredibus quibuscunque,Bald.tradit,vt etiam legatarius includat, vt verba aliquid operentur, in c.j.in princip.vers.sed quid si concessum. in titul.de prohibi. feud.aliena.per Federi. Idem Bald. voluit in l.j.quest.xxxiiij. ff.de rerum diuis.similiter Salic.in l.ij.C.de noxa.dicit,quod si per statutum homicidium punitur, qualitercunque commis-

k sum sit,etiam in homicidio commisso absque dolo [k],locum habebit statutum.Et in alia simili quest.idem tradit Angel. in l. quod si nolit.§.si quid ita.ff.de edil. edic.de verbo,quandocunque.et est gloss.not.in l.cum pena. ff.de arbitr.et quod per illam in publica questione dicunt Baldus et alij in l. si domus. §. de euictione. ff.de legat.j.facit glos. in clem.j.de iudic.in ver.quibuscunque.et text.in c.solite.circa fin.supra de maiorita.et obed. Et per ista infertur quod non bene loquatur Bald.in d.l.fideiussor.§.pretor ait.in ver.quod ait. in fine, dum inquit quod si velit statutum, quod contra magnatem qualiscūque probatio sufficiat:intelligitur de probatione legitima.Nam hoc dictum

m non videtur verum [m] : quia nihil statutum operaretur, contra supra dicta. Et hoc, nisi per statutum graue preiudicium inferretur: quia potius toleratur vt statutum nihil operetur, quam quod damnum indebite quis patiatur:vt per glo.Bartol.et doct.in l.fina.§.in computatione.C.de iure delibe. Et hoc modo restringi debent que superius dicta sunt. Et casu quo probatio non legitima deberet admitti, non tamen putarem quod quelibet probatio omnino a iure reprobata admitterek generaliter,vt verba sonant:sed illa tātum deberet recipi, que parum a probatione idonea declinaret: quia satis est quod statutum aliquid operetur,per supra dicta.Et per ista declarantur que supra dixi in articulo de confess.in tertia et quarta lim.

13 † Secunda conclusio,quod appellatione probationis de vera, et propria probatione intelligitur,que fit testibus, vel instrumētis.C.forus.§.causa.de verborum signific. et alterius patrocinio non indiget:vt Bald.inquit in c.j.in §.sacramentum. versi.no. autem.de consuet.rec.feu.secus si fiat ex presumptionibus, vel coniecturis:quia hoc potius argumētum dicitur,quod a pro-

batione diuersum est.cap.forus.§.argumentum.& colligitur ex rubrica.ff.de probatio.& presumptio.in illa copula,&,que cadit inter diuersa:vt not.in rubrica, ff.de iuris & facti ignoran. Et ideo bene dicit Romanus in l.j.C.de testamen.milit.quod non dicitur vera, nec propria probatio illa, que fit presumptionibus,& coniecturis,per textum in l.j.ff.si tabu.testa.nul.exta. Et ideo differētia est inter probationem plenam, que fit testibus, & probationem,que fit solis argumentis vt no. Domin.tradit in c.j.in ver.sacri.in ver. nota bene quod vbi statutum.de homicid.in sexto.Facit not.dictum Bal.in l.j.C.de seruis,qui pro premio lib. acci. vbi dicit quod si premium defertur probanti, non consequitur premium quis probando per indicia, & presumptiones, ex quibus reus ad torturam positus,delictū confitetur.Hec vera sunt,& procedūt in his presumptionibus, que in iudicis arbitrio residente:secus est in presumptionibus approbatis a iure:quia tales veris probationibus, & legitimis equipollent.Unde dicimus quod iuris presumptiones liquidissime probationes sunt.l.licet Imperator.ff.de lega.& fideicommis.j.in l.si quis locuples.in fi.ff.de manu.testa.l.quidam testamento.in fi.ff.de vulga.& pupill.l.dolum. C.de dolo.not.dominus Abbas per illum textum in c.j. de clericis non residen.in ij.not.& in c.cum dilecti.in j.notab.de donatio.& in c. super questionum in principio, in ver.intentionis.supra de officio & potestate iudicis delega.& quod idem Abb.dicit per illum tex. in cap.veniens.el ij.in ij.not.infra,de sponsa.facit tex.in cap.laudabilem.iuncto cap.j.infra de frig.& malefi.in cap.ij.de renun. in sexto,& est gloss.ordinaria in l.si tutor.C. de periculo tuto.notat Bartol.in l.fina.ff.de public. iudic. & Baldus in l.ciues.C. de appellatio.in princip.Antonius de Butr.in c.vestra.infra de cohabi.cleric.& mulier.vbi declarat hoc.& Floria.etiam tradit in l.patronus.ff.de probation. & bonus textus in capi.non solum.de regula.in sexto.& in capitu.veniens.ad finem.infra de presbyter.non bapti. Et ideo hec procedunt,quod etiam si statutum probationem instrumentalem requirit, tamen presumptiones iuris sufficiunt.Ita Baldus not.dicit in l.j.ver.quero quod si statutum.C.de fideicommiss. vbi allegat text. in l.iij.C. de apoch.public.libro decimo. Et maxime istud dicendum est
n in presumptionibus violentis,que etiā in criminalibus[n] sufficiunt.capitu.afferte.infra de presumptio. l. si hi,qui adulterij. C.de adulter.vbi Baldus in fine,text.in c.j.circa fin.de homicidijs in sexto,in c.de hoc,infra de simon. & quod per illum text. not.Abbas in c.accedens.de accusatio.glo.in c.insinuatum.de simo.in c.quoniam frequenter.§.finautem.in verbo, presumatur. supra vt lite non contesta. Sic etiam maxime hoc dicendum est in casibus, in quibus vera probatio,& concludens haberi non potest. Nam presumptiue recipiuntur probationes, que ex dispositione iuris pro veris probationibus habentur. l. filium.ff.de his,qui sunt sui vel alieni iur.in cap.per tuas.infra eod.in c.literis.in c.tertio loco.de presumptio.in l.consensu. C. de repud.cum similibus.Retenta predicta conclusione, quod presumptiones a iure approbate recipiantur pro idoneis & legitimis probationibus, duobus modis limitatur. Primo,nisi per modum conditionis probatio nominetur: vt quia dicatur,si probaueris. Nam talis conditio veram & concludentem probationem requirit: & probatio presumptiua nullo modo admittitur. Ita nota. probatur in l.Lucius.ff.de conditio. & demonstratio.vbi illa conditio,si probaueris te filium:impossibilis reputatur:quia de concludenti probatione intelligitur. Unde ibi non sufficit probatio per coniecturas, de quibus in l.filium.supra allega.& in d.c. per tuas. Et ita post Dyn.tenet Bartol.in d.l. Lucius. & idem videtur tenere Bartol.in l. ait pretor.§.si iudex.in fine,de re iudica. Bald. in l.hec sententia.j. circa fin.versicu.quero.de qua probatione.C.de sentent. que sine certa quantita.& in c.quod ad consultationem. de re iudica. Roma.in rub.ff. de arbitr.& in notabili questione idem voluit Bald.in l.in bone fidei.versicu.expedita est secunda pars.C.de
14 reb.cred.dicens quod † si in rescripto dicitur:si tibi constiterit quod Petrus sit de legitimo matrimonio natus, prouideas sibi de prebenda. in isto casu, quia probatio in conditione ponitur, non defertur iuramentum in defectum probationis: quia,secundum eum,conditio impleri debet, non suppleri: vt not.in d.l. Lucius.& Salicet.sequitur vers. quero tertio.in d.l. in bone fidei.Et ita approbat Alexan.de Imo.in d.l.licet Imperator. ff. de legatis & fideicommiss.j. vbi rationem adducit: quia debent conditiones impleri in forma specifica.l. qui heredi.in princip.l. Menius.ff.de condition. & demonstratio. Allegat etiam dictum Bartol.in l.j.C.de fide instrumen.& iure haste fis.lib. x. vbi colligitur quod ille, qui habet presumptionem pro se,non dicitur probare. Et ideo bene concluditur quod cōditio probationis non verificatur in presumptionibus,vel cō-

iecturis,sed vera probatio precise requiritur.Facit quod Baldus not.scribit in auth.matri,& auie.in fine,ibi:quidam tamen dicunt.C.quando mulier tute.offic.fungi potest. quod vbi aliquid in conditione ponitur, pro forma datum videtur, & non dicitur esse leuis solennitas: ideo oportet quod formaliter impleatur:argum.l.pretor.in princ.ff.de collatio.bono. Quamuis ista communis sit opinio,contrarium tamen de iure verius videtur,quod imo illa conditio,si probaueris te filium: intelligi debet de probatione, que fieri potest, scilicet ex presumptionibus,& coniecturis,iuxta ea,que dicuntur in d.l. filium.in d.ca. per tuas.infra eod. & in l.si vicinis scientibus.C.de nup.non de
o vera,& cōcludenti probatione:& quia illa impossibilis[o] reputatur: & in dubio nunquam de casu impossibili dispositio intelligitur.c.a nobis.& ibi dominus Abbas infra de sentent.excommunic.not.Bald.in l.fina.in §.in computatione.in fine,C.de iure deliberan. vbi allegat Bartol. in l.si quis sub conditione. ff. de condi.instit.in fine,& idem Baldus in c.ecclesia sancte Marie.in ver.tertia glos.supra de constit. Confirmatur hoc, quia in dubio non videtur quis restringere dispositionem suam eo casu,quo inutilis redderetur.l.iij.ff.de testamen.milit.Facit regula l.quoties.ff.de reb.dub.& in l.quoties.ff.de verborum obligatio.cum similib. Ad hoc bene facit, quia testator videtur in dubio habuisse respectum ad dispositionem iuris.l. Gallus.§. quidam recte.ff.de liberis & posthum.& no. Bald.in l.precibus. vers.& procedo vlterius.C.de impuber.& alijs substit.allegat l.si duo.ff.de acquirenda heredit.& quod notat Bartol. in l.vt iurisiurandi.§.si liberi.ff.de oper.liber.Bartol.& alij in l.heredes mei.§.cum ita.ff.ad Senatusconsultum Trebell. cum concor. Cum ergo a iure dispositum sit vt probationes presumptiue sufficiant.de illis videtur testator intelligere. Et hoc specialiter colligitur, & probatur in pluribus iuribus, que loquuntur de probationibus per modum conditionis,& probationes presumptiue tamen sufficiunt. text. in c. Michael. supra de filijs presbyter.ibi:si tibi constiterit ipsum Martinum fuisse filium Antonij.& glo.ibi declarat,& in c.ex tua.eodem titu.ibi: si constaret eos esse filios sacerdotum.& in cap. laudabilem. infra de frigi.& malefi.& in l.j.vbi tex. C.quorum bon.in l.j.C. de satisdat. in l.si tutor.C.de peric.tuto.Et tenendo istam partē, quam verissimam esse existimo, non obstant allegata supra in contrarium.Et primo text.in d.l. Lucius. super qua precipue fundatur communis opi.quia ibi non vitiatur institutio ex eo quod illa conditio vere nō possit impleri. Nam talis impossibilitas non consideratur: satis est enim quod probatio fiat prout a iure disponitur,per supra dicta:sed ideo nō valet institutio,quia erat institutus filius in potestate sub illa conditione, que non est potestatiua, cum pendeat talis conditio ex testibus, & alijs probationibus:& filiusfami.non potest sub conditione institui, nisi potestatiua sit.l.suus quoque.in principio.ff.de heredi. instituend.l.si pater.C.de instit.& substit. Confirmetur hoc: quia si de probatione vera intelligeretur, ibi esset impossibilis conditio,que reijcitur,& non vitiat testamentum.l.j.ff. de cond.institu. Ex quo ergo testamentum ibi non valet,non videtur cōmunis intellectus procedere.Et licet tex. loquatur simpliciter de nato ex illa muliere,intelligitur tamen quod illa esset vxor: & sic esset filius in potestate: vt in fine legis colligitur,dum dicit testamentum vitiari,quia filius non erat institutus sub cōditione, que esset in eius potestate. Ista enim ratio conuenit tantum filio in potestate:ergo illa erat vxor.Unde intelligitur vt supra dixi.& fuit intellectus Imo.ibi,cui verba legis bene cōueniunt:& istum etiam intellectum sentit Pau. de Ca.in summario illius legis. Non obstat quod cōditio debeat impleri in forma specifica,vt supra quia formaliter dicitur impleta,secūdum quod a iure disponitur: & de tali implemento testator sensisse videtur,per superius dicta.Secundo dic quod quādo vere conditio impleri non potest, sufficit quod eo modo,quo potest fieri, impleatur,d.l. Menius.l.mulier. §.si quis hereditariū seruum.ff.de condi.insti.vbi gl.p ura iura adducit.Tertio attentari potest, & dici, quod imo satis sit conditionē impleri in effectu, etiam si conditio voluntaria sit,licet Bart.& omnes contradicant in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de libe. & posthumis, cum concorda. Moueor, quia video quod si dandum sit pupillo,vel furioso, conditio impletur dando tutori, vel curatori.l.si fundus.vbi casus. ff. de condition. & demonstratio. & in l.Stichum.§.vsumfructum.versicu.sicuti. ff.de solutio.facit text.in l.mortuo.§.fina.ff.de statu libe.& in l.Iulianus ait.ff. de conditio.& demonstration.Non obstat l.qui heredi,in princip.quam totus Mundus allegat: quia dico quod non probat id,ad quod allegatur, sed potius in cōtrarium facit. Nam ibi quod dandum est seruo, domino dari non potest: quia ista in effectu differunt. Agitur enim de interesse serui,quod omnino ipsi

no ipsi detur, non domino: quia interim seruus effici posset liber, ⁊ sibi acquireretur. Quod hoc consideretur, est bonus tex. in §. libertas quoque. in versic. itaque. insti. de singul. reb. per fideicommis. reli. Et quod in casu legis, qui heredi. hoc verum sit, deducitur: quia ibi dari potest domino de consensu serui: vt pꝛobatur in ver. contra. vbi si domino dandum est, seruo dari potest domino consentiente: ergo ita econtra, si seruo dari debet, poterit domino dari consensu serui. Ita dicit Pau. de Castro ibi. Pꝛo quo adduco textum in l. Stichum. §. vsumfructum. in ver. ceterum. ff. de solutio. ibi: qui seruo dare iussus est, domino dando non aliter implesse conditionem intelligẽdus est, quam si ex voluntate serui dederit. Si igitur in d. l. qui heredi. potest domino dari seruo consentiente, istud est implere conditionem in effectu, ⁊ per equipollens, non foꝛmaliter, nec specifice, ⁊ tamen hoc sufficit. d. ver. ceterum. ergo communis opinio vera non videtur. Et ex his multa cõcurrunt, que tradit Bartolus ⁊ alij in l. Gallus. §. ⁊ quid si tantum. ff. de liber. ⁊ posthumis, vbi alias legendo latius dixi. Non insisto hic vlterius, quia ab ista materia omnino alienum videtur. Ultimo non obstat quod Bartolus dicit in d. l. j. C. de fide instrumento. quod non dicitur pꝛobare ille, qui habet presumptionem pro se: quia verum est, quod ipse non dicitur pꝛobare, ius tamen pro eo pꝛobat. Et hoc idẽ est in effectu: quia iuris pꝛesumptiones liquidissime sunt pꝛobationes, vt supꝛa dixi: ⁊ ita intelligo Bartol. in dicta l. j. Ex talibus pꝛesumptionibus a iure appꝛobatis conditio impletur. Uel secũdo aliter respondetur quod Bartolus loquitur in pꝛesumptionibus iuris, in quibus factum partis non requiritur: secus in pꝛesumptionibus filiationis, que debent pꝛobari a parte, iuxta l. filium, ⁊ c. per tuas. supꝛa allegat. Et ita contra communem opinionem concludit quod pꝛobatio per modum conditionis, etiam in pꝛesumptionibus a iure appꝛobatis verificatur. Si tamen quod appꝛobatur communiter aliquo casu saluare volumus, dici pꝛobabiliter, ⁊ distingui potest, quod aut sumus in casibus, quibus vere pꝛobationes, ⁊ concludentes haberi non possunt, vt in pꝛobando filiationem, vel adulterium: ⁊ in his sufficiunt pꝛobationes pꝛesumptiue, etiam si cõditionaliter aliquid de pꝛobatione disponatur. Et ita procedunt que contra communem opinionem superius inducta sunt: ⁊ tali casu vera non videtur communis opinio. Si vero pꝛobationes, que necessario concludant, possunt fieri per testes, vel instrumẽta, pꝛout est regulariter: tunc verbum, pꝛobatio, si per modum conditionis pꝛofteratur, in pꝛesumptionibus iuris non verificatur. Et hoc modo communis opinio locum habere potest. Ex pꝛedictis infertur quod in questione Bald. in dicta l. in bone fidei. C. de rebus credit. sufficit pꝛobare se filium, etiam ex pꝛesumptionibus, secundum quod dicitur in c. per tuas. ⁊ in d. l. filium. Et recte consideranti eius verba, ipse Bald. hoc sentire videtur, dum excludit iuramentum in defectum pꝛobationis: quia secundum eum, conditio impleri debet, non suppleri. Rejicit ergo Bald. supplementum. Unde si pꝛobatio fieret testibus, vel alijs pꝛesumptionibus, que diceretur perfecta secundum subiectam materiam dicta l. filium. cum similib. illa deberet admitti, que non indiget alio supplemento, secundum intentionem Bald. Quod etiam Baldus de iuramento dicit, non videtur sine dubio procedere: quia ex quo iuramentum in defectũ pꝛobationis appꝛobatur a iure, videtur pꝛobatio legitima, per ea, que supꝛa dixi de iuramento. Et istud videtur tenere Baldus in l. id, quod pauperibus. in vndecima questione, C. de episcopis ⁊ cleric. Et idem not. Baldus dicit in l. admonendi. versiculo, quid autem si testatoꝛ. ff. de iureiuran. quod latius ibi appꝛobat Roma. in responsione. in xix. fallentia: vbi etiam allegat Balduꝫ in l. j. C. de sacrosanctis ecclesijs. Secundo pꝛedicta conclusio, que habet quod pꝛesumptiones iuris, pꝛobationes sint, declaratur, vt vera sit, ⁊ procedat, quando simpliciter fit mentio pꝛobationis: secus si pꝛobatio nominetur cum verbis aliquibuꝫ qualificatis, vel pꝛegnantibus: quia tunc pꝛesumptiones iuris non sufficiunt. Baldus in dicta l. eum, qui. in pꝛincipio, ff. de iureiuran. vbi dicit quod vera non est pꝛobatio, que fit per iuramentum, sed pꝛesumptiua: ideo si vere pꝛo-
z bationes requiruntur, non recipitur iuramentum z. Sic de pꝛobationibus apertissimis tradunt Archidiaconus, Joan. Andreas ⁊ Dominic. in c. j. in versiculo, si quis. in glos. in verbo, apertissimis. de exception. in sexto, ⁊ in glos. magna. in l. fin. ff. quod metus causa. Idem in liquida pꝛobatione Salicet. dicit in l. si quando. C. vnde vi. per illum textum cum glos. j. Sic etiam si pꝛobatio legitima requiratur, glos. in l. cum de indebito. in pꝛincipio, in verbo, legitimis. ff. de pꝛobation. cum alijs allegatis supꝛa in articu. de iuramento, in secunda limitatione. Et idem, vt supꝛa dicendum est, quando esse debent pꝛobationes indubitate. Bald. not. in l. fina. per illum text. in fine, C. de secund. nupt. in ver. item not. Et ideo vbi aliqua pena committitur, non sufficiunt coniecture: quia liquida p pꝛobatio re- p
quiritur. Baldus notat in l. vnica. in iiij. opposi. vers. item quo ad commissionem. C. de his, que pene no. per textum in l. in testamento. la pꝛima, de condit. ⁊ demonstration. Et per dictam l. in testamento. idem Baldus dicit in cap. j. versiculo, poꝛro in pꝛedictis. qualit. do. feud. pꝛopꝛ. pꝛiue. facit quod notat Bald. in l. cum pꝛoponis. circa finem. C. de hered. instit. Et supꝛa dicta etiam procedunt, si pꝛobatio luce clarioꝛ requiratur. Bald. in l. finali, per illum textum in pꝛinci. C. si minoꝛ se maioꝛem dixerit. Item etiam in pꝛobatione perspicua. Baldus in l. in bone fidei. versiculo, secundo inspicitur. C. de reb. credit. Item in pꝛobationibus manifestis Baldus in l. j. in fine, per illum tex. C. de reuocãdis donatio. in pꝛimo notabili. Et secundum ista, plura declarantur, que similibus vtuntur verbis in diuersis materijs, in l. fin. §. illud. C. de tempoꝛ. appellatio. ibi: euidentissimis pꝛobationibus, in c. iij. de here. in vj. ibi: legitime constiterit. ⁊ in c. peruenit. de fideiuss. ⁊ bonus text. in c. consultationi. de spons. ⁊ in l. sciant cuncti. C. de pꝛobatio. in d. l. cum de indebito. §. finali. Sed circa pꝛedicta, que magis cõmuniter appꝛobantur, insurgit dubitatio ex his, que supꝛa dixi, quod plena pꝛobatio dicitur secundum subiectam materiam, pꝛesertim allegando Bartolum in tractatu, ad repꝛimẽdum. in ver. summarie. Et euidentissime pꝛobationes dicuntur pꝛesumptiones iuris. d. l. licet Imperatoꝛ. de legatis ⁊ fideicommissis pꝛimo. Et legitima pꝛobatio est iuramentum, secundum gloss. in dicto c. statutum. §. cum vero. de election. in vj. ⁊ supꝛa latius dixi. Ergo quod verba superius dicta etiam verificentur in pꝛobationibus pꝛesumptiuis secũdum subiectam materiam, pꝛobatur in c. non solum. de regul. in vj. vbi clara pꝛobatio, ⁊ pꝛobatio facta competentibus indicijs equiparantur. vt in d. l. sciant. C. de pꝛobation. ideo expꝛessio verboꝛum supꝛa dictoꝛum nihil videtur operari. Pꝛo declaratione considerari possunt, ⁊ distingui tres casus. Pꝛimus est, quando talis est materia, in qua pꝛesumptiue tantum pꝛobationes fieri possunt, vt in pꝛobando filiationem, vel adulterium: ⁊ isto casu supꝛa dicta non procedunt: quia ex quo concludens pꝛobatio non potest haberi, pꝛesumptiones, tales vere pꝛobationes dicuntur. Pꝛobatur ista conclusio in l. fina. ad fin. ff. de pꝛobation. ibi: veritati semper locum foꝛe. Et sic veritas appellatur, que ex pꝛobatione pꝛesumptiua filiationis elicitur. Ad idẽ tex. in c. j. infra de frigi. ⁊ male. ibi: verum indicium. quod tamen in pꝛobatione pꝛesumptiua verificatur. capitu. laudabilem. eodem titul. Et hoc idem pꝛobatur in l. pꝛima, §. debebit. ibi: vere filius. ff. de liber. agnoscend. ⁊ in l. penulti. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iur. Et sicut iste vere dicuntur pꝛobationes, ita legitime, dilucide, indubitate, ⁊ similibus verbis supꝛa dictis nominari possunt, ex quo aliter, nisi pꝛesumptiue pꝛobationes fieri non possunt. Et hoc modo dictum Baldi de veris pꝛobationibus allegatũ supꝛa in dicta l. eum, qui. in pꝛincip. limitatur. Et adde Bald. in l. j. C. de fideicommiss. versicu. item soluendo. vbi iuramentum veram pꝛobationem esse dicit: cuius contrarium voluit in d. l. eum, qui. Sed pꝛo concoꝛdia distinguere possumus, vt supꝛa diximus. Secundus casus est, quando pꝛobationes concludentes possunt fieri, ⁊ verba superius dicta, vel similia, pꝛoferuntur in aliqua dispositione incidenter, non pꝛincipaliter: vt quia statutum dicat, quod in causa mutui procedatur summarie, adhibitis tamen pꝛobationibus legitimis: ⁊ tali casu supꝛa dicta etiam non videntur procedere: quia illa verba, legitimis pꝛobationibus intelliguntur secundum ius commune, ⁊ secundum subiectam materiam. Ad hoc faciunt allegata supꝛa in contrarium. Et ista sit secunda limitatio ad pꝛedicta. Tertius est casus, si talia verba pꝛoferantur pꝛincipaliter in aliqua dispositione: puta, si statutum dicat quod contra scholares aperta pꝛobatio vel legitima requiratur: ⁊ tali casu non sufficerent pꝛobationes pꝛesumptiue, vt aliquid statutum operetur. Et hoc modo supꝛa dicta bene procedunt: ⁊ ita pꝛo nunc dicendum videtur. Postremo duo notanda sunt, secundum Aretin. Pꝛimo, quod pꝛobatio, que ex diuersis speciebus pꝛobationum resultat, ⁊ plena efficitur, non pꝛopꝛia pꝛobatio dicitur, sed pꝛesumpta. Bald. not. hoc dicit in c. j. §. cum autem. in ver. extra etiam quero. de controuer. inuestitu. Quod dictum simpliciter sequuntur hic Aretin. ⁊ Moderni. Sed tamen cõsiderandum videtur an pꝛobationes imperfecte, que simul iũguntur, vere sint pꝛobationes, vel ficte: ⁊ secundũ illarum qualitatem resultans pꝛobatio iudicabitur, vt effectus cause sue naturam sequatur. arg. l. finali, C. de nat. libe. ⁊ pꝛima quest. pꝛima, in capit. pꝛincipatus. facit tex. in l. qui id, quod. in pꝛinc. ff. de donation. in l. si filius. C. ad Macedo. Bene verum est quod

talis probatio non dicitur aliqua illarum specierum, ex quibus conficitur, vt supra dixi, post rubrice continuationem. Secundo notandum est quod licet propria, & vera sit probatio illa, que fit testibus super facto simpliciter deponētibus, absque alia ratione, magis vera tamē, & propria reputatur illa probatio, in qua testes, licet non interrogati, rationem adducunt: talis enim probatio preponderat in tribus. Primo, quia huiusmodi testes non reputantur idonei ad reprobandum instru-
m mentum m quando absque reductione cause deponunt. Secundo magis creditur testibus rationem assignantibus, & illi preferuntur, iuxta c. in nostra. de testi. Ita Baldus not. tradit in l. presbyteri. in fin. ver. nunquid ergo. C. de episcop. & cler. vbi ad hoc disputationem Jacob. Butr. refert. Tertio, quia vnus testis, qui absque ratione deponit, non facit probationem semiplenam: & in defectum probationis ei non defertur iuramentum. Ita Baldus singulariter dicit in c. j. §. sacramentum. versicu. vnum scias. de consuetud. rec. feud. quod pro notab. Areti.
q hic refert. Hoc tertium dictum, dubium q mihi videtur: quia duo testes plenam probationem faciunt, etiam si de causa nihil dicant, quando non interrogantur. Glos. not. vbi Bartol. & alij in l. solam. C. de testi. glo. Innocen. & omnes in c. cum causa. infra titul. j. & glos. iiij. q. iij. §. item solam. ergo vnus videtur semiplenam probationē facere. Ita arguit glos. in l. admonendi. vbi Bartol. versicu. venio ad tertium. ff. de iureiurand. cum concor. Bene facit quod voluit Vincen. quem sequitur Anto. de Butr. Imol. & Abb. in c. in nostra. infra tit. j. quod sicut plures testes preferuntur pluribus quo ad plenam probationem, ita vnus vni quo ad semiplenam, & inferunt ad iuramentum. Et accedat quod not. dicit Innoc. in c. preterea. vbi Bald. versicu. quero, pone testis. infra titu. j. quod etiam in causis capitalibus valet dictum testis sine redditione cause, si de causa scientie non fuit interrogatus. quod not.

¶ Additiones.

a ¶ Impropriantur. Adde q ad hoc vt dispositio non reddatur nulla, licet verba constitutionis in totū verificari nō possint, constitutio tamē locum habebit pro ea parte, pro qua verba verificantur, vt notanter dicit idem Decius in c. nouit. in versicu. ex predictis infertur. s. de iudic. & facit, quia in contractibus verba que proprie accipi non possunt, accipiuntur improprie ad saluandum intentionem contrahētis: vt probatur in l. si tibi. ff. si certum pe. & ibi per Sozin. in ver. iij. not.

b ¶ Agitur. Quod argumentum a simili corruat data dissimilitudine in eo de quo agitur, notat etiam post Abb. idem Dec. in c. translato. de constitution. in j. lect. & ibidem per Felyn. in vers. nec sufficit.

c ¶ Probatio. Adde quod ratio istius dicti est, quia probationes possunt esse false: & hinc est quod ex probatione testium necessario peccatum non infertur: vt voluit Abbas, quem refert Decius ibidem, in ver. tertio. Abbas in capitulo, nouit. supra de iudicijs.

d ¶ Perinde. De ista dictione, vide per Bartol. in l. qui a patre. ff. de confirm. tutor. & in l. sacrilegij. §. is autem. ff. ad l. Jul. pecul. vide etiam per eundem Bartolum in extrauagan. ad reprimendum. in vers. perinde.

e ¶ Probationis. Adde quod hinc est quod sicuti cōuictus de crimine infamante efficitur infamis: ita etiā confessus: vt notatur per doctores in c. at si clerici. vbi per Deci. in versicu. iij. allegat. s. de iudic.

f ¶ Alius. De natura istius dictionis, vide late per Fel. multas quotas adducentem in d. c. sedes. versiculo, dictio alius. s. de rescriptis.

g ¶ Intelliguntur. Adde quod hoc in tantum est verum, quod siue statutum sit odiosum, siue fauorabile, a proprietate verborum non receditur: vt per eundem Decium in cons. xij. in versicu. confirmatur hoc.

h ¶ Parricidio. Quod parricidium sit maius delictum quam homicidium, adde eundem Decium in cons. lxv. & quod statutum loquens de homicidio, non comprehendat parricidium, notat etiam Decius in cap. que in ecclesiarum. supra de const. vbi doctores volunt, quod stante statuto quod bannitus impune occidi possit, non tamen filius occidere poterit patrem bannitum. & vide etiam ibidem per Felyn. in versi. secundus casus est. Et vide Andream Barbat. in d. l. data. in fine. C. donat. in apostill. ad Bald.

i ¶ Legitima. Quod iuramentum dicatur legitima probatio, vide etiam per eundem Dec. in cons. xviij.

k ¶ Absque dolo. Adde eundem Dec. in c. cognoscentes. in j. lectu. & que ibi dixi in apost. s. de const.

l ¶ Iuramentum. Adde quod iuramentum nō sufficit ad probandum impedimentum appellantis ad hoc, vt secundus annus ei detur: quia tali casu probationes euidentissime requirūtur. l. si. §. illud. C. de tempor. appell. & vide per Deci. j. de appel. in c. ex ratione. in vers. quarto principaliter queritur. & ibi in apostillis dixi.

m ¶ Instrumentum. Quod testes qui rationem non adducunt, non sint idonei ad reprobationem instrumenti, vide per eundem Decium in c. si quando. in ver. in glo. s. de rescrip. & de testibus rationem adducentibus quod preferantur testibus, qui rationes non adducunt, vide etiam per eundem Deci. in l. j. ff. si cert. pet. Hier. Sig.

1 ¶ Vinculum. Vide eundem Deci. in c. ecclesia. s. Marie. s. de constitut. Sil. Ald.

a ¶ Mod. Aduerte quod quando Deci. in hoc tit. citat Mod. in eodem titulo, intelligit de do. Fel. Sande. vt reperi diligenter conferendo.

b ¶ Tabellione. Alber. l. non est omnino. de manu. vindic. Bar. Jas. in l. videamus. §. deferre. de in litem iuran. Alex. l. si finita. §. Julianus. de dam. infec. consil. xxx. nu. 2. libro vij. Jas. l. iusiurandum, quod ex conuentione. §. pupillus. repe. l. admonendi. de iureiuran. Matth. Afflict. decis. Neapol. clxxxi. nu. 6. Valet tamen vt extraiudicialis. l. quero. §. fina. & ibi Angel. de edilit. edicto. Alex. cons. xxiiij. nu. 40. lib. ij. vbi dixi. & supra de iudic. c. at si clerici.

c ¶ An confessio. Adde do. Jas. de Mayno. in l. cum te transegisse. C. de transac. nu. 6.

d ¶ Agitur. Dec. in d. c. translato. lect. j. vbi dixi.

e ¶ Offic. Anto. Cors. in sing. ver. testis. Deci. j. eod. c. ij.

f ¶ Regula. Deci. l. j. nu. 22. vbi tetigi, de regu. iur. Et ad Alex. cons. xxviij. nu. 11. lib. j.

g ¶ Remouetur. Falsum, & contra. l. vbicunque. de interrogato. actio. & expressius contra text. c. cum Joannes. vers. cum iudex. de fide instrum. & ita obseruatur quod vsque ad sententiam interrogari potest. & sentit Fel. hic. Et idem Decius, qui postea mutauit opinionem in melius. s. de iud. c. j. lec. ij. Et hoc intelligo super factis antiquis iam allegatis, non autem super nouis articulis: quia sicut noua facta non possunt allegari, vt post conclusionem in causa, ita nec super nouis peti potest partem interrogari: vt post iuramentum: in d. c. cum Joannes. tradit Jo. Jmb. inst. foren. lib. j. c. xxviij.

h ¶ Confessio. Falsum est. Alex. l. a Diuo Pio. §. si pignora. de re iud. Jas. l. si prius. de oper. no. nun. Alex. cons. xcj. nu. 9. lib. vj. vbi dixi.

i ¶ Paria. Franc. Balb. de prescrip. j. part. prin. q. vj.

k ¶ Subiectam. Hippol. Marsil. repet. rubr. de probat. fol. v. in paruis.

l ¶ Superfluum. Istud dictum cum seq. falsum est: quia tolerabilius est quod verba nil operentur, quam quod absurdum. Pet. de Anch. c. j. de const. Fel. in trac. quando lit. aposto. Jas. l. non dubium. nu. 35. C. de legib. Philip. Deci. l. senium. nu. 25. C. de testa. auth. ex testam. C. de coll. Phil. Corn. cons. cclxix. li. j. dixi ad Alex. cons. xlix. in fi. lib. j.

m ¶ Verum. Imo verissimum, per ea, que nuper dixi.

n ¶ Criminalibus. Vide Decium. c. tertio loco. j. eod.

o ¶ Impossibilis. Fel. hic, Deci. j. eod. c. in presentia. nu. 25. cons. cclxij. Bald. cons. cccclxxxvij. lib. v. Lud. de Sard. tracta. legitima. Alcia. de presump. par. iij. nu. 5. Andr. Tiraq. trac. retrac. §. j. glo. xvj. nu. 7.

p ¶ Liquida. Deci. l. factum. §. in penalibus. nu. 7. de regul. iur. cons. cccxij. Alex. cons. xxxiij. lib. ij. vbi dixi.

q ¶ Dubiū. Sed est verū, & cōmuniter approbatū. [redacted]

1 ¶ Princeps obligatur ex contractu inito cum subdito. 4. 5. 6.
2 Argumentum de lege & statuto ad contractum valet.
3 Contractus non debent claudicare.
7 Principis obligatio an liget successorem.
8 Princeps, scilicet Imperator, an possit conueniri corā Papa.
9 Judicium appellatur medium inter actorem & reum.
10 Judex debet sequi mediam viam inter opiniones diuersas.
11 Edere instrumenta, vel rationes, que persone compellantur.
12 Reus non cogitur edere actori instrumenta. 13. fal. nu. 33.
14 Reus non cogitur edere instrumēta fisco in causa criminali.
15 Ecclesia an vtatur priuilegio fisci, ita vt reus cogatur eidem edere.
16 Agens pro matrimonio an possit petere sibi edi instrumenta ad fundandam intentionem.
17 Agens pro alimentis potest petere sibi edi instrumenta ad intentionem fundandam.
18 Agens pro libertate potest petere vt edantur sibi instrumēta.

Idem

19 Idem in miserabilibus personis.
20 Usurarius an teneatur edere instrumenta actori.21.
22 Quid in eo,qui desijt esse vsurarius.23.24.
25 Quid in alijs personis similibus quodam modo vsurarijs?
26 Argentarij,⁊ nummularij cogantur edere libros rationum.
27 Mercatores nostri temporis an cogantur edere libros ratio-
num.28.
29 Libris mercatorum adhibetur fides de consuetudine.30.
31 Iudex potest ex officio compellere reum edere instrumenta.
32 Actor,⁊ etiam reus, tenentur edere instrumẽta in iudicijs du
plicibus.
34 Reus tenetur edere actori ad probandã replicationem.39.45.
35 Item quando reus esset vsurus tali instrumento.
36 Item ratione peccati,quando quis argueretur de instrumen-
ti retentione.
37 Item quando instrumentum esset inutile apud reum.
38 Actor an teneatur edere reo ad fundãdam eius exceptionem.
46 Notarius rogatus de aliquo contractu tenetur edere.47.
48 Notarius vltime voluntatis debet edere omnibus pretenden-
tibus interesse.49.50.⁊ 51.
52 Notarius in casibus,in quibus non tenetur edere instrumen-
tum in forma publica, tenetur tamen producere protocollum
iudici ad instantiam cuiuslibet,cuius interest.
53 Notarius actorum tenetur edere omnibus, quorum interest.
54 Notarius,qui tenetur edere,tenetur duntaxat semel.55.56.57.
58 Notarius rogatus de aliquo instrumento,si non velit edere,di
cens se non fuisse rogatum,tenetur pena falsi.
59 Editio qualiter petatur fieri a tertio.60.
61 Editio instrumentorum,vel rationum,quo iure fieri petatur.
62 Editio instrumẽtorum,⁊ rationum,qualiter fiat, ⁊ an in totũ?
63 Leges,⁊ statuta debent in totum edi.
64 Instrumenta,⁊ rationes quo tempore edi debeant.
65 Editio rationum, vel instrumentorum in quo loco sit faciẽda.
66 Editionem facere si actor vel reus recusat, que sit practica iu-
dicis.


Ex epistole. Diuiditur in duas partes. In prima pe-
titio ponitur. In secunda ibi: ad hoc.ipsius
a repulsio. [a] Reus propria instrumenta acto
1 ri edere non tenetur.h.d. ¶ † Primo nota
b principem [b] obligari ex contractu facto etiã
1 cum subdito [1]. Ita singulariter colligit do.Abbas post Ant.
de Butr.⁊ Imol.hic. Et per istum text.idem not. Cyn.in l.di-
gna vox.in ver.vltimo scias.C.de legi. Et nedum princeps,sed
etiam Deus ipse ex promissione obligaretur: vt Bald. inquit
in l.j.in princip.ff.de pact.vbi magistrum sententiarum refert
ita dicentem. Et de principe,idem Baldus tradit in l.penult.
C.de dona.inter vir.in l.fina.ad fi.C.de transact.⁊ in c.j.in prin.
per illum text.de natura feu. In contractibus enim equalitas
requiritur:⁊ ideo princeps communi iure vtitur: vt Bald.di-
cit in l.ex imperfecto.ad fin.C.de testa.Nam quanuis princeps
lege positiua non obligetur, a dictamine tamẽ rationis non
est solutus: quia animal rationale est, vt verbis Baldi vtar in
l.si aquam.versic.xviij.C.de serui.⁊ aqua.facit quod not. Bald.
in l.qui se patris.ver.hoc scias.C.vnde libe.Innoc.Abb.⁊ late
Moder.in c.nouit.supra de iudic.⁊ Andreas Siculus in consi
lio j.libro primo.Et hec adeo locum habent,quod nec etiam de
A plenitudine potestatis potest princeps contrauenire [A], secun
dum Paulum de Cast.in l.digna vox.preallega. ⁊ idem Bal.
in c.j.§.ad hec.versicu.item not.ex glos.de pace iuramen.firma.
Et si aliter diceremus,nullus inueniretur qui contrahere vel-
let cum principe:⁊ sic hominum priuaretur consortio.quod es-
set valde graue.l.hi,qui.C.de aposta.Et hanc rationem Ro.ad
ducit in cons.ccclij.incipien. queritur primo nunquid. circa fi.
Et prius hoc Baldus dixit in l. princeps.in fine, ff.de legi.Et
ista ratio arguit quod in fauorem principis hoc introductum
sit.Sed tamen ob vtilitatem priuatorum potius videtur prin
cipaliter constitutum,ne cum ipsorum iactura decipiãtur. Et
ideo omnes contractus, qui fiunt a principe, habẽt naturam
c contractuum bone fidei [c]: vt inquit Bald.in cap.j.§.si quis ve
ro.in princip.de pace Constan.in vsib.feud.Subijcit dominus
Abb.⁊ Moder.hic sequuntur, quod obligatio, qua princeps
adstringitur,est duntaxat de iure naturali: ciuiliter vero non
obligatur. Et ita tenent Anton.de But.Imo.⁊ communiter
alij: quia naturalis obligatio a principe tolli non potest. §.sed
naturalia. institu.de iure natura. per Imol. ⁊ alios in c.que in
ecclesiarum.de constitut. Quasi velint principem ideo natura
liter obligari,quia naturalis obligatio immutabilis sit: ciuili-
ter vero non teneri, quia tolli, ⁊ mutari potest ciuilis obliga-
tio.§.fina.institu.de iur.natura.Ista tamen ratio non multum
satisfacit: quia licet princeps ciuilẽ obligationem tollere pos-
sit,non tamen cõstat quod illam tollere voluerit. Nam in quo-
libet actu potentia requiritur,⁊ voluntas. l. multum interest.
C.si quis alteri,vel sibi.capitu.quoniam Abbas.supra de offic.
delega.Et in dubio videtur princeps vti iure communi:argu-
men.l.in testamento.C.de testamen.milit. Facit text.nota.in c.
proposuit.de concessio.preben.in l.ex facto.ff.de vulgari ⁊ pup.
Et est dictum not.Innocen.in capit.innotuit. de electio.ad fi.
Angel.sequitur in l.bene a Zenone.C.de quadrien.prescript.⁊
quod tradit etiam Innocen.in c.dudum.infra de decim. Bal.
in l.bonorum.in princ.C.qui admitt.cum simi. Et maxime hoc
dicendum videtur in contractibus,per supra dicta. Preterea
licet naturalis obligatio tolli non possit, impediri tamen po-
test ne nascatur.l.si non sortem.in princip. ff.de condit. indebi.
vbi Bartol.in l.cum lex.vbi Bart.ff.de fideiussor. ⁊ ideo ratio-
nes iste non vrgent. Secundo pro cõmuni tamen opinione ar
guitur,quod princeps nõ obligetur ciuiliter: quia ciuilis obli-
gatio a lege inducitur.institu.de obligat.in princip.ibi: secun-
dum nostre ciuitatis iura. Sed princeps legibus solutus est,
in l.princeps.ff.de legib.in l.digna vox.C.de legi.ergo non obli
gatur ciuiliter.Sed ad hoc responderi potest,quod ab illa re-
gula,que habet, principem non obligari legibus, casus noster
excipitur,scilicet in legibus,que contractus respiciunt,quibus
voluit princeps obligari: ex quo iura dicunt, principem tene-
ri ex contractibus,hic,cum similib. Nam tali casu videtur prin
ceps voluisse legibus se subijcere: argu.l.est receptum. ff. de iu-
risdictio.omnium iudic.⁊ in c.nos si incompetenter.ij. q.vij.in
2 princip. † Tertio,⁊ postremo pro eadem parte arguunt Mo
B der.hic: quia argumentum valet de lege,vel statuto [B],ad con-
tractum.glos.not.in l.non impossibile.glos.fin.circa fin.ff.de pa
ctis.glos.fina.in l.domini prediorum.C.de agric.⁊ censi.lib.xj.⁊
quod voluit glo.in rubri.C.de decurion.lib.x. Sicut ergo prin
ceps non obligatur legibus,ita non videtur ex pacto, vel con-
tractu obligari. Sed respondetur quod in isto casu est longe
diuersa ratio in contractu a lege.Nam contractum facit prin-
ceps vt priuatus,vt cum omnibus facultas contrahendi sit cõ
munis: ⁊ ideo obligatur sicut alius quilibet priuatus: legẽ ve-
ro facit tanquam princeps cui soli hoc competit.l.fina.C.de le-
gib.⁊ ideo nõ obligatur,quia se gerit pro principe, qui legibus
solutus est.l.princeps.de legib. Et istud est, quod Bald. dicit
in l.j.in princip.ff.de constit.princi.dum inquit quod licet prin
ceps non obligetur lege legis,ligatur lege conuentionis.Et la
tius declarat Aretin.hic. Et ita tollitur argumentum de lege
ad contractum: quia illud non procedit, vbi diuersa ratio ha-
betur: vt no. in d.l.non impossibile. de pac. Item argumentũ,
quod solet fieri de lege ad contractũ, respicit potestatem: quia
quod per legem non potest fieri,nec per pactum poterit. Sed
in questione nostra non potestas, sed voluntas principis consi
deratur,que est velle ex contractu obligari,licet legibus solu-
3 tus sit,per supra dicta. † Contra opinionem communem,scili
D cet quod imo ciuiliter [D] princeps obligetur,expresse tenet Bal.
in l. princeps.ff.de legib. quia in contractibus debet esse equa-
litas. Unde sicut contrahens obligatur naturaliter ⁊ ciuiliter
ipsi principi,ita princeps debet obligari. Facit text.in l.cũ em
ptor.ff.de rescind.vend.Aret.huic rationi respondet, ⁊ Mod.
sequuntur, quod hoc toleratur in principe,vt contractus clau
dicet,sicut in pupillo.l.Iulianus. §.si a pupillo. ff.de act.emp.
Et idem in ecclesia: vt not.in c.j.infra ne sede vacan.Hoc simi-
le,quod Areti.includit,euitari potest: quia alia ratio videtur
in pupillo,vel in ecclesia,quam sit in principe.Nam contrahen
ti cum pupillo,vel ecclesia,potest imputari, quod solẽnitatem
requisitam in contractu non adhibuit: sed in principe hoc non
potest considerari,cum nullo modo ipse obligetur. Et hoc in-
fra ad aliud propositum considerat ipse Aretin.Et ita funda-
mentum Bald.videtur bene procedere.Et predictam opinio-
nem Bald.quod princeps obligetur ciuiliter,sequitur Areti.
qui tamen vltra Bal.alijs rationibus mouetur. Et primo per
text.in l.j.§.fina.cum l.seq.de offic.procura.Cesar.vbi adeundo
hereditatem princeps obligatur,⁊ talis obligatio ex quasi cõ-
tractu tota dicitur de iure ciuili: vt per Bartol.in l. ex hoc iu-
re.ff.de iustitia ⁊ iure. ergo obligari videtur ciuiliter. Secun-
do allegat text.in l.bene a Zenone.C. de quadrien.prescrip.vbi
actio datur contra principem: ergo obligatur ciuiliter: quia
naturalis sola actionem non producit.institu. de obligatio.in
principio,⁊ illum textum in dicta l.bene a Zenone. prius alle-
gauit Bald.in proemio feudorum. in ver. expedita diffinitio-
ne. Et ita simpliciter tenent, ⁊ transeunt Moder.hic.Sed ta-
men tenẽdo communem opinionẽ predictis omnibus respon-
deri potest. Et primo ad fundamentum Bal. dicatis quod in

effectu nulla erit inequalitas: cum sola naturalis obligatio in principe probabiliter dici potest quod habeat effectū, ⁊ actionem producat, ex quo ipse non potest aliter obligari. Ita no. videtur hic probari: ⁊ per illum tex. expresse hoc sentit Antonius de Butrio in cap. que in ecclesiarum. supra de constitut. Ipse enim remanet in terminis iuris gentium, vt Abbas dicit in d. c. que in ecclesiarum. supra de constitut. vers. non tamen facere potest. Facit quod notat Baldus in l. rescripta. ad finem. C. de precibus Imperat. offerend. Hoc etiam suadetur: quia ne quis indebite damnum patiatur, naturalis sola ex pacto nudo effectum producit: vt not. Bartolus per illum textum in l. eleganter. §. seruus pactionis. ff. de dolo. Et idem dicit Ange. allegando illum textum in consilio primo, incipien. visis supra dictis. ibi: nec mirum. Et ad hoc etiam facit, quia vbi actio nō competit equitate subsistente, officio iudicis succurritur. l. plane. ff. de petition. heredita. Facit text. in capitulo, ad apostolicam. vbi Hostiens. ⁊ alij infra de simon. in l. j. §. cum patronus. ff. de officio praefec. vrb. Et sic concludo quod princeps ex naturali obligatione sola adstringatur, cum aliter ipse non possit obligari, per illum text. cum similibus. Et si dicatur, attenta hac ratione, ergo etiam seruus ex sola naturali poterit conueniri, cum etiam ipse ciuiliter obligari non possit. Respōdetur quod alia ratio pactum reformat. Nam in seruo obligatio ciuilis non datur odio ipsius: quia pro mortuo reputatur quo ad ea, que sunt iuris ciuilis. l. seruitutem. l. quod attinet. de regulis iuris. In principe vero hoc contingit fauore eius. Et in seruo nulla est inequalitas: quia sicut ipse alijs ciuiliter non obligatur, ita nec alij sibi: secus in principe, cui alij obligātur: ⁊ sic ratio diuersitatis manifesta est. Non obstant que Aret. inducit. Et primo ratio, quam fortissimam ipse dicit, que fundatur in dicta l. j. in fine, de officio procur. Cesar. Quia pro respōsione considerandum est quod obligatio, que ex aditione hereditatis nascitur, licet a iure ciuili inducta sit, vt Aretin. dicit, cum illa tamen naturalis obligatio concurrit: alias sola ciuilis non esset potens ad agendum: vt not. institu. de obligati. in principio. Hoc probat, ⁊ declarat Bartolus in l. interdum. ff. de condi. indebi. Paulus de Castro in l. ex hoc iure. in repetitione, in vltima questione. ff. de iustitia ⁊ iure. Et hoc patet in stipulatione, que inuenta est a iure ciuili. §. de constituta. instit. de actio. ⁊ tamen in ea requiritur naturalis obligatio, ⁊ facta sine consensu non valet. l. j. §. adeo. ff. de pactis. Et idem in alijs contractibus, qui a iure ciuili tantum inducti sunt, de quibus per glos. institu. de iure naturali. §. ex hoc iure. in verbo, pena. Princeps ergo, qui in tali casu obligatur ex sola naturali, que sibi congruit, videtur adstringi: que naturalis sola in principe effectum producit, ex quo aliter non potest ipse obligari, vt supra dixi. Secundo potest responderi quod speciale sit, quādo princeps alteri succedit: quia tunc obligatur vt priuatus, ⁊ non vtitur priuilegio: vt de fisco dicitur in l. fiscus. in princip. ff. de iure fisci. ⁊ in l. cum quidam. §. fiscus. ff. de vsuris. Tertio considera diligenter: quia ista ratio, quam Aretin. habet pro concludenti, non videtur procedere, etiam secūdum intentionem eius, presupponendo quod in actione adesset sola ciuilis obligatio. Nam non sequitur, vbi est sola ciuilis obligatio princeps obligatur ciuiliter: ergo etiam obligatur ciuiliter, quando ciuilis concurrit regulariter cum naturali, vt in cōtractu. Ratio aperta est: quia vbi reperitur naturalis obligatio, satis consultum videtur esse contrahētibus cum principe, ex quo illa naturalis habet effectum, per supra dicta: secus vbi tantum est ciuilis: quia nisi ciuiliter princeps obligaretur, creditores, ⁊ legatarij essent decepti: quia nullo iure princeps esset obligatus. Prima tamen responsio magis placet: secunda, ⁊ tertia disputatiue potest tolerari. Ad text. in dicta l. bene a Zenone. quem postremo adducit Aretin. dici potest, primo quod in actione reali loquatur, ibi: actiones in rem. que nullam obligationem presupponit. §. j. institu. de action. vnde ex hoc non potest inferri quod ciuiliter obligetur. Vel secundo, dato quod in actiōibus personalibus loqueretur, illud ideo videtur, quia ibi princeps in locum priuati succedit. Nam non prohibet ne actiones, que contra priuatum competunt, contra illum intententur: sed vult quod contra ipsum principem retorqueantur, ac dirigantur. Et ideo cum subintret ibi locum priuati, non vtitur prerogatiua eius. l. fiscus. in principio, ff. de iure fisci, ⁊ supra dictum est. Tertio, vt ex supra dictis colligitur, dici potest quod quanuis loquatur de actionibus, ibi intelligitur pro iure petendi, prout erat etiam de iure gentium non quod formaliter actiones sint, prout in priuatis consideratur, ⁊ obligationem ciuilem presupponant, iuxta l. licet. §. ea obligatio. ff. de procurato. Nam contra principem hoc dici non potest: quia subiectum non est habile vt recipiat ciuilem obligationem, cum ipse sit solutus legibus, a quibus causatur ciuilis obligatio. Remanet ergo princeps in terminis iuris gentium, ⁊ ex sola naturali potest conueniri, per ea, que supra dicta sunt, ⁊ tradit dominus Abbas in dicto capitulo, que in ecclesiarum. Et ita ex predictis patet quod pro vtraque parte
4 iste articulus disputabilis est. † Retenta conclusione quod princeps ex contractu efficaciter obligetur, limitatur in quibusdam casibus nō procedere, quibus obligari princeps pro-
e hibetur: vt quia per contractum aliquem locum subijceret[e] inuitis hominibus loci: nam hoc facere non potest. Dictum est not. Hostien. quem ibi Joannes Andreas, Anto. de Butrio, Abb. ⁊ alij sequuntur in capitu. dilecti. supra de maiorit. ⁊ obedien. notat Baldus in capitu. primo, §. si quis. in versiculo, adde, dicit Hostiensis quo tempore mil. ⁊ idem Baldus in capitulo primo, §. in generali. in versiculo, quero vtrum Rex Francie. si de feudo fuerit controuers. inter dominum ⁊ agnatos. Facit notabi. dictum Hostiens. in c. quanto. vbi Anto. de But. ⁊ alij infra de iureiur. dum inquit quod princeps faciens pacem cum inimicis, non potest in preiudicium subditorū, qui passi sunt damnum, aliquid remittere. Et idem Bald. dicit in l. quicunque. C. de ser. fugit. glo. ⁊ Domi. in c. authoritate. §. fin.
5 in gl. in ver. propriam. de priuil. in vj. cum si. † Similiter si contractus principis magnam diminutionem sue iurisdictionis contineret, non tenet etiam si adhibeatur iuramentum. c. dilecto. ⁊ quod ibi Bald. infra de iureiur. Et per illum tex. in d. c. dilecto. idem Bart. dicit in l. prohibere. §. plane. ff. quod vi, aut clam. Baldus in l. penultima. C. de bonis, que liber. ⁊ in proemio feudorum, versiculo, expedita diffinitione. cum concor-
6 dantijs. † Similiter si ante promotionem aliquid a principe, vel Papa promittatur in preiudicium dignitatis, promissio non valet. capitulo, sicut nostis. infra de iurando. vbi Abbas in tertio notabili, infert ad Cardinales, qui aliqua promittunt ante creationem, si eorum aliquem promoueri contingat. Sic etiam si contractus fieret super regalibus, iuxta ea, que habentur in c. j. que sint rega. princeps non tenetur. Baldus not. hoc dicit in titulo, de pace Constan. in ver. amplius consueuerunt. Et ista sunt breuiter, que extensius Moderni hic tradunt. Sed considerandum est, quod in istis, ⁊ similibus casibus princeps ipse videtur efficaciter obligari, vt ad interesse possit conueniri: sed eius contractus ad preiudicium alterius non extendit. Unde ista diuersa sunt. Postremo, non omitto vnum, quod Aretinus hic dicit ad limitationem eorum, que superius dicta sunt. Nam ipse concludit quod obligatio naturalis in principe effectum non producat, si ex causa lucratiua prouenit. Et ita, secundum eum, saluatur opin. Anton. de Butrio hic, qui dixit hanc obligationem principis inefficacem esse. Et hoc sensit Cyn. in dicta l. digna vox. C. de legib. Certe hoc dictum, quod latius hic Aretinus prosequitur, non videtur absque dubio procedere: quia textus hic generaliter loquitur, quod ex contractu princeps obligetur: ergo generaliter debet intelligi, etiam quod in vno casu maior ratio, quam in alio videatur. Text. not. in l. j. §. quod autem. ff. de aleator. ⁊ in l. in fraudem. in fine, ff. de testamen. milit. Facit tex. in l. j. §. generaliter. ff. de legat. prestan. xix. distinctio. in c. si Romanorum. c. solite. de maioritate ⁊ obedient. ⁊ in contrarium non probatur iure: ergo erubescimus sine lege loqui. l. illam. C. de colla. §. consideremus. in authenti. de trien. ⁊ semiss. Comprobatur hoc duplici ratione. Prima, quia quilibet priuatus ex nudo pacto, ⁊ sic naturali sola obligatione obligatur in donatione. l. si quis argentum. C. de donation. ⁊ ita facilius in tali contractu quis obligatur: ergo a fortiori idem est in principe, cuius precipuū est, liberalitatem exercere. c. j. infra de donation. l. ij. §. fina. ff. de donation. Secunda ratio est, quia obligatūr princeps ratione consensus. Si ergo ex causa lucratiua consensit, debet adstringi, cum vis tota sit in consensu, ⁊ quantum ad consensum nulla ratio diuersitatis videtur posse assignari: ergo nec diuersum ius debet constitui. l. illud. ff. ad legem aquil. l. a Titio. de
7 verborum obligation. c. translato. de constitution. ¶ † Secun-
f do nota quod obligatio principis etiam ligat successorem[f] in dignitate: vt per dominum Abbat. hic. Et ideo Bald. hic infert, quod pacta inita inter Imperatorem Federicum, ⁊ ciui-
g tates Lombardie[g] debent per successores in Imperio obseruari. Idem Baldus in locis supra allegatis precipue in d. l. digna vox. not. Bartolus in l. prohibere. §. plane. ff. quod vi, aut clam. dum alleg. text. in c. Abbate sane. de re iudica. Oldrad. in consilio xciiij. incipien. eleganter. ad finem. Facit quod habetur in c. j. infra de solution. Et hoc intellige, quando sub nomine dignitatis contractus fuit celebratus, vt dicit hic dominus Abbas per text. ⁊ que ibi habentur in capitulo, quoniam Abbas. supra de officio ⁊ potestate iudicis delega. vbi videndum est

8 dendum est. ¶ † Tertio nota & singulariter secundum domi.
Abb. Imperatorem coram Papa posse conueniri. Ex quo in-
fertur quod ipse Imperator, quando est reus, in propria cau-
sa iudex esse non possit: & iura, que dicunt Imperatorem esse
iudicem in causa propria. xxiiij. questio. iij. Builisarius. tex. in
l. proxime. ff. de his, que in testamen. delen. in l. & hoc Tyberius.
ff. de here. instit. procedunt, quando agit Imperator, & ipse est
actor: secus si sit reus: quia coram Papa debet conueniri: vt
hic, secundum Abbat. qui idem dicit esse in quolibet, qui supe
riorem non recognoscit. Aretinus hic insurgit contra istud
dictum, & concludit Imperatorem, & aliũ, qui superiorem non
recognoscit, etiam si reus sit, posse in facto proprio iudicare.
Mouetur per textum cum glos. in l. ij. C. de quadri. prescript.
vbi Imperator, qui vt reus conuenitur, dat iudicem: ergo vi-
detur iudicare in causa propria. Secundo, quia non recurri-
tur ad Papam, nisi quando Imperator est negligens in ad-
ministrando iustitiam: vt tradunt Innocent. & alij in c. licet ex
suscepto. supra de foro competen. non ergo immediate Papa
adiri potest. Iste rationes, cum quibus Moderni transeunt,
non vrgent. Et primo text. in d. l. ij. non probat id, quod Aret.
dicit. Sed dato quod verum sit quod Imperator, contra quẽ
agitur, det iudicem, vt glos. dicit in dicta l. ij. non valet conse-
quentia, Potest dare iudicem: ergo potest ipse cognoscere, &
iudicare. Nam episcopus in casibus, in quibus non est iudex.
dat iudicem: vt not. dicit Hostien. in summa, in titu. de senten.
§. quis debet sententiam. versic. sed nunquid potest episcopus.
Quod dictũ pro valde not. Rom. refert in l. qui iurisdictioni.
ff. de iurisdictione omnium iudic. & vide glos. in c. nouit. in ver
bo, nostram. de iudicijs. & Abbas in cap. si quis contra clericũ.
de foro competenti. Non obstat dictum Innocentij & aliorum.
in d. c. licet, quia non loquuntur in causa ipsius principis, sed
in causis illorum, qui sunt sub principe, in quos habet ipse iu-
risdictionem, que ab eo non aufertur, nisi propter negligentiã.
Et ita videtur voluisse dominus Abbas hic, qui refert illud
dictum Innocentij in dicto capi. licet. & eo non obstante ita di
cit. Et idem voluit Abbas in cap. nouit. & in glos. in verbo, iu-
dicare. supra de iudic. in capitu. exposita. supra de arbitr. & in
cap. cum venissent. supra de iudicijs. Facit quod notat Abbas
in capitulo, si necesse. infra de donatione inter virum. & Bald.
in capitulo, imperialem. §. finali, de probib. feudi alienatio. per
Federicum. Pro opinione Aretin. tamen facit, quia si Im-
perator est iudex in causa propria, quando est actor, idem a for
tiori dicendum si sit reus: quia fauorabiliores sunt rei, quam
actores. l. fauorabiliores. de regulis iuris. Et quod Papa nul-
lo modo immediate contra non recognoscentem superiorem
adiri possit, probatur in capitulo, nouit. supra de iudi. vbi Pa
pa protestatur quod non intendit iurisdictionem regis turba
re, nisi ratione peccati: quo casu ipse plenã habet potestatem,
& tamen ibi vt reus rex conuenitur. Idem videtur probari in
capitu. per venerabilem. in versiculo, insuper. supra qui fil. sint
legitimi. vbi tunc demum Papa cognoscit contra regem non
recognoscentem superiorem, si eius iurisdictioni rex se subij-
ciat, & non aliter. Ergo datur intelligi quod Papa regulari-
ter non sit iudex contra non recognoscentem superiorem, sed
ipse sit iudex in propria causa: vt expresse de feudo dicitur in
dicto capitulo, nouit. & tenet Bald. in l. ij. circa finem. C. de sen-
tent. que sine certa quantita. vbi in ciuitate loquitur Angel. in
l. prima. C. ne quis in sua causa. facit quod notat Bartolus in l.
si alius. §. bellissime. ff. quod vi, aut clam. Non obstat text. hic,
quia responderet Aretin. quod hic aditus fuit iudex ratione
peccati, iuxta capitul. nouit. supra de iudic. vel tanquam me-
diator. Quod suadetur, quia non fuit citatus Imperator vt
iudex facit. Opinio tamen Abbatis potest saluari, vt locum
habeat in arduis, secundum Aretinum hic, per glo. in c. gran
di. de supplen. negligen. prela. in sexto, que voluit Papam pos
se priuare principem, qui superiorem non recognoscit. & proba
b tur in dicto capitulo, alius. [b] decimaquinta questione sexta, in
c. ad apostolice. de re iudica. in sexto. Et hoc equitas suadere
videtur, cum non sit verisimile, quem iudicaturum contra se,
vbi ageretur de statu, vel de maiori parte regni sui. Facit quod
voluit glos. notabi. ij. questio. vij. in capitu. cum pastoris. & in
capitulo, irrefragabili. §. finali, in verbo, delegatus. supra de
9 officio ordina. ¶ † Quarto, & vltimo nota ibi: medium. se-
2 cundum Abba. post Joannem Andr. & alios, quod iudicium
appellatur medium [2]: est enim medium inter actorem, & reum.
Ad idem text. in l. nullus. C. de iudeis. Sed certe non videtur
in textu hoc probari: Nec precise enim hic iudicium medium
appellatur: sed generaliter accipitur medium pro vsu quo-
dam loquendi, dum aliquid coram pluribus proponitur, non
solum in iudicio, sed etiam extra iudicium, vt in capitulo, he-
ne quidem. nonagesima sexta distinctione, ibi: deferatur in me
dium. & in l. filie dotem. C. de collatio. ibi: in medium conferre.
& in l. pretor. §. Julianus. ff. de collatio. bono. in cap. j. de rebus
eccles. non alen. in sexto. Et de medio notat Dominic. in capi.
non solum. de appella. in sexto, per illum textum. Et pluribus
modis medium consideratur, vt notat Joannes Andreas in
c. preterea. el secundo, & ibi Abb. de appellatio. Et medium se-
cundum quod capitur per Joannem Andream & alios hic, il-
C lud dicitur, quod inter duo extrema clauditur [c]. Et hoc Ab-
bas dicit per illum text. in c. consuluit. in principio, in secundo
notabi. de officio & potestate iudicis delegati. facit text. in l. iij.
§. filius. inter medias. vbi Aretin. ff. de liberis & posthumis. Et
hoc etiam not. Bartolus in tract. de insula. in verbo, quod fre
quenter. Reperitur aliud medium per eque distantiam, id est,
quod distat equaliter ab extremis. §. cum autem. institut. quib.
ex caus. manu. licet. not. in l. antiqui. ff. si pars hereditа. pet. Et
ita de medio Bal. distinguit in l. qui sella. §. fin. ad fi. ff. de serui.
rustic. predio. Et de medio aliter Bald. loquitur in l. j. in prin.
ff. de origine iur. dum inquit quod medium occupat tertiam
partem, finis aliam, & principium aliam. Et in statutis quod
dicatur esse medium, in notabili questione Bartolus tradit in
l. iiij. ff. de furtis. Et quando attendatur medium, notat glos.
in c. j. in ver. modum. supra de offi. custo. in l. solet. §. fin. ff. de offi.
proconsul. Est materia brocardica, vt Azo prosequitur in suis
10 brocardis. † Illud vtiliter notandum est, quod vbi rationes
sunt hinc & inde, & doctorum authoritates, adeo quod commu-
nis opinio facile discerni non potest, tunc probabilis est senten
D tia iudicis, qui mediam viam sequitur [D 3]. Et isto casu salua
3 tur opinio glo, in l. Nesennius. ff. de negotijs gest. dum dixit,
talem esse rusticorum sententiam. Ita solenniter in causa ma-
gni ponderis consuluit Petrus de Ancharano in consi. ccxi.
incipien. inter contraria, & varia consilia. Et idem Baldus vo
luit per illum text. in l. si paterfamil. §. fina. cum l. sequen. ff. de
heredi. instit. Alexander de Imola idem dicit per illum text.
in l. Titius. ff. ad Senatusconsultum Trebellia. in tertio nota
bili. Et ad idem bonus text. in l. non sine. C. de bonis que libe.
in l. filio. ff. vt in possess. lega. in l. si fundum. §. fina. cum l. seq. que
incipit, ita vt omnes. ff. manda. vbi Salicet. & dictam legem al
legat Bald. in l. j. versiculo, sexto quero. C. si seruus exter. Facit
quod not. Bald. in l. cum proponas. C. de rebus credi. & quod
voluit Bartolus in l. si duo. in princip. ff. vti possid. Vinc. Ab-
bas & alij in c. licet causam. infra eod. cum similib. Ex his hacte
nus expedita sint, que in ista decretali extrinsecus occurrunt.
¶ Nunc superest vt altiori indagine materiam editionis ag-
grediamur, que est propria dos huius capituli. Et inherendo
vestigijs domini Abbat. tota materia in quatuor principales
questiones diuiditur. Prima erit de personis, an, & quãdo in-
strumenta, vel rationes edere compellantur: & in discursu hu-
ius questionis etiam quibus edendum sit, apparebit. Secun-
da, quo iure editio fieri petatur. Tertia questio erit, quomo-
do editio debeat fieri. Quarta, quando, quo tempore, & loco
11 edendum sit. † Circa primam questionem principalem, vt di-
stincte procedamus, de quatuor dubitari contingit. Primo,
an, & quando reus actori edere teneatur. Secundo econtra, an,
& quando actor reo. Tertio, quid de notario. Quarto, quando
12 tertius edere cogi possit. † Ad primum conclusio sit, & regula
que per istum textum colligitur, quod reus instrumenta acto
ri non cogitur edere. Et in hac conclusione omnes doctores
concordant, vt Baldus dicit, qui plura exempla ponit in l. j. §.
editiones. versic. venio ad exempla. ff. de eden. Idem est in ra-
tionibus. l. j. C. de eden. nam actor debet esse instructus. l. si quan
do. C. de dilat. & proprias probationes a se ipso adducere. l. ni-
mis graue. C. de testi. cap. j. de appellatio. in sexto, c. fina. de do-
lo, & contuma. Et si dicatur, reus tamen cogitur positionibus
actoris respondere; & si confiteatur, intentio actoris funda-
tur. capit. j. de confess. in sexto. Vnde sicut tenetur propriam vo
cem edere ad probandam intentionem actoris, ita videtur di-
cendum quod instrumentum, licet proprium, exhibere tenea-
tur. Ad hoc respondent Antonius de Butrio Ab. hic & Mo
der. quod respectu confessionis rei non potuit esse instructus
actor, cum talis confessio non sit in eius potestate; secus est in
instrumentis, vel rationibus: quia in his a principio potuit se
preparare. Et istam rationem differentie originaliter tradũt
Francisc. Vercel. & Joann. Andre, in dicto capitu. j. de confess.
in sexto. vbi Dominic. sequitur hoc. Sed quamuis ratio ista ab
omnibus approbetur, mihi tamen non satisfacit: quia licet
actor non posset instrui ex confessione rei, potuit tamen se ta-
liter preparare, vt alijs modis probaret id, super quo vult ha
bere confessionem rei. Nam ratio predicta bona esset, si posi-
tiones tantum admitterentur in his, que de sui natura aliter

probari non possunt nisi per confessionem, vt in negatiua dici-
tur, dicto capitu. j. de confess. in sexto. Sed cum generaliter in
qualibet causa positiones fiant ad faciliorem probationem, vt
dicitur in clementi. sepe. §. verum. in versic. sed quia positiones.
de verbor. significatio. ratio supra dicta non videtur procede-
re: cum agenti imputari possit, quod aliam probationem non
parauerit equipollentem confessioni. Unde aliter responden-
dum est: ⁊ dico quod ratio manifesta differentie est inter instru
menta, ⁊ confessionem, que fit mediantibus positionibus: quia
si propria instrumenta cogeretur edere, immediate probaret
contra se: ⁊ ex tali productione precise ipse conuinceretur, con
tra l. nimis graue. cum similibus. Non sic in confessione: quia
ipse non cogitur confiteri positiones. Et licet teneatur respon
dere: poterit negare: ideo ex responsione precise non insurgit
probatio, cum non cogatur confiteri: ⁊ si confitetur, imputatur
sibi. Sic etiam in instrumentis, si vellet, posset exhibere, vt in-
fra dicam. Non obstat, si dicatur, quod reus cogitur confiteri
veritatem propter iuramētum calumnie ab eo prestitum: quia
hoc non consideratur, vt patet in instrumento, quod reus ha-
bet apud se, quod tamen non tenetur edere contra se propter
iuramentum calumnie. Retenta ergo conclusione, quam com
muniter omnes tenēt, quod reus non teneatur edere actori in-
strumenta, vel rationes, ad intentionem actoris probandam,
13 limitatur pluribus modis. † Primo, vt nō habeat locum in
fisco agente, cui ex speciali priuilegio reus propria instrumen-
ta edere tenetur. l. nec quisquam. ff. de eden. vbi Barto. ⁊ omnes
hoc tenent: sequuntur hic Abb. ⁊ alij. Sed in illo textu non vi
detur hoc bene probari: quia loquitur negatiue, dum inquit
quod reus alia instrumenta non cogitur edere, quam que ad
causam pertinent, ex qua se defendere professus est. Et oratio
negatiua nihil noui inducit, vt Bald. declarat in l. ij. C. de con
dit. inser. ad fin. per l. ex facto. la prima, ff. de hered. instit. ⁊ text.
in l. Titia. §. fina. ff. de manu. testam. Confirmatur hoc: quia vi
detur ibi potius Iurisconsultus velle minuere editionem, que
a reo petitur, quam illam ampliare, vt ex modo loquendi col-
ligitur: ideo inducta ad diminutionem, non debent operari
augmentum. l. legata inutiliter. de legat. ⁊ fideicommissis pri-
mo, ⁊ textus ibi loquitur presupponendo: vnde intelligitur in
casibus, quibus alias edere cogitur: puta in instrumentis qui-
bus reus est vsurus. l. j. §. edenda. ff. de eden. Et hoc text. innuit
ad fin. ibi: ex qua se defendere professus est. Quicquid sit, ista ta
men conclusio probatur in l. ij. §. diuus. el primo, de iure fisci. in
versiculo, item diui fratres. vbi dicitur quod toties fisco eden-
dum est, quoties de re nummaria agitur. Ista regula genera-
lis est, nec aliquo modo restringi debet: sed generaliter etiam
fisco agente intelligitur, vt edatur ad fundandam intentio-
nem. Primo, quia iura, que loquuntur generaliter, debent
generaliter intelligi. capitu. solite. de maioritate ⁊ obedien. l. j.
§. ⁊ generaliter. ff. de legat. prestan. cum vulga. Secundo, quia
textus hoc tantum dicit, vbi agitur de re pecuniaria: ergo lo-
quitur fisco agente: nam in reo sibi indistincte editur, vt infra
dicam. Tertio, hoc suadetur: quia subijcitur ibi quod fisco
non sic editur in causa capitali: ⁊ in tali causa fiscus est actor,
siue accusator. Ergo datur intelligi quod regula precedens lo
quatur fisco agente: quia vna pars per aliam declaratur. l. qui
filiabus. in principio, ff. de legatis ⁊ fideicommissis primo. l. ve-
rum. de petit. heredi. ⁊ exceptio declarat regulam. l. nam quod
liquide. de penu lega. Quarto, nam textus expresse ibi differen
tiam facit inter causam capitalem, ⁊ pecuniariam. Sed talis
distinctio tantum conuenit fisco agenti: in reo non procedit,
cui semper editur pro defensione, vt supra dixi. Ultimo, quia
text. ibi intendit specialiter aliquid in fisco dispenere: ideo illa
regula generaliter intelligitur, vt dixi: alias non esset differen
tia inter fiscum ⁊ priuatum. Et ita his rationibus comproba-
tur hec prima limitatio, quam simpliciter doct. tradunt, vt fi-
sco teneatur reus edere ad fundandam intentionem eius. Et
per hoc Bald. infert in l. j. §. editiones. vers. iuxta predicta. ff. de
eden. quod si fiscus petit gabellam ab aliquo, poterit petere in
strumentum contractus sibi exhiberi. Et idem dicit in empto
f ribus[f] gabellarum: quia in locum fisci succedunt. Quod vlti-
mum non procedit sine dubio: quia hoc priuilegium fisco spe-
cialiter concessum, nō videtur in emptorem transire, vt voluit
no. Dy. in l. licitatio. §. Imperatores. ff. de publica. vbi Bart. in
l. j. C. de nauicu. lib. xj. Salic. C. de vec. ⁊ commis. l. vniuersi. Spe.
⁊ Io. And. in ti. de immu. eccles. circa fi. vbi Bal. in addi. sequi-
tur Dy. in d. §. Imperatores. no. etiam glo. in clem. presenti. in
ver. non negotiandi. de censi. Fed. in cons. xxi. incip. questio ta-
lis est. versi. item queritur an rustici. cum si. Et per istam ratio
nem Alex. de Imo. reprobat hoc dictum Bal. in d. l. nec quis-
quam. s. allega. ⁊ quidam Mod. sequuntur in tracta. gabella-

14 larum, in vij. par. † Predicta limitatio restringitur. Primo vt
non habeat locum in causa criminali, in qua nullo modo reus
etiam fisco, edere cogitur. l. ij. §. diuus. el j. vbi tex. secūdum vnā
lecturam Bart. ff. de iure fisci. ⁊ tenet Abbas hic. Bar. ⁊ doc. in
l. ij. C. de eden. Et causa criminalis dicitur, etiam si agatur de
pena pecuniaria fisco applicanda. glo. ⁊ Bar. in l. iij. §. j. ff. de se-
pul. viol. ⁊ ideo tali casu non teneretur reus fisco edere. Ita sen
tiunt docto. dum simpliciter loquuntur de causa criminali. Et
ita specialiter dicit, ⁊ declarat Alex. de Imo. in cons. cxxxij. in-
cip. visa facti narratione. in j. libr. Pro ista conclusione prima
facie videtur tex. in d. §. diuus. dum dicit quod fisco edit, quan
do agitur de iure dominij, vel simili causa nummaria. Si er-
go causa nummaria sit ex crimine, non editur fisco: quia nō est
similis cause, in qua agitur de iure dominij, prout ibi requiri-
tur. Sed tamen ista inductio de facili euitari potest: quia illa
verba, que ponuntur in §. diuus. eo respectu duntaxat dicta
sunt, vt cause capitales excludantur, in quibus fisco nō editur:
vt aperte colligitur ibi, dum dicit. Non de capitali causa aga-
tur. quasi velit dicere textus: In causa pecuniaria fisco editur,
non in causa capitali. Et sic illa verba, de iure dominij, vel de
aliqua causa simili, recipiunt determinationem, ⁊ declarantur
ex sequentibus. Et contra dictum Alexand. facit textus in d.
§. diuus. dum ibi excipit causas capitales, quibus fisco non edi
tur. Datur ergo intelligi quod vbi agit de re pecuniaria, fisco
edendum sit, etiam si illa pecunia ex delicto fisco debeatur: quia
sufficit quod non sit capitalis: pro alia igitur pena pecuniaria
debet fisco edi, vt ibi expresse probatur. Et ideo declarationi,
quā Alex. facit in d. cons. cxxxij. supra allegato, refragatur text.
in d. §. diuus. vt dixi. Et dum tex. distinguit inter causam pecu
niariam, ⁊ capitalem, non videtur aliam rationem habuisse, ni
si propter maius preiudiciū, quod versatur in capitalibus: ar.
l. in seruorū. in fi. ff. de pe. Et licet doc. simpliciter dicant nō esse
fisco edendum in causa crimininali, intelligam prout loquitur
§. diuus. scilicet in capitali: alias sequeretur quod in causa ma-
gna ciuili esset edendum fisco: puta, si ageretur de magna here
ditate. Et si agatur de pena decem solidorum nō ederet: quod
videtur contra intentionem iurisconsulti in d. §. diuus. qui vi-
detur considerare preiudicium. Preterea, etiam iura quando
loquuntur de criminali causa, intelligunt respectu pene corpo
ralis, ⁊ generaliter causam pecuniariam excludunt, auth. sed
hodie. C. de epis. ⁊ cle. ibi: in causa criminali, vel pecuniaria. ⁊ au
then. sed nouo iure. C. de pe. iud. qui male iud. in l. j. §. hoc autē.
de calum. Et ita possumus intelligere dicta doc. dum loquun-
tur simpliciter de causa criminali, presertim quia allegant d. §.
diuus. Secundo restringitur, vt non habeat locum, quando e-
ditio peteretur ab alio fisco: quia fiscus contra fiscum non ha-
bet priuilegiū. arg. l. sed ⁊ milites. in prin. versi. coequalitas cū
honoris. ff. de excu. tut. Et ita singulariter probatur hic, secun-
dū Bal. Et idē in ecclesia. l. fi. C. de sacro. eccl. Et ratio videtur,
e quia priuilegiatus non vtit priuilegio ꝯ priuilegiatum[e]. De
quo in auth. quas actiones. C. de sacros. ecc. in c. in presentia. j. e.
Secunda etiam ratio adduci pōt, quia tale priuilegiū vr̄ con-
tra subditos fisco competere: non ergo ꝯ equales: quia par in
parem nō hꝫ imperiū. l. nam magistratus. ff. de arb. l. ille, a quo.
§. tempestiuū. ff. ad Treb. Ex qua ratione infertur ꝙ etiam ꝯ
priuatū sibi non subditū non haberet fiscus hoc priuilegiū. Fa
cit ꝙ no. Nic. Matthes. ⁊ Bal. in l. exēplo. per illū tex. in prin. C.
de prob. ⁊ quod tradit Inn. c. quanto. s. de consue. ⁊ in c. inqui-
sitionem. j. de sen. exc. cum si. Tertio declaratur, vt procedat qn̄
copia probandi aliter haberi non pōt. Secus si fiscus haberet
facultatē pbādi iure ordinario, vt qa sit notarius, ad quē recur
ri possit. Nā tūc non vr̄ quod fiscus habeat priuilegium ꝯ reū,
vt priuilegium minus ledat ius cōmune, quam fieri possit: arg.
l. sane. de priui. Ita dicit dn̄s Ab. hic, ver. ego puto. Quod no-
tandū est, quia hoc accommodari pōt in omnibus casibus, in
quibus contra regulam quis edere tenetur: vt in dote, liberta-
te, ⁊ similibus, de quibus j. Et pro ista limitatione specialiter vi
detur tex. in l. ij. §. diuus. el j. ff. de iure fis. ibi: si verū aliter nō in-
uenitur. Sed in cōtrarium facit: quia semper fiscus diceretur
habere facultatem aliter probādi. Nam notarius agere potest
contra reum, qui habet instrumentum, vt sibi det copiam in-
strumenti. Ita not. Bart. in l. fi. ver. quero vtrum. ff. de tab. ex-
hi. Bal. in l. fi. C. de eden. Et notarius cogi poterit ad agendū
pro interesse actoris: vt probatur in l. procurator. secundum v-
num intellectum. C. de eden. Et in simili Ioan. And. in rub. de
insti. edi. in prin. Et hoc dicit Areti. hic ad aliud propositum,
⁊ sic priuilegium fisci elusorium redderetur: quia semper hoc
modo aliter probari poterit. Sed tamen saluando dictum do
mini Ab. potest dici quod procedat, quando aliter probari de
facili potest, vt in exemplo eius, scilicet quando notarius sit, a
quo im

quo immediate peti possit: secus si cum difficultate vt in argumento. Vel dic quod non videtur expeditum quod notarius possit cogi ad agendum: quia text. in d.l. procurator. vario modo
15 intelligitur, de quo ibi vidēdum est. † Ista prima limitatio nūc pluribus modis extēditur, et ampliatur. Primo ad ecclesiam, que fisco equiparatur, vt dicit do. Abb. post Bal. hic, per tex. in l.fin.C.de sacrosanc.eccles. Contra istam equiparationem facit quod Alex. de Imo. scribit in l.si filiofamilias.§.si vir in quinquennium.ver.adde quod istud dictum.ff.sol.matri.vbi inquit quod equiparatio, de qua in d.l.fi. loquitur in ciuitate, que ecclesie equiparatur: sed in fisco hoc non reperitur. Unde videmus quod fiscus habet priuilegium hypothece.l.ij.C.de priui.fisci. Et tamen in ecclesia hoc non est iure cautum, secundum Bal. in rub.C.de priui.fis. et in d.l.fi.C.de sacrosan.eccle. Ista opi. prima facie comprobari potest: et considero quod in d.l.fi. videtur ciuitas equiparari ecclesie ita quod priuilegia ecclesie ciuitati cōmunicentur: non tamen econtra videtur dicendum quod priuilegia ciuitatis, vel fisci, dato quod loquantur de fisco, in ecclesiā trāsferantur, per ea, que habentur in l.j.de leg.j.per Bart. Confirmatur hoc: quia equiparatio, que fit in d.l.fi. habet locū in certis casibus ibi expressis, et extra terminos d.l.fin. non arguitur de ecclesia ad ciuitatem, vt no. dicit, et declarat Mathesi. in tractatu extensionis, in primo membro, dum loquitur de materia correctoria. Et probatur secundum glo. et Bar. in authen. quas actiones.C.de sacrosan.eccl.vbi dispositio illius auth. que in ecclesia loquitur, non habet locum in ciuitate. Unde in proposito concludēdum videtur quod illud, quod est in fisco dispositum. d.l.nec quisquam. nullo modo ad ecclesiam trahēdum sit. Predictis tamen non obstantibus, sequor communem opi. per d.l. fi. et ita sepenumero arguitur de fisco ab ecclesia. glo. not. in l. an vsusfructus.ff.de vsufr.glo. et Bar. in l.si vsusfructus municipibus.ff.de vsufr.leg. Et in pulchra questione consuluit Francis. de Alber. de Are. quem refert, et sequitur Rom. in auth. similiter.xiij.speciali.C.ad leg. Falci. concludens quod dispositio l.j. C.de iur.fis.lib.x. etiam haberet locum in ecclesia. et quod tradit Bar. in l.cognouimus.C.de mancip. et colo.lib.xj. Roma. in l.si filiofa.§.si vir in quinquennium.ff.solu.matr. et in alia questione not. Spec. in tit. de teste.§.postquā. in versi. sed quid si tot sunt. ibi dum dicit, idem pro fisco, pro ecclesia. et Bal. in l.fructus.ff. sol.matr. dum allegat d.l.fin.de sacrosanc.eccle. cum alijs simil. Ex quibus probabiliter dici potest quod omnia priuilegia generaliter, que fisco, vel ciuitati concessa reperiuntur, etiam ecclesie debeant competere. Et ideo in proposito bene concluditur, quod sicut fisco, ita ecclesie edi debeat, ad eius intentionem fundādam. Non obstant allegata in cōtrarium, et primo dum dicitur quod l.fi. non loquitur in fisco, sed in ciuitate: quia imo etiam videtur habere locum in fisco. Ita Bartol. illam intelligit in l.in omnibus.ff.de diuer. et temp. prescrip. et verba d.l. hoc bene probant. et primo dum ibi dicitur: necnon iuri ciuitatum: nam hoc verbum, iuri, ita videtur respicere fiscum, sicut ciuitatem: cum in fisco agatur de iure ciuitatis, casu quo ciuitas habeat fiscū, iuxta no. per Bar. in rub.C.de iure fis. Secundo proemium legis, dum exorditur dicens, vt inter diuinum, publicumque ius: nam hec verba generalia ita respiciunt fiscum, sicut ciuitatem: cum vtroque casu publica versetur vtilitas. Et principium generale constitutionis attenditur.l.regula.§.et licet.ff.de iur. et facti igno. Et ratio finalis ex proemio colligitur.l.fi. vbi Bar.ff. de her.inst.l.j.in prin. vbi Bar.ff.ad Maced. Non obstat quod in d.l.fin. ciuitas equiparatur ecclesie, non econtra, vt supra: quia imo eque principaliter ita in ciuitate, sicut in ecclesia disponitur, cum eodem verborum constructu ibi hoc dicatur: et ita pari fauore iura ecclesiā, et ciuitatem prosequuntur. Unde in proposito priuilegium, quod fisco tribuitur, non debet ecclesie denegari. Non obstat quod Mathesi. dicit: quia illud potest procedere in materia correctoria, prout ipse loquitur. Secus est in isto casu, vbi est materia fauorabilis, in qua fit extensio a paritate rationis. glo. et Barto. in l.illud.C.de sacrosan.eccle. Bart. in l.si constante. in princi. in ix. quest.ff.solu.matri.cum simil. Et
4 predicta conclusio procedit nedum in ecclesia, sed etiam in alijs pijs locis: quia omnia priuilegia ecclesie etiam hospitalibus [4] competunt.l.omnia.vbi Barto.C.de episcop. et cler. Bal. in authen. hoc ius porrectum. versi. secundo est videndum.C.de sac. san.eccle.do. Anto. in consi.xl.incip. nulla est dubitatio. Paul. de Cast. in consi.xvj.incip. dubitatur. Abb. in cap. nulli. circa finem.j.de rebus eccle.non alie.in c.j.§.de in integrum rest. in ca.
16 relatum.el j.j.de testa.cum simil. † Secundo predicta limitatio in fisco ampliatur, vt habeat locum in matrimonio: nam ille, qui stat pro matrimonio, poterit a reo petere vt sibi edatur ad intentionem fundandam. Ita voluit not. Joan. Andr. in additio. Specu. in titul. de instrumen. edi.§.videndum. versicu. ex premissis. Idem Joan. And. hic, et sequitur Ant. de Bu. Abb. et Mod. Et simpliciter hoc tenet Bal. iunior, in tractatu de dote. in ix. parte. in xj. speciali. Monetur Joan. And. duplici ratione. Prima, quia in matrimonio multa specialia sunt, vt per glo. et doc. in c.j.§. vt lite non contest. Sed ista ratio non multū facit: quia specialia non debent multiplicari. Secunda, quia si permittitur in fisco, vt supra, ergo idem fauore matrimonij: et ista ratio melius consonat. In qua tamen considerandū est quod istud est fauore matrimonij: ergo hoc tantum competit
5 illis, qui stant pro ipso matrimonio [5], vt supra dixi. Non ergo impugnantibus matrimonium debet editio fieri: quia inductum in fauorem retorqueretur in odium, contra l.quod fauore.C.de legibus. Hoc voluit in simili Joan. Andr. in capit. series.j.de testibus. Cuius dictum pro singulari Abb. refert in capit. iurauit. in versiculo, et nota singulariter hanc limitationem. infra eodem. Et hoc verum esse intelligo, nisi ille, qui insurgit contra matrimonium, allegaret aliquod perpetuū impedimentum ad matrimonium dissoluendum: quia tunc agitur de fauore anime, vt peccatum euitetur. Nā tali casu etiam debebit editio fieri impugnantibus matrimonium, cum nō sit minus fauorabile, matrimonium contra legem Dei contractum dissoluere, quam alias legitime contractum conseruare. Ita in simili dicit Calder. quem ibi sequuntur Anto. de But. et Abb. in cap. series.j.de testi. et Abb. in ca. iurauit.j.eod. vbi videbimus. Et hoc modo procedit exemplum Joan. And. in dicto versi. ex premissis. ibi: satis est magna causa. Abbas hic refert de eo, qui prouocat mulierem, cum qua contraxit, ad diuortium, allegando prius illam cum alio contraxisse: nam edere mulier cogitur sibi instrumentum primi matrimonij, vt isti dicunt. Nam hoc ideo est, quia licet ab isto matrimonium cōtractum impugnetur, quia allegat impedimentum perpetuum, agitur de peccato euitando, et de fauore anime, vt supra dixi,
17 ideo sibi edendum est. † Tertio extēditur ad causam dotis, vel alimentorum, in quibus etiam reus actori edere tenetur ad intentionem eius fundandam, secundum do. Anto. et Abb. hic, et Roma. hoc sequitur in l.j.ff.solu.matrimo. in authen. similiter. in v. speciali, in iudicijs.C.ad legem Falcid. Alexan. in l.j. C.de edendo. in xiij. fallent. Est verum quod Bal. videtur velle contrarium in l.j.§.editiones.ff.de edendo. versicu. venio ad exempla. vbi exemplum ponit in muliere, que ab heredibus mariti dotem repetit. Et secundum regulam cōcludit quod cum ipsa agat non poterit petere edi sibi instrumētum ab heredibus, ad hoc vt probare possit dotem datā. Et ita manifeste vult quod causa dotis in hoc non sit priuilegiata. Et idem Salic. dicit in l.fi. versi. et ex his patet.C.de edendo. Are. hic pro concordia distinguit, quod eo casu, quo pia sit causa dotis, vel alimentorum, vt quia pauperi relinquitur, vera sit communis opi. Si vero non sit pia, tunc opi. Bald. et Sali. procedat. Sed tamen indistincte verior videtur communis opin. Nam si restringatur casu quo dos sit causa pia, tunc erit speciale ratione pie cause, per supra dicta, non ratione dotis. Quod videtur contra intentionē doctorum. quia dotis causa fauorabilis videtur propter se, per ea, que habentur in l.j.ff.solu.matr. et in l.ij.ff.de iure do. bonus tex. in l. hoc legatum. in fi.ff.de condit. et demonst. not. in cap.fin.j.de re iud. Et a pari procedunt causa dotis, et fisci.l.ij.C.de priuile.fisc. et l.ij.C.de iure dot. vbi Bald. in princ. plus voluit, fauorabiliorem esse, scilicet dotis causam, quam fisci. De quo vide per Alexan. in l.j.ff.solut.matrimo. Et ita etiam generaliter dicendum in alimentis, quorum causa est admodum fauorabilis: vt no. in l.j.C.de fideicommiss. et Barto. plura ponit in l.solent.ff.de alimen. et ciba.lega. faciunt que infra dicam in octaua ampliatio-
18 ne. † Quarto, in causa libertatis textus no. in l.sicut.C.de liber. causa. vbi Baldus dicit quod licet quis non cogatur originem petitionis aduersarij fundare contra se l.fin.C.de edendo. fallit hoc fauore libertatis, per illum textum. Et quanuis posset cauillari, ratio tamen videtur manifesta: quia pia videtur causa libertatis, vt not. Bartolus in l.proxime.ff. de his que in testamen. delen. in l.si vnus.C.de testamen. et est tex. in l.j. circa fin. C.de communi ser. ma. ibi, primus ad hanc rationem pietatis peruenit. not. Baldus in l.ij.in l.penult.C.de fideicommiss.lib. Et licet proprie, et stricte non dicatur pia causa, sufficit tamen quod fauorabilis sit, vt infra dicam. Constat autem libertatem multum fauorabilem esse.l.lege Julia.ff.de manumis.l.inter pares.ff.de re iudica. adeo quod fauorabilior videtur causa libertatis, quam legitima filiorum: vt not. Paul. de Castr. in l. Papinianus.§.quarta autem.per illum textum.ff.de inoffic.
19 testamen. † Quinto probabiliter idem dici potest in miserabilibus personis, quarum causa fauorabilis, ac pia iudicatur: vt Specula. tradit in titu. de instrumen. edit.§.nunc aliqua. versi-
6 culo, et scias. Et que dicantur miserabiles persone [6], Bartolus

not.in l.j.C.quando Imperator inter pupil.& vide Innocent.&
Abb.post alios in cap.significantibus.s.de offic.deleg.& idem
Abb.in cap.super quibusdam.de verborum significat.Sexto a
simili ratione inferri potest idem esse in liberis:quia par eccle-
sie est causa liberorum, vt dicit Barto.in l.tale pactum.§.fina.
k ff.de pac.Imo etiam plus liberis[k] fauetur,quam ecclesie[7]: vt
7 not.Bal.in l.iubemus.in princ.C.de testa.facit tex.in cap. fina.
xvij.quest.iiij.vbi secundum consilium Augustini nõ debet ec-
clesia institui,& filius exheredari.nota.glossa in l.si quis ad de-
clinandam.C.de epi.& cle.in ver.simili modo.de cuius dicti in-
tellectu late disputat Andr.Sicu.in repet.l.cum acutissimi.C.
de fideicom. Septimo hoc idem suadetur in causa studij, que
etiam multum fauorabilis reputatur:nam in ea versatur pu-
blica vtilitas.§.fin.in proemio instit. Et ideo not.dicit Bal. in
l.j.C.si de mom.poss.fuer.appel.quod in causa studij non appel
latur.Et causa studij & dotis equiparantur, vt notat Bart.in
l.j.ad fin.ff.solu.matrimo.vbi Bal.not.dicit quod quando non
constat de prioritate temporis,sicut pro instrumento dotis pre
sumitur,ita pro instrumento salarij doctoris. Facit quod dici
solet de fabro,qui expelli potest,ne studium impediatur.Glos.
& Barto.in dicta l.j.Abb.in c.bone.el j.de postu.prela.in c.fina.
s.de iud.cum simil.Et generaliter idem dicendum videtur, v-
bicunque publica versatur vtilitas:quia fauorabilis talis cau-
sa iudicatur:quippe in ea fit extensio, & lata interpretatio, etiã
8 si materia alias odiosa[8] sit.l.ij.§.exercitum.vbi Bar.ff.de infa.
l.quemadmodum.C.de agrico.& censi.lib.xj.& Pau.de Ca.hoc
prosequitur in consi.xxiiij.incip.viso puncto. dum allegat tex.
in l.j.§.fin.C.de caduc.tollend.& concludit quod fauorabilis, ac
pia causa sit,que vtilitatem publicam respicit. Facit tex.in l.si
quis.§.vtrum.vbi Bart.ff.ad Sillan.& quod not.Guil.de Cu.
Bal.& Alexan.in l.si filius.ff.si certum petatur.Octauo,& vlti-
mo attentari potest quod idem sit dicendum in qualibet causa
fauorabili. Moueor hac ratione,per quam omnia supra dicta
comprobantur.Nam secundum communem opin.vt infra vi-
debimus,fauore rei,actor edere cogitur ad exceptionẽ fundan
dam: quia fauorabilior causa rei,quam actoris,iudicatur.l.fa-
uorabiliores.ff.de regu.iur.lib.vj.Sed ego habeo quod si causa
fauorabilis sit,preualet fauor cause,& fauor rei preponderat:vt
est tex.in cap.fin.j.de re iud.l.inter pares.ff.de re iudi.& tex.no.
in l.lege Julia. ff.de manumiss. Unde cum reo concedatur vt
actorem edere compellat,secundum communem opin.a fortio
ri hoc permitti debet in talibus causis fauorabilibus. d.ca.fin.
Et licet ibi tantum loquatur de quatuor fauorabilibus causis,
scilicet in matrimonio, dote, libertate, & testamento,generali-
ter tamen in qualibet causa fauorabili procedit,ibi:nisi in cau-
sa fauorabili.Et que ibi exprimuntur,gratia exẽpli dicta sunt,
vt aperte ex modo loquendi colligitur ibi: puta in matrimo-
nio,&c.& exempla non restringunt regulam.capi.j.j.ne cleri.vel
monac.§.hactenus.inst.de grad.Et hoc not.Spec.in tit.de te-
ste.§.postquam.ver.sed quid,si tot sunt.& doc.tradunt in d.c.fi.
& ideo que supra dicta sunt,non solum per viã extensionis pro-
cedunt,arguendo in simili a fisco,vt communiter doct.dicunt,
sed etiam iure proprio vera sunt:quia materiam fauorabiliorẽ
continent.Secundo principaliter fallit regula istius cap.in v-
surario,qui actori edere tenetur ad intentionem eius fundan-
dam,vt est casus in cle.j.§.ceterum.de vsur.Et circa istam limi
tationem ad intellectum d.cle.j.queritur de tribus.Primo,an
habeat locum in Judeo.Secundo,quid si desijt esse vsurarius.
Tertio,quid in alijs personis similibus quodam modo vsura-
20 rijs.†Circa primam questionem Bal.videtur tenere quod sic,
in l.j.§.rationes.in fi.ff.de eden.dum exemplificat in Judeo, di
cens quod si famulus portauit pignus ad Judeum fenatorẽ,&
Judeus postea negat pignus sibi datum, cogitur edere codi-
ces ad fundandam intentionem actoris. Et hoc tenet glos.ex-
presse in d.cle.j.in verbo,censura.quã ibi sequitur Pau.& Jmo.
In contrarium quod non habeat locum in Judeo, probatur:
quia in dicta clemen.dicitur quod edere tenentur,& compellũ-
tur censura ecclesiastica,que est sententia interdicti, suspensio-
nis,vel excommunicationis,in cap.querenti.de verbo.signific.
& talis pena non conuenit Judeo:quia nihil ad nos de his,que
foris sunt.cap.gaudemus.de diuor.ij.quest.j.in cap.multi. Se-
cundo facit tex.in dicta clemen.j.§.fi.vbi videtur loqui de his,
qui edere tenentur; & dicit quod si contendunt non esse pecca-
tum exercere vsuras,debent puniri vt heretici.Et glossa ibi,in
verbo,hereticum,expresse dicit illam cõstitutionem in Judeis
non procedere: quia in illis proprie non cadit heresis. Et ista
opinio glos.videtur preualere:quia postrema iuxta glos.in l.fi-
lium.in §.Sabinus.ff.ad Trebel. Tertio,quia text.in d.cle.j.§.
ceterum. loquitur de vsurarijs qui fenus occulte exercent, vt
aperte ibi dicitur:ergo non habebit locum in Judeis, qui hoc
palam faciunt,& omnibus se exhibent. Unde cum verba consti
tutionis non conueniant:vt ex predictis patet,non debet habe
re locum constitutio.cap.indemnitatibus.§.penult.de elect. in
vj.l.iiij.§.toties.vbi Barto.ff.de damno infe.cum similibus.Et
predictam opin.videtur tenere in terminis Floria.in l.fi.C.de
Jude. vbi inquit quod ordinarij locorum nihil possunt cõtra
Judeos respectu penarum,de quibus loquitur tex. in capi.j.&
in capi.quanquam.de vsur.in vj.& in clement.j.de vsur.quia ille
pene non conueniunt Judeis:nam nihil ad nos,&c.ca. gaude-
mus.j.de diuor.Et ex istis verbis Floria.colligit Alexand. de
Jmo.quod dispositio ca.quanquam.non habeat locum in Ju-
l deo.Et ita alias consului Senis in consi.[l] incip.super premissa
dubitatione. Pari ergo ratione infertur ad propositũ, quod
clementi.j.non habeat locum in Judeo: ex quo simul allegata
sunt per dominum Florianum.Et de ista opin.Flor.meminit
Joan.de Anan.in cap.super his.j.de Jud.dicens illum apud
Ferrariam ita consuluisse. Sed tamen predictis non obstan-
tibus, teneo primam opin.glo.in dicta cle.j.in ver.censura.scili
cet quod idem sit in Judeis,per text.in d.cle.j.in ver.ceterum.
qui generaliter de feneratoribus loquitur:ergo debet intelligi
etiam in Judeis vsuram exercentibus,cum & ipsi vsurarij sint.
xix.dist.in cap.si Romanorum.l.j.§.& generaliter.de leg.prestã.
Nam virtute sermonis generalis omnes includuntur,etiam si
maior ratio in vno,quam in alio,videatur.l.j.§.quod autem.ff.
de aleat.l.in fraudem.in fi.ff.de testamen.mil.Et in casu nostro
omnino eadem ratio quod in Judeo videtur. Confirmatur
hoc:quia Judei odio nobis sunt.cap.cum nimis. j.de Judeis.
liiij.di.in c.nulla.Magis enim odiosi sunt,& peiores alijs infi-
delibus reputantur.j.q.j.in c.nonne.ibi:peiores ergo Judei. &
gl.ibi declarat:ergo non debent esse melioris conditionis,quã
Christiani sint,qui edere coguntur.Ita etiam tenet Domi. in
dicto c.j.de vsur.in vj.circa fin.allegando glo.in dicta clemen.j.
in verbo,censura.& sequitur Joan.de Ana.in dicto capi.super
his.Nam quando materia potest Judeis conuenire,in consti-
f tutione canonum,veniunt etiam Judei[f].c.de terris.j.de deci.
in c.quanto.ad fin.j.de vsur.quod procedit non solum in odio-
sis,sed etiam in fauorabilibus. Facit glo.j.dist.in cap.ius quiri
m tum.que tenet, quod Judei filios habeant in potestate[m]. Idẽ
n glo.xxviij.quest.j.in c.Judeorum.& immunitas[n] concessa a sta-
tuto,etiam Judeis competit.Ita not.dicit Bal. in l.spadonẽ.
§.iam autem.ff.de excusa.tutorum.Et priuilegium securitatis
datum vni cum duobus socijs, etiam de Judeis intelligitur:
secundum Ange.in l.j.ff.ad legem Jul.maiest.& in l. vtimur. ff.
de sepul.vio.Et ideo ex omnibus predictis in proposito conclu
ditur,quod cum editio,que mandatur fieri in dicta clem.j.con
ueniat etiam Judeis in illis etiam locum habere intelligitur.
Non obstant allegata supra in contrarium, & primo quod cen-
o sura ecclesiastica non cadit in Judeis:quia per indirectũ[o] be-
ne conuenit,& cadit in eis,vt glo.dicit in verb.censura. s.alleg.
Et a pari procedunt indirecta excommunicatio,& directa. ca.
quanto.vbi tex.not.j.de priuileg.& tex.in ca. post miserabilem.
j.de vsuris.vbi etiam Judei ad restitutionem vsurarum com-
pelluntur.Non obstat tex.in dicta clemen.vnica.§.fin.quia ve-
rum est quod pena,de qua loquitur §.fina. non habet locum in
Judeis:vt tenet gl.ibi,in verbo,hereticum.& bene quia illa nul
lo modo congruit Judeis.Secus est in editione librorum,que
mandatur fieri: vt in dicto §.ceterum. quia illa etiam Judeis
congruit,declarando vt supra,& hoc modo concordantur glos.
21 que in dicta clemen.j.videntur cõtradicere. †Non obstat quod
Judei palam vsuras exercent:quia etiam sunt Christiani, qui
palam hoc faciunt:vt est Mediolani apud nos: & quocunque
modo sit,sicut dicta clementi.j.locum habet in Christianis,ita
etiam dicendum est in Judeis. Non obstat dictum Flor. quia
non est verum isto casu,per supra dicta:vel cum ipse alleget di-
ctam clemen.j. ita simpliciter debet dictum eius intelligi quo
ad §.fin.cuius pena non cadit in Judeo:secus quo ad §. cete-
22 rum.per s.dicta. †Ad secundum videtur breuiter dicẽdum quod
6 d.cle.j.habeat locum etiã in eo,qui desijt vsurarius[6] esse.Hoc
Bar.dicit per illum tex.in l.pretor ait.§.is etiam.per illũ tex.ff.
de eden.idem Bar.per illũ tex.in l.quis sit fugitiuus. in princ.
ff.de edi.edic.dicens quod vsurarius tamẽ dicitur,licet desierit fe-
nerari.ad idem bonus tex.in l.palam.§.non solum.vbi Bar. ff.
de rit.nup.& videtur ista communis opi.quam Ange.sequitur
in l.sicut.§.superuacuũ.ff.quib.mo.pig.vel hypo.sol.& in dispu.
sua incip.Astensis miles.Rom.in l.sequitur.§.itẽ Labeo.ff.de
vsuc.Bal.in l.improbũ.in fi.C.de infa.facit tex.in c. testimoniũ.
in ij.respon.in ti.j.secundum Are.hic.Contrariũ tamen tenet Bal.in
rup.C.de vsur.q.ij.dicẽs se ita consuluisse:quia per restitutionem
vsurarũ nomen vsurarij aboletur.alleg.tex.in c.cũ tu.versi. do
nec.j.de vsur.& reperio quod istã opi.Bal.sequitur Lau.de Rido.in
cap.con

cap.consuluit.in repet.quest.centesima.versic.est etiam questio inter docto.de vsur.allegat etiam in cap.quanquam.de vsu. in vj.in princ.Et hoc etiam approbat Roma.in consi.cccciiij.incipien.in casu proposito.facit tex.in cap.inter solicitudines.§.penul.j.de purg.cano.quem pro ista parte Are.inducit.Pro cõcordia Alexand.de Imo.distinguit in l.j.C.de edendo.& in d.l. pretor ait.§.is etiam. quod ante restitutionem vsurarum vera sit opin.Barto.que communis est:post factam vero restitutionem,decisio Bal.procedat.Et istam distinctionem prius originaliter tradit Ioan.de Ana.in cap.quia in omnibus.j.de vsu. dicens veram esse opi.Bald.in casu,quo loquitur, scilicet post restitutionem vsurarum, sed ante restitutionem,quando simpliciter desijt esse vsurarius, Bartol.loquitur:& ita,secundum eum,non contradicunt.Et ista distinctio videtur contra intẽtionem Bal.qui in dicta rub.C.de vsur.reprobat Barto.& ei directo contradicit.Et tenendo communem opin.ad tex.in d.ca. cum tu.dicit Are.quod parum facit:quia verum est quod relaxatur suspensio,vsurario restituente vsuras: non tamen per hoc sequitur quod infamia purgetur,& mala suspicio. Postremo Areti.ipse aliter,quam supra dictum sit,distinguit quod si nulla apparet suspicio contra emendatum de crimine vsurarum,tunc verum sit quod Bal.dicit. Sed quando aliqua presumptio insurgit contra ipsum emẽdatum, fraus presumitur:
23 & tali casu opinio Bart.& aliorum procedat.† Ut distincte procedamus in proposita quest.cõsidero duos casus. Primus est, an constitutio,& que in vsurario simpliciter loquitur,habeat locum in vsurario emẽdato de crimine.Et ista questio a proposito nostro aliena est.De illa Bartol.loquitur in dicta l.si quis sit fugitiuus.in princ.& in dicta l.palam.Bal.in dicta rub.C.de vsur. cum alijs supra allegatis. Et probabilis videtur illa distinctio,an vsure restitute fuerint,vel non,vt supra dixi, secun-
24 dum Alexand.& Ioannem de Anan.† Secundus casus est,an vsurarius,qui desijt vsurarius esse,teneatur libros edere,secũdum quod dicitur in dicta clement.j.de vsur.& ista questio non deciditur ex supra dictis licet a doctoribus inculcetur. Pro decisione huius questionis habemus cõsiderare verba,que habentur in d.cle.j. ex quibus patet quod duo necessaria sunt, vt libros cogatur edere. Primo requiritur quod vsurarius sit. Secundo quod pro restitutione vsurarum conueniatur,vt colligitur ibi:ad exhibendum,cum de vsuris agetur.Non ergo vsurarius simpliciter tenetur edere, sed tunc demum, cum agitur de vsuris. Unde si contra vsurarium agatur ex contractu venditionis,vel ex alia causa,que non respiciat vsuras,non cogitur vsurarius.Ita ibi voluit Pet.de Ancb.& Card.in dicto §.ceterum. in j.quest. post Lap. Et hoc etiam expresse decidit Bal.in c.clerici.versi.sed nunquid.j.de vita & honest.cle.dicens quod si agatur contra vsurarium ad alium effectum,quam ad restitutionem vsurarum,non tenetur edere. Ex quo enim non concurrit qualitas,que in d.cle.j.requiritur, non debet habere locum dispositio:vt not.Ioan.And.in cap.j.de homic.in vj.in Nouella.Bal.in l.si quis non dicam rapere.C.de episc.& cle.& in l.hi qui ad ciuilia.C.de app.& Bald.in l.j.§.ait pretor.ff.ne quid in flumi.publ.cum similibus.Et ideo in proposito quanuis retineret nomen vsurarij ille,qui desijt exercere vsuras,vt Bar. dicit in locis supra allegatis: hoc tamen non sufficit, vt libros compellatur edere,nisi agatur pro restitutione vsurarum.Unde si fuit facta restitutio vsurarum,prout Bal.loquitur,verum est vt non cogatur edere hac ratione, quia non agitur de vsuris: ante restitutionem vero si conueniatur pro vsuris ad editionem librorum scriptorum tempore,quo erat vsurarius, edere tenetur,dicta l.pretor ait.in §.is etiam.vbi Barto.ff.de edendo.Si vero conuenitur pro libris factis posteaquam desijt esse vsurarius,non tenetur edere,duplici ratione:quia non agitur de vsuris,& quia non est vsurarius: nec ab aduersario conscri-
25 pti sunt. Et ita declaratur iste articulus. quod nota.† Circa tertium dubium concludendum est quod d.cle.j.§.ceterum.licet in vsurarijs loquatur, extenditur tamen & locum habet in alijs personis odiosis, similibus quodam modo vsurarijs, vt sunt publicani,naute,caupones,stabularij.Ita no.voluit Baldus in l.dissolute.C.de condict.ex lege. dicens idem esse, quod in vsurarijs:quia est eadem ratio. Et hoc sequitur Alexan. de Imo.& Mod.in dicta l.j.C.de edendo.facit tex.in l.j.§.j.ff.nau. caupo.stabul.in l.j.§.dixerit aliquis.in l.quante. ff.de publican. Sed tamen contrarium voluit Rom.in dicta l.quante.de quo Alexan.non meminit in dicta l.j.C.de edendo. Mouetur Roman.quia dispositio d.clementi.odiosa est,& penalis:ergo non debet extendi.l.si vero.§.de viro.ff.soluto matrimon.& in regula, odia.de regul.iur.in sexto.Et istam opinionem Roma.contra Baldum vrgenti ratione videtur sequi Aretin.hic:quia d. clemen.loquitur, quando contra vsurarium agitur de vsuris,

Unde si vsurarius pro alio dolo,vel fraude conueniretur, non teneretur edere:vt not.ibi Pet.de Anchar.& supra dixi. Ergo dicendum est quod supra dicte persone non cogantur edere:quia cum eis non agitur de vsuris,vt in dicta clemen.j. requiritur. Confirmatur hoc:quia in vsuris versatur delictum, ex quo vsure omnino prohibentur.capi.quia in omnibus.de vsur. Sed in personis supra dictis nullum est delictum,cum iure permittente eorum artem exerceat: ideo in talibus diuersa ratio videtur.Facit textus in l.quis sit fugitiuus.§.apud Labeonem. & quod ibi Barto.ff.de edil.edict.vbi inquit quod statutum in vsurario non habet locum in eo, qui contractum facit prima facie licitum,licet in veritate sit in fraudem vsurarum:quãuis ergo publicani,naute,& similes,in eorum contractibus fraudẽ sepe numero committant, ex quo tamen vsuram patenter non exercent,secundum formam contractus, non veniunt sub dispositione d.clemen.j.que de vsuris loquitur.& ita arguit Aret. hic.His non obstantibus,non puto discedendum ab opi.Bal. que approbatur communiter, & sustentabilis videtur. Nam in ista materia editionis proceditur de simslibus ad similia.l.quedam.§.nummularius.l.argentarius.§.j.ff.de edend.Facit textus in l.si quis ex argentarijs.§.j.versicu.nam & si plures.eod.titu.& in l.j.§.de rationibus.& ff.de tutel.& rat.distrab.Et satis similes vsurarijs sunt publicani,naute,& alij supra dicti, de quibus lex multum suspicatur. Et licet aliqua dissimilitudo inter eos considerari possit,non refert. Satis est enim, subesse similitudinem respectu presumptionis fraudis, de qua agitur, ex eo quod not.domi.Abb.in cap.translato.de constitut.in capit. quemadmodum.de iureiurando.Non obstant allegata in contrarium.Et primo quod in penalibus non fit extensio,vt Roman.dicit:quia contrarium est verum,cum etiam in penalibus extensio fiat.glos. ordinaria in l.si quis id quod.ff. de iurisdict. omnium iudicum.tex.in capit.j.vbi Bald.que fuit prima causa benefi.amit.Et maxime hoc procedit,quando agitur de peccato euitando, & de salute anime, prout videtur loqui text.in dicta clementi.j.Nam tunc extensio fit etiam in materia odiosa,& penali:vt not.tradit Ioan.And. vbi Abb.multum extollit in cap.ex tenore.j.qui filij sint legit.Abb.in cap.quesiuit.de diuor. Anton.de But.in cap.ad eminentiam.ad finem,de sentent.excommunica.Bartol.in authent.sacramenta puberum.C.si aduersus vendit. Non obstat quod dicit Aretin.scilicet quod dicta clementi.j.restringitur,quando agitur de vsuris: quia verum est,& supra dixi.Sed dico quod similitudo hoc modo procedit, scilicet quando agitur contra publicanum, vel nautam, in pertinentibus ad eorum exercitium. Nam facta equiparatione inter istos,& vsurarios,sicut vsurarius duntaxat tenetur edere,quando contra eum agitur de vsuris, ita & isti edere tantum debent,quãdo queritur de aliqua extorsione, & fraude per ipsos commissa in eorum exercitio, de quo lex multum suspicatur.Et ita verisimile est Bal.intellexisse. Non obstat quod conditio istorum non sit reprobata: quia editio fit propter fraudem, que presumitur: & hec sinistra, & mala suspicio militat ita in istis,sicut in vsurarijs:& hoc sufficit,vt argumen.a simili procedat per supra dicta.Ultimo non obstat textus in §. apud Labeonem.quia licet isti non comprehendantur ex verbis, tamen ex mente d. clement. satis videntur comprehendi,vel sal-
26 tem per extensionem,& ex similitudine rationis.† Tertio principaliter fallit ratione officij, vt in argentarijs, qui coguntur edere, etiam si cum illis controuersia sit.l.argentarius.in principio.l.pretor ait.in principio.ff.de edendo. Item in nummularijs, qui argentarijs similes sunt: vt dicitur in l.quedam. §.
27 nummularios.ff.de edendo.& hoc clarum est. † Sed apud docto.magna dubitatio est,an hoc procedat in mercatoribus nostri temporis, vt ad similitudinem argentariorum, rationum suarum codices exhibere teneantur. Et communis videtur opin.quod sic:quam originaliter tenuit Iacobus Butrig.in l. prima.C.de edendo.vbi Bartolus,Angelus,& Salicet. hoc sequuntur. Idem ibi approbant Francisc.de Albe.Floria.Alexand.de Imo.& Moder. Idem Iacob.Butriga.& Barto.& in l.quedam.in princip.Iacob.Butrig.& Alber.in l.prima.§.editiones.ff.de edendo.Anton.de Butr.Card.& Abb.hic, & Cardina.in clemen.j.§.ceterum.in v.opposi.de vsur.vbi dicit quod hoc dictum communiter seruatur.Et Baldus hoc idem sequitur in rub.C.de constitu.pecun. Et ista est communis opinio, vt hic dicit etiam Aretinus que potissime hac ratione fundatur:quia in talibus mercatoribus,& artificibus consuetudo inoleuit,vt omnia,que cum eis aguntur,in eorum codicibus ipsi scribant:vnde contrahentes cum eis tacite ipsis mandare videntur quod scribant,prout ab eis fieri consuetum est,argum. l.vel vniuersorum.ff.de pigno.actione.& in l.Titianus.ff.quod cum eo. Que tamen iura loquuntur in consuetudine man-

dantis: in casu nostro vero agitur de consuetudine eius, cui fit mandatum, vel de generali consuetudine. Unde pro ista communi opinione melius facit text. nota. quod, ibi Bal. in l. fina. C. de fideiusso. quem adducit Aret. hic, et Alex. in l. j. C. de eden. Sed illum prius allegauit Bal. in rub. C. de consti. pecun. facit etiam tex. in l. si pignore. §. fin. ff. de pigno. actio. in l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de edil. edict. in l. iiij. ff. de spon. in l. manumissio per lictores. ff. de manu. vind. Et ad hoc etiam dictum Inno. in cap. olim. de verb. signi. ubi inquit quod in contractibus,
q et in qualibet materia dispositio regulatur a consuetudine[q]. Quod dictum refert, et sequitur domin. Abb. in cap. certificari. de sepult. in princip. Ad hoc etiam, quod not. Bart. per illum tex. in l. j. C. de iure fisci. lib. x. domi. Abb. per illum tex. et ibi late Mod. in cap. cum ius. de const. Barto. per illum textum in l. si prius. §. recte placuit. ff. de aqua pluuia arcenda. cum similib. Ista ratio, que communiter approbatur, non videtur esse sufficiens. Primo, quia negari potest, quod sit talis consuetudo: et alleganti talem consuetudinem incumbit onus probandi. l. prescriptione. cum glo. C. si contra ius vel util. publi. not. Bart. in l. de quibus. ad fin. ff. de legi. et in l. omnes populi. ad fin. ff. de iust. et iur. Secundo, nam dato quod sit aliqua consuetudo, illa inducta est in fauorem scribentium, qui ad eorum utilitatem scribunt. Unde non debet in odium ipsorum retorqueri, ut ad fundandam intentionem aduersarij libros suos edere compellantur. argument. l. quod fauore. C. de legib. Confirmatur hoc. quia consuetudo contra ius commune, qualis ista esset, est stricti iuris: unde extendi non debet, per ea, que Innocē. tradit in cap. dilecto. de officio archid. et quod voluit gloss. in regu. odia. de regu. iur. in vj. Barto. in l. j. §. si quis hoc interdicto. ff. de itinere actuque priua. cum similibus. et in proposito videtur casus dissimilis: nam si cōsuetudo introducta sit ut mercatores pro eorum instructione rationes scribant, durum est, et rigorosum ut trahatur ad alium casum, scilicet ut exhiberi rationes debeant ad instructionem alterius in preiudicium scribentiū. Et iura que pro cōmuni opinione adducuntur, loquuntur in consuetudine generali, que generaliter attenditur: ut cum magna sit authoritas consuetudinis. Nos vero loquimur de consuetudine scribentium, que est facti, et non facit ius: ut declarat Ant. de But. in cap. fin. de consuetud. Aret. consil. xj. incipien. procedendum est. Et licet talis priuata consuetudo sepenumero cōsideretur ad interpretandum voluntatem, ut in l. si seruus plurium. §. fin. de leg. j. l. Mela. de alimen. et cib. lega. l. cum alimenta. eodem titul. cum similibus, non tamen ex tali consuetudine facti, offenditur voluntas, prout esset in isto casu: quia mercatores scribentes voluerunt sibiipsis consulere, non alijs, in ipsorum preiudicium. argumen. cap. super hoc. de renū. l. cum de indebito. ff. de proba. Et actus scribendi non debet operari ultra intentionem. l. non omnis. ff. si certum petatur. Nec obstat si dicatur quod ex tali consuetudine scribendi, que facti esse dicitur, postea insurgit, et producitur consuetudo generalis, que facti ius, et notorium inducit: quia, ut supra dixi, talis priuata consuetudo scribendi ad propriam utilitatem, non debet producere contrarium effectum, ut in preiudicium eius, quis necessitetur: cum enim sit stricti iuris, extra casum suum non extenditur. Cum ergo non sit consuetudo, non potest argui tacitum mandatum: et sic cessat fundamentum communis opinionis. Et dato quod mandatum, etiam expressum, interuenisset, mercator, qui scribit non pro executione mandati, sed pro interesse, et utilitate eius videtur scribere: argument. l. si communes. ff. de nego. gest. Quod not. Barto. in l. duo fratres. ff. de acquirenda hered. et in l. Modestinus. de solution. in ij. princi. articu. et latissime deducit Aretin. hic. Et licet ipse sequatur communem opinionem remouendo hanc rationem: quia cum ista obligatio inducatur ex consuetudine, non attenditur intentio scribentis, sed ultra intentionem ex necessitate consuetudinis quis adstringitur. Dico quod istud non est verum: quia nulla videtur consuetudo in isto casu ultra intentionem scribentis, per supra dicta. Secundo pro illa opi. communi domi. Ioan. Petrutius in dicta l. j. C. de edendo. inducit tex. in l. pretor ait. in princip. ff. de edendo. dum ibi dicitur, Argentarij edere coguntur: quia cum singulorum rationes conficiant, equum fuit id, quod mei causa confectum est, meum quodam modo instrumēto mihi edi. Nam ista ratio utique militat in mercatoribus nostri temporis: ergo idem videtur dicendum, presertim cum sit ratio scripta expresse in lege. Sed dupliciter responderi potest. Primo, quod textus in dicta l. pretor. non potuit rationem finalem: sed ponitur in l. argentarius. §. j. ff. eodem titulo. ubi due rationes colliguntur, que non videntur habere locum in mercatoribus. Secundo quia verba d. l. pretor. non conueniunt mercatoribus. Non enim ipsi rationes scribunt aliorum causa, sed pro eorum instructione. Nec mercatores ratione officij singulorum rationes conscribunt, sed pro eorum duntaxat utilitate. Tertio secundum Aretinum hic, et Alexan. in dicta l. j. facit textus in dicta l. argentarius. in princip. ubi due rationes adducuntur in argentarijs: quia publicum est eorum officium, et quia in scribendo principalis eorum opera versatur. Unde in mercatoribus sufficit alteram rationem procedere. §. affinitatis. institu. de nuptijs. Ad hoc etiam respondetur, Primo quod tex. ibi loquitur copulatiue: unde requiritur cōcursus utriusque rationis. l. si heredi. de conditionibus instit. in cap. is quoque. et in cap. plerisque. ubi gloss. de election. in vj. Et hac ratione attenta, etiam prima ratio sola sufficeret: et sic quilibet habēs officium publicum compelleretur edere: quod tamen non videtur ita expeditum. Secundo, quia ratio scribēdi non videtur procedere in mercatore. Nam opera eorum est in mercantijs principaliter. ut no. Bartolus in l. semper. §. negotiatores. ff. de iure immuni. non in scribendo. Quarto ista communis opinio satis probari videtur in l. quedam. §. nummularios. ff. de edendo. ubi quod dictum est in argentarijs, ad nummularios extenditur ex sola ratione scripture. Ita videtur ergo in mercatoribus dicendum: quia verba Iurisconsulti, et ratio posita in dicto §. nummularios. bene conuenit mercatoribus. Sed responderi potest quod in mercatoribus non sit ratio, que in nummularijs reperitur: nō enim sunt similes. Vide gloss. in dicto §. nummularios. Et quia opera mercatorum non est principaliter in scribendo, ut supra dictum est. Cōtrariam vero opin. plerique docto. sequuntur Iacob. de Belui. et Bald. in dicta l. j. versic. sed iuxta hoc quero. et in l. j. ibi: caue tibi de falsa causa. Et idem Bald. in l. j. §. rationes. versi. extra quero. ff. de edendo. Ange. in l. argentarius. in princip. ff. de edendo. Petrus de Anchar. in clement. j. de usuris. Ioan. de Imo. hic, concludentes, mercatores non teneri ad exhibendum eorum rationes. Mouentur precipue, Primo quia in argentarijs erat consuetudo ut ipsi rationes conscriberent: et tamen ut ipsi cogantur edere, mandatum requiritur. l. si quis ex argentarijs. §. pertinere. ff. de edendo. ergo datur intelligi quod sola consuetudo, que in mercatoribus allegatur, non sufficit, nisi etiam mandatum accedat. Ad hoc respondet Alexand. in dicta l. prima. quod §. pertinere. quatenus ibi mandatum exigitur, procedit in his, qui cum argentarijs non contraxerunt. Nam licet interesse pretendant, editionem petere non possunt nisi ab eis mandatum fuerit: secus vero in ipsis contrahentibus: quia ratione consuetudinis tacite mandare videntur, per ea, que supra dicta sunt: et ideo in eis non requiritur aliud mandatum. Ista responsio multum restringit tex. in dicto §. pertinere. imo videtur cōtra illum textum qui videtur loqui etiam in ipsis contrahētibus, inducendo hoc modo. Nam in §. ex hoc edicto. proxime precedenti, regula ponitur, quod ex illo edicto actio competit ad id, quod interest: et ista regula, clarum est, quod habet locum in contrahentibus cum argentarijs. Deinde infertur quod si interesse consideratur: ergo editio fit ei, ad quem pertinet. in ver. pertinere. declaratur, et interpretatur verbum. pertinere: ergo intelligitur secundum §. qui interpretatur. §. j. in authen. de fi. ante do. instr. nat. Et sic habebit locum in ipsis contrahentibus, sicut in alijs, ut procedit in dicto §. ex edicto. Unde responderi formaliter potest, quod §. pertinere. intelligatur generaliter, ut dixi. Et dum dicitur ibi, rationem ad me pertinere, si tractaueris a me mandante. nam ista verba satis verificantur in eo, qui simpliciter contrahit: qui tacite mandare videtur ut s. Sic ergo me mandante, expresse vel tacite contrahendo: nam tacitum mandatum expresso equiparatur, in l. qui patitur. ff. manda. Innocen. in capit. ex parte decani. de rescript. Ista responsio parum differt a prima, et videtur dubia: quia si supra loquatur de contrahentibus, et tamen requiritur mandatum, datur intelligi quod illud mandatum, quod insurgit ratione contractus, non sufficit, sed formaliter mandatum debeat interuenire: ideo cogitandum est. Secūdo pro ista parte arguitur: quia speciale est in usurario, ut rationes suas edere teneatur: ut in clemen. j. §. ceterum. de usuris. ergo in contrarium erit ius commune. do. Alexand. in dicta l. j. respondet dupliciter. Primo secundum Card. in dicta clemen. j. §. ceterum. in v. opposi. quod speciale sit in usurario, qui secrete feneratur. Nos vero loquimur in mercatoribus publicis. Facit tex. in dicta clemen. j. ibi: occulte ineunt. Ista differentia, que fit inter usurarium publicum, et occultum non videtur habere locum in d. clem. j. Cum enim ibi usurarij cogantur edere. debet probari ista qualitas quod usurarij sint, iuxta no. per Io. And. in c. j. de homic. in vj. Bar. in l. diuus. ff. de test. mili. Bald. in l. si quando. C. unde vi. cum si. et Card. in terminis hoc dicit in d. cle. j. §. ceterū. in j. q. Rom. hoc probat in consi. xxxvj. incip. ultra pridie allegat.

gat. Hoc probato non erit differentia an sit publicus vel occultus: quia ibi loquitur textus quo ad restitutionem vsurarum: vt dicitur ibi, cum de vsurarijs agitur. & ista restitutio pariter ab vtroque debetur. Preterea quando fit talis differentia, iura de manifesto expresse dicunt. capi. quanquam. de vsur. in vj. Et text. ibi simpliciter dicit feneratores: ergo simpliciter intelligitur. Nec obstat dum dicitur ibi occulte ineunt: quia loquitur quo ad probationem, & hoc etiam potest in publicis vsurarijs contingere. Item clarum est quod illa clement. habet locum in publico vsurario, dum generaliter loquitur: ergo videtur speciale in vtroque vsurario, quia vna determinatio, &c. Secundo respondet Alexan. esse speciale ibi, vt non solum librum rationum, sed etiam omnem schedulam edere teneatur: vt sentit glo. ibi, ver. compellendi. in dicta clemen. j. §. ceterum. vbi Card. in v. opposit. Idem Ange. in l. si quis. §. rationem. ff. de edend. Sed argentarij, & mercatores duntaxat rationes coguntur edere. l. pretor. in princi. iuncto §. rationem. ibi. l. si quis ex argentarijs. ff. de edendo. Ista solutio diuinat: quia in text. nullum verbum de schedulis: & text. ibi de rationibus simpliciter loquitur, ibi: suarum codices rationum. sicut loquitur iurisconsultus. in dicta l. pretor. & in dicto §. rationem. Cum ergo eodem modo iura loquantur, non possunt diuersimode intelligi absque diuinatione. Unde plerique alij Moder. in dicta l. j. respondēt speciale esse, vt vsurarij cogantur edere, ad detegendum eorum turpitudinem, & fraudem: cum alias licet edere quis cogatur, non teneatur, casu quo eius turpitudo detegatur. l. ij. §. diuus. el j. de iure fisci. Bal. & alij in l. fin. C. de edendo. Ista responsio videtur dubia: quia editio tantum debet fieri, cum agitur de vsuris. d. cle. j. Non ergo videtur esse in consideratione quod detegatur turpitudo: quia tunc indistincte tenerentur edere, etiam si non ageretur de vsuris: ex quo eadem ratio locum haberet, vt detegeretur turpitudo. Preterea vt cogatur vsurarius edere debet prius constare, istum esse vsurarium, vt supra dixi. Non ergo fit editio vt detegatur turpitudo, cum sit prius delecta: sed fit ad hoc vt super restitutione vsurarum conuincatur. Item considerandum est quod ratio illa turpitudinis detegende non videtur esse in consideratione in isto casu: quia doctores, qui hoc dicunt, loquuntur in actore: qui licet teneatur reo edere ad probandum exceptionem hoc non habet locum, si eius turpitudo detegatur: quia tunc equitas cessat. Sed ista interpretatio non cadit in vsurario, ex quo lex specialiter de ipso loquitur, & figit pedes, disponendo quod edere teneatur. Tertio bene facit tex. in l. argentarius. in prin. secundum Ang. ibi. ff. de edend. vbi argentarij tantum coguntur edere, non alij similes. Nam mercatores non videntur argentarijs similes: vt per gloss. in l. quedam. §. nummularios. ff. de eden. ergo videtur quod non cogantur edere. Sed respondetur quod data consuetudine dicuntur similes: vt not. Bart. in l. nuda. ff. de donat. & glo. in §. argentariorum. in authen. de fideiusso. ad hoc bene facit text. in dicta l. quedam. §. nummularios. Satis est enim quod similitudo sit in eo, de quo agitur: vt per Abbatem in cap. translato. s. de constitut. Quarto, quia ratio, que in argentarijs assignatur, est, quia eorum officium est publicum, in dicta l. argentarius. in princip. que ratio cessat in mercatoribus. Sed dic, secundum Aret. hic, & Alexan. in dicta l. j. quod due rationes ponuntur in dicta l. argentarius. in principio. Prima quod officium eorum est publicum. Secunda, quod eorum opera est in scribendo: vnde sufficit quod vna habeat locum, in §. affinitatis. institu. de nuptijs. Confirmo per §. nummularios. in dicta l. quedam. vbi extensio fit ad nummularios, qui non habent officium de publico ex ea ratione tātum, quia scribunt, que militat in mercatoribus, vt s. dixi. Pro ista parte aliquibus medijs arguit, & respondet Aretinus, vt hic per eum. Ex quibus omnibus patet quod articulus disputabilis
28 est. † Retenta tamen communi opinione a qua in practica nullo modo recedendum est, limitatur primo secundum Abbatem hic non procedere in libris, quos mercatores domi secre-
r ter pro eorum instructione retinent. Nam tales edere nō compelluntur: quia sunt propria eorum instrumenta, secundū Abbatem. Sed Alexan. in dicta l. prima. reprehendit hoc dictum. Nam non videtur bona ratio, Instrumenta propria eorū sunt, ergo non tenentur edere. Patet in argentario, qui edere tenetur, & tamen instrumenta sunt propria eius. l. pretor. in princip. vbi glo. in versicu. meum. ff. de edendo. Sed certe ista responsio debilis videtur: quia domin. Abbas considerat quod in talibus libris secretis cessat consuetudo, & non habet locum mandatum. Cessante ergo consuetudine, ratio est bona: quia propria instrumenta quis non tenetur edere, nisi mandatum accedat: quod non est in talibus libris. Et hoc idem notat Cardina. in dicta clemen. prima. §. ceterum. in quinta oppositione. in

fine, dum inquit quod mercatores non tenentur edere memoriale eorum, sed tantum librum, quem habent publice. Et in vsurario speciale est, vt omnem scripturam exhibere teneatur. Et idem videtur tenere Bal. in l. prima. §. rationes. ff. de edendo. dum loquitur ibi de bastardello. Secundo fallit, quando immediate contra mercatorem allegatur consuetudo scribendi: quia ex tali consuetudine non probatur mandatum. Secus si allegatur mandatum, & ad probandum illud inducatur consuetudo, secundum Paulum de Cast. qui ita communem opinionem intelligit in dicta l. prima per nota. in simili in l. si certis annis. C. de pactis. & in l. cum de in rem verso. ff. de vsuris. Tertio, quando constaret nec mandatum, etiam tacitum interuenisse, a cessante ratione docto. ita Bartol. in dicta l. quedam. in principio. Quarto, quando petens editionem non pretendit interesse, vt infra dicam de notario, vbi melius cadit. Quinto fallit, quando libris mercatorum non adhiberetur fides: nam tunc secundum Aretinum a mercatoribus editio nō petitur: vt dicitur in dicto §. nummularios. Dicit Socinus in dicta l. prima, ad finem. quod videtur ista limitatio Aret. contra intentionem docto. qui dicunt quod in mercatoribus sufficit illa ratio, quia rationes conficiunt: ergo aliud non requiritur, si illa ratio sufficit: sic non videtur necessarium quod libri plenam fidem faciant. Sed dic quod doctores dum considerant illam rationem, excludunt tantum aliam rationem, scilicet quod non requiratur officium de publico non quod libris non daretur fidem. Est tamen verum quod Bartol. in dicta l.
s quedam. in principio. videtur velle quod indistincte [s] mercatores debeant edere, licet eorum libris non tribuatur plena fides. Et hoc tenet ipse Aretin. Hoc idem firmauit Cardin. in dicta clemen. j. §. ceterum. in v. opposi. & sentit Angel. in consil. cclxxiiij. incipiē. ex themate. & in dicto §. nummularios. Et pro ista conclusione facit, quia ratio, que est vt mercatores cogantur edere, scilicet consuetudo: & tacitum mandatum, militat, & procedit quamuis plene libris non credatur. Non obstat §. nūmularios. quia secundum Aretinum sufficit prima ratio, que ibi ponitur: scilicet quia rationes scribunt. §. affinitatis. instit. de nuptijs. Uel ibi dum dicitur quod ad libros nummulariorum recurrit, non dicitur hoc pro ratione, sed incidenter: nec
29 decisio super hoc fundatur, vt satis ibi patet. † Et nota quod
3 libris mercatorum datur fides de consuetudine 3. Feder. consilio cxix. incipiente, nulli dubium est. circa finem. Et vide de probatione huius consuetudinis Aretin. in consilio xliiij. incipiente, in proposita consultatione. Et stante tali consuetudine,
t vel statuto [t] incidenter tria vtiliter notanda sunt. Primo quod
30 indistincte † talis consuetudo, vel statutum non valet, non distinguendo quātitatem, vel qualitatem mercatorum, quia prestaret occasionem ad malum. Bald. not. in l. prima. C. de confessis. in princip. ibi: si autem consuetudo esset discreta. Et sequitur hoc late dominus Abb. in cap. bone. el secundo. de postula.
v prelatorum. Alexand. [v] in l. quedam. §. nummularios. de edendo. Secundo talis consuetudo, vel statutum intelligitur, vel
x interpretatur in his, que respiciunt mercantiam [x], nō in alijs, que mercatores extra mercantias scribunt. Ita no. voluit Jo. And. in additio. Specul. de instrumen. edi. §. nunc videndum. circa principium magne additionis, argumē. l. iij. §. ex hoc edicto. ff. naut. caup. Et secundum istam declarationem consuluit Roman. in consilio cccciiij. incip. pro discutienda. & in consilio sequen. ccccv. incipiente in puncto proposito. & Areti. in dicto consilio xliiij. Romanus in l. admonendi. facit quod not. Baldus in l. fina. C. ad Macedonianum. & in l. secunda, de constitu. pecun. cum similibus. Tertio, quod dicit Joan. Andr. in dicta additione, quod dicta cōsuetudo habebit locum, etiam si producatur scriptura extra territorium. Satis est enim quod fue
z rit facta in loco, vbi viget tale statutum [z]. allegat l. j. de emanc. liber. cap. cum dilectus. de fide instrument. & idem tenet Anto. de Bu. in cap. ij. de fide instrumen. & Bald. generaliter idem dicit in l. si non speciali. per illum tex. C. de test. mi. & in l. exemplo. C. de probat. & in rub. C. de fide instrumen. facit quod no. Bald.
31 in l. ij. C. de const. pecun. † Quarto principaliter limitatur regula huius tex. non procedere, si iudex ex officio velit reum cogere ad edendum. Nam ex causa potest, secundum domi. de Rota in decisione ccxviij. incipien. licet pars. in nouis. alias ccxij. & est v. in titu. cod. de probatio. in nouis. & idem tenet Innocen. hic, dummodo actor iuret quod non animo calumniandi hoc a iudice petat: & iusta causa erit, si actori facultas probandi absque culpa eius perijsset: vt notat Specula. de instrumen. edi. §. videndum. versicu. ex premissis. Et ita tenent Anton. de Butrio, Jmo. & dominus Benedictus Capra hic, Alexand. de Jmo. in l. fin. C. de edendo. Plus voluerunt Moderni quidam scribentes hic, quod vbicunque aliter probari veritas non

potest, absque alia causa iudex ex officio reum cogere possit. Ad hoc bene facit, quod voluit not. Host. et alij sequuntur in c. j. j. de testib. cogen. qd privilegiati ne cogantur dicere testimonium, non gaudent privilegio, quando aliter veritas non potest probari: quod etiam voluit Specu. de teste. §. de testium compulsione. in princip. sequitur Anto. de Butr. in c. cum a nobis. et in c. cum nuntius. j. tit. j. Et hoc expresse tradit glos. xiij. qo. ij. cap. fin. in verbo, occultorum. Et fuit ista opinio aliquorum, et domi. de Rota. in loco s. allegato. Sed contrarium indistincte tenet hic domi. Abbas, quod iudex nullo modo ex officio, etiam causa subsistente, reum cogere possit. Movetur quibusdam rationibus, de quibus hic per eum. Et hoc etiam sequitur, et efficaciter probat Aretin. cum quo simpliciter transeunt novissimi scribentes. Et istam opinionem, contra communem sequitur etiam hic dom. Maria. Soci. motus ex aliquibus rationibus adductis per Aretin. hic: et ante istos Moder. in ista opin. fuit Bald. hic. Pro concordia plerique Mod. in l. j. C. de eden. distinguunt considerando tres casus. Primus est, quando facultas probandi actori deficit, et illam actor nunquam habuit: et isto casu nullo modo debet iudex reum gravare: quia agenti imputatur quod sibi non providit. l. qui accusare. C. de. edend. Et ita procedit text. in l. j. C. de questionibus, et alia que Abb. et Aret. adducunt. Secundus casus est, quando a principio quis habuit probationes, que temporis cursu perierunt: et tunc similiter editio denegatur, cum culpa imputari possit quod iura sua neglexerit: et sic procedit text. hic quod dicit dominus Abbas. Est et tertius casus, quando quis sibi providit de aliqua specie probationis, et illam sine culpa amisit, puta incendio, vel rapina: et tunc officium iudicis poterit implorare, ut reus compellatur edere. Et hoc casu loquuntur Innoc. Dom. de Rota et Anto. de Bu. Et ad hoc est bonus text. in ratione decidendi in l. si quis ex argentarijs. §. fin. ff. de edendo. Ista distinctio equitatem in se habere videtur: sed tamen non caret divinatione, quatenus iura, et rationes, que adducuntur per Abbat. et Are. eo casu restringuntur, quo actori potest culpa imputari. Preterea contra distinctionem predictam facit illud, quod Abb. inter alia hic dicit, quod iudex ad utilitatem privatam ex officio non movetur. Nam ista ratio generaliter procedit, sine culpa imputari possit, sive non. Ulterius considerandum est: Nam etiam si iudex ex officio supplere posset, hoc verum videtur in his, que pars potuisset, si fuisset presens: sed actor quando est presens, editionem non potest petere: ergo nec pro eo iudex poterit. Concludendo, breviter habemus considerare duos casus, in quibus doctor. communiter conveniunt. Primus est quando pro actore allegatur duntaxat studium veritatis investigande: et hec sola ratio non sufficit ut reus actori edere teneatur. Ita Anton. de Butr. hic, et domi. Abb. et omnes, Alegand. in d. l. finali. Et in hoc male loquuntur Modern. qui contradicunt, ut supra retuli. Nam dispositio cap. j. et l. qui accusare. cum similibus elusoria redderetur. Et licet veritas occultetur hoc toleratur isto casu: quia ita permittitur a iure. Non obstat quod testibus denegatur privilegium, quando veritas aliter non potest probari, secundum dictum Hostiensis in d. c. j. de testib. cogen. quia facilius privilegium tollitur, quam ius commune: de quo in casu nostro l. eius militis. §. militia missus. ff. de testa. mil. Comprobatur hoc ex eo quo tradunt Anton. de But. et Imo. in c. tertio loco. de proba. Ubi concludunt quod tunc demum admittuntur inhabiles ad testimonium, quando sunt talia, que de sui natura non possunt ab alijs probari, ut adulterium a domesticis. l. consensus. C. de repud. actus collegij a collegiatis. c. veniens. el ij. j. titu. j. Secus est in actibus, de quibus omnes alij notitiam habere possunt: quia tunc requiruntur testes idonei: et si non reperiuntur, non tamen inhabiles recipiuntur, quamvis veritas aliter probari non possit. Et idem tradit Anto. de But. in consi. xxiiij. incip. hec questio. Et ideo in proposito bene concluditur, quod quamvis veritas aliter probari non possit, reus tamen edere non cogatur. Secundus casus est, quando ex parte actoris allegatur iusta causa, scilicet quod absque eius culpa perijt facultas probandi: et sumus in causis, in quibus exuberat officium iudicis, puta in spiritualibus, vel in causis absentium: et isto casu etiam absque controversia procedit opinio Innoc. et domi. de Rota, ut ex officio iudicis cogatur edere: ut fatetur de plano do. Abb. hic, et Alegan. in d. l. fin. His duobus casibus remotis maxima altercatio relinquitur in tertio casu, quando non sumus in causis, in quibus exuberat officium iudicis, et pro actore iusta causa allegatur, quia perijt probatio absque culpa eius: et isto tertio casu vera videtur, et placet opinio Rote, et aliorum, que communis est. Nam ex causa permissum est iudici recedere a regulis iuris, et leges transcendere: ut Innocen. tradit, et omnes sequuntur in cap. j. s. de constitutio. sequitur Bal. in l. j. C. de precibus Imper. offeren. in ij. not. et in authent. sed novo iure. in iij. not. C. de servis fugit. cum simi. facit tex. in l. hominem. ff. mand. et in §. mandatum. institu. mandati. cum simi. et probatur in dicta l. si quis ex argentarijs. §. fin. ubi argentario denegatur editio, quia debet ipse ratione officij esse instructus: et tamen ex causa sibi conceditur. Non obstant allegata per Abb. et Aretin. quia procedunt, quando aliqua culpa imputari potest: ut sepius dictum est. Nec obstat quod hoc sit divinare: quia non est verum, quia regula l. qui accusare. ponitur ratione culpe, ibi: probationes habere debet, etc. Et omnia argumenta, que fiunt, procedunt secundum regulam, a qua receditur ex causa, per supra dicta. Non obstat quod iudex non movetur ex officio ad privatam utilitatem: quia imo contrarium est verius subsistente equitate. text. not. in l. plane. ff. de pet. hered. no. Inno. et Abb. et per illum tex. in cap. ad nostram. el secundo, de iureiurando. Et equitas videtur subesse ratione cause: ut dicitur in dicta l. si quis. §. fin. Nec obstat quod si pars presens fuisset, non potuisset editionem petere, quia potuisset

32 implorare officium iudicis: ut dicitur in dicta l. plane. † Quinto limitatur non habere locum in duplicibus iudicijs, in quibus quilibet tanquam actor tenetur edere reo. Ita no. Bal. in l. instrumenta. C. de fideicom. et simpliciter sequitur Alegan. in l. fina. C. de eden. Contra istam limitationem primo facit quod Bald. voluit. qui in hoc videtur sibi contradicere, in l. fin. C. de edend. ubi inquit quod reus ab actore editionem non petit ad probandum exceptionem, que non continet meram defensionem, sed impugnationem, ut in exceptione compensationis: quia opponens compensationem dicitur agere. l. amplius non peti. ff. rem ratam habe. Ergo attenta hac ratione videtur quod in duplicibus iudicijs non debeat quis, uti reus, editionem petere: quia non est ut reus simpliciter, nec meram defensionem prosequitur, et ex parte huius rei longe maior impugnatio videtur, quam in exceptione compensationis. Pro responsione salvando Bal. dici potest quod hoc procedit, in iudicijs duplicibus ratione correlationis, cum alter alteri adinvicem edere teneatur: ideo non attenditur quod ex parte rei aliqua impugnatio sequatur. Secus ubi tantum ex una parte editio conceditur, ut in reo simplici, cui ob meram defensionem permittitur: ut Bald. loquitur in dicta l. fina. Secundo respondetur quod in duplicibus iudicijs editio postulatur: quia secundum Bal. is qui petit, ut reus iudicatur: et licet non sit reus simpliciter, tamen pro illa parte, pro qua ut reus consideratur, agitur de mera defensione: nec respectu illius partis aliqua impugnatio continetur. Et ita de plano dictum Bald. procedit in dicta l. instrumenta. Sed in exceptione compensationis agitur de impugnatione: quia qui compensat, dicitur agere. l. amplius non peti. ff. rem ratam haberi. ut infra etiam videbimus. Secundo contra dictum Bald. in dicta l. instrumenta. arguitur: nam in duplicibus iudicijs par est omnium causa: et is actor iudicatur, qui prius ad iudicium provocavit: ut dicitur in l. tribus. ff. de iudicijs. Ergo non videtur absolute quod quis tanquam reus edi sibi petat: imo considerandum est quis prior ad iudicium accessit. Bald. expresse hoc sentit in dicta l. instrumenta. et ultimo verbo respondet, dicens quod de rigore processus, hoc est, ut actor dicatur, qui prius petit. Quasi velit Bald. dictum eius secundum equitatem procedere. Sed contra istam responsionem facit: quia non solum contra rigorem, sed contra equitatem est, quod reus edat actori ad intentionem fundandam. l. qui accusare. ubi textus. C. de edendo. unde si quis in duplici iudicio prius ad iudicium provocavit, actor reputatur, in dicta l. in tribus. ergo contra rigorem, et equitatem videtur quod reus sibi edere compellatur. Ad hoc respondeo, et declarando mentem Bald. breviter dicendum est, quod in veritate in duplici iudicio pro parte quilibet actor et reus dicitur: quia pro parte petit, et pro parte convenitur: ut notatur in l. secunda. C. quando, et quibus quarta pars debetur. libro decimo. Si ergo respectu editionis, debet quis vel ut actor vel ut reus duntaxat iudicari, cum mistus casus, iudicatur tamen ut reus, ut edatur sibi, secundum Baldum: et hoc ex equitate, et benignitate, inspecto eo, quod favorabilius est. Et in hoc versatur equitas: cum rei favorabiliores sint. Non obstat quod habetur in l. tribus. de iudicijs. quia illud procedit ex quodam rigore iudiciorum, et processus. Et videtur ista intentio Bal. Sed contra intentionem Bald. ita declaratam multum facit, quia sicut iurisconsultus in hoc duplici iudicio, cum queritur utrum actor tantum: vel reus debeat estimari: interpretatur quod ille sit actor, qui prius ad iudicium provocavit, alter vero provocatus sit reus. Et ad hoc facit tex. in c. forus. §. in omni. de verb. signifi. et in l. libertus a patrono. et ibi Bartol. ff. de in ius vocando. Ita in proposito dicendum videtur, quod actor reputetur, qui in primo iudicio

cio petit: ⁊ sic non poterit petere vt ab aduersario sibi edatur.
Et sicut non considerat iurisconsultus illam benignam inter-
pretationem, vt reus, quis in dubio iudicetur: prout videtur
cogitare Bald. sic non debet in hoc casu considerari. Nam vis
tota est in eo, qui incohoauit iudicium: ⁊ ab isto actu quis nomẽ
actoris sibi vendicat. d. l. in tribus. adeo quod etiam si quis pe-
tat aduersario dari terminum ad agendum a, ctor tamen dici-
tur: vt not. Bar. per illum tex. in d. l. libertum a patrono. Item
si ex equitate reus quis iudicatur in duplici iudicio, vt Bald.
dicit, ⁊ ideo vt reus sibi edi postulat: quare talis eqtas, ⁊ beni-
gna interpretatio non fit ex parte eius, a quo editio petitur, vt
ipse etiam videatur reus, ⁊ non cogatur edere. Nam attẽta ra-
tione Bal. absolute deberet vterque vt reus iudicari: ⁊ sic nul-
lus teneretur edere. Preterea in isto casu misto, in quo quis si-
mul est actor ⁊ reus, ex quo non potest fieri separatio respectu
editionis, de qua agitur, sed precise vt reus vel actor debet iudi
cari: dico quod actor reputari debet, ⁊ editio impediri: q2 in-
spicitur causa que nocet, ⁊ prohibet. l. j. §. fi. ff. ad Silla. l. ij. §. si a
pupillo. ff. pro emp. ⁊ no. Barto. in l. si vir. ad finem. ff. pro don. ⁊
ita his rationibus hoc dictum non transit absque dubio. Ma-
gna est tamen authoritas Bal. a qua durum esset in iudicãdo
33 recedere. † Sexto fallit, si actor a reo sibi edi postulat ad coad-
iuuandam intentionem iam fundatam. ita post alios conclu-
dit hic do. Abb. argu. l. qui concubinam. §. cum ita. de legat. iij.
Et ista est communis opinio, quam post antiquos approbant
Barto. Bald. Ang. ⁊ alij in l. j. §. editiones. ff. de edendo. Bart.
⁊ Bal. ⁊ omnes in d. l. fina. C. de edendo. Et per illum tex. a con-
trario sensu: ibi originem petentis. facit text. in l. predijs. §. Ti-
tio. de leg. iij. in l. Titius. ⁊ in l. creditor. ff. de act. empt. ⁊ ita om-
nes Mod. hic, ⁊ in d. l. fin. transeunt. Ex qua conclusione notã-
dum est quod facilius aliquid conceditur ad coadiuuandum,
⁊ confirmandum intentionem semel fundatam, quã si a princi-
pio dispositio, ⁊ actus debeat fundari. Ad quod bene facit tex.
sing. in l. si donate. §. si sponsus. ff. de dona. inter virum ⁊ vxorẽ.
⁊ quod singulariter voluit Bald. per illum tex. in capi. j. de fide
instrumen. dum ibi de exemplo loquitur. Secundo adduco di
ctum singulare Inno. in cap. cum clamor. j. titul. j. vbi inquit q
ad confirmandum priorem probationem, etiam facta publica-
tione de nouo, ad instantiam partis testes recipi possunt, licet
esset secus in prima, ⁊ principali probatione, per ea, que haben-
tur in dicto capi. cum clamor. vbi hoc dictum pro not. sequun-
tur Anto. ⁊ Abb. post Bal. idem Bal. in c. licet dilectus. de te-
sti. ⁊ do. Abb. in c. cum in tua. ⁊ in c. fraternitatis. in ca. ex teno-
re. in c. series. eod. tit. cum simi. Tertio accedat quod voluit mi
rabiliter Ray. de Forli. in l. j. ff. de in litem iurand. quod si fuit
9 probatum debitum ex causa mutui [9], sed nõ quantitas, ex quo
fundata est intentio creditoris in debito, poterit quantitas p-
y bari iuramento creditoris. Quod dictum [y] multum extollit
Bartholo. Veronensis in cautelis suis, in cautela cex. aliquis
mutuauit. Et idem comprobat ex his, que Bartol. tradit in l.
admonendi. versi. quid si testes. de iureiurando. Quarto, ⁊ vlti
mo multa iura adduci possunt, quibus probatur quod facilius
confirmatur quod fuit validum, quam quod ab initio fuit nul
34 lum. † Septimo fallit ad probandum replicationem. Ita vide
tur communis opinio pro qua faciunt que supra proxime di-
xi. Ista limitatio pendet ab illo art. vtrum actor edere pro reo
teneatur ad probandum exceptionem: quia replicatio videtur
eiusdẽ nature, cuius exceptio est. Ideo reseruo in sequenti prin
35 cipali dubio, vbi melius conuenit. † Octauo limita non proce-
dere, quando esset reus vsurus tali instrumento: quia tunc co-
gitur edere: vt est tex. in l. j. §. edenda. ff. de edendo. no. gloss. per
illum textum in c. contingit. de fide instru. ⁊ glo. in ca. S. perpe
tuus. eodem titu. Et idem est dicendum in testibus: quia volẽs
z eos producere, eorum nomina edere tenetur ante productio-
nem, si petatur. Glossa magna [z] in fine, in l. j. §. editiones. ff. de
edendo. Quod tamen dictum est de testibus, verum intelligi-
tur, nisi esset timor subornationis: vt no. voluit Guil. de Cu. in
l. edita. C. de edendo. Cuius dictum sequitur, ⁊ extollit Bal. in
l. fin. versi. etiam queritur. C. de edendo. Pro ista limitatione fa
cit quod not. dixit Inn. hic, quod si intentio alicuius fundatur
in aliquo instrumento, priuilegio, vel scriptura, aduersarius
ante omnia petere potest vt edatur sibi talis scriptura, vt deli-
berare possit. Et hoc dictum sequuntur Anton. de But. Imo.
Abb. ⁊ Moder. ⁊ tenent domi. de Rota in decisione xxxiiij. in-
cipien. item si in libello. in nouis. est secunda in titul. de probat.
in nouis. Bal. in l. fin. C. de prec. imper. offeren. ⁊ tradit Bartol.
⁊ omnes in l. edita. C. de edendo. Bar. in l. postquam. §. si dies. ff.
vt leg. no. caue. Idem est respectu habilitationis persone: quia
si prelato argenti pro ecclesia obijciatur quod nõ sit prelatus,
ante litis cõtestationem debet docere de quasi possessione pre-

latur e: vt dicit do. Ant. hic. ⁊ Specu. hoc voluit in tit. de acto-
re. versicu. sed pone, quidam. Abb. post alios in ca. nihil. de ele-
ctio. Domi. in cap. Romana. §. fin. de appella. in vj. Bal. in l. si.
de seruitut. ⁊ aqua. Et procedit ista limitatio, etiam si ille, qui
vtitur, vel vsurus est instrumento, protestetur quod tale instru
mentum producat tãtum in parte, ⁊ partibus: quia instrumen
a tum probat contra producentem [a], etiam eo inuito. Glos. in l. j.
§. editiones. ff. de edendo. ita Bal. concludit in l. vnica. C. vt que
desunt aduo. ⁊ in cap. presentium. de testib. Imo. in c. S. perpe-
tuo. j. de fide instrument. Vide tamen contra Alexand. in l. j.
36 C. vt que desunt aduo. † Nono fallit, secundum Anto. de Butr.
ratione peccati, de quo quis argueretur ex retentione instru-
menti. Nam per denuntiationem Euangelicã poterit ad eden
dum compelli, per ea, que habentur in cap. nouit. de iudic. ⁊ se-
quitur Innoc. Abb. ⁊ Moder. hic, ⁊ Roma. consi. cccxcviij. vt
clarior. Nam cum agatur de salute anime, videtur in materia
fauorabili, vt not. Ioan. Andr. Abb. ⁊ alij in cap. ex tenore. qui
filij sint legi. Et cum sit materia fauorabilis, debet fieri editio,
vt supra dixi. Ad quod etiam facit, quia in foro conscientie nõ
attenditur rigor iuris ciuilis: sed veritas ipsa consideratur: vt
no. tradit Inno. ⁊ omnes in cap. quia plerique. de immu. eccle.
vbi volunt quod licet sententia in rem iudicatam transierit, si
tamen de veritate aliter appareat, debet retractari. Bal. in au
then. ad hec. C. de vsur. ⁊ Anton. de But. in cap. is, qui fidem. j.
de sponsa. ⁊ idem Innoc. in cap. ij. de purg. vulga. ⁊ quod notat
domi. Anto. in cap. ij. de electio. in cap. inquisitioni. de sentent.
37 excommuni. cum simi. † Decimo fallit, quando instrumentum
esset inutile apud reum, vt quia irritata sit sententia cõtra me
prius lata. que apud te nunc reperitur. Nam tali casu reus ede
re tenetur. cap. accedens. el primo. in si. vt lite non contestata. l.
dissolute. C. de condict. sine cau. ita Anto. de But. hic, plene tra
dit Ioan. And. in rub. de instru. editio. ⁊ Alexan. sequitur in d.
l. fin. in xiiij. limitatione. Ista conclusio in se vera est, secundum
quod dicitur in dicto capit. accedens. ⁊ in dicta l. dissolute. sed
non conuenit in ista materia, in qua editio petitur officio iudi
cis ad intentionem fundandam: sed in iuribus supra allegatis
intentio agentis, ⁊ patientis editionem, iam fundata est, quia
non est debitor: ⁊ ideo petit instrumentum tanquam inutile a-
pud reum, qui conuenitur: ⁊ illud petitur iure actionis, nõ per
titu. de edendo. Alias limitationes ponit domi. Alexan. in di-
38 cta l. fin. quibus nihil addendum occurrit. † Secundo queritur
econtra, an actor reo edere teneatur ad exceptionem eius fun-
dandam. Articulus disputabilis est. Nec pro alterutra parte
aliquid adducitur, quod efficaciter vrgeat: magis tamen com-
munis opinio est, quod reo edendum sit: vt concludit domin.
Abb. hic post alios. ⁊ gloss. Ioan. Cyn. Bartol. Bald. Angel.
Paulus de Castr. ⁊ Modern. in dicta l. fina. C. de edendo. per
illum textum, intelligendo text. in instrumentis, prout commu
niter intelligitur. ⁊ vltra alios Alexand. inducit dictã l. finalẽ,
sed in tali lege non potest fundamentum fieri, quia vario mo-
do interpretetur: vt notat Bartolus in l. in ambiguo. ff. de re-
bus dubijs. Secundo, quia communis intellectus, super quo
fundatur ista opinio, videtur destruere illum textum qui ex-
presse in rationibus loquitur. Et licet largo modo rationes
possint dici instrumenta, quia iudicem instruunt. l. prima. ff. de
fide instrumentorum. l. notionem. §. instrumentorum. de verbo
rum significatio. proprie tamen, ⁊ in materia editionis instru-
menta a rationibus distinguuntur. l. si quis ex argentarijs. §.
rationes. ff. de edendo. Unde appellatione rationis non venit
instrumentum, quamuis appellatione instrumenti ratio largo
modo includi possit. Rationes enim ad instrumenta se habẽt
vt genus ad speciẽ: ⁊ appellatione speciei non venit genus. l. si
quid earum. §. inter emptum. ff. de legatis tertio. Confirma-
tur hoc, quia dicta l. final. venit ad interpretationem. l. non est
nouum. ⁊ l. iustum. iuncta l. qui accusare. eodem titulo. que iura
loquuntur in rationibus: ergo ita debet intelligi. l. final. argu-
ment. textus in authentica de filijs ante do. instrument. nat. in
principio. Comprobatur etiam hoc: quia in dicta l. final. solui-
tur quedam contrarietas: vt in principio legis expresse colli-
gitur. In instrumentis nulla reperitur contrarietas: sed be-
ne reperitur in rationibus, ⁊ in instrumentis, vt in dicta l. non
est nouum. ⁊ l. iustum. iuncta l. qui accusare. Et absurdus vide-
tur quod textus in dicta l. non est nouum. ⁊ l. iustum. qui in ra-
tionibus loquitur, intelligeretur in instrumentis, vt contra-
rietas induceretur in ipsis instrumentis. Nam verba quan-
doque impropriantur, vt tollatur contrarietas, non au-
tem vt inducatur. Et ita in tali lege non bene probatur com-
munis opinio. Secundo allegatur textus in lege dissolu-
te. C. de condictione sine causa. in lege, qui talibus. ff. de fur-
tis. que iura Bartol. inducit in dicta lege finali. Pro casu ⁊

decisione in hac questione, vbi debitor, qui soluit debitum, petere potest a creditore instrumentum debiti quod est inefficax apud creditorem: & sic videtur quod reus petat ab actore. Sed illis iuribus respondet Salice. in dicta l. fin. quod nihil faciũt: quia ibi editio non fit officio iudicis, per titu. de edendo. sed iure actionis scilicet condictione sine causa. & Bal. hic. Item ibi intentio actoris erat fundata, quia iam probauerat solutionẽ: secus vbi defensio ex parte rei nondum probata est, vt in questione nostra agitur. Ulterius etiam responderi potest, ꝙ illa iura loquuntur in actore, non in reo: nec enim ibi debitor conueniebatur, imo ipse debitor nolebat agere intentando actionem contra creditorem, vt sibi redderet instrumentum inefficax: vnde ipse debitor actor dicitur, qui prius ad iudiciũ prouocauit, in cap. forus. §. actor. de verborum signifi. no. Bar. per illum tex. in l. libertus. ff. de in ius vocan. Et hoc ibi clarum est, quia debitum erat solutum: vnde nullo respectu potest dici ꝙ esset reus. Et in dictis iuribus ponitur vnus specialis casus, in quo reus edit actori ad fundandam intentionem, vt supra dixi in articulo precedenti, & in x. limitatione. Tertio adducitur textus in dicta l. non est nouum. & l. iustum. C. de edend. vbi actor cogitur reo edere rationes suas: ergo idem dicendum in instrumentis, cum eadem ratio videatur. Responderi potest quod ista iura loquuntur in rationibus, quarum appellatione non veniunt instrumenta. l. si quis. §. rationem. ff. de edend. nec debent extendi: quia sunt contra regulam. Nec eadem ratio videtur in instrumentis, cum alibi rationes habere possit: instrumenta non sic. Secundo respondetur quod loquuntur in rationibus scriptis, reo mandante expresse, vel tacite: prout glos. intelligit in dicta l. nõ est nouum. & tali casu esset idem in actore, vt a reo rationes edi sibi postularet, quando ipse mandauit tacite vel expresse: vt not. in l. j. C. de edendo. in l. argentarius. in principio. de edendo. Nec obstat si textus dicat rationes suas: quia quo ad dominium eius sunt, sed ratione mandati sunt communes, & hac ratione eduntur. Tertio dici potest quod l. non est nouum. loquatur ex officio iudicis, dum dicit, Non est nouum & ibi, implorare rationem. quasi dicat, officio iudicis aliquando hoc conceditur. Et hoc idem in actore habet locum, secundum ea, que diximus in articulo precedenti, in quarta fallent. in princi. Et hoc suadetur ex verbo, implorare, quod bene congruit officio iudicis. cap. j. §. de offic. iudic. Et ad l. iustum. aliter respondetur, quod loquatur in rationibus publicis, que omnibus eduntur: vt in l. argentarius. in principio. Quarto arguitur, quia in reo videtur alia ratio, quam in actore, vt sibi edatur: quoniam iura magis faueant reo, quam actori: regula, cum sint partium iura, de regu. iur. in vj. l. fauorabiliores. de reg. iur. l. Arrianus. de act. & oblig. & quia reus non potest esse instructus, sicut actor. l. si quando. C. de dilat. Sed respondetur breuiter quod regula est in cõtrarium, scilicet quod equalitas seruari debeat inter reum, & actorem, in l. fi. C. de frut. & lit. expẽ. in regula, non debet. Allegata in contrarium procedũt in decisionibus causarum, vel in dilationibus. Sed in probationibus a pari procedunt actor, & reus: vt glo. not. concludit in ca. cum ad sedem. de rest. spo. Quinto iudex non debet pati illicitas extorsiones, in l. illicitas. ff. de offic. presid. l. plane. in fi. de pet. her. facit tex. in c. iudicantem. iij. q. v. ergo nõ debet pati quod reus indebite exigatur. Sed dic quod hac ratione attenta, etiã reus semper deberet edere actori, ne reus locupletetur cum iactura alterius, & ne veritas opprimatur: & tamen hoc falsum est. Et sic ex predictis demonstratur quod non stringunt, que pro cõmuni opi. inducuntur. Contrariam partem, scilicet contra cõmunem opinionem scilicet quod actor reo minime edere teneatur, firmauit glo. in cap. S. perpetuus. j. de fide instrum. Azo, Odofr. Jac. But. Ray. & Sali. in d. l. fin. mouentur quibusdam rationibus, & mediis, quibus sufficienter respondet Alexan. in d. l. fina. vbi ipse sequitur communem opinionem. Et ex dictis eius ibi, & ex his, que supra dixi, vtraque opinio in disputationis congressu potest sustineri. Fit tamen difficultas precipua contra communem opinio. quod actor non teneatur reo edere: quia in iudiciis seruari debet equalitas. l. fin. C. de fruc. & lit. expen. regula, non licet. de regu. iur. in vj. regul. non debet. ff. de reg. iur. Si ergo reus non tenetur edere actori, ita nec econtra. Doctores circa hoc laborant. Abb. respondet primo negando quod debeat esse equalitas: imo rei sunt fauorabiliores. l. fauorabiliores. de regu. iur. Sed ista responsio non valet: quia regula est in cõtrarium: vt probatur in iuribus supra dictis. Et circa allegata loquuntur in decisionibus causarum: vt in regula, cum sunt partiũ iura. de reg. iu. in vj. Sed in probationibus nõ magis actori, quam reo, nec econtra, fauetur. Gl. in ca. cum ad sedem. de restitut. spo. Secundo Abb. dicit quod magis reo fa
m uetur [m]: quia ipse stimulatur, & ante potest venire instructus. Sed dic quod istud verum est in dilationibus: vt in l. si quãdo. C. de dilation. sed in probationibus a pari procedunt, vt supra dixi. Tertio Abbas dicit quod reo magis succurritur: quia actor plerunque habet apud se instrumenta. Sed istud verum est in instrumentis, que respiciunt intentionem actoris. Sed respectu exceptionis verisimile est, & plurimum contingit ꝙ instrumenta sunt apud reum. Unde Alexand. in dicta l. finali. C. de edendo. respondet quod regula est, vt in iuribus supra allegatis. Fallit vbi contra expressum reperitur. Ista solutio habet difficultatem: quia hoc non bene reperitur expressum: nam tex. in dicta l. fina. non bene probat: vt supra dixi. Alias dum legerem Senis dictam l. fina. C. de edendo. aliam solutionem intellexi, quam plerique Moderniores magnifaciebant, scilicet vt dicamus equalitatem esse inter actorem & reum: quia sicut editur reo ad probandam exceptionem, ita actori ad replicationem probandam: vt not. in l. fina. quia replicatio, exceptio est. l. ij. ff. de except. Sed si diceremus, reum teneri ad edendum actori, vt principalis eius intentio probaretur, esset inequalitas, & in hoc esset melioris conditionis actor, quam reus: quia in reo principalis petitio non cadit: & ita tollitur argum. Ista solutio verbalis mihi videtur, & aliis omnibus deterior: quia iura, que equiparant actorem reo videntur parificare in actorem in petitione, & reum in exceptione: quia isto respectu actor dicitur & reus. cap. forus. §. actor. §. reus. de verborum significat. & isto respectu bene procedit equiparatio, que fit inter diuersa. l. quod Nerua. ff. depos. Nam si fieret equiparatio respectu replicationis, vt isti dicunt, non esset inter actorem & reum: quia replicatio, exceptio est. dicta l. ij. vnde actor respectu replicationis reputatur reus. Et sic in effectu non esset verum, quod actor & reus equaliter se haberent. Quod ergo de actore dicitur, vt supra dixi, debet intelligi respectu intentionis principalis, a qua nomen accipit, vt dicatur actor. Facit quod notat Bal. in l. fin. C. ad Macedonianum. de filiofamilias mercatore: & quod not. Bal. per illum textum in l. & ita. §. ex hoc edicto. ff. nau. cau. stabu. & idem Bal. in l. ij. C. de constit. pecu. Barto. in simili in l. ne quid. ff. de incen. rui. naufrag. cum simi. Est ergo tenendum quod Alexand. dicit, tanquam minus periculosum. Uel nouissime dici potest, quod iura non dicunt equalitatem esse inter actorem, & reum, sed tantum dicunt non licere aliquid actori, quod reo denegetur, ita quod actor non sit melioris conditionis quam reus. Sic text. in dicta l. fina. C. de fruct. & lit. expens. & regula, non debet. loquuntur. Econtra tamen argumenta non procedit: quia reo permittitur, quod actori negatur: & est regula, fauorabiliores. de reg. iur. & regula, cum sunt partium iura. Et iste fauor etiam consideratur in probationibus, capi. fin. de
39 re iud. iuncta l. lege Julia. ff. de manu. † Et ex rationibus supra dictis etiam infertur quid iuris in replicatione, vtrũ ad probãdum replicationem reus actori edere teneatur. Et communis opinio est quod sic: quam omnes tenent, qui dixerũt in articulo precedenti actorem teneri reo edere ad probandũ exceptionem. Mouentur, quia replicatio, exceptio est l. ij. ff. de except. ergo dicta in exceptionibus, habebunt locum in replicatione. Sed responsio etiam ex supra dictis colligitur, tenendo aliam opinionem, que disputatiue: vt supra dixi sustineri potest. Secundo pro ista communi opinione facit text. in dicta l. fin. a contrario sensu, ibi dum dicitur, originem petitionis non esse probandam ex instrumentis rei: ergo a contrario sensu replicatio poterit probari. Sed Jacobus Butr. respondet quod argumentum a contrario sensu sumitur respectu rationũ, hoc modo, Origo petitionis nõ debet ex instrumẽtis, sed ex rationibus fundari. Hac tamen responsione attenta illud verbum, originem, nihil operaretur, quod tamen videtur positum cum ministerio: & in legibus nihil superfluum esse debet. §. quibus. in prima constitu. Codic. facit cap. si Papa. de priui. in vj. Nisi dicatur illud verbum, originem, positum fuisse ad significandum quod textus loquitur de actore. Nam verbum, petitionis, etiam in reo, satis verificatur, argumen. l. prime. §. postulare. ff. de postulan. Sed per illud verbum, originem, aperte declaratur quod tex. in actore loquitur. Et ita responsio predicta saluatur. Tertio inducitur textus in l. plures apochis. C. de fi. instrumen. vbi reus tenetur nouum instrumentum debiti conficere: ergo a fortiori iam factũ tenetur exhibere. Sed istum textum doctores respondent quod ibi constabat de iure creditoris: quia probauit debitum: ideo cogitur reus instrumentum conficere. Sed in questione nostra ex parte actoris nõ est probata intentio ipsius respectu replicationis. Quarto, & vltimo probatur ista conclusio in l. penul. §. fina. ff. ad legem Falcidiã. Huic legi docto. antiqui respondent, quod ibi eduntur instrumenta ab herede, tanquam corpora hereditaria, vt videatur an sit locus Falcidie: non autem ibi fit editio officio iudicis: secũdum

dum tit. de edendo. Sed Barto. in dicta l. final. reprobat istam rationem: quia tex. in dicta l. penul. §. fin. generaliter loquitur, ita quod etiam alia instrumenta omnia deberent edi. Nam pone quod essent instrumenta creditorum hereditatis, edenda sunt propter generalitatem textus in fi. tamen non sunt corpora hereditaria, vt etiam dicit, ꝛ declarat Alexan. in dicta l. fin. Sustinēdo rationem supra dictam replicatio ita tolli potest, quod illa generalitas intelligitur secundum formam petitionis: argumen. l. j. §. si quis simpliciter. ff. de verborum obliga. §. preterea. insti. de inut. stipu. ꝛ sic respectu legis Falcidie, prout ibi queritur, ꝛ natura tituli demōstrat: ꝛ sic eduntur ibi instrumenta, vt corpora hereditaria, que considerantur in contributione legis Falcidie. Unde ex hoc nō potest inferri quod alias si non ageretur de contributione Falcidie reus tenetur edere creditori. Secundo responderi potest quod heres in d. l. penul. §. finali. ideo edit, quia ipse erat vsurus, iuxta l. j. §. edenda. ff. de edendo. Sed istam responsionem etiam reprobat Alexand. in dicta l. fina. quia heres cogitur exhibere omnia instrumenta, ꝛ sic etiam illa, que continent augmentum hereditatis: ꝛ istis nō erat vsurus, dum vult Falcidiam detrahere: sed illis duntaxat vtitur, quibus dicit hereditatem exhaustam esse. Sed dici potest quod ratione cuiusdam correlationis heres vtatur omnibus instrumentis, quia edi debent omnia, dum allegat vires hereditatis suppetere: fit enim contributio de debitis ꝛ creditis, vt excutiat an sit locus Falcidie. Et ita ex his patet quod non vigent, que pro communi opinione adducuntur. Contra communem opinionem, scilicet quod reus non debeat actori edere ad probandam replicationem, omnes tenent, qui supra in articulo precedenti dixerunt, actorem non teneri edere reo ad exceptionem probandam. Mouētur rationibus pluribus, quibus respondet Alex. in dicta l. fin. Non refero aliter, gratia breuitatis. Ex cuius dictis, ꝛ ex ijs, que supra dixi, videtur etiā articulus iste disputabilis. Retenta tamen communi opinione, quod actor reo ad exceptionem probandam, ꝛ reus actori ad replicationem probandam edere compellatur: limitatur secundum

40 Bal. in dicta l. fin. C. de edendo. † Primo in exceptione, que non excludit equitatem petitionis, id est, que non perimit debitum: vt est exceptio excommunicationis, vel bāni. Ex qua ratione infero idem esse in qualibet exceptione dilatoria:

41 quia non perimit debitum. † Secundo limitatur, vt non procedat in exceptione criminosa, secundum Bal. in dicta l. fin. arg. l. ij. §. diuus. in fine. ff. de iure fisci. ꝛ Alexand. ibi rationem adducit: quia nō debet cogi actor detegere turpitudinem suam: vt habetur in l. alias. ff. de iureiurando. Bene facit: quia positioni criminose non tenetur quis respondere: vt notat Barto. per illum textum in l. transactione. C. de transac. not. in cap. dudum. el secundo. de elect. De quo tamen latius per Bald. in l. Marcellus. ff. rerum amotarum. Si ergo non potest interrogari, a fortiori non tenetur edere, per rationem doct. Hoc non procedit forte in criminibus exceptis: quia sicut dispensatur in probatione, ita in editione. Facit tex. in l. j. C. de questionib.

42 † Tertio fallit in exceptione, que non continet meram defensionem, sed habet in se impugnationem: vt in exceptione compensationis, secundum Bald. in dicta l. fin. quia excipiens per compensationem dicitur agere. l. amplius. ff. rem ratam habe. Et hoc sequitur Fulgo. ꝛ Alexand. in dicta l. fin. Pet. de Ancbar. in dicta clemen. j. §. j. de vsuris. Et simpliciter ita sequuntur Moder. scribentes hic. Hanc limitationem declarat Joā. Petrutius in dicta l. fin. ꝛ procedit quando requiritur vt exceptio compensationis opponatur: secus in casibus, vbi ipso iure fit compensatio, absque eo quod obijciatur: vt not. in l. si constat. C. de compen. Unde tali casu exceptio compensationis nō est impugnatio, sed defensio mediante impugnatione prius facta. Et ex ista ratione generaliter argui potest, quod indistincte ista limitatio non procedit, quia compensatio semper fit a iure. l. verum. vbi Barto. ff. de compens. §. in bone fidei. instit. de actio. vbi glos. in verbo, ipso iure. Et licet ab homine debeat opponi, vt no. in iuribus supra dictis, quatenus ab homine opponitur, non videtur tunc habere impugnationem in se: sed dicitur defensio impugnationis iam facte a iure. Sed his nō obstantibus, vera videtur ista limitatio indistincte que approbatur communiter. Pro qua bene facit tex. in dicta l. amplius. vbi ille, qui compensat, dicitur petere: text. enim loquitur generaliter. Et ista ratio procedit siue fiat ipso iure compensatio, siue non. Consideratur enim effectus compensationis, qui habet in se impugnationem. Non obstat ratio allegata in cōtrarium, dum dicitur, quod impugnatio non fit tunc, quando ab homine exceptio opponitur: sed aduerte, quia ista consideratio licet subtilis, nil facit ad propositum: agitur enim de editione, que fit ꝛ petitur ad finem probandi: vnde quo ad probationem, de qua agitur, verum est dicere, quod agitur de probāda exceptione, que non est defensio simpliciter, sed habet in se impugnationem, vt supra. Et late per Paulum de Cast. consilio cccxxviij. incipien. quod Nannes ꝛ Sorus. in j. part. consil. Unde non debet editio fieri: quia non reputatur ita fauorabilis ista, sicut alia, que meram habeat defensionem. Et sic respectu probationis illa ratio nihil facit: ꝛ tota est vis in probatione. l. duo sunt Titij. de testa. tute. Predicta limitatio vera est in cōpēsatione extrinseca: secus videtur in intrinseca, vt est illa, que fit computando fructus in sortem, in cap. j. de vsur. l. ij. C. de pigno. actione. Ista videtur magis fauorabilis, que prouenit ex eodem fonte, ꝛ facto, ꝛ ex natura rei. Ad hoc quod voluit Bal. in cap. cum inter. versicu. quero nunquid. de except. dicens talem compensationem excommunicatum posse opponere, licet alias non possit excipere de compensatione. Facit dictum Innoc. in cap. si vero. de sentent. excommu. Abb. in dicto cap. cum

43 inter. versic. vnum nōt. † Quarto limitari potest, vt ex supra dictis satis colligitur non habere locum respectu reconuentionis: quia licet reconuentio in equitate fundetur. iij. questio. ix. capi. cuius in agendo. habet tamen in se impugnationem: ideo actor, non debet cogi edere, vt supra secundum Bal. Bene facit tex. in dicto cap. cum inter. in fin. vbi excommunicato reconuentio denegatur, ꝛ tamen defensio permittitur: quia reconuētio equiparatur compensationi, vt per Bal. in dicto capi. cum

44 inter. ꝛ in l. cum Papinianus. ꝛ l. fin. C. de sentent. † Quinto fallit in exceptione prescriptionis: quia talis defensio odiosa est. Ita Bal. no. quem alias viua voce docuit me Aret. in l. instrumenta. in princ. ibi, secus forte. C. de fideiuss. Et ex ratione Bal. not. quia idem vult Bald. in qualibet exceptione odiosa, puta Macedoniani, ꝛ similibus. Et ad illud, quod dictum est de prescriptione, bene facit: quia secundum Bal. in dicta l. instrumēta. consideratur equitas, non rigor, vt editio habeat locum. Et ideo bene consonat, editionem non fieri in exceptione prescriptionis, que est contra equitatem: vt notatur in l. nam hoc natura. ff. de cond. indeb. Et ideo dixit not. Ange. in l. sequitur. §. viam. ff. de vsucap. quod vbi secundum equitatem proceditur, exceptio prescriptionis non admittitur. Et idem Bal. tradit in l. j. C. de prescrip. trigin. vel quadragin. annorum. vers. item si causa. ꝛ Floria. in l. generaliter. in fin. ff. de noxa. probatur in §. habeat itaque. in authen. vt ecclesia Romana. Et ideo bene dicit Bal. in l. ancille. C. de furtis. quod prescriptio est contra naturalem equitatem, ꝛ ista limitatio vera videtur in prescriptione, cū mala fide per supra dicta. Secus videtur in prescriptione, que cum bona fide processit, prout est generaliter de iure canonico. Nam actor poterit cogi edere reo pro tali prescriptione. Et ita procedat dictum Bal. quod videtur contrarium in l. edita. in repetitione Perusina. C. de edendo. quod infert Alexand. in l. j. in princ. ff. de edendo. vbi inquit quod etiam in ciuilibus actor ad instantiā rei cogitur exprimere tempus: vt reus possit parare sibi exceptionem prescriptionis. arg. l. non est nouum. C. de edend. Et sic manifeste sentit, reum posse editionem petere ad fundandam exceptionem prescriptionis. Quod intelligo in prescriptione bona fide decursa, nam taliter prescribens est tutus in foro conscientie, secundum Inno. no. in c. cura. de iure patrona. Bal. sequitur in authent. ad hec. C. de vsur. versicu. sed ponamus. Idem Bald. in l. cum quis. versicu. post hoc sciatis. C. de iuris ꝛ fac. igno. ꝛ est glos. ad hoc. xiiij. quest. vj. in c. si res. ꝛ xxxiiij. q. ij. c. si virgo. ꝛ in c. j. de concess. prebend. no. Cardi. Abb. ꝛ alij in c. vigilanti. de prescrip. Facit notabile dictum Bart. in tractatu, ad reprimendum. in verbo, videbitur. quod etiam secundum equitatem habeatur ratio prescriptionis, contra Ang. ꝛ Bal. in locis supra allegatis. Sed reducuntur ista ad concordiam, distinguendo inter prescriptionem bone fidei, ꝛ male fidei. Ludo. Rom. in rub. de arbi. Et ista etiam concordia probabilis videtur in proposito. In effectu tamen preualebit quod dictum est de prescriptione bone fidei: q2 prescriptio licet admittatur de iure ciuili cum mala fide, tamē reprobatur de iure canonico, quod attenditur ratione peccati: vt not. in regu. possessor. ꝛ in c. fi. de prescrip. ꝛ sic in effectu reus

45 poterit editionem petere quod no. † Sexto limita hoc nō procedere in causis fauorabilibus, vt in libertate, dote, ꝛ matrimonio, de quibus in cap. fin. de re iud. quia fauor cause preponderat fauore rei: vt dicitur in dicto cap. fina. vbi licet in dubio ferenda sit pro reo sententia, in causis predictis fertur contra reum: ꝛ talis fauor sicut in sententia consideratur, sic in probationibus. l. lege Julia. ff. de manumiss. quam pro notabili allegat Bald. in dicta l. cum magistratus. in fin. C. quando prouoc. non est necesse. ꝛ in cap. primo. §. promptiores. hic finitur lex. ꝛ glos. hoc voluit in cap. in nostra. j. de testibus. dum allegat cap. fin. de re iudicat. Unde in talibus casibus concludo quod reus

b non petat editionem[b] fieri, quod nota: quia alias non dictum. Tertio queritur quid de notario: et ista questio in duas dividitur. Prima erit, quid in notario, qui rogatus fuit de aliquo contractu. Secunda, quid in notario actorum.

46 † Ad primam questionem respondetur breviter, quod notarius rogatus de aliquo contractu ratione officij instrumentum de tali contractu edere tenetur. Glos. ordinaria ad hoc quam Bart. et omnes sequuntur in l. argentarius. in princip. in verbo, assimiles. ff. de edendo. et idem tenet Specu. in titu. de instrumen. edi. §. videndum. versicu. et not. Barto. in authen. de tabel. in princi. circa finem, in versicu. quero an tabellio possit cogi. ubi allegat tex. in §. illud. eodem titu. Bald. in l. fin. ad finem. C. de edendo. ibi: secundo casu. Feder. de Senis in consi. cxiij. incipiē. Titius constituit. Et in tantum ista conclusio procedit, quod licet actus, de quo rogatus fuit notarius sit nullus, ipse tamen tenetur conficere, et edere instrumentum. Ita no. late probat, et concludit Ange. in consi. cclxxiij. incip. ex themate ex actis patente. ubi infert quod notarius rogatus de testamento corā duobus testibus, edere cogitur instrumentum testamenti, licet nullum fuerit: quia ad officium notarij non pertinet discutere de validitate actus, sed simpliciter tenetur instrumentum conficere. Allegat not. in l. argentarius. in princi. ff. de edendo. Similiter si actus valuit, et fuit revocatus, cogitur tamen notarius edere tale instrumentum. Unde not. dicunt Bartol. et Bal. in l. ij. §. si plura. ff. quemadmodum testamenta aperian. quod si notarius rogatus fuit de testamento solenniter, deinde testator revocavit illud testamentum, cogitur tamen notarius testamentum revocatum exhibere: nec ad instantiam testatoris debet illud lacerare[c].

c Ad predicta vide quod not. Bald. in l. fin. versi. extra queritur. C. de edendo. et Romanus in singul. cclxxi. testator. Et ista editio, que fit a notario debet esse integra, et perfecta, adeo quod si reperiatur aliquem habere defectū, potest notarius ad interesse conveniri. l. fin. ubi Barto. et Baldus per illum textum. C. de magist. conve. notat Barto. in l. fina. in versicu. quero quid si propter id. ff. de tabul. exhibend. Baldus in rub. C. de pena iud. qui male iudicavit. in fine. Abbas in cap. primo, de fide instrumentorum. Joan. de Anan. in capit. Michael. j. de usuris. tex. et quod ibi Barto. in l. generali. C. de tab. libro decimo. Romanus in notab. ccccxlviij. si sit aliquis. Predicta conclusio primo limitatur, ut procedat, dummodo editionem petens notario mercedem solvat: alias editio a notario potest denegari. Glo. not. in cap. statutum. in §. notarium. in verbo, officium. de rescript. in sexto. et glo. idem dicit in l. argentarius. in princi. in verbo, assimiles. de edendo. quam Barto. ibi sequitur per textum in l. fina. C. de princ. agen. in reb. not. Bald. in l. fin. C. de edendo. cum concordan. ut per Alexand. in dicta l. argentarius. in fin. princip. Et debet notarius duplicatam habere mercedem. Primo, quando rogatus est de contractu. Secundo, pro extensione, dum redigit instrumentū in formam publicam. Ita Bart. dicit in dicta l. argentarius. per dictam l. fin. circa medium. de princ. agen. in rebus. ubi glos. et pro singulari hoc dictum Roma. tradit in notab. cccccIxxv. an tabellioni. Restringitur hec prima limitatio, ut non habeat locum in paupere, cui absque aliqua mercede debet notarius instrumentum edere. Glo. no. in l. tam dementis. de episcop. et cle. quam simpliciter allegat Alexan. in dicta l. argentarius. Pro qua facit quod de advocato Bal. dicit in l. si furiosi. in ultimo notab. C. de nuptijs. Anton. de Butr. et Abb. in cap. j. post Hostien. de offic. iudic. ubi volunt quod advocatus compelli possit a iudice ad prestandum pauperibus patrocinium. et notat etiam Alberi. in l. j. C. de suffrag. Et videtur quod iudex poterit notarium astringere ad edendum gratis[d] pauperibus: nā

d propter paupertatem multa remittuntur. l. illicitas. §. fin. ff. de offic. presid. Ad hoc quod notat glos. et Barto. in l. omnes. C. de anno. et tribut. libro decimo. Ubi collecta etiam a principe imposita ab officialibus exigentibus, pauperibus remittitur. Jo. et Anton. de Butr. in cap. licet. de censi. facit quod not. Anton. de Butr. et dominus Abb. in cap. cum homines. in versi. quero de utili questione. de decimis, que non exigūtur a pauperibus. Nec cautio, que alias prestetur, a pauperibus exigitur, secundum Angelum in l. non facile. ff. si cui plus quam per legē Falcidiam. et quod not. Butr. in cap. olim. el secundo. de restitutione spoliatorum. et quod Bal. dicit in l. magis puto. §. in primis. ff. de rebus eorum. et quod dicit Abb. in cap. ea noscitur. de sen. excommu. Et qui propter paupertatem se defendere non possunt, non includuntur in rescripto sub clausula. et quidam alij Bal. not. in cap. sedes. de rescript. versicu. sed nunquid. Et propter paupertatem quis excusatur a periurio. Baldus in cap. querelam. de iureiurando. Et qui propter paupertatem appellationem non prosequitur, a iure suo non excluditur. gloss. in l. eos. C. de appellation. Innocen. in cap. ex ratione. de appellat. et Baldus in l. acceptam. in xxiij. questione. C. de usuris. Idem Bal. in l. ij. §. si quis in iudicio. ad finem, in versicu. ultimo quero. ff. si quis cautio. ubi refert Guili. de Cuneo, qui evasit quendam pauperem a furcis, qui, cum appellasset, nō erat propter

c paupertatem appellationem prosecutus. Nam fatalia[c] nō currunt non prosequenti appellationem propter paupertatem. Baldus in cap. si quis testium. j. de testi. docto. in cap. ex ratione. Et plura privilegia paupertatis Roma. tradit in l. si vero. §. de viro. ff. soluto matrimonio. in xxv. fallen. Andr. Siculus et Moder. in cap. significantibus. de offic. deleg. Videtur tamen in questione nostra, quod notario de publico pro pauperibus

n debeatur salarium: ut de advocato[n] dicit Cynus in l. providendum. C. de postulando. et est glos. in l. j. §. ait pretor. ff. de postulando. Et hoc verum videtur: quia non cogitur quis invi-

f tus eleemosynam[f] facere, nisi in casu extreme necessitatis. lxxxvj. distinc. in cap. pasce. not. Abb. in cap. primo. de emptio. et vend. et idem Abb. in cap. cum causam. circa finem, de electio. in cap. si quis. de furtis. Et in simili bene facit, quia ubi quis dominio proprie rei privatur ob utilitatem publicam, precium de publico refunditur. Glo. not. in l. si locus. §. fina. ff. quemadmodum ser. amit. et in l. properandum. §. de illo. C. de indic. et notat Arcbid. in cap. per principalem. in princip. ix. questione iij. et Barto. in l. fin. §. Titius. ff. de pigno. actione. Baldus in l. servi. ubi plura dicit per illum textum. C. pro qui. cau. servi. liber. accip.

47 † Secundo principaliter quod supra dictum est de notario, qui edere cogitur, declaratur, et limitatur, ut habeat locum

g duobus[g] concurrentibus. Primo quod petentis intersit. Secundo quod notarius rogatus ab illo fuerit, qui editionē petit. Ita not. voluit gloss. in l. pretor. in princip. ff. de eden. quam Barto. Bald. et omnes alij sequuntur. Et ita dicit Bal. ubi salvatur de consuetudine. Non ergo sufficit mandatum, nisi agatur de interesse. Et ideo instrumentum debiti edi nō debet debitori, sed creditori per tabellionem. ut Alberi. dicit in dicta l. pretor. Et econtra instrumentum liberationis debitori edendum est, non creditori, secundum Bartolum. et alios ibi, per gl. in l. pretor. Idem not. Barto. in l. instrumenta. in fin. C. de fide iussoribus. Quod verum est, nisi etiam creditor pretenderet aliquod interesse: ut not. Bart. per illum textum in l. plures apochis. C. de fide instrument. ubi Bald. in secundo notabili, dicit hoc esse menti tenendum, et sequitur Pau. de Cast. et no. Bald. per illum textum in l. penul. ff. ad exhibend. Similiter non sufficit allegare interesse, et probare, nisi etiam mandatum accesserit: ut dicit glo. in dicta l. pretor. in verbo, meum. et not. Bartol. in l. fin. ff. de tabu. exhibend. in verbo, expeditis. Bal. in l. fi. versicu. extra queritur. in j. questione. ad finem. C. de eden. Et ideo

h non tenetur edere instrumentum tertio[h] de cuius interesse agitur: cum ab eo rogatus non fuerit: ut Ang. concludit in l. quedam. in principio. ff. de edendo. reprobando glos. que ibi contrarium, videtur sentire: et sequitur hoc Fulgos. ibi, et Alexand. de Imo. Abb. Aretin. hic, et Moder. Ista conclusio quod sit mandatum necessariū pluribus modis limitatur. Primo in actis, que eduntur omnibus, quorum interest: ut Bart. concludit in l. j. §. editiones. versicu. iuxta hoc quero. ff. de edendo. Et in hoc differunt acta ab instrumentis, que tantum edūtur illis, a quibus notarius fuit rogatus, de quo dicam infra, de notario actorum, ubi magis congruit. Secundo fallit ubicunque petēs editionem potest instrumētum rescindere, illud edi sibi debet: quia cum sibi permissum sit ut illud possit impugnare, etiam ei concessum videtur hoc antecedens, ut petere possit tale instrumentum sibi exhiberi. Hanc regulam no. Bal. tradit in l. fi. col. vj. versi. secundo queritur. C. de edend. Et ideo infert, quod filius exheredatus, qui ad querelā admittitur, potest copiam testamenti a notario petere, licet ab eo non fuerit rogatus. Et idem de filio exheredato Bald. dicit in l. si quis affirmaverit. per illum textum. in fi. ff. de dolo. Et alia exempla similia Bal. ponit in dicta l. fina. Et notabilis videtur ista conclusio Bald. cui etiam nullus contradicit. Ratio tamen, qua Bald. movetur, non videtur multum concludens: quia non videtur necessarium antecedens hoc, quod editio petatur a notario, a quo alias peti nō potuisset. Licet enim quis admittatur ad impugnandum instrumentum, debet intelligi quod veniat a se ipso instructus, ut in persona agentis requiritur: et hoc modo minus derogatur iuri communi, argument. cap. cum dilectus. de consuetud. l. si quando. C. de inoffic. testamen. Item si vera esset ratio Baldi, pariter in reo procederet, ut etiam ipse deberet edere volenti impugnare instrumentū. Quod tamen non videtur verum: quia contra regulam dictum Baldi salvari posset, quando esset tale quid, de quo copia aliunde haberi non potest, etc. Quod tamen dictum est de filio exheredato, verum videtur:

detur:quia agitur de vltima voluntate,in qua editio fit omni-
48 bus, quorum interest,vt statim infra dicam. † Tertio limita-
tur non procedere in vltimis voluntatibus, in quibus editio
a notario fieri debet omnibus prætendentibus interesse,etiam a
quibus rogatus non fuit. Hoc probari videtur in l. ij. in vlti-
mo responso principij, cum glo.ff.quemadmodum testament.
aperiantur.Bene facit tex.in l.j.in princip.ff.eodem titulo. Et
ita concludit Aretinus hic, allegando etiam quod supra di-
ctum est de filio exheredato,& sequuntur Moder. hic,per l.j.§.
hoc interdictum.per totum ff.de tabu.exhibend. Addo Bald.
qui expresse hoc dicit in dicta l.fina.in fin.versicu.& primo que-
ro.iuncto versicu.non obstant contraria.C.de edend. Et idem
manifeste sentit Angelus in consilio clxiiij.in princip. incipié.
super puncto prefecto. dicens quod pinguius succurritur pe-
tentibus copiam testamentorum,vel eorum,quæ ad causam te-
stamenti pertinent, quam aliorum instrumentorum. Et ideo
omnibus,quorum interest exhibentur. dicta l.j.ff. quemadmo-
dum testamen.aperian.& Barto.expresse hoc dicit in l.finali.in
prima opposit.ff.de tab.exhiben.Et huius ratio est,secundum
Jacobum Butrig.quem Alberic.sequitur in l.prætor.§.j.versi.
vel dic.ff. de edendo. quia mandatum testatorum repræsentat
mandatum omnium,qui sunt nominati in testamento.Et hoc
idem in effectu Bald.dicit in dicta l.fina.versicul.non obstant.
dum inquit quod testamentum est commune omnibus in te-
stamento comprehensis,quorum interest:nec est vis vtrum præ
49 sentes fuerint tempore testamenti,vel nõ,vt ibi per eũ. † Quar
to,quando notarius rogatus non reperitur nec heres eius, a
quo editio instrumenti peti possit, & protocollum notarij ad
tertium aliquo casu peruenisset:nam tali casu ille tertius com
pellitur in subsidium officio iudicis edere: quamuis rogatus
ipse non fuerit. Ita no.dicit Baldus per illum textum in l.que
dam.§.nihil.in fine.ff.de edendo.& ibi sequitur Pau.de Castr.
qui alleg.dictum Innocé.hic,dum voluit quod si reperiuntur
protocolla notarij apud tertium,cogi possit ad edendum. Et
hoc verum est,secundum Pau.de Cast.in subsidium, prout di
citur in dicto §.nihil.& de hoc dicam infra proxime in articulo
50 de tertio.vbi hoc melius cadit. † Quinto fallit,secundum Are
tinum hic, nisi instrumentum cõfectum sit de aliqua re, que ad
me principaliter pertineat:nam tunc videtur factum contem
platione mea:argument.eorum,que habentur in l.si pupilli. §.
sed si ego.ff.de nego.gest.ideo possum illud habere ratum per-
inde,ac si me mandante scriptum sit.Et ad hoc põderauit tex.
in dicta l.prætor.§.j.ibi:equum fuit,quod mei causa confectum
est,mihi edi.Et hoc dicit glo.sentire in dicta l.quedam.in prin
cip.ff.de edendo. Ista enim probandi facultas ita potest ratifi
cari,sicut alius quilibet actus:vt Joan.And.tradit in titu.de
confess.§.nunc dicendum.versi.quid si confiteor.Bald.in l.j.cir
ca finem.C.quando liceat ab emptio.discedere.vbi allegat Dy
num in consil.xv.incip.quidam confessus fuit.& tradunt Anto.
de But.& Abb.in c.si cautio.de fide instrumento.dicunt Mo-
dern.hic,quod docto.in locis præallegatis loquuntur,quando
fit actus nomine absentis:quia tunc bene potest ratificari: sed
in nostra questione actus fit simpliciter,nullo pro absente acce
ptante. Et durum videtur quod ratificari possit,quia contra
regulam l.certum.§.si quis absente.ff.de confess.Hec omnia fa
tetur de plano Aret.quod Joan.Andr.& alij loquuntur,quan
do nomine absentis actus celebratur:& non negat regulam es-
se in contrarium,scilicet quod absenti non queritur ius ratifi-
candi,nisi actus nomine suo conficiatur:sed dicit quod cũ prin
cipaliter res ad absentem pertineat,eius contemplatione fieri
videtur:& satis dicitur esse facta nomine suo per ea,que haben-
tur in l.si pupilli.§.sed si ego.supra alleg.Et ad hoc allegat tex
tũ in dicta l.prætor.§.j.in verb.mei causa.Et sic rationes Mo-
dernorum non tangunt illud, quod dicit Aretin. Sed tamen
alia ratione,quod Aretin.dicit non videtur sine dubio proce-
dere,quia iure non probatur. Tex.enim in dicta l.prætor.§.j.in
quo precipue fundatur Aretin. non probat: quia intelligitur
mandato interueniente.Hoc deducitur:q: in verbis, que pon
derauit Aret.ibi:equum est quod mei causa: ponitur ratio di-
cti proxime precedentis:& dictum proxime precedens manda-
to interueniente intelligitur,dum ibi dicitur,quod argentarij
singulorum rationes conficiunt.Certe hoc intelligitur de mã-
dato eorum, quorum sunt rationes. l.si quis ex argentarijs.§.
pertinere.ff.de edendo.ergo ita debet intelligi,versicu.equum.
vt ratio secũdum dictum procedat.Non obstat ratio supra al-
legata,quia licet re ipsa negotium ad me pertineat,per hoc ta
men non videtur gestum nomine meo, vt possit ratificari: vt
not.in dicta l.si pupilli.§.sed si ego. supra alleg.vbi videndum.
51 † Sexto fallit,nisi quis repræsentaret personam illius,qui mã-
dauit.vt not.Bartolus in dicta l.si quis.§.pertinere.ff.de eden
do. Exemplum ponit in creditore,cui bona debitoris obliga-
ta sunt:nam petere potest exhiberi sibi instrumenta a notario,
qui a debitore rogatus fuit.Et idem Angelus ibi dicit: & tra-
dit etiam Barto.per illum textum in l.fin.in secundo notab.ff.
de bonis autho.iudic.possid.vbi inquit quod creditores missi
in possessionem bonorum debitoris petunt eis exhiberi instru
menta debitoris a notario, quasi repræsentent debitorem, qui
mandauit:vt dicit Bartol.in dicto §.pertinere.Et hoc idem
Baldus concludit in l.instrumenta.in versicul.quero ecce ha-
bes.C.de fideiussorib.dicens quod singularis successor eius,qui
mandauit,petere potest sibi edi instrumenta.Et idem quod su
pra dixi Barto.per illum textum in l.Aristo.ff.de iure delibe-
randi.secundum predicta intelligitur quod not.Bart.in l.con
trouersia.ad finem.ff.de transactio.vbi allegat dictam l.fina.ff.
de bon.autho.iudic.possid.Vltimo limita,vt de tertio dicetur
infra.Extra istos casus conclusio superius facta procedit,scili
cet quod notarius non teneatur edere, nisi illis,a quibus fuit
rogatus. Et bene dico quod non tenetur:quia inuitus non co
gitur.Si tamen prætendenti simpliciter interesse notarius spõ
te instrumentum exhiberet,non esset arguendus: nec, vt ver-
bis Angel. vtar, peccaret in Spiritum sanctum. Et sic nota.
Ang.inquit,in dicta l.prætor. in princip.vbi Alexan. sequitur,
& rationem adducit: quia liber protocolli est notarij, & in re
sua,&c. Ex qua ratione infero quod omnibus indistincte talis
editio poterit fieri,etiam si non prætendant interesse.Et idem
Abb.hic,qui ita glo.intelligit in l.in fraudem.§.neque.ff.de iu-
re fisci. Et hoc notandum est pro notarijs, qui solent esse faci-
les in dando copiam instrumentorum: vt mercedem capiant.
52 † Vltimo notandum est quod in casibus,in quibus supra dictũ
est,notarium non teneri edere instrumenta: verum est, vt non
teneatur in forma publica instrumentum exhibere, per not.in
dicta l.prætor. sed tamen tenetur simpliciter producere proto-
collum iudici ad instantiam cuiuslibet cuius interest. Ita vo-
luit singulariter Paul.de Cast.in l.quedam.in principio.ff.de
edendo.sic saluando glos.ibi que per Angelum impugnatur.
Sed istam opinionem Pau.reprobat Alexand.ibi,& merito:
quia iura, que denegant editionem, parum seruirent nobis, &
verbis imposita essent, contra ea, que habentur in l.ij. C.com-
53 munia delega. † Circa secundam questionem de notario acto-
rum,conclusio est,quod omnibus,quorum interest, edere tene-
tur.l.ij.C.de edendo.vbi Bartol.& omnes. Idem Baldus in l.
precipimus. §. in his. C. de appellationibus. vbi inquit, quod
notarij debent dare partibus copiam actorum:& si denegãt,co
gi possunt:vt Barto.inquit in dicta l.ij.in secunda lectu.& ideo
dicit Baldus in l.ij.versicul.deinde.per illum textum.C.vt lite
pendente. quod articulorum, & positionum copia semper fien-
da est aduersario:quia sunt de actis. Ista conclusio ampliatur
dupliciter. Primo vt habeat locum tam in criminalibus, quã
in ciuilibus,per dictam l.ij.que expresse ita dicit ibi:acta publi
ca,tam criminalia,quam ciuilia. Ex quo Bald.ibi infert quod
inquisitionis copia inquisito debeat dari, cum copia articulo-
rum super fama,in cap. qualiter,& quando.el secundo.de accu.
§.debet.sic etiam iudiciorum copia reo dari debet:vt no.Bar.
in l.fin.in penult.quest.ff.de questio.Ange.in l.si vacantia.C.de
bonis vacan.libro x.quod tamen limitatur vt infra dicam. Se
cundo, vt predicta exhibitio actorum fiat omnibus simplici-
ter,quorum interest, licet ab illis notarius rogatus nõ fuerit.
Ita Bar.no.concludit in l.j.§.editiones. in versicu. iuxta hoc
quero.ff.de edendo.vbi Ange.& alij sequuntur,per dictam l. ij.
vbi Cyn.& alij idem dicunt. Et ista est differentia inter acta, &
instrumenta,que duntaxat mandantibus eduntur,vt supra di
xi.& in actis Barto.idem dicit in l.ij.§.diuus.ff.de iure fis. Joã.
Andr.in additio.Specu.in rub.de instrumen.edi. Pe.de An-
char.in clemen.j.§.j.de vsur.Alexand.in dicto §.editiones.& in
dicta l.ij.Et predicta maxime procedunt in actis publicis,que
ius faciunt quo ad omnes,vt est senfétia excommunicationis,
vel banni.Ita Bal.hic,arg.l.licet in popularibus. ff.de procu.
Et istud exemplum de excommunicatione, etiam ponit Bart.
in d.l.j.§.editiones.in d.l.ij.§.diuus.de iu.fisc.Et idem de actis
publicis dicit Bar.in l.in fraudem.§.neque instrumenta.ff.eo-
dem titu. Ex quo hic,infert Anto.de But.quod episcopus li-
brum collationum edere tenetur: quia iure publico geruntur
per episcopum,& capitulum:iuxta not. in cap.cum dilectis. de
consuetud. & ita se attestatur consuluisse. Sic etiam dicit hic
Imo. quod custos deputatus de publico ad custodiam instru
mentorum,cuilibet,cuius interest, etiam contra se ipsum, ede-
re debet.allegat cap.ad audientiam.de prescript.& authent. ad
hec.C.de fide instrumentorum.& Bal.hoc tradit in rub.C.de fi-
de instrumentorum.versicu.iuxta hoc quero.Tertia etiam am
pliatio addi potest, vt predicta editio actorum peti possit in

quacunque parte iudicij,etiam elapso termino.glo.not.in ca.j. in verbo,requisitus.circa finem,de sentent.excommu.in vj.τ illam allegat,τ sequitur Alexand.in l.ij.C.de edendo.Nunc conclusio supra facta pluribus modis limitatur. Et primo in interrogatorijs testium,quorum copia dari non debet producenti testes:vt voluit glo.no.in cap.ij.in verbo,interrogatoria.de testib.in vj.Idem sentit gloss.ij.quest.j.cap.in primis.in verbo, presentia.quam Bald.allegauit in l.data opera.C.qui accusa.τ est dictum Innocen.in capit.per tuas.de testibus. τ idem dicit Specu.in titu.de teste.in §.iam de interrogatorijs.in princip. Alexand.in dicta l.secunda. Adde Angel. in l.non quicquid. ff.de iudic. Secundo fallit in allegationibus iuris[o], que ad-
o
i uersario dari non debent[i]. Ita not.Roman.dicit in notabilibus suis,in singulari cclxij.incipien.fuit interrogatus,vbi allegat illud dictum Innocen.in dicto cap.per tuas.τ dicit Joannes de Imo. interrogatum de hoc obtinuisse. Tertio limitatur dummodo fiat talis editio de mandato iudicis,secundum Baldum in dicta l.secunda,per illum textum in principio.allegat Gnil.de Cun.idem dixisse in l.edita. C.de edendo.τ idem Gnil.τ Alber.in l.prima.§.editiones. versicu.secunda est editio.ff.de edendo.per l.in fraudem.§.quoties.ff.de iure fisci.l.fin. ff.de officio assesso. Quarto fallit in positionibus dependentibus a facto proprio,quorum copia nõ datur: cum statim quis respondere teneatur, τ petens copiam non auditur: vt notab. Baldus tradit in l.secunda.C.vt lite pendente.in vltimo nota. Et hoc sequitur Alexand.in dicta l.secunda:quod tamen non videtur procedere in casibus, quibus etiam in facto proprio probabilis est ignorantia:quia talibus positionibus debet dari terminus ad respondendum:vt late Barto.concludit in l.secunda.§.quod obseruari.C.de iurament.calum.versicu.sed pro cuius declaratione.Unde si terminus datur ad respondendũ:
k ergo[k] debet copia exhiberi,a cessante ratione Bald.Quinto: vbi editio actorum contra fiscum petitur. Nam a quoquã ad-
l uersus fiscum[l] non eduntur:vt dicit text.in l.in fraudem.§.neque.ff.de iure fisci.τ ibi glo.magna, circa finem, dum allegat l. secundã.C.de edendo.τ ita Alexand.in dicta l. secunda. Videtur tamen admodum durum quod quis a notario non possit petere editionem sibi fieri contra fiscum,cũ ratione officij ipse ad hoc teneatur,τ difficilimum esset aliter probare,per ea,que habentur in cap.quoniam contra.j.eodem.Unde predicta cõclusio potest procedere in tertio,apud quem acta reperiuntur: τ sic loquitur gl.in dicto §.neque.secus videtur in notario, per supra dicta.Sexto fallit in eo,qui fuit presens,τ negligens tempore actorum in accipiendo copiam:quia postea non datur sibi terminus ad accipiendum copiam, in odium negligentie eius:vt Barto.τ Ange.dicunt in dicta l.secunda. per glossam j.ibi:τ gloss.similis,vbi Ang.idem dicit in l.j.§.editiones. ff.de edendo.de quo dicendum est vt per Fulgo.Pau. de Castro τ Alexand.in dicta l.secunda.Septimo regula supra dicta bene procedit in notario:secus est in tertio,qui edere non tenetur:secundum quod infra in sequenti articulo declarabitur. Octauo fallit in indicijs habitis ante inquisitionem pro informatione curie.Ang.in l.questionis.ff.de questionibus.videtur de mente Barto.in l.fin.ff.de questionibus.Et ratio videtur:quia parti non preiudicant,nisi repetantur.Barto.in dicta l. finali. Ang.in dicta l.si vacantia.Unde cum non intersit, non potest editio peti. Et ideo si interesse pretendatur, vt quia testes dicantur variasse ab eo quod deposuerunt pro informatione curie:quo casu fides eorum minuitur ex varietate,iuxta not.in l. eos.ff.de falsis.Videtur quod tunc esset danda copia, a cessan-
54 te ratione,quod not.†Circa predicta,duo not.sunt.Primum est,quod notarius,qui edere tenetur, semel duntaxat potest cõpelli: vlterius vero editio instrumenti peti non potest:vt not. Bartol.τ Bald. per illum textum in l.si quis ex argentarijs.§. fin.ff.de edendo.vbi Alber.de Rosa.Paul.de Cast.τ Moder. qui hoc sequuntur.τ idem not.Barto.in l.final.versicul. quero quando notarius.ff.de tabu.exhibend.τ in l.fina.per illum textum in versicu.vlterius nota.ff.de bon.autho.iudic. possidend.
55 †Ista conclusio limitatur tripliciter.Primo,nisi ex causa iterum instrumentum edi postuletur:quia cum cause cognitione edendum erit.Barto.τ alij in dicta l.si quis.§.fin. per illum textum.Et idem Bartol.dicit in dicta l.fin.ff.de bon.autho.iudic. possid.vbi etiam allegat Spec.in tit.de instrumen.edi. §.postquam.versicu.sed nunquid.τ versicu.vbi autem. τ Bal.idem dicit in rubric.C.de fide instrumentorum.versicu.quero si instrumentum publicum.τ in l.dissolute.C.de condictio.ex lege.circa
56 finem,in versicul.extra queritur. †Secundo,quando in secunda editione nullum periculum subesse potest:tũc enim edi simpliciter potest:vt quia sit instrumentum venditionis, emancipationis,vel vltime voluntatis:talia enim instrumenta per nota-

tarium dari possunt geminata,τ toties,quoties petuntur.Cõclusio ergo predicta restringitur, quando preiudicium imminere potest ex geminatione,puta in instrumento crediti:vt notab. voluit Jacob.Butr.in l.si quis.§.fin.quem refert, τ sequitur Alber.de Rosa.ibi,in versicu.τ fallit iste §. ad questionem. Et ad hoc etiam allegat Azo in summa de fide instrumentorum.versicu.de amissione.τ Specu.in dicto §.postquam.quem ad hoc latius refert Alexand.in dicto §. quanuis. nullam faciat mentionem de Alberi.qui subijcit ibi hanc opinionem de more iudiciorum seruari. Et idem videtur velle Bald. in l.j.§.
57 editiones.versicul.item quero.ff.de edendo.† Tertio in actis, que indistincte eduntur,quoties petuntur,secundum Angel.τ Pau.de Cast.in dicta l.si quis.§.fin.versi.hec vox.alleg.Imol. in ca.quoniam contra.j.eodem:τ in dicta l.secunda.C.de edendo.dicit Alexand.ibi,quod Imo.hoc non dicit in dicto capit. quoniam contra.nec probatur in dicta l.secunda. Videtur tamen dictum probabile:quia facilius editio fit in actis,quam in instrumentis, vt supra dixi:τ in actis non videtur esse pericu-
58 lum,per supra dicta.†Sciendum est quod notarius,qui rogatus fuit de aliquo actu,si non velit edere,imo se rogatum fuisse negat, pena falsi tenetur.l.eum qui.vbi Bal. dicit in l. qui accusare.C.de edendo.Quod dictum simpliciter limitatur secundũ Joannem Andr.in additio.Specu.in titu.de instrumen. edit. §.instrumentum.in princip.nisi esset notarius bone fame,τ longum tempus interuenisset:bene facit,quia ex diuturnitate temporis obliuio inducitur.glo.τ docto.in l.prima.C. de seruis fugitiuis.not.Barto.in l.qui fundum.§.seruus.ff.pro empto.vbi dicit hoc procedere, si agitur de damno euitando.Secus si de lucro acquirẽdo. Et ita est casus noster, vt pena falsi euitetur. Et ideo no.ad propositum dicit Ang.in authent.de trien.τ semiss.§.si autem. per illum textum, quod excusatur notarius a pena falsi, qui interrogatus in senectute de instrumento ab eo confecto in iuuentute,dixit cum iuramento illud instrumentũ ab eo scriptum non fuisse. Nam falsum non committitur, nisi cum dolo.l.nec exemplum.C.de falsis.τ quelibet causa,etiã iniusta,excusat a dolo.l.igitur.§.primo.ff.de liber.cau.glo. in l.plagij.C.de plagiarijs. Et in notario potius semper error presumitur,quam dolus:vt notat Barto.in l.quoties.§.primo.ff.de hered.instituend.in iij.notab.per illum textum, cuius dictum proprie procedit, quando aliquid omissum fuit ex obliuione, τ sic deliquit non faciendo, vt in casu nostro: licet secus esset in faciendo: vt notab.declarat Angelus de Aretio in consilio incipiẽ.in casu predicto videtur quod nullo modo dictus notarius. Secundo limita, quando quis omnibus celaret instrumentum:secus si tantum petenti.Bart.in l.tertia.§. si quis dolo.versicu.τ posse.ff.de tabu.exhibend.Bald.in l.si.C.de edendo.versicu. octauo queritur. Et ad predicta vide etiam Bald. ibi,versicul.sexto queritur. Fede.consilio cxiij.incipien.Titius constituit.τ Bald.in l.argentarius.§.fina.ff.de edendo.Roma
59 nus in notab.ccclxxj.tabellio.¶ †Superest vltimus articulus prime questionis principalis, videlicet quomodo editio a tertio postuletur:in quo conclusio, τ regula negatiua sit quod tertius,apud quem reperiuntur rationes, vel instrumenta, inuitus edere non cogitur: vt voluit gloss.in l.in fraudem.§.neque instrumenta.in verbo,edi.ff.de iure fisci.quam pro not. allegauit Angel.in l.prima.§.editiones.ff.de edendo.τ Abb.hic,vbi reprehendit Anton.de But. qui contrarium hic tenet, τ male, per rationes,quas Abb.inducit.Et secundum istam conclusionem consuluit Alexan.in consilio lviij.incipien. circa primum quesitum.in primo lib.τ idem Bald.voluit in dicta l.fin.versic. vltimo circa materiam.ad finem distinctionis.C. de eden. Facit quod supra dictum fuit de notario, qui tertio non tenetur edere, cum ab eo non fuit rogatus, ergo idem in tertio dicen-
60 dum est. †Limitatur ista cõclusio pluribus modis. Et primo si tertius voluntarie exhibeat: quia potest, licet non cogatur. Ita glo.dicit in dicto §.neque instrumenta.vbi Bartol. sequitur,τ Abbas hic,τ Alexand.in consilio lviij.supra allegato.Et idem est in notario,qui edere potest,si velit,in casibus, quibus non compellitur:vt not. Ange.τ Alexand.in l.pretor.in princ. ff.de edendo.circa finem, τ talis editio proueniens ex mera voluntate poterit fieri cuilibet:vt supra dixi in notario, ex quo sola voluntas habentis instrumenta, vel rationes cõtemplatur. Secundo fallit in actis, que etiam a tertio edi petuntur:vt voluit gloss.not.in l.secunda.§.diuus.el primo. in verbo, agatur. circa finem,ibi:sed quilibet alius etiam.τ ibi Bartol. τ Angel. hoc sequuntur.ff.de iure fisci.Alexand.in dicta l.secunda.C.de edendo.τ in dicto consilio lviij.supra allegato.Facit quod notat Bartolus in dicta l.prima.§.editiones. in versic. iuxta hoc quero. ff. de edendo. de quo supra dixi de notario actorum. in principio. Et licet ista sit communis opin.non tamen videtur

in tertio

in tertio aliqua ratio diuersitatis, que vigeat inter acta, & alia instrumenta. Tertio si apud tertium reperitur originale esse, siue protocollum notarij, tunc ipse edere cogitur. Regula ergo supra dicta procedit, quando habet instrumentum sumptũ ab ipso originali: secus quando ad eum peruenit originale: ita not. Bald. in l. fina. versicu. vltimo circa materiam. ad finem, C. de edendo. Allegat textum in l. quedam. §. is autem. in l. pretor. §. si quis seruus. ff. de edendo. & idem not. Baldus in l. quedam. §. nihil. ff. de edendo. dixi supra de notario contractus in quarta limitatione. facit quod Bartol. tradit in l. tertia. §. si tabule. ff. de tabulis exhibend. vbi depositarius, & sequester apud quem protocolla reperiuntur, edere tenetur: & tali casu etiam reus edit actori ad fundandam intentionem. Bal. in l. prima, §. editiones. versicu. fallit si reus. ff. de edendo. Specul. de instrumen. edi. §. videndum. versicu. ex premissis. Aretin. hic. Et subijcit Bald. in dicta l. fin. versicu. vnum tamen, allegando Jacob. Butrig. quod quando notarius perdidit protocollum, agere potest contra possessorem instrumenti, vt ipsi notario edat instrumentum cum die & consule, vt alijs ipse notarius edere possit. l. si quis ex argentarijs. §. penult. ff. de edendo. Quod Bald. dicit menti tenendum: quia contingit sepe quod notarij perdunt protocolla in ciuitatibus, a quibus expelluntur. Ex quo dicto colligitur quarta limitatio, vt non habeat locum in notario, qui perdidisset originale: quia ad tertium poterit recurrere, qui instrumentum habet inde sumptum. d. l. si quis ex argentarijs. §. pretor. vbi Paul. de Castr. per illum textum, facit quod not. Bald. in l. publicati. in princip. C. de testamen. Quinto fallit, quando tertius non vt edat simpliciter, sed pro interesse domini, conuenitur: nam edere tenetur. l. tertia. §. interdũ. ff. ad exhibend. l. procurator. C. de edendo. gloss. in l. dissolute. C. de condictio. ex lege. Et ista non est editio, sed exhibitio secundum Baldum in dicta l. fina. dicto versicul. vltimo circa materiam. in princip. quia ipsum originale datur petitori, & non remanet apud illum, a quo petitur. Allegat dictam l. tertiam. §. interdum. ff. ad exhiben. & sic ille §. non loquitur in materia editionis. Sexto regula procedit in tertio, cum quo nõ litigatur: nec cui mandatum fuit: secus si mandatum ei fuisset, licet non sit in iudicio: quia edere tenetur. l. argentarius. in princip. ff. de edendo. ibi: an cum alio. Et sic argẽtarius, cui fuit mandatum, tenetur edere, licet lis cum alio sit. Sed tamen textus loquitur in argentario, qui ratione officij edere tenetur. Unde in notario esset bonum simile: secus videtur in priuato, de quo tex. non loquitur. Idem tamẽ in priuato dicendum est, ex quo sibi fuit mandatum, & tota vis in mandato videtur consistere. l. si quis. §. pertinere. de edendo. In hoc tamen videtur differentia: quia in argentario, & notario qui ratione officij debent edere, officio iudicis coguntur: sed in priuato, cum voluntarium sit mandatum actione mandati cõuenitur: quia cessat ratio, que in notario, & argentario allegatur per Bartolum & docto. in l. prima. C. de edendo. in l. quedam. in princip. ff. eodem titul. Septimo fallit in scriptura, que apud tertium reperitur, & scripta ab alio me mandante fuisset: cum enim mandato meo facta sit, licet mandatum non afficiat tertium possessorem, equum tamen est vt mihi succurratur, propter mandatum meum: vnde tertius isto casu mihi edere tenetur. text. no. in l. tertia. §. interdum. ff. ad exhibend. Et licet de mandato meo nihil in text. dicatur, tamen secundum glo. ibi in verbo, conscripserit, ita intelligitur, & videtur verisimile, vt secundum alia iura intelligatur. Ita Aretin. hic, & istum intellectum approbat Alexand. in consilio lvij. supra allegato. Ad dictum §. interdum. etiam alius est intellectus, secundum Aretinum hic, vt restringatur in possessore, qui non habuit causam ab eo, qui scripsit me mandante. Allegat Joannem Andr. in additio. Specu. in titu. de instrumen. edi. in rub. ibi, si autem dominus non est, vbi Joan. Andr. non dicit hoc, sed loquitur simpliciter, prout dicit text. in dicto §. interdum. Domi. Bartholomeus Socinus in dicta l. fin. C. de edendo. videtur aliter referre Aret. scilicet per contrarium eius, quod dictum est, vt §. interdum. procedat in eo tantum, qui habuit causam ab eo, qui scripsit me mandante: ex vitio impressoris non facile colligitur intentio Aretin. Quicquid tamen sit, iste restrictiones diuinant ad dictum §. interdum. qui generaliter loquitur: ergo debet indistincte intelligi. l. prima. §. & generaliter. ff. de leg. prestan. xix. dist. cap. si Romanorum. Hoc vlterius probatur: nam in dicto §. interdum. ponuntur duo casus. Primus, quando ille, qui agit contra possessorem, est dominus: & tunc habet rei vendicationem, & actionem ad exhibendum. Secundus casus est, quando agens non est dominus, tunc pro interesse, quod pretẽdit, habet actionem in factum. Modo sic in primo casu, quando agit dominus, clarum est quod possessor, qualitercunque possessionem habuerit, a domino conuenitur. §. primo. institu. de action. ergo in secundo casu idem dicendum est: quia Jurisconsultus procedit retento eodem themate. Nam actio in factum in nõ domino surrogatur in locum rei vendicationis in domino: & ideo eo casu debet actio in factum competere non domino, quo casu rei vẽdicatio domino datur: quia surrogatum sapit naturam eius, in cuius locum surrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. Alius etiam intellectus colligitur ad dictum §. interdum. ex dictis Ange. in l. quedam. in princip. in l. pretor. §. primo. ff. de edendo. & Aretin. hic refert, vt regula supra posita loquatur in tertio, qui dominus est, & possessor: secus in eo, qui simpliciter possidet. dicto §. interdum. Postremo circa dictũ §. interdum. non omitto quod Baldus voluit in dicto §. interdum. dicens quod in subsidium actio in factum competit ei, cuius interest, vt sibi edatur, quamuis aliquod eius mandatum nõ interuenerit. Et hoc videtur probari in dicto §. interdum. vbi actio in factum datur, que subsidiaria est. l. quia actionum. ff. de prescriptis verbis. l. sancimus. vbi Barto. C. de sacrosanc. ecclesijs. Considerandum tamen est quod si hoc dictum Bald. intelligatur generaliter, prout ipse simpliciter loquitur, regula supra dicta parum nobis seruiret. Unde intelligo Bal. quãdo apud tertium reperitur originale. Ita loquitur §. interdũ. qui in rationibus loquitur, quas seruus cõscripsit, & postea ad tertium peruenerunt. Nam hoc casu editio petitur a tertio, sicut supra dictum est de protocollo notarij in tertiam limitationem. Secus si non esset originale apud tertium, sed instrumentum transumptum: quia etiam in subsidium editio nõ peteretur ab ipso tertio, per regulam supra dictam. Ultimo limita regulam supra positam, nisi tertius qui possidet, teneretur agenti contra me edere ratione communionis instrumẽti, que est inter eos: nam sicut ego reus possum petere ab actore vt mihi edat, ita immediate tertius iste, qui possidet, tenetur mihi edere, & ad mihi edendum cogi poterit, sicut illum agentẽ contra me compellere potuissem. Ita no. colligit Are. & dominus Barthol. Socin. in l. procurator. secundum vnum intellectum gloss. C. de edendo. Periculosa videtur hec limitatio: quia ius petendi editionem personale est: vt dicit Barto. in l. si Titius. §. si quis prius. ff. de aqua pluuia arcenda. & quia non videtur mihi contra illum tertium immediate ius competere: sed deberem agere contra te, vt tu ageres contra illum, qui tibi ad tenendum tenetur, iuxta l. si sic. ff. de legatis primo. l. cum in plu-

61 res. in §. messem. ff. loca. †Secundo principaliter queritur quo iure instrumenta, vel rationes edi postulentur: in quo recurrendum est ad ea, que Bartol. tradit considerando plures casus in l. quedam. in princip. ff. de edendo. in l. prima. C. eodem titulo, cuius dicta reassumit, & sequitur dominus Abbas hic. Sed quantum ad propositum prosequar duntaxat illum casum, qui ad materiam tituli de edendo pertinet. Et in hoc cõmunis conclusio est quod editio, que per titulum de edendo, petitur ab argentario, notario, & similibus, non iure actionis a principio, sed officio iudicis postuletur. Ita probatur in l. prima. C. de edendo. Et si requisiti non edant, tunc demum ad interesse actione in factum tenentur. l. si quis ex argentarijs. §. ex hoc edicto. ff. de edendo. Ita firmauit glo. fin. in dicta l. j. quam Barto. & docto. communiter sequuntur. Idem glos. in l. prima, §. editiones. in glos. magna, ff. de edendo. Et ista est communis opinio, contra quam insurgit Alexand. in dicta l. prima. & dicit veriorem esse contrariam opin. quia imo iure actionis in factum argentarius, & similes edere coguntur. Mouetur per l. pretor. in principio. ff. de edendo. vbi verba pretoris ad partem referuntur: ergo non videtur officium iudicis competere: quoniam illud locum habet, quando ad iudicem verba dirigũtur, iuxta glo. in l. si soror. C. de collatio. not. Barto. in l. j. ff. de condictio. ex leg. Secundo probatur, secundum eum, in l. iij. §. interdum. ff. ad exhibend. vbi si ab eo, qui non sit dominus quarte, pro eius interesse petantur rationes exhibere, datur actio in factum: ergo ita videtur dicendum in proposito. Et in ista oppo. fuit etiam Anto. de But. hic, Specu. in titu. de instrumen. edi. §. videndum. versicu. idem in argentario. Et gloss. videtur hoc tenere in dicta l. si quis ex argẽtarijs. §. ex hoc edicto. Addo Feder. consi. cxiij. incipien. Titius constituit. Unde si actio in factum, competit, dicit Alexand. ergo non datur officium iudicis, quod est extraordinarium remedium: & ideo cessat existente ordinario. l. in cause. ff. de mino. no. in l. in prouinciali. ff. de operis noui nuntia. Non obstat text. in l. j. C. de edendo. quia Alexand. respondet dupliciter. Primo quod loquatur de officio iudicis mercenario deseruiente actioni depositi intentate, non de officio iudicis nobili: de quo est questio doctorum. Vel secundo dicit ipse quod ibi officium iudicis consideratur quo ad cause cognitionem, quem iudex adhibere debet: quando

actor editionem petit: non quod ius petendi editionem funde tur in officio iudicis: imo iure actionis illud petitur, vt supra dictum est. Vel tertio potest dici quod in dicta lege fit editio per reum actori contra regulam ex causa: ideo tali casu speciali officio iudicis petitur. Utraque opin. disputando esset sustetabilis. Sed tamen pro nunc sequor communem opinion. non obstantibus supra dictis. Pro qua videtur tex. in l. penult. §. fi. ibi: ad iudicis officium pertinere. ff. ad legem Falcidiam. facit textus in l. si quis ex argentariis. §. pretor. ff. de edendo. ibi: pretor ait, causa cognita edi iubebo: nam verba ad iudicem referuntur: ergo officium iudicis videtur competere, iuxta glo. in dicta l. si soror. Et hoc modo idem probatur in l. quedã. in princip. eodem tit. ibi: nec a pretore hoc edicto compelluntur: et inferius, ibi: non cogitur a pretore per metum in factum actionis. Et ita argumen. primum Alexand. contra eum retorquetur. Et dum dicitur, metu actionis in factum compelluntur: ergo videtur quod prius non competat actio in factum, sed officium iudicis, et probatur etiam in l. secunda, C. eodem titul. Et licet tex. loquatur in actione, idem tamen videtur in instrumẽtis, cum nulla ratio diuersitatis esse videatur. Et maior ratio videtur esse in actis, vt edantur iure actionis: quia facilius edantur, vt not. in d. l. ij. et supra dixi. Unde si acta non eduntur iure actionis, sed officio iudicis, idem concludendum est in instrumentis. Ultimo probatur in dicta l. prima, C. de eden. Non obstant responsiones Alexan. Nam prima de officio mercenario, videtur contra textum in dicta l. j. quod refert se ad iudicem: ergo videtur quod sit in arbitrio iudicis: et sic de officio nobili loquitur, non de mercenario quod famulatur actioni proposite, iuxta not. in l. j. ff. de iurisdictione omnium iudicum. et vide Barto. in l. iubere. ff. de iurisdictione omnium iudicum. Non obstat secunda responsio, quod officium iudicis, de quo in dicta l. j. respiciat cause cognitionem: quia hoc non videtur verum, imo respicit ipsam editionem, vt colligitur ibi, nam quod cõsiderat. Nam officium iudicis refertur ad desiderium petentis: ergo respicit editionem, de qua ibi agitur. Confirmatur hoc: quia causa, ex qua editio debet fieri, non committitur iudici, sed in iure debet esse expressa: vt not. in dicta l. j. ergo officium iudicis considerari non potest eo modo, quo Alexan. dicit. Et istam opin. communem etiam Bartol. sequitur in duobus locis, qui non allegantur communiter in l. iiij. §. Cato. in iij. opposi. de verborum oblig. dum respondet ad textum in l. si quis ex argentariis. §. j. Idem Bartolus in l. si tertius. §. si quis prius. ff. de aqua pluuia arcenda. vbi inquit quod tale officium iudicis, de quo in titu. de edendo. personale est, vt ibi per eum. Cardina. in clementi. j. §. ceterum. in iiij. quest. de vsur. Non obstant allegata in contrarium per Alexand. et primo dum dicit, quod verba referuntur ad partem, per dictam l. pretor. quia in hoc non potest fieri fundamentum, cum etiam verba dirigantur ad iudicem, per iura supra allegata. Preterea, supra pluribus modis probatur, et clarum relinquitur, quod officium iudicis detur: ergo non attenditur quod verba ad partem dirigantur: quia illud argumen. procedit in dubio, vt no. Salic. in dicta l. j. ff. de condi. ex lege. Non obstat tex. in §. interdum. quia ibi non loquitur de actione in factum ex titu. de edend. in quo titulo mandatum requiritur: et agitur cõtra argentarium, vel notarium dominum scripture. Sed in §. interdum. non cõstat mandatum de interuenisse, vt supra dixi: et agitur ibi contra illum, qui non est dominus scripture, vnde efficacius tenetur vt supra dixi, secundum Angelum ad intellectum illius §. Non obstat vltimum quod Alexand. dicit, si actio in factum datur, est ordinarium remedium: ergo cessat extraordinarium: quia negatur quod actio detur, vt patet ex supra dictis. Preterea, etiam si actio competeret, vt dicitur in dicto §. interdũ. argumentum non videtur procedere: quia illa actio datur in subsidium. Et sic videtur remedium extraordinarium: vnde nõ videtur excludere officium iudicis: quia extraordinaria remedia bene simul concurrunt. l. si longius. ff. de iudic. iuncta l. cum filiusfamilias viaticum. ff. si certum petatur. et not. Barto. in dicta l. in prouinciali. §. j. Adde tamen quod pro opinione Alex. videtur tex. in dicta l. quedam. in princip. dum ibi dicitur quod contra procuratorem actio mandati competit, et non cogitur metu actionis in factum: ergo videtur quod ad edendum detur actio in factum. Nec obstat quod videtur tex. ibi loqui de illa actione in factum, que datur pro interesse, ad quod tenetur ille, qui non edit. l. si quis. §. ex hoc edicto. ff. de edend. quia imo textus videtur loqui de prima petitione editionis, vt patet in eo, quod ibi dicitur de procuratore, contra quem agitur actione mandati, vt cogatur rationes edere, et non metu actionis in factum: et sic videtur loqui tex. de prima petitione, quando agitur ad edendum, et non respectu interesse. Et vltimo notandũ est quod disputatio supra facta inutiliter non procedit: quia si iure actionis editio deberet fieri, ex interpellatione extraiudiciali constitueretur in mora, qui teneretur edere: secus si officio iudicis. l. cum postulassem. ff. de damno infecto. et etiam propter modum formandi libellum: vt per Alexandr. in dicta l. j. C. de edendo. Et ad predicta vide Bald. hic, qui distinguit inter officium iudicis, quo petitur ab aduersario: et officium iudicis, quo editio a notario postulatur. versicu. et nota quod of-
62 ficium iudicis. ¶ Nunc tertia questio principalis se offert, scilicet quomodo editio fiat. Pro cuius declaratione de duobus queritur. Primo an in totum debeat instrumentum edi, vel duntaxat sufficiat partem, de qua agitur exhibere. Secundo vtrum editio debeat fieri cum die et consule. Circa primã questionem habemus textum in materia editionis in l. argentarius. §. edi. ff. de edendo. vbi aperte dicit tex. quod illa pars tantum edi debet, que ad instructionẽ cause pertinet: et idem dicit Bartol. per illum textum, vbi Bal. sequitur in l. fin. C. de preci. Impera. offerend. quod si copia instrumenti petatur, tantum illa pars, que ad eum spectat dari debet, non totum instrumentum. Et idem Specu. tradit in titu. de instrumen. edi. §. videndum. Unde legatario sufficit quod illa pars testamenti edatur, in qua legatum continetur: vt not. Barto. in l. ij. §. finali. ff. quemadmodum testamen. aperian. Idem Bartol. dicit in dicto §. edi. Et hoc reperio quod in pulchra questione consuluit Angel. in consilio cxxiiij. incipiente, super facto predicto arguo primo. Et idem dicunt Barto. et Ange. in l. fina. per illum text. ff. de bon. autho. iudic. possidend. Ad idem text. in cap. contingit. j. de fide instrumentorum. in cap. cum persone. de priuileg. in vj. et Bart. et alij in locis infra allegandis. Predicta conclusio limitatur, quando capitula sunt separata, et diuersam materiam continent. Secus si connexa sint capitula, vel de eadẽ materia loquãtur, ita quod ad capitulum, de quo agitur, aliquid conferant: nam tunc instrumentum in talibus partibus debet exhiberi. l. inciuile. ff. de legibus. et Bald. ibi in princip. colligit per illum text. quod totum instrumentum debeat legi, et etiam illud, quod continuatur cum ipso: quia sequentia declarãt precedentia, et sepe etiam corrigunt. l. si tibi. ff. si certum petatur. et ideo dicit Barto. in l. qui filiabus. in princip. per illum textum ff. de legatis primo. quod legatario non solum debet dari particula testamenti, in qua legatum continetur, sed etiam alia pars, per quam legatum posset declarari. et Alber. de Rosa. in dicta l. argentarius. §. edi. inquit quod legatario omnia edenda sunt, que ad legatum conferunt: vnde institutio legatario exhibenda est: quia ab illa pendet legatum, secundum Paul. de Castr. in dicta l. fin. C. de precibus Impera. offerend. Regula ergo supra dicta procedit, quando sunt capitula separata: et sic docto. loquuntur, et domi. Abb. ita videtur intelligere in dicto cap. contingit. de fide instrumentorum. Secundo conclusio supra dicta declaratur, vt procedat in editione, que fit petẽti editionem, prout videntur loqui iura supra allegata. Secus est si instrumentum edatur iudici: quia totum instrumentum exhibetur iudici. l. j. §. penul. qui incipit, edere. ff. de edendo. facit textus in dicta l. inciuile. ff. de leg. per que iura Bar. ita concludit in dicto §. edi. et late idem voluit Barto. in rub. ff. de operis noui nuntia. versicu. iuxta hoc quero. et tenet Anto. de Butrio in dicto cap. contingit. Ista tamen limitatio non videtur bene probari in iuribus allegatis per Bartolum in dicto §. edi. Nam textus in dicto §. edere. vt ex precedentibus ibi colligitur, videtur loqui de editione, que fit parti: et tamen dicit quod edi in totum debet. Unde magis conuenit quod ille text. intelligatur secundum primam limitationem, scilicet quando est eadem materia, vel idem capitulum. Et verba correspondent, dum text. dicit ibi, edere non videtur, qui stipulationem totam non edit. De vna stipulatione ergo videtur loqui, et de eodem capitulo. Sic etiã in dicta l. inciuile. diuinare est quod restringatur in iudice. Et ratio illius legis qua mouetur Barto. in dicta rub. de oper. no. ad dicendum quod iudici in totum sit edendum: quia vna pars sequens possit precedentia corrigere. d. l. inciuile. ita militat in parte, sicut in iudice, per ea, que supra dixi in prima declaratione. et textus in l. j. §. edenda. ff. de edendo. videtur equiparare editionem, que fit parti, et illam, que fit iudici. et ibi Baldus in principio videtur hoc colligere. Opinio tamen Barto. videtur probari in cap. contingit. de fide instrumentorum, quem text. Barto. adducit in dicta rubric. facit text. in cap. cum persone. de priuileg. in vj. Et talis editio, que fit iudici, est facultas quedam inspiciendi, que conceditur iudici, pro quo presumitur. cap. in presentia. s. de renun. vt ipse omnia videat, et parti tantum concedatur copia capituli, de quo agitur. Et ita ex dictis Bartol. elicitur in dicta rubrica de oper. no. et Bald. idem dicit in dicta l. inciuile. de legi. dum allegat

gat.dict.capitul.contingit.vbi Abb.& not. Paul. de Castr.in dicta l.fina.C.de preci.Impera.offe. Et hoc modo hec secunda limitatio declarata bene procedit: quia ratio diuersitatis manifesta est: quia de parte lex suspicatur, si totum editur, dicto
63 capit.contingit.de iudice confidit.† Tertio fallit conclusio supra posita in legibus, vel statutis, que in totum debent produci. Ita Bartol.in dicta l.inciuile.per illum textum.ff.de legib. Sic ergo in instrumentis, vel rationibus aduersario editio fit pro parte: sed in lege, vel statuto fit in totum. Idem videtur velle Barto.in l.secunda, ad fin.ibi, non idem dico.ff.quemadmodum testamen.aperi. Et rationem Bart. adducit in dicta rub. quia statuta tolli ciuitati communia sunt: ideo in totum producenda sunt: quasi, vt puto, velit dicere Bart.in rationibus, & instrumentis consideratur interesse petentis: & est suspicio, si in totum edantur, ideo editio limitatur. Iste rationes cessant in statutis: quia sunt publica, & omnibus communia sunt. Et ita in effectu dicit, & sequitur Alexan.in rubrica preallegata. Hec tertia limitatio in qua differentia colligitur inter leges vel statuta, & rationes, vel instrumenta, bene procedit, quando editio fit parti, vt supra dixi. Secus si fieret iudici: quia tunc nulla est differentia inter statuta, & instrumẽta: quia semper tunc editio in totum fieri debet. Ita Bartol. in dicta rubric.loquitur, dum concludit idem esse in instrumentis, & statutis. Et idem Bald.& Fulgosi.in dicta l. inciuile. Anton.de Butr.hic, & in dicto capitul.contingit. Et ita ampliatur quod supra dictum est in secunda limitatione, vt iudici in totum edatur tam in instrumentis, & rationibus, quam in legibus, vel statutis. Et sic ex supra dictis colligitur quod statuta integraliter debeant edi. Et idem est, si aliqua additio statuto facta fuisset: quia cum statuto debet exhiberi, vt Bartol.dicit in rubrica preallegata, per ea, que notat glossa in dicta l. inciuile. Ad hoc allego not.dictum Card. post Lapum in clementin. statutum.in ij.opposi.de elect.vbi singulariter dicit quod additio facta alicui statuto recipit omnes qualitates prioris statuti: & quod de tali additione per omnia idem, quod de statuto iudicatur. Et licet statutum edendum sit, non tamen opus est edere volumen statutorum. Ita Bartol.in rubric. prealleg. in dicto versicul. in principio. & idem Bald. in dicta l.inciuile. Non obstat si dicatur, ratio quare edatur totum statutum, est, quia posset principium corrigi in fine: vt not. in dicta l. inciuile. & supra dictum fuit: talis ratio etiam militat in toto libro. Nam Bald. ibi respondet quod non presumitur correctio.§. quibus.in prima consti.C. Ista ratio prima facie non tollit argum. quia si non presumitur correctio in libro statutorum, minus presumi debet in eodem statuto: quia incontinenti maxime quis non presumitur se corrigere. l.non ad ea. ff. de condit. & demonst. Nisi dicamus quod in vno statuto in totum fit editio, non ratione correctionis, quia non presumitur, sed propter limitationem, & declarationem, que sumitur ex sequentibus, per supra dicta: & quia materia sub congruis titulis collocatur: vt not.in l.ij.ff.de statut.hom.in l. Imperatores.de in diem addic. Unde sufficit edere statutum, quod loquitur in materia: quia verisimiliter ibi loquitur statutum in materia, de qua agitur: ideo non requiritur quod volumen totum producatur. Ultimo not.est quod omnia supradicta de productione statuti, procedunt in statuto alterius ciuitatis, quod ex aliqua causa edendum sit. In statuto vero proprio ciuitatis editio nulla requiritur: quia cum statutum sit positũ pro rostris, vt Bal.tradit in dicta l.inciuile.potest videre quid vult. & idem Barto.tradit in l.omnes populi.ad finem. ff.de iustitia & iure. Abb.hic.in fin.cap.idem Bald.in consilio cccviij.ad veritatem. libro tertio. Et hoc verum, nisi esset aliqua reformatio non inclusa in libro statutorum, de qua probabilis videtur ignorãtia, quia edenda erit. Barto.in dicta l.omnes populi. in fi.& Abb. hic.facit quod not.Barto.& docto.in l.cum prolatis. ff.de re iudica. Bal.in l.secunda, quando prouoca.non est neces.cum sim. Nam de essentia statuti videtur quod situatum sit in volumine aliorum. Bald.in cap.in causis.versicul.quero vtrum. infra de re iud.probat Roman.in consilio cccccxvj.incipient.quo ad primum.in vltimo dubio. Et hoc, quod vltimo loco dictum est de reformatione, limitãdum videtur, nisi esset reformatio multum nota, de qua probabilis non esset ignorantia. nam tunc ratio Barto.cessat. Et hoc in simili tradit dominus Abb. in ca. primo, de re iudica. reliqua per Bartolum & docto.in dicta rubri.de oper.no.nuntiat. Circa secundum breuitatis gratia me refero ad Abbatem hic, & ad ea, que latius post alios Alexan. scribit in l.prima, §.editiones.ff.de edend. ¶ Superest vltima questio principalis, pro cuius declaratione de duobus queritur. Primo, quando, id est, quo tempore instrumenta, & rationes
64 edi debent. Secundo, in quo loco editio fieri debeat.† Circa primum regula sit, & conclusio, quod instrumenta tantum eduntur post litem contestatam: nec enim prius produci possunt, sicut dicitur de testibus, qui ante litem contestatam non recipiuntur. cap.primo, & per totum s.vt lit.non contesta. ergo idem erit dicendum in instrumentis. Ita arguit text.in c.cum dilecta.de confirmat.vti.vel inut.facit text.in cap.peruenit. de testi.cog.ita gloss.ordinaria concludit in l.prima, §. edenda. ff. de edendo.& ibi Bald.qui ad hoc etiam allegat Specula.in titu.de instrument.edit.§.nunc dicamus.& ideo si productio fiat ante litis contestationem, ex tali editione non potest ferri sententia, nisi iterum lite contestata instrumentum producatur: vt not.tradit Feder.de Senis in consilio clx.incipien.casus talis, dominus Minus.versicu.non obstat.vbi inducit capi. veniens.el secundo, de testibus. Et hoc sequitur Anton.de But. hic, idem Anton.de Butr.in cap.cum dilectus, versicu.nos autem.s.de ord.cogni.& in cap.cum venissent.s.de restitutione in integrum. Et idem quod supra tenet Mathesi. in not. suis. in quarto notab.incip.nota quod si actor. Et secundum predicta merito dixit Franc.Tig.& Bal.in rub.C.de edendo.quod editio instrumentorum non est de preparatorijs iudicij. In proposito igitur editiones rationum, vel instrumentorum debent fieri post litem contestatam, quando expedit, & opportunum videbitur ad fundandam intentionem, exceptionem, vel replicationem, vt declarat dominus Abb.hic, & Bald.hoc idem dicit in l. secunda, C. vt lite pendente. Predicta conclusio optime procedit in editione instrumenti, que fit ad effectum probationis. Secus si edi petatur instrumẽtum ad hunc finem, vt quis deliberare possit. Nam talis editio, que preparationem respicit, a principio, debet fieri ante litis contestationem. Et ista limitatio exemplificari potest in tribus casibus, qui diuersimode considerantur, per dominum Abbatem, sed aptius hac vnica conclusione clauduntur. Primus est in fisco, & similibus priuilegiatis, quibus editur a reo, ad eius intentionem fundandam. Nam a principio petere potest sibi edi instrumentum, vt cognoscat an ex eo intentio eius possit fundari: vt domi. Abb. hic concludit. Secundus casus est, quando instrumentum petitur ratione dominij: nam a principio potest peti vt instrumẽtum exhibeatur: quia exhibitio est preparatio in rei vendicatione. l.j.C.ad exhibend. Et hoc idem dominus Abb. hic dicit. Tertius casus est, quem Innocen.ponit, si quis agit, & in libello mentionem facit de aliquo instrumento, vt quia agẽs dicat reum sibi obligatum ex causa mutui ad decem ex tali instrumẽ
n to: nam reus ante omnia a principio [n] petere potest vt late instrumentum allegatum sibi edatur, ad hoc vt deliberare possit an cedere velit, an contendere. Ita Innocen.hic, & sequũtur hic Hostien. Ioan.And.Anton.de Butr.& omnes. Specu. in titu.de instrumen.edi.§.nunc dicamus.versicu. quid si quis in libello. domini de Rota in decisione xxxiiij. incipien. item si in libello. in nouis. secundum ordinem nouissimum est secũda in titu.de probatio. Bald.idem sequitur in l.prima, §. editiones. versicul.venio ad secundum.ff.de edendo.& in l.fin.C.de precib. Imper.offeren.& in l.qui stipendia.in fi.C.de procur. Ang.in l. j.§.edere.ff.de edend. Et si instrumentum, de quo fit mentio in libello, referat se ad aliud, etiam illud debet produci, ad quod relatio habetur. Ita not.dicit Bal.in l.inciuile.circa fin. versi. item not.ff.de legibus. Bal.hic. Et ita ampliando dictum Innocen.tradit Alexan.de Imo.in consilio tertio. incip. in causa & lite.in secundo volumine. Hec vltima conclusio, quam Innocent.tradit, procedit quando ille, qui mentionem de instrumento facit in libello, habet facultatem exhibendi tale instrumentum: nam in primis edere cogitur. Secus si non haberet illud in promptu: quia propter hoc nõ retardabitur iudicium,
o sed vlterius [o] erit procedendum. Ita Innocent.hic, qui etiam subijcit quod stabitur iuramento eius, qui agit, an instrumentum nominatum de facili exhiberi possit. Et idem Specu. dicit in dicto §.nunc dicamus.versicu.prealleg.ibi: quod verum est, si illud habet in promptu. Et ita concluditur in decisione supra alleg.incipien. Item si in libello. Sequitur hic Abb.& alij, & Bal.in l.qui stipendia.in fin.C.de procur.& ita primo dictum Innocen.declaratur. Secundo restringitur, nisi aduersarius, qui conuenitur, verisimiliter instructus sit de contentis in instrumento, vt quia apud eum esse presumatur: nam tunc actor edere non compellitur: quia cessat ratio Innocen. domini de Rota in decisione supra allegata, in fin. Bartol.in l.edita.C.de edendo.vbi exemplum ponit in legatario agente contra heredem: & allegat textum in l.secunda.ff.de eden.vbi Bartol.Bal. & doc.hoc dicunt per illum textum, & sequitur Abb. post alios hic, Bal.in dicta l.prima, §.rationes.versicu.venio ad tertium. in princip.idem Barto.in l.si postquam.§.si dies.ff.vt lega.no. ca. Et infert Calder.hic, prout Moder.referunt quod ille, qui

petit sententiam contra se latam declarari, & pronuntiari nullam, non debet illam edere: quia apud adversarium, qui obtinuit, esse presumitur. Sic in debitore postulante ut instrumentum simulatum pronuntietur. Et de his aliquid per Lapum allegatione ex. incipien. disputat hic plura. in quarto dubio. Ista secunda limitatio bene procedit, nisi adversarius, qui a se ipso instructus esse presumitur, allegaret, & probaret aliquo casu se instrumentum amisisse, quod erat penes eum: nam tunc sibi edendum erit. Argument. est optimum in l. si quis ex argentarijs. §. fina. ff. de edendo. facit quod supra dixi de notario, cui ex causa edendum est: & quod supra dictum est de reo, qui actori ex causa quandoque edere tenetur. Confirmatur hoc ex eo, quod dictum est supra, in prima declaratione, quod actor, qui in promptu non habet instrumentum, non cogitur illud edere, licet de ipso in libello fecerit mentionem: nam si actori hoc conceditur contra regulam, que est ut teneatur edere instrumentum, de quo mentionem fecit, a fortiori debet hoc reo permitti: quia hoc in ipso reo est, secundum regulam, ut sibi ad deliberandum edatur instrumentum nominatum in libello. Favorabilior enim est illa dispositio, que regulam sequitur. gl. not. in cap. statutum. in verbo, numerandum. de prebend. in vj. facit textus in l. secunda. ff. de iniusto rupto irritoque testamen. & in v. distinc. cap. ab exordio. & textus in l. eius militis. §. militia missus. ff. de testamen. mili. Item in materia editionis magis reo, quam actori favetur, ut supra diximus. Unde quod actori conceditur, reo non debet denegari, regula, non debet. de regulis iuris. Secundo predicta limitatio, quod actor non debeat edere reo, qui a se ipso instructus est, habet locum, quando editio petitur a principio ad deliberandum, prout agitur hic. Sed si actor obtinere velit, postea in processu debet instrumentum realiter producere, ut intentio eius probetur. l. postquam. §. dies. ubi Barto. per illum textum. ff. ut lega. no. cavea. & idem Barto. in dicta l. edita. supra allegata. Abb. hic, Bal. in l. secunda. ff. de edend. ubi allegat tex. in dicto §. si dies. & rationem adducit: quia nisi instrumentum producatur in iudicio, non probat. l. quoties. §. fin. ff. de probatio. Ad hoc est not. dictum Bar. in tracta. ad reprimendum. in verbo, de plano. ubi inquit quod non sufficit verbis allegare instrumentum, sed realis productio necessaria est, & copia debet dari adversario cum termino ad opponendum: aliter non dicitur sufficienter facta fides, secundum Bartolum.[p] cuius verba multum extollit Roma. in consilio clvj. incipien. honorande domine. & in consilio ccccxix. incipien. in casu proposito. ubi text. inducit in l. fin. C. de fide instrumentorum. & facit quod Bald. not. in l. nullum. circa finem, C. de testibus. in l. fin. C. qui admit. Tertio dictum Innoc. hic limitatur, secundum Bartolum in l. edita. C. de edendo. ut non procedat, quando in libello fit mentio de instrumenti assertive, ita quod explicite totus tenor instrumenti inseratur: tunc enim poterit deliberare absque eo quod sibi aliter instrumentum edatur. Et idem Barto. dicit in l. postquam. §. si dies. supra allega. & sequitur hic Anton. de Butr. & Imol. facit textus in ca. secundo, de dila. Et cum ista limitatione simpliciter transeunt Alexan. & Moder. in dicta l. edita. Sed Are. hic, hoc tenet contra Bartolum, & indistincte sequitur dictum Inno. quia quocunque modo actor in libello facit mentionem de instrumento, videtur protestari se usurum tali instrumento: ergo indistincte tenetur edere tale instrumentum. l. j. §. edenda. ff. de edendo. Et ex isto capite dicit Aret. tenendam esse opin. Innocen. que etiam, secundum eum, communior videtur: & idem videtur tenere Pau. de Castr. in l. j. §. edenda. Non puto recedendum ab opinio. Barto. que communis est: ut patet ex supra dictis. Et motus ipse videtur optima ratione: quia cum reddatur reus instructus ex narratione libelli, ratio Innocent. cessat, cum sit certus reus, & deliberare possit, sicut supra dictum est in secunda limitatione. Intentio enim Bartol. in dicta l. edita. & in dicto §. si dies. non fuit vim facere in hoc, an assertive, vel limitative fiat mentio de instrumento, sed in hoc, an ex narratione reddatur instructus reus, vel certus. Sed quia verisimiliter ex narratione limitata remanet dubius reus, & certus, & clarus efficitur ex narratione plena, & explicita, quando totus tenor instrumenti inseritur, argumen. l. prime, in princip. ff. de edend. ideo Barto. isto respectu differentiam facit, an de instrumento actor assertive, vel limitate loquatur. Tota ergo vis est an ex narratione actoris reus certus sit, vel non. Et tota distinctio Innocen. hic, & Bartol. in locis supra dictis in effectu ad hoc reducitur. Et ita de his duobus verbis Bal. concludit in dicta l. edita. in recollectis: ut relatum est in additione ad decisionem Rote 3. allega. in fin. & sic dicit Barto. in dicto §. si dies. in princip. ubi melius se ipsum declarat. Et ideo Abb. hic bene dicit, dum inquit quod etiam si fiat mentio simpliciter de instrumento assertive, ut Bartol. dicit, erit tamen edendum tale instrumentum ante litem contestatam, si reus verisimiliter non sit informatus: nec Barto. in hoc contradicit: imo idem vult declarando ut supra dixi. Non obstat quod Aret. supra dicit per text. in dicta l. prima. §. edenda. quia ille text. procedit in editione, que fit ad probandum intentionem actoris, vel exceptionem rei. Secus quando petitur edi ad deliberandum, prout hic agitur: tunc enim tantum consideratur an reus sit certus, ut deliberare possit. Comprobatur hoc, quia attenta ratione Aret. etiam esset edendum reo, qui esset a se ipso instructus. In eo enim etiam procederet illa ratio, quod actor, qui facit mentionem de instrumento, sit illo usurus: ergo edere tenetur. Cuius tamen contrarium omnes dicunt per l. secundam. ff. de edend. & supra dictum est in secunda limitatione. Et quod supra dictum est in isto artic. de tempore producendi instrumenta, procedit in tempore, quod a principio consideratur. Sed usquequo productio instrumentorum fieri possit, non cadit hic: habetur in cap. dilectus. j. de fide instrumentorum.
65 ¶ † Ultimo videndum restat, in quo loco editio debeat fieri. Et circa hoc breviter respondetur, secundum quod dicit tex. in l. pretor. §. fina. ff. de eden. quod ibi debet fieri editio ab argentario, ubi argentariam exercuit. Et ideo dicit Bald. ibi, quod instrumentum a notario edi debet, ubi est a principio confectum. Facit bonus tex. in l. j. & ij. C. ubi de ratio. Unde si alibi iudicium agitetur, qui edere tenetur, non cogitur instrumenta, vel rationes alibi confectas ad locum iudicij traducere, ut dicitur in dicto §. fin. Quod verum intelligitur, nisi ille, qui editionem petit, velit quod sumptibus suis hoc transferatur: ut est text. in prealleg. §. fin. cum l. sequen. & non solum suis sumptibus, sed etiam eius periculo hoc debet fieri, secundum Paulum de Castr. ibi: argum. l. unde queritur. in princip. ff. commod. Isto tamen casu, quando immineret periculum, iudex debet mittere personas idoneas ad locum, que videant originale, & de substantia, & effectu faciant fidem iudici, secundum Bartolum in dicto §. fin. per textum in cap. accepimus. de fide instrumentorum. in l. iudices. ubi Pet. Cy. Bal. & Salic. exemplum ponunt in testamento, in quo de magno preiudicio agatur. C. de fide instrumentorum. Sed quid si petens editionem velit quod omnino instrumenta, vel rationes portentur ad locum iudicij suis expensis, & suo periculo, prestando cautionem idoneam: quia forte magis interest eius, quod oculis res subijciatur, nec ita ex relatione forte consultum erit: an debeat audiri, ut reus ad hoc compellatur, videtur quod non, ex eo quod supra dictum est, secundum Barto. quia debet mitti ad locum, vel etiam secundum Fulgo. poterit iudici in loco committi. Nam licet ubi agitur de expensis, cogatur reus. d. §. fin. tamen ubi est periculum, non videtur quod ita reo consuli possit, sicut in expensis. Contrarium tamen alias consultum fuit Florentie per docto. celebratissimos, qui in effectu considerabant duos casus. Primus est, quando actor ad probandam intentionem suam, vel ad probandum exceptionem, allegat scripturas, quas ipsemet habet in alio loco, sed dicit periculum esse in delatione, ideo petit quod mittatur ad illum locum: adversarius vero instat simpliciter quod coram iudice exhibeantur. Et isto casu potest iudex mittere ad instantiam actoris: quia in illis facit fundamentum. Ita est text. in dicta l. iudices. ubi ita ponunt exemplum Petr. Cyn. & alij, procedit, & loquitur tex. in dicto cap. accepimus. & hic non est casus noster. Secundus est, quando actor in casibus, quibus potest, ad fundandam intentionem suam a reo, vel reus ab actore ad probandam exceptionem petit instrumenta, vel rationes adversarij, quas habet adversarius alibi in loco remoto: & isto casu, si ab eo, qui petit, offeruntur expense, adversarius tenetur instrumenta transferre ad locum iudicij: ut est tex. in dicto §. fi. Idem ergo quando allegatur periculum, & velit petens subire periculum: videtur eadem ratio in periculo, & expensis: ergo idem ius. c. translato. de constitutio. l. illud. ad legem Aquiliam. & ad hoc videtur tex. in l. sed si hereditas. §. j. ad exhib. Et hoc sentit glo. in dicta l. pretor. §. fin. dum allegat dictam l. sed si hereditas. que de periculo loquitur, & Pau. de Castr. dum inquit quod editionem petens auditur offerendo expensas, & quod suo periculo deferatur: arg. d. l. unde queritur. in princ. & Bal. in d. §. fin. in lectu. antiqua, dum loquitur de mercatore Florentino, qui negotiatus est Parisijs, & ibi libros habet, nec videtur ita consultum ex relatione, sicut si libri coram exhibeantur, &c. Nec obstat dictum Barto. quia non loquitur isto casu primo, & ita iudicatum fuit Florentie. Ista conclusio non videtur sine dubio. Primo enim considerandum est quod Bart. videtur contrarium velle, quicquid supra dictum sit. Nam loquitur ipse generaliter, dum querit de periculo itineris: & verba sua debent referri ad casum §. huius occasione querit, & §. loquitur quando petuntur scripture ab adversa

[redacted] licet iura allegata per Bart. [redacted] Bartol. videtur istos casus [redacted] Et certe videtur eadem ratio [redacted] concedi illi, qui conuenitur, qui videtur re[redacted]tur. Nec videtur bona argumentatio, si hoc conceditur in expē sis.d.§.si.ergo idem si allegetur periculum: quia, vt supra dixi, in expensis bene consulitur soluendo pecunias: nō sic videtur
q consultum in periculo per aliquam cautionem [q]. & cum ille §. contineat ius exorbitans, non debet extendi. Non obstat quod Pau.dicit, quia intelligo volēte eo, qui habet scripturas: quia si instet periculum, non sufficit promittere expensas, sed etiam debet periculum subire: & hoc maiorem equitatem habere vide
66 tur. † Illud etiam ad omnia supra dicta notandum est, quod si actor, vel reus edere recuset in casibus supra dictis, quibus tenetur, practica est vt iudex pronunciet quod si talis scriptura [redacted] illo, qui
p noluit exhibere [p] ad preceptum iudicis. Ita tradit not. Inn. in c.S.perpetuus.de fide instrum. Ad cuius dicti declarationem considerari possunt tres casus. Primus est in eo, qui negat aliquod esse instrumentum, ꝙ edi postulatur, prout formaliter loquitur Inn. in appellato, qui noluit sententiam pro eo latam in causam appellationis producere, negando talem sententiam latam fuisse: arg.l.non [redacted] interro.actio. Et hoc dictum Innoc. approbatur communiter [redacted] tuus.vbi Bald. in fi. Anton. de Butr. [redacted] & alij sequuntur [redacted] disputat hec plura. in fi. Io. And. in c. [redacted] Romana.§.si nō.vbi Do.de ap.in vj. Pe. [redacted] Ant. de Bu. dic. & Car. in c[redacted] §.insuper.de vij. [redacted] ele. & idem Bal. in d.l. non alienū.in l.nostrā. C.de testa.in [redacted] est etiam alius modus.l.hi, qui ad ciuilia [redacted]rit In[redacted]. C.de appe. in l.fi.in fi.C.de eden. Et de isto dicto Innoc. not. loquitur idem Bal. in l.ij.C.vt lite pend. Secundus casus est in eo, qui cōfitetur latam fuisse sententiam, & confectum in[redacted]mentum, sed dicit illam, vel illud apud se nō habere: & hoc [redacted] etiam conclusio Inno. bene procedit. Ita Bart. voluit in l.ij.C.de eden. vbi ex dicto Innocen. preallegato sic concludit. [redacted] Inno. in primo casu loquatur, vt Fulg. & Pau. de Ca. ibi dicunt. decisio tamen Innoc. etiam in isto secunda casu lo[redacted] secundum Alexand. ibi, per rationem, quam Bar. ibi adducit: quia sicut iudex actori termi[redacted] potest, vt eo elapso nō audiatur. l. Titia.ff.de accusat. l.si ea. [redacted] accusa.l.si eo tempore.C.de remis.pig. eadem ratione po[redacted] audientiam super aliquo instrumēto denegare. Facit [redacted] in l.sed & si per pretorem.§.sed & si dū decreto. ff.ex qui[redacted] cau.ma. Et isto secundo casu videtur loqui Bald. in d.l.hi, qui ad ciuilia, dum ibi format questionem. & in d.l.fin.in fi.C.de eden. & in d.l.ij.C.vt lite pen. Facit quod not. Lapus tradit in allegatione lix.incip. prelatus ecclesie. vbi inquit quod si actor non exhibet instrumentum ad preceptum iudicis, potest iudex iurisdictionem sibi denegare, & reum licentiare. Predicta tñ ratio Bart. que respicit contumaciā nolentis edere, non videtur in casibus supra dictis bene accōmodari: quia iste allegat impotentiam, dum dicit non esse latam sententiam, vel illam non habere apud se: nam vtroque casu exhibere non potest: & ideo, cum non possit, nihil sibi imputatur. c.j.§.solet.de restitut. spoliat.in vj.vbi glos.in ver.potuerit.no.in c.j.de dolo, & contu. co.li. Et penam contumacie non patitur, qui obedire non potest. l.contumacia.§.penam. & §.fi. facit tex. in l.ij. §.si quis in iudicio.ff.si quis cau. Unde ista ratio contumacie melius conuenit in tertio casu, scilicet quando habuit facultatem edendi, & noluit: de quo statim dicam. Dictum tamē Inn. in dictis duobus casibus suaderi alia ratione potest, scilicet propter mendacium, quod iste dicit, negando latam fuisse sentētiam, vel instrumentum apud se habere: ex tali enim mendacio bene conuenit vt hoc modo puniatur: arg.l.de etate.§.si cum esset.ff.de interrog.act. in l.fi.ff.de rei ven. l.si dubitetur.§.ita demum.ff.de fide inst.no. Bart. & alij in l.etiam.§.licet.ff.solu.matri. vbi Moder. Tertius, & vltimus est casus in eo, qui, cum haberet facultatem edendi, nec ipse hoc negaret, edere noluit: & iste dicitur contumax. Et ratio Bart. tali casu bene procedit, & decisio Inno. etiam habebit locum. Ita dicit, & loquitur Bart. in l.si appellatione.C.de ap. ibi: si aduersarius non vult exhibere. Et idem Bar. dicit in l.j.§.adeda.ff.de eden. & in d.l.ij.C.de eden. dū equiparat, si dixerit se non habere, vel noluerit exhibere. Et gñaliter hoc voluit Pe. de Anc. in l.j.§.ceterum.ad fi. de vsu. ꝙ ista pronunciatio per iudicem poterit fieri in omnibus casibus, in quibus quis edere tenetur, & sic contumax. Modo in predictis ad
u: rcendum est: nam in primo casu quando negat latam sententiam, prout formaliter loquitur Inn. conclusio supra facta bene procedit: quia iste non videtur in aliquo grauatus, considerato eo quod ipse dicit. Si enim nulla lata fuit sententia, vt ipse asserit, hec declaratio quod in futurum non faciat fidem, nihil sibi preiudicabit: quia non entis nulle sunt qualitates. l.si seruum.ff.de actio.emp. Et ista conclusio locum habet, nisi iste, qui negauit, eius negationem reuocaret pretextu alicuius probabilis erroris, iuxta not. in cap.fin. supra de confess. Ita Inn. in c.S.perpetuus. Cardin. in clemen. constitutionem.§.super. supra allegato. facit text. in l.de etate.§.ex causa.ff.de inter.act. Abb. in d.c.S.perpetuus. In secundo casu talis pronūciatio iudicis rigorosa videtur, quod ille, qui dicit non habere instrumentum apud se, & forte non habet, hoc modo puniatur. Sed tamen dicendum est, quod cum iste teneatur edere, presumptio est quod apud eum sit instrumentum. Unde si dicit illud amisisse, debuit hoc probare: & hoc probato, non haberet locum dictum Innoc. Sed si hoc non probetur, presumptio est contra eum, qui tenetur edere: & ratione mendacij, vt supra dixi punitur. Et ideo si iste non esset in dolo, vel fraude, vt quia dicit latam fuisse sententiam, sed non recordatur de tenore eius, & iurat non habere illam apud se, non deberet ei imponi perpetuū silentium, secundum Bald. in dicta l.hi, qui.C. de appellation. Hoc tamen dictum de iuramento, non ita simpliciter procedit, per ea, que notat Bartolus & docto. in l.si quis.§. penulti. ff.de edendo. In tertio casu, in quo contumacia consideratur, dubium facit: quia contumacia nō videtur iusta causa vt quis iure suo priuetur. Glos. not. in l.j.§.hoc iudicium. in glos.magna.C.si quis ius dicen. non obtempe. not. Bald. in l. & in multis circa finem.C.de appellat. vbi allegat text. in auth.ei, qui.C. de bonis author. iudi. poss. facit text. in l. properandum.§.finantem ex gestis.C.de iud. Et ideo audientia, que denegatur propter contumaciam nō in perpetuum, sed ad tempus debet denegari. Ita Bald. in d.§.hoc iudicium. in lectura antiqua declarat glossa in dicta l.sed & si per pretorem. §. sed & si dum decreto. supra allegatam. Et idem Bald. not. in l.consentaneum. C.quomodo, & quando iudex.ver.item nota quatuor remedia. dicit quod audientia, que ratione contumacie alicui denega-
r tur, inter easdem personas intelligitur, non contra [r] alias, contra quas contumacia non fuit commissa. Unde in proposito dictum Innocentij videtur restringendum, vt talis fides instrumenti, que annullatur propter contumaciam, non extinguatur in perpetuum, sed ad tempus. Et hoc suadetur, quia etiam iste contumax in exhibendo scripturam, ex alio capite punitur: quoniam aduersario iuranti in litem ad interesse obligatur. l.creditor.§.iussus.ff.de appellation. Et super his cogitandum est: quia doctores dictum Innocentij simpliciter admittunt.

¶ Additiones.

A ¶ Contrauenire. Adde eundem Decium in consilio xlviij. in versi. quarto ista conclusio. & adeo firmum est hoc, quod princeps ex contractu obligetur, quod licet alias in principe presumatur causa, licet ea non appareat; tamen si velit contrauenire contractui a se celebrato, causa non presumitur: vt notat Abbas in capitulo, que in ecclesiarum. supra de constitutioni. & ibidem per Feli. in versic. limita secundo.

B ¶ Statuto. Quod valeat argumentum de statuto ad pactum vel contractum, vide etiam per Socinum in lege, certi condictio.§. quoniam. & per eundem in consilio centesimo sexagesimo quinto, incipit, visis inuestituris. in versiculo decimo & vltimo.

C ¶ Clauditur. Quod medium sit quod clauditur inter duo extrema, notat etiam idem Decius in c.consuluit. in ver. sexto noto.s. de offi. deleg.

D ¶ Sequitur. Adde Felinum in capitulo primo, in versicu. secundo notab.s. de constitut. vbi late prosequitur illum articulum, quando sit standum communi opinioni, & ibidem ponit Decius.

E ¶ Priuilegiatum. Quod priuilegiatus non vtatur priuilegio suo contra priuilegiatum eodem priuilegio, vide etiā per Felinum in capitulo, in presentia. in versi. sed aduerte diligenter. j. hoc eod. titu.

F ¶ Iudei. Adde quod verum est quod iudei ligantur & comprehenduntur in canone [redacted]lem, vel pecuniariam, secus quo ad [redacted] Decium in [redacted] in prima lectura, supra de consti. [redacted] punia tur iudeus, [redacted] carnaliter cognosce[redacted]

G [redacted] Quod dicta [redacted] locum [redacted] es se vsurarius. [redacted] Iason in l.j. in ver. [redacted] extende. C. de edendo. [redacted]

h ¶ Teneantur. Adde Jas. in l. j. ver. tertium et ultimum exemplum. C. de eden.

i ¶ Consuetudine. Quod valeat cõsuetudo vel statutum, quod libris mercatorum detur plena fides, vide per Felin. in c. ij. in ver. fallit. v. de fide instrum. et per Soci. in consil. lxxxvij. in j. volumi. et notandum est quod ista cõclusio non habet locum in libris mercatorum infamium infamia publica. ita voluit Bald. in l. Cassius. ff. de senat. et alias dixit Bald. in c. fin. S. de confess. quod libri et scripture mercatorum, qui de consuetudine habet executionem paratam, si producantur coram consulibus mercatorum, eandem executionem non habebunt coram preside loci. et de ista consuetudine quod valeat, vide etiam per eũdem. j. [...] in ver. circa primum. et ver. et hoc in proposito.

k ¶ Mercantiam. Adde Fel. in c. ij. in versiculo, fallit. v. de fide instrumento.

l ¶ Statutum. Adde tu quod contrarium videtur expresse voluisse Bald. in c. fina. in versicu. et ex hoc determinatur. S. de confess. vbi dixit, quod instrumẽta cõfessionata facta Perusij, que vigore statuti Perusini habent executionem paratam, eandẽ executionem non habebunt Papie, vbi tale statutum non viget. et plus voluit Bald. ibidem, videlicet quod scripturis mercatorum non detur parata executio, nisi quando causa agitur coram consulibus mercatorum: secus si agatur coram potestate, vel alio iudice ordinario loci.

m ¶ Fatetur. Adde eundem Dec. in l. fauorabiliores. ff. de regu. iur. vers. et in medio cause.

n ¶ Aduocato. Quod aduocatus teneatur gratis patrocinari pro pauperibus, imo ad hoc compelli possit per iudicem, vide per Abbat. in c. ex literis. in versicu. sed quero nunquid pro predictis. de officio iud. et per Specu. in tit. de salar. §. fi. ver. ex premissis. et est glos. in c. statutum. §. insuper. in verbo, pauperes. in fine, de rescrip. lib. vj. hoc tamen intellige dummodo causa pauperis importet sibi extremam necessitatem: vt puta, quia periret fame: secus si de tanto periculo non agitur: quia tunc gratis seruire non tenetur: ita dixit notanter Fel. in d. c. ex literis. de offi. iu. Adde etiam quod medicus tenetur gratis visitare, et curare infirmum pauperem: vt est glo. notabilis. lxxxiij. dist. in summa. Et si quis iurauerit aliquid gratis non facere, intelligitur excepta causa paupertatis: ita notanter dixit Bal. in l. si ad excludendum. C. de reb. cred.

o ¶ Juris. Adde tamen quod contrarium voluit Salicetus in l. is apud quem. C. de eden. versi. vltra scribentes quero.

p ¶ Exhibere. Adde Fel. in dicto cap. §. perpetuus. vers. extra glossam. Hiero. Sig.

1 ¶ Subdito. Vide que ponit idem Dec. in c. j. in ij. lec. de const.

2 ¶ Medium. Vide Dec. in c. consuluit. in vj. notab. de offi. delega. et in c. preterea. j. de appell.

3 ¶ Sequitur. Vide Ferd. Loaze. Hyspa. in addit. ad Lancelot. Galiaul. in repeti. l. centurio. in additio. incipien. istam partem. in fi. ff. de vulgar. et pupilla. et vide Dec. consilio lxviij. Cuma. in consilio cxxiiij. in fi. et vide text. in §. cum ex aliena. instit. de rer. diuisio. Socin. consil. cl. Fel. in c. cum causa. de testib. Deci. in c. licet causam. j. eo. et in c. j. in j. lec. versic. quarta conclusio. S. de constit.

4 ¶ Hospitalibus. Adde Dec. in c. ecclesia S. Marie. S. de cõsti. Jo. Fran. Balb. in trac. de prescri.

5 ¶ Matrimonio. Vide Deci. in c. directe. in vltimo nota. j. de appellatio.

6 ¶ Persone. Idem Dec. in c. sedes. S. de rescrip.

7 ¶ Ecclesie. Adde Pet. de Ancha. in c. ij. de testa. Roma. in repeti. autben. similiter. in xviij. speciali testamentorum. C. ad leg. Falcidiam. Decius in l. fin. versic. sexto infertur. C. de edend. et in l. licet. C. de pac. Soc. consil. xxiij. circa predictam. Jas. in consil. ccxij. lib. ij. And. Sicul. cons. lv. lib. ij. consil. lxvj. lib. iij. Corn. cons. cccxvj. quanquam. vers. preterea. libr. iiij. Capram consilio xix. punctus.

8 ¶ Odiosa. Vide eundem Deci. in c. que in ecclesiarum. supra de constitu.

9 ¶ Mutui. Adde Decium in consilio cccccxxxvj. responde tur. Sil. Ald.

a ¶ Repulsio. [redacted]

[redacted]

b ¶ Principem. Barba. ad alexand, consilio finali, libro quarto num. xviij. cum sequent. Deci. consil. cccccLxxx. consi. cccccc. Alberi. Bru. consi. xij. consil. cxvj. Alciat. tracta. presumpt. reg. iij. presum. viij.

c ¶ Bone fidei. Bald. consi. xxiiij. lib. ij. Franc. curt. Senior cons. xlviij. Antoni. Burg. capitulo, cum dilecti. de empti. et vendit. Preposi. ca. j. de nat. feudi. in vsib. feudo. Sed idem in ciuitate, Alexand. apud Bartol. in l. Cesar. de publica. Jason. l. ciuitas. ff. si certum petatur.

d ¶ Ciuiliter. Hec vera. alioquin nullum esset cũ eo ciuile commercium, nulla in eum legis actio: nulla enim actione teneretur. [redacted]

e ¶ Subijceret. Dixi in consu. Parisi. §. j. glo. iij. num. xxiij. cum sequent. Adde Martin. Lauden de princip. §. lvj. Aretin. l. ij. in fine princi. soluto matrimo. Philip. Cor. consili. cccxxj. libr. iiij. Franci. Rip. de rescrip. respon. xxv. Philip. Deci. consilio cccccLxiiij. Albe. Bru. consi. xj. Curt. Junior. consi. clxxiiij.

f ¶ Successorem Alberic. Bru. consil. j.

g ¶ Lombardie. [redacted]

h ¶ Cap. Alius. [redacted]

i ¶ Emptoribus. Ita seruatur, nec est dubitandum quis habeat actiones cessas a fisco.

k ¶ Liberis. Corneus consilio xxxj. libro primo. Jas. consil. cxli. libro quarto. Philippus Decius lege, generaliter. C. de instit. et substit. cons. cccxcj.

l ¶ Senis in consilio. Cuius principium habetur inter consilia Socini consilio lxxij. libro primo. Sed integrum habetur inter consilia Alexan. consilio vj. libro sexto. Idem quod Alexand. tenet Socinus consilio lxx. lib. j. et ibi Joannes Baptista de Sancto Seuerino consilio sequenti. Franciscus Aretinus consilio clvij. Sed in hoc contrarium sentit Decius hic: et bene, et supra de constitution. c. j. lect. ij. numero octauo, inquantum pena d. c. quanquam. potest congruere iudeis, videlicet quãtum ad nullitatem testamenti, quod potest procedere vbi iudei subsunt temporali iurisdictioni Pape, vt dixi ad Alexand. consilio vj. lib. vj.

m ¶ Potestate. Alexander consilio lxxj. libro secundo. Philip. Franc. rubri. de testamen. in sexto. Socinus consilio lxij. et fin. libro primo.

n ¶ Jmmunitas. Alexander consilio lxxv. libro quinto, consil. xcix. numero vij. libro vj. consilio xiij. numero decimo tertio, libro septimo. Socinus consilio vj. libro j. Corne. consilio cclx. libro tertio. Francis. Rip. l. si insulam. de verb. oblig. Aymo consil. lxxiij. nu. 26.

o ¶ Jndirectum. Conrad. de Summ. tracta. de contrac. quest. vigesima quinta, conclus. secunda. Socinus cons. cxix. nume. 14. 21. libr. iiij.

p ¶ Mercatoribus. Vide not. in consuetudi. Parisien. §. v. numero vigesimo, et Fel. hic, versiculo, fallit sexto. et Jason. in l. j. C. de edend.

Consuetu

q ¶ Consuetudine. Bald. l. sed & ea. de legib. l. si duo. de acqui. here di. Alex. cons. xxxvij. nu. 9. vbi dixi. lib. ij. cons. viij. nu. 4. lib. vj. Matth. Afflic. decis. Neap. ccxxvj.

r ¶ Secrete. Hoc verũ regulariter, sed vbi emersit suspicio fraudis, tũc iudex cõpellit etiã priuata, & secreta ab aduersario afferri, & edi, vt sepe vidi a iudicibus decerni, & obseruari.

s ¶ Indistincte. Hoc sequitur Deci. hic, & bene, quicquid dicat Fel. hic, vers. limita secundo, & sic hec limitatio falsa est.

t ¶ Statuto. Quod valet. Alex. cons. liij. lib. j. Uide Pau. cons. ccci. lib. j. Roma. cons. cccxlvj.

v ¶ Alex. cons. fi. nu. 7. li. vij. vbi dixi. Facit Alex. cons. cxiij. nu. 6. lib. iiij. Deci. j. e. c. ij. nu. 10.

x ¶ Sui natura. Steph. Aufr. in decis. Tholo. iiij. Alexan. cons. lxiiij. nu. 15. cons. cxlviij. nume. 6. lib. v. vbi dixi. Deci. l. in actionibus. in fi. de in lit. iu.

y ¶ Dictum. Sed est falsum, nisi debitor subripuerit instrumentum: vt in l. si de possessione. C. de prob. c. fi. §. de his, que vi, met. cau. quanuis Hippo. Marsi. sing. cccxxij. & sing. dclxxxix. sequatur simpliciter hanc cautelam Cepol. que est in libro meo Cautel. cclxxij. dixi etiam ad Deci. l. fi. C. de eden.

z ¶ Glo. magna. Sed glos. non dicit edendum, ante quam eos producat, nec esset verum: quia nemo tenetur testes suos aduersario prodere, nisi quando producuntur vt iurent: & adhuc, si litigamus contra fraudulentum (vt mihi contigit hoc mense Augusti Mdcccccxlviij. quo hec scribimus) non sunt producendi, nisi vnus post alium examinatum, vt prout producũtur, statim iurent, & examinentur, ne aduersarius eos refrigerare possit. Antequam tamen publicentur, vel producantur depositiones, debent edi nomina, qualitates, & habitationes testium, vt reprobare liceat.

a ¶ Producentem. Dixi in consu. Pari. §. v. nu. 36.

b ¶ Editionem. Contra agẽtem pro causa fauorabili. Sed istud falsum est, quia si causa fauorabilis est, intelligitur supposita veritate illius cause, & sic probatio veritatis potior est, & fauorabilior, & nimis preposterum est argumentum Decij.

c ¶ Lacerare. Imo debet, tum quia tota eius substantia, & veritas a solo testãte dependet, tum quod eo viuo nullius interest, tum quia si contrahentes antequam diuertant, habeãt contractum etiam alias conclusum scriptum, & signatum pro infecto, notarius non solum potest, sed ad eorum petitionem tenetur lacerare, etiam stante statuto penali quod notarij teneantur matrices scripturas conficere, & seruare: ergo tenetur lacerare instrumentum testamenti, quandocunque testator iusserit coram eisdem testibus, si testes adhibiti sint, ne qua captio notario impendeat, vt dixi in consuet. Parisi. §. xcvj. quia quandiu viuit testator, testamentum est in fieri, sicut contractus nõdum absolutus.

d ¶ Statis. [redacted]

e ¶ Fatalia. Bal. consil. v. libr. j. l. acceptam. C. de vsur. Panor. c. ex tenore. de appella. Matthesil. sing. vlti. Fran. Cre. sing. cxxj. quanuis contrarium teneat Bald. in l. fi. C. de cond. inser. Dec. autem limitat cons. cccclxxxvj. col. fin.

f ¶ Eleemosynam. Dixi in trac. vsur. q. ij. nu. 73. cum seq.

g ¶ Duobus. Scilicet ad hoc vt statim teneatur edere sine iudicis precepto, & alioquin teneaᵗ ad impensas, & interesse partis.

h ¶ Tertio. Nisi parte vocata, & si impediat, causa a iudice cognita.

i ¶ Non debent. Dec. l. ij. (vbi dixi) C. de eden. & ab editione appellari potest, vt post Cardinal. & Felin. in d. c. per tuas. tradit do. Joan. Imbertus Rupella, vir doctissimus, inst. foren. lib. j. cxl. Idem olim Jo. Gu. q. x. loquens etiam de productis. Sed tunc equitas aliud suadet.

k ¶ Ergo. Et bene. Et ita practicatur.

l ¶ Fiscum. Nisi criminalia, vt contendunt aduocati fiscales: sed quicquid dicãt, vera est opinio Decij hic, vt omnium actorum, etiam ciuilium, ab omni publica persona editio facienda sit contra fiscum, vt contra priuatum.

m ¶ Impressoris. Quod valde cauendũ est, ideo in studiosorum gratiam preter opera Philip. Dec. & consilia Alex. his exacte correxi & emendaui Dy. de reg. iur. vide querelam meam in tracta. de eo, quod interest. nu. 23.

n ¶ Principio. Guido Pap. deci. Delph. cxvj. decis. Tholosa. cccxv. & ibi Aufr. Deci. cons. ccccj.

o ¶ Ulterius. Angel. l. Aristo. in prin. de iure delib. Idem tenet post Innocen.

p ¶ Secundum Bartol. Alex. consil. lxiiij. libr. iij. Jas. l. non solum. §. fi. de oper. no. nuntia. l. ait pretor. §. j. de re iudic. Mathesila. not. gl. Hippo. Marsil. singu. clxx. Alex. cons. xxxvij. nu. 5. libro ij. vbi dixi.

q ¶ Cautionem. Nisi constaret quod cautio non est minor, quã sit totum interesse.

r ¶ Non contra. Cor. cons. xlij. lib. ij. Alcia. de presump. Reg. iij. presump. xxij. [redacted]

1 ☞ Consuetudo quod actor cogatur subire iuramentũ postquam plene probauerit, non valet.
2 An autem super valitudine talis consuetudinis valeat statutum.
3 Actor dicitur fundare intentionem, quando probat id, quod intendit.
4 Juramentum licite recusatur ab eo, qui plene probauit.
5 Reus an cogatur subire iuramentum, si actor nihil probauit.
6 Consuetudo exigens iuramentum contra ius commune, an valeat.
7 Consuetudo, vel statutum, quod vltra plenam probationem aliquid requiratur, non valet.
8 Consuetudo in dubio presumitur esse irrationabilis.
9 Consuetudo quando detrahat legitime probationi.
10 Et an valeat talis consuetudo sine rationabili causa.
11 Lex si derogat consuetudini, consuetudo etiam futura reprobata videtur.
12 Consuetudo, vel statutum an valeat, quod testamentum sit validum, conditum coram tribus, vel quatuor testibus.
13 Consuetudo, vel statutum restringens facultatem probandi, an valeat.



Sicut. Ista decretalis elegantem habet materiam, quam inferius diligentius, quam hactenus scriptum sit explicabo. Summatur, & diuiditur, vt per Abbat. hic.
1 ¶ † Primo [a] nota non valere consuetudi-
a nem, quod actor, qui plene probauit intentionem suam, etiam cogatur iuramentum suscipere. Et notabilis est, & singu. decisio istius decretalis, que licet in iuramento probatorio loquatur, tamen secundum Bal. hic, in ver. item in isto c. extenditur ad iuramentum calumnie: quasi Bal. velit quod illa suspicio calumnie, que considerari possit, ex legitimis probationibus purgetur: & ita Moder. hic sequuntur. Sed tamen hec non videtur procedere sine dubio: quia ratio, que in textu assignatur, respicit probationem, & non videtur habere locum in iuramento calumnie, quod alio respectu prestatur. Nam licet intentio actoris probata sit, secundum regulas iuris communis, actor tamen calumniari potest: ideo tale iuramentum superfluum non videtur. Comprobatur hoc, quia iuramentum calumnie in qualibet parte litis prestari potest, capit. primo. de iuramento calumnie, in sexto. ergo etiam factis probationibus prestari potest, & presertim stante consuetudine, que in isto casu reprobata non videtur. Et ad hoc etiam facit, quia ista dispositio exorbitans videtur a regulis communibus: quia regulariter valet consuetudo, licet sit contra ius cõmune. c. cum dilectus. de fi. instr. l. venditor. §. si cõstat. ff. com munia predior. & ideo ista decretalis extra terminos porrigi nõ debet: vt in regula, que a iure cõmuni. de reg. in vj. Secundo Bald. in ver. ecce, dicit statutum, infert ad statutum quod si reus requisitus ad subeunda tormenta nõ comparuerit, pro confesso habeatur. Nam intelligitur, nisi per prius de innocentia suapte plene probauerit per istum textum: & Moderni simpliciter sequuntur. Sed addatis quod etiam remoto isto tex. hoc, quod Baldus dicit, clarum de iure videtur, quia data probatione innocentie, purgata sunt indicia: cum tale statutum, quod qui non comparuerit, habeatur pro confesso, intelligatur, nisi de innocentia probetur: vt notat Baldus in l. ita demum. versicu. quid ergo. C. de procuratorib. & in l. error. circa finem. C. de iuris & facti ignoran. Angelus & Paulus de Castro in lege secunda, per illum textum, C. qui testamentum facere poss. cum si. vt tradit ibi Alexand. Licet enim statutum
A precise loquatur, exceptio innocentie nunquam tollitur [A 1].
1 vt notanter Baldus dicit in l. edita. in repetitione Paduana. col. penul. C. de eden. & sequitur Joann. de Anania in cap. si ad-
2 uersus. in fine, de hereticis. † Tertio per istum textum infert

Roman. in l.admonendi.in ver.item an valeat consuetudo.ff. de iureiu.et dicit se consuluisse in ciuitate Vicentie,non valere statutum, quo cauetur quod non sufficiat probatio, que fieret per acta cause, nisi etiam proprio iuramento faciat fidem ille, qui acta producit:quia tale iuramentum superfluum videtur, cum acta faciant notorium.c.cum olim.de verborum significa. et sic referunt,et sequuntur Moder.hic. Predicta tamen ratio de notorio non videtur generalis: quia antequam sit conclusum in causa,acta non faciunt notorium. Glos.notab.in c.significauerunt.de testib.cum similib.vt dixi in c.ex insinuatione.de appellatio.et ideo dictum Roma. immediate probatur per istum text.qui generaliter procedere videtur, quocunque modo actor [redacted] suam plene probauerit: quia militat ratio,que in text.allegatur,argu.l.illud.ff.ad legem aquiliam. in l. a Titio. de verborum obligatio. Et quod dicitur de testibus, et instrumentis,gratia exempli dictum videtur: et exempla non restringunt regulam.c.j.ne cleri.vel mona.et ideo idem esset,si per confessionem rei,vel alio modo legitimo:actor probaret quod petit. Unde casu, quo per acta cause intentio actoris probetur, iuxta notata in c.quoniam.infra eod. bene probatur hic,quod Ro. dicit.Et licet text.loquatur in consuetudine,idem tamen esset in statuto,secundum Bald.et doct.hic: et Ro.in loco supra
3 allegato.facit text.in l.de quibus.in fin.ff. de legib.† Secundo nota quod actor dicitur fundare intentionem suam, quando probat illud,quod intendit, vt Abb. hic simpliciter dicit. Et intentio etiam fundata dicitur ex sola presumptione: quia qui habet presumptionem pro se,ab onere probandi releuatur,et in aduersarium transfertur.l.generaliter.§.si petitum.ff.de fideicommis.libe.Sic etiam qui habet regulam pro se,dicitur habere fundatam intentionem:et aduersarius onere probandi grauatur:vt per glos.in rubri.de regu.iur. in vj.circa finem.et ideo res certa,et non dubia pro eo dicitur,qui regule innititur, secundum Barto.in l.quoties.ff.si quis can.et idem Bartol.in l.ij.ff.si quis,in ius voca.vbi allegat Inn.in c.preterea.de dila. Quod dictum pro not. reassumit Matthesi.in not.xix.nota quod sententia.et tradit Allegand.in l.ex diuerso.§.fi.ff.soluto matr.et in consil.lix.viso.lib.iiij. Sed tamen quantum ad text.hic aduertendum est: quia non sufficit quod intentio fundata sit in presumptione,vel in communi regula: sed debet fundari ex plena probatione,prout text.loquitur de testibus, vel instrumentis: quo casu iuramentum nihil supplere potest,cum plena probatio sit,que suppletione non indiget:vt Bal.dicit in l.admonendi.in j.q.ff.de iureiur.facit text.in c.bene quidem. in prin. xcvj. distinc.et in c.si omnia.vj.q.j. Sed quando ex communi regula, vel presumptione intentio fundatur, illa probatio plena non
2 dicitur: ideo suppleri potest per iuramentum. Et cessat ratio, que in textu allegatur. Comprobatur hoc,quia textus loquitur de eo,qui probauit: sed ille, qui habet presumptionem pro se,non dicitur probare:vt not.Bart.dicit in l.j.C.de fide instr. lib.x.Et ideo si ad plenum intentio non probetur,valeret consuetudo,vt prestaretur iuramentum:vt not.in terminis tradit Domi.in c.j.de iuram.calum.in sexto. Et ad hoc facit text.hic, dum dicit,tunc demum ab huiusmodi sit suffragium recurrendum. ¶ † Tertio nota vnam licitam causam recusandi iura-
4 mentum iudiciale, scilicet quando pars plene probauit. Et idem,secundum Abbat.hic,si actor nihil probauit,et iuramentum reo deferatur:nam licet sit reus, illud recusare potest, vt not.in c.fin.infra de iureiuran. quia sicut actore probante reus debet condemnari,ita pariter actore non probante debet reus
b absolui b. d.c.fina.et in l.qui accusare. C.de edendo. Sed tamen ratio ista Abb.quam adducit,et alij posteriores sequuntur,euitari potest:quia in reo isto casu diuersa ratio esse videtur.Nam cum actor intentionem suam probauerit, res manifesta videtur,presertim si esset conclusum in causa:quo casu probationes faciunt notorium.c.cum olim.de verbo.significa.Et ex quo res manifesta est,purgatur suspicio,que insurgit ex recusatione iuramenti.Non sic est in reo:quia ipse nihil fecit, nec res manifesta reperitur:vnde maior est presumptio contra eum recusantem iuramentum: et habet locum quod dicitur in l. manifeste turpitudinis.ff.de iureiu. Istam tamen opinionem Abba.hic tenet Specul.in titul.de iuram.dela.§.j.quem Abbas refert in c.fina.in prin.versic.circa predicta queritur infra de iureiu.vbi latius hoc idem sequitur per textum in l.in bone fidei.C.de rebus credi.vbi causa cognita iuramentum deferri debet:non ergo ex simplici voluntate actoris deferendum est. Secundo probatur in dicto cap.fina.in versic.sane.vbi iuramentum non defertur, quando actor omnino deficit in probatione. Si ergo iuramentum necessarium,de quo text. ibi loquitur, actore nihil probante recusari potest:a fortiori idem dicendum est, secundum Abbatem ibi, in iuramento iudiciali. Sed ad ista iura etiam respondetur: quia argumentum non valet de iuramento necessario ad iudiciale: vt dicunt Paul.de Cast.et Alex.in d.l. manifeste. quia necessarium defertur a iudice, et illud referri non potest,cum iudex ipse non habeat iurare. Unde cessat ratio l. manifeste turpitudinis. que in relatione iuramenti fundari videtur. Et ad hoc facit, quia iuramentum necessarium prestatur in supplementum:vnde debet esse probatum aliqualiter.dicto capitu.fina. Secus videtur in iuramento iudiciali, quod semper prestari potest.dicta l.manifeste. Tertio pro ista parte faciunt iura,que dicunt quod actore non probante reus absoluitur,etiam si nihil ipse prestiterit.dicto capit.fina.de iureiuran.l.qui accusare.C.de eden.c.j.infra.vt ecclesi.benefi.cum similibus. Ista enim verba vniuersalia sunt, ergo videntur etiam excludere iuramentum. Sed potest responderi quod ista iura habent respectum ad probationem, que debet fieri testibus,vel instrumentis,et non ad iuramentum,quod ab aduersario defertur: quia recusando illud, turpitudo arguitur.d.l.manifeste. cuius dispositio videtur magis specialis,et ideo preualet,et iuribus allegatis in contrarium derogare videtur: vt in regula,generi per speciem.ff.de regulis iuris in sexto. Secundo respondetur quod iura preallegata intelligi possunt eo casu,quo reus suscepit onus probandi:nam licet non probet,et sic nihil prestiterit, per hoc tamen non condemnatur: quia satis est quod actor non probauit:vt per glossam et doctores in l.circa.ff.de probation. Ultimo facit,quia iuramentum ex causa recusari potest.l. generaliter.C.de reb.credit. Et iusta causa videtur,quando actor nihil probauit. Sed responderi potest non probari iure, quod ista sit iusta causa recusandi iuramentum: videtur enim quod talis causa debeat considerari ex persona rei,et qualitate cause:vt notatur in dicta l.manifeste turpitudinis. et non ex eo quod actor nihil probauit:quia tunc militat ratio dicte l.manifeste turpitudinis.et sic remoueri possunt ratio-
c nes,que pro ista parte inducuntur. Unde Aretin c. hic tenet contra Abbat. et concludit quod reus cogatur suscipere iuramentum, licet actor nihil probauerit,secundum quod dicitur
5 in dicta lege manifeste turpitudinis. † Primo mouetur per textum in l.finali,in secundo responso.C. de fideicommiss. vbi reus, qui conuenitur, cogitur iuramentum iudiciale subire, quamuis actor nihil probet.Sed ad illum tex.dupliciter videri potest. Primo quod ibi ponatur casus specialis in vltima voluntate,quando legatum vel fideicommissum ponitur in fine heredis. Et ita dicit Barto. in l.nemo potest.ff.de legatis et fideicommissis primo. Et Paulus de Castro in d.l.fina. Et similis textus habetur in §.finali,institutis, de fideicommiss. hered. Cum ergo ibi sit speciale,in contrarium videtur ius commune.l.j.ff.ad municip. Confirmatur hoc: quia Imperator ibi de nouo statuit hoc,vlterius procedendo:ergo datur intelligi quod ali[redacted] suscipere. Secundo respondetur quod iuramentum de quo ibi [redacted] per glossam ibi,in verbo subire,ergo [redacted] habere locum quod dicitur in dicta l.manifeste. Et hoc modo responderi potest etiam ad textum qui idem videtur probare in l.fin.§.licentia.C.de iure deliberan. Secundo Aret.adducit [redacted] princip.ff.de iureiuran.vbi dicitur quod [redacted] ibus alijs probationi[redacted] bus: ibi ergo [redacted] probationes deficiebant,erat reus [redacted] tamen cogitur iurare. Sed respondetur [redacted] quod ibi est speciale fauore [redacted] sicut supra dictum est in vltima voluntate. Uel secundo ille textus intelligitur, quando tutor a principio elegit iuramentum deferre: secus videtur, quando post causam discussam voluit iuramentum prestare: quia tunc non potest,vt infra dicam.Uel tertio dici potest quod ille text.tantum voluit quod eo casu, quo iuramentum defertur per tutorem, preiudicatur pupillo, casu quo iuret ille, cui defertur:et sic quod tutor habet potestatem deferendi iuramentum, non autem dicit ibi text. quod reus cogatur iurare. Tertio,et vltimo contra Abbatem Areti. inducit text. in l.generaliter.in princip.C. de reb.credit.vbi dicitur quod iuramentum iudiciale deferri potest in initio litis:ergo videtur quod actor possit iuramentum deferre, licet nihil probauerit. Et per illum textum hoc idem tenet Alberic. de Rosa.in l.in bone fidei.C.de reb.credit.Sed tamen potest responderi quod ille text. intelligitur, quando actor haberet aliquam presumptionem pro se: alias secus videtur, quia reus est in casu victorie, ex quo nihil probatum est: nec tali casu dicit textus quod cogatur iurare. Uel secundo ille textus procedit, quando a principio actor eligit iuramentum, secundum quod infra dicam. Quarto pro ista parte contra Abbatem facit textus in lege,cum de indebito.§. in omnibus. ff. de probation.vbi dicitur quod ille, cui onus probandi incumbit, aduersario insinu-

randum

randum deferre potest. Sed vt colligitur ex verbis Aretini hic, ille text.intelligitur, quando actor aliquid probauit, ita quod omnino non defecit in probatione.quod tamen non caret diuinatione. Unde potest responderi, quod ibi loquitur, quando a principio iuramentum eligitur. Istam etiam opinio.contra Abba.hic tenet Paulus de Castr.in l.admonendi.τ in l.iusiurandum.§.ait pretor.ff.de iureiuran.τ Alex. post Paul.de Cast.in d.l.manifeste.per illum textum:quia reus videtur esse in quadam turpitudine,ex quo non vult iurare, vel iuramentum deferre.Tamen ista ratio non viget:quia si hoc generaliter attendatur,idem etiam dicendum esset in actore, qui suam intentionem probauit:τ tamen iurare non cogitur, nec iuramentum deferre:adeo quod non valet consuetudo, vt hic:ergo patet quod illa ratio legis,manifeste turpitudinis.generaliter non procedit.Ex quibus omnibus supra dictis patet quod articulus est disputabilis.Pro concordia tamen cōcludi potest, quod a principio actor petere possit, vt sibi, vel reo iuramentum deferatur dicta lege manifeste.Licet enim iura dicant quod actor debeat probare, ista etiam videtur vna species probationis. Uel dicamus quod illa secunda limitatur secundum quod dicitur in dicta lege manifeste. cuius dispositio preualet,cum videatur magis specialis, iuxta not.per Barto.in tractatu ad reprimendum.in ver.non obstantibus. Et pro ista conclusione facit tex.in l.Marcellus.§.j.ff.re.amo. ibi:si velit magis iuramentum deferre:scilicet quam aliter probare.Et tali casu habet locum opinio Aret.τ Pau.de Cast.τ Alexan.in dicta lege manifeste.τ procedunt rationes, que pro illa parte inducuntur.Si vero actor a principio noluit iuramentum deferre,sed onus probandi assumpsit, τ nō probauit:
d tunc reus [d] absolui debet, τ iurare non cogitur:quia ex quo probare non potuit, non debet ad iuramentum redire lege, si quis iusiurandum.in princ.C.de reb.credi.ibi: absurdum est enim,cum desperauit aliam probationem,ad religionem conuolare.Et isto casu opinio Abb.hic saluatur.Et de isto articulo plene scribit domi.Joan.Baptis.de sancto Seuerino in d.l. manifeste turpitudinis.τ nouissime Barthol.Soci.in consilio clxxxiiij.incip. difficilis, τ dubius est. Et istorum dicta pro maiori parte reassumunt Moder.in dicta lege manifeste.
B ¶Ultimo notandum est,secundum Areti.hic,quod iuramentum legitima probatio esse dicitur,[B] de quo vltra omnes late dixi in rubri.supra eodem titulo.¶In gloss.fina.rationes gl. ad istum text.τ alie,quas doctores adducunt, τ Moder.sequūtur,non videntur multum efficaces.Nam tale iuramentum superfluum esse non videtur, cum malitijs hominum magis obuietur.argum.lege fina.C.de fideicommis.τ ideo sine causa non diceretur prestari:quia malitijs occurrendum est:lege, in fundo.ff.de rei vend.τ in capi.Pastoralis.in princ.de offic.deleg. Nec ex eo quod talis consuetudo sit contra ius commune,ideo debet reprobari:quia etiam plerunque a cōsuetudine iuri scripto derogatur cap.cum dilectus.c.si.supra de consue.Unde de ratione gloss.τ docto.dicendum est,vt infra apparebit.Et ad text.hic,mihi videtur quod ratio specialis sit illa, que ex ipso text.expresse colligitur: quia ad iuramentum in subsidium recurritur.Unde si valeret talis consuetudo, iuramentum nunquam in supplementum probationis posset prestari, ex quo semper principaliter requireretur: τ sic prouisio subsidiaria probationis facta a lege destrueretur.Quod absurdum reputatur hic a summo pontifice: quia facultas probandi respicit vtilitatem publicam:ideo non videtur consuetudo rationabilis:quia interest Reipublice ne facultas probandi restringatur:lege,quoniam.in fi.C.de hereti.lege, generaliter.in prin.C. de rebus credi.facit gloss.notabi.in authen.vt sine prohi.matres.in §.j.in verbo, Senatusconsulto.τ quod not.Bar.in lege si quis pro eo.versicu.vij.ff.de fideiussori. Et ex ista ratione,que respicit solum iuramentum,infertur quod iste text. non habere locum in testibus,de quo dicam. ¶ Extra gloss.Abb.materiam huius decretalis tribus questionibus complectitur. Quarum prima est iuxta text.an valeat cōsuetudo contra ius exigens superfluam probationem . Secunda, quid econtra si per consuetudinem legitime probationi detrahatur. Tertia,
6 quid si facultas probandi ad vnam speciem probationis a consuetudine reducatur.† Circa primam questionem Abbas varias antiquorum opinio.refert : deinde concludit:τ ex eius dictis tres conclusiones eliciuntur.Prima est, quod subsistente ratione,vel causa valeat consuetudo quod vltra probationē plenam,iuramentum, vel maior numerus testium requiratur. Et ita tenet Joan.An.in addi.Specu.in titu.de instrumen. editio.§.compendiose.versi.sed nunquid in additione incipiēte, dicit Joan.in versicu.sed econuerso casu. Et ratio iusta videtur , quando in loco essent mali homines, τ deprauati:

quia malitijs hominum est obuiandum dicta lege , in fundo. τ dicto capitulo, Pastoralis.Et isto casu habet locum quod dicit Pau.de Castro in lege,admonendi. versicu.circa secundum.ff.de iureiu.quod ista consuetudo seruatur Venetijs.Similiter iusta causa esse videtur,quando aliquid esset probandum contra illud,quod esset verisimile:quo casu efficacior probatio requiritur capitulo, quia verisimile.vbi Anto.de But. infra de presumptio.Nam in dictis casibus valeret consuetudo , que licet hic reprobetur , ex causa tamen de nouo superueniente induci potest: vt per glos.in clem.statutum.de elect. τ not. Abb.in capitu.ceterum.in glo.fin.de iuramen.calum.τ videbimus infra.in ij.q.princ.Et secundum istam conclusionē procedit,τ iustificatur quod not.Oldra.in consil.cv.videtur dicendum.vbi probat,τ concludit valere consuetudinem , quod per instrumentum publicum legitimatio non probetur.Similiter valet consuetudo,τ statutum:quod non valeat instrumentum,nisi rogati sint duo notarij:vt not.Bald.in consil. cccexij. Seia origine.in secundo dubio,lib.iij.Et hoc idem est in statuto nostro Mediolani,quo cauetur quod in testamento debent esse rogati tres notarij:nam valet,argument.l.fina.C.de fideicommiss. Et in simili valet statutum , quod testamentum non valeat,nisi registretur:quia honestum est,vt fraudibus obuietur:vt notat Bartol.in l.j.versicu. do etiam alia exempla.C.de sum.trinita. Et quod valeat tale statutum , presupponit Bal. in c.j.§.si quis per triginta.versiculo,idem dico.si de feud.cont. fuer.inter domin.τ agna.Idem Bald.in authenti.cassa.in j.q. C.de sacrosanct.eccles.Anton.de Butr.in c.ecclesia.de constit. Petr. de Ancharа.in c.j.de constitut.τ Alexan. in consil.ccix. ponderatis his.libr.ij. Sic etiam valet statutum,quod instrumentum notarij non valeat,nisi matriculatus sit:vt Ang.tradit in consilio cxciiij.visis processibus.τ idem Fulgos.in consilio clj.egregius miles.In his enim omnibus, τ similibus casibus additur legitima probatio : τ valet consuetudo, vel statutum subsistente iusta causa,vt dictum est. Et ad hoc etiam facit:quia licet cōfessio plenam faciat probationē, in c.per tuas. infra eodem.l.generaliter.C.de non numera.pecun.ex causa tamen a tali confessione receditur in quibusdam casibus: vt patet in confessione mutui,vel dotis:vt habetur.C.de mutuis pe
7 ti.τ in titul.C.de dote cau.non numera. † Secunda conclusio Abbatis est, quod sine iusta ratione vel causa non valet statutum,vel consuetudo,que vltra plenam probationem aliud requirit,per istum textum hic, qui, secundum eum, ita intelligitur. Et ista conclusio clarissima videtur , quando constat iustam causam non subesse: quia non valet cōsuetudo,nisi rationabilis sit.capit.fina.c.ex parte.de consuetud.c.ad nostram.infra eodem.cap.ceterum.de iuramen.calum.c.constitutus.de fideiussori. cum similibus.Ex quibus in notabili questione consuluit Calder.in consil.iiij.in titu.de consuetudi.τ domin.Abbas.in consilio.xxj.fuit a me quesitum.libro primo,cum si. Sed difficultatem facit : quia in casu huius decretalis non apparet,rationem,vel iustam causam nō subesse:nam in tali consuetudine quanuis iuri communi contradicat, imaginari potuisset, τ presumi quod rationabiliter introducta fuisset, vt malitijs hominum occurratur : prout volunt doctores in casibus supra dictis in prima conclusione. In illis enim casibus non magis apparet de ratione , vel causa , quam in isto textu. Unde quod hic esset consuetudo sine ratione , prout Abbas τ doctores dicunt , non videtur absque diuinatione procedere. Et ideo dici potest quod ista consuetudo esset irrationabilis,considerando specialiter rationem, que in textu dicitur:quia tunc demum ad iuramentum recurritur , cum alie legitime probationes deficiunt. Si ergo iuramentum deberet prestari in qualibet plena , τ legitima probatione , probationes imperfecte non possent integrari, τ suppleri per iuramentum: τ ita facultas probandi restringeretur , contra l. quoniam . C. de here. τ sic talis consuetudo irrationabilis esse dicitur: quia prouisio subsidiaria probationis ordinata a lege per iuramentum de
8 struitur. Et istud precipue in textu hic ponderatur. † Tertia conclusio Abbatis est quod consuetudo in dubio irrationabilis esse presumitur, contra Antonium de Butrio hic, τ textus in capitu.tertio, de eo, qui mitt.in possession.vbi etiam Abbas in quinto notabili , hoc idem dicit per illum textum ibi: si consuetudinem , quam allegat , laudabilem esse constite
e rit. Sed Aretinus approbare videtur opinionem Antonij [e] de Butrio duplici ratione. Prima est,quia hoc in simili est in lege, que sit contra ius commune:nam in dubio facta presumitur ex iusta causa , τ ratione : vt per Cynum in lege finali, C.si contra ius. τ per Innocen.τ doctor. in c.que in ecclesiarum.de constitut. Idem ergo videtur dicendum in consuetudine,que legi scripte equiparatur.l. de quibus. ff. de legibus. Secunda

quia ex diuturnitate temporis presumendum est quod ex causa rationabili consuetudo inducta sit: argumen.text.in capi. peruenit.de emptio.& vendi. Et pro ista opinione reperio dictum Bal.in d.l.de quibus.ver.sed an valeat consuetudo. ff.de legib.vbi inquit quod in dubio presumendum est quod consuetudo ex iusta causa processerit. Allegat quod habetur xij.dist. c.illa.& sequitur Alexand.in consil.cxxiij.circa primum. lib. v.& ad hoc videtur glos.in c.fina. in verbo, irrationabilis.in princ. supra de consuetud. Et tenendo istam partem ad tex.in d.c.iij. quod Abbas inducit, Are.respondet duobus modis. Primo, quod intelligitur de consuetudine contra ius naturale, vel gentium:sed docto.hic loquuntur de consuetudine contradicente iuri positiuo. Secundo, quod ibi forte erat talis consuetudo, contra quam presumendũ erat ex aliqua causa. Que responsiones non carent diuinatione. Unde ad illum tex.aliter, & melius, posset responderi, quod ibi erat facta commissio iudicibus delegatis, vt procederent secundum bonam terre cõsuetudinem: vt in prin.ibi videtur:& ideo specialiter ibi probari debet quod talis erat consuetudo, & forma mandati obseruetur.arg.c.cum dilecta.de rescript. Et sic de illo tex.qui specialem videtur habere rationem, ad propositum nostrum non bene infertur. Sed secundo aliter etiam dici potest, quod illa verba, si laudabilis esset: non inducunt conditionem, vel formam, ita quod qualitas consuetudinis debeat probari; sed talis dicitur hoc probari, quia a iure ita presumitur: vt in simili est bonus tex.in c.fin.infra de presumpt.& in l.iij. §.muto. ff.de tutel. Predictis tamen non obstantibus in puncto iuris opinio domini Abb.verior videtur:pro qua facit, quia cum sit talis consuetudo contra ius commune, intentio eius fundata videtur, qui iuri communi innititur:argu.textus in c.j.de prescrip.in vj.& in c.fina.de restit.spolia.eo.lib. Confirmatur hoc: quia lex est iusta, & rationabilis.iiij.distin.c.erit autem lex. Unde consuetudo, per quam illi derogatur, irrationabilis videtur, ex quo est contra legem, que iustam habet causam, nisi causa noua appareat, ex qua consuetudo contraria iustificetur: iuxta illud, quod habetur in c.fin.de consangui.& affinita. Et ad hoc bene facit tex.in c.fin.de consuetudi.vbi dicitur quod tunc demum per consuetudinem iuri scripto derogatur, si consuetudo rationabilis sit. Qui ergo allegat consuetudinem, debet probare qualitatem consuetudinis, prout requiritur, argumen.eius, quod not. Joan. Andr.in cap.j.de homici.in vj. Barto.in l.j.§.j.per illum tex.ff.ne quid in flu.publi. Et quia text.in d.c.fi.regulam facit negatiuam, quod consuetudo non derogat iuri scripto:& a regula excipitur, nisi rationabilis sit: vnde qui fundatur in exceptione illã probare debet.l.in exceptionibus.ff.de proba. Et quando dicatur consuetudo rationabilis, certa doctrina dari non potest:ideo arbitrio iudicis committitur: vt notat Hostien.in summa de consuetudi.in princi.versi.vtrum.cuius dictum approbat Archidia.& Joan. And.in c.j.de constitutio.in vj. Et sequitur Fede.in consi.xvij. questio talis.& domi. Abb.in c.fi.de consuetu. Et plura iura, in quibus reprobatur consuetudo, allegat Joan.in rubric.supra de consuetudi. Hostiẽ.& Federi.in locis preallegatis. Non obstant rationes Areti.& primo dum dicit de lege, que iusta esse presumitur:quia illud habet locum in his, que sunt iuris positiui, in quibus est pro ratione voluntas.§.fina.institu.de iur. natu.& per gloss.& ibi Barto.in l.relegati.ff. de penis.secus videtur esse in consuetudine, que contra ius non valet, nisi rationabilis sit.d.c.fin. Non obstat secundo quod dicitur de diuturnitate temporis:quia in isto casu hoc non consideratur, ex quo duo compulatiue requiruntur, videlicet quod sit rationabilis consuetudo, & prescripta.d.c.fin.in fi. Si ergo cursus temporis operaretur hoc, nõ requireretur quod esset rationabilis. Illa ergo rationabilitas alio respectu debet considerari, quam ratione dicti temporis. ¶ Uenio ad secundam questionem principalem, videlicet quando per consuetudinem legitime probationi detrahatur, siue derogetur, in qua Abbas late ĩsistit. Et p resolutione eorum, que dicit, de tribus dubitatur. Primo, an generaliter valeat consuetudo, vel statutum, per quod legitime probationi detrahatur, & probatio minus legitima approbetur: Secundo, an valeat consuetudo, quando illi consuetudini per legem derogetur. Tertio, an consuetudo, vel statutum inducere possit, quod valat testamentum coram tribus,

9 vel quatuor testibus.† Circa primum Abb.primo concludit post Joan.Andr.in loco, quem ipse refert, ex iusta causa valere consuetudinem, vel statutum, quod probatio imperfecta de

3 iure communi pro legitima, & plena habeatur [3], per text.in c. cum dilectus.infra de fide instrumẽto.vbi Abb.in vltimo not. Idem dicit, & tradit Oldra.in consilio cv.supra allegato. Bal. in rubrica de fide instrumen.versi.septimum, & vltimum supplementum. Calde.in consil.ij.de consuetudi. facit quod notat Bald.in lege quoties.C.de iudi.cum similibus.vt tradũt Roder.hic. Et idem Petr.de Ancha.in consilio xliij.primo de viribus.versicu.secundo quia consuetudo. Card.in consilio lxxij. singulatim.in fine tertij dubij.& consilio sequenti, & in consilio lxxiiij.duo sunt.circa finem. Bald.in lege comparationes.versiculo ego addo.C.de fide instrumen.& lege, quedam.§.nummularios.in princip.ff.de eden.& Raph.Cuma.in consilio vj.creditur. Alexand.qui tamen ista non adducit, in consilio.cxxiiij. consideratis his.libro quinto. Sic etiam valet statutum, quod in aliquo casu sola fama plenam faciat probationem: vt not. Bal.in capitu.j.de appella.cum similibus, vt dixi ibi. Simili-

C ter valet consuetudo quod credatur libris mercatorum [C]. Feder.consilio cxix.nulli dubium.circa fin. Albe.post Odofre.in l.ij.in fin.C.de consti.pecu.& Rapha.Cuma. in consi.cxxxvj.visis instrumentis.in fine. Similiter valet consuetudo circa ea, que in instrumento requiruntur: vt per gloss.in lege generali. vbi Barto.C.de tabu.libro x.& in authen.vt prepo.nomen Impera.in princip.in verbo, autore. Et non solum consuetudo, sed etiam valet conuentio, quod credatur dicto damnum passi: vt not.Barto.post Dy.in lege fin.ff.de preto.stipu. Joan. And.in additione Spec.in titu.de proba.§.videndum.versic. quid si ibi dicitur.cum similibus: vt tradit Alexand.in consil. liiij.circa id, de quo queritur, libro secundo, & in consilio lxvij. viso themate.eo.libro secundo, & in consi.cij.super primum, de quo queritur.libro secundo. Similiter valet consuetudo quod priuate scripture alicuius credatur: vt not.Bald.in l.de quibus.in versicu.item per pactum.ff.de legib.& sequitur Alexan. in lege prima, §.fin.ff.de verbo.oblig.& maxime hoc haberet locum, quando esset scriptura iam facta: vt notabiliter Alexan.

10 tradit in consi.cxiij.viso.lib.iiij.† Secundo Abbas concludit non valere consuetudinem supra dictam, quando non subest causa rationabilis.c.fin.supra.de consue. Faciunt que supra dicta sunt in secunda conclusione prime questionis. Et a fortiori ista conclusio negatiua procedit, quando consuetudo, vel statutum prestaret occasionem delinquendi:argu.l. conuenire.ff.de pact.dota. Et hoc in proposito exemplificari potest pluribus modis. Primo ex eo quod not.Bald.in l.j.C.de confess.dicens

f non valere statutum quod indistincte credatur libris [f] mercatoris, si non distinguit quantitatem debiti, nec qualitatem mer

4 catoris [4]. Et sequitur Abb.in c.bone.el ij.in fine, de postulat. prelat. Alexan.in l.quedam.§.nummularios.ff. de eden.& idem Alexan.in consi.iij.in causa, & lite.libr.ij. vbi ex hoc infert, non valere cõuentionem factam cum Hebreo per communitatem quod libris eius simpliciter credatur. Et quod supra in cõtrarium dictum fuit, saluari potest in scriptura iam facta, secundum Alexand. in consilio cxiij.libro quarto supra allegato. Uel quod supra dictum est, locum habet, quando agitur de certa persona, cuius qualitas est nota, & sit bone conditionis, & fame. Secus quando statutum loquitur generaliter, vel etiam si loquatur specialiter, & persona suspecta sit, vt quia infamis sit, non haberet locum statutum: vt nota.Bal.in lege, Cassius. circa finem, in versicu.vltimo queritur.ff.de sena.& idem Bald. in lege prima, in repetitione.versicu.quintum exemplum.C.de summa trinita.& tali casu videtur procedere quod nota. Alexander de Hebreo in consilio tertio in secundo libro preallegato. Secundo non valet consuetudo, quod non sit necesse, testes, qui in testamento adhibentur, esse in conspectu testatoris: quia ex hoc dari potest occasio fabricandi falsum: vt dicunt Ang.& Imo.in lege tertia.ff.de testi. Tertio non valet statutum quod

D credatur testibus reddentibus malam rationem [D], secundum Bald.in lege, si non speciali.circa finem.C.de testamen. in ver.& per hoc dico. Bene facit quod nota.idem Bar.in lege solam.circa finem.C.de testibus.vbi inquit quod ratione arbitrij, quod haberet, non potest iudex credere testibus allegan-

5 tibus malam rationem. [5] Quarto, non valet consuetudo, quod indistincte credatur testibus deponentibus de credulitate: vt notat Anto.de But.post Hosti.in capitulo primo de appella. & ibi dixi. Quinto concludunt domini de Rota.in decisione sexti, in titu.de consue.in antiquis.non valere consuetudinem quod in instrumento non ponatur dies, neque locus: quia aperitur via malitijs: de quo tamen dubitari potest ex his, que Alexand.scribit in lege, de pupillo.§.qui nuntia.ff.de ope. noui nuntiatione, vbi ipse reprobat illam decisionem. Sexto, & vltimo non valeret statutũ, vel consuetudo quod propter fugam resultaret plena probatio delicti, ita quod quis possit

g decapitari, vt dicunt quidam hic: quod Roder. [g] referũt, sed reprobant hoc dictum: quia ex causa consuetudo potest inducere penam mortis.l.saccularij.§. sunt quidam.ff.de extraordin.crimin. Et per illum textum dicit Bald.in titul.de pace

Constan.

Constan.quod consuetudo habet potestatem in sanguine ho-
minis. Et hoc refert Joannes de Anania in capitu.sicut.j.de
Jude.& facit gl.no.in c.cum homo.xxiij.q.v.que dicit quod va
let consuetudo,etiam vbi agitur de pena mortis, quod fideius
e sor interuenire possit e. Iste rationes Mod.non vrgent:nam
text.in d.l.saccularij.intelligitur,quando qualitas facti conue
niret,quod pena mortis imponatur. Et ita loquitur text.in fi.
dum dicit,solēt grauiter puniri,vsque ad penam capitis:quia
etiam ipsa lex mortem comminatur.Facit quod not.Bald.in
c.j.§.iniuria.de pa.iura.firm.& in l.fin.ff.de re.diui.declarando
glo.in §.in summa.instit.de iniur.Sed pro fuga,de qua loqui-
mur,non conuenit quod pena mortis imponatur. Non obstat
glos.in d.ca.cum homo.quia illa consuetudo ex consensu par-
tis iustificatur. Nec obstat si dicatur quod consensus partis
non attenditur:quia non est quis dominus membrorum suo-
rum.l.liber homo.ff.ad legem Aquiliam.quia respondetur quod
authoritate consuetudinis,que concurrit,hoc dispensatur : vt
dixi in c.ij.de constitu.Et in terminis quod non valeat statutum,
vel cōsuetudo,quod fuga habeatur pro plena probatione,quā
tū ad penam mortis tenet Roma.in l.lege Cornelia.ff.ad Sil-
lania.Ang.Aret.in tractatu maleficiorum.in verbo,fama pu-
blica.in versi.querit Ludouicus.Sed tamen quod dicunt Mod.
hic,alijs rationibus suaderi potest : nam fuga b presumptionē
facit,& indicium delicti cōtra fugientem,vt per gl.in l.in bone
fidei.C.de reb.cred.& in l.admonendi.ff.de iureiur.ergo vide-
tur quod talis probatio integrari possit authoritate statuti:argu.
d.c.cum dilectus.de fide instru.Et quia in criminalibus licet
agatur de pena mortis,tamen probatio ordinarie duorum te-
stium sufficit,etiam contra Papam:vt per gl.ij.q.iiij.in c.pre-
sul.Item videmus quod in aliquibus casibus sola fuga probatio-
nem plenam facit.l.consiliarios.vbi Bar.C.de asses.& in l.pe.&
ibi Bal.C.de custo.reo. Ergo videtur quod statutum,vel con-
suetudo in alijs casibus hoc inducere possit. Et ad hoc facit:
quia in simili valet statutum,licet rigorosum sit,quod pro cō-
tumacia quis,etiam ad mortem,puniatur:vt not.Spe.in titu.
de fideiuss.§.j.versi.sed pone.Bal.refert,& sequitur in cap.j.cir-
ca finem.versi.pone,laicus.in tit.qui succe.teneantur. Et con-
cludendo dici potest quod valet statutum, quando manifesta
essent indicia contra fugientem,& qualitas delicti penam mor
11 tis postularet:alias secus.† In secundo dubio Abb.concludit
i quod si per legem consuetudini derogetur,etiam futura i con-
suetudo reprobata videtur:quia lex semper loquitur.l.Arria-
ni.C.de heretic.& sic semper videtur consuetudo reprobari, vt
Abbas hic dicit.Et hoc modo arguit Cuma.in cōsi.xxxv.stā-
te statuto.& in consil.cxix. Joannes instituit.circa finem. Et
fuit ista ratio Bar.in l.omnes populi.in quinta questione prin
ci.ff.de iust.& iure.de qua Aret.dicit in c.fi.supra de const.quod
semper dubitauit.Ipse tamē ibi respondet quod licet semper
lex loquatur,ex eo quod est in viridi obseruantia, donec tolla-
tur:per hoc tamen non semper dicitur noua lex, seu noua dis-
positio. Et istam responsionem etiam tradūt Moder. Senē.
in l.si mihi,& tibi.§.in legatis.ff.de lega.j.vbi Areti.minus fide
liter referunt.Et adde Salic.in l.fina.in fine.C.si certum peta.
Et est simile in scriptura,que semper loquitur:vt no.Bar.in l.
nuda.ff.de dona.Et tamen noua obligatio non nascitur:vt di-
cunt Mod.in dicto §.in legatis.Et de hoc est dictum Bal.in
rubr.de consti.pecu.vbi inquit quod licet lex,vel scriptura sem
per loquatur,non tamen semper consentit:quia cōsensus prin
cipio attribuitur.Predicta tamen conclusio communiter ap-
probatur:vt Alexan.concludit,qui alios refert in l.si non spe-
ciali.C.de testam . & in dicta l.si mihi,& tibi.§.in legatis.& idem
Alexā.in consi.cxcv.viso testamento.lib.ij.& declaratur,secun-
dū Abb.hic,vt non habeat locum,si ex noua causa prius non
cogitata consuetudo induceretur,vt Ab.hic dicit:& idē Abb.
in c.fi.supra de consuetu.in c.ceterum.in fi.de iuramen.calum.
& in c.in Lateranensi.in princ.j.de preben.facit text.in l.maxi-
mum vitium.C.de libe.preteri.& in l.fi.C.de testamen.Et circa
hoc notabiliter,& latius loquitur Dominic.in c.j.de constitu.
in vj.quem refert,& sequitur Jo.de Ana.in c.iij.infra ne prela.
vices suas.Et aliam doctrinam notabilē de hoc tradit Salic.
12 in l.dudum.C.de contrahent.emptio.† Venio ad tertium du-
bium,in quo Doct.vario modo loquuntur.Nam primo Joā.
And.in loco allegato per domin.Abb.hic, concludit non va-
k lere consuetudinem, vel statutum , quod testamentum k cum
f tribus, vel quatuor testibus fieri possit f. Et idem firmauit
Oldr.in consi. cccxlviij. presupposita consuetudine.in ij.q.Et
hoc sequuntur Anto.de But.& Abb.hic:& idem tenet Jmo.in
l.iij.ff.de testa.Et presertim fundatur ista opi.per text.in l.fin.
C.de testamen.qui inducitur pluribus modis.Et primo , quia
consuetudo ibi limitate approbatur in locis rusticorum,dum-
modo ad minus adsint quinque testes:ergo cum minori nu-
mero non valere,prout Abb.hic illum tex.inducit.Sed Bart.
primo respondet in l.j.in ver.tertio quero.C.de summa tri.quod
ibi consuetudo preterita reprobatur, non autem futura. Ista
responsio non valet:quia, secundum communem opinionem,
quando consuetudo reprobatur, nedum preterita, sed etiam
futura reprobata videtur, vt supra dictum est. Unde secundo
ad illum textum respondetur, quod ibi erat consuetudo rusti-
corum,que non valet: cum ipsi non habeant iurisdictionem:vt
per Bartolum in l.omnes populi.ff.de iustitia & iure. in j.que-
stione,& in l.j.ff.de damno infec.& notat Baldus in d.l.fina. Et
ideo ibi respectu aliorum, qui habent potestatem inducendi
consuetudinem,non inducitur clausula derogatoria. Licet e-
nim in talibus locis rusticorum approbetur consuetudo:quia
ipsi non habebant authoritatem, in alijs vero locis consuetu-
do non approbatur,hoc fateor:sed non sequitur quod reprobe
tur.Et sic tollitur argumentum, quod haberet locum, quan-
do consuetudo aliorum reprobaretur : vt declarat Aret. hic,
& in l.iij.de testa.Secundo tex.in d.l.fin.efficaciter inducitur,
secundum Jmo.in d.l.iij.ff.de testa.ponderando illum tex.in
versi.in dictis vero locis,qui aduersatiue loquitur ad prece-
dentia:& concedit quod antiqua consuetudo rusticorum ob-
seruetur:duntamen ad minus sint quinque testes.Ut ergo bene
aduersetur precedentibus,prout illa dictio, vero, indicat.l.si
vero.in prin.ff.qui satisd.cog. necessarium videt fateri quod in
alijs locis,de quibus prius tex.loquitur,illa cōsuetudo repro-
betur. Are.conatur ad hoc respōdere:& primo videtur fateri
quod consuetudo ibi reprobetur : sed dicit quod illa est tacita
reprobatio,que a contrario sensu colligitur:quo casu talis ta-
cita derogatio non videtur sufficiens, sicut expressa ad remo-
uendum futuram dispositionem in cōtrarium : vt in simili est
tex.no.in l.fina.in princ.& ibi Barto.de lega.ij. Ista responsio
non videt multū tuta:quia in vltima voluntate, prout text.ibi
loquitur,dispositio expressa precedens,per tacitam sequentem
reprobatur.l.iij.in fi.ff.de adimen.lega. not.in l.plane.in princ.
de lega.j.ergo a fortiori videtur quod future dispositioni dero
getur:quia facilius aliquid fieri impedit, quā quod factum est,
tollat.l.patre furioso.ff.de his,qui sunt sui,vel alie.iu. Non ob.
text.in dicta l.fin.quia alium habet intellectum,vt tradit Bar
tolus in l. si quis.in principio testamenti.de legatis & fideicom
missis tertio. Secundo Aretinus dicit quod illa aduersatiua
stat improprie, ne sequatur hoc exorbitans a iure communi:
quia tolleretur potestas populo statuendi,contra l.omnes po
puli.ff.de iustitia & iure.Sed responderi potest quod facultas
statuendi non habet locum, quando lex clausulam derogato-
riam habere reperitur : quia tunc est ius commune quod po-
pulus contrauenire non possit.l.iij.§.diuus.ff. de sepulch.vio-
la.in authentic.nauigia. C.de furtis. Tertio inducitur text.in
dicta l.fina. dum inquit: Minus autem nullo modo concedi-
mus. Nam illa verba precisa sunt adeo, quod contrarium dis-
pensari non potest:vt per gl.in cle.hi,qui.de eta.& qual.no.in l.
fi.C.de testa.milit.Ergo videtur quod statutum,vel consuetu-
do in contrarium non valeat:& ita arguit Alexan.in d.l.si non
speciali.C.de testament. Andre.Sicul.hic Moder.in l.prima,
C.de summa.trini.respondent quod argumentum haberet lo
cum , si textus loqueretur prohibitiue, vt quia dixisset, nullo
modo fieri potest: vt in dicta l.fina.C.de test.mil. Sed text.di-
cit, nullo modo concedimus.& sic non concedit : non tamen
prohibet : vt in simili singulariter tradit Salic.in l.prima.C.
de sent.ex peri.recitan. Sed ista responsio non satisfacit. Pri-
mo , quia doctrina Salice.reprobatur , vt per Alexand.in l.
prima.ff.de liber.& posthumis.Secundo,quia in dicto capitu.
fina.sunt talia verba , ex quibus illa lex satis prohibere con-
trarium videtur, dum inquit, modis omnibus adhiberi iu-
bemus.Ista enim verba prohibitiua videntur, ex quo preci-
piunt. Unde ex his,saltem simul iunctis cū alijs verbis,nullo
modo concedimus:negari non potest,quin prohibitiue loqua
tur , & sic illa lex.fina.C.de testamen.mili.multum facere vide-
tur, prout illam Alexand.inducit.Ulterius etiam , & quarto
pro ista parte sic induci potest : quia in principio ibi dicitur,
quod in omnibus locis, vbi est copia peritorum, omnes so-
lennitates requisite in testamento obseruari debent. Nam
certe hoc non erat opus disponere : quia satis cautum erat
per alia iura,que illam solennitatem introducebant.Ut ergo
illa dispositio aliquid operetur, & aliquid ex eo noui afferan-
tur,vt innuit tex.ibi,sancimus,dicendum videtur quod ibi pre
cipitur obseruari solēnitas alias requisita in testamento eo re-
spectu,& ad istum finem,quod consuetudo in contrariū nō valeat.
Hoc cōprobatur:quia in versi.in illis vero.cōceditur quod antiqua
rusticorum consuetudo obseruetur:ergo datur intelligi quod

esset quesitum de consuedine: quia respõsio secundum petitio-
nem intelligitur. l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de inter-
rog. act. l. j. C. de diuers. rescri. & vna pars per aliã declaratur. l.
vtrum. ff. de petitio. heredit. ergo videtur quod etiam princi-
pium legis, dum precipit solennitates iuris obseruari, intelli-
gatur respectu consuetudinis contrarie, que non valeat: & ita
ibi consuetudo reprobatur. Sed tamen aduertẽdum est: quia
vt omnia superius dicta remoueantur circa intellectum di-
cte legis fin. diligenter considerandum est quod text. ibi vni-
uersaliter dicit, nullam ex presenti lege innouationem fieri in
ciuitatibus, & castris, vbi copia peritorum haberetur. Si ergo
verum esset quod derogaretur consuetudini in contrarium,
hoc innouaretur per illam legem, quod contraria consuetu-
do non valeret: quod quidem non erat prius iure cautum. Et
hoc esset contra illum text: ibi nullam innouationem fieri. Est
ergo dicendum, quod ibi non sit vis in consuetudine, sed ex fa
cti cõtingentia illud ibi dicitur: quia rustici etiam absque alia
consuetudine poterunt testari cum quinque testibus, in locis,
vbi copia testium non reperitur, per rationem text. quia rusti
ci non possunt tantam solennitatẽ adhibere. Ista ratio expres-
se pariter concludit, etiam absque aliqua consuetudine. Com-
probatur hoc, quia text. ibi intendit solennitatem requisitam
in testamentis ipsis rusticis relaxare: vt patet ex princ. ibi: sem
per rusticitati consultum est. & ibi: ad humanitatem respicien
tes, duximus eorum simplicitati subuenire: cum similibus ver-
bis, que ibi habentur ex quibus ratio finalis legis arguitur. l. j.
in prin. ff. ad Macedo. vbi Bar. l. fin. vbi Bar. ff. de her. institu.
Ergo videtur relaxatio facta rusticis simpliciter, absque ali-
qua consuetudine: quia si deberet attendi cõsuetudo, non esset
relaxata solennitas, imo augeretur: quia cum minori numero
quinque testium non valeret consuetudo: & sic esset derogatum
consuetudini, quod prius non erat. Et hoc idem confirmatur:
quia relaxatio ibi rusticis fit respectu obseruationis, que sim-
pliciter ab aliĩs debet obseruari: ergo simpliciter relaxatio fa-
cta intelligitur absque alia consideratione consuetudinis. Nec
obstat quod ibi approbata sit consuetudo rusticorum, que non
valeret: quia dato quod ita sit, non per hoc inducitur clausula
derogatoria in aliĩs, qui habent potestatem inducendi consue
tudinem. Et retenta ista opinione, que verissima videtur, ap-
paret quod in aliĩs non reprobatur cõsuetudo: & aduersatiua,
que multum ponderatur, erit simpliciter respectu iuris com-
munis: quia in rusticis solẽnitas iuris communis remittitur,
que ab aliĩs obseruari debet. Nam respectu consuetudinis tex.
in d. ver. in illis. aduersari non potest: quia ibi prius nihil di-
ctum fuit de cõsuetudine: & natura aduersatiue est, quod respi
ciat ea, que precedunt, & duntaxat respectu precedentium con-
sideretur, vt Aretin. dicit in d. l. iĩj. ff. de testa. Et per hoc etiam
respondetur ad illa verba, nullo modo: quia verũ est quod pro
hibitio est precisa, attento iure communi, quod non relaxatur,
nisi rusticis, vt ibi habetur. Non obstat quod in principio le-
gis dictum videtur, solennitates iuris communis debere ob-
seruari eo respectu, vt consuetudo contraria reprobetur: alias
illa verba nihil operarentur: quia fateor quod non operãtur:
& ibi expresse dicitur quod nullam vult innouationem facere.
Sed verba illa dicuntur ad ostendendum quod nihil alterare
velit, nisi in rusticis. Non obstat quod esset quesitum de consue-
tudine: quia dato quod hoc verum sit, illud fuit ex contingen-
tia facti: & in hoc non debet ius fieri, per supra dicta. Et hoc
modo tollitur fundamentum de d. l. fi. que pro ista parte prin-
cipaliter allegatur. Unde secunda principalis opi. fuit, quod
valeat talis consuetudo, vel statutum, quod fieri possit testamẽ
tum cum tribus testibus: quam tenet Cyn. Bart. Bald. & doc.
in d. l. j. C. de summa tri. cum concord. vt tradit Alex. in l. si non
speciali. C. de testa. & idem Angel. tenet in cons. lxxxviij. premis-
so primo. & in cons. cxxvj. testamenti factio. & idem Ang. in con
sil. ccxxxiij. in causa predicta. vbi inquit quod ita in scholis te-
netur, & practicatur in palatĩs. Et ab ista communi opinione
13 recedendum non est, licet articulus esset disputabilis. ¶ † Po
stremo superest tertia questio principalis, in qua Abbas post
Anton. de Butr. & alios concludit quod valet consuetudo, vel
statutum restringens facultatem probãdi: puta quod aliquid
probari non possit, nisi per instrumentum, vel per scripturam.
Et ita voluit Spec. quem Abb. hic refert in tit. de proba. §. fin.
ver. sed pone. Et expresse idem tenet Angel. in authent. vt sine
prohi. matres. in fi. cum simil. vt tradunt Mod. hic: & idẽ Alex.
in consi. xxxvj. viso processu. in prin. li. v. vbi plures doc. allegat,
qui presupponunt tale statutum valere. Et idem Alex. in cons.
50. in causa, & lite. eod. lib. & And. Sicu. in cons. xix. in j. lib. Et ta
le statutum intelligitur non solum agendo, sed etiam excipien
do: vt Alexand. deducit in d. consi. xxxvj. Et in tali statuto ar-
l guitur a paritate, vel maioritate rationis [l]. Nam si statutum
velit quod solutio debiti probari non possit testibus, non po-
terit etiam debitum testibus probari: quia a pari debent regu
lari debitum, & solutio. Et not. concludit Pet. de Anchara. in
cons. ccclj. in questione predicta. & in alio casu tradit And. Sic.
in cons. xix. prealleg. Et hoc, quod dictum est, videtur procede-
re ratione correlationis, vel vbi agitur de maioritate rationis:
alias autem tale statutum debet stricte interpretari, cum sit cõ
14 tra ius commune. † Et ideo si statutum loquitur de mandato
quod testibus probari non possit, non habebit locum in ratifi-
catione: vt not. Bald. dicit in l. obseruare. §. fi. in xj. q. ff. de offic.
proconsul. & lega. Et ita predicta conclusio primo declaratur:
& ad hoc vide Joann. de Ana. consil. lxiiij. visa. Secundo limi-
tatur, vt Abbas hic dicit, non habere locum, quando quis vel
let probare per quinque testes: quia tali casu non obstaret sta-
tutum, per textum no. in l. testium. C. de testib. cum simil. vt di-
cunt Mod. hic. Et ad hoc facit, quia statutum debet interpre-
tari secundum ius commune: argum. c. cum dilectus. supra de
consue. Sicut ergo de iure communi loco scripture & instrumẽ
ti habentur quinque testes. d. l. testium. ita & in statuto dicen-
dum videtur. Tertio, si instrumentum quod extabat, perdi-
tum fuisset probata amissione instrumenti, potest probari per
testes quod in eo continebatur, secundum Abb. hic, per text. in
d. l. testium. Facit quod no. Bar. in l. j. §. sufficit. in fi. ff. de secun.
tab. & facit tex. in l. emancipatione. vbi Bal. C. de fid. instr. Et di
cit Bar. in d. l. testium. tria probanda esse, actum factũ fuisse, &
scripturam de eo factam, & casu perditam esse. Et in nota. casu
tradit Barto. in tracta. de testib. in ver. dixit testis aliqua vera
esse. Et hoc etiam procedit in testamento, in quo septem testes
requiruntur: quia probato tenore testamenti, & casu amissionis
per duos testes, probatum erit testamentum: vt tenet Bald. in
d. l. testium. in versi. vlti. noto. cum concord. vt Alex. scribit in
l. ij. C. de secun. tab. Et predictis casibus testes debẽt esse periti,
vt sunt notariĩ, & aduocati, qui defectum instrumentorũ cogno
scunt: vt no. Bar. in auth. si quis in aliquo documẽto. C. de edẽ.
& in l. ij. §. diuus. C. de iure fis. & notat Abbas in c. Albericus. de
testi. & ad hoc est bonus tex. in c. cum olim. el j. de priuileg. & ibi
Abbas post Ant. de Bu. Quarto, nõ obstãte tali statuto pars
procurare potest vt testes officio iudicis recipiãtur: q̃r licet te-
stes recipi nõ possint obstãte statuto, tamen ex officio iudicis
admittunt̃: vt voluit Spe. eo. ti. §. vidẽdũ restat. versi. sed quid
si debitor. Et in dicto statuto hanc cautelã tradit Bar. Uero.
m in cautela [m]. ccliiij. dubitari potest. Et in simili casu notabili-
ter instruit Bal. in l. ampliorẽ. in prin. circa finem. ver. ex predi
ctis inferas. C. de appel. & sequitur Roma. in consi. cccclxxix. in
fi. Alex. in l. iiij. §. hoc autem iudiciũ. ff. de damno infec. Et q̃ñ
etiam testes prohiberent̃ recipi expresse officio iudicis, intelli-
geretur de officio iudicis implorato a parte, vt minus iuri cõ-
muni derogetur, secundũ Ro. in cõsi. xlij. visis. Quinto, statutũ
intelligit̃, nisi testes essent multum legales: q̃r nõ obstante statu
to admitterentur, secundũ Ant. de Bu. hic, in fi. de quo dubita
ri põt: q̃r propter legalitatẽ persone, etiam in ꝓbationibus nõ
recedit̃ a regula iuris cõis: vt no. Bal. in c. iurauit. versi. idẽ si
esset aliquis. j̃. eo. & facit qd̃ no. Bal. per illũ tex. in c. j. in fin. s̃. vt
n li. pen. Sed dicendũ [n] est ꝙ ex qualitate testiũ iudex põt excita
ri, & moueri, vt ex eius officio recipiant̃ ex eo qd̃. s̃. proxime di-
ctũ fuit. Et sic etiã videt̃ loqui Anto. de But. hic, & in c. cũ Jo.
j̃. de fide instr. & idẽ Ful. tradit in cõsi. cclxxx. ꝓponit̃. in fi. Sex-
to fallit, nisi cũ testib⁹ etiã scriptura ꝓduceret̃: q̃r iste casus mi-
stus a statuto nõ excludit̃: vt no. voluit Bal. in l. certi cõdictio.
§. q̃ñ. circa fi. versi. secũdo quero. ff. si cer. pet. vbi cõcludit ꝙ lꝫ a
statuto ꝓbatio testiũ ꝓhibeatur, tñ recipit̃ probatio facta per
priuatã scripturã, que testibus cõprobat̃. Facit tex. in c. series.
j̃. de testi. cũ si. & Alex. tradit in d. §. q̃ñ. & idẽ Alex. i cõs. lxxxviij.
in presenti causa. in fi. lib. iiij. & idẽ Bal. in consi. clxxvij. visa pe-
titione. lib. iiij. & ad hoc est bonus tex. in authẽ. de instr. cau. & fi.
in §. sed & si quis. quẽ allegat Are. in d. c. series. vbi circa hoc no
tabiliter loquit̃. Et procedit ista conclusio, quando scriptura
priuata aliqualem facit fidem, ita quod probatio sit mista, pro-
ut Bal. loquitur. Secus si priuata scriptura nullam faceret ꝓ-
bationem: quia tunc tota probatio testibus attribuitur: alias
de facili posset fraus fieri: quia ille, qui vellet probare testibus,
semper posset facere scripturam priuatam, & illam cum testib⁹
simul producere, quod non est dicendũ. Sic in terminis Alex.
scribit in consi. xxxvj. lib. v. supra allegato. Septimo, statutum
intelligitur respectu debiti, quod testibus probari non potest:
quantitas vero debiti per testes probari poterit: vt not. dicit
Bart. post Jac. But. in l. certi condictio. §. quoniam. ff. si cert.
pet. vbi concludit ꝙ si promisisti mihi resarcire damnum in
aliquo casu, & hoc per instrumentum probetur, quantitas da-
mni te

mni teſtibus probari poterit. Et ſequitur Bal. in authenti. ſed nouo iure. C. ſi cert. petatur. cum concordan. vt per Alexand. in d. §. quoniam. Et fundatur iſta concluſio, quia talis probatio mixta videtur teſtibus cum inſtrumento, que a ſtatuto non excluditur, vt ſupra dictum eſt: ⁊ quia debitum immediate probatur per inſtrumentum: ⁊ ſic ſtatutum immediate verificatur: ⁊ cauſa immediata eſt illa, que attenditur l. ſocium, qui in eo. ff. pro ſocio. Et in ſimili in not. caſu tradit Ange. in conſi. xxxi. dominus Philippus Aretin. in conſil. cxlviij. in propoſita q. Et in propoſito bene facit quod ſingulariter voluit Ray. de Forli. in l. j. ff. de in litem iuran. dicens quod ſi fuit probatum debitum ex cauſa mutui, ſed non quantitas, ex quo intenſio creditoris eſt fundata in debito, poteſt quantitas iuramento debitoris probari. Quod dictum multum extollit Bartbol. Veronenſis in cautela [o] ſua ccx. aliquis mutuauit. vbi idem comprobat ex his, que not. Bartol. in l. admonendi. ff. de iureiuran. Faciunt que dixi in cap. j. ſupra eodem. in verſiculo, ſexto fallit. Et procedit iſta concluſio, quando ſtatutum ſimpliciter loquitur quod debitum teſtibus probari nõ poſſit. Secus videtur, ſi ſtatutum dicat quod cauſa mutui, vel debiti teſtibus probari non poſſit: quare tunc etiam quantitas non poterit teſtibus probari. Ita dicit domi. Ioan. Petrus in d. §. quoniam ex eo, quod voluit not. Barto. in l. ſolent. ff. de ali. ⁊ ciba. leg. Et licet Bart. ibi loquatur, quando materia probationis ampliatur, hic vero reſtringitur. hoc non refert: quia vtroque caſu cõſtat de mẽte ſtatuti: quia cauſa debiti dicitur, quocunque modo debitum tangatur: vt per Barto. in d. l. ſolent. ⁊ facit text. in l. cum hi. in princip. vbi Paul. de Caſtr. ff. de probat. ⁊ not. Bald. in l. j. C. de rebus credit. Et circa hoc videndum eſt, quod tradit Areti. in dicto capitulo, ſeries. de teſtib. Octauo, ſtatutum procedit in principali diſpoſitione. Secus videtur in aliqua qualitate acceſſoria, que teſtibus poterit probari: vt in ſimili voluit gloſſa not. in capitulo, duobus. in verbo, apparcat. de reſcript. in vj. ⁊ in capit. ſi a ſede. in verbo, Appareat. de preben. in vj. Bene facit quod text. no. in cap. auditis, ⁊ quod ibi Abb. poſt Anto. de Butr. in principio. ſupra de reſti. in integ. Ad idem eſt bonus text. in l. j. §. ſi autem. ⁊ quod ibi Angel. ff. de here. inſtituen. vbi teſtamentum in ſcriptis dicitur, licet aliquid ſuppleatur abſq; ſcriptura. Nono, non obſtante tali ſtatuto, per confeſſionem aduerſarij probatio admitteretur: vt not. Bald. in authen. ſed nouo iure. C. ſi cert. peta. cum ſimilib. vt dixi in rubri. ſupra eo. Et iſta concluſio de plano procedit in confeſſione facta in iudicio, per ea, que ibi dicta ſunt. Secus videtur, ſi talis confeſſio deberet probari teſtibus: quia huiuſmodi probatio obſtante ſtatuto, non poſſet fieri: vt not. in terminis tradit Petr. de Ancha. in conſi. cccli. in queſtione. vbi cõcludit quod quando a ſtatuto prohibetur debitum probari per teſtes, talis confeſſio non poterit probari teſtibus: quia in effectu per indirectum debitum teſtibus probaretur. Et ſequuntur ſimpliciter Mod. hic. Sed aduertendum eſt: quia prima facie iſta deciſio Petri de Anch. dubitabilis videtur: quia ſtatutum intelligitur quod debitum non probetur teſtibus immediate, per ſupra dicta: vnde confeſſio licet teſtibus probetur, ipſa tamen confeſſio eſt illa, que debitum probat immediate. Et ad hoc in ſimili facit quod not. Bald. per illum textum in l. j. C. pro quibus cauſis ſer. pro premi. liber. acci. vbi inquit q non dicitur probare delictum ille, qui probat indicium, per quod reus poſitus ad torturam confitetur. Et iſta interpretatio ſuadetur, vt minus iuri communi derogetur. argu. capit. cum dilectus. de conſue. Et ad hoc etiã bene facit, qđ in terminis ſtatuti voluit Salic. in l. ſancimus. §. fina. in fin. C. de dona. dicens quod non obſtãte tali ſtatuto creditor agere poteſt contra debitorem, vt conficiat ſibi inſtrumẽtum debiti, iuxta not. in l. plures. C. de fid. inſtru. Et ad iſtum effectum debitum teſtibus poterit probari. Et eſt notabilis cautela, quam tenet Bartbol. Veronen. in cautea cclv. ſtatuta diſponunt. Et iſta erit limitatio decima ad ſtatutũ: ⁊ ideo in propoſito videtur quod talis cõfeſſio teſtibus probari poſſit. Pro opinione tamen Pet. de Ancbara. que finaliter magis placet, facit, quia ſtatutum reijcit probationẽ teſtium: quia de teſtibus non confidit. Et iſta ratio vtique videtur procedere in probatione confeſſionis: quia licet confeſſio ipſa immediate debitũ probet, tamen fundamentum confeſſionis eſt in teſtibus: ⁊ probatio teſtiũ directe reſpicit probationem debiti: quia probatio in effectu videtur facta teſtibus: vt latius deducit Pet. de Ancbara. in conſi. preallec. Et comprobatur hoc efficaci ratione: quia ſi reijcitur probatio teſtiũ, qui deponunt de veritate, a fortiori reijci debent teſtes, qui de ſimplici confeſſione atteſtãtur. Non obſtat quod cauſa immediata attendatur, vt ſupra dicebatur: quia illud verum eſt, quando in illa vis probationis cõſiſtit. Secus in caſu iſto videtur. Non obſtat dictum Bald. in d. l. j. quia ex probationibus indiciorum non ſequitur immediate confeſſio, ſed officio iudicis reus ad torturã ponitur: ſed in caſu iſto ſtatim probata confeſſione probatum eſſet debitum. Non obſtat dictum Salic. in d. l. ſancimus. quia non videtur verum: nam hoc modo ſemper debitum poſſet probari teſtibus, ⁊ ſtatutum eluderetur. Non obſtat fundamentum Salic. quod creditor põt petere vt ſibi per debitorẽ inſtrumentũ conficiatur: quia illud verum eſt, inſpecto iure communi: ſed ſtãte tali ſtatuto, illud procedere non videtur. Undecimo ſtatutum intelligitur, quando pars opponit: ſecus vero ſi non contradicit ⁊ iudex probationem teſtium admittit, quia valet probatio: vt not. Bald. concludit in d. §. quoniam. circa finem, verſic. ſed ponamus. ⁊ ſequitur poſt alios ibi Alexand. ⁊ Bartbo. Veronẽ. qui ad hoc plura ſimilia adducit in cautela [p] cclv. preallegata. Sed parte contradicente probatio non valet: vt Bald. concludit in d. §. quoniam. ⁊ ſufficit partem ſimpliciter contradicere: nec opus eſt quod opponatur: vt in ſimili not. Bartol. in l. j. C. de rela. ⁊ Abbas in capit. intimaſti. de appel. Et ſi pretextu talis probationis reprobate iudex iudicaret, ſententia eſſet nulla: vt dicit Aretin. hic. Allegat Bald. in l. libertorum. C. de teſti. Eſſent tamen inſpicienda diligẽter verba ſtatuti: quia ſi ſtatutum dicat quod probatio teſtibus fieri non poſſit, [q] cum loquatur prohibitiue, non videtur quod renuntiari poſſit: vt per gloſ. ⁊ Barto. in l. j. ne fideiuſſo. do. den. ⁊ not. Barto. in l. de his. ff. de tranſactio. ⁊ in l. j. per illum textum. ff. de ferijs. Niſi dicatur quod iſta ſit tacita renuntiatio, que excludi non videtur: vt in ſimili de iuramen. cal. in l. ij. C. de iura. calumn. ⁊ in c. j. eod. ti. in vj. Duodecimo fallit, ſi contra clericos [s], etiam in foro ſeculari litigantes, ſtatutum allegetur: quia in preiudicium eorum non valet, vt concludit Cal. in diſputatione, ſtatuto ciuitatis. in fin. quem refert, ⁊ ſequitur Petr. de Anch. in regula, ea, que. de regul. iuris in vj. ⁊ in c. j. verſic. pro confirmatione precedentis deciſionis. ſupra de conſti. Imo. in c. cum contingat. de iure iur. Paul. de Caſtr. in l. omnes populi. de inſti. ⁊ iur. ⁊ in l. ij. in princip. de eo, quod cer. lo. Et ratio videtur manifeſta: quia probatio reſpicit deciſionem [r] cauſe: quia victoria pendet ex probatione l. qui accuſare. C. de eden. ⁊ ita tenet Bartol. in l. ictus fuſtium. in fin. ff. de his, qui not. infa. quem ſing. allegat Areti. in cap. dilecti. de iudi. merito ergo non ligatur clericus, etiam in foro ſeculari: vt not. in capit. quod clericis. de foro competenti. Decimotertio ſtatutum intelligitur, niſi agatur de iuramẽto, quod in contractu interueniſſet: quia per teſtes probari poterit: quia ad probandum iuramentum ſufficit probatio iuris diuini: vt notab. tradit Imo. in cap. cum contingat. in ſexto membro princip. quod dictum Moder. hic ſingu. not. Sed conſiderandum eſt quod iſtud dictum videtur procedere ſecundum regulam, que eſt quod ſtatutum laicorum, quod loquitur ſimpliciter, non videtur habere locum, quando iuramentũ interponitur: quia iuramentum confirmat contractum aliter prohibitum de iure ciuili. capitu. cum contingat. de iureiurand. c. mulieres. eodem titu. in vj. not. Barto. in l. ſi quis pro eo. in verſic. tertio dixi. ff. de fideiuſ. Abbas in d. cap. cum contingat. Alex. in conſil. xxix. preclare. lib. iij. Aret. in conſil. xxij. diligenter. cũ ſimilib. Contra tamen iſtud dictum Imo. facit quod not. Bartol. in l. ſi quis pro eo. in ſeptimo membro, vbi tenet quod quando actus reprobatur ex defectu ſolennitatis probatorie, iuramento non confirmatur: quia probationes reſpiciunt ius publicum, quod tolli non poteſt. l. ius publicum. ff. de pac. Sed pro dicto Ioan. [illegible] Imo. facit quod voluit Spec. in titu. de proba. §. fina. verſi. ſed quid ſi debitor. cum ſimilib. vt tradit Alexand. in authen. iubemus. C. de iudi. vbi inquit quod debitor, qui renuntiauit probationibus cum iuramẽto, virtute iuramẽti obligatur. Non obſtat quod Bartol. dicit in d. l. ſi quis pro eo. de vtilitate publica: quia videtur vtilitas publica ſecũdario, que non conſideratur ſtante iuramento [illegible] c. cum contingat. Et in terminis not. Fulgo. in conſ. [illegible] viij. proponitur. in ſi. Decimoquarto ſtatutum intelligitur in teſtibus examinandis, qui non admittuntur: ſecus in teſtibus iam examinatis in aliquo caſu permiſſo, quorum dicta reducta ſunt in ſcriptis: quia cum talibus teſtibus probatio fieri poteſt: quia habent vim inſtrumenti publici: vt not. Angel. dicit in l. fina. in verſiculo, ⁊ ſecundum eum. C. de edict. diui Adri. tol. de quo tamen Alexand. ibi. Decimoquinto fallit, quando proceditur ſummarie, ⁊ de plano, et quando agitur contra furem: quia tunc tale ſtatutum non attenditur: vt not. concludit Ioan. de Ana. in conſil. lv. quia dubia. Decimoſexto non obſtante tali ſtatuto, creditor poterit per denuntiationem Euangelicam compelli, probando debitum teſtibus, ne lucretur cum iactura alterius: vt tenet Anto. de Butr. in c. cum Ioannes. col. v. verſi. ad primum. de fide inſtrum. ⁊ ſentit Ange. in l. j. §. pueritiam. ff. de poſtu. ⁊ ſequuntur

D

omnes Moder.hic.Decimoseptimo non obstante tali statuto debitor,qui soluit,potest repetere pecuniam solutam cōdictione sine causa:nec tali casu obstat statutum:vt not.tradit Alberi.Et post Uber.de Bobio in l.in contractibus.C.de non nume.pecunia.in l.si quis in conscribendo.ver.sed esto.⁊ idem Albe.in tract. statu.in prima parte,q.xiij.Decimooctauo, ⁊ vltimo,conclusio supra firmata bene procedit in statuto, prout lo-
a quitur.Secus est in pacto:[a] quia conuentio,⁊ pactum non valeret,quod probatio non possit fieri, nisi per solum instrumentum:vt voluit glos.not.in autben.vt fine probi.ma.§. j.in versi. senatusconsulto.quam sequitur Joan.Andr.⁊ Abb. post alios in c.si diligenti.supra de foro compet.⁊ Doct.in l.pactum inter heredes.ff.de pact.Sed tamen de veritate eius, ⁊ quando procedat,dicendum est vt per Moder.hic,⁊ per Alexan.qui alios plene refert in autben.iubemus.C.de iudi.⁊ idem Alexand. in consi.cij.viso processu.circa fin.lib.v.⁊ Fulg.etiam tradit in cōsil.ccviij.proponitur quidam.

¶ Additiones.

a ¶ Tollitur.Adde quod lʒ quis non possit esse aduocatus pro heretico,nihilominus si quis velit probare quod obiecta alicui heresim non sapiunt,⁊ sic innocentiam probare, talis admittitur,qui alias non admitteretur,vt est text.in ca.si aduersus. de hereti.ita voluit Oldra.in consi.ccxx.

b ¶ Dicitur.Adde Jasonem in §.quadrupli.instit.de actio.vbi etiam ponit an iuramentuʒ sit saltim vera probatio:⁊ vide per Aret.hic,in secundo notabi.

c ¶ Mercatorum.Adde eundem ʒ.in ca.j.versic.⁊ not. ꝙ libris mercatorum.⁊ ibi in apostillis dixi.

d ¶ Rationem.Quod statutum ⁊ cōsuetudo quod testibus malam rationem adducentibus credatur,non valeat,adde eundē Decium in consi.xxxvij.⁊ in c.si quando.in fin .in versicu. ⁊ notandum est ʒ.de rescri.

e ¶ Possit.Adde eundem Decium ʒ.in c.cognoscentes.in j.lectu.in versicu.⁊ lʒ non valeat.de consti.⁊ in ij.lectu.eiusdem. ca. in versic.iij.adde.⁊ vtrobique in apostillis dixi.

f ¶ Possit.Adde tamen quod Bart.in l.j.in versic.iij.quero.C. de sum.trin. voluit ꝙ statutum seu consuetudo Uenetorum,ꝙ valeat testamentum factum coram duobus vel tribus testibus valeat.Et vide per eundem Barto. in repet.legis, de quibus in versi.item quero quid in testamentis.ff.de legi.⁊ per Jaso.in rub.ff.de acqui.pos.ponunt.doct.in c.cum esses.de testamen.

g ¶ Clericos.An statutuʒ ꝙ solutio debiti probetur solum per instrumentum vel scripturam,liget clericos, vide per Socin. in consil.cclxxi. Hiero.Sig.

1 ¶ Tollitur.Adde Hyppol.marsil.in singul.lix.
2 ¶ Dicitur.Adde Deci.in capit.post cessionem in iij.notab.j. eod.tit.
3 ¶ Habeatur.Idem Dec.late in c.j.j.de appellat.
4 ¶ Mercatoris.Idem Dec.in c.j.de appellat.vbi prosequitur omnia ista dicta.
5 ¶ Rationem.Adde Dec.late in c.ad nostram.in prin.j. eod. titulo. Siluest.Aldob.

a ¶ Primo. [redacted]

b ¶ Absolui.Idē Soci.consi.clxxxiiij.lib.ij.Hippo.Marsi.singul.lxxxiiij.⁊ male.

c ¶ Areti.Hec veritas,per l.delata.⁊ l.generaliter.C.de iureiurand.Idem Jacob.Rauen.Cyn.dicta l.generaliter, in secunda oppo.Alberi.in l.in bone fidei.C.eo. Paul.Alexan.Jason, Franc.Purpura.in dicta l.manifeste.Pau. l.in contractibus. §.illo.C.de non numerata pecunia.⁊ in l.iusiurandum ⁊ ad pecunias.§.ait pretor.⁊ in l.admonendi.⁊ ibi Jaso.in repet. de iureiuran.Joan.Petr.de Ferra.in for.iuramen.ꝙ presta.a par. parti.in versi.dicit.

d ¶ Tunc reus.Jmo eque habet locum dicta l.manifeste.siue ante,siue post probationes tentatas:imo non debet quis se committere conscientie aduersarij,nisi postquaʒ aliter probare nō potuit.Et sic non valet ratio, nec concordia. Decij: ⁊ ita quod vtrinque procedat dicta l.siue ab initio.etiam si is,cui defertur velit recusare.ex eo quod vult procedere per testes, siue ex post facto,postquam deferens defecit in probando, iudicatum fuit in venerando senatu Burdegalēsi,⁊ bene,vt refert Nico.Boeri.decisio.Burdegal.xcv.

e ¶ Opin.Anto.Et bene,quicquid dicat Decius.

f ¶ Libris.Supra c.j.nu.xxx.

g ¶ Moder.Scilicet Fel.hic,versiculo,limita tertio.quem Deci.recte in hoc refellit.

h ¶ Fuga.Hippo.Marsi.sing.cxv.cccclxxvij.⁊ in rub. de proba. ⁊ in pract.crimi.versiculo, diligenter.nume.xlj.Angel. in trac. malefic.

i ¶ Etiam futura.Dec.l.quicunque.lect.ij.C.qui admitti. Alex. consi.cxcvj.nu.13.lib.ij.Uide late do.And.Tiraq.in prefa.trac. retract.nu.xvij.cum seq.

k ¶ Testamentum.Friuola disceptatio,cum forma sit iuris positiui.

l ¶ Rationis.Jmo non licet extendere.

m ¶ Cautela.Que est in libro meo cau.cccxxj.quod pendet a iudicis prudentia l.illicitas.in princi.de offi.presid.

n ¶ Dicendum.Et placet,saltem in supremis iudicibus, ⁊ post publicatas attestationes,si constet tales testes intra terminuʒ probandi non potuisse haberi.

o ¶ Cautela.Supra eo.c.j.nu.xxxiij.in fi.

p ¶ Cautela.Mibi ccccxx.⁊ in hoc vera.

q ¶ Non possit.Ad hec idem, qui intelligitur parte volente vti vigore statuti, quod non de facta, sed de facienda tantum loquitur.

r ¶ Decisionem.Alexand.consil.xvj.nu.vij.libr. v. consilio vlti. nu.v.eod.vol.

s ¶ Pacto.Idem Petr.Ancha.repe.c.j.de consti.Bald.consil. xlv.lib.iij.consil.cccxvij.lib.iiij.Jmo.consi.xxxvij. Hippo.in rubric.de proba.Maria.Soci.in c.si diligenter.de fo.compet. [redacted]

1 ¶ Controuersia dicitur,etiam ante litem contestatam.
2 Prebenda consistit in rebus temporalibus.
3 Testes si producantur ex vtraque parte, est in arbitrio iudicis que preualeant.
4 Possessionis commodum est magnum:quia actore non probāte possessor absoluitur.5.
6 Reus in dubio non debet absolui, quando agitur de periculo anime.
7 Reus si melius probauit,quam actor,debet pro eo ferri declaratoria.
8 Canonici pro iure prebendarum suaruʒ possunt iunicē agere.
9 Canonici agere possunt etiam contra extraneos.
10 Fallit in canonico regulari,qui nō agit sine licentia Abbatis.
11 Canonicus an habeat administrationem, si predium conceda tur simpliciter ad victum canonici.
12 Actio finium regundorum est istius nature quod vterque dicitur actor,⁊ reus.
13 Actione finium regundorum an agere possit,qui non possidet.
14 Officio duplici quis fungi potest,quādo se compatiuntur. 15.16.
17 Officia duo si quis probibetur habere, est in potestate sua qō velit retinere,si sunt incompatibilia.
18 Pena turbantium fines,qualis sit.



1 Ex literis. Summatur, ⁊ diuiditur, vt per Abbat. hic. ¶ † In textu ibi:controuersiam agitari. Controuersia dicitur etiam ante litem contestatam: vt not.Angel.in §. omnem. in autbent. de litig. quem simpliciter allegat Andre. Sicul. hic. Sed de hoc est dictum Barto .in l.amplius non peti.ff.rem ratam babe.vbi allegat textum,qui bene probat, in l. diuus. ff. de peti.hered.ibi:cōtrouersia erat ante quam lis incboaretur.Ad idem text.in l.sed si lege.§.si ante litem.eodem titulo.Et non solum ille,qui agit,sed etiam ille, qui defendit se, controuersiam facere dicitur:vt est gloss.notabilis,⁊ ibi Bald.⁊ Angel.hoc dicunt in l.non solum.§.si status.ff.de procur.cum similib. vt Alexand.tradit in l.si quis maior.C. de transact. ¶ In text. ibi:inconcusse.exponitur,id est pacifice, secundum Cald. hic. Facit text.in c.cum venissent.supra de rest.in integrum.⁊ in capitulo, illud.in fine,in fra de prescrip.⁊ in l.non ideo. in fi.C.de libe.cau
2 sa ⁊ in c.quecunque.in fi.C.de bonis, que liber. ¶ † Nota primo ibi:cōfines babere prebendas.quod prebenda in bonis temporalibus

ralibus consistit,⁊ ideo etiam laico conferri potest:vt per glos. in cap.cum M.in verbo,receperunt.supra de consti.Et hoc ve
2 rum est,quando prebenda separata[2] est,⁊ per se consideratur. Secus si diuncta sit cū canonicatu:qr tūc dr ius spirituale, et
a prebenda dicitur spiritualis[a].capitulo,dilecto. vbi Abbas in v.not.de prebend.⁊ not.Innoc.in capitulo, maioribus.eod.tit. vbi etiam Abb.distinguit.⁊ idem Abbas hic, ⁊ in d. capitulo, cum M.⁊ Cardi.in clemen.x.q.xij.⁊ Imola ibi,versiculo,quero quotuplex.de prebend.⁊ idem Roma.in consi.cccxxviij. presens consultatio.Sed tamen considerandum est,quod licet prebenda sit coniuncta cum canonicatu,non per hoc videtur ꝙ dicatur spiritualis:quia ipsa in bonis temporalibus consistit, vt dictum est.Non obstat text. in d.capitulo, dilecto.quia dum ibi ius spirituale appellatur prebenda connexa cum canonicatu, illud dicitur respectu canonicatus,a quo fit denominatio,tanquam a principali:vt alias dixi in d.capitulo,maioribus.⁊ in c. cum M.in gl.in verbo,canonicos.de constitu. ¶Secundo nota ibi:singuli singulas possidetis.quod canonici, vel clerici dicuntur prebendam possidere:⁊ hoc largo modo:sicut etiaꝫ prebenda dicitur sua.capitulo, si tibi.de prebend.in vj.proprie tamen non dicuntur possidere:quia possessio bonorum ecclesie est apud ecclesiam,secundum Imo.⁊ Moder.hic, per textum in capitulo fina.§.fina.xij.quest.j.Sed tamen ille text. videtur loqui de dominio,prout est etiam text.in capitu.ij.de dona. Re-
a spectu vero possessionis canonicus saltem[a] naturalem possessionem habere dicitur,secundum Innoc.in capitulo,in literis. de restitu.spol.quem refert,⁊ sequitur Bald.in l.ij.versicu.item queritur.C.de serui.⁊ aqua.⁊ in authen.licentiam.C.de episco.⁊ cleri.⁊ idem Abbas in capitulo,cum super.de cau.posses.⁊ proprie.⁊ in c.litere.de dilatio.⁊ facit textus hic,⁊ in dicto capitulo fi.§.fi. xij.questione j. Et ex his infero quod valeret libellus, in quo canonici dicerent se prebendam possidere, vel prebendam suam esse:vt not.Abbas per illum textum in capitulo, pro illorum.in princip.de prebend.⁊ in capitulo,quia v.in iij.not.de iudi.declarando hoc vt ibi dixi.Sic etiam patronus laicus ecclesiam petere potest:quia ratione iuris patronatus illam petere intelligitur:vt tradit Innocent. in capitulo,cum venerabilis. in princip.de relig.domi.⁊ in capitulo,examinata.supra de iudic.⁊ not.Bald.⁊ Paul.de Castr. in l. monumenta. C. de lega.
3 ¶†Tertio not.secundum Abbatem hic, quod productis testibus ex vtraque parte,in arbitrio iudicis est, que probationes preualeant.Et dicit Butr.hic in vj.not. quod omnes probationes sunt in arbitrio iudicis.Et hoc idem ponit Paul. de Cas. in l.admonendi.ff.de iureiurand.dicens quod an aliquid plene probatum sit,ex mero iudicis arbitrio pendet:per text. in l.iij. §.j.ff.de testi.ibi:magis scire potes.Et idem not.Bald. in l.fin. in principio.C.commi.vel episto.Sed considerandum est quod etiam finis iudicij est in potestate iudicis : vt dicit text.in l.qui explicandi.C.de accusa.Sed tamen talis potestas, ⁊ tale arbitrium iudicis debet regulari secundum leges : ⁊ ideo in dubio debet iudicare in fauorem rei:vt not.Bald.in d.l.fina. Unde dicit Barto.in l. Lucius.ff.de his,qui not.infa.in fi. quod licet testes clare probent,potest tamen iudex,si ei videbitur, illis non adhibere fidem. Consuluit tamen quod causa exprimatur in actis, ne postea iudex molestetur in syndicatu. Et sequitur ibi Bald.⁊ Angel.⁊ idem not.Bald.in l.cum magistratus. in fine. C.quando prouoc.non est neces. vbi dicit quod existentibus paribus probationibus,iudex poterit quibus voluerit adherere, dummodo causam in actis ponat.Et hoc, quod dictum est de expressione cause,verum intelligitur, quando contra reum iudicaret:quia tunc a communi regula receditur,que est quod in dubio reus absoluatur,vt hic.Secus videtur, si pro reo iudicaret:quia tunc non est opus quod causa exprimatur:vt notabiliter Aretin.dicit in capitu.cum tu.in fi.infra de testi.¶Quarto nota ibi:ad fidem sibi faciendam,quod fides debet fieri iudi
4 ci,de quo dixi supra in rubrica.eo.tit.in vltima diffe.¶†Quinto nota quod magnum est commodum possessionis:quia actore non probante possessor absoluitur.§.commodum.Insti.de interdi.Et idem est in similibus causis,in quibus res dubia reperitur:quia melior est conditio possidentis:vt per glos.xij.quest. v.capitulo,nulli dubium.⁊ in no.q.Bald.tradit in capitulo, capitulum.supra de rescrip.⁊ not.Barto.in l.j.§.non autem. ff.de secund.tabu.⁊ in l.si inter.ff.de rebus dubijs.cum similib. vt late tradit Andre.Sicul.in c.j.supra eodem.Et quantum ad textum hic considerandum est,quod non videtur immediate commodum possessionis quod reus absoluatur.Sed possessio solum considerari videtur eo respectu, quia possidentem reum constituit:vt probatur in d.§.commodum.Institu.de interdict.quia idem esset in reo, qui non possideret, per regulam,que in text.
5 hic allegatur. † Et ista conclusio ,quod reus in dubio absolua-

tur,ampliatur primo secundum Ab.hic, etiam si ex parte acto
3 ris aliquo respectu probationes excedunt[3],per gloss.nota.in c. clerici.lxxxi.distinct.vbi duo laici,qui deponunt in fauorem rei preferuntur duobus clericis, qui stabant pro accusatore. Et sic qualitas clericatus non tollit reo prerogatiuam absolutionis. Et ita etiam declarat Abbas in capitulo,ad nostram. infra eodem titu.in capitulo,in nostra.infra de testi.⁊ in capitulo, cum P.de accusa.Sed Aretin.hic dicit,quod in d.capitulo,clerici. qualitas clericatus in testibus accusatoris non attenditur, qr etiam reus accusatus ibi erat clericus, pro quo multum presumitur:vt per glos.in capitulo,absit.xi. questione iij. Et isto respectu probationes ibi equales videntur.⁊ ita sequuntur Moder.hic.Pro defensione tamen Abb.hic considerandum est, ꝙ gloss.in d.capitulo,clerici.loquitur simpliciter,⁊ non in clerico prout Areti.dicit.Et gloss.ibi rationem adducit:quia laici stabant pro reo, cuius causa fauorabilior est.Nā ista ratio ita militat in reo laico:sicut clerico.Et gloss. quam Areti.adducit in dicto capitulo,absit.non est vera simpliciter: sed distinguitur, vt not.Abb.declarat in c.quanto.infra de presump. Quod tamen Aretinus dicit, confirmari potest:quia propter qualitatem producentis,testes reputantur digniores:dicit Hosti.quē Abb.ibi refert,⁊ in c.in nostra.infra de testibus.Et contra gl. in dic.cap.clerici.adduco glo.in cap.monachus.in verbo,quo-
b rum.lxxvij.distinct. que dicit quod testimonium quatuor[b] clericorum valet pro sex laicis.Et sic duo valent pro tribus.Ergo debuissent testes accusatoris preferri in d.capitulo, clerici.⁊ facit textus hic,vbi fauor rei attenditur,quando testes sunt eque idonei.Et ideo si in aliquo testes actoris excedant, probatiões non videntur omnino pares:ideo reus condemnari debet : vt not.per gloss.in dicto capitulo,in nostra.de testi.Unde concludendo dicendum videtur quod in causa criminali sit vera glo. in dicto capitulo,clerici,prout etiam loquitur:quia tūc est presumptio pro reo quod non deliquerit:argumen.l.merito.ff.pro socio.in capitu.estote.de regulis iuris.Et ita duo concurrunt, fauor rei,⁊ presumptio pro eo:que preponderant qualitati clericorum,vt ipse Abbas declarat in capitulo, cum P. circa finem.de accusationibus.Et quia in criminalibus clariores probationes requiruntur l.finali.C.de probatio.Secus videtur esse in causa ciuili,per supra dicta.Secundo quod dictum est,reū absoluendum esse in dubio,ampliatur, vt hoc procedat, etiam si reus actor efficiatur per accidens:vt quia debitor prius compareat,⁊ petat aduersario perpetuum silentium imponi.Nam per hoc tamen actor non efficitur, sed retinet commodum regule,que dicit quod in dubio reus absoluitur.Ita not. Anto. de Butr.concludit in capitulo,in presentia. infra eodem. Facit quod voluit gloss.not.in capitulo,ex insinuatione.in glo.iij. supra de procura.⁊ quod not.gloss.⁊ Docto.in capitulo, significauerunt.de excep.⁊ glo.⁊ Barto.in l.circa.in fine. ff.de probatio.Predicta conclusio,quod in dubio reus absoluatur, fallit in causa libertatis,vt hic dicitur.Ad idem text.in l.lege Iulia. ff.de manumis.Fauor enim cause preponderat fauori rei:vt dixi in capitulo j.supra eodem.⁊ idem est in alijs causis fauorabilibus,vt per gloss.hic not.in capitulo finali,de re iudi. E inter alias est causa fisci,in cuius fauorem pronuntiatur in dubio:vt not.Specul.in titulo,de teste.§.postquam.Ioan.Andre.⁊ Anton.de Butr.in capitulo,in nostra.infra de testi.cum similib.vt tradit Alexand. in l.j.in principio. ff. solut.matri. Sed tamen contra hoc videtur text.in l.non puto.ff.de iur.fisci.vbi dicitur
c quod in dubijs questionibus, contra fiscum[c] respondendum est.Et generaliter ille text. intelligitur, quocunque modo dubium sit:vt concludit Mathe.in no.lxxi. nota vnam regulam. Profecto valde durum est,quod lex,que multum fauet fisco de rogando etiam iuri priuatorum,de quo constat,a fortiori ergo in dubio videtur in fauorem fisci esse respondendum.Unde ad dictam l.non puto.responderi potest quod intelligitur in fisco agente ex delicto alicuius ad penam : vt voluit Cuma.in l.j.ff. solut. matrimo. nam tali casu cum fiscus pretendat causam lucratiuam,⁊ agat ex causa odiosa,contra eum in dubio debet iudicari:quia in effectu agitur d pena,in qua benignior interpretatio attēdi solet l.si preses. ff.de penis.Non obstat quod iste intellectus videatur restringere text.⁊ diuinare ad d.l.non puto, vt Alexand.dicit in dicta l.j.ff.sol.matrimo. quia imo hoc satis cōsonat:quia ibi principaliter tractatur de bonis, que propter delictum ad fiscum pertinent: vt colligitur in l. j. in principio. ff.de iure fis.⁊ specialiter hoc idem dicit dicta l.non puto.⁊ vtraque lex ab eodem Iurisconsulto emanauit.Uel aliter cogitabā dici posse quod d.l.non puto.eodem casu intelligatur, quando agitur de aliquo priuilegio fisci contra priuatum:naꝫ in dubio pronuntiandum est contra fiscum,vt non sit priuilegiatus. argumen.capitulo, sane.infra de priuileg. Bene facit textus in l.

in fraudem.ff.de testamen.mili.§.fina.& quod ibi Bald. Et ita sicut in dubio pronuntiatur in fauorem rei contra actorem, vt hic: idem erit in fisco agente ratione priuilegij: quia in dubio iudicabitur non habere priuilegium. Sed si causa fisci esset fundata in iure communi, esset pronuntiandum in dubio contra
6 reum fauore fisci, per supra dicta. †Similiter quod dictum est, in dubio pronuntiandum esset in fauorem rei, limitatur hoc nō procedere in foro animę: quia tunc tutior via eligitur: vt per gloss. in capitulo i. de scrutinio. & not. in capitu. iuuenis. de spō. & not. Abb. per illum textum in capitu. de obser. ieiu. & in capit. fina. in ij. notab. de his, qui fil. occide. & Card. in clement. j. quest. xv. de sepultu. & in nota. q. tradit Petr. de Ancho. consilio lxxix. prima facie. Et hoc procedit in dubio. Sed quando constat de peccato, etiam superior in mitiorem partem inclinare debet: vt per Abb. hic, dum allegat text. in capitu. alligant. xxvj. questio. vij. cum simil. ¶ Sexto nota ibi: videlicet, actoris & rei. secundū
4 Are. quod ista dictio, videlicet, ponitur hic dclaratiue. Et ad hoc j. glo. in clemen. causam. in verbo, videlicet. de elec. facit tex.
B Insti. de Attil. tut. §. nos autem. alias limitatiue B ponitur, et precedentia restringuntur l. videlicet. ff. de pactis l. si in venditione. ff. commu. pred. & text. in capitu. nouimus. de verbo. signifi. & not. Bald. in l. cum mulier. ff. solut. matri. Bartol. in l. quesitum. §. si quis fundum. ff. de fund. instr. de eo, qui legauit supellectilia, videlicet lectum, &c. †Ultimo iste text. ponderatur per
7 Areti. dum dicit, quod probationes rei preferuntur: nam isto casu videtur quod reus absoluatur, non ex eo quod actor non probauit, sed quia ipsemet reus melius probauit. Ex quo inferri videtur, quod non solum reus absolui debet: sed etiam pro reo debet ferri declaratoria, que fertur in rei vendicatione, quādo reus probat de dominio suo: & hoc est magni effectus, per ea, que habentur in l. si a te. ff. de except. rei vendi. & not. in l. circa. ff. eodem tit. Similiter secundum Areti. infertur hic quod possessio nihil operetur: quia tex. simpliciter fundatur in fauorem rei: quia iura sunt promptiora ad absoluēdum. Nā ista ratio etiam haberet locum, si possessio esset apud actorem, vt quia actione confessoria ageretur: de qua in §. eque. Instit. de actio. Sed tamen ista dicta non bene inferuntur, per istum textū, vt ipsemet Aretin. se corrigendo declarat in capit. in nostra. de testib. Et text. hic dum dicit, testes rei debere preferri, intelligitur respectu absolutionis, prout ratio text. que sequitur, demōstrat, ibi: quia promptiora sunt ad absoluendum. Et commodū possessionis consideratur hic simpliciter: quia facit possessorem reum: vt in §. commodum. Insti. de interdict. ¶ In gloss. j. Abbas hic late insistit: sed vis tota eorum, que dicit, paucis conclu
8 sionibus colligitur. †Prima est, quod canonici ecclesie pro iuribus prebendarum suarum inuicem inter se agere possunt: quia non interest ecclesie quod magis vnus canonicus, quam alter possideat: vt dicunt Joan. Andre. & Docto. hic, per istum text. & sequitur Lapus alleg. ij. dicebatur in effectu. & Cardi. in consil. xxxi. videndum est. Facilius ergo facultas agendi isto casu permittitur, quia res ab ecclesia non eximitur. Ad hoc facit in simili, quod voluit gloss. & Anto. de Butr. ibi, in capitulo, ex insinuatione. de iure pat. & quod not. in l. voluntas. C. de fideicommis. Bartol. in l. cum hi. §. si nulli. ff. de transact. & quod tradit Bald. in l. iubemus. la ij. in princip. C. de sac. sanct. eccles. & quod in simili casu Bald. dicit in l. dudum. circa finem. C. de contrahend. empt. Bald. in consi. x. in titu. de feu. Hostien. & alij in ca
9 pitulo, possessiones. de rebus eccles. non alie. †Secunda conclusio Abba. est, quod canonici agere possunt, etiam contra extraneum, pro iuribus prebendarum suarum, quando prebende cōnexe sunt canonicatibus: nam tunc dicuntur habere facultatē agendi, & defendendi: vt not. Innoc. hic: quia in isto casu est eadem ratio in canonico, que est in alijs prelatis, vt Abb. hic concludit per istum textum, qui tamen loquitur secundum primā conclusionem, & per text. xij. questione j. in capitu. fina. vbi tamē text. loquitur simpliciter de prelato. Et cū ista conclusione concordat Innocen. in capitulo, transmissam. post princip. de elec. Specul. in titu. de actore. in verbo Canonicus autem secularis. Anto. de Butr. in cap. edoceri. de rescript. & Do. in capit. presenti. de offic. ordi. in vj. Bene facit quod tradit Rota de moniali, & canonico regulari, in viij. decisio. in titu. de iudic. in nouis. Predicta conclusio primo declaratur habere locum quo ad facultatem agendi: sed in alijs talis canonicus non dicitur habere administrationem, vt declarat Abbas hic. & idem Ab
D bas in capitulo, nouum genus. de deci. Nam canonicus D non dicitur habere successorem: vt per gloss. in capitu. quod sicut. de elect. vbi Abb. & not. Barto. in l. bonorum. in fin. ff. rem rat. haber. Domi. in c. si duo. in princip. de procura. in vi. Et ideo non potest contrahendo successorem obligare: vt tradunt Innoc. & Docto. in capitu. fina. ne prela. vices suas. & idem Ange. in consil. cclxv. quia omne bonum. Et ideo commissio facta canonico
C ad successorem non porrigitur C: vt no. Bald. in l. si plures. C. de condi. infer. Anto. de Butr. in capit. quoniam Abbas. de offic. deleg. Petr. de Ancharan. in regula, priuilegium. versiculo, sed iuxta predicta quero. de regulis iur. in vj. Domi. in capi. statutum. in princip. de rescript. in vj. Imo. in clemen. si principalis.
10 de rescript. & in capitulo, dilecto. de prebend. †Secundo conclusio predicta bene procedit in canonico seculari. Secus videtur in canonico regulari: quia agere non potest sine mandato, & sine Abbatis licentia. Ita dicunt Roder. hic, per ea, que nota. Dominic. post Lap. in capit. ad decimas. in gloss. in verbo, canonici. de resti. spol. in vj. Sed considerandum est, quod in canonico regulari nō potest considerari illa vnio prebende, de qua agitur in ista conclusione hic: quia isti canonici regulares monachis equiparantur. capitulo, ex parte. de postulando. Et casu quo hoc esset etiam in canonico regulari, puta authoritate summi pontificis, iuxta not. per Abbatem in capitulo, cum inter R. in iij. not. de electio. tunc idem esset dicendum in canonico regulari, quod dictum est in seculari: quia qualitas religionis, & regularis vite, non repugnat administrationi: vt patet in Abbate, xviij. q. ij. in capitulo, nullam. & in priore manuali habetur in clement. j. de rescript. Non obstat quod dicunt Lap. et Do. in dicto ca. ad decimas. quia in alio casu loquitur: de quo dicam in sequenti conclusione, ad finem. Tertio predicta conclusio intelligitur eo respectu quo canonicus in dicto casu agere potest absque mandato alterius, sed tamen debet formare libellum nomine ecclesie: vt dicunt Roder. hic, cum hoc sit regulare in quolibet prelato, qui nomine ecclesie agere debet. capit. olim. el j. de resti. spol. cap. querelam. de elect. & in c. litere. vbi Abbas late, de dilatio. cum similib. Et certe hoc clarum videtur: quia non debet isto casu canonicus maiorem habere authoritatem, quam alius prelatus. Et notandum est quod tali casu canonicus agere debet nomine prebende sue, non autem nomi
D ne ecclesie D simpliciter: vt expresse Innocen. hic dicit, & idem
11 Cardi. in consil. cxxxi. s. alleg. †Tertia, & vltima conclusio est, quod si prebenda non sit perpetuo vnita cum canonicatu, sed prediū concedatur simpliciter ad victum canonici: isto casu canonicus nullam videtur habere administrationem: & ideo agere non potest, secundum Abb. hic. Et hoc modo saluatur quod dicit Jo. Andre. hic, canonicos agere non posse contra extraneum sine mandato ecclesie. Sed contra istam conclusionem arguit, & tenet Areti. hic, per text. cum gloss. in clementi. j. de rescript. vbi habetur quod prior manualis agere potest, qui tamen ad nutum superioris remouetur. capitulo, cum ad monasterium. in §. tales. de statu mona. ergo pariter videt quod iste canonicus agere possit. Ad istam rationem Aret. respondent Roder. hic dupliciter: Primo, negando: quia text. in d. clement. j. hoc non dicit: sed tamen negari non potest: quia gloss. ibi hoc tenet in verbo, licere. & illam pro not. Doct. sequuntur. Et quod talis prior agere possit, not. per Abb. & Docto. in capitulo, cum deputati. de iudi. Unde secundo, & melius, respondetur quod dato quod agere possit prior manualis, prout Aret. dicit, non tamen bene infertur ad nostram questionem: quia prior talis, deputatur vt administret, licet remoueri possit. Quia ergo habet administrationem, non mirum si agere potest. Non sic in questione, de qua agitur: quia prebenda non datur in perpetuum beneficium sed tantum vt viuat: vnde in eum administratio nulla transferri videtur: ergo agere non potest. Sed tamen pro opin. Areti. facit: quia licet concedatur prebenda vt viuat tamen pro interesse eius videtur quod agere possit: sicut vsufructuarius, qui agit etiam contra dominum pro suo interesse l. Proculus. in §. fina. ff. de vsufru. Et idem est in commodatario, vel depositario, qui agunt pro eorum interesse. §. furti autem. Insti. de obli. que ex delict. nasc. & in §. penult. Insti. vi bon. rapt. Et ideo concludendo dici potest quod quatenus agitur de interesse suo, agere possit: quia isto respectu videtur habere potestatem. Et hoc in canonico seculari secus videtur in regulari. Et hoc modo opini. Areti. saluari potest. Et maxime talis canonicus intelligitur habere potestatem agendi, data negligentia prelati, & capituli: quo casu indistincte fauore ecclesie ad agendum admittatur: vt tradunt Innoc. & Docto. in capit. cum olim. de testi. & in ca. dilectus. de maio. & obed. Et hoc vltimum dictum in canonico seculari procedit: secus est in canonico regulari: vt per Domi. post Lap. in dicto capitulo, ad decimas. de resti. spol. in vj. Hoc enim casu locum habet differentia inter canonicum secularem
12 & regularem. ¶ † In gloss. ij. in princip. Abbas dicit quod vterque dicitur actor, & reus quia quilibet agit, & conuenitur, vt termini antiqui, vel de nouo positi, conseruentur. Sed ista ratio prima facie non videtur vera: quia vt gloss. subijcit, ille tantum agere videtur, qui primus ad iudicium prouocauit: vt dicitur in l.

in l.in tribus.ff.de iudi.in l.ij.§.in tribus.ff. cōmuni diuid. Facit text.in c.forus.§.actor.infra de verbo.signifi.Et ideo Pau. de Castr.in d.l.in tribus.hoc aliter declarat, dicens quod vterque dicitur actor,ꝛ reus,ante prouocationem, ꝛ ante quam iudicium incohoetur:quia vterque agere potest,ꝛ iudiciuꝫ incohoare: sed facta prouocatione, ille tantum actor dicitur, qui primo prouocauit.Sed certe hoc videtur contra text.hic,vbi dicitur qd testes hincinde produci possunt:quia vterque est actor,ꝛ reus.Ergo etiam post incohoatam litem: quia testes regulariter post litem contestatam producuntur: vt supra vt lite non contest.per totum.Facit text.in l.inter coheredes.§. qui familie.alleg.in gloss.Et quia secundum Paul.de Castr.vterque esset actor aptitudine,ꝛ potentia:quod videtur contra iura, que simpliciter loquuntur, ꝛ videntur in actu hoc considerare d.l. in tribus.ꝛ d.l.ij.§.in tribus.ꝛ hic,cum similib.Unde Bald.videtur hoc melius declarare in l.ij.versicu.sed iuxta hoc quero. C.commu.diui. vbi inquit quod vterque dicitur actor ꝛ reus: quia hincinde adiudicatio fit, ꝛ condemnatio.Et ad hoc allegat Hostien.in capitulo,ex conquestione.de restitu.spol.ꝛ idem Bald.dicit in d.l.in tribus.ꝛ sequitur Floria.in l.iudicium.cōmuni diuidundo.ff.fi.reg.Et Alber.hoc idem dicit in l. in hac actione.§.preterea.ff.ad exhib.ꝛ in rubri.ff.si cert.peta. Ista declaratio videtur de plano procedere in iudicio familie erciscūde,ꝛ communi diuidundo,in quo vterque possidet,ꝛ agitur, ꝙ res communis diuidatur.Nam in re communi quilibet habet partem,etiam in minimo cespite terre l.ij. C. quando,ꝛ quibus quarta pars. lib. x. Ideo facta diuisione pro illa parte, que in totum vni assignatur,ille dicitur actor:quia partem, que erat alterius,pro illa parte consequitur:ꝛ pro altera parte,que erat sua,ꝛ alteri in totum conceditur, reus dicitur: quia priuatur iure,quod sibi prius competebat in illa parte: merito vterque dicitur actor, ꝛ reus. Sed in actione finium regundorum non videtur hoc habere locum, quando intentatur ab eo, qui non possidet:quia tunc solus ille,qui possidere reperitur, reus videtur,ꝛ alter actor.§.commodum.Insti.de interdic. Sed tamen dici potest quod etiam ille, qui possidet,respectu proprietatis actor dicitur:quia positis finibus pro parte dominij, que ipsi possessori adiudicatur,actor dicitur, etiam ipse idem reus dicitur respectu partis,que aduersario assignatur, a qua ipse excluditur. Et pari modo de parte aduersarij dicendum est. Et sic vterque actor ꝛ reus videtur: quia vterque in effectu vincit ꝛ condemnatur. Et hoc prouenit potius ex natura actionis, quam ex forma petitionis.Et considerato isto effectu saluari potest,quod Abbas dicit:quia quilibet agit, ꝛ conuenitur ad effectum,de quo dictum est.Non obstat textus in dicta l.in tribus.quia inferius responsio apparebit.Et retenta tali declaratione,non videtur procedere distinctio,quam Abbas hic facit: quia indistincte ex natura actionis vterque dicitur actor,ꝛ reꝰ. Et ideo licet tantum ab vna parte petatur vt termini constituantur,tamen etiam ab altera parte ex natura actionis petitum intelligitur, quod non videtur opus esse quod ab altera parte hoc idem petatur,vt Abbas dicebat hic.Et notat idem Bald.in l.ij.in princip.C.commu.diui.vbi inquit quod petitio expressa vnius partis,inducit petitionem tacitaꝫ alterius par

13 tis.†Et dum Abbas hic concludit per istū textum,quod etiam ille,qui non possidet,agere possit iudicio finium regundorum. Et idem probatur in l. si irruptione. in princip. ff. finium regun.vbi Floria.ꝛ idem Floria.in l.j.ff.eodem titul. Baldus in hoc expresse tenet contrarium in l.iij.ver.ꝛ est illa lex.C. finium regund. vbi concludit quod tale iudicium ab eo, qui non possidet,intentari non possit. Allegat l.j.ff.famil. erciscund.ꝛ sentit gloss. j. in dicta l. si irruptione. in princip. Sed responderi potest quod text.in dicta l.j. non habet locum in ista actione finium regundorum,que latiorem habet naturam: vt etiam ab eo,qui non possidet,intentari possit: vt not.Cynus in l.tertia. C.finium regundorum. ꝛ Florianus in l.prima.ff. eodem titul. Uel secundo pro concordia dici potest,quod possessio considerari potest dupliciter,quantum ad propositum. Primo, respectu totius fundi vicini:ꝛ tali casu nisi quis habeat possessionem in fundo vicino, de cuius finibus queritur, actionem finium regundorum mouere non potest, argument. l. fundi. ff. de exceptionibus.ꝛ isto respectu dictum Bald. bene procedit. Secundo possessio fundi vicini consideratur, non respectu totius fundi, sed duntaxat respectu ipsorum finium, ꝛ tunc licet quis non habeat possessionem in finibus, de quibus contenditur si tamen possidet fundum,de cuius finibus agitur, a iudicio finium regundorum non repellitur, dicta l. si irruptione. quam Bald. declarat in dicta l. j. ff. famili. ercisc.Et ita colligitur ex dictis Ioan. Fab. qui precipue inter alios istam materiam declarauit.in §.quedam. Instit.de actio. ¶ In eadem glo.ibi: qui primo ad iudicium prouocauit.alter ergo erit reꝰ ꝛ sic causa eius reputatur fauorabilior, secundum regulam l.fauorabiliores.de regul.iur.Et ita voluit glo.not.in d.l.in tribus.ff.de iudi.quam Odofr.Bald. Angel.ꝛ Paul.de castr.ibi sequuntur.Et idem videtur sequi Alexand.in d.l.duo iudices. ff.de re iudica.Sed Iacob.de Ra.quem videtur sequi Albericus,qui ipsum refert in d.l.in tribus. dicit illam legem procedere quo ad ordinem iudicij,non autem respectu condemnationis,vel absolutionis.Et dicit Ange.in dicta l.in tribus, quod eo audiente hoc tenebat Barto.in l.duo iudices. vbi gloss. hoc idem dicit.ꝛ not.Matthe.in no.cviij.no.quod in iudicijs. Et ista opinio verior videtur: pro qua facit textus hic, vbi etiam post incohoatum iudicium vterque actor, ꝛ reus dicitur respectu probationis.Et facit quod supra dictum est,declarando ꝙ respectu effectus qui sequitur,vterque dicitur actor,ꝛ reus.Et ad hoc etiaꝫ facit quod dixi in no.videlicet quod respectu absolutionis,que in dubio fieri debet in fauorem rei,attenditur ille qui est debitor:quia in veritate reus dicitur: ꝛ non inspicitur, qui prius ad iudicium prouocauit:secundum Anto. de Butr. in capitulo,in presentia.infra eodem cum similib. supra allega. Et quia absurdum videtur quod ille,qui preuenit,esset deterioris conditionis,quam aduersarius eius, qui negligens fuit:qꝛ iura magis fauent vigilantibus l.qui autem.§.sciendum.ꝛ in l. pupillus.ff.de his,que in fraudem credi.Unde textus in dicta l.in tribus.videtur procedere in his, que respiciunt ordinem processus,ꝛ in quibus necessarium est quod vnus actor, ꝛ alter reus iudicetur.Sed respectu decisionis vterque reus dicitur, ꝛ actor,ita quod non magis vnus, quam alter fauorabilis sit. Et hoc verum intelligitur, nisi alter tantum possideret: quia tunc possidere reus videtur,vt hic,vbi in dubio tanquam reus

14 absoluitur.¶†In eadem glossa.in fin. conclusio fit secundum

e Abb.hic,quod regulariter quis duplici officio [e] fungi potest, quando officia se inuicem compatiuntur.Et not.Bartol. post Guliel.de Cug.in l.si consul.per illum textum.ff.de adopt.vbi hoc patet in iurisdictione voluntaria.Et per hoc Bald. ibi infert in iiij.questione.quod habens potestatem legitimandi,potest filium proprium spurium legitimari.Sed tamen in hoc cōmunis opinio in contrarium videtur:vt per gloss.in capit.per venerabilem.in verbo,Regi.qui fil.sint legi.Et ita tenet Pet. de Ancharã.in consi.cccc.xxi.primum dubium.in iij.dubio.ꝛ domi.Anto.Rosellus in tracta.legitimationis,in capit. vbi tractatur materia legitimationis per rescriptum.in versi. sed hic dubitatur.ꝛ idem Ioan.de Ana.in consil. xxix. visa imperiali. in iij.dubio.ꝛ domi.Ludo.de Sardis in tract.legi. in iiij. parte principali.in v.questione.ꝛ Moder.in dicto capitu.per venerabilem.in versic.videtur. Et ad propositum principale quod quis possit fungi duplici officio,etiam no.Bartol.in l.comperimus.C.de proxi.sa.scri.lib.xij.ꝛ in l.j.C. de princ. agen. in re.lib. xij.ꝛ not.Abb.in capit.j.in princip.de offic.lega.Bald. in j.consti.Cod.in §.ideoque.ꝛ in l.Domitius.per illum text.ff.de testamen.ꝛ tradit Roma.in consi.xxv.viso facto.facit text.in l.duorum.in princip.ff.de oper.liber.ꝛ quod not. Bartol. in l.fi.ff.de colleg.illici.Et eadem ratione quis poterit habere tria,velquatuor officia si non repugnant: secus si incompatibilia sint, vt Abb.hic post Anto.de Butr.concludit,ꝛ Barto. ꝛ alij in locis supra allegatis.Et ista incompatibilitas pluribus modis con

15 sideratur.†Primo,ex impotentia facti:vt quia in vtroque in diuersis locis eodem tempore residentia requiratur. c. de multa.infra de prebend.Abb.hic, ꝛ Bald.in d.§.ideoque. Et facit textus in l.libertus.§.prescriptio.ver.eodem tempore.ff.ad munic. Et ideo antiani ciuitatis aliquod officium extra ciuitatē habere non possunt:vt not.Barto.per text.in l.duumuirum.C.

16 de decu lib.x. †Secundo, propter dispositionem iuris in quibusdam casibus,in quibus lex vltra procedit,prohibendo plura officia in eadem persona: vt patet in officijs ecclesiasticis. lxxxix.distin.ca.j.ꝛ in c.cum singula.de prebend.lib.vj.Et in officijs secularibus idem probatur in l.hac parte.vbi Barto.ibi: nullo modo secundo fungatur officio.C.de proxi.sacro. scri.li. xij.Et per illum text.Areti.hic dicit,quod in dubio nemo presumitur idoneus duobus officijs.Sed considerandum est ꝙ ille text. videtur habere specialem rationem: quia ibi taxatus erat certus numerus personarum,ꝛ officiorum:vnde tunc vnꝰ officio duorum fungi non potest:vt not.Bald.in l. Domitius. circa finem.ff.de testa.ꝛ in not.casu tradit Petr.de Anchar.in consi. cccc.xxiij. viso puncto. vbi inquit quod si ex forma statuti in testamento requiruntur quinque testes ꝛ vicedominus, non potest vicedominus etiam vt testis interuenire: ꝛ sic tali casu duplici officio fungi non potest.Tertio,etiam iure quis prohibetur fungi duplici officio in iurisdictione contentiosa: vt Abbas hic sequitur,ꝛ facit text,in l.ille a quo.§. tempestiuum.

ff.ad Trebel. Et quandoque etiam talis prohibitio fit propter dignitatem: vnde non potest Doctor exercere officium notarij: vt not. Barto. per illum text. in l. vniuersos. C. de decur. lib. x. vbi glo. arguit contra Doctores nostros Mediolanenses. et facit textus in c. sicut. ne cleri. vel mona. Secus tamen esset dicendum in licentiato: quia licentia non tribuit dignitatem: vt no. Cardi. in cle. ij. in ij. questione. de magist. ⁊ dixi in c. clerici. de iudi. Quod notandum est pro dominis vltramontanis, apud quos licentiati exercent quandoque officium notarij. Et ad supra dicta notandum est quod Barto. in l. is quidem. C. qui mili. non possunt. lib. xij. per illum textum dicit quod datur regula generalis, quod quis plura officia habere non possit. quod videtur contra regulam supra firmatam. Sed potest responderi quod ille text. specialiter loquitur de pluribus militijs: prout etiam dicitur ibi in rubri. vt nemo duplici militia vtatur, sicut etiam in clericali militia dictum est, d. cap. j. lxxxix. distinct.

17 †Et in casibus, in quibus prohibetur quis habere duo officia, est in potestate sua eligere, ⁊ retinere quod velit: vt not. Barto. in d. l. is quidem. in fi. per illum textum. C. qui mili. non possunt. lib. xij. Et si contra prohibitionem duo acceptaret officia, primi duntaxat haberet salarium, secundum Bart. in l. j. C. de princip. agen. in rebus. in princip. lib. xij. Et hoc procedit, quando de iure communi quis prohibetur habere plura offcia: secus si ex forma statuti particularis; quia tunc si aliud officium contra prohibitionem statuti acceptaret, careret secundo officio, ⁊ etiam salario primi l. fina. vbi Bartol. C. de cohor. ⁊ princip. lib. xij. quem text. ita Areti. declarat hic. Sed non consonat quod potentior sit prohibitio statuti, quam iuris communis: argumen. l. eius militis. §. militia missus. ff. de testamen. milit. ⁊ ideo ille text. videtur habere locum in illo casu: quia ibi ita disponendo vlterius procedit. Et predicta locum habent, nisi dispensetur contra prohibitionem iuris communis, vel statuti, vt duplici officio quis fungatur. Nam ex causa hoc fieri potest in duobus officijs, ⁊ non in tribus: vt est text. in l. fina. vbi Bart. de execu. ⁊ exacto. lib. xij. Sed tamen ille text. videtur vlterius procedere ⁊ habere locum in vno casu particulari. Alias vero subsistente eadem causa, si qualitas officiorum nõ repugnaret, videtur quod etiam tria officia quis suscipere possit per dispensationem in officijs prohibitis, sicut posset in permissis, vt supra dictum est argumen. eius, quod habetur in capitulo, ex ratione. de appel. ⁊ facit quod not. in capitulo, de multa. de prebend. Et quando quis duplici fungitur officio, ⁊ debet salarium consequi pro vtroque, secundum Baldum in d. l. si consul. in fin. ff. de adopt. et probatur hoc in §. illud. vbi Angel. per illum textum in authe. vt iud. sine quoquo suffra. ⁊ Bald. dicit per illum textum in l. binos. C. de aduo. diuer. iudic. in fin. ⁊ in l. si ad scribatum. in versiculo, item not. C. de appel. Et iste Doctor, qui legit lecturam

f ordinariam, ⁊ extraordinariam, vtrunque[f] salarium habere debet, sm Bal. per illũ tex. in l. duobus. ff. de códi. ⁊ demõst. Et in pulchra questione tradit Lap. in alleg. xcix. cõmune Florentie. vbi cõcludit quod si existens in officio publico potest vni licentiã armorum cõcedere, ille, qui est in duobus officijs, poterit duobus dare facultatem arma deferendi. Et ad hoc plura iura inducit. Et in simili casu consuluit Roman. consilio xxv. viso facto. Facit quod dicunt Joan. Andr. ⁊ docto. in cap. olim. de re iudic. Et hoc, quod dictum est, intelligitur, quando salarium, vel emolumentum vtriusque officij in persona vnius reiterabile est: secus si non potest multiplicari, vt est emolumentum alimentorum: quia tunc semel tantum deberetur. l. alimenta. §. basilice. ff. de alimen. ⁊ ciba. lega. Facit tex. in cap. felicis. in §. adijcientes. de censi. lib. vj. vbi procuratori non duplicatur, quod videtur dari pro alimentis. Et sicut habet emolumentum vtriusque officij, ita etiam in vtroque officio onus subire tenetur: vt not. Ange. in dicto §. illud. in fine. Nam onus sequitur emolumentum. l. prima. §. pro secundo. vbi Baldus C. de caducis tollendis. l. Caio. ⁊ quod ibi Barto. ff. de alimen. ⁊ ciba. leg. l. secundum naturam. de reg. iuris. Et ideo videtur quod ille, qui duplici officio fungitur, non possit pro vtroque officio solum vnum actum facere, sed actus debet reiterari. De quo not. Bal. in cap. primo. §. vasalli. el primo, in princip. de pace Constan. ⁊ Abbas per illum textum in capi. cum inter vniuersas. in vltimo notab. de election. ⁊ quod idem Abbas tradit in ca. ne pro defectu. in vltimo notab. eodem titu. de election. ⁊ in capit. causam que. de iudic. ⁊ in capi. significasti. de iure patronatus. Et ad predicta in materia notanda sunt aliqua. Primo, quod prohibitio, que in pluribus officijs facta sit, intelligitur respectu exercitij, ita quod eodem tẽpore in effectu quis duplici officio fungi non potest. Sed tamen eodem tempore quis potest habere vnum officium, ⁊ illo durante eligi potest ad aliud, cuius administratio finito primo inchoetur: vt not. dicit Joan. de Pla. ⁊ Ange. Aret. in §. furiosus. per illum textum institu. qui da. tu. pos. Facit glo. not. in cle. vt hi, qui. in verbo, constitutus. de eta. ⁊ quali. vbi Jmo. colligit quod sufficit, si habilitas tempore exercitij reperitur. Facit quod no. Abbas in capit. dilectus. el ij. de preben. cum similibus. vt dixi in capitulo, post cessionem. infra eodem in vltimo notabili. Secundo nota quod prohibitus durare in officio post sex menses, non potest de nouo eligi pro alijs sex mensibus, licet hoc non sit proprie durare, sed nonum dicatur officium. Jta Angel. singu. in l. adoptare. in fine. ff. de adopt. Tertio notandum est quod aliquo tempore non potest quis eligi in locum alterius, nisi prius ille, in cuius locum eligitur, remotus sit: vt not. Bald. dicit in l. scire oportet. in §. consequens. in fin. de excusat. tuto. de quo Andre. Siculus scribit in consilio liiij. lib. iiij. Quarto notandum est quod prohibitus sub pena duo officia impetrare, non cadit in penam, si motu proprio principis ei conferantur: vt not. dicit Joan. de Ana. in capitulo, cum sit. de Jude. De quo vide quod not. Bartol. in l. finali, per illum textum. C. de cohor. ⁊ princ. lib. xij. ⁊ quod habetur in l. iij. in principio. ff. quod quisque iur. Quinto nota, quod sub nomine officialis, etiam coadiutor comprehenditur: vt no. Aretin. hic, in fine, qui allegat Baldum in l. ex facto. per illum textum. ff. de neg. gest. de quo dubitari potest: quia officium co

E adiutoris expirat mortuo principali officiali[E]: vt not. Bartol. in l. solet. in fine. ff. de tuto. cum simil. vt tradit Andre. Sicul.

18 in consilio liiij. lib. iiij. supra allegato. †Postremo de pena turbantium fines, late Abbas hic insistit, ⁊ not. Alberic. qui late antiquos refert: ⁊ idem Salice. in l. j. C. de accusationi. Andre. Sicul. hic. Et non placet communis intellectus ad l. iij. ff. rerũ amota. quod ille textus restringatur, quando quis amouit terminos non animo occupandi, nec animo suscitandi lites: quia generaliter loquitur, quando dolo malo illud factum fuit. Sed bene videtur loqui specialiter isto respectu, quãdo pena imponitur pro quolibet lapide, vel termino: alia vero iura loquuntur de turbatione terminorum simpliciter. Et breuiter dici potest, quod quando in eodem casu varie pene statute sint in arbitrio iudicis erit imponere penam, quã voluerit, iuxta glossam xxi. questione ij. in summa, ⁊ in capitulo, fraternitatis. xxiiij. distinc. ⁊ not. Abbas post Hostien. in capitulo ij. circa finem. de cohabita. cleri. ⁊ in capitulo, ad apostolicam. in gloss. j. de regula. cum similib. vt per Mode. in capitulo ij. de rescriptis. ¶ Jn glo. in versi. liberali. quod dicitur de matrimonio, limitari debet, nisi impedimentum iuris diuini allegetur: quia tunc pro reo debet iudicari: vt not. Abb. tradit in c. licet ex quadam. versic. sed forma dubium. infra de testibus.

¶ Additiones.

A ¶ Spiritualis. Quando prebenda sit quid spirituale, vel quid temporale, vide per Cardi. in consi. cxxvj. in versiculo, secundo idem ostenditur. ⁊ in consi. cxliij. in versi. preterea non videtur. vbi dicit, quod prebenda temporalis bene cadere potest in laycum tanquam in bene meritum sed spiritualis non.

B ¶ Limitatiue. De ista dictione, vcz, vide per Franc. Areti. in l. si fundum. ff. mand. ⁊ per Bar. in l. j. ff. ad legem aqui. ⁊ per Hemi. in c. statutum. el ij. de here. in vj.

C ¶ Porrigitur. Adde eundem Decium qui late hanc questionem examinat, in c. quoniã Abbas. in versi. secundo infertur. s. de offic. deleg.

D ¶ Ecclesie. Dicas quod aut canonicus agit contra alium de eadem ecclesia, in qua ipse est canonicus, ⁊ tunc agit nomine sue prebende: aut agit contra aliquem alterius ecclesie, ⁊ tunc licet agat de rebus prebende sue, tamen agit nomine ecclesie, potius quam prebende: ita voluit Cardi. in d. consil. cxxxj. allegat Jnnoc. in c. ex literis. de probatio.

E ¶ Officiali. Adde tamen quod hoc fallit in coadiutore dato prelato cũ clausula, quod cedẽte vel decedẽte illo, cui datus est coadiutor, succedat in administratione: ita notãter dixit Car. in cõsil. lxx. Episcopus etiam venit appellatione officialis, vide Deci. in c. sane. ver. ad hec. de offic. deleg. Hiero. Hig.

1 ¶ Contestatam. Vide Matthеum Meratum Geminianum. in c. j. in j. notab. j. de appellat.

2 ¶ Separata. Adde Dec. in c. ij. s. de iudic.

3 ¶ Excedunt. Late Jas. in rub. ff. de iureiur. in v. limitat.

4 ¶ Declaratiue. Jn pulchro casu declarat Deci. consi. xlvij. Siluest. Aldob.

a ¶ Saltem. Jmo titulum suum duntaxat nomine suo quasi possidet, bona vero ecclesie nomine suo nullomodo, sed bene nomine ecclesie.

b ¶ Quatuor. Falsum est, siue in ciuili, siue in criminali, quicquid dicat Decius.

c ¶ Fiscum. Deci. l. in ambiguis. in princi. de regul. iur. vbi dixi. Adde

Adde Franc. Purpura. l. si. nume. xxxv. C. de pact. Alcia. Pereg. libro viij. c. vj.

d ¶ Istam canonicus. Dixi supra de consti. c. cum omnes. nu. iiij. ad Decium.

e ¶ Duplici officio. Alex. Decius l. lecta. si certum peta. Vide Deci. consi. cccccxli.

f ¶ Utrunque. Roma. Consi. xxv. Areti. l. in plurium. de acqui. heredi. Paris de Puteo. de syndica. in paruis. [redacted]

1 ¶ Causa matrimonij potest delegari alijs quam episcopis.
2 Virginitatis probatio per quos fieri possit.
3 Iuramento alicuius si dicatur stari debere, intelligitur nisi cõtrarium probetur fallit. 5.6.7.8.
9 Probatio si talis sit, quod iudex non potest esse instructus, debet recurri ad iudicium peritorum in illa arte.
10 Et an plures periti adhiberi debeant, vel an sufficiat vnus.
11 Iudeo vni an sit credendum de interpretatione librorum ipsorum, si plures in loco reperiuntur.
12 Periti quando eliguntur, debent eligi peritiores.
13 Peritorum electio per quem fieri debeat.
14 Sententia lata de peritorum consilio, an retractari possit.
15 Peritis an sit credendum absque iuramento.
16 Decius doctor legit Padue: Pisis, Senis, Florẽtie, & Papie.
17 Doctor sex habere debet.
18 Doctoratus est dignitas.



1 ROposuisti. Summatur, & diuiditur: vt p Ab. h. ¶ † Primo nota, secundum Baldum, quod causa ma-
B 1 trimonialis etiam alijs: quam episcopis, delegatur[B] 1: vt patet hic in preposito sancti Cataldi, cui decreta ista dirigitur: & idem probatur in capitulo, ex literis. vbi Abb. in principio, post Anton. de Butr. supra de in integrum resti. Ad idem text. in capitulo, literas. §. de restit. spoliat. & in capitu. j. §. de consanguinitate & affinit. cum similibus. Hoc tamen de facili fieri non debet: quia talis cognitio episcopalis est dignitatis, vt dicitur in capitulo, accedẽtibus. de excessi. prela. Et curia Roma. regulariter alijs quam episcopis, committere non consueuit: vt dicunt Ioann. Andre. Anto. de But. Abb. & alij in capitulo, si pro debilitate.
2 B supra de officio delega. ¶ † Secundo nota, quod probatio virginitatis: debet fieri per matronas[B], que inspiciendo mulierem hoc attestentur, vt hic, & in capitulo, causam matrimonij. infra eodem, in capitulo, fraternitatis. in capitulo finali, de frigid. & malefi. Et hoc introductum est propter honestatem, & q(uia) in talibus mulieres videntur magis perite. Si tamen opus esset maiori peritia, quam in mulieribus reperiatur, etiam viri periti adhiberi possent: argu. capituli, ex literis. de frigi. & ma-
a lefic. Et ita in notabili casu[a] probat, & concludit Aretin. in con
3 sil. cxliij. ex facto proponitur. in quarto dubio. ¶ † Tertio nota
a quod licet standum sit iuramento alicuius, intelligitur, nisi cõtrarium probetur[a]: vt domi. Abbas hic deducit, inferendo ad statutum: & idem Abbas in capitulo, continebatur. in glossa ij. de desponsa. impu. Et ad hoc est dictum Iacob. Butr. in l. prima. C. de re iudic. quem Bald. ibi refert in versiculo, quero cum Iacob. But. Et idem Bald. sequitur in l. j. versiculo, querit Iacob. C. si aduer. liber. & in capitulo primo, in versiculo, & facit statutum in titu. si de inuesti. inter domi. & vasal. lis oriatur. & not. Angel. in l. qui vas. in princip. ff. de furtis. & in l. qui restituere. ff. de rei vendica. cum similib. vt late prosequitur Alexand. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de dam. infec. & idem Alexand. in consilio cxiiij. in causa, & lite. lib. iiij. Et est glo. quam ibi ponderauit Paul. de Cast. & Alexand. in l. ij. §. si absens. in verbo, iudicio. ff. si ex noxa. causa agatur. Facit glo. in capitulo ij. in verbo, affectata. de tempo. ordi. in vj. vbi Domini. post Ioan. And. Ad idem est gloss. in capitulo j. in verbo, caput. de frigid. & malefi. & in capitulo, quod autem. xxxvij. questione ij. in verbo, probare. Et idem tenent Ioan. Andr. & Domini. in capitulo, statutum. §. cum vero. versiculo, sed an contra iuramentum. de rescrip. in vj. Et huius conclusionis ratio est, secundum Abb. hic, quia iuramentum vnius non facit integrã probationem: vnde si plena probatio habeatur, preualere debet. Et sic attenta ista ratione Abb. sentire videtur, quod si plena probatio esset, quod tũc contrarium probari non possit quod tamen falsum est: quia licet etiam de iure communi plena probatio facta sit, probatio tamen contraria non excluditur. capitulo, licet causam. de testi. capitulo, cum Ioannes. de fide instrumento. Unde alia melior ratio assignari potest: quia probatio fortior preualet, & illa, que potentior est, attenditur l. cum de indebito. ff. de probatio. Et satis est quod iuramentum authoritate statuti hoc operatur, vt pro plena probatione habeatur, quod est contra ius cõmune. capitulo, fina. quod met. cau. & presertim quando tractatur de interesse iurantis l. omnibus. C. de testi. Unde tale statutum cum sit contra ius commune, stricte debet interpretari, et non debet extendi, vt videatur probationem in contrarium remouere: argumen. capituli, cum dilectus. supra de consuet. & in
4 l. si quando. C. de inoffic. testamen. cum vulg. † Predicta conclusio limitatur in pluribus casibus non procedere. Et primo si ille, contra quem iuratur, contumax fuit, vel in dolo: quia tunc contra iuramentum probari non potest, secundum Ioan. de Imo. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de dam. infecto. argumen. l. si quando. C. vnde vi. Sed contrarium verius videtur: vt Alexand. concludit in d. §. qui damni. Et ita voluit Angel. in l. qui vas. in princip. ff. de furtis. Nam intentio statuti non videtur fuisse quod alter cum falso iuramento lucretur. & in casu d. l. si quando. cum similib. probatio in contrarium admittitur: vt ipse Imo. tenet in capitulo, finali, quod met. cau. & tradit Alexand. in loco preallegato. Aretinus tamen hic pro dicto Ioan. de Imo. allegat text. in l. penul. §. in eum. ff. ne quis eum. vbi cõtra eximentem datur actio ad interesse secundum estimationẽ ipsius actoris: & estimatio, vt ibi dicitur, etiam ratione calumnie impugnari non potest: ergo datur intelligi quod precise attendatur iuramentum, & contra illud probari non possit. Sed potest responderi quod illud statutum fuit in penam, propter tale delictum, quod graue reputatur: & ibi constat de mente legis, que vltra procedit disponẽdo quod precise iuramentũ attẽdatur, quamuis actor calumniatus sit. Secus in qestione nostra, in qua statutum loquitur simpliciter, & videtur considerare interesse: & intentio eius non videtur fuisse quod alter cum falso iuramento lucretur, nisi aliter de mente statuti appare-
5 ret, vt infra dicam. † Secundo limitatur, quando statutum dicit quod iuramentum pro plenaria probatione habeatur: tunc etiam contrarium non potest probari. Glossa not. in clement. j. in verbo, narremus. per illum textum, de probat. Et ita voluit Roma. in l. si duo. ff. de acqui. heredi. & idem Roma. in dicta l. qui bona. §. qui damni. vbi etiam Alexan. sequitur. & idem Alexand. in dicta l. secunda. §. si absens. ff. si ex noxa. cau. agatur. vbi inquit hoc esse valde vtile pro priuilegijs, que solent dari Hebreis, quod eorum libris fides plenaria habeatur. Secus tamẽ esset si statutum diceret quod iuramentum habeatur pro plena probatione: quia tunc contrarium probari poterit: vt not. voluit Alexand. in consilio cxiiij. in causa & lite. lib. iiij. Sed aduertendum est primo, quia ista differentia non sapit: quia verbum, plenaria, non videtur plus importare, quam verbum, plena: quia promiscue iura vtũtur istis vocabulis: vt colligitur in capitulo, quoniam, vt ait. in fin. ibi: potestatem plenariam habeatis. de vi. & honesta. cle. in capitulo, cum inter. de re iudicata in capitulo, quanquam. de censi. in vj. in capitulo, quia sepe. de electio. eodem lib. Secundo videtur quod etiam quando statutum dicit de plenaria probatione, quod in contrarium probari possit. Non obstat glo. in dicta clemen. j. quia mouetur per illum textum qui loquitur in summo pontifice, in quo speciale videtur propter excellentiam eius, ne de mendacio arguatur. Alias secus dicendum videtur: quia licet probatio manifestissima sit, que habetur per instrumentum. capitulo, licet causam. infra eod. tamen contrarium probari potest. capitulo, inter dilectos. capitulo, cum Ioannes de fide instrumen. facit textus in l. si quando. §. fina. ff. de officio proconsul. vbi legato proconsulis plenissima iurisdictio conceditur, & tamen ab eo appellari potest & ita Areti. concludit in dicta l. si duo. Et ista opinio
b verior[b] de iure videtur, & comprobari potest hac ratione: quia statutum videtur habere respectum ad fundandam intentionem accusatoris: & illa verba prolata videntur ad integrandaz probationem, que fit per iuramentum, quod de iure communi non est legitima probatio. capitulo fin. quod me. cau. Et in hoc satis operatur statutum quod probatio per iuramentum equipolleat probationi legitime, que facta esset per duos testes. Unde vlterius non est interpretandum statutum in derogationez iuris communis, quod videatur excludere probationes in cõtrarium: argumen. capituli, cum dilectus. de consue. in l. si. §. in
6 computatione. C. de iur. delib. † Tertio fallit, si statutum dicit quod iuramento omnino credatur: nam tunc contra iuramentum probari non potest, secundum Roma. in dicta l. si duo. vbi allegat Bald. in excep. iur. cano. & glos. in clemen. j. in verbo, omnimodam. de foro competenti. & idem Roman. & Alexand. dicunt in dicta l. qui bona. §. qui damni. Et ista conclusio confirmari potest per text. in §. fina. Insti. de tutel. in fin. ibi: omnimodo. id est, sine inquisitione. Idem probatur in l. antique. C. ad Velleia. cum glossa ibi per illum textum dum dicit, omnino esse credendum. Et ideo, secundum glossam ibi: contrarium pro

bari non potest.Facit textus cum glo.in l.si cum exceptione. §.
sed ⁊ si quis.cum glo.ff.quod met.cau. ⁊ quod not. Abb.per il-
lum textum ibi:omnino remoueatur.in capitulo,qualiter.el ij.
de accu.vbi per illum textum dicit quod in contrarium dispen
sari non potest.Et bene facit quod not.Arcbi.per illum textũ
in capitulo ij.de pactis.in vj.vbi inquit ꝙ cũ text.ibi dicat, iu-
ramentum debere omnino seruari, non potest peti absolutio a
iuramento.Et sequitur Do.ibi post Jmo.quem refert.⁊ idem
Roma.in consilio ccccxxvij.in casu proposito.circa finẽ. Sed
tamen his non obstantibus idem videtur dicendum , quod su-
pra dictum est:quia licet statutum precise loqui videatur, intel
ligitur quantum ad integrandum probationem iuramenti:et
in hoc satis statutum operatur,sed per hoc non videtur exclu-
di probatio in contrarium,argumen.capituli, cũ dilectus.de
consuet.Et ad hoc bene facit quod not.Bald.in l.fina.C.de cõ-
trahend.emptione vbi dicitur quod contractus emptionis in
arbitrium tertij conferri potest: ⁊ quod ab illo dictum fuerit,
omnino obseruetur:⁊ tamen si inique arbitratus fuerit,ab eo re
ceditur l.si libertus.ff.de ope.libe.⁊ verbum,omnino,congruã
recipit determinationem,secundum Baldum in d.l. fina.Non
obstant allegata in contrarium , quia non loquuntur in mate-
ria probationis.Et presertim non obstat quod dicitur in capi.
ij.de pact.quia non agitur ibi de probatione,sed de obseruatio
ne contractus:⁊ quia in effectu parũ ibi operaretur iuramentũ
si absolutio posset peti. Sed in casu nostro multum operatur
statutum:quia iuramentum plenam probationem facit, vt di-
ctum est.Non obstat text.in dicta l.antique.que loquitur in ma
teria probationis:quia loquitur in instrumento,quod de se ple
ne probat l.cum precibus.C.de probatio.⁊ ideo dictio,omnino,
ibi alias nihil operatur:secus est in iuramento , quod de se ple-
7 nam non facit probationem,vt dictum est.† Quarto limitatur,
nisi iuramentum prestaretur,presente,⁊ tacente illo,contra quẽ
iuratur:quia tunc contrarium probari non potest : vt not.vo-
luit Calde.in capitulo,statutum.§.cum vero.vbi Domi. sequi-
tur.de rescript. in vj.⁊ Moder. hic sequuntur. Sed etiam ista
limitatio dubitabilis videtur : nam in contrarium est regula
communis:quia tacens non videtur in preiudicium suum con
sentire l.qui vas.§.vetare.ff.de fur.l.inuitus.ff.de procur. Et est
dictum Jnnocen.in capitulo,in Genesi.de elect. ⁊ presertim in
casu isto , quia tacens non poterat iuramentum prohibere , ex
quo statutum dicit debere stari iuramento.Secũdo,quia facul-
tas probandi contra iuramentum est separata ab ipso iuramẽ
to,licet ille tacens videatur consentire : hoc intelligitur respe-
ctu iuramenti , secundum quod a statuto disponitur.Sed per
hoc non infertur quod tollatur facultas probandi contrariũ
vt patet in statuto.Et licet dicat debere stari iuramento, tamẽ
regulariter non videtur tollere probationem contrariam. Et
quod dicunt Bald.⁊ Domi.in dicto §.cum vero.non probatur
iure.Vel potest habere locum in casu dicti §. cum vero . prout
ipsi loquuntur,in quo non agitur de magno preiudicio:⁊ in il-
lo casu de iure communi iuramentum solum sufficit:secus vide
tur in statuto,quod stricte interpretatur:quia est contra ius cõ
8 mune,⁊ in quo agitur de maiori preiudicio.† Ultimo fallit,quã
do statutum expresse figit pedes prohibendo probationes in cõ
trarium:quia tunc a statuto non receditur,vt Bald.dicit in ca
pitulo j.versiculo,⁊ facit ad statutum.si de inuesti. inter do.⁊ va
sa.lis oria.⁊ idem Bald.in l.j.in prin.C.de rebus credit.Et non
sufficit quod statutum simpliciter dicat debere stari iuramen-
to officialis:vt notat Bald.in l.si tutor.in fi.C. de pericu. tu.sed
expresse debet apparere quod statutum velit taliter stari iura-
mento,quod contrarium probari non possit. Et hoc modo in-
telligitur quod not.Bal.in capitulo,nonnulli.versiculo , extra
quero.de rescript.Et pro ista limitatione bene facit, quia valet
statutum quod testes in aliquo casu comprobari non possint:
vt not.Barto.in consi.cẽtesimo,a domino.Cy.in primo dubio.
et sequitur Petr.de Anchara.in capitulo j.versiculo, vlterius
quero.de constit.Facit quod not.Barto.in l.absentem.ff.de pe.
⁊ faciunt iura,in quibus aliquid disponitur,⁊ probatio in con-
trarium prohibetur:vt in capitulo,is , qui fidem.de spon.in l.si
9 qui adulterij.C.de adul.l.j.in princip.C.de rei vxo.act.¶ † Ul-
timo nota quod vbi debet res probari,in qua iudex non potest
3 esse instructus,ad iudicium peritorum in arte illa recurritur[3]:
vt Abb.hic deducit:⁊ notat Barto.in proem.digestorum.versi
culo,item noto hic.⁊ in l.fina.in fine.ff.de sicar.cum simili.vt tra
dit Alexand.in l.j.§.fina.ff.de verbo.oblig.⁊ idem Alexand. in
consil.xv.viso processu.lib.j.⁊ in consi.cxlviij.excellentissime do-
mine. lib. ij. Romanus in consilio cclv.quo ad primum.⁊ idem
Abbas in consil.xxi.in questione.lib.ij.⁊ Bartho.Uer.in consi.
10 xxviij.magister Jacobus in ij.dubio.⁊ in consi. lxij. magnifice.
C ¶ † Expeditis notabilibus circa materiam peritorum C , ad
quos sepenumero in varijs casibus recurritur,primo per Ab
bat. post alios hic queritur , an vnus , vel plures adhiberi de-
beant,⁊ requiri. Et breuiter communis opinio est quod si plu-
c res[c] periti in loco reperiuntur,plures requiruntur,saltem duo
si vnus tantum reperitur,vnus sufficit:vt probatur in §. quod
autem.in versiculo,neque.ibi:aut etiam vnus,si vnum solum ci-
uitas habeat.in authen.de non alienand. Et per illum textum
[redacted]rto.in l.j.in principio. ff. de ventre inspicien. et in
proem.digestorum.in princip.vbi etiam Bald.versiculo,sed an
credatur vni.Et idem Bartol.in l.fina.circa finem. ff.de sica.cũ
similibus:vt congerit Alexand.in l.j.§.fina.de verbo. oblig. et
idem Alexand.in consi.cxlviij.in causa equi empti.in ij.li.⁊ Ro
ma.in consi.xx.viso puncto.Quod autem dictũ est, quod vnus
sufficit quando solus in loco reperitur , limitatur , secundum
Abb.hic,non procedere in re multum ardua:puta,si agatur de
vita hominis : quia tunc debent vocari periti,qui sunt in loco
vicino : sicut in simili de alia prouincia conuocantur episcopi,
vt habetur lxv.distinctio.capitulo fin.Et idem in testibus , qui
de loco ad locum transmittuntur l.si quando.C. de testi.capitu
lo,constitutus,de fideiuss.⁊ in subsidium vni non creditur.Jdẽ
ergo videtur in istis peritis,presertim,quia isti non deponunt
de varietate,sed de credulitate:ideo plures esse debent,vt not.
in capitulo,preterea.de testi.Et istam opinionẽ sequitur Are
tin.hic,per text.in l.j.⁊ quod ibi Bartol.C.de cano. largi. lib.x.
vbi deficiente officiali in loco,officialis,qui in loco proximo re
peritur , supplet alterius vices. Et ad idem allegat textum in
capitulo j.in fi.ne sede vacan.in vj.vbi ille,cuius consilio actus
fieri debet,si est in loco vicino,expectandus est. Et facit textus
in l.diuus.ff.de tuto.⁊ curat.da.ab his.vbi tutor petitur ex loco
vicino,si in proprio loco idoneus non reperitur.Et ita sequun
tur Moder.hic.Non obstat tex.in dicto §.quod autem.quia re
spondetur vt per Abb.hic.⁊ licet Alexand.in d.l.j.§.fina.dicat
quod Abb.non bene respondeat , tamen dici potest , quod ille
text.loquitur in casu,in quo non agitur de tanto preiudicio, si-
cut in questione proposita.Et ita opinio Abbatis hic iustifica
tur.Sed tamen predictis non obstantibus,non puto receden-
dum a communi opinione,que bene probatur in dicto §. quod
autem.vbi etiam agitur de graui preiudicio.Quod patet:quia
tractatur de alienatione bonorum ecclesie, in qua magna solen
nitas requiritur:quod non esset in re leui.Et quamuis de maio
ri preiudicio agatur in casu,in quo Abb.loquitur, videlicet de
vita hominis,tamen iura non diuersificant probationes respe
ctu numeri testium ratione maioris preiudicij:quia duo testes
ita sufficiunt in criminalibus,sicut in ciuilibus:vt not.in l.fi. C.
de proba.⁊ per glo.iiij.questione ij.in capitulo,presul.Et in ter
minis etiam vbi agitur de vita hominis,quod non debeat mit
ti extra ciuitatem,quando vnus solus reperitur,tenet Ang.in
l.hac edictali.§.his illud.C.de secun.nupt.Facit quod not. An
gel.in l.fina.§.fin.per illum textum.C.de admi.tuto.Non obstãt
allegata in contrarium:⁊ primo quod dicitur in dicto capitu.
fina.lxv.distin.quia ad illum textum respondet Alexand. in di
cta l.j.§.fin.quod cum ibi requirantur duodecim episcopi, mẽs
legislatoris fuit,quod episcopi vicini vocarentur:quia non est
verisimile quod tot episcopi essent in vna ciuitate. Jsta ratio
esset bona in ciuitate,prout Alexand.loquitur : sed text.ibi di-
cit in prouincia.Jdem tamen dicendum videtur in prouincia,
que habet solum decem , aut vndecim episcopos. vi. questione
iij.capitulo,scitote.Vel secundo respondetur quod in d.capitu
lo fin.lxv.distinct.cum similib.erat facta determinatio persona
rum , que requiruntur. Unde cum essent necessarie secundum
numerum taxatum,si non sunt in loco,vocantur ex vicinis lo-
cis,vt numerus impleatur.Non sic est in questione nostra:quia
non est precise taxatus numerus quod duo necessarij sint:imo
contrarium habetur in dicto §.quod autem.Et hoc modo etiã
tollitur quod dicitur in dicta l.j. C. de cano.lar. ⁊ quod dicitur
in capitulo j.ne sede vacan.⁊ in dicta l.diuus.nam in his omni
bus sunt persone certe,que requirebantur:merito adhiberi de
bent,vt dictum est.Non obstat quod dicitur de testibus,qui vo
cantur a locis remotis:quia in testibus etiam est determinatũ
quod duo omnino requirantur l.vbi numerus.ff.de testibus.⁊
vnus non sufficit.capitulo, licet de testibus. Et hoc idem in te-
stibus esset in re non multum graui:in qua tamen duo testes es
sent necessarij.Unde patet quod simile non procedit : secus est
in istis peritis qui eliguntur a iudice dicto §.quod autem. Nõ
obstat quod plures requiruntur:quia de credulitate deponũt
vt in capitulo,preterea.infra de testi.quia illud procedit,quan-
do possunt deponere de veritate:secus in isto casu in quo solũ
de peritia,⁊ credulitate attestantur.Et quia isti periti eligun-
tur a iudice l.j. in principio.ff.de ven.insp.quo casu maior fides
adhiberi debet,quam si a parte producerentur,vt not. Aretin.
hic

hic allegãdo tex.l.lex,que tutores.C.de admi.tut.Et sic firmata
remanet communis opinio quod si plures in loco non reperiũ
11 tur,satis est quod vnus adhibeatur.†Ex qua communi opinio
ne Alexand.infert in dicta l.j.§.finali, non esse standum dicto
vnius Hebrei interpretantis librum eorum coram iudice,si plu
res in loco reperiuntur.Et ita dicit se consuluisse Mutine con
tra Ange.qui expresse contrarium tenet in authẽ.vt prepo.no-
men.Impera.§.illud.Et ita etiam tradit Alexan.in consi.xxx.
visa scriptura.lib.j.Sed tamen dictum Angel.saluari potest:qr
in tali casu agitur de peritia,in qua vera notitia haberi potest
vnde vnus sufficit:vt dicitur de agrimensore,de quo in singula
ri numero iura loquuntur,capitulo,quia indicante.de prescri-
ptio.l.iij.C.fini.regum.Et quia hoc non est testificari,sed expo-
nere literam,ideo vnus sufficit:vt in terminis Bald. dicit in l.
directas.C.de manumis.testamen. vbi inquit hoc etiam habere
locum in testamento,in quo septem testes requiruntur:quia ab
vno Greco,vel Hebreo poterit exponi,⁊ declarari, dummodo
talis persona honesta sit.Et communis opinio procedit quan-
do agitur de peritia,in qua vera notitia non habetur.Et secũ-
dum opinionem communem intelligitur quod not. Bartol.in
l.iuris ignorantia.in ij.questione.C.qui admit.vbi inquit quod
ille, qui ignorat iura, debet consulere plures peritiores: nam
hoc intelligitur, quando sunt plures in loco. Et ita dicunt ibi
Roman.⁊ Moderni. Si tamen esset vnus valde peritus, et
maxime authoritatis,sola ipsi⁹ authoritas esset sufficiẽs:argu-
ment.l.septimo. ff.de statu hominuz:ibi: propter authoritatem
doctissimi viri Hippocratis.Et ad hoc facit,quia excusatur ab
expensis, qui habuit consilium vnius excellentissimi doctoris:
vt not.Ioan.Andre.in capitulo j.de consti.in vj.⁊ sequitur Ab
bas in capitulo,calumniam.in fine,de pen.⁊ facit textus ille no
tabilis in l.sed ⁊ reprobari.in §.amplius.in versicu.valde enim
disciplinatos.ff.de excusatio.tuto. ⁊ quod ibi Bald. Similiter
si esset vnus tantum de publico deputatus, ille solus sufficeret:
vt not.Bartol.in l.j.C.de auri ponde. lib. x. Et quando aliqua
presumptio cõcurreret cum dicto vnius periti,etiam vnus so-
lus esset sufficiens,secundum Baldum in consil. ccccij.proponi-
tur.circa finem,lib.ij.Et tali relatione peritorum, quam faciũt
vnus,vel plures diligens inquisitio iudicis precedere debet:et
4 cautela est quod in actis hoc inseratur[4]:vt not.Bartol.in l. se-
mel.C.de re milit.lib.x.⁊ refert Aretin.hic, et in consilio cxliij.
in iiij.dubio supra allegato.⁊ Ioan.de Ana. in dicto capitulo,
significasti.de homi. Et presertim quando quis voluerit proba
re negatiuam,diligenter examinari debet, videlicet quod non
mortuus ex illo vulnere,ex quo mors sequi solet: vt notat Bal.
in capitulo j.in principio.quibus modis feud.amit.Et dicit no
tabiliter Bald.ibi,quod in tali casu, si sunt in diuersis opinio-
5 nibus, contra percussorem iudicandum [5] est, ex quo mors ex
tali vulnere communiter sequi solet,quod notandum est ad ea,
que dicta sunt in capitulo, ex literis. supra eodem.facit textus
in capitulo,quia verisimile.⁊ quod ibi Anton.de Butr.de pre-
sum.Et licet periti debeant diligenter interrogari, tamen eo-
rum simplici dicto statur absque alia ratione:vt tradit Areti.
post Ant.de Butr.⁊ alios in capitulo ,cum causam. versiculo,
12 sed remanet in hoc pulchra dubitatio. infra de testi.† Et
6 quando periti eliguntur, electio debet fieri de peritioribus [6],
vt Abb.hic dicit:⁊ not.Angel.in l.qui luminibus. in principio,
ff.de ser.vrba.predio.vbi instruit assessores quod eligant peri-
tiores quorum fama clarior sit. Et idem de doctoribus dicen-
dum est:vt per glossaz notabilem in capitulo,cum beatissimis.
xxiiij.questione j.Et idem in proposito nostro no.Ang.in l.hac
edictali. §.his illud.C.de secun.nup.Bal.per illum textum in l.
septimo.ff.de sta.ho. Unde in culpa esse dicitur, qui peritiores
non consuluit,licet a dolo excusetur:vt not. Angel.in l. plagij.
C.ad legem Iul.de plag.Et quando periti discordant,standuz
est peritioribus:vt Bald.in proem.digestorum,in princip.versi
culo, quid si discordant.cum similib. vt Alexand. prosequitur
in d.l.j.§.fin.de verbo.oblig. Et ex his que dicta sunt de peritis
Abb.infert ad doctorandum,qui debet approbari a septem do
ctoribus:⁊ concludit quod si non sunt sex in loco,vocari debent
vicini.Et ista conclusio de plano procedit:quia numerus est de
terminatus:⁊ ideo precise requiritur:secus videtur esse in peri
tis, vt supra dictum est. Et talis examinatio non requiritur,
quando quis esset notorie peritus:vt not.Abb.dicit in capitu.
constitutus.de appel.De quo dicendum est, vt dixi ibi: et tali
casu ex quo examen non requiritur,a fortiori poterit cum mi-
nori numero examinari.Et subijcit Abb.hic finaliter,quod do
ctores promouentes,etiam possunt dare vocem in approbatio
ne doctoris.Dicit tamen quod in practica non seruatur, ⁊ etiã
videtur quod ita sit de iure:quia cum debeat presentari, ⁊ a se-
ptem doctoribus approbari,non videtur quod vnus in tali ca
su duplici officio fungi possit:vt in simili notat Bald.in l.Do-
mitius.in fin.de testa.⁊ Petr.de Anchar.in consi.ccccxxiij. vi-
so puncto.⁊ dixi supra in capitulo,ex literis. ⁊ facit textus,⁊ ꝙ
ibi glossa in capitulo,per nostras.de iure patronatus. in capi-
tulo finali.de insti.cum simlib.Et in proposito specialiter facit
textus in d.l.nemini.qui licet loquatur in casu prout Abb. di-
13 cit,eadem tamen ratio videtur. †Secundo principaliter queri
tur, per quem electio peritorum fieri debeat. Abbas hic post
Ioan.Andre.in titu.de homi.§.j.versiculo,sed pone.concludit
quod eligantur de consensu partium: ⁊ partibus discordanti-
bus,iudex ipse deputabit:vt latius per eum hic:⁊ idem Barto.
in l.j.§.ex hoc rescripto.ff.de ventre inspi. Alberi. in pri.consti.
Codi.Ioan.de Ana.in dicto capitulo,significasti. versicu.cir-
ca prin.de homi.Et idem est in consultore eligendo, ⁊ in simili-
bus questionibus,vt not.Barto.in l.in venditione.§. fina. ff. de
14 †Secundo Abb. insistit circa indicia dubitata, que varijs nominibus appellantur[9], vt Abb. refert, & distincte prosequitur Bald. in l. ea quidem. C. de acc. Et indicium dubitatum est coniectura quedam ex probabilibus coniecturis, & non necessarijs vt not. Bal. in l. non hoc. C. vnde legi. Et indicia sunt coniecture, quas rustici Papienses coniuncturas vocant: quia coniunguntur origini sue, & sunt quasi connexure: vt Bald. dicit in l. j. versicu. vnde queritur. C. de priuil. dot. Et indicium minus est, quam semiplena probatio: vt per gloss. in l. cum probatio. ff. de proba. & not. Cyn. in l. si quis. in fin. C. ad leg. Jul. maiest. & Bal. in d. l. non hoc. circa fi. & in l. fi. in fin. C. eod. tit. Angel. in l. fina. in princ. ff. quod met. cau. & in §. si vero vsusfructus. in fin. in authe. de nupt. Et minus est indicium, quam presumptio: vt no. Bal. in l. ij. in princip. ff. de exc. tut. Et in talibus indicijs effectus est, quod quis potest torqueri: vt per gloss. in l. iij. C. ad leg. Jul. maiest. Et vnum etiam indicium sufficit, secundum Joan. Andre. in tit. de presump. §. species. in versi. violenta. & not. Barto. in l. fin. ff. de questio. Ange. in l. fi. versic. vj. C. de quest. Alexan. in consil. lxxvij. in causa inquisitionis. in fi. lib. j. Et ad hoc facit, quia vnus qui deponit de veritate delicti, indicium facit ad torturam: vt not. Barto. in d. l. fin. in fin. ff. de quest. Debet tamen esse omni exceptione maior, secundum Barto. in d. l. fina. & in l. j. §. item Cornelio. ff. de questio. Bal. in l. milites. C. de questio. & Angel. in l. circa finem, C. de quest. Et hoc verum est, nisi index haberet arbitrium in delictis: vt not. Alexand. tradit in consi. xlj. habita super his. lib. ij. vbi ad hoc allegat Sand. in d. tracta. de maleficijs. & versi. item quero nunquid potestas. Et quando vnus testis, qui deponit de veritate, indicium tali casu non est minus, quam semiplena probatio. Et ideo declaratur gloss. in d. l. cum probatio. ff. de proba. cum simi. supra alleg. vt procedat in indicijs remotis. Secus est in proximis, secundum ea, que not. Barto. in d. l. fina. ff. de quest. Et si procedatur non precedentibus indicijs legitimis ad torturam, etiam si reus confiteatur delictum, sibi non preiudicat: vt est text. not. in l. penulti. secundum vnum intellectum: vt per gloss. ibi & Barto. ff. de quest. cum similib. vt late dixi in cap. at si clerici. in princ. s. de iudic. Et ibi dictis adde quod hoc limitatur, nisi potius sit in tortura pro vno crimine, precedentibus indicijs: quia pro alio crimine absque alijs indicijs poterit interrogari: vt tradit Bald. in dicto tracta. de malefic. in titu. de quest. & tormen. ver. sed quid de questionibus. & Bartho. Veronensis in consi. xl. Titius ciuis. Cardin. in consi. xlv. videtur etiam circa finem. Postremo ad predicta notandum est dictum Bald. quod Areti. hic refert in l. j. versic. item si testator. C. communia de legat. vbi inquit, quod si testator dixit Titium, contra quem erant indicia ad torturam sibi iniuriam non intulisse: insurgit presumptio innocentie, adeo quod torqueri non poterit. Et econtra, si testator aliquem inculpauit, insurgit indicium ad torturam secundum Angel. in l. si quis in graui. in §. si quis moriens. ff. ad Silla. Sed contra
i ista duo dicta late consuluit Alexand.[i] in consilio. xiiij. ponderatis narratis. lib. iij.

¶ Additiones.

1 ¶ Debent. Adde Decium. in l. in actionibus. ff. de in lit. iuran. Marsi. singul. lxxiij. pluries. Deci. consi. cxxxiij. Et quod de veritate prius debeat constare, Alexand. consi. lxiij. viso themate. lib. j. Marsil. consi. xxxj. consi. xlj. & consi. lxxx. & Tho. Grammat. in cau. crimi. consi. xlv.
2 ¶ Instrumenti. Vide eundem Dec. j. eo. c. in glo. j.
3 ¶ Uniuersali. Vide Deci. consil. lxj. & pro tenui. versiculo vltimo non obstat.
4 ¶ Uniuersali. Adde Deci. in l. in actionibus. ff. de in lit. iuran.
5 ¶ Debent. Vide Deci. j. eod. ti. c. in presentia. limita tamen ni si sunt suspecta. Dec. consi. ccccxlviij.
6 ¶ Causillari. Vide Dec. in consi. cix.
7 ¶ Debent. Adde Dec. consi. cccccxxxiij.
8 ¶ Capitulo. Adde Jas. in l. sed si hac. §. patronum. ff. de in ius ocan.
9 ¶ Appellatur. Vide Hippolyt. in l. j. in princ. ff. de quest.
Siluest. Aldob.
a ¶ Uerius. Et bene, vt late dixi in consuet. Parisien. §. v. num. xij. cum sequen.
b ¶ Cancellatum. Petr. de ferra. in lib. in actione hypotecaria. ver. exceptionem solutionis Alexand. consi. xiiij. nu. 13. li. vj. Stepha. Bertran. consi. clxiij. cum originalis. lib. ij.
c ¶ Secus. Decius supra eodem. c. j. nu. 31.
d ¶ Canonici. Alex. consi. vij. n. ij. vbi dixi lib. j. consi. ccx. nu. ij. li. vij. Feli. c. auditis. de rescrip.
e ¶ Subsidium. Petr. Gerard. sing. xxiij. Sed non est verum, nisi in collegio paruo, Panor. Fely. c. insuper. de testib.
f ¶ Maiores. Alexan. consi. lxviij. lib. ij. vbi dixi: & Alex. consilio xliij. nu. 23. li. iiij. Thomas Gramma. consi. xxij.
g ¶ Duos testes. Panor. Feli. d. c. cum Joannes. Alex. consi. xciij. lib. v. Jo. Ana. consi. lxvij. Cor. consi. cxxvj. in fi. li. iiij. Steph. Bertran. consi. cccxxix. cum de reseruatione. lib. iij. Caro. Rui. consi. xxxv. cum duobus sequentibus. lib. iiij. Vide Nicol. Boerij deci. Burde. cxvj. in fi. & decisio. cxviij.
h ¶ Sandinus. Alexander consilio cxxxviij. numero v. libro vj. vbi dixi.
i ¶ Alex. Vide que ibi dixi in annot. & Hippo. Marsi. in practica vero diligenter. numero. cc. Alexander consilio. xxx. numer. [redacted] xiij. libro vij.

1 ¶ Dicta aduersarij referens, an videatur illa approbare.
2 Traducere quid significet.
3 Consuetudo attenditur, etiam in causa matrimoniali.
4 Priuilegium concessum matrimonio, an trahatur ad sponsalia.
5 Exceptio facta a regula in vno casu an extendatur ad alium ex identitate rationis.
6 Uitium in matrimonio, quando non est remissibile consensu partium, & in sponsalibus testes possunt produci, non obstante publicatione testium, & sententia non transit in rem iudicatam.



Trauit. Summatur, & diuiditur, vt per Ab. h. ¶ In te. ibi: vt asseris ex isto modo loquendi cautele sunt, potest enim
1 quis† si non velit approbare dicta aduersarij
1 que refert, vt dicat, prout asseritur[1]. Ad idem est tex. in c. ad hec. ibi: vt asserunt. de resc. vbi Ant. de Bu. in j. no. h. d. Facit tex. in c. iij. de eo, qui mittit in posse. & in capit.

capit.P.& G.de offic.delega.in cap.sicut ex literis.de spons. et
not.Calde.in consi.lxxx.in titu.de rescrip.& Car.in consil.lxxix.
quo ad primum.circa fin.& Rota.in decisi. lx.in tit. de rescript.
in antiquis.cum simil.vt tradunt Andre.Sicul.& Moder.hic.
Et adde Petr.de Ancha.in consi. cxxxvij.de natura. Sed ta-
men aduertendum est:quia ista cautela vtilis videtur, non ta-
men necessaria est:quia ille qui simpliciter dicta aduersarij re-
fert,non videtur fateri illa,que refert:vt voluit gloss. sing. in l.
Gallus.§.idem credendum.in verbo,pronepos.in fi.quam An
ge.Imo.& Alexand.ibi notant & sequuntur,ff.de libe.& posthu.
2 ¶†Secundo not.ibi:quam cum vellet traducere [a] secundum
a Abb.ista verba possunt dupliciter intelligi.Primo de iure, et
designatur matrimonium de presenti.secundo de facto.i. pro a
ctuali traductione ad domum.Sed considerandum est qđ ver
bum,ducere,vel traducere,prolatum simpliciter respectu mu-
2 lieris,intelligitur pro ipso contractu matrimonij[2]. Et ita acci
pitur hic,& in capitu.j.j.de spon.in c.debitum,de biga.& in ca.j.
j.q. v.& in §.ergo non omnes.& in §.fratris.Inst.de nup.& facit
ru.j.de eo,qui duxit in matri. Secus si dicatur de ductione ad
domum l.mulierem.ff.de ritu nupt.& in l.penult. ff. de dona.in-
ter vir.& vxo.Et de hoc tradit Socin.in consi.ccxxiij circa pre-
sentem consultationem.Et notandum est quod si precedentib9
sponsalibus de futuro mulier ducatur ad domum mariti ipso
facto sponsalia transeunt in matrimonium:vt not. Bald. in l.
cum inter.in prin.C.de dona.ante nupt.¶Tertio nota ibi:ac-
cepturum.nam per ista verba futuri temporis,quando quis p
mittit se accepturum talem in vxorem,sponsalia de futuro cō-
trahuntur.c.pe.c.de illis.de sponsa. Quandoque tamen etiam
per verba futuri temporis sponsalia de presenti contrahuntur
videlicet quando respiciunt executionem matrimonij: puta si
b dicatur,promitto quod tenebo [b] te pro vxore legitima.Text.est
not.in c.ex parte.de sponsa.& not. Abb.hic. Quid autem si iste
simul concurrunt : vt quia dicatur promitto quod te accipiam
in vxorem,& de cetero ita te tenebo.Nā ex verbis primis argui-
tur quod sponsalia sint de futuro:sed per verba sequentia desi-
gnatur matrimonium de presenti.Ista questio fuit Rome,et
cōclusum fuit ꝙ attento initio,sponsalia essent de futuro.Ita
concludit Roma.in singulari suo.cccxxxviij.tu scis.vbi ad hoc
alle.Archi.in c.si.xxvij.q.vlti.& idem tenent Hostiē.& Abbas et
post alios in d.c.ex parte.de sponsa.quia verba posita in princ.
denotant sponsalia de futuro.Unde illa verba,Et de cetero ita
te tenebo:intelliguntur casu quo te accipiam,alias verba posi-
ta in princip.superflua fuissent.Et ad hoc etiam facit, quia in
dubio sponsalia presumuntur esse de futuro glo.& Bald.in l.cū
inter.C.de donat.ante nupt.¶Quarto nota ꝙ allegans impe
dimentum in causa matrimoniali potest esse testis:& sic idē erit
denuntiator,& testis.Et hoc locum habet in omni casu,vbi agi
tur de peccato,vt Abb.hic dicit & Mod.sequuntur. Sed istud
notabile non videtur concludenter probari hic:quia illa verba
probare velit:intelligi possunt per alios. Et eo modo intelligi
possunt illa verba,legitime probauerunt. Preterea non vide-
tur verum ꝙ hic agatur de peccato,prout Abbas sentire vide
tur:quia agebatur de matrimonio contrahendo, in quo licet
prohibeatur,non est peccatum:vt gloss.& doc.hic dicunt.Quod
tamen Abb.dicit:etiam Bald.tenet in c.in omni.j.de testi. vbi
inquit quod syndicus ville,qui habet denūtiare maleficia,etiā
poterit testificari. Sed hoc intelligitur, quando iudex postea
procedit per inquisitionem.Secus si ipse,qui denūtiauit,insta-
ret,& prosequeretur iudicium : quia tunc non esset idoneus te-
stis:vt not.Barto.in l.diuus.in fin.ff.de custo.reo.& Sali.in l.ea
quidem.in materia denuntiationis.in xiij.q. C. de acc.& tradit
Ange.de Aret.in tractatu de malefi.in ver. necnon ad denun-
tiandum.ver.quero an iudex.Et ad hoc etiā vide Abb.in rub.
3 j.qui matri.accus.poss.in fin.¶†Quinto nota secundum Ab-
bat. hic, ibi secundum morem ꝙ etiam in causa matrimoniali
consuetudo attenditur.Et dicit Abb.quod ista cōsuetudo ho-
die reducta est ad ius commune,capitu.finali.de clande.despō.
Sed aduertendum est : quia text. non videtur hic loqui de illa
consuetudine,que habetur in d.cap.fin.sed potius de consuetu
dine iurisiurandi, vt colligitur ibi iuramentis secundū morē
exhibitis.de qua habetur in ca.quoties. de testi.Et tale iuramē
tum est potius de iure,quam de consuetudine, ex quo ius scri-
ptum ita disponit.Sed secundum morem dicitur, quia lex nō
habet authoritatem,nisi moribus recipiatur:vt per gloss.in ca.
j.de treu.pace.& facit tex.in l.ij.C.de proba.ibi:more iudiciorum
Et qđ Abb.dicit de consuetudine in causa matrimoniali, limi
tatur non habere locum in casu c.series.j.de test.vbi consuet. in
4 contrarium reprobatur.¶†Sexto & vlti.not.secundum Abb.
& Aret.hic, iuncta glossa que differentiam facit inter matri-
monium contractum,& contrahendum,ꝙ priuilegium conces-
sum matrimonio,non trahitur ad sponsalia de futuro.Sed ta
men hoc notabile non videtur probari hic,quia dictum gl. sim
pliciter non tenetur:quia,vt Abb. post alios declarat, non est
differentia inter matrimoniū & sponsalia:sed consideratur an
vitium sit remissibile,vel non , de consensu partium.In se bene
verum est,quod Aret.dicit,quod prohibitio facta in matrimo
nio,non habet locum in sponsalibus l.solet. in §.fina. ff.de his,
qui not.infa.l.si quis officium.ff.de ritu nuptiarum.Facit glo.
nota.in clementin.j.de consanguinita.& affinita.in verbo, con-
trahere,que dicit constitutionem illam imponētem penam cō-
3 trahenti matrimonium,non habere locum in sponsalibus[3]. Et
idem in not.q.tradit Bald.in l.pen.§.docere.in fi. ff. ne quis eū
& in l.j.in versi.& per hoc determinatur.C.si rector prouin.& tra-
dit Alex.in cons.cxciij.consideratis verbis.li.ij.Et secundū hoc
declaratur regula que ponitur in l.oratio.ff.de sponsalib.vbi si
matrimonium prohibetur, etiam sponsalia prohibita intelli-
guntur.Nam ista equiparatio procedit, & intelligitur, quando
eadem esset ratio in sponsalibus,que in matrimonio: secus si di
uersa ratio sit, vt Alexand. concludit in d. consi.cxciij. Et hoc
modo etiam intelligitur quod Aret.hic dicit de priuilegio cō-
cesso matrimonio,vt non habeat locum in sponsalibus,in qui-
bus diuersa ratio reperitur:& quod not. Abb. in consil.lxv.ca-
sus quidam.in iiij.dubio.lib.ij.Et ad text.in l.oratio.ff.de spon-
sa.aduertendum est,quia non videtur probare illud, ad quod
allegari solet:quia ibi potius videtur probari contrarium,vi-
delicet,quod prohibitio facta in matrimonio,non habeat locū
in sponsalibus:cum per viam extensionis ibi inducatur, dum
text.dicit,Suppleatur quod orationi deest.Si enim suppletur
4 ergo datur intelligi quod prius non erat[4]. Et ita illam legem
videtur ponderare Baldus in d.l.j. C.si rector prouinc.& idem
Alexan.in consil.cxciij. s. allegato. Sed potest responderi qđ
supplementum ibi consideratur respectu verborum quod pa-
tet dum ibi dicitur quod omnino non erat locuta de sponsali-
bus:& sic suppletur respectu verborum,& litere, que legi potest,
iuxta l.j.ff.de his,que in testa. delen. Non autem suppletur quo
ad mentem,& dispositionem legis:quia vtique idem erat dispo
situm in sponsalibus, quod in matrimonio. Facit textus in l.
tutor.la ij.de sponsalibus.in l.si vxor. in §. diuus. ff. de adulter.
5 ¶†In glo.j.Abb.late insistit. Et primo dum incidenter con-
cludit quod exceptio facta a regula in vno casu , ad alium ca-
sum ex identitate rationis extenditur.Et allegat text.in capit.
cum dilecta.de confir.vtil.vel inutil.quem text. Abbas ad hoc
allegare consueuit. Et ad idem facit text. in l.si tamen.§.in edi
litijs.ff.de edil.edicto.& in l.his solis. C. de reuocand.do.& quod
ibi Bald.& not.per gloss.in l.j.in verbo,iudicat.C.de condi. in-
de.& in capitulo fina.in verbo,electione.de elect.in vj.in capit.j.
in verbo,Italie.de tempo. ordi. in vj. cum similib. vt prosequi-
tur Andre.Sicul.hic:Cuma.Petr.& tradunt Moder. in ca-
pitulo,quoniam frequenter.in princip.vt lit. non contest. Sed
addatis Alexand.in l.si constante.in princip.versic.item inquā
tum.ff.solut.matri.vbi primo dicit quod text.in d.cap. cum di-
lecta.quem Abbas hic adducit,nihil facit, vt per eum ibi. Et
etiam concludit quod conclusio Abbat. hic procedat in fauo-
rabilibus:alias secus. In quo vlterius non insisto : quia mate-
ria altiorem postularet indaginem,& a proposito modo aliena
6 est.†Secunda conclusio principalis Abb.est,quod quando vi-
tium non est remissibile consensu partium in matrimonio,& in
sponsalibus,non obstante publicatione testium,testes produci
possunt,& sententia non transit in rem iudicatam : quia agitur
de periculo anime. Et ideo generaliter infertur, secundum
eum, quod vbicunque peccatum imminet non manifesta veri-
tate, semper de tali veritate probari potest, vt latius per eum
hic.Et idem tradit Hostiē.& Abbas post alios in capitu.lator
de re iudic.& Anto.de Butr.& Imol.in rubrica. j. de re iudica.
cum simili.Sed contra istam communem resolutionem facit,
quia licet vitium sententie non sit remissibile de consensu par-
tis,non tamen impeditur quo minus sententia in rem iudica-
tam transire possit.Hoc patet in causa capitali, vbi sententia
transit in rem iudicatam,adeo quod de innocentia probari nō
potest,nisi a principe impetretur l.j.§.fina.vbi Barto.ff.de que
sti.& in l.diui fratres.vbi Barto.ff.de pen.Et tamen vitium sen
tentie in tali pena corporali remissibile non videtur : quia non
est quis dominus membrorum suorum l.liber homo. ff. ad legē
Aquiliam,capitulo,contingit.de senten.excom,Unde non po-
test quis renuntiare defensionibus suis, vt morti subijciatur:
vt not.Butri.in l.custodias.in fin.ff.de public. iud. Facit text.
in l.non tamen.ff.de appel.Dominus Abb. mouet istam diffi
cultatem in c.de his.j.de acc.& ibi respondet ꝙ imo in crimina
libus quis sibi preiudicare pōt,vt patet in vera cōfessione,qua
mediante quis condemnari potest.l.qui sententiam. C. de pen.

Ita etiam videtur in tacita confessione, que inducitur non appellando.arg.l.furti.ff.de his: qui not.infa. Quando vero quis vult exponere corpus suum iniuste morti, vel mutilationi membri, non potest: ⁊ sic allegata in contrarium procedunt. Sed ista responsio non satisfacit: quia nō videtur verum, ꝙ simpliciter stetur confessioni in criminalibus, ex quo renuntiatio preiudicare sibi non potest: ideo confessio non attenditur: vt nota. per glo. ⁊ docto. in l.si donatione.C.de collat. ⁊ not.Bart. per illum text. in l.si forte.ff.de castren.pecu. sed solum statur confessioni,
c quando apparet de veritate[c] confessionis d.l.qui sententiam.C. de penis. Licet enim quis sponte confiteatur delictum, non tamen simpliciter fides adhibenda est l.j.§.si quis vltro.ff.de questio. sed requiritur ꝙ cōfessio sit verisimilis ⁊ iustificetur: vt no. Bald. in l.si quis in hoc genus.C.de episco. ⁊ cler. Et ad hoc facit text. in l.confessionis.ff.de interrog.actio. vnde ad arg. quod stare videtur, responden. est vt inferius dicam. Secundo cōtra resolutionem communem doctorum arguitur: nam si periculū anime, ⁊ peccatum est causa, ꝙ publicatio testium non obstaret ꝙ sententia non transiret in rem iudicatam, vt docto. dicunt: idem esset pariter dicendū in qualibet sententia iniqua, ꝙ nūquam transiret in rem iudicatam: quia obtinēs sententiam iniustam, peccat detinendo scienter rem euictam per sententiam iniquam: nec peccatum eius tollitur ex eo ꝙ aduersarius non appellauit: vt not. tradit Inno. in ca. quia plerique.de immu. ecclesi. Et ita etiam arguit Abb. in c.consanguinei. in versicu. sed dices tu. de re iu. Et ibi conatur respōdere, ⁊ dicit ꝙ in causis priuatis sententia est iniusta contra ius litigatoris, ⁊ transit in rem iudicatam, vt sit litium finis.c.qđ ad consultationem.de re iud. sed in cā matrimoniali sententia videtur nedum contra ius litigatoris, sed etiam contra bonū publicum, ne matrimonium legitime contractum separetur. Sed ista ratio non tollit argumen. ꝙ licet in priuatis causis sententia iniusta sit contra ius litigatoris, remanet tamen peccatum, secundum Inno. in d.c.plerique. ⁊ propter peccatum attenta ratione doct. hic non deberet transire in rem iudicatam. Unde declarandū videtur, vt statim inferius dicam. Tertio contra rationem communem adducitur: nam dato ꝙ vitium esset remissibile de cōsensu partium, non tamen videtur verum ꝙ ex taciturnitate partis non appellantis transitus in rem iudicatam causetur: vt Abb. hic dicit: quia ille, qui non appellauit, a sententia, non videtur per hoc consentire sententie: vt not. Bartol. in l.ab eod. circa fin.C. quomodo, ⁊ quando iudex Abb. in d.c.quo ad consultationem ⁊ ideo ille, qui non appellat, agere potest contra iudicem in syndicatu: vt tradunt Innoc. ⁊ doc. in c.sepe.de appel. Bart. in l.j. in princ.ff.de app. ⁊ in l.item si res. per illum text. ff.de alie. iud. mutan.cau. fa. cum si. vt dixi in d.c.sepe. Preterea attenta tali ratione, quando appellari non potest, iuxta l.j.ff.a qui. appel. non licet. non deberet transire in rem iudicatam: cū in talibus casibus acquiescentia partis non possit considerari: vt in simili Barto. dicit in l.Julianus. verum debitorem. versic. sed dubitatur.ff.de condi.inde. Unde vt ista omnia resoluantur, considero rationem per quam omnia supra dicta declarari videntur. Nam quamuis vitium non sit remissibile simpliciter de consensu partium, prout docto. dicunt esse in matrimonio: ⁊ in alijs casibus supra dictis: tamen ex tacito consensu ipsius partis cōcurrente iuris dispositione vitium remitti, ⁊ purgari potest: q: tacita renuntiatio, que ex dispositione legis inducitur potentior est, quam expressa l.j.vbi not.C.qui admit. facit text. in capitulo, de quarta. in capitulo, veniens. de prescript. iuncto c.ij. de dona. Et quod dicitur de iuramento calumnie. quod tacite remittitur, licet expresse remitti non possit l.ij.C. de iuramen. calumnie.c.j.eodem titu. in vj. Et ista ratione, sententia in causa criminali transit in rem iudicatam: quia licet quis renuntiare non possit in preiudicium eius vite, potest tamen excludi, quādo non appellauit intra tempus statutum a lege: quia authoritas, ⁊ adminiculum iuris concurrit in tali exclusione: ⁊ quamuis quis non sit dominus membrorum suorum, ipsa tamē Respublica habet potestatem, ⁊ dominium membrorum suorum, vt no. Bar. dicit in l. Titio cētū.§.Titio centū.el ij. in ver. tertia ratio est.ff.de conditi. ⁊ demon. ⁊ ideo ipsa bene potuit disponere ꝙ sententia transiret in rem iudicatam. Et secundum istam rationem etiam declaratur illud, quod dictum est de peccato: q: licet sententia iniqua sit, ⁊ ille, qui obtinuit, videatur esse in peccato, tamen ex quo succumbens non appellauit, sententia transiuit in rem iudicatam, ⁊ authoritate canonis videtur tutus, ēt
d in foro consciētie, ille qui obtinuit[d], quia qui peccat authoritate iuris, non peccat. xxiij.q.iiij. in ca. qui peccat. Et hac ratione ille, qui prescribit, etiam in foro conscientie tutus videtur, quādo prescribit authoritate canonum: vt Inno. tradit in ca. cura. in fin. de iure pat. ⁊ not. Abb. in c.vigilanti. circa finem. de prescrip. cum simi. Et predicta ratio etiam militaret in matrimonio: quia licet vitium, ⁊ impedimentum, quod in matrimonio consideratur, consensu partium remitti non possit, tamen posset remitti, ⁊ purgari mediante authoritate canonum, si canones hoc disponerēt, vt patet ex s. dictis. Sed in matrimonio dici potest quod speciale sit quod sententia non transit in rem iudicatam: quia canones ita specialiter disponunt. Et hoc videtur sentire text. in ca. lator. de re iudi. ibi: nolentes igitur matrimonia, ⁊c. nam propter sacramentum permitti nō debet vt matrimonium in casu illicito contrahatur, vel quod contractum est legitime, separetur. c.licet ex quadam. in fi. de testi. Sicut et alia plura specialia sunt in matrimonio: vt not. in ca. quoniam frequenter. in princi. vt lit. non contesta. Si extra causam matrimonij in alia materia licet vitium remitti non possit de partium consensu, tamen non impeditur quo minus sententia in rem iudicatam transferatur. ⁊ ita dicendum videtur. Reliqua per docto. hic, ⁊ in dicto c.lator.

¶Additiones.

1 ¶Prout asseritur. Uide eundem Deci. in c. ad hec. in prin. de rescript. ⁊ in c. ad hec. iij. de appellat.

2 ¶Matrimonij. Faciunt hec ad statutum florentinum qualiter succedatur in dote vxoris premortue ibi traducte ad domū: tollitur enim illa difficultas, an statutum illud haberet locum in sponsa, de qua in l.non sine. vbi Corne.C.de bo. que lib. ⁊ quid importet ꝙ mulier ducatur in domum viri, vide per eundem Dec. consi. cccccl xxvij. ⁊ in consi. lxvij.

3 ¶Sponsalibus. Adde Dec. in l.si fugitiui. in glo.j.C.de seruis fugitiuis.

4 ¶Non erat. Hoc eodem modo arguit Dec. in l.generaliter.§. cum autem. in ij. nota.C.de instit. ⁊ substit. Siluest. Aldob.

a ¶Traducere. [redacted]

b ¶Quod teneho. Idem Jo. And. Panor. d.c. ex parte. Alex. consi. cliij. nu. iij. lib. v. Feli. c. Rodulphus. de rescript. Sed falsum, quia vt sit matrimonium de presenti, debent verba clare, necessario, serio concludere. Sed hec verba nihil inferunt fieri de presenti, sed subest cōditio de casu quo in futurum velim vxorem ducere. Non obstat d.c. ex parte. quia ibi aliud propter verba, ab eo tempore, que verba sunt de presenti. Et adhuc dico necessarium constari verba esse serio ⁊ ex animo mature prolata, non per lasciuiam, vel ex abrupto. [redacted]

c ¶Ueritate. l.j.§. Item illud ad Sylla. Pet. de Anch. c. felicis. de penis, in vj. Alex. consi. xix. nu. j. vbi dixi. lib. vij. Tho. Grammat. consilio. lx.

d ¶Obtinuit. Scilicet Bona fide, ⁊ adhuc dūmodo non superueniat mala fides ante tempus ad legitimam temporis prescriptionem necessariam. Nec est simile de sententia momentanea: [redacted] ⁊ de prescriptione successiua.

1 ¶Litere ordinarij quod aliquis sit excommunicatus, fidem faciunt.
2 Et de quo ordinario intelligatur.
3 Stare, hoc verbum quid significet.
4 Excommunicatus repellitur a procuratione, quod est officium vile.
5 Habilitas persone precipue inspicitur in assumptione officij.
6 Sigillo vt adhibeatur fides, quale debeat esse sigillum. 7.
8 Inscriptio testium an sufficiat, vel an sit necessaria subscriptio testium in literis ordinarij. 9.
10 Literis sigillatis authentico sigillo sine testium adminiculo creditur in his, que pertinent ad officium sigillantis.
11 Literis cum authentico sigillo non creditur absque testibus, in his, que sunt aliena ab officio sigillantis. 12.13.14.15.
16 Litere episcopi cum authentico sigillo signate: ⁊ cum subscriptione testium plenam faciunt fidem in omnibus negotijs.
17 Procurator excommunicatus an ipso iure sit inhabilis, ita vt non sit opus excipere contra eum de excommunicatione.
18 Procurator si a principio constitutionis erat excommunicatus, licet postea sit absolutus, non tamen habilitatur ad agendum 19.
20 Procuratoris excommunicati a principio tempore excommunicationis gesta, an valeant.

Procur

21 Procurator excommunicatus cum potestate substituendi an possit substituere.

1 

Ost cessionem. † Si per literas ordinarij probatur quod semel quis excommunicatus fuerit, nisi post modum absolutus ostēdatur, tanquam excommunicatus a procuratione iudiciali repellitur. h. d. secundum nouum intellectum, qui verior videtur, & de plano procedit vt ex

2 infra dicendis apparebit. ¶ † Primo nota ibi: iudicis ordinarij. nam dum simpliciter loquitur de ordinario, non solum intelligitur de episcopo, qui generalis est & maior ordinarius. c. j. de offic. ordi. c. episcopus. eodem titu. in vj. sed etiam de quolibet inferiori ordinario: vt est tex. cum gl. in c. ordinarij. in ver. locorum. de offi. iud. in vj. Quod Abb. dicit notandum esse pro statutis. Ad idem est glo. in cap. quanquam. in verbo loci ordinario. de vsu. in vj. in clem. j. in verbo, loci ordinarium. de sequestra. poss. & fructuum. Et ratio clara videtur secundum Areti. hic: quia ad essentiam ordinarie iurisdictionis non requiritur territorium: vt not. in c. cum contingat. supra de foro compet. & declarat Bald. in l. j. §. cum vrbem. ff. de officio prefe. vrb. Ista tamen ratio bene arguit, quod etiam inferior ab episcopo dicatur ordinarius: sed per hoc non infertur quod absolute sub nomine ordinarij, talis inferior comprehendatur. Et ideo suppleri potest, vt dicamus quod cum iste inferior ordinarius sit: quānis ergo episcopus maior ordinarius dicatur, tamen plus, minus, specie non differunt. l. fin. ff. de fundo instr. & quod per illum text. not. Bart. in l. imperium. in v. gradu meri imperij. ff. de iurisd. omnium iudic. & Bal. in l. si quis ex consensu. C. de episcop. audi. Unde bene consonat quod sub generali nomine ordinarij talis inferior cōtineatur: quia species omnes sub genere includuntur. l. si quid earum. §. inter emptum. ff. de leg. iij. facit text. in c. solite. supra de maiorita. & obedien. & l. in l. j. §. generaliter. ff. de legat. prestan. Et predicta conclusio procedit, quādo materia, de qua agitur, etiam his inferioribus accōmodatur: vt Domi. dicit in d. c. ordinarij. per glo. ibi. Et ita ordinarius accipitur secundum subiectam materiam. Hinc est quod si respectu collationis facta sit mētio de ordinario, etiam de eo intelligitur, qui tantum habet potestatem conferendi, licet nō habeat iurisdictionem. Glossa in clem. j. in verbo, ordinarium. vt lite pen. vbi Imo. & idem Cardina. ibi in xiiij. quest. post antiquos, quos ipse refert. Facit text. in c. si soli ordinario. de concess. preben. in sexto. Et ad ista conferunt, que Frederi. tradit in cons. cccxi. domine mi, vellem declarari. & quod not. dicit Paulus de Cast. in consilio cccxij. incipien. quoniam. in tertio dub. in princi. vbi predicta videtur limitare, vt sub nomine ordinariorum, tantum veniāt ordinarij constituti a iure, non alij, qui ex aliquo accidenti constituuntur a capitulo, vel a Papa. Ex quo ibi infert ad not. q. facit tex. in l. si aliquem. §. fina. cum l. seq.

3 & sequen. in prin. ff. de offi. procon. & leg. ¶ † Secundo nota ibi standum. quod verbum, stare, ibi ponitur pro fide adhibēda [1], secundum Abb. hic. Non tamen videtur specialiter in text. hoc probari: sed infertur ex natura verbi, que generalis est. Nā stare alicui rei, idem est, quod acquiescere, & non contrauenire. l. diem proferre. §. stari. ff. de arbitr. Facit tex. in c. j. de foro comp. in vj. ibi iuri stare. & in c. fin. infra de ma. contrac. contra interd. eccl. ibi: iuri stare. & in l. sancimus. C. de testament. proprie vero, stare, accipitur ad differentiam eius, qui sedet. c. j. infra de vita & honestate clericorum. xcv. distinct. in c. episcopus, 50. distinct. in c. quid est hoc. & per glossam in lege, si quis. §. fina. C. de postu-

2 lando. ¶ Tertio nota etiam secundum domi. Abbatem hic, quod probatio plena etiam potest reprobari [2]. Sed hoc non videtur concludenter probari hic: quia licet stādum sit literis, donec contrarium probetur, vt in text. dicitur, non per hoc sequitur quod esset plena probatio. Hoc patet quia idem esset in presumptione. Nam presumptioni statur, donec contrarium probetur. l. generaliter. §. si petitum. ff. de fideicommiss. libe. & ta-

3 men constat, presumptionem non esse plenā probationem, imo proprie non est probatio [3]: vt not. in rub. ff. de probation. & presumpt. in c. forus. §. argum. infra de verborum signific. Et ideo dicit Bart. in l. j. per illum text. C. de fide instrumen. lib. x. quod non dicitur probare ille, qui habet presumptionē pro se. Quod tamen Abb. dicit, in se verum est, per alia iura, que ipse adducit, & etiam per istum text. iuncto text. in c. j. de except. in vj. vbi excommunicatus actor non repellitur, nisi excommunicatio apertissimis documentis probetur. Cum ergo iste procurator repellatur in his literis, excommunicatio videtur apertissime

4 probari. Et hoc modo saluatur dominus Abb. hic. ¶ † Quarto nota quod excommunicatus, etiam ab officio vili procurationis repellitur. Et hoc inductum fuit duplici ratione, secundum Abbatem & Aretinum hic. Prima, propter periculum communionis aliorum: vt dicitur in capit. pia. de exception. in vj. Secunda, quia tale officium etiam posset esse sibi vtile, ideo non fuit concedendum, vt facilius resipiscat: sicut etiam his rationibus repellitur a testificando, & iudicādo in c. decernimus. de sent. excommu. in sexto. Sed iste rationes, cum quibus trāseunt posteriores scribentes hic, non applaudunt: quia his attētis non deberet excommunicatus posse contractus celebrare: cum in contractibus agi posset de vtilitate ipsius, & adsit periculum communionis: & tamen excommunicatus contrahere non prohibetur secundum Innocen. & doctor. communiter in c. veritatis. supra de dolo, & contuma. Cardin. late in repeti. c. perpendimus. in xxxv. q. j. de sentent. excommuni. text. in c. felicis. de pe. in sexto. Et ideo ad textum hec ratio melior videtur: quia erat procurator constitutus ad iudicia: a quibus excommunicatus repellitur. c. intelleximus. s. de iudi. Nam sicut excōmunicatus in iudicio stare non potest, sic etiā constitutio procuratoris ad iudicia vitiatur, vt hic, quia prohibito fine, prohibita sunt media, quibus ad finem peruenitur. l. oratio. ff. de spōsa. l. j. & quod ibi Bald. C. que res expor. non debeant: Et ex ista ratione primo infertur quod procurator excōmunicatus, ipso iure non repellatur. Secundo infertur quod procurator excōmunicatus, ad negotia constitui possit: de quibus inferius videbimus. ¶ Quinto nota, quod procurator dicitur habere officium. Ad idem text. in §. fi. instit. manda. in c. j. in princ. in c. is, qui. in fi. de procur. in vj. & in c. si quem. in princip. eod. titu. li. vj. Ex quo Domini. ibi ad statutum infert, quod si de lucro officij gabellam quis soluere teneatur, etiam procurator tene-

4 tur soluere de lucro [4] suo. Esset tamen in hoc diligenter inuestiganda ratio statuti: quia non cōsonat quod statutum de priuatis officijs intelligatur. Et de similibus questionibus late doctores tradunt in rub. s. de officio de lega. & in rub. ff. de offi.

5 eius, cui manda. est iurisd. ¶ † Sexto, & vltimo no. ibi: officium assumpsit secundum communem intellectum quod habilitas precipue requiritur tempore, quo officium assumitur: & nō tantum sufficit habilitas tempore acquisitionis officij, sed etiam

5 debet esse a principio [5]. c. si eo tempore. de rescri. in vj. Ex quo Baldus notab. infert in rubri. C. de condi. ob turp. caus. circa fi. post Jac. de Are. quem ipse refert, q si bannitus non potest esse de prioribus, & a principio tempore imbursationis quis bannitus sit quamuis postea rebannitus fuerit, & liberatus, & tempore, quo extrahitur, reperiatur habilis, non sufficit. d. c. si eotē pore. Ad idem Baldus alleg. text. in l. fratres. ff. de pen. & hoc idem Barto. dicit in l. vsufructus. in fine, ff. de stipulat. seruor. cum similib. vt in glo. fin. latius dicam. In contrarium tamen videtur quod sufficiat, si idoneus quis reperiatur tēpore, quo officium persone applicatur: vt probatur in c. ei, cui. de preben. in vj. vbi Domin. in tertio not. per illum text. dicit quod habilitas persone cōsideratur tempore collationis beneficij. Et ad hoc est glos. not. in clementi. vt hi, qui. in verbo, constitutis. de eta. & qualit. vbi per illam glos. post Antonium de Butr. dicit Imol. quod quando habilitas persone ad certū actum requiritur, sufficit quod adsit tempore, quo exercitium actus ad personam applicatur. d. c. ei, cui. Ad idem bonus text. in §. furiosus. institu. qui da. tut. poss. per quem dicit ibi Joan. de Plat. & Angel. Aretin. sequitur, quod in iudicando habilitatem persone, inspicitur tempus, quo actus cōsummatur. Ex quo infert quod si statutum dicat. Quicunque fuerit in tali officio, intra tres annos officium habere non possit: si ante finem trium annorum eligatur quis ad officium, quod debet incohari post dictos tres annos finitos, iste reputatur idoneus in tali officio: quia satis est quod habilitas concurrat tēpore, quo debet exerceri officium. Facit quod not. Oldrad. tradit in consilio lviij. inci. quidam impetrauit. & in consil. lxviij. incipien. ad primam questionem in ij. quest. Cuius dicta, tacito authore reassumit Joan. Andre. in additio. Spec. in rub. de concess. prebendis. Non obstant allegata supra in contrarium: quia procedunt, quando prohibitio respicit principium actus, vel correlationem habet ad principium vt latius infra in glos. fina. videbimus. ¶ In glos. j. in fi. vt materia huius glosse, & decretalis breuiter absoluatur, omissis antiquorū varijs opinionibus, quas late dominus Abb. hic discurrit, insistam immediate circa conclusionem, quam postremo Abbas hic facit cum pluribus requisitis. Primo, discutiendo doctorum rationes. Secundo,

6 concludendo quid tenendum sit. † Prima ergo ad hoc vt literis cum sigillo adhibeatur fides secundum Abba. debet esse sigillum authenticum: quia de sigillo authentico loquitur text. in c. ij. de fide instrum. & in c. si canonici. in princi. de officio ordi. li. vj. Nam cum iura cū ista qualitate loquūtur, debet ista qua-

litas probari, iuxta dictum Joan.And.in c.j.per illum tex.de homi.in vj.sequitur. Bald.in l.si quis non dicam rapere.C.de episcop.& cler.in l.bi,qui ad ciuilia.C.de appellat.& not.Bart. per illum text.in l.j.ff.ne quid in flumi.publi.cum simili.& ideo bonum esset quod qualitas ista, quod authenticum esset sigil-
6 lum,articuletur,& probetur[6]: vt in fi.de qualitate testium not. dixit Angel.in l.ij.§.diem antem.versi.notandum est diligenter.ff.quemadmodum testamen.aper.quod vbi requirūtur testes optime opinionis,illa qualitas debet articulari, & probari.Et idem in simi.quest.tradit Petr.de Ancharā.in consilio cclxiij.incip.in questione presbyteri. & ita etiam in simili consuluit Joan.de Ana.in cap.significasti.de homic.Secundo Abbas requirit quod litere sigillate subscripte sint manu propria ipsorum testium:&,secundum eum, inscriptio sola testium non sufficeret.& his concurrentibus, videlicet quod litere habeant authenticum sigillum,& subscriptionem testium,Abbas in tertio requisito concludit quod huiusmodi litere generaliter probent,tam in spectantibus ad officium iudicis sigillātis, quam in negotijs alienis. Et quoniam in his pondus precipue consistit,rationes doct.dissentiemus. Et vt distincte procedamus, tria sunt de quibus dubitatur. Primo,an litere iudicis ordinarij cum sigillo authentico omnino absque testibus probent. Secundo,dato quod authenticum sigillum solum non faciat fidem, an inscriptio testium sola sufficiat vel ipsorum testium subscriptio necessaria sit. Tertio, vtrum litere,cū quibus subscriptio testium cum authentico sigillo concurrit, generaliter
7 etiam in negotijs alienis,faciant fidem.† Circa primum Abbas hic,in secundo requisito,concludit quod vltra sigillum te-
8 stium[a] subscriptio omnino necessaria sit. Primo per textum in capitu.j.supra de procurat.vbi in constitutione procuratoris Papa mādat, quod subscriptiones testium adhibeantur. Secundo, quia in priuata scriptura subscriptio requiritur vt authētica sit in l.scripturas.C.qui potiores.ergo idem in istis, que videntur habere naturam priuate scripture potius,quam publice:cum iudex non sit persona publica in scribendo.Tertio per tex.in c.quoniam contra.infra eod.vbi in defectum notarij requiritur subscriptio duorum virorum:ergo eadem ratione idem dicendum est in extraiudicialibus,vt non credatur literis ordinarij in preiudicium alterius,nisi adsit subscriptio ad minus duorum. Quarto rationem adducit,quia viue voci episcopi non creditur in preiudicium alterius.vj.q.ij.in c.placuit.& in c.quoniam.infra eod.ergo nec literis suis credendum videtur:cum eadem ratio sit,ex quo in facultate eius esset scribere,& sigillum suum apponere.Nec obstat huic ratio.quod notario aliquid dicenti non creditur, & tamen statur scripture eius: quia Abbas respondet quod notarius ad hoc officium est deputatus,& approbatus. Non sic in iudice, cuius officium est in iudicando:vt per eum hic.Ultimo ad hoc videtur text.in c.ij.infra de fide instrum.vbi cum authentico sigillo inscriptio, vel subscriptio testium concurrit. Et istam opin.quod subscriptio testium vltra sigillum requiratur, tenuit prius Calderi.hic:sequuntur.domin.Anto.Calde.& Jmo.& idem voluit Archid.in d.c.placuit.& in c.vt circa.§.j.de electio.in vj.vbi Dom. dicit quod ista videtur esse finalis conclusio doc.hic.Et ad hoc etiam conferunt que in sequenti questione videbimus. Jn contrarium vero alia opin.principaliter reperitur, quod duntaxat authenticum sigillum faciat literis ordinarij fidem adhiberi absque testium subscriptione: quam inter antiquos tenent Ugo & Hostiens.vt colligitur in prima opin.relata per Abb. hic. Et idem voluit Nicol.de Mata.quem refert Joann.Andreas in addit.Specul.in titu.de instru.edi.§.nunc dicendum in addit.magna, in versi.secundum supplementum.& Bald.sequitur in rubr.C.de fid.instrument.in versic.secundum supplementum.& in l.si procuratorem.in versicul.tertio queritur.ff.de procurat.vbi in fin.dicit quod statur literis episcopi cum sigillo,quia authenticū est.Allegat text.hic.Et pro ista parte Areti.hic adducit text.in c.inter dilectos.ver. sed etiam ipsum Henrici priuilegium.infra de fide instrum.ibi:nec sigillum habeat authenticum.& sic simpliciter ponderatur qualitas sigilli.Secundo,ad idem allegatur text.in c.quod super his.in princ.infra de fide instrumento. vbi non faciunt fidem sigilla cardinalium,quia ignota erāt:secus ergo videtur,si nota fuissent.Tertio, textus in capitu.cum a nobis.infra de testibus.vbi non cauillando literam, videtur probari quod scripture iudicis credatur. Quarto, faciunt iura,in quibus simpliciter fit mentio de authentico sigillo.c.si canonici.in princip.de offic.ordina.in vj.in c.j.de sentent.excommun.in vj.in c.ij.infra de solutio.cum similibus. Et tenendo istam opinionem ad allega.supra in cōtrarium responderi potest. Et primo non obstat text. in d.c.j. de procuratori.quia ille textus loquitur in casu speciali,in quo maior solennitas requiritur propter suspicionem,que ibi erat, vt latius Aretinus hic deducit:& idem ipse Abbas in d.ca.j.in vlti.notabi.& Hostiens.quem circa fin.ibi Abb.refert. Secundo non obstat quod tales litere videātur habere naturam priuate scripture: quia negatur hoc. Nam propter authoritatem sigilli videntur potius equiparari instrumēto publico. c. ij.de fide instrum.& d.c.inter dilectos.eod.titu.in dicto cap.j.de sent.excommunicatio.in vj.cum similibus. Tertio non obstat c.quoniam contra.infra eod. quia Aretin. respondet quod loquitur in iudicialibus,in quibus agi videtur de maiori preiudicio,vt plerunque contingit. Non sic in alijs, in quibus in figura iudicij non proceditur. Et quia in talibus spiritualiter prouisum fuit.d.c.quoniā contra. datur intelligi quod in alijs regula sit in contrarium.Et fuit ista responsio glo.circa fi.hic, dum distinguit inter iudicialia,& extraiudicialia. Sed ista differentia reprobatur hic per dominum Abb. in tertia opinio. quam refert,vbi precipue rationem adducit:quia si in iudicialibus non creditur vt doctores dicunt, ergo videtur quod in quasi contractibus non credatur iudici: cum in iudicio quasi contrahatur.l.iij.§.idem scribit.ff.de pec. Ergo idem videtur dicendum in contractibus, vel alijs extraiudicialibus.Et talem rationem pro noua,& vrgenti inducit,sed parum valet.Et in isto modo arguendi Abbas sepenumero deceptus fuit. Nā licet in iudicio dicatur quasi contrahi aliquo respectu.d.l.iij.& in l.ij.§.fin.ff.de pretor.stipulat.non tamen absolute de iudicio iudicatur, sicut simpliciter de quasi cōtractu. Hoc patet:quia iudicium redditur in inuitum.l.inter stipulantem.§.j.ff.de ver. obl.& in quasi contractu consideratur partium consensus, saltem presumptus:vt habetur inst.de obl. que ex quasi cōtractu. per totum & alias latius dixi in c.qua fronte.de appell.& etiam infra videbimus.Secundo principaliter ad tex.in c.quoniam. responderi potest,quod etiam in iudicialibus stetur literis iudicis ordinarij cum sigillo authētico.Probat hoc in d.c.quoniam.in fi. vbi dicitur quod acta iudicij probari possunt, non solum secundum formam,que ibi traditur, sed etiam alijs legitimis documentis. Certe ista verba satis verificari possunt in literis cum sigillo authentico, quia instrumento publico equiparantur.d.c.ij.de fide instr.& in d.c. inter dilectos.cum si. §.allegatis.Et dum dicitur in d.c.quoniam.quod nō creditur iudici,loquitur tex.quando iudex viua voce aliquid dicit. Et ita respondet Host.& Abb.refert in prima opinio.hic.Et ita responsio iustificatur ratione supra dicta.Facit tex.in d.c.cum a nobis. vbi talis differentia videtur bene probari. Quarto non obstat ratio, per quam Abbas mouetur dum equiparat, quod sicut viue voci non creditur propter suspicionem, pariter non videtur credendum literis cum sigillo:quia eadem est suspicio, cum ista sint in potestate eius: que responsio colligitur ex supra dictis. Ex quibus patet quod imo differentia sit inter ea,que iudex viua voce attestatur,& ea, que in literis scribit cum authentico sigillo:vt probatur in dicto capit.a nobis. Et hoc idem in simi.est in notario,vt supra dictum est.Non obstat ratio diuersitatis,quam Abbas post alios adducit , quod officium iudicis est in iudicando , & tabellionis in scribendo: quia ratio ista ceteris paribus procederet, considerata simpliciter scriptura iudicis,& notarij:sed ita in literis iudicis est authenticum sigillum,quod inuentum fuit ad faciendum fidē: & hoc videtur equiualere instrumento publico.d.c.ij.de fide instrumento.cum similib.supra alleg. Non obstat quod sit in facultate iudicis scribere literas cum sigillo: & sic videtur eadem ratio,que est,quando viua voce deponit: quia imo diuersa ratio videtur,ex quo iura differētiam faciunt. Nam memoria hominum labilis est:vt not.in c.vnico.in princ.infra,vt eccles.beneficia. Et sic potest forte non recordari: & facilius fuit errare illum,qui viua voce deponit. Item verisimiliter magis abstinebit a falsitate,ne authoritas sigilli violetur. Et profecto si testium subscriptio requireretur, authoritas sigilli parum operaretur, & iura non tātum ponderarent qualitatem sigilli. Ultimo non obstat text.in dicto cap.ij.de fide instrum.quia Aret. respondet quod intentio summi pontificis ibi,non fuit decidere quod vltra sigillum authenticum requiratur inscriptio testium, sed tantum differentiam ponit inter priuatam scripturam, in qua testes inscripti sunt qui decesserunt, quo casu non probat:& scripturam authenticam propter sigillum, vel manū publicam,que fidē facit,licet testes in ea descripti mortui sint. Et sic ille textus loquitur, casu quo vltra sigillum erant etiam testes: sed pro hoc non infertur quod essent necessarij: & ita ex predictis patet quod non vrgent iura, nec rationes, que pro ista parte adducuntur. Si tamen volumus sequi opinionem Abbatis que etiam communis videtur vt patet ex supra allegatis.Ad iura,que in contrarium Aretinus adducit, responderi

deri etiam potest. Et primo non obstat tex. in c. inter dilectos, quia loquitur in priuilegio principis, vt ibi patet: et in principe speciale est, quod eius scripture credatur: vt notat Bald. in l. exemplo. circa finem. C. de probatio. de quo infra videbimus. Secundo respondetur quod quatenus probari videtur ibi quod authenticum sigillum probet, intelligitur, interueniēte subscriptione testium. Probatur hoc ex eo quod simpliciter dicitur ibi de instrumento manu publica cōfecto, quod quidem: vt ibi habetur, faceret fidem: et tamen hoc debet suppleri, et intelligitur, dummodo testes a notario inscribantur: quia aliter instrumentum publicum non probaret. §. sed et si instrumenta. in authenti. de instrum. caul. et fid. Ita ergo pariter dicamus de authentico sigillo, quod probet, concurrente subscriptione testiū, ex quo isti duo casus ibi parificantur. Et ista responsio etiā accommodari potest ad text. in dicto capit. si canonici. et in d. c. j. de sentent. excommu. in vj. cum simi. Secundo non obst. tex. in dicto capit. quod super his. quia in absolutione voti prout ibi loquitur, non agitur tūc de preiudicio alterius: vnde facilius, sicut Calder. hic, et doctores dicunt, in leuibus creditur simpliciter literis cum sigillo, prout infra dicam. Item in dicto cap. quod super his. erant plura sigilla, quibus facilius adhibetur fides, vt doctores ibi tradunt, et not. in c. j. supra de cleric. peregri. Tertio non obstat text. in d. c. cum a nobis. quia ibi nō datur regula quod litere probent: sed dicitur quod scriptura iudicis non est tante authoritatis, quin contrarium probari possit. Et intentio textus ibi non fuit ampliare authoritatem scripture iudicis, sed potius illā restringere: et ideo quatenus presupponitur ibi quod scripture iudicum probent, hoc intelligitur secundum quod alia iura disponunt, puta in leuibus. Et ita Abbas hic respondet simpliciter, quod ille textus in leuibus debet intelligi. Sed eius responsio ex supra dictis iustificatur. Et ad illum tex. etiam alie responsiones colliguntur ex his, que traduntur ibi per Innoc. Hostien. et alios. Ultimo non obstat text. in dicto cap. si canonici. de offic. ordin. in sexto, et in c. j. de sentent. excommunica. in vj. cum similib. quia dum loquitur simpliciter de authentico sigillo, suppleri debet vt s. dictum est ad c. inter dilectos. scilicet, vt illa iura intelligantur, interueniente adminiculo testium, per s. dicta. Et hoc suadetur: quia non debet esse maioris fidei sigillum authenticum, quam sit authoritas tabellionis. Unde cum instrumentum publicum non probet absque adminiculo testium d. §. sed et si instrumenta. ergo idem videtur dicendum in authentico sigillo. Et sic ex his tolluntur rationes, que pro ista parte inducuntur: et, vt patet, articulus esset disputabilis: quid tamen tenendum sit, inferius
8 dicam. † Sed prius queritur de secundo dubio supra formato, videlicet, an sola inscriptio testium sufficiat. In quo dominus Abbas concludit quod non, imo quod testium subscriptio necessaria sit: alias si sola inscriptio sufficeret, de facili posset fraus fieri in scribendo testes nunc forte mortuos, et tempore date literarum viuentes. Et ita expresse dicit Joan. And. hic, in fi. et sentit Cald. hic. Arcbid. et Domini. in dicto capi. vt circa. §. j. et alij in locis supra allega. dum loquuntur de testiū subscriptione. Aliter tamen dicunt Anton. de Butr. Cardina. et
c Imola hic, quod sola c inscriptio sufficiat, per tex. in c. ij. infra de fide instrumento. vbi de inscriptione dicitur. Sed ad illum textum Abb. hic respondet quod inscriptio ibi ponatur pro subscriptione: quia subscriptio, dicitur inscriptio largo modo. Ista responsio impugnatur per Aretinum hic: quia verbum, inscriptio, ibi: simul refert ad instrumentum publicum, et ad scripturam cum authentico sigillo. Unde respectu publici instrumenti constat quod verbum, inscriptio, proprie accipiatur: quia in instrumēto publico subscriptio testium est necessaria. Ergo idem videtur dicendum in authentico sigillo: quia vna determinatio respiciēs plura determinabilia, debet equaliter determinare. l. iam hoc iure. §. fin. ff. de vulga. et pupill. bonus textus in l. finali, C. de sentent. Ad hoc responderi potest, prout etiam Aretin. perpendit, quod non inconuenit quod etiam vnum et idem verbum diuersis respectibus proprie et improprie intelligatur. iuxta gloss. per illum text. in l. ij. ff. de offic. proconsu. et lega. Et si responsio Abba. defenditur. Et vlterius etiam tali ratione comprobari potest: nam regula ibi ponitur in d. c. ij. quod scriptura authentica, in qua inscripti sunt testes qui decesserunt, non probat, nisi in duobus casibus, quando est publicum instrumentum, vel habet authenticum sigillum. Regula ergo, que ponitur ibi, de priuata scriptura intelligitur, que cum testium adminiculo authentica redditur: vt per gl. et docto. ibi: et in tali scriptura subscriptio testium requiritur. l. scripturas. C. qui potiores. Ergo necessarium est fateri quod inscriptio capiatur ibi pro subscriptione, que in tali scriptura exigitur. Et dum postea excipitur scriptura, que sigillum habet authenticum, consonat quod essent ibi testes subscripti: vt secundum regulam exceptio intelligatur. l. fina. §. cui dulcia. ff. de vino triti. oleoque lega. not. in rub. de regu. iur. in sexto. Si quispiam tamen opinionem Anton. de Butr. et Car. et Imo. tenere velit, hac ratione comprobari et suaderi potest: quia si precise subscriptio testium requireretur, parum, aut nihil authoritas sigilli operaretur: quia etiam absque sigillo scriptura priuata cum subscriptione testium faceret fidem. dicto capi. ij. de fide instrumen. Ad hoc ergo vt per authenticum sigillum scripture, aliquid plus fidei tribuatur, dicendum videtur quod vbi in priuata scriptura subscriptio testium necessaria est, si in tali scriptura apponatur authenticum sigillum, inscriptio sola testium sufficiat. Comprobatur hoc: quia in publico instrumento sufficiat testes inscribere: vt no. in c. j. infra de fide instrument. ergo idem, vbi sigillum authenticum reperitur: quia ista parificantur. d. c. ij. de fide instrumen. cum simil. Non obstat ratio, que supra in contrarium alleg. per Joann. Andr. et Abba. hic, quod esset suspicio fraudis, cum inscriptio de facili fieri possit: quia responderi potest, quod ista subscriptio ex testium inscriptorum attestationibus poterit purgari. Et si testes inscripti mortui sunt, tamē creditur propter authoritatem sigilli. d. c. ij. Nam in publico instrumento illa ratio Joann. Andr. non attenditur, cum ibi sola inscriptio sufficiat. Ergo idem dicendum est in scriptura habente authenticum sigillum, que in hoc instrumento publico equiparatur. d. c. ij. et in dic. c. inter dilectos. cum simil. Et ita ex supra dictis etiam ad disputationē huius secundi dubij via aperitur. Uenio nunc ad tertium dubium propositum supra in quo breuiter Abb. concludit quod
9 † litere cum authentico sigillo, et subscriptione testium, generaliter in quibuscunque negotijs probent: quia instrumento publico equiparantur. d. c. ij. de fide instrumen. facit text. in capit. cum a nobis. in ver. nec scriptum. infra de testib. Sed Aretin. hic contrarium tenet, et concludit quod tales litere duntaxat faciunt fidem in pertinentibus ad officium sigillantis, et authoritas sigilli ad vsum, ad quem fuit designatum sigillum, restringitur: vt est textus in cap. significauit. de appellatio. et alia iura quedam inducit, de quibus inferius dicam. Non obstat text. in d. c. ij. quia loquitur in sigillo authentico: sed quādo adhibetur sigillum ad vsum non deputatū, tunc non videtur sigillum authenticum, vt patet in d. c. significauit. Ad c. cum a nobis. ex supra dictis responsio colligitur. Et ista dicta Areti. contra Abbat. sequuntur alij posteriores scribentes hic. Mihi tamen satisfacit opinio Abb. in terminis, in quibus ipse loquitur, videlicet quando vltra sigillum authenticum etiam subscriptio testium concurrit. Rationes, et iura, que Aret. inducit, bene procederent in sigillo solo authētico absque testibus, prout loquitur text. in d. c. significauit. sed quando etiam adsunt testes, qui se subscripserunt, probatio generaliter in omnibus haberi videtur, vt latius infra dicam. His studio inuestigande veritatis sic discussis, colligendo dicta doct. que veriora etiam existimo, firmabo tres cōclusiones, in quibus totam materiam comple-
10 ctar: et quid tenendum sit, liquido apparebit. † Prima conclusio sit, quod literis cum authentico sigillo sigillatis credatur, absque adminiculo testium, in pertinentibus ad officium sigillantis, Inno. in c. j. in fi. infra de fide instrum. quem Abbas hic refert in vij. opin. et idem Joann. Andr. in tit. de instrum. edi. §. nunc dicendum restat. ver. secundum supplemētum, vbi expresse inquit credi talibus literis, etiā sine testibus dummodo fiat scriptura de eo, quod spectat ad officium sigillantis. Et Bald. hoc idem tradit in rub. C. de fide instrumen. ver. secundum supplementum. Ad hoc est decisio Rote, que incip. item fuit dubitatum. Illam Abb. hic refert, et secundum ordinem nouissimū prima reperitur in eod. titu. de probation. in nouis. vbi deciditur quod literis episcopi suo sigillo sigillatis, sine notarij, et testium subscriptione, credatur in his, que ad suum spectant officium: puta super resignatione facta ex causa permutationis, de qua ibi agebatur. Et idem habetur in vij. deci. inci. non creditur. eod. tit. in antiq. Et idem in simi. traditur in vij. decis. incipien. vtrum credatur. in titul. de officio delega. in antiquis. vbi creditur executori scribenti cum sigillo quod aliquis certum beneficium acceptauit. Et ad istam conclusionem consonant plura iura, que in materia allegantur. xviij. dist. j. c. si episcopus. lxxv. dist. in c. non debet. in c. cum inter. supra de elect. et hic, in c. j. supra de treu. et pace. cum simi. supra alle. hinc est quod creditur literis cum sigillo, in quibus iurisdictio demādatur. Arcbi. et Dom. in c. si a subdelegato. in princip. de offic. delega. in vj. Innoc. in c. quoniam contra. infra eo. Card. in clemen. j. in princip. de proc. Et secundum istam conclusionem saluatur et procedit opin. eorum, quos supra retulimus, qui absolute dixerunt, credi literis ordinarij cum authentico sigillo, vt tenet

Ugo & Hostiens. hic, Bald. in l. si procuratorem. versicu. iij. queritur. in fi. ff. de procurat. Et hoc etiam habet locum in delegatis iudicibus, vt per Abbat. hic, imo etiam videtur habere locum in arbitris: quia eadem ratio est in pertinentibus ad eorum officium. Non obstat text. l. ne in arbitris. C. de arbitr. per quem Abbas & doct. contrarium dicunt: quia loquitur in verbo, arbitri, & in his, que viua voce deponit, non in scriptura, prout in casu isto agitur. Predicta conclusio primo fallit in iudicialibus, in quibus indistincte non creditur iudici in preiudicium alterius. cap. quoniam contra. j. eo. vbi videbimus glo. hic. & Rotam in loco s. allega. vbi inquit, non credi literis episcopi, quando procedit vt iudex. Et hoc videtur procedere in his, que non pendent ab arbitrio iudicis: secus in his, que iure officij pro arbitrio eius, iudex disponere potest. Ita not. Bal. dicit in l. si qua per calumniam. vers. querit hic Gul. C. de episc. & cler. Secundo fallit, quando contra iudicem scribentem esset presumptio fraudis: quia tunc non creditur. Exemplum est secundum decisionem dominorum de Rota allegatam supra, que est prima eod. titul. in nouis. in ordinario iudice, qui scribit contra apostolicum impetrantem: & dicit se primum contulisse beneficium, quam Papa, vel executor eius: quia sibi non creditur, propter fraudis suspicionem: vt latius hic dom. Abbas refert & idem habet in x. decis. incip. item voluerunt. eod. ti. in nouis. Facit tex. in c. j. s. de procurat. vbi maior cautela, & solennitas adhibetur in probatione, propter fraudis suspicionem.

11 † Secunda conclusio est, quod literis cum sigillo authentico non creditur absque testibus, in his, que aliena sunt ab officio sigillantis. Joan. Andre. post Nico. de Matarellis, quem refert in titul. de instrum. edit. in §. nunc dicendum restat vers. supra allega. & idem Bald. concludit in d. rubri. C. de fide instr. in d. ver. secundum supplemētum. vbi ex hoc notabiliter infert quod si priores Perusij sigillant scripturam, in qua contractus alicuius priuati continetur, talis scriptura non probaret contractum. Authoritas enim sigilli restringitur ad causam, & officium, ad quod sigillum deputatum fuit. cap. significauit. infra de appellat. quem ad hoc Bald. in princip. hic adducit: & idem dicit Aretin. hic, per text. in dicto cap. significauit. Et in simili allegat. quod not. Barto. in l. fina. C. ad Maced. & in l. iij. §. & ex hoc edicto. ff. nau. caup. stab. vbi inquit quod si velit statutum, filiumfamilias non obligari ex contractu, nisi sit mercator: statutum intelligitur, dummodo cōtrahat in causam mer-

o cantie o. Inducit etiam tex. in l. si quis ex argentarijs. § ratione. ff. de eden. Sic etiam dicimus quod si ex forma statuti libris mercatorū debeat fides adhiberi, hoc intelligitur in pertinentibus ad mercantiam: non autem in alijs, que non respiciunt causam mercantie. Ita Roma. in consil. ccv. in puncto proposito. & in consilio precedenti. cciiij. pro discutiēda. & idem Roma. in l. admonendi. ff. de iureiuran. Areti. idem tradit in consilio xxxiij. consultatio premissa per illud dictum Jo. Andr. in d. §. nunc dicendum restat. Sic etiam in nuncio dicitur, quod sibi duntaxat credatur in spectātibus ad officium eius: vt concludit Joann. Andr. in titul. de citatione. §. j. in princip. quem refert, & sequitur Abb. in c. cum parati. de appellatio. Et ideo in proposito, quatenus iura volunt quod sigillo, & literis officialis credatur, hoc intelligitur quando officium eius exequitur, vt supra dictum est in precedenti conclusione: secus in negotijs alienis ab officio suo, per predicta. Et secundū istam conclusionem verificatur, & procedit opin. eorum, quos retulimus supra, qui tenēt quod litere cum sigillo non probēt absque

12 testibus. † Predicta conclusio limitatur primo, nisi consuetudo esset in contrarium: quia tunc indistincte prestaretur fides literis, secundum quod consuetudo disponit. Ita Joan. And. post Nico. de Mata. quem ibi refert in titu. de instrum. edit. §. nunc dicendum restat, ver. secundum supplementum. in fi. Idē Inno. in d. c. j. de fid. instru. Cal. & doc. hic, arg. c. cum dilectus. infra de fide instrum. Bal. in d. rub. C. de fid. instrum. ver. septimum supplementum. vbi loquitur de ista consuetudine circa sigillum, & dicit quod propter consuetudinem in quolibet foro adhibetur fides. Et hoc idem Domi. tradit post Joan. And. in c. seculares. versic. quero, pone de foro compet. in vj. Et talis consuetudo etiam operatur vt soli sigillo credatur absque scriptura. Ita Domi. in c. quanuis. de procurato. in vj. vbi inquit quod Senis veniūt homines castrorum, & ostendunt sigillum communitatis eorum: nam propter consuetudinem creditur

13 eis quod procuratores sint. † Secundo limitatur non procedere in leuibus, in quibus indistincte creditur secum Baldum & omnes hic. Innoc. in d. c. j. de fide instrument. quem Ab. in vij. opp. refert, expresse dicit, quod in leuibus etiam creditur extra officium, per ea, que habentur in capi. j. s. de cler. pereg. & idem Cyn. & Bald. in l. pacta nouissima. C. de pactis. Abb. in ca. cum in ecclesia. supra de maioritate & obedientia. Facit text. in l. diuus. §. cum autem. vbi Bartol. ff. de offic. presid. & quod no. Bartol. in authenti. nisi breuiores. in fine, C. de sentent. ex breuic. recitand. vbi dixit quod in his leuioribus creditur verbo simplici iudicis: & in his, que sunt modici preiudicij, semiplena probatio sufficit. Bartolus in l. j. C. quorum bono. & in l. ij. §. fin. C. vbi

14 in rem actio. cum simılib. † Tertio fallit quo ad semiplenam probationē: quia generaliter ex talibus literis semiplena probatio habetur, secundum Innoc. in c. in presentia. de renun. vbi Cardi. & Imo. sequuntur: & idem Abb. in d. c. cum in ecclesijs. de maior. & obedien. Ex quo infertur quod vbi semiplene probationes sufficerent, tales litere plenam facerent fidem: puta

15 in antiquis, vel in probatione finium. † Quarto fallit in scriptura principis, cui creditur: quia cum possit in causa propria iudicare, etiam fides scripture sue prestatur: vt Baldus not. post Pe. concludit in l. exemplo. vers. queritur hic. C. de proba. De quo tamen dubitari potest ex eo, quod dicitur in c. cum dilectus. de fide instrumento. vbi instrumento priuato regis creditur propter consuetudinē: ergo absque consuetudine authoritas principis non sufficit. Nisi dicamus quod ille text. loquatur in rege, qui superiorem recognoscit, in quo ratio Baldi cessat: quia in propria causa iudicare non potest. Vel aliter respōderi potest, per ea, que diximus circa illum tex. in c. j. s. eodem. Alie limitationes applicari possent, discurrendo materiā pro

16 bationum. sed gratia breuitatis vlterius non insisto. † Tertia, & vltima conclusio sit quod litere episcopi cum authentico sigillo signate cum testium subscriptione, plenam faciunt fidem in quibuscunque negotijs. Abbas hic in tertio requisito conclusionis sue: quia huiusmodi litere instrumento publico equiparantur, in cap. ij. de fide instrument. & licet Areti. & posteriores scribentes hic, contrarium dicant per rationes, quas supra in secunda conclusione retulimus, verior videtur opinio Abb. in terminis, in quibus ipse loquitur: scilicet quando vltra sigillum authenticum etiam testium subscriptio adhibetur, vt supra etiam dixi. Ad quod facit, quia etiam acta iudicij probari possunt cum talibus literis, que habent sigillum, & subscriptionem testium: vt Abbas hic in septimo requisito deducit, per text. in c. quoniam. in fine, infra eodem. Et ex his breuiter abso

17 luta sit prima materia huius decretal. ¶ † In glos. fina. circa materiam huius glos. precipua difficultas est, in qua laborant, doctor. hic. An constitutio procuratoris excommunicati ipso iure a principio nulla sit, ita quod non sit opus quod procurator excommunicatus repellatur exceptione. Innocen. hic sentit quod valeat mero iure. Sed contrarium communiter doctores tenent. Speculat. in titu. de procurat. in princ. Calderi. Joann. Andr. Anton. de Butr. & alij quos sequitur Abb. hic per istum textum, vbi est casus, secundum eum, dum ponderatur tempus assumptionis officij. Nam ex hoc datur intelligi quod ipso iure a principio mandatum fuit nullum: ideo talis procurator repellitur, dato quod absolutus reperiatur tempore, quo agere velit, vt Abbas hic deducit. Areti. primo arguit pro opinione Innocen. quod procurator excōmunicatus ipso iure non sit inhabilis. quia ille, qui procurator esse non potest, si tamen constituatur, agere poterit, nisi repellatur: vt no. Bartol. in l. filiumfamilias. §. veterani. in fi. ff. de procura. in l. Pomponius. §. rati. ff. eodem titu. in l. licet. C. de procurator. Secundo adducit glos. not. in l. exigendi. in ver. non iniuste. C. de procurato. vbi Bartol. qui voluit quod licet minor non habeat legitimam personam, tamen si procurator pro alio constituatur, cōstitutio valet, & iudicium procedit, nisi opponatur: ergo idem videtur dicendum in excommunicato. Ad tex. hic, vbi secundum Abb. videtur casus pro communi opinione Aret. conatur respōdere, & dicit quod tempus assumptionis officij non pōderatur propter tempus quod sequitur: quasi velit quod si illo tempore erat excōmunicatus, non admittatur nūc, licet absolutus sit, vt Abb. dicit: sed ponderatur, secundum eum, tempus assumptionis propter tempus precedens, quasi dicat, quod procurator excommunicatus tempore acceptationis officij non potest agere opposita exceptione, licet a principio tempore constitutionis non esset excommunicatus. Sed ista responsio, vt fatetur etiam ipse Aret. non valet: quia si hoc esset summus pontifex non magis ponderasset tempus assumptionis post constitutionem procuratoris, quam aliud tempus: cum omne tempus esset equale, & vniforme post cōstitutionem: quia quocunque tempore excommunicatio superueniret, excommunicatus ope exceptionis repellebatur, ex quo a principio valuit constitutio procuratoris, cum non esset tūc procurator excommunicatus. Et ideo, secundum Aretinum melior est intellectus Abb. quod hic ponderetur tempus assumptionis ad ostendendum: & quod licet postea absolutio sequatur, procurator ta

tor tamen agere non possit propter inhabilitatẽ precedentem:
& sic mero iure repellitur. Comprobatur hoc: quia si per viam
exceptionis hic procurator repelleretur, deberet ponderari tẽ-
pus, quo procurator ageret: & sic tẽpus, quo propter exceptio-
nem esset repellendus. vt in c. pia. de exceptio. in sexto. Cum er-
go tempus acceptationis ponderetur, necessario videtur di-
cendum quod istud factum sit ad ostendendum quod constitu
tio procuratoris fuerit nulla, & quod ipso iure procurator excõ
municatus repellatur, vt Abbas dicit. Et secundum Aretin.
hic, est hoc speciale in odium excommunicati, vt ipso iure non
admittatur. In aliis vero ille, qui prohibetur esse procurator,
admittatur ipso iure, & valet processus, qui cum illo agitatur,
nisi repellatur per viam exceptionis, vt in casibus in contra-
rium supra allegatis. Et ita transeunt omnes alij posteriores
hic. Mihi tamen placet opin. Innocen. scilicet quod dunta-
xat ope exceptionis procurator excommunicatus repellatur.
Et istam veriorem dicit esse Aretin. nisi obstaret text. hic, cui
visum fuit non bene posse responderi: sed ex his, que infra di-
cam, responsio clara apparebit. Primo igitur non consonat
quod speciale sit in odium excommunicati: quia istud odium
non attenditur in ipso excommunicato principali agente pro
se, cum tantum ope exceptionis repellatur. c. j. de except. in vj.
Nam magis odiosus reputatur excommunicatus, dum agit
proprio nomine: quia agitur de suo interesse, & de sua tantum
vtilitate tractatur: & tamen ipso iure non repellitur: ergo mi-
nus debet repelli, quando vti procurator agit: quia tractatur
potius de vtilitate, vel interesse constituentis, quam ipsius. Cõ
firmatur hoc: quia minor prohibitio videtur, quãdo quis agit
nomine alieno, quam si agat proprio nomine: argum. l. furti. §.
qui alieno. ff. de infa. Unde magis videtur prohibitus excom-
municatus esse in iudicio pro se, quam nomine alterius: & ta-
men nomine proprio excommunicatus, ipso iure non repelli-
tur, vt dictum est: ergo multo minus debet repelli, quãdo agit
vt procurator. Tertio hoc probatur ratione manifesta. Nam
remoto isto textu, cui respondebo inferius, excommunicatus
nullibi specialiter prohibetur esse procurator. Primo enim nõ
prohibetur ratione contractus: quia secundum opinionem cõ
munem excommunicatus contrahere non prohibetur: vt not.
in c. veritatis. supra de dolo, & contuma. Sed etiam non vide-
tur prohiberi ex eo quod officium procuratoris publicum sit,
saltem authoritate, vt Abb. hic dicit: quia non est verum, cum
omni respectu tale officium sit priuatum. Nam a priuato con-
ceditur tale officium, & a priuato exequitur. Et quod sit autho
ritate & vtilitate priuatum, tenet Bartol. in l. j. §. si plures. ff. de
exer. & ipse Abb. idem dicit in cap. prudentiam. in princ. in ver-
sicu. secundo membro principali. supra de officio & potestate iu
dicis delegati. Excommunicatus ergo tantum videtur prohi
beri esse procurator ad iudicia, ex regula generali: quia excom
municatus in iudicio stare non potest. capitulo, intelleximus.
supra de iudic. sed per talem regulam ope exceptionis dunta-
xat prohibetur. d. c. j. de exception. in sexto. ergo talis procura-
tor tantum ope exceptionis debet repelli. Et ita in his ratio-
nibus iustificatur opinio Innoc. quod procurator excommu-
nicatus ipso iure admittatur. Et certe si non fuisset textus hic,
Doctores tenuissent opinionem Innocen. vnde vis tota consi
stit in respondendo ad istũ text. In quo aduertendũ est: & dico
quod alius nouus intellectus accommodari potest, secũdum
quem de plano procedit, & ad propositam questionem nihil fa-
cit. nam in tex. isto ponderatur tempus assumptionis: quia il-
lo tempore apparuit illum fuisse excommunicatum per literas
ordinarij: postea dum vellet agere tanquam procurator, oppo
situm fuit quod esset excommunicatus, & quod nõ deberet ad-
mitti. Et deciditur quod ad probãdum excommunicationem
de precedẽti, sufficit probare quod esset excommunicatus tem
pore assumptionis: quia adhuc presumitur excommunicatus,
nisi de absolutione probetur. Et ita ponderatur tempus abso
lutionis respectu probationis excommunicationis: quia semel
excommunicatus semper excommunicatus presumitur, nisi
probetur absolutus, capit. sicut nobis. vbi Abbas in primo no
tabi. infra de sentent. excommunicatio. in c. proposuit. vbi glos.
& Abb. infra de cleric. excommunic. mini. Et ideo concludunt
domini de Rota eodem titu. in antiquis. in xj. decisione. incip.
not. glos. quod sufficit probare quem fuisse excommunicatum
ante electionem, licet non probetur precise de tempore electio
nis, quia presumitur, vt per Innocent. in d. c. proposuit. & Cyn.
in l. siue possidetis. C. eodem titul. Ergo ita hic sufficit proba-
re istum excommunicatum fuisse antequam compareat in iu-
dicio: & ad istum intellectum bene seruiunt verba text. dum di-
cit de literis ordinarij, quibus standum est, donec contrarium
probetur. Et sic videtur text. vt dixi, considerare probationem
excommunicationis. Suadetur etiam hoc ex natura tituli.
Hoc enim modo text. bene correspondent ad materiam tituli
de probationibus, iuxta l. Imperatores. ff. de in diem addi. Et
secundum intellectum Abbas nihil faceret ad titulum. Et cõ-
tra intellectum Abb. etiam facit: quia attẽta ratione eius, tex.
se retulisset ad tempus constitutionis, ita quod a principio nul
la fuisset constitutio procuratoris excommunicati: & tunc ra-
tio Abba. bene procederet. Sed in textu ponderatur tempus
acceptationis: quo casu, dato quod illo tempore esset excom-
municatus; non tamen potuisset repelli, nisi ope exceptionis,
ex quo a principio nõ erat excommunicatus: & si tempore exer-
citij absolutus esset, non repelleretur. Et sic intentio Abbat.
ibi nullo modo probatur, Et contra Abb. vrgent rationes, vt
supra induxi. Ad tex. hic plana responsio colligitur, vt dictum
fuit. Et ex omnibus supra dictis infertur quod procurator ex-
communicatus ad instar principalis excommunicati, ope exce
ptionis tantum repellatur. Et ex ista conclusione plura infe-
runtur contra ea, que Abbas & Doctores communiter dicunt,
Successiue circa istam glo. Ab. considerat quatuor casus. In-
stabo in duabus cõclusionibus, que ex dictis eius precipue col-
liguntur. Prima conclusio est, quod si procurator excommu-
nicatus sit a principio tempore constitutionis, licet postea ab-
solutus sit, non tamen habilitatur vt agere possit: quia attendi
tur inhabilitas, que a principio reperitur: vt per glos. hic. Ad
idem bene facit quod voluit glos. not. in c. dilectus. el ij. de preb.
dicens quod non valet impetratio facta de iudice excommuni
cato, quãuis tempore receptionis literarum absolutus sit. Et
sequitur Spec. de iudice delega. §. j. in princip. & in simili glos.
not. in c. statutum. in verbo, canonicis. de rescr. in vj. dicit quod
qualitas canonicatus, vel dignitatis, que in delegato summi
pontificis per illum text. requiritur, debet esse a principio tem
pore commissionis: & non sufficit quod adsit tempore presen-
tationis literarum. Et idem Baldus tradit in l. precipimus.
§. fin. C. de appell. Card. & Imo. in clem. fina. de rescrip. & in no.
quest. tradit Paulus de Castro in consil. cccxxv. ad primum.
Cum enim a principio procurator reperiatur excommunica-
tus, prohibetur mandatum suscipere. Unde pariter dominus
ex quadam correlatione illum constituere prohibetur: vt in no
tabili questione concludit Joannes Andre. in addit. ad Spe-
culat. in titul. de accusatio. in iij. parte. in §. sequitur. in magna
additione. in ver. bona. Et partim simile est, quod refert Aret.
hic, & in c. omnipotens. infra de accusation. & in l. existimo. ff. de
verborum obligation. Nam secundum eum, si bannitus prohi
betur acceptare officium, videtur etiã prohibitus ne eligatur.
per textum in c. cum in cunctis. §. inferiora. iuncto §. fina. de ele
ction. Et ideo si tempore, quo imbursatur, vel eligitur, banni-
tus sit, non valet electio, licet postea tempore acceptationis of-
ficij liberatus sit. Quod etiam tenet Baldus in rubr. C. de con
di. ob turpem cau. vt dictum fuit in notabilibus. Et sic in pro-
posita questione ista cõclusio bene procedit, quod ex quo a prin
cipio constitutio procuratoris excommunicati fuit nulla, non
tamen agere potest, si postmodum absoluatur: cum a principio
actus fuerit nullus propter prohibitionem statuti, que respicit
principium. Sed quando a principio actus non annullatur,
habent locum quedam, que in contrarium adduci possunt, de
quibus dictum fuit in notabilibus. Et predicta conclusio pro
cedit secundum opin. communem, que habet quod constitutio
procuratoris excommunicati sit ipso iure nulla. Sed tenendo
opinionem Innocen. quod valeat, quod verius est, per supra
dicta, cessaret fundamentum conclusionis: quia actus a princi
pio non esset nullus: & esset dicendum, quod si procurator abso
lutionem consequatur, debeat admitti, ex quo actus valuit a
19 principio, per ea, que infra dicam. † Secunda conclusio est, ꝙ
non sufficit tempore constitutionis procuratorem non esse ex-
communicatum, sed hec etiam habilitas requiritur tempore
acceptationis officij. Unde procurator, qui fuit excommuni-
catus tempore, quo officium suscepit, non admittitur ad agen
dum, quãuis absolutus sit tempore exercitij, dato quod a prin-
cipio tempore constitutionis non esset excommunicatus. Pro
ista conclusione facit text. hic, secundum communem intelle-
ctum, prout Abbas illum inducit, põderando tempus assum-
ptionis. Secundo facit text. in §. in extraneis. institu. de here.
qualit. & differen. vbi consideratur habilitas tempore accepta-
tionis: & sic vtroque tempore. Tertio, quia validitas constitu
tionis causatur ex consensu vtriusque, constituentis, scilicet, &
acceptantis: & ideo requiritur cõcursus voluntatis vtriusque,
vt Ab. dicit, & sequuntur posteriores hic. Sed tamen rationes
iste euitari possunt. Primo enim text. hic nihil facit secundum
intellectum quem supra dixi. Non obstat tex. in §. in extraneis.
quia loquit respectu acquisitionis, que debet fieri heredi. Sed

in casu isto consideratur constitutio procurationis, vt in se valeat a principio. Et quo ad hoc satis est, quod nō sit excommunicatus a principio: nec aliter consideratur voluntas procuratoris acceptantis: vt probatur in c. licet. de proc. in vj. Et Doc. hoc volunt hic, dum respondent ad illum textum, quod ibi valuit actus a principio: & tamen procurator ibi recusauit suscipere mandatum. Et per hoc etiam respondetur ad rationem, que vltimo allegatur, quod debet esse concursus voluntatis vtriusque. Nam hoc verum est quo ad hoc, vt mādatum habeat effectum, vt procurator agere possit: sed non requiritur hoc, vt actus constitutionis valeat. Preterea etiam voluntas vtriusque concurrit: nam voluntas constituentis habetur a principio, dum procuratorem constituit: & in tali voluntate durare presumitur. c. maiores. de baptismo. & postea tempore exercitij, si procurator absolutus agit, videtur in consequentiam acceptare: argu. l. ij. ff. de iurisd. om. iudi. & virtute huius tacite acceptationis ex vtraque parte voluntas concurrit, quamuis acceptatio facta expresse prius non valuerit. In alijs Abbas bene

20 dicit. † An autem gesta per procuratorem excommunicatum a principio tempore cōstitutionis valeant, Doctores communiter tenent hic, quod non. Ita Anton. de Butr. hic, & Ab. cōcludunt post antiquos. Et conclusio ista de plano procedit tenendo communem opi. quod ipso iure non valeat constitutio procuratoris excommunicati. Sed secundum aliam opi. Inn. quam supra tenui, ista conclusio non haberet locū: quia omnia acta valerent ante, quam procurator repelleretur. Et ex his, que Cal. Anto. de Butri. & Abbas hic dicunt, due colliguntur

a limitationes ad illud, quod dicitur in l. Barbarius [a], ff. de offic. preto. & in c. ad probandum. infra de re iudicata. vbi agitata per iudicem occulte excommunicatum, vel alias inhabilē, valent, quādo communi opinione habilis reputabatur. Nam

e primo hoc procedit in gestis ratione publici [e] officij, prout infra predicta loquuntur. Secus est in his, que agūtur ratione

f priuati officij: quia indistincte illa [f] non valent, propter inhabilitatem, etiam occultam, que postmodum probatur. per Innocent. in c. cum dilectus. supra de consuet. Domi. post Joan. And. in c. j. de rescript. in vj. sequitur Ange. in d. l. Barbarius. de officio pretor. Abbas hic, & in c. si vere. in fi. de sentent. excommun. in c. consulti. de procur. in c. veritatis. in fi. de dolo, & contuma. in c. intelleximus. de iudi. in c. consultationibus. de iure patronat. & ideo bene dicit Ant. de But. hic, quod in procuratore excommunicato, quia priuatum est officium eius, non distinguitur an manifestus, vel occultus sit excōmunicatus: sed indistincte sunt nulla, que per eum aguntur. Et idem in procuratore, tutore, & similibus. vt dicit Bal. in l. non omnis. §. si pupillus. ff. si certum peta. quia ista sunt priuata officia, in quibus nō habet locum quod dicitur in d. l. Barbarius. Secundo limitatur secundum Cal. hic, non habere locum in fauorem eius, qui

g scit iudicem [g] esse excōmunicatū, vel alias inhabilem, quia cō-

h munis error illi scienti non prodest [h]. Et idem Calderi. in d. c. ad probandum. quem omnes ibi sequuntur: & late Calderi. in disput. incipien. excommunicatus. sequitur Abb. post Anton. de Butr. in c. sciscitatus. de rescrip. & idem Abb. in c. si duobus. de appel. in c. dilectus. el ij. de prebend. & Roma. in singula. suo decla. incipien. lex, Barbarius. Ultimo queritur, an procurator excommunicatus cum potestate substituendi substituere possit, & ita substitutio per eum facta valeat. In quo communis conclusio est, quod eo casu, quo ipso iure valeat constitutio procuratoris, ab eo substitutio poterit fieri. Si vero ipso iure inhabilis sit, substitutio non valet, secundum gl. in clemen. si religio. sus. de procura. & Joannes Andr. & alios hic. Barto. in l. j. §. item acquirimus. in fine, ff. de acquir. possess. cum concord. vt Alegand. ibi tradit. Anto. de Butr. hic indistincte tenet quod procurator excommunicatus substituere possit: quia hoc per viam contractus expeditur: & in contractibus excommunicatus inhabilis non reputatur: vt not. in c. veritatis. de dolo, & cōtumacia. Dominus Abb. conatur respondere, & dicit quod in iudicio quasi contrahitur. l. iij. §. item scribit. ff. de pecu. & tamē non valet iudicium cum procuratore excommunicato. Quasi Ab. velit quod si esset habilis in contractu, prout Ant. de Bu. dicit, pariter, & in quasi cōtractu esset idoneus: & sic etiam in iudicio, quod falsum est, ergo ratio non videtur bona. Propterea attenta ratione Bu. excommunicatus posset procurator ad negotia constitui, quod falsum videtur, secundum Abba. quia cum tale officium saltem authoritate publicum sit, ad illud excommunicatus incapax videtur. Iste rationes Abb. fragiles videntur, & ex his non eneruatur quod Anton. de But. dicit. Nam quod Abb. inquit de quasi contractu, qui in iudicio interuenit, procederet, si in illo contractu, ad quem Abb. arguit, esset iudicium, prout est in quasi contractu: quia in iudicialibus maior est prohibitio. in c. solet. de sentent. excommu. in vj. Et ideo equiparatio, quam Abb. facit, non videtur procedere secundum Aretin. hic. Sed aliter, & formalius respondetur, & dico quod licet in iudicio aliquo respectu sit quasi contractus, non tamen de iudicio iudicatur simpliciter vt de quasi contractu, vt dixi supra in gl. j. tollendo aliam rationem similem, quā Abb. facit. Nec obstat quod excommunicatus prohibetur esse procurator: quia officium authoritate publicum est. Et ratio ista militat tam in cōtractibus, quam in iudicio: quia hoc non est verum, cum tale officium priuatum sit, vt supra dictum fuit, & ideo in cōtractibus excommunicatus potest esse procurator. Et ita ratio Anto. de Bu. stare videtur in ista questione cōtra communem opinionē, dum arguit procuratorem omnino inhabilem ad iudicia posse aliū substituere: quia substitutio per viam contractus expeditur: & in contractibus habilis iudicatur. Et ideo saluando communem opinionem, predicte rationi aliter respondetur. Et dico quod attenta hac ratione esset dicendum quod semper ipso iure valeret constitutio procuratoris excommunicati: quia illa constitutio expeditur per viam contractus: & tamen Ant. de Bu. & alij cōmuniter volunt quod non valeat, licet aliter dixerim supra. Ad rationem respondetur formaliter quod talis substitutio licet expediatur per viā contractus, tamen iste contractus ordinatur ad iudicia. Unde sicut excommunicatus ipso iure non potest esse procurator ad iudicia, per istum text. secundum communem intellectum, ita non potest substitutionem facere, per quam ad iudicia deuenitur: quia prohibito fine, omnia media ad finem prohiberi videntur. l. oratio. de sponsa. & dixi in notabilibus. Et ita saluatur communis. Secundo, quod dictum est, procuratorem ipso iure inhabilem, non posse substituere, verum est secūdum Calbic, quando generaliter habuit potestatem substituendi: secus si fuit specialiter nominata persona, que debet substitui: quia talis nominatio indistincte poterit fieri, cum sit nudus minister. Et sequitur Bartol. in dicto §. item acquirimus. cum concord. Quasi secundum Abb. tali casu non sit constitutus a procuratore excommunicato, sed potius ab ipso principali domino. Facit text. in l. cum pater. §. hereditatem. ff. de lega. ij. Et ex ista ratione arguunt Aretin. & Moder. hic, quod etiam quando fuit generaliter tantum, data potestas substituendi, procurator tamen inhabilis substituere possit: quia etiam substitutus ab eo, qui habuit potestatem generaliter substituendi, dicitur ab ipso principali substitutus: vt est glo. in c. j. de procur. in vj. verbo, substituendi. Allegat bonum tex. in l. item eorum. §. si decuriones. ff. quod cuiusque vniuer. & probatur in d. c. j. de procurat. in vj. & tenet Bart. in l. j. circa medium. ff. de procurat. & videtur hoc probari in d. l. cum pater. §. hereditatem. vbi generaliter data erat potestas eligendi. Facit textus & quod ibi Bart. in l. vnum ex familia. §. si de Falcidia. ff. de legat. ij. ergo indistincte videtur ex ista ratione, quod procurator omnino inhabilis substituere possit: quia non ab eo, sed a principali videtur substitutus. Et ista ratione opinio Ant. de Butr. suaderi potest. Sed tamen aduertendum est, quia quamuis substitutus a procuratore inhabili indistincte dicat substitutus a principali, qui potestatem dedit substituendi: hoc videtur verum quantum ad iuris interpretationem. Sic etiam generaliter factum a procuratore, videt factum a domino: quia qui per aliū facit, per seipsum facere videtur. l. j. §. deiecisse. ff. de vi & vi arma. cum vulgaribus. Uere tamen factum fundatur in persona procuratoris: & cum reperiatur ipso iure inhabilis, actus substituendi in eo non videtur posse fundari: secus est, quando est

b nominata [b] persona, que debet substitui: quia videtur iam facta substitutio, & sola nominatio tunc fit a procuratore, qui tūc dicitur nudus minister, & nuncius, in cuius persona actus non fundatur. l. qui autem. §. fina. cum l. seq. ff. de constit. pec. & quod ibi Bart. & quod not. Bald. per illum text. in rub. C. de exercit. Alegand. in l. quod quis. C. de procur. Et hoc colligitur ex dictis Bart. in d. §. item acquirimus. Non obstat text. in d. l. cum pater. §. hereditatem. quia ibi a principio actus tenuit: secus in casu nostro, in quo, a principio procurator erat inhabilis ipso iure, vt in questione presupponitur. Pro opinio. tamen Anton. de Butr. alia via attentari potest: quia licet procurator sit inhabilis, vt ipse esse non possit, non tamen incapax videtur vt in alium tale officium transferre non possit. Probatur in simili. Ille, qui hereditatem capere non potest per se, potest tamen illam recipere vt alij restituat. l. cogi. §. hi, qui solidum. ff. ad Trebellia. & quod ibi Angel. Talis enim momentanea acquisitio non consideratur, argum. l. qui sic. ff. de solutio. Unde videmus quod licet fratres mendicantes sint incapaces bonorum immobilium, clem. exiui. de verb. signifi. capere tamen possunt vt vendant: vt per glo. in c. j. in ver. domum. de religio. do. in vj.

in vj.ꝛ tradit Bal.in l.cum questio.in fi.C.de legatis. cum simi. vt per Alexand.in l.apud Julianum.§.constat.ff.de leg.j.Sed pro responsione vide que Alex.scribit in d.§.hi,qui solidũ.Reliqua per doc.in d.§.item acquirimus.ꝛ per alios hic.

¶Additiones.

a ¶Barbarius. Adde Feli.in c.Rodulphus.in vers.ꝛ iuxta vnum.s.de rescrip.

b ¶Prodest. Adde quod contrarium tenuit Fel.in c.Rodulphus.de rescript.vbi voluit expresse quod etiam quo ad scientem gesta per occulte excommunicatum, valent: ꝛ eius opinio fundatur in quadam constitutione facta in concilio Basiliensi.in xx.sessione, cuius tenorem refert ibidem Felinus in versi. sed re vera. Hiero.Gig.

1 ¶Adhibenda.Vide Jo.Calde.hic,ꝛ Deci.in c.intelleximus. in prin.C.de indi.

2 ¶Reprobari.Vide Jo.Cald.hic.

3 ¶Probatio.Adde Dec.in c.ij.s.eo.tit.

4 ¶Lucro. Ex hoc infertur ad statutum nostrũ Florentinum de cessantibus, ibi:priuati omnibus ꝛ singulis officijs, vtrum intelligatur ab officio procuratoris, nam genitor meus li.viij. suorum consiliorum fo.cclxxiij.consuluit ꝙ non possit esse procurator:ꝛ adde Bald.in l.sed ꝛ milites.§.sed ꝛ ignominia.ff.de excusa.tutor.iuncto statuto predicto.in contrarium facit Bal. Ange.ꝛ Jmo.post Dyn.in l.si quis solidum.ff.de here.institu. quia cum ab officio procurationis lucrum perueniat nõ dicitur onerosum:ꝛ vide Fel.hic versi.in tex.ibi:officium procurationis.ꝛ ego alias dicebã sup illo statuto ꝙ excludebat ab officio aduocatiõis per do. Ant.de Butr. in c.ij.de postu.refert ꝛ sequitur Fran. Paui.in tract. de offic.ꝛ pote.ca.sede vacante. in ij.preludio.idẽ dicebam non posse esse legatũ aut oratorẽ per doctr.Alb.in iiij.parte sta.q.lxxxvi.ꝛ seq.Fran.de Paui.vbi s.

5 ¶Principio.Vide omnino eundẽ Deci.s.eo.

6 ¶Probetur.Et ideo inferebã alias in statuto nostro florentitino,de cessantibus.sub rub.iij. ibi per quatuor testes bone cõditiõis ꝛ fame,ꝙ debebãt de hac qualitate fieri articuli per dicta hic per Decium.ꝛ per Vero.in consil.lviij. Fran.vers.ꝛ per hoc ꝛ alia multa. Siluest.Aldob.

a ¶Testium.Jdem Felyn.hic glo.pragma.de subla.cle.literis. versi.quibuscunque.ꝛ ver.testes.Bal.l.pacta nouissima.in fine. C.de pac.Jas.repe.l.admonendi.de iureiuran. quod est verum quando ageretur de preiudicio alterius. Matth.Pacus,tra. de mandat.apost.in princ.vel quãdo prelatus est suspectus, [redacted]

b ¶Absque.Scilicet in his,que sunt leuis preiudicij,ꝛ cessante suspicione.Cardin.c.Albericus.de test.vide Bertachi.tracta. de episcop. parte.j.libr.iij.

c ¶Sola.Jn hanc inclinat Decius,ꝛ obseruatur.

d ¶Mercantie.Dixi.in consue.Parisi.§.cxiiij.Alexand.consi. ccviij.nume.11. libr.ij.consil.cxiij.lib.vij.

e ¶Publici. Ange.disput.duo inuicem.Steph.Aufr.in decisio.Tho.cxliij.

f ¶Jlla.Que tamẽ specialiter inueniuntur his prohiberi,ꝛ annullari.

g ¶Sciret iudicem. Jdem Anto. Corse.sing.ver.error cõmunis.Sed hoc hodie correctum est a tempore concilij Constantiensis,vbi statutum est,neminem teneri vitare excõmunicatũ nisi publice ꝛ nominatim denunciatũ.ꝛ notorium,vt habetur in prag.de excommu.nõ vitan.Unde male consuluit Stepha. Bertran.consi.lxxiiij.si dominus.lib.j.extendens ad vicarium episcopi,vel prelati cõferentẽ beneficiũ scienti collatorẽ esse excommunicatũ,ꝛ male:quia quãtumuis siue ordinarius,siue vicarius,siue vterque sit excõmunicatus,nõ vt supra publicatus valent collationes,ꝛ omnes actus etiam ad commodum scientium.Plus dico quicquid dicat Sum.Ange.ver.excõmunicatio.iij.§.ij.quod valent excõmunicationes, alias rite ꝛ iuste ab eisdem late,vt etiã tenent Panor.Fely.in d.c. ad probandum. quia hoc a potestate iurisdictionis vel ministerij pendet,quam habet is,qui preest,ꝛ toleratur.Henric.Bohic,Felyn.in c.si vero.de sententia excommunica.

h ¶Nominata.Jmo idem,quod valet,etiam si nõ sit nominata. [redacted]

1 ¶Molestari alium prohibitus,quid facere possit.
2 Consortes eiusdẽ litis possunt reum conuenire in eodẽ libello.
3 Libellus, peto omnia, que tibi obuenerunt de hereditate talis:valet.
4 Donare se ꝛ sua monasterio quis potest.6.
5 Et sic potest quis se priuare in vita potestate testandi.
7 Religiosi si aliquem inducunt circumueniendo eum,quod ingrediatur religionẽ bona ingressi debent restitui heredib9.8.9.
10 Actuum pluralitas non presumitur.
11 Actus quando habet debitam formam,persone habilitas presumitur.
12 Actor qui semel fundauit intentionem suã,debet obtinere,nisi intentio sua confundatur probationibus rei.
13 Exceptio rei debet concludenter probari.
14 Delictũ presumitur in his, que sunt de genere prohibitorum.
15 Delictum presumitur in dubio in foro conscientie.
16 Probatio non concludens non valet.17.vsque ad nu.25.quod limitatur vsque ad nu.33.
34 Probatio dubia licet non concludat,dicta tamen testium debent interpretari in mitiorem partem.
Et iudex debet admittere omnes probationes.
35 Minor xxv.annis potest ingredi monasterium:cuius bona acquiruntur monasterio,etiam sine curatore.
36 Donatio omnium bonorum facta a minore cum iuramento an valeat.
37 Substitutio an euanescat substituto decedente cum liberis naturalibus.38. quod sic.fall.39.40.41.42.
43 Statutum disponens quod naturales,ꝛ spurij succedant vt legitimi,an valeat.
44 Filiorum appellatione an veniant naturales.
45 Statutum in materia odiosa, seu penali non comprehendit naturales.
46 Emphyteusis si concedatur filijs,an veniant naturales.47.
48 Heredum appellatione quales heredes veniant.
49 Cõditio,si decesserit sine liberis, verificatur in nepote ex filia.
50 Probatio incumbit ei,qui se fundat in etate minori.
51 Priuilegiatus propter aliquam qualitatem non vtitur priuilegio contra similiter priuilegiatum.
52 Ecclesia instituta heres an possit detrahere Falcidiam de legato facto alteri ecclesie.
53 Fideicommissum non euanescit, quando restitutio debet fieri loco pio.
54 Institutio si sit facta sub conditione, quando intrabit monasterium:an talis conditio reijciatur.
55 Monachatus si non tenuit,an substitutio euanescat.
56 Heres, cui facta est substitutio, si ingrediatur monasterium in fraudem,vt substitutio euanescat, an fideicommissum expiret.
56 Statutum si disponat quod bona offendentis applicantur heredibus occisi,ꝛ professus in monasterio occisus sit,cum haberet filium in seculo,cui applicabuntur bona offendentis.
58 Substitutio si facta sit sub tali conditione, si heres institutus decesserit sine liberis veris,ꝛ naturalibus ab eo procreatis: an per ingressum monasterij excludatur substitutus.
59 Pater si legauit filie mille si nupserit,ꝛ solum ducenta si ingrediatur monasterium : quid iuris si ingrediatur monasterium.
60 Monasterium ingrediens an possit testari non seruata solennitate iuris communis.
61 Testamentum prius factum an reuocetur per ingressum religionis.
62 Filiusfamilias si ingrediatur monasterium, an bona eius aduentitia,in quibus pater habet vsumfructum,transeant in monasterium.
63 Quid in prodigo,ꝛ clerico.64.
65 Filiusfamil.si sit clericus,an pater habeat vsumfructum in bonis aduentitijs ipsius filij.66.
67 Testator si ingrediatur monasterium, an testamentũ eius debet statim exequi.
68 Testamentum prius factum an post ingressum religionis reuocari possit.
69 Fratres mendicantes,sicut predicatores, ꝛ alij,exceptis fratribus minoribus,an possint capere immobilia.
70 Reditus annui non possunt acquiri fratribus minoribus.
71 Monachus si constituatur prior reuocabilis ad nutum superioris,cuius erunt bona, que acquiruntur per talem priorem.
72 Hereditas si defertur fratri minori,qui tempore aditionis reperitur capax,cui acquiritur.
73 Monasterium ingressus si intra annum probationis moriatur,cuius erunt bona ipsius.
74 Bona feudalia ingredientis monasterium,ad quem pertinẽt.
75 Quid in feudo femine,vel franco.76.vel emphyteusi.77.
78 Bona ingredientis monasterium quo iure acquirantur monasterio.



In presentia. Summatur, ⁊ diuiditur, vt per Abb.
⁊ alios hic. ¶ In tex. ibi: deuolueretur. hoc est
1 verbum [1] commune, vt Bart. concludit in l. ij.
in fi. ff. de ali. ⁊ cib. lega. ⁊ in l. centurio. versi. se-
ptimo dubitatur. ff. de vulg. ⁊ pup. Idē Dom.
in c. si pater. in prin. in gl. in ver. filie. de testam. in vj. vbi allegat
text. in l. Lucius. ff. de vul. ⁊ pu. ⁊ ibi hoc dicunt Ang. ⁊ Imo. ⁊
sequitur Alex. cum alijs concordantibus. vt ibi per eum: ⁊ ge-
neraliter de similibus verbis Bal. tradit in l. fi. C. de sac. sanct.
eccles. Bart. in d. l. centurio. cum concord. vt per Alex. ibi, in fi.
1 ¶ † In tex. ibi: a sua molestatione, scilicet facti, non iuris, vt
Moder. hic dicunt ex eo quod no. Bald. in l. j. ver. sed pone. C.
de vsufruct. de vsufructuario, qui promisit non inferre mole-
stiam proprietario: nam potest tamen cautionem petere, que
de iure ab vsufructuario prestatur. Facit quod no. Bald. in l. j.
versi. item quero si testator. C. de his, que pe. nomi. ⁊ quod tradit
Imo. in l. pater familias testamento. ff. de hered. instit. Et hoc
in simili questione voluit Raph. Cuma. in consi. lj. incip. quod
Lippus Ambrosius. Ad quod bene facit glo. in c. pro illorum.
in ver. contradictores. infra de preb. ⁊ tex. in c. audita. vbi Abb.
in pen. not. de restit. spol. vbi si omnia in irritum reuocari de-
bent ex mandato superioris, de recte gestis nō intelligitur. Et
hoc satis potest procedere hic in iudice, coram quo petitur, qui
secundum iura habet procedere, ⁊ decidere: alias vero si quis
alium sub pena molestare prohibetur, intelligitur non solum
a de facto, sed etiam de iure: vt late Alex. consuluit cons. lij [a]. vi-
so testamento. libr. ij. vbi reprobat Paul. de Cast. qui videtur
aliter voluisse in consi. cxcj. antequam veniam. idem Alexand.
consi. xi. circa princi. lib. j. de quo late Mod. in c. causam, que. de
2 rescript. ¶ † Primo nota, quod consortes litis in eodem li-
bello reum possunt conuenire. Ita Ab. hic. Et intantum hoc
procedit, quod etiam compelli possunt simul agere, ne pro ea-
dem re in diuersis instantijs reus fatigetur: vt not. Imo. dicit
in c. cum M. supra de constit. Et idem si non sunt cōsortes, ta-
men plures creditores agere simul contra vnū debitorem pos-
sunt in eodem libello, quando actiones differunt numero, ⁊ nō
specie, vt Rom. disputat pro nona questione: ⁊ ita tenet in con
3 sil. ccxl. incip. viso themate. ¶ † Secundo nota quod procedit
iste libellus. Peto omnia, que tibi obuenerunt de hereditate
talis. Et hoc de plano procedit, intelligēdo quod ageretur pe
titione hereditatis: quia in tali actione vniuersali nō est opus
aliquid exprimere, nec a principio, nec in progressu iudicij, sed
tantum tempore executionis. l. iiij. ff. de pet. hered. vt no. in c. ij,
supra de libel. obla. Et istum intellectum ponit Innoc. hic, ⁊ se
quuntur Imo. ⁊ Aret. Nec obstat quod istis fideicommissarijs
agentibus non esset facta restitutio: quia ex quo grauatus pē-
dente lite alienauit, censetur ipso iure facta restitutio. l. fi. §. fin-
autem. vbi glo. ⁊ doc. C. communia deleg. Ita dicit Are. hic, vel
secundum Bal. hic, de equitate canonica agi potest non facta
restitutione, vt circuitus euitetur, per istum text. sicut ⁊ quan-
doque de iure ciuili permittitur. l. penult. C. ad Trebellia. Vel
tertio responderi potest quod isti veniebant ab intestato, cum
essent proximiores: vnde in eis alia restitutio non videtur ne-
cessaria, vt concludit Pet. de Anchar. hic. Si vero textus in-
telligatur quod rei vendicatione agatur, ⁊ ratione dominij il-
la bona peterent restitui, esset text. notabilis secundū Ab. pro
dicto Innoc. in c. certificari. de sepul. Sed illud dictum nō vi-
2 detur communiter approbari [2]: quia bona debent specificari:
vt not. Barto. in l. Titia. la j. §. Lucius. in fi. de lega. ij. vbi alle-
gat Innocen. qui hoc idem voluit in c. cum ad sedem. de restit.
spoliat. ⁊ hoc Abb. sequitur in dicto c. ij. de libell. oblat. ⁊ notat
Bartolus ⁊ Angel. per illum textum in l. Marcellus. §. armē
ta. ff. de rei vendicatio. ¶ Tertio nota ibi: a sua molestatione,
quod non solum in actione personali debitor, qui timet mole-
stari, potest petere vt creditori perpetuum silentium impona-
3 tur [3], vt not. in l. si finita. §. eleganter. ff. de dam. infec. ⁊ in l. Au-
relius. §. in centum. ff. de libe. lega. sed etiam in actione reali, vt
hic, Et formam libelli ponit Bal. in l. ij. per illum tex. in fi. C. ne
filius pro pa. vbi inquit libellum procedere, si negatiue forme-
tur hoc modo: Peto me non inquietari. quod, secundū eum,
Canoniste vocant silentium imponi: ⁊ ideo qui timet molesta-
ri in sua possessione, officium iudicis implorare potest, ne sibi
molestia inferatur, secundum Imo. post Inno. hic. Et hoc idē
de possessione not. Bald. in l. si super possessione. C. de transact.
Et hoc procedit, quando ipse possessor ius habere pretendit in
re, quam possidet: secus vero vbi ius nullum haberet: quia tūc
non posset agere: vt not. voluit Innocen. in c. Abbate sane. de
verb. signific. refert, ⁊ sequitur Pau. de Cast. in l. si contendat.
ff. de fideius. Alexan. in dicto §. eleganter. vbi late de predictis.

⁊ Roma. in consilio ccccxij. pro habenda substantia veritatis.
cum sim. in quibus non insisto, quia hic non est locus. ¶ Quar
to nota singulariter secundum Aretinum hic probari, quod si
ille, cui petitur silentium imponi, comparet, ⁊ per viam recon
uentionis principaliter petit illud, super quo petebatur silen-
tium imponi, prima petitio in vim simplicis exceptionis resol
uitur, ⁊ tantum super secunda proceditur. Hoc patet hic, in
principio, iuncto fine, vbi iudex solum fratres testatoris con-
demnauit ad restituendum res monasterio secūdum formam
secunde petitionis: ergo videtur quod prima petitio extincta
fuerit. Nam si durasset, vtique super illa pronunciatum fuisset.
l. de qua re. ff. de iud. Et hoc pro re noua, ⁊ singulari Aret. tra-
dit. Moderni dicunt quod etiam videtur hic pronunciatum
super prima petitione in consequentiam: quia si dicitur hoc
tuum esse: ergo sequitur quod non est meum: vt notat in l. nam
⁊ postea. §. finali, cum l. sequenti, ff. de iureiurando. Et ita non
videtur probari dictum Aretini hic. Sed dicas, quamuis hoc
verum sit, tamen negari non potest quin forma sententie ad se
cundam petitionem referatur, non ad primam. Et dum dici-
tur, si pronunciatur tuum esse, ergo non est meum: verum est, ⁊
hoc sequitur, etiam absque petitione prima. Unde per hoc
non infertur quod super prima pronunciatum fuerit. Et ita be
ne procedit quod Aretinus dicit. Et ratio videtur: quia iste,
cui petebatur silentium imponi, erat creditor, ⁊ sic erat actor
naturalis, ⁊ originarius: ideo virtus prime petitionis eua-
nescit, ⁊ ad viam defensionis reducitur, vt ipse Aretinus de-
clarat in sexto notabili. Sed tamen ratio ista in terminis hu-
ius decretalis non videtur procedere: quia hic vtraque pars
possidebat partem bonorum defuncti, vt in principio hic col-
ligitur: ⁊ ideo de vtraque pars fungebatur vice rei, quatenus
possidebat, ⁊ vice actoris pro rebus, quas non possidebat.
Unde hic libellus datus pro parte monasterij nō videtur ma-
gis ordinarius, nec magis naturalis, quam primus. Dictum
ergo Aretini secundum rationem eius non probatur hic, in se
tamen potest esse verum, ⁊ secundum rationem eius restringi-
tur, quando a debitore petitur silentium imponi illi, qui credi
tor simpliciter dicebatur: nam tunc petitio resoluitur in vim
exceptionis. Ex quo colligitur notabilis cautela ad illud, ꝙ
eleganter tradit Paulus de Castro in authentica, que suppli
catio. C. de precibus Imperato. offerend, dum differentiam fa-
cit quod si de nullitate sententie agatur per viam principalis
petitionis, interim executio semper impeditur: sed quando
per viam exceptionis agitur de nullitate sententie, distingui-
tur, vt notatur in lege tertia, §. condemnatum. ff. de re iudica-
ta. Et ideo dicit quod Florentie practicatur quod ante, quam
executio petatur, festinanter datur libellus nullitatis, ⁊ peti-
tur sententia nulla declarari. Nam hoc videtur euitari posse,
attento dicto Aretini hic: quia si ille, contra quem petitur sen
tentia nulla declarari, comparcat, ⁊ principaliter petat execu-
tionem sententie, prima petitio nullitatis in vim exceptionis
simplicis reducitur: ⁊ sic per viam exceptionis de nullitate tra
ctabitur, secundum dictum Aretini: quod ita ad practicā ac-
commodari vtiliter potest. Et ex eo etiam inferri potest quod
instantia iudicij ab illa secunda petitione naturali incohoetur,
ex quo prima petitio euanescit. quod nota. ¶ Quinto nota
hic text. in quo reus admittitur, dando libellum directe con-
trarium libello actoris. quod videtur contra Innocentium
in capitulo, cum contingat. de officio ⁊ potestate iudicis de-
legati, secundum Antonium de Butrio, hic. Nam vbicun-
que virtute prime petitionis, ⁊ instantie incohoate per acto-
rem decidi potest illud quod reus in nouo libello contra agen
b tem deducit, libellus rei non admittitur [b]. Angelus in lege,
sed cum ambo, per illum textum. ff. de iudicijs. Idem In-
nocentius in dicto capitulo, cum contingat. circa medium. ⁊
refert Antonius de Butrio ibi, versiculo, tertio obstat. ⁊ in
capitulo, ab excommunicato. de rescriptis. Idem Antonius
in capitulo, causam. el secundo, versiculo, ad secundum. qui fi-
lij sint legiti. sequitur Paulus de Castro in l. in tribus. ff. de iu
dicijs. cuius tamen contrarium videtur probari hic. Sed I-
mola hic respondet quod libelli contrarij hic admittuntur re
spectu diuersarum rerum: quo casu permittitur, vt probatur
in l. si inter me, ⁊ te. ff. de exceptio. rei iudi. facit text. in c. fina. de
successio. ab intesta. quia tunc vtraque petitio est equalis virtu
tis, ⁊ vna non dicitur maior altera: vt declarat Bartolus in
lege, fundum. ff. de exceptio. Ista responsio videtur dubia:
quia in textu hic etiam respectu eorundem bonorum, viden-
tur dati libelli contrarij, dum fratres testatoris petierunt bo
na, que monasterium possidebat, ⁊ econtra syndicus pro
parte monasterij super illis petijt silentium imponi. Ad hoc
respondetur quod quando pro parte eius, qui conuenitur, pe-
titur

titur quod silentium actori imponatur, ista nõ dicitur petitio, sed defensio, vt dicunt Anton. de But. ⁊ Are. hic: ⁊ sic non sunt duo libelli contrarij. Sed iterum instatur, ⁊ ex alio capite videtur quod in eisdem bonis libelli essent cõtrarij: quia fratres testatoris agẽtes in libello petierunt vt super rebus, quas ipsi possidebant, monasterio perpetuum silentium imponeretur: econtra vero syndicus res illas petijt in reconuentione: ergo libelli contrarij sunt. Sed respõdet Are. quod prima petitio tollitur de medio, ⁊ tantum secunda attenditur: quia illa secunda petitio facta pro parte monasterij originalis est, ⁊ naturalis, vt supra etiam dictum fuit. Istud, quod Are. dicit, bene procederet attento illo capite tantum, in quo fratres petierunt monasterio imponi silentiũ, sed non satisfacit in alia principali parte petitionis, in qua petuntur bona possessa a monasterio. In talibus enim bonis, que monasterium possidebat, monasteriũ dicitur reus vere, ⁊ originaliter: vnde absolute secunda petitio monasterij nõ dicitur magis naturalis, quam prima, vt supra dixi. Sed tamen dici potest quod in bonis petitis, que monasterium possidebat, alia responsio supra dicta procedit. Uel ad dictum Innocen. tutior est responsio, que colligitur ex notabili doctrina, quam Bal. tradit in l. edita. versi. vndecimo queritur. C. de edendo. vbi concludit quod si reus per contrariã petitionem aliquid consequi intẽdit, quod sub defensione simplici non potuisset comprehendi, contraria petitio admittitur: ⁊ dictum Innocent. non procedit. ⁊ ita hic fuit. ⁊ d. l. si inter me. quam sic ibi declarat Bar. ⁊ ibi sentit Ang. in d. l. sed cũ ambo. Et ad predicta vide Abb. per illum tex. in cap. cum ecclesia. de cau. possess. ⁊ propriet. in notabilibus. vbi probatur quod libelli etiam contrarij admittuntur: vt not. Bal. in l. cum Papinianus. C. de sent. Anton. de But. in cap. Abbate. in princi. de verborum signifi. in iiij. notab. ⁊ quod tradit Lapus in allegat. iij.
4 incipien. disceptat. ¶ †Sexto nota secundum Abb. hic, quod quis potest se, ⁊ sua omnia bona donare monasterio per modũ conuersionis, licet non efficiatur monachus: ⁊ erit iste conuersus monasterij, imo seruus, secundum glos. xxvij. quest. j. cap. vt lex continentie. ⁊ per Abb. hic. Et hec eadem Abb. dicit in c. fi. in primo notab. j. de success. ab intest. Et ista procedunt, quãdo in pleniori forma, ⁊ irreuocabiliter aliqui se obtulerunt: alias secus, vt Abb. distinguit in c. vt priuilegia. in primo notab. j. de priuileg. Ita etiam Calder. distinguit in const. vltima. incipiẽ. quidam offerunt. in titul. de regula. ⁊ tales dicuntur perpetuo oblati, secundum Domi. post Joan. And. in ca. per exemptionem. de priuileg. in vj. Possunt etiam dici conuersi: vt per Abbatem hic. Sed tamẽ proprie oblati a conuersis distinguũtur: quia oblatus dicitur, qui dedicat se ⁊ sua monasterio, habitu non mutato. Conuersi sunt, qui mutato habitu se ⁊ sua obtulerunt: vt tradit Abb. in ca. non est. in secundo notab. de regular. ⁊ in cap. tuis. in j. not. de testi. ⁊ idem Card. in clemen. j. in xxxv. quest. de decimis. Hoc tamen variatur secũdum diuersos mores religionum, vt Do. dicit in d. cap. per exemptionem. Et de istis oblatis monasterio in notab. questione consuluit do. Cardi. in consil. xxj. in themate premisso. Et de oblatis hospitali in pulchra questione late consuluit Abb. in consil. cij. circa personarum. in secundo libro. Et de oblatione illorum, qui erant in matrimonio, cuius effectus sit. Bal. in consi. ccclxvj. quia dicta oblatio. in ij. lib. ⁊ de his Aret. tradit in l. cum heredes. §. fin. ff.
5 de acquir. possess. ¶ †Septimo nota hic probari quod in vita potest quis se priuare facultate testandi, offerendo se cum omnibus bonis monasterio. Facit tex. in authen. ingressi. C. de sac.
c sanc. ecclesijs. Ex quo. Barto. infert[c] in l. fin. C. de pactis. quod valeat donatio omnium bonorum presentium ⁊ futurorum facta ecclesie. Nam cum quis possit se ipsum cum bonis dedicare ecclesie, vt hic, ita poterit bona separatim absque persona. Sed ista consequentia non valet vt Abb. hic dicit: ⁊ idem prius tradit Ange. in consi. clxxix. visis predictis instrumentis. Opinio
4 tamen Barto. communis videtur[4], vt patet ex his, que Alex. dicit in l. stipulatio hoc modo concepta. versic. quero vtrum. ff. de verborum obligation. vltra dicta per eum. Idem sequitur Abb. in cap. fina. in primo notab. de success. ab intesta. in cap. ij. de concess. prebend. in cap. vt priuilegia. de priuileg. ⁊ in consil. cij. circa personarum. do. Maria. in tracta. oblatio. in x. libello. in prima quest. Et pro ista communi opin. videtur text. in l. iubemus nulli. §. j. C. de sacrosanc. eccle. quem ad hoc allegat Bal. in authen. si qua mulier. versi. sexto no. C. de sacrosanc. ecclesijs. Sed Alexand. respondet in dicta l. stipulatio hoc modo concepta. quod loquitur in donatione omnium bonorũ facta simpliciter: quo casu veniunt tantum presentia, ⁊ non futura, per l. si ita. ff. de auro ⁊ argen. leg. not. in l. fina. C. que res pign. Mod. dicunt quod imo tex. in dicta l. iubemus. intelligitur etiam de futuris bonis: alias enim nihil ibi specialitatis esset in ecclesia.

Sed ista replicatio tolli potest: quia quantum ad talem donationem factam ecclesie, nihil specialiter ibi in ecclesia constituitur, vt infra dicam. Ex alio tamen capite videtur ille text. etiã loqui de bonis futuris, quia loquitur de patrimonio: ⁊ idẽ est patrimonium, quod hereditas l. nam quod. §. fi. ad Trebel. ergo etiam futura includi videntur. Sed tamen considerãdum est quod ille tex. ad istam questionem parũ, vel nihil facit. Non enim ibi queritur, nec dubitatur de donatione facta ecclesie, sed principaliter ibi videtur quod bona ecclesiarum nullo modo possunt alienari: quia vult ibi Imperator quod acquisitio facta de patrimonio toto, vel pro parte ecclesie per vltimã voluntatem, vel per donationem inter viuos, vel alio quocunque titulo, inconcussa sit, ⁊ sine vlla mutatione cõseruetur. Ista verba, inconcussa sit, ⁊ conseruetur: respiciunt resolutionem cõtractus, ⁊ presupponunt donationem validam precessisse: ⁊ alienatio prohibetur ibi, ad hoc vt conseruetur secundum voluntatem illorum, qui donauerunt ecclesie. Non ergo per illum text. dici potest quod in ecclesia valeat donatio eo casu, quo non valeret in priuato: quia ibi de hoc nihil agitur: sed psupponitur quod esset facta donatio valida. Et hoc est intelligendum secũdum quod alia iura disponunt. Non obstat quod dicitur de patrimonio: quia sub nomine patrimonij non veniunt omnia. Nam actiones non includuntur. l. cum pupillus. ff. rem pupil. sal. fore. ibi: non solum que habet in patrimonio, sed etiã in nominibus: nisi in vltima voluntate, prout loquitur textus in dicta l. nam quod. Secundo, ⁊ melius, respondetur quod ibi non loquitur de patrimonio simpliciter, ita quod pro iure vniuersali capiat: sed dicit de patrimonio, quod est in bonis, ibi: partem vt certam patrimonij in fundis, predijs, siue domibus, ⁊c. ⁊ sic ibi ponitur patrimonium simpliciter pro bonis extantibus. Et ita videtur bona responsio Alexand. quod illa dispositio ad futura non extẽdatur. Uel tertio dico quod dum loquitur de patrimonio, hoc refertur ad id, quod supra dixit de vltima voluntate: ⁊ dum loquitur de parte patrimonij in certis rebus, prout dicit, refertur ad titulum donationis. Et ista videtur plana declaratio ad illum text. Que etiam confirmatur: quia si patrimonium ponatur pro hereditate, ad donationem referri non potest: quia in contractu hereditas non datur. l. hereditas. C. de pac. conuen. Plerique tamen etiam in ecclesia tenuerunt quod non valeat donatio omnium bonorum presentium ⁊ futurorum. Angelus in dicto consilio clxxix. ⁊ in disputatione incipi. in refulgenti. Petrus de Ancharan. in consilio cccxxxij. de primo dubio. Roman. in authen. similiter. in secũdo speciali in contractibus. C. ad legem Falcidiam. ⁊ in dicta l. stipulatio hoc modo concepta. vbi hoc etiam videtur sequi Alexand. Et ratio istorum precipua est: quia si non valet donatio, quia turpis sit, ⁊ contra bonos mores reputetur: idem ergo videtur dicendum in ecclesia, que cultrix iustitie est. c. j. §. j. de alie. feud. ⁊ actus turpis in ecclesiasticis magis detestatur. §. cogitandum. in authent. de monachis. Sed responderi ad hoc potest quod licet inspecto iure ciuili dicatur esse cõtra bonos mores, non sic tamen attento iure canonico dicendum est: quia aliter iudicantur boni mores de iure canonico, quam de iure ciuili. Ita notat Bal. in l. pactum quod dotali. quest. xix. de collat. ⁊ Joan. de Imo. in capi. cum contingat. de iureiurando. facit tex. in cap. ij. de pact. in vj. ⁊ in cap. licet. de iureiur. eodem libro. Ex quibus patet quod illud, quod de iure ciuili reprobatur, tanquam sit contra bonos mores, tamen de iure canonico admittitur. Et in ista questione voluntaria paupertas propter Deum, etiam statu seculari non mutato, non est a iure presertim canonico, reprobata, vt Abbas prosequitur in dicto consi. cij. Agitur enim de salute anime, in qua videtur de maiori bono tractari, quam in illa facultate testandi, que iure ciuili consideratur: argumen. l. sancimus. C. de sacrosan. eccle. Et ex predictis articulus redditur disputabilis: non tamen in practica recedendum esset a communi opinione, precipue cum agatur de fauore ecclesie, cui in dubio deferendum est. l. sunt persone. ff.
6 de religio. ¶ †Octauo nota ꝙ monasterium licite potest oblationem persone ⁊ bonorum, etiam firmatam iuramento, recipere: nec propter hoc oritur sinistra suspicio, ꝙ hoc factum fuerit propter bona temporalia, iuxta textum illum no. xx. q. iij. in c. constituit. In isto tamen textu subesse videtur ratio particularis: quia alias iste ingressus fuit, ⁊ eum penituit: vnde videtur iuramentum prestari, vt constãtior in proposito reddatur. Idem tamen videtur, etiam si in primo ingressu iuramentum prestetur, quia per hoc non dicitur decipi: exhortari nanque ad hoc potest. xix. q. iij. in c. perlectum. vbi gl. ⁊ tex. in d. c. constituit. loquitur in eo, qui fuit circũuentus. Et valde notabilis est
7 decisio illius textus, ꝙ †bona restituantur heredibus ingressi, quando conuentus, ⁊ monasterium sepulchri, circũueniendo

aliquem induxit ad ingrediendum monasterium. Et ita per illum textũ dicit Spec.in titu.de statu monach.§.fi.versi.lxiiij. Bal.refert in authen.si qua mulier.versi.vltimo quero.C.de sacrosan.eccles.gl.fina.⁊ Abb.in c.cum dilectus.quod met.causa. Idem Abb.in capit.preterea.el j.de offic.deleg.⁊ in cap.in nostra.de sepul.in glos.in verbo,nisi dolo.Et circa hoc notabilem questionem prosequitur Lapus allegatione xlvij. factum tale

8 est,quidam iuuenis.† Et predicta conclusio procedit, quando totum monasterium fuisset in culpa.vel maior pars,iuxta glo. in rubr. C. que sit longa consue. secus si aliqui religiosi hoc fecissent: quia factum illorum non preiudicaret monasterio: vt in regula, delictum.de re iudic.in vj.in capit.cum venerabilis. de except.Ita not.Abb.in cap.dudum.de conuer. coniug. super glos. in verbo, aliquando. De quo dicto dubitari potest: quia hic non videtur agi de preiudicio ecclesie, ex quo monasterio non sunt bona licite acquisita:vt habetur in simili de seruo in l.quod seruus.ff.de acqui.poss.text. in dicto capi. constituit. simpliciter loquitur in abbate:⁊ in isto casu,si aliquod preiudicium ecclesie consideretur, non videtur illud esse in iure quesito ecclesie,sed potius in querendo:quo casu in querendis bene potest ecclesie preiudicari:vt per glos.xvj.quest.vj.in cap.si episcopum. not.in capit.j.de deposito.tradit Abb.in cap.j.de dolo,⁊ contum. facit text. in l. fin. de admi.tutor. Et sic conclusio

9 supra facta videtur indistincte procedere.†Secundo predicta conclusio bene procedit respectu bonorum. secus est quantum ad personam ingressi: quia non obstante tali fraude valet ingressus,⁊ professio,nec potest retractari: vt probatur in dicto cap.constituit. ⁊ declarat do. Abb.in dicto capi.cum dilectus. ⁊ idem Abb. sequitur in cap. cum dilecti.de empt.⁊ vendit.in in dicto capit.dudum.in loco supra allegato.post Inno.quem refert.Nam dolus aduersarij in spiritualibus non vitiat contractum:vt per glos.in capi.ex perpetua.in verbo, causa.⁊ in d. capit.dudum.in verbo, spes.de conuers.coniug. Et ideo restitutio in integrum peti non potest ratione circumuentionis, que cessat in spiritualibus,secundum glo.xxj.quest.j.in capit. illud. in glos.j.circa fin.⁊ in capit.sicut.xxvij.quest.j.Spec.in tit.de in integ.resti.§.qualiter.ver.sed nunquid.Abb.post Joan. And. ⁊ alios in cap.cum virum. de regula. Et hoc vltimum sane intelligitur, nisi talis dolus sit, qui etiam quemlibet prudentem

b decipereti[b]:quia tunc professio vitiatur. Ita voluit Innocent. in dicto capitul.cum dilectus.⁊ Abb. ibi s. quod metus causa. Facit textus in capitulo primo, supra quod metus causa. vbi professio facta per metum non tenet.⁊ glo.not.in dicto ca.cum virum.per quam ibi Abb.not. voluit quod mulier, que imperio parentum coacta fuit intrare monasterium, possit recedere:imo timor,⁊ sola patris reuerentia impedit ingressum monasterij. Gloss.not.in cap.presens.in verbo,patre. xix. questione iij.quam allegat Imol.pro singulari in l.si cum dotem.§.eo

10 autem tempore.ff.soluto matrimonio. ¶†Nono not.ibi: cum constet.secundum Anton.de Butr.⁊ Abba.hic,quod pluralitas

c tas[c] actuum non presumitur.Et ratio est,quia facta non presumuntur.cap.cum in iure.de offic.deleg.Ad idem tex. in cap. cum Joannes.de fide instrument.⁊ not.Bald.in l.neque natales. C.eodem. dicens quod in actibus hominum, vel in personis pluralitas non presumitur.⁊ idem Bald. in l.conuenticulam.versicu.item arguitur a presumptione.C.de episcop.⁊ cler. ⁊ ideo testamentum vnum presumitur.glo.not.in l.omnium.in verbo,comprobantur.C.de testamen.vbi Alexand.⁊ no.Bald. per illum tex.in l.fin.in fin.⁊ Salic.ibi in princ.C.de reb.credi.⁊ vnum presumitur esse peculium,secundum glos.in l.qui iurasse.§.si pater.in fin.vbi Alex.ff.de iureiurando. Facit quod no. Barto.in l.si in rem.per illum text.ff.de rei vendic.⁊ in l.si quis seruum.§.si inter duos.in fin.ff.de lega.ij. Et ista conclusio procedit in pluralitate actuum:secus videtur in pluralitate rerũ,

f que bene presumitur[f],secundum Alexan.in consi.cxix.viso processu.lib.j.Et ita,secundum eum,procedit quod tradit Jo.Andreas ⁊ doc.communiter sequuntur in ca.auditis. de prescrip. dum concludit illum,qui equum conduxit,non releuari,si probet equum mortuum in itinere,nisi probet, ⁊ specialiter deducat,quod equus mortuus,sit ille idem,quem conduxit.Non ergo fundatur intentio eo quod vnus presumatur equus. Unde illud locũ habet in rebus: secus in personis,vel actibus hominum, per supra dicta. Sed tamen ista differentia non videtur iure probari:⁊ ratio allegata supra vt non presumatur pluralitas,quia facta non presumuntur:ita pariter militat in rebus, sicut in personis, vel actib⁹:vnde potius videtur quod debeat considerari qualitas rerum,personarum,vel actuum, an tales sint,qui soleant multiplicari:⁊ tunc potius presumitur pluralitas:vt in exemplo de equo. Si vero multiplicari non solent, a communiter accidentibus non presumitur pluralitas:⁊ fundata est eius intentio,qui ex vnico actu nititur,vt hic in ingressu monasterij,in testamento, in peculio. In istis non presumi-

11 tur pluralitas: quia reiterari non solent. ¶†Decimo nota quod quando actus habet debitam formam,habilitas persone presu

g mitur[g]. Hic enim syndicus pro parte monasterij probauit illũ se,⁊ sua obtulisse:⁊ ex hoc simpliciter fundata fuit intentio monasterij,nec opus fuit probare quod etate esset idoneus:nã hoc presumitur,vt dominus Abbas hic deducit:⁊ idem Abb.tradit per illum textum in cap.cum virum.in quarto notabi.j.de reg. qui ex hoc infert quod producens testamentum factum a minore vigintiquinque annis,non tenetur probare quod esset maior quatuordecim annis.Ad testandum enim quilibet habilis presumitur,vt dicit Bal.per illum textum in authẽ.omnes peregrini.C.commun.de success.⁊ in l.nulli.col.iij.C.de episco.⁊ cleri.Et omnis contrahens,etatis legitime esse presumitur,secundum Baldum in l.j.C.si minor se maior.dix. Et pro his videtur tex.in l.ab ea parte.ff.de probation.quem ad hoc allegat Bal.in l.cum te.in fin.C.eodem.dicens quod habilitas in persona presumitur, vbi actus cũ debita forma factus reperitur. Et idem Bald.per illum textum in l.j.circa finem,C.de precib. Imper.offeren.⁊ in l.si post diuisionem.C.de iur.⁊ fa.ignoran.

12 ¶†Undecimo nota quod actor, qui semel intentionem suam fundauit,obtinere debet,nisi intentio eius fundata clare,⁊ concludenter ex probatione rei confundatur: nec sufficit quod ex probatione facta per reum dubia reddatur, vt declaratur per Abbatem hic:⁊ idem Abb.in cap.dudum.el secundo, supra de election.⁊ in cap.per tuas.de cond.appo.⁊ idem Domini.post Joan.And.in cap.si tibi absenti.versi.nota bene.de prebend.in sexto. Sed tamen hic dici potest quod probatio actoris nullo modo offuscatur,stãte presumptione iuris,quod professio que facta reperitur, ab eo facta presumatur qui erat legitime etatis,vt supra dictum fuit. Unde quando intentio actoris plene probata est,non eliditur in aliquo ex contraria rei probatione imperfecta:vt no.Bartolus tradit in l.admonendi.versiculo, quero quid si actor.ff.de iureiurando.Anton.de Bu.in cap.vt nostrum.in secundo notab.per illum textum s.de offic.archid. Barto.in l.j.in princip.versi.vlterius.ff.de ven.inspi.cum similibus,⁊ tradit Alexand.in consi.cxxxiiij.in causa ⁊ lite.in secun

13 do libro. ¶†Duodecimo nota quod exceptio ex parte rei concludenter debet probari.Nam cum esset fundata in certo tempore:videlicet quod iste erat tempore ingressus, debuit illo tẽpore limitato minor etas,probari debet: vt est communis doctrina,quod vbi intentio actoris ⁊ rei fundatur in aliquo tem-

f pore,debet illud tempus[f] deduci,⁊ probari.Glo.allegatur in clemen.fin.in ver.priuatum.de rescrip.⁊ in capi.venerabilibus. in glo.penul.de senten.excommu.in vj.not.Barto. in l.non solum.§.sed vt probari.ff.de operis noui nuntiatione. Bald. per illum textum in l.fin.C.an ser.ex facto.cum concordant.⁊ prosequitur Alexan.in l.non solum.§.sed vt probari.ff.de oper.noui nuntiatione.quem legit sub §.sciendum. Et vlterius idem Angelus dicit in l.eum qui. §. qui Publiciana. per illum textum in princ.ff.de Public.in l.in substitutione.in princ.ff.de vulg.⁊ pup.subst.no.in l.eum actum.vbi etiam Ang.in l.si. ff.de nego. gest.Abb.in d.c.per tuas.⁊ in d.c.dudum.Et ita arguit Angel. in consil.cccxvj.visis actis.⁊ in consil.cccviij.factum tale est.⁊ in consi.cxciiij.cum simil. Et ad textum hic faciũt specialiter que infra dicam.Predicta conclusio limitatur nõ procedere,quando esset presumptio pro reo,qui se fundaret in tempore: quia tunc obtinet reus:vt in exemplo,quod Abb.hic ponit de nobili, qui non poterat palatium intrare, nisi tempore concilij generalis:nam si accusatur, ⁊ probetur quod de mense Maij ingressus fuerit palatium, ⁊ pro parte nobilis probetur quod de illo mense Maij sit factum concilium generale:patet quod probatio accusatoris non concludit:quia licite potuit intrare in illo mense:⁊ cum res dubia reddatur,in dubio delictum non presumitur.l.merito.ff.pro socio. Et alia exempla tradit Bart.in d. §.sed vt probari. cuius opinionem totus mundus sequitur:vt Alexan.concludit in d.§.sciendum.Abb.in locis supra alleg.⁊ idem Abb.in c.constitutus.de rescrip.Bal.in l.j.versi. circa ordinem.ff.solu.matrimo.⁊ in l.precibus.C.de impuber.Sal.in l. matrem.in fi.C.eod.Ex quibus infertur ad notabilem questio-

14 nem Alexan.in consi.50.viso themate illustrissimi.lib.iij.†Sed contra istam limitationem inter alia precipue adducitur:quia in dubio presumitur delictum in his, que sunt de genere prohibitorum:vt no.in c.j.de presump.⁊ in l.j.C.de sica. vbi si homicidium committitur,presumitur in dubio quod dolose cõmittatur: ⁊ tamen licet potuisset committi ad defensionem.l.vt vim.ff.de iust.⁊ iure.in c.iij.de sen.excom.vel potuisset committi ex culpa absque dolo, quo casu mitius deberet puniri. l.in lege Cornelia.ff.de sicar. ⁊ tamen in dubio interpretatio fit contra reum, vt

vt grauior pena imponatur. Ita ergo pariter videtur in proposito dicendum in questione Abb. quod cum nobilis prohibetur a statuto ingredi palatium, nisi quando generale concilium cōgregaretur, si probetur quod de mense Maij intrauerit, intentio accusatoris fundata videtur, ex quo erat hoc prohibitum a statuto. Ad hoc, quod efficaciter videtur obstare Alexand. in d. §. sciendum. respondet quod in nostra questione probata fuit causa ex parte rei, que poterat facere actum esse licitum. Nam probatum fuit quod de mense Maij conuocatum fuit concilium generale, et tali die licitus erat ingressus: sed quando causa, que poterat actum iustificare, nullo modo fuit probata, tunc procedit argumen. de d. l. j. C. de sicarijs. cum simil. Ex quo not. infert quod si probatur per accusatorem quod Titius Seium occiderit, et Titius accusatus ex aduerso probat quod Seius contra eum insultū cum armis fecerit, presumitur, et satis probatum dicitur, quod Titius incontinenti occiderit dictum
8 Seium ad defensionem[8]: quia pro parte rei fuit probata causa, scilicet insultus, per quem licitum potuit esse homicidium. Sed ista responsio, quam sequuti sunt alij posteriores in varijs locis non eneruat difficultatem. Primo tamē fateor quod dictum eius de insultu probato, potest procedere, quia illa causa insultus est multum proxima, vt homicidium factum videatur pro defensione. Sed referendo quod Alexan. dicit ad questionem Abb. hic, et ad exempla, que tradit Bartol. in dicto §. sed vt probari. responsio sua non satisfacit: quia licet pro parte rei, et in terminis argumen. non sit probata causa, que potest facere homicidium permissum, sufficit quod illa nota sit in iure: et ex illa appareat quod probatio facta contra reum necessario non concludit. Unde si bene perscrutetur, ratio, que consideratur, quando reus causam probauit, per quam probatio cōtra eum facta non cōcludit, vtique militat, et pariter procedit, etiam quando est nota causa in iure, absque probatione rei, ex quo patet, et pariter demonstratur quod probatio delicti facta contra reum non sit concludens: et in hoc tantum videtur vis consistere. Secundo aliter ad argumen. supra factum respondet Aretin. hic, quod quando quis facit illud, quod est de genere prohibitorum omni tempore, et dubitatur an fecerit dolose, in dubio presumitur factum fuisse cum dolo: et interpretatio fit in deteriorem partem. Et hoc casu locum habet quod in contrarium allegatur. d. l. j. cum similibus. C. de sicar. Sed in questione nostra agitur de eo, quod non est omni tempore prohibitum, et dubitatur an videatur factum tempore prohibito, vel
b permisso: et in dubio iudicatur de tempore concesso[b], vt delictū
7 excludatur[7]. Et cum ista solutione consonat quod not. ad propositum voluit Petr. de Ancbar. in cap. cum dilecti. per illum textum, quem refert ibi Joan. de Anan. j. de accusa. vbi dicunt quod decisio Bart. in dicta l. non solum. §. sed vt probari. procedit in materia indifferenti, quando factum pariter, et indifferenter se habere potest. Secus si factum de sui natura malum sit, quamuis excusari aliquo casu possit: quia tunc interpretatio fit in deteriorem partem. cap. j. de presump. et in dicto cap. cum dilecti. Sed tamen nec ex istis difficultas euacuari videtur: quia in terminis proposite questionis etiam ingressus palatij videtur de genere prohibitorum ex forma statuti: et sic non sumus in materia indifferenti, prout dicunt Petr. de Ancb. et Joan. de Anan. et licet ingressus non prohibeatur omni tempore, sicut homicidium, vt Aret. dicit, in hoc non videtur vis: quia sufficit quod homicidium non sit prohibitum omni casu. Unde qua ratione in ista questione interpretatio fit, quod licito tempore fuerit ingressus, vt delictum non presumatur, et pena euitetur: eadem ratione deberet interpretari quod homicidium esset commissum in casu non prohibito, ex quo omni casu non prohibetur. Comprobatur hoc: quia sicut regulariter homicidium prohibetur: ita in proposita questione dum a statuto prohibetur nobilis intrare palatium, nisi tempore concilij generalis, regulariter ingressus palatij videtur prohiberi a statuto. Unde statim quod homicidium committitur, vel probatur ingressus palatij, fundata videtur intentio contra illum, qui homicidium commisit: et contra illum, qui palatium intrauit, cum pro eo presumatur, qui ex regula nititur, iuxta gl. in l. om-
i nis diffinitio. ff. de reg. iur. et in rub. de reg. iur. in vj. circa finem. Nam res certa dicitur pro eo, qui in regula[i] fundatur: vt dicit Barto. in l. quoties. ff. si quis cau. et idem Bar. in l. ij. ff. si quis in ius voc. dum allegat Innoc. in cap. preterea. de dila. Quod dictum pro notabili reassumit Mathesil. in notabi. xix. incipien. nota quod sententia. Nisi ergo probetur ex parte accusati, quod in casu licito homicidium perpetratum sit, vel quod in tempore permisso palatium intrauerit, videtur condemnatus. Difficile videtur respondere: sed tamen dici potest, quod in his, que
z de sui natura mala sunt, et naturali iure prohibentur[z], prout est homicidium, quod omni iure prohibitum est, vt inquit Ange. in consil. cccvij. in causa accusationis. cap. non est. §. his itaque. vj. dist. et generaliter in illo precepto. Alterum non ledere. §. iuris precepta. institu. de iure natur. in l. iustitia est. §. j. ff. de iust. et iure. et iuxta illud preceptum, Quod tibi non vis fieri, alij nō fe
9 ceris, vt in cap. j. prima dist. in his malus animus[9] presumitur. d. l. j. C. de sica. et dicto cap. j. de presump. Nam in talibus, que de sui natura mala sunt, et tendunt euidenter in preiudicium tertij, receditur ab illa generali, et communi regula, que habet quod
k in dubio quis presumatur bonus[k], iuxta l. merito. ff. pro socio. Presumptio enim, que ex qualitate rei insurgit, videtur potētior: et ideo attenditur. capit. literas. j. de presump. Secus videtur in his, que a statuto ex aliquo accidenti prohibentur, et in quibus non capitur in dubio sinistra suspicio: sed preualet regula quod in dubio dictum non presumatur. Non obstat quod supra dicebatur, in nostra questione fundatam esse intētionem accusantis cōtra nobilem, qui palatium intrauit, ex quo regulariter ingredi prohibetur: quia hoc non videtur in isto casu procedere, in quo alia regula concurrit pro reo, videlicet quod in dubio non presumitur delictum. Et ita difficultas ista resoluitur: nā in primo casu intentio accusantis est fundata in presumptione iuris, que attenditur, nisi contrarium probetur. l. j. C. de sicar. supra allega. Sed in secundo casu non habetur iuris presumptio: vnde attenditur regula, quod delictum non presumatur. Et hoc modo etiam respondetur ad textum in l. j. §. j. et quod ibi Bartol. ff. de aleato. quia ille text. in effectu concordat
15 cum d. l. j. C. de sicar. † Postremo notandum est quod dictum Barto. in dicta l. non solum. §. sed vt probari. non videtur procedere in foro conscientie: quia tali casu delictum in dubio pre-
10 sumitur, vt tutior via eligatur pro salute anime[10], iuxta glo. in cap. iuuenis. j. de spon. et in cap. j. in verbo, estimare. s. de seruti. Abb. in cap. ij. per illum textum de obser. ieiuniorum. in cap. fi. in ij. notab. de his, qui fil. occid. Facit glo. fin. in cap. consulti. de regular. et in cap. constitutus. de relig. domibus. et quod in pulchra questione tradit Petr. de Ancbar. in consi. clxxix. circa fi. et expresse ibi hoc dicit, quod regula l. merito. ff. pro soc. non habet locum, vbi agitur de salute animarum. In quo tamen considerandum est, quod quamuis extrinsecus videatur interpretatio fieri in grauiorem partem, tamen ex quo salubrior est talis interpretatio pro salute anime, satis videtur procedere re-
16 gula. d. l. merito. † Tertiodecimo nota quod probatio, que non concludit, non valet. Ad idem tex. in l. non hoc. C. vnde legit. in l. multis. vbi Bal. C. de libe. cau. in l. matrem. C. eodem. vbi Bal. in princip. dicit quod probatio non concludens non est probatio, adeo quod probatio, que non concludit, rem dubiam facit, secundum Baldum in l. ij. ad fin. C. de secund. tab. Et probatio nunquam concludit per possibile, sed debet concludere per necesse, vt verbis Bald. vtar, in l. ad probationem. la ij. C. eodem. Et non sufficit probare quasdam verisimilitudines, vbi clara probatio requiritur: vt inquit Bal. in l. interpositas. in vltimo notab. C. de transa. Et in textu isto probatio non concludit, duplici respectu. Primo, ratione limitati temporis: quia dato quod probetur minor, nō sequitur quod esset minor tempore ingressus, prout agebatur hic. Et per istum textum not. Oldrad. dicit in consil. cclxxxvj. in electionis negotio. quod si quis contra electum capitulauit quod est, et fuit publicus fornicator: nō obtinet: quia ex hoc non sequitur quod fuit tempore electionis, licet fuerit post. Similiter ad hoc vt quis repellatur a testimo
11 nio tanquam familiaris, non sufficit[11] quod dicatur, et probetur illum esse familiarē, sed debet deduci, et probari quod erat familiaris tempore depositionis: quia potest esse nunc, quod tunc non esset: vt Ang. tradit in consil. j. Et idem in simili questione dicit in consi. cclviij. supra allega. incip. factum est tale. Facit quod supra generaliter dictum fuit, quod intentio eius, qui fundatur in certo tempore, debet specifice probari. Secun-
17 do, † hec probatio concludens non fuit, propter variam, et equiuocam vocabuli significationem: quia minor dupliciter intelligi potest, vt hic in verbo, preterea. Nam debuit probari de tali
12 minori etate, que ingressum[12] monasterij impediret: iuxta text. in cap. j. de regu. iur. in vj. Ad quod primo facit quod Abb. hic dicit de excommunicatione, que si simpliciter opponatur, vt probetur, non releuat: cum duobus modis excommunicatio dicatur, vt habetur in cap. pia. de except. in vj. not. Innoc. in cap.
18 ceterum. s. de iudic. quem Abb. hic refert. † Secundo idem dicimus de absolutione excommunicationis, que petitur dupliciter. Primo quando quis vere excommunicatus est. Secūdo quandoque etiam ad cautelā: et ideo non probatur, quem fuisse excōmunicatum ex eo, quod absolutus fuerit: quia potuit adsolui ad cautelam: vt no. tradit do. Car. in repe. ca. perpendimus. de
19 sen. excō. † Tertio in simili accedat quod Ang. elegāter scribit

in l.postquam.circa finem,de petit.heredi.dicens quod testes,
qui deponunt se vidisse rem de manibus accusantis auferri,
non probant rapinam:quia verbum,auferri, etiam absque rapi
na intelligi potest,per illum tex. vnde talis probatio non con
cludit.Allegat tex.hic,& maxime in criminalibus,iuxta l.fina.
20 C.eodem titu.† Quarto idem in simili Bart. voluit de verbo,
violenter,quod duobus modis intelligi potest, actiue, scilicet,
& passiue. Unde licet testes deponant quod Titius cognouit
l Bertam violenter,[l] non per hoc probatur quod Titius vim
13 intulerit[13],secundum Bartol.in l.ij.§.fin.circa fi.ff.de duobus
reis.& in l.si vxor.§.penult.ff.de adult.De quo tamen dubitari
potest,vt post Ange.prosequitur Aret.in dicta l.ij.§.fina.ff.de
21 duobus reis.† Quinto adduci potest quod scribit Petrus de
Ancharano in consilio cclxxij.de titulis criminum. vbi si ab offi
m cio publico repellitur,nō fidelis Romane ecclesie[m] ex talibus
22 verbis non infertur quod Iudeus repellatur. † Sexto, & vlti
mo facit quod Alexand. tradit in consilio lxxxij. in causa ver
tente.lib.j.de testibus simpliciter deponentibus super consan
guinitate,qui non probant:quia pluribus modis in iure con
sanguinitas accipitur.Et idem de verbo,scio,Bal.in capi. fin.
de iurament.calumn.dicens quod est equiuocum:& ideo testis,
qui dicit se scire quod Titius Seium occidit,non probat:quia
23 quis dicitur multis modis scire.† Tertio vltra text.hic idē ge
neraliter dicendum est in quolibet facto, ex quo probatio non
esset concludens.Unde Bal.hic,versi.pone, quidam,no.infert
quod si quis confitetur se teneri ad restitutionem vsurarum a
multis extortarum,intelligi potest ex causa hereditaria: ideo
per hoc non sequitur quod vsurarius sit.De quo tamen dubi
tari potest: quia actus in dubio videtur fieri nomine proprio
potius,quam alieno.l.& magis.ff.de solut.Nisi dicamus hoc nō
procedere in probatione, que necessario debet concludere: vt
24 hic.† Ex quo etiam Bald.infert, quod si quis vsuras extorsisse
confitetur,& non dicit publice: hoc non debet subaudiri: quia
ex tali confessione necessario nō infertur, & testamentum vitia
retur,iuxta cap.quanquam.de vsur.in vj.Et pro his facit,quia
n in dubio confessio rei in fauorem[n] eius interpretatur[14]:vt no.
14 dicit Anton.de Butr.in cap.ex literis.el j.in fin.de spon.Facit
quod not.Barto.in l.inter stipulantem.§.j.ff.de verb.oblig.Et
ex predictis comprobatur quod voluit Mart.Silima.quē re
fert,& sequitur Pau.de Cast.in l.penul.§.docere.ff.ne quis eū.
quod villa, que ex forma statuti tenetur pro homicidio cōmis
so in territorio suo, non obligatur, nec potest condemnari,li
cet aliquis ibi occisus reperiatur:quia potuit alibi occidi,& il
luc postmodum transferri:& ita probatio non cōcludit, vt hic.
Et per istum textum etiam iustificatur, quod no.Bald.in l.de
minore.§.tormenta: ff.de questionibus.versicu.quid si testis di
cit.ibi, non probatur fama in loco, quando dicit testis simpli
citer audiuisse a maiori parte populi:quia non concludit, nisi
addat quod audiuit a maiori parte illius ciuitatis. Alleg.tex.
hic,& in dicta l.non hoc.C.vnde legitimi.Sic etiam verificatur
quod tradunt Innocen.& docto.in cap.super his.de accusatio.
vbi dicunt quod si electo periurium opponatur, non sufficit
probare quod promisit cum iuramento soluere intra mensem,
& quod mensis elapsus sit:nisi precise probetur quod non solue
rit.Et similiter dicit Lapus allegatione cxxvj.quidam carce
ratus. quod si quis accusauit religiosum, & illum excommuni
catum dixit, ex eo quod in aliena parochia celebrauit, iuxta
clementi.j.de priuileg.non probatur hoc:quia potuit celebrare
cum licentia.d.clemen.j.Et sequitur Anton. de Butr.& Ioan.
de Anan.in dicto cap.super his.Similiter dicit Abbas in ca.
veniens.el ij.in j.not.de spon.quod ille, qui probat sponsalia, &
copulam simpliciter, non probat matrimonium: quia copula
forte secuta non fuit, prout requiritur in dicto capit. veniens.
Et supra dicta etiam locum habēt in materia fauorabili:quia
nisi probatio sit concludens, in dubio interpretatio fit contra
probantem,licet agatur de re fauorabili: vt Alexand.tradit in
consilio lij.viso processu.libro v.& ibi reprobat Bald.qui in hoc
aliter videtur voluisse in eodem titu.de pace Constant. in ver.
25 Die Lune.¶ † Nunc predicta conclusio limitatur cum omni
bus supra dictis in quibusdam casibus non procedere.Primo
vbi concludens probatio fieri non potest, puta in probatione
filiationis,que admittitur,quamuis necessario non concludat:
vt in l.filium diffinimus.ff.de his,qui sunt sui, vel alie.iuris. in
l.si vicinis scientibus.C.de nuptijs.per glossam in c.Michael.
de filijs presbyter.nam vere,& concludenter probari nō potest.
l.Lucius.ff.de cond.& demonst. Per quem tex.ita Bal.dicit in
dicta l.non hoc.faciunt que late dixi in rub.supra eodem titu.&
26 quod statim dicam.† Secundo,quando probatio dubia,& non
concludens ex iuris presumptione adiuuatur, tali casu gene
15 raliter recipitur probatio, que non concludit[15]: quia sufficit
probare terminos, ex quibus lex presumit: vt Bald.inquit in
dicta l.non hoc.Ad hoc primo videtur textus hic,vbi probato
ingressu,fuit fundata intentio monasterij, quia ingressus eta
27 tis legitime presumitur,vt supra dictum fuit.† Secundo facit
quod notat Bartolus in dicta l.non solum.§.sed vt probari.ff.
de operis noui nuntiatione.cum alijs supra allegatis: vbi pro
batio rei non concludit:valet tamen,quia ex presumptione iu
ris adiuuatur:que est,quod in dubio non presumitur, vt supra
28 late dictum fuit.† Tertio hoc expresse dicunt Bald. Salicet.
Paul.de Castr.& Alexand.in dicta l.non hoc.dum ibi conclu
dunt hoc procedere rationem testis, que fundatur ex eo, quia
sit vicinus,vel coniunctus,iuxta ea, que tradit Bartolus in l.
29 prima,ff.si certum petatur.cum concordantibus.† Quarto fa
cit quod magistraliter Bald.dicit in l.si quis ita scripserit he
redem.ff.de heredibus instituendis.quod quando incertitudo
suppletur per interpretationem iuris, actus non vitiatur. Ex
quo infert ibi ad finem,quod si testes deponunt,plures institu
tos fuisse,& de partibus non recordantur,institutio equis por
tionibus facta intelligitur: & ita supplentur dicta testium secū
dum interpretationem iuris:quod sequitur Ange.ibi,& Imo.
30 Quinto, † & vltimo, accedat quod tradunt domini de Ro
ta in vndecima decisione.eodem ti.in antiquis. volentes quod
sufficit probare electum excommunicatum fuisse ante electio
nem:quia etiam presumitur quod esset excommunicatus tem
a pore electionis[a] ex regula iuris,que habet quod semel excom
municatus semper excommunicatus esse presumitur,nisi abso
lutio probetur.Innocen.in cap.proposuit.de cle.excommu.mi
ni.vbi Abb.& in ca.sicut nobis.per illum textum de sentent.ex
31 commu.cum simi.vt dixi s.ca.proximo.† Tertio,nisi a commu
niter accidentibus probatio concludat:quia hoc sufficit,secun
dum glo.not.vt Bal.& alij in l.neque natales.C.eod.Idem gl.&
Bald.in l.cum dotem.C.de iure do.cum similib.vt Alexan.tra
dit in d.l.non hoc.& idem Bald.in cap.fina.in versic.vltimo no
ta. s.de causa pos.& proprie.vbi ita limitat text.hic. Et hoc est
multum vtile in materia probationum, secundum Baldum in
cap.j.§.vasallus.in princip.si de feu.fue.controuer.inter domi.&
vasal.Facit textus in l.nam ad ea.ff.de legit.& per glo. in capi.
literas.de despon.impub.& quod not. Bald. per illum textum
32 in l.cum in te.in ij.not.C.de donat. ante nup.† Quarto limita
o tur,nisi probatio dubia conclusiua sit in quolibet[o] intellectu se
cundum intentionem probantis.Ita declarando istum textum
Domini.concludit in capitulo j.versic.nota bene istud dictum
de pact.in vj. Et idem voluit Anton.de Butr.limitando text.
hic,& in capitu.plerunque.in fine.s.de rescriptis.Et ratio tunc
manifesta est,quia probatio tunc est concludens, & cessat ratio,
de qua hic.Facit textus in l.quod si dubium. ff.de acqui.he
re.& quod notat Anto.de Butr. in capitulo, tertio loco. in fin.
s.eodem.Et in simili dicimus exceptionem dubiam,& incertam
admitti, quando in vtraque parte concluditur intentio exci
pientis.capitulo,ex parte.s.vbi Anto.de But.& alij s.de rescri
ptis.cap.ex parte B.vbi Abbas,de foro competen.cum simili
33 bus,vt dixi supra in capit.tertio loco.† Quinto fallit,quando
probatio, que esset dubia secundum dispositionem iuris com
munis,ex communi vsu loquendi certa redderetur. Ita nota.
voluit Mathesil.in notab.100.nota quod si Titius.vbi inquit
dictum Barto.in l.secunda,§.fin.de duobus reis. de verbo,vio
lenter,quod supra relatum fuit,non habere locum,quando ac
ciperetur in actiua significatione, secundum communē vsum
loquendi.Nam ratio, & dictum eius,generaliter applicari po
test in qualibet probatione dubia:quia etiam probationes,& di
cta testium intelliguntur secundum communem vsum loquen
di.gloss.Bartol.& docto. in l.stipulatio ista.§.hec quoque.ff.de
verborum obligationibus.Specul.in titul.de teste.§.nunc tra
ctandum.in versicu.hoc quoque notandum.Innoc.& docto.in
cap.cum causam.vbi Abb.& in capit. cum clamor. de testibus.
Et in tali communi vsu loquendi aduertendum est:quia pro
bari debet quod esset tempore, quo testes deposuerunt: & non
sufficit probare quod nunc sit talis loquendi vsus: quia quan
do aliqua dispositio interpretatur secundum communem v
sum loquendi,de illo communi vsu intelligitur, qui erat tem
pore depositionis: vt probat eleganter,& concludit Fulgosius
in consi.clxv.in quest.proposita.per ea,que not.Barto.in l.La
34 beo.ff.de supel.leg. † Sexto notandum est,quod licet probatio
dubia non releuet, dicta tamen testium debent in mitiorem, &
16 benigniorem partem interpretari in fauorem producentis[16]:
vt no.dicit Innocen.in cap.cum clamor.de testibus.Sequitur
Bal.in l.Lucius.ff.de insa.Ange.in l.ex militari.in princ.ff.de
testamen.mil.& in l.in ambigua.ff.de legibus.vbi etiam inquit,
quod dictum vnius testis trahitur ad dictum alterius, etiam
quo ad probationem eliciendam. Specu. allegat in titu.de te
ste.

ste.§.de interrogatorijs.versicu.quid si vnus.Alegand. in l.di uortio.in princip.ff.soluto matrimo.Postremo notandum est quod quamuis probatio non sit cōcludens,debet tamen admitti per iudicem:quia probationes omnes iudex tenetur admittere,siue faciant plenam,siue semiplenam probationē,siue indicium,siue adminiculum:vt not.dicit Jacob.Butrig. in l.incerti.C.de interd.Refert,& sequitur Bal.in l.ordinarij.C.de rei vē dic.Et hoc,quod Bal.dicit in l.cum virum.in j.not. C.de fidei
17 com.quod quelibet probatio pertinens admittitur,licet non[17] sit vrgens.Et pertinens dicitur,que aliquod adminiculum facit,vt idem Bal.declarat in l.ad probationem.la j.versicul.tertio noto.C.eodem.Et modicum conferentia ad causam,dicuntur pertinentia:vt inquit Bal.in cap.quoniam.per illum text.
35 ¶†Quartodecimo nota quod minor[p] vigintiquinque annis
p potest intrare monasterium, & omnia bona eius acquiruntur monasterio absque curatore & decreto. Tex.hic,secundum Innoc.Joan.And.& Abb.post alios:idem tenet Spec.in titul.de statu monac.§.j.versi.vltimo.& Alber.post antiquos,quos ipse refert in auth.ingressi.versi.quid si minor.C.de sacrosan.eccles. & tradit Lap.alleg.xxvj.disputat primo.& Abb.in versicul. sed nunquid extra glos.Et ratio videtur,secundum Abb.hic,quia talis acquisitio monasterio fit per viam vltime volūtatis:cum ingressus pro mortuo habeatur,& minor in vltima volūtate integram habeat personam.l.qua etate.ff.de testamē.Ad hoc facit:quia in testamento authoritas tutoris nō requiritur.l.Aurelio.§.Caius.ff.de libe.leg.& ideo minor potest pro executione vltime voluntatis in testamento permittere alienationem bonorum immobilium,secundum Bald.in l.illud.in fi.C.quando decr.opus non est.& idem Bald.in l.j.in ij.not.ff.de rebus eorū. Sed tamen predicta ratio Abb.non satisfacit. Primo non est absonum,quod talis acquisitio dicatur fieri ex vltima voluntate:vt prosequitur Alber.in dicta auth.ingressi.glos.in auth.de monachis.§.vt quoque.Nam potius ex contractu hoc videtur acquiri monasterio,attenta forma professionis:argumen.l.verba contraxerunt.ff.de verborum signi.Secundo,quia licet habeatur pro mortuo post ingressum,vt Abb.dicit,ex hoc tamen non iudicatur qualitas dispositionis precedentis. Illa enim dispositio iam precessit,& secūdum qualitatem eius iudicatur. Tertio,quia minor habilis reputatur in vltima voluntate, ex eo quod non leditur, cum reuocare testamentum possit:vt no. in l.j.§.cui quesitum.ff.ad Trebellianum. Sed ista ratio cessat in casu nostro.Unde melior ratio videtur,quam Bald.hic adducit:quia ista dicitur alienatio iuris, in qua minor etas nō attenditur.Facit tex.instit.de acqui.per arro.in princ.& que dixi s.in vij.notab.Et ista conclusio,secundum Abb.hic, procedit, quando quis se, & sua dedicauit:quia veniunt in consequētiam persone.d.authent.ingressi.Secus Abb.dicit,si minor non daret personam,sed tātum bona: quia etiam ad pias causas non valeret alienatio immobilium facta per minorem. Sed cōtra hoc facit quod not.Bal.in l.generali.circa fin.C.de sacrosan. eccle.vbi inquit,dictante statuto quod mulier non possit obliga
q ri sine consensu propinquorum,poterit tamē mulier[q] bona sua
18 offerre ecclesie,non obstante statuto:quod sequitur[18] Petr.de Anch.in c.j.de const.Abb.in cap.relatum.el j.de testamen. Jo. de Anan.in consilio lvij.cum similibus. Pro defensione Abb. dici potest quod dictum Bald. procedit in statuto contra ius commune,prout loquitur, in quo ecclesia lederetur:quia auferetur sibi, quod a iure communi conceditur:non sic in questione Abbas,cum illud a iure communi inductum sit,& canones nō contradicunt,iuxta not.in cap.j.de operis no.nunt. facit quod
36 docto.tradunt in cap.ecclesia sancte Marie.s.de const.†Ultimo,secundum Aret.hic videtur singulariter probari quod valet donatio omnium bonorum facta a minore cum iuramento vt non possit retractari,quasi videatur ex hoc circunuētus pretextu enormis lesionis,iuxta not.per Bartolum in l.fi.ff.de preto.stipu.Nec dicatur quod loquatur tex.in casu speciali, quando quis seipsum dedicauit ecclesie cum bonis: quia Areti.respondet quod tex.hic nō vtitur ratione specialitatis,sed in iure communi fundatur:vt colligitur in ver.preterea.dū inquit, cum intra vigintiquinque annos teneat donatio iuramento firmata. Et sic videtur idem etiam dicendum in alijs casibus: cum hoc pro ratione,& regula generali hic ponatur. Quod dicit Aret.notandum esse ad illam questionem,an filia,que renūtiauit patri, vel fratribus cum iuramēto, contrauenire possit, quando enormiter fuit lesa:quia pro centum,que habuit in dotem, renuntiauerit hereditati opulentissime: de quo se remittit ad not.per Innocen.in cap.cum contingat. de iureiurand. & Domi.in cap.quamuis.de pact.in sexto.In hoc breuiter communis opinio est,quod non obstāte renuntiatione,& iuramen
26 modo intelligatur,secundum subiectam materiam[26]:nã quandoque pro vita hominis.l.j.ff.pro socio.Alibi,perpetuo, exponitur,id est,generaliter.l.edita.vbi glo.C.de edendo.glos.in ca. vt circa.de elect.in vj.Alibi pro triginta annis,vt habetur inst.de perpet.& tempo.act.in princip.Et in proposito,vt correctio tollatur,consonat quod perpetua dicatur concessio facta in tertiam generationem.Et ita expresse tenet Calde.in consil. vltimo,de verborum signific. Non obstat quod Alexand. dicit de correctione §. alienationis. vbi prohibetur emphytensis in perpetuum concedi: quia, perpetuo, ibi intelligitur in infinitum,donec pensio soluatur:vt in dicto §.adeo.institut.loca.Et hoc modo nulla resultat correctio.Ex alia tamen ratione responsio predicta videtur esse dubitabilis:quia si §.licẽtiam.restringatur ad terminos d.§.emphyteusim.nihil noui affert,qd videtur contra intentionem d.§.dum inquit, Licentiam damus,&c.Unde secundo alia responsio tutior videtur,que colligitur ex dictis Joan.And.quem Abbas hic refert,quod verbum,perpetuo,in preallega.§.licentiam.intelligatur in infinitum,quantum ad numerum heredum:sed respectu qualitatis heredum ibi:nihil innouetur, sed attendatur quod dicitur in dicto §.emphyteusim. Et sic concedi potest filijs, nepotibus,& omnibus descendentibus in infinitum, non tamen extraneis heredibus.Et talis distinctio cõmuniter approbatur per doc. in pluribus locis supra allegatis.Et ad hoc bene facit tex.in d. §.licentiam. dum inquit, non solum ad tempus,sed perpetuo. Et ita patet quod verbum,perpetuo, ponitur ibi respectu tẽporis quo ad numerum heredum: de qualitate vero heredum nihil ibi dicitur; ideo §.emphyteusis. incorrectus remanet respectu qualitatis heredum,vt dicit Joan.Andr.& bene,per supra dicta.Secundo conclusioni supra facte obstare videtur ratio,quam Abbas hic inducit: quia text.in dicto §.emphyteusim. & in §. licentiam. non debent admitti secundum canones, per textum in capi.ecclesia sancte Marie.§.de constitutio.vbi statutum Basilij editum in fauorem ecclesie reprobatum fuit propter defectum potestatis:cum principes seculares non habeant potestatem in ecclesiasticis.xcvj.distinc.in cap. bene quidem.& in cap.nouit.§.de iudicijs.vt latius per Abb.hic,& sequitur Alexand.in dicta l.etiam.ff.soluto matrimonio.in fin. articuli.ergo in vanum laborauerunt docto.circa intellectum d.§. emphyteusim.& §.licentiam.Ad hoc dupliciter potest responderi. Primo, secundum Aretinum hic,quod dispositio iuris ciuilis approbata videtur de iure canonico:vt probatur in ca. nulli.de rebus eccle.non alien.in fine. vbi alienatio prohibetur in bonis ecclesie sub pena,quam Leonina constitutio comminatur:& sic approbatur constitutio,de qua in l.iubemus. la secunda.C.de sacrosanc.eccle. Ad cuius legis interpretationem emanauit quod dicit in dicto §.emphyteusim.& in dicto §.licẽtiam. Et sic ista omnia approbata videntur:quia quicquid dicitur de dispositione interpretata, intelligitur dictum de interpretante.§.fina.in authent.de filijs ante dot.inst.natis. Ista responsio non videtur procedere sine dubio:quia in dicto cap. nulli. approbatio limitata videtur, respectu pene:& cum pena accessoria sit, non conuenit quod de accessorio ad principale inferatur:argumen.l.quod per manus.ff.de iure codi.Sed tamen dici potest quod in preallegato capit.nulli.non approbatur cõstitutio Leonina immediate per illum textum, cum ibi hoc nõ constituatur:sed bene probatur,vt colligitur ibi, quod talis constitutio esset prius approbata. Et sic cum agatur ibi de probatione ex accessorio, bene infertur ad principale: quia probato accessorio,probatum videtur esse principale.tex.nota. in l.ij.vbi Bal.C.de dotis promiss.Secundo respondetur quod illud,quod Abb.dicit,per ca.ecclesia.de constitutio.locum habet in statuto inferioris a principe, prout erat constitutio illa Basilij.Secus in statuto principis:quia approbatum videtur a canonibus,si in fauorem ecclesie ordinatur: vt not.Hostiens. tradit in cap.fin.infra de solut. Maior enim est potestas principis,quam inferioris secularis:vt in simili questione not.Bal. in l.placet.ibi:tu dic.C.de sacrosan.eccle.& idem Barto.in l.si diuina domus.C.de exact.tributorum.libro decimo.Et ita And. Sicu.respondet in consi.penult.§.allegato. Sed ista responsio periculosa videtur:quia etiam lex Imperatoris, quando specialiter loquitur de clericis, vel de bonis ecclesie, non valet ex defectu potestatis:& ideo leges,que sunt in titulis, de sacr.san. eccle.& de episcop.& cleric.non habent locum de iure canonico: vt late domi.Abb.tradit in dicto capit.ecclesia sancte Marie. §.de consti.& in cap.inter alia.de immu.ecclesiarum.Unde hoc pendet ab his,que habentur in preallegato cap.ecclesia. Et sic tutior videtur solutio Aretin.declarando vt supra dictum est. Retenta igitur conclusione communi superius firmata, limitatur,& declaratur procedere,quando emphyteusis ab ecclesia conceditur ex consuetudine, ita quod res consueta sit dari in emphyteusim:& isto respectu concedatur absque alia iusta causa alienationis bonorum ecclesie.Secus vero vbi subesset iusta causa alienandi, scilicet causa necessitatis, vel vtilitatis ecclesie, iuxta gloss.xij.quest.ij.in summa: quia tunc etiam in extra-
i neos[i] heredes transfertur,secundum Anton.de But.hic:quia cum in totum res alienari possit, a fortiori dari potest in emphyteusim.Et sequuntur Imol.& Abb.hic,Alexand.in consil. clxxxviij. viso, & mature discusso.libro secundo. Et hoc modo verificatur, & procedit opinio eorum, qui tenent emphyteusim ecclesie transire etiam in heredes,quos Alexan. refert in dicta l.etiam.in secunda principali opinio.Et tali casu,quando iusta alienationis causa concurrit, emphyteusis ecclesie, que conceditur alicui,& heredibus eius, etiam de extraneis intelligitur, vt Abb.hic: quia natura verborum illos includit,& non subest causa quod verba restringantur.In hoc tamen Abbas reprehenditur per And.Siculum in consilio penul.supra allegato. quia verba secundum naturam contractus intelliguntur.l.si vno.in princip.ff.locat.l.si stipulatus.ff.de vsuris.& natura emphyteusis ecclesie est,secundum communem opinionem, vt nõ veniant extranei: ergo illa verba non intelliguntur de extraneis.Sed ratio ista de facili tollitur:nam in casu,in quo Abb. loquitur, scilicet quando subest iusta causa alienandi, etiam in emphyteusi ecclesie, heredes extranei comprehenduntur:quia cum in totum in quemlibet extraneum alienatio fieri possit, ergo etiam extraneis heredibus emphyteusis poterit concedi: prout arguit Anto.de Butr.& sequuntur alij in locis supra allegatis. Et isto casu nulla est ratio vt a proprietate verborum recedatur,prout Abb.dicit.Non omitto tamen quod Roma. in dicta l.etiam.non admittit consequentiam,quam facit Antonius de Butrio hic,dum inquit:Si res ecclesie in totum potest alienari ex causa, a fortiori poterit concedi in emphyteusim:quia,dicit ipse,quando in totum ex causa alienatio fit,nulla ratio est, quod in extraneos heredes non transferatur: sed quando ecclesia retinet directum dominium,concedendo rem in emphyteusim,ratio suadet quod ad extraneos heredes non transferatur:ne illud directũ dominium, quod remanet apud ecclesiam,reddatur pene inutile:sicut dicitur de vsufructu in l. iij.§.ne tamen.ff.de vsufruct.& in l.cum antiquitas.C.de vsufru. Et ita simpliciter Aretin.hic refert. Et istam rationem prius tradidit Petr.de Ancharan.in consi.cxxxiij.plene, & subtiliter. Sed tamen responderi potest quod per hoc non remanet dominium inutile apud ecclesiam:cum alijs modis emphyteusis extingui possit,& reuerti ad ecclesiam:vt in cap.potuit.j.de locato.Et hoc patet in emphyteusi concessa a priuato,que porrigitur ad extraneos: & tamen etiam in priuato illa ratio deberet considerari quod dominium remaneat inutile: vt patet ex eo quod Ro.dicit de vsufructu. Preterea,si iusta causa est potens vt alienatio in totum sequatur, & in totum ecclesia priuetur:ergo illa causa pariter debet operari,vt non debeat considerari quod inutile remanet dominiũ: quia pur aliquid plus ecclesia retinet alia ratione,quam dicat Roman. non videtur tamen procedere argumentũ de alienatione libera ad emphyteusim:quia in totali alienatione ecclesia consequitur pretiũ, quod equiualet rei,& necessitati, vel vtilitati ecclesie consulitur: non sic in emphyteusi, que datur sub modica pensione ad meliorandum,vt per Bartolum in l.j.C.de iure emph. Unde iusta causa, que consideratur in libera alienatione, non videtur ad emphyteusim adaptari.Ita Andr.Sicu.dicit in dicto consi.pen. Sed ad hoc etiam respondetur, quod imo in concessione emphyteusis a principio prestatur notabilis quantitas pro primo ingressu:vt not.Barto.in dicta l.j.in princip.C.de iur.emphy.vbi Alber.post antiquos dicit istam esse communem opinionem

tionem. Et hoc clarum est in concessione emphyteusis ex causa onerosa: vt notat Barto. in l. si mihi & Titio. ff. de verborum obliga. & tali oneroso titulo intelligitur alienatio & emphyteusis bonorum ecclesie: & ideo quantitas, que a principio numeratur cum tenui pensione, que successiue soluitur, equiualet precio, quod datur pro libera alienatione. Et ita communis opi-
49 nio defenditur. ¶ † In eadem gloss. ibi: l. j. C. de liber. preter. ibi loquitur in nepote ex filia: & sic ampliatur dictum gl. quod conditio illa, si decesserit sine liberis: etiam in nepote ex filia verificatur: vt not. Ang. in l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebellianũ. Quod verum esse intelligitur, nisi dicatur, liberis masculis: quia tunc non veniret nepos ex filia[k]: vt Specu. not. tradit in tit. de emphyteu. §. nunc aliqua. versi. xxlvj. & Bald. ibi in additio. & idem Bal. in authen. si quas ruinas. circa finem, C. de sacrosan. eccles. cum concordant. vt per Alexan. in dicta l. ex facto. §. fin. & idem Alexan. in l. sed si hac. §. liberos. ff. de in ius vocand. ¶ In ead. glo. in fin. dicunt Joan. Andr. & docto. hic, quod dispositio d. l. cum auus. cum similibus allegatis in glo. locum habet in filio instituto, prout loquitur: secus esset in extraneo instituto. Et ratio est, secũdum Abbatem: quia in extraneo cessat ratio, que allegatur in l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. Et hoc idem prius voluit glos. in l. ex facto. §. si quis rogatus. & in alijs locis:
50 vt prosequitur Alexand. ibi. ¶ † In glo. in verbo, secunde. in fi. reprobatur communiter: & conclusio communis est quod pro-
27 batio incumbit fundanti se in etate[27] minori vel maiori, secundum glo. in cap. presbyter. xxviij. distin. Et ita Abbas hic concludit post docto. in locis per eum allegatis. Idem Abb. in cap. j. in fin. de regu. & Bal. per illum textum in l. si minorem. vbi latius insistit Salic. C. de in integrum restitu. & Barto. hoc idem dicit in l. j. circa finem, versi. ego dico. ff. de except. Domi. in dicto capi. si eo tempore. de rescrip. in vj. Et secundum istam conclusionem consuluit Calde. in consi. v. eodem titu. quis habeat probare. Barto. in consil. xcij. in questione. Bald. in consil. cclxiiij. factum tale est. circa finem, lib. j. & in consi. cccxxiij. in casu proposito. circa finem, in iij. lib. Alexan. in consi. cxlix. viso processu. lib. v. & aliquid Pau. de Cast. in consi. cxxxix. visis. & idem Imo. in consi. xxiij. in casu premisso. Et predicta conclusio, vera est, & procedit, quando quis fundatur in etate, ita quod etas principaliter allegatur. Secus vero, quando actus allegatur, qui ad sui validitatem accessorie etatem includit: quia etas idonea presumitur: vt per istum tex. Abb. hic dicit. Idem Abb. in dicto cap. cum virum. de regul. cum concordan. allega. supra in notabilibus. & not. etiam Bald. in dicto consil. cclxiiij. Et adeo ista presumptio procedit, quod non tollitur, nisi per aduersarium contrarium concludenter probetur: vt probatur hic, ex quo Abb. dicit multum limitari dictum Innocen. in ca. innotuit. de eo, qui fur. ord. suscep. dum ibi inquit, quod vbi solennitas in aliquo actu presumitur, illa presumptio de facili tollitur per contrariam presumptionem. argumen. cap. quia verisimile. de presumpt. Hoc enim Abb. dicit non habere locum in isto casu, in quo ex parte aduersarij concludens probatio requiritur ad tollendum illam presumptionem etatis legitime. Sed tamen dici potest, quod dictum Innocent. generaliter procedat: quia, vt dictum est, presumitur quod in actu professionis iste esset maior, & in etate idonea, & in contrarium nõ fuit facta probatio concludens de minori etate, nec etiam aliqua presumptio habetur quod esset minor tempore professionis: quia, vt ipsemet Abb. hic dicit, in his, que cursu temporis mutantur, ex preterito non presumitur in presenti. l. spadonem. §. qui absolutus. ff. de excu. tutorum. Et ideo licet probetur, quod quis esset minor, non presumitur minor: vt declarat Bal. in l. ij. in princ. versi. sequitur enim. C. eod. Pe. de Ancb. in regu. semel malus. ver. sequitur. de reg. iur. in vj. Sali. in d. l. si minorem. cum simil. Si ergo ex hoc presumptio non insurgit, non sumus in terminis, in quibus loquitur Inno. in ca. innotuit. Predictis etiam addevnum casum, in quo non grauatur onere probandi etatẽ, qui in illa fundatur in substituto pupillariter. Nã qui allegat pupillum decessisse in pupillari etate, ipse nõ tenetur hoc pro-
28 bare, sed intẽtio eius fundata videtur, & debet admitti, nisi per aduersarium de maiori etate[28] probetur, secundum Bald. not. in consil. incip. ex parte contingente. per textum not. in l. ex facto. §. penul. ff. ad Trebellianum. vbi substitutus Titio decedẽti sine liberis, mortuo Titio fundata est intentio substituti, nisi probetur quod Titius haberet liberos. Et hoc in fauorem substituti introductum fuit: de quo Bartol. & Angel. ibi: & tradit Alexand. in consi. xxix. viso themate. libro primo. Et ad supradicta conferunt, que Bal. dicit in consi. cccxiiij. factum tale est. lib. iiij. ¶ In gloss. fin. ibi: non euanescit substitutio. Primo aduertendum est: quia text. in dicto §. sed & hoc presenti. in authent. de san. episco. non loquitur simpliciter de loco religioso, vel de ecclesia substituta, prout gloss. hic dicit, sed solum de redemptione captiuorum, & de alimentis. Unde si non debet extendi extra terminos eius, vt in fi. glos. hic dicitur, hoc dictum glo. hic non esset verum: & maxime, quia in dictis duobus casibus posset esse aliqua ratio specialitatis. argu. l. si quis pro redemptione. iuncta l. illud. C. de sacrosan. ecc. Nisi dicatur quod in ista parte res conformatur cum iure communi: ideo lata debet fieri interpretatio. Secus in prima parte, que est exorbitãs a iure communi: & isto casu loquitur gloss. in fin. hic. Et retenta
51 cõmuni conclusione, ex ea colligitur quod † priuilegiatus[l] pro-
l pter aliquam qualitatem, non vtitur priuilegio contra alium eiusdem qualitatis, per textum in dicto §. sed & hoc presenti. vt Abb. hic deducit. Facit tex. in capi. cum causam. vbi Abb. j. de prebend. & in l. sed & milites. vbi Barto. in princip. ff. de excusat. tutorum. ibi: coequalitas enim honoris, &c. Per quem text. dicit Bal. in cap. j. s. eod. quod priuilegium fisci vt ab aduersario sibi edatur, iuxta l. ne quisquam. de edendo. non habet locũ contra alium fiscum. De quo dixi in dicto capit. j. Et ideo priuilegia, que scholaribus tribuuntur, vt habetur in authen. habita. C. ne fil. pro pat. non competunt, quando agit scholaris contra alium scholarem: vt inquit Bald. per illum textum in l. ij. C. de pri. fis. Quod verum est, nisi respectu fori: vt idem Bald. tradit in authen. habita. C. ne fil. pro pat. Similiter dicit Bal. in capi. causam. el ij. s. de indic. quod dispositio l. non eo minus. C. de procura. non procedit, quando minor litigat contra alium mi-
m norem[m]. Alleg. tex. in dicta l. sed & milites. facit tex. in l. verum. §. penult. ver. item queritur. ff. de mino. & in l. assiduis. C. qui potio. in pig. & quod Oldra. scribit in consi. cxix. Titius condidit testamentum. in fi. vbi alle. text. in dicto §. sed & hoc presenti. Et in simili post longam disputationem, notabilem questionẽ decidit Joan. And. in regula, in iudicijs. de regulis iur. in vj. Ex quibus infertur, quod si duo habent priuilegium immunitatis ab eorum creditoribus, vt per aliquod tempus non possint conueniri, inter eos non erit locus priuilegio: vt not. consuluit Petr. de Ancbar. in consi. xxxvj. contra Joan. Predicta conclusio procedit, quando vterque est priuilegiatus in specie respectu cause, de qua agitur: & sic priuilegia vtriusque in exerci-
n tio concurrunt[n]. Secus quando alter tãtum priuilegiatus sit in casu, de quo queritur: quia tunc vtitur priuilegio contra alium, qui si in eodem esset casu, idem haberet priuilegiũ: vt patet in l. fina. ff. ex quibus cau. ma. vbi Barto. Abb. hic post Bartolum in authen. quas actiones. C. de sacrosanc. ecclesijs. Et ad idem tex. in cau. auditis. s. de in integrum restitut. vbi Abb. in penulti. notab. & in cap. ad aures. vbi Abb. per illum textum de prescrip. & idem Abb. in cap. super spoliatione. in primo not. s. de ordi. cogni. Nam talis, qui in causa priuilegiatus reperitur, non tam potior, quam solus inuenitur: vt alibi dicit tex. in l. ij. in fi. ff. qui potio. in pign. hab. ex quo alter in causa, de qua agitur, non habet priuilegium. Sed tamen diligenter consideran dum est, quia ista declaratio, quam omnes sequuntur, videtur contra text. in dicto §. sed & hoc presenti. & contra omnia superius dicta, in quibus si recte attendatur, patet quod priuilegiatus specialiter in aliqua causa, non vtitur priuilegio contra alium priuilegiatum in genere, propter similem eius qualitatẽ. Monasterium enim priuilegium habet, vt excludat substitutum vocatum a testatore: & tamen non vtitur priuilegio, cõtra
o aliud[o] monasterium substitutum: quod quidem monasterium substitutum in illo casu nullum habet priuilegium. Et eodem modo pariter induci possunt omnia iura, que superius dicta sunt. Et ratio manifesta videtur: quia cum priuilegium conceditur simpliciter, non debet trahi vt habeat locum cõtra alios pariter priuilegiatos: quia non est eadẽ ratio: & indefinita non equipollet vniuersali, vbi ratio diuersa habetur: vt per Dy. in rub. de regu. iur. in vj. & no. Barto. in l. si pluribus. ff. de legat. ij. Non obstant iura que per Barto. & alios inducuntur, videlicet tex. in dicta l. fina. ff. ex quibus cau. maio. & in dicto cap. auditis. cum similibus: quia in illis casibus ille, qui priuilegio vtitur cõtra alium priuilegiatum, laborat in damno euitando, alter nõ priuilegiatus certat de lucro: ideo priuilegium eius non attenditur: vt declarat Bal. in auth. perpetua. C. de sac. san. ecclesijs. & Pe. de Ancbara. in dicto consi. xxxvj. Pau. de Cast. in consi. cccxiij. vt bene attingatur. circa fi. Ang. Are. inst. de act. §. rursus. facit quod infra dicam. Secundo, conclusio supra dicta locum habet, quando sunt priuilegiati in eadem specie priuilegij: vt colligitur in casibus supra dictis. Secus vero quãdo pri-
29 uilegia diuerse speciei concurrunt[29]: quia tunc potentius pri-
30 uilegium attenditur[30]. l. verum. §. fi. vbi Bal. ff. de mino. Abb. hic post Barto. in dicta authent. quas actiones. Et potentius iudicatur priuilegium eius, qui tractat de damno euitando, quam alterius, qui certat vt lucrum cõsequatur secundũ Bar.

in dicta auth. quas actiones. Abb. hic, ⁊ text. in d. l. verum. §. pe.
vbi Barto. ex quo comprobatur quod supra dixi. Similiter po-
tentius dicitur priuilegium, quando causa concedendi priuile-
31 gium fauorabilior[31] est. d. l. verum. §. fin. facit tex. in l. si hominẽ.
§. quoties. ff. depos. ⁊ in l. interdum. ff. qui potio. in pig. habe. in
l. si ventri. §. in bonis. ff. de priui. cred. cum similibus. Nam quã-
do maior est ratio in vno priuilegiato, ille preualet: vt Bal. in-
quit in authen. habita. versi. modo istam materiam. C. ne filius
pro patre. Ex quo infert ad notabilem questionem. Similiter
potẽtius videtur illud priuilegiũ, in quo maior est vtilitas, vel
32 in quo est maior ratio specialitatis[32]: vt de statuto Bart.[p] not.
p tradit in tract. ad reprimendum. in ver. non obstantibus. Pe.
de Anchara. in cap. j. de const. Bal. in l. hac consultissima. C. qui
testament. face. poss. Similiter attenditur, ⁊ potentius videtur
esse priuilegium, per quod minus iuri communi derogatur: vt
in statuto in pulchra questione Bal. dicit in consi. incip. statuto
Astensi. ⁊ idem Bal. in l. si quis in graui. §. fin. alias in l. seq. que
incipit, qui posthumos. ff. ad Sillanianum. quem Areti. refert
in consi. lxxxiij. quia multa. Similiter potentius videtur priui-
legium, quod respicit personas, quam priuilegiũ, quod de cau-
33 sis loquitur[33]: vt in not. questione decidit Bal. in l. j. versi. tertio
queritur. ff. de off. consul. in l. executorem. versic. pone, duo sunt
statuta. C. de execu. rei iud. ⁊ in l. j. §. vbi autem. versi. illud scias.
C. de cadu. tollend. in l. Gallus. §. ille casus. ff. de lib. ⁊ posthum.
Similiter preualet priuilegium, vel statutum, quod prohibiti-
34 uum est, ⁊ negatiue procedit[34]. l. si Rufinus. vbi Bald. C. de te-
stamen. milit. l. iij. §. liberti. vbi Barto. ff. de suspec. tut. Et pari-
35 bus existentibus priuilegijs vincit reus[35]: vt inquit Bald. per
52 illum textum in l. iubemus. in princip. C. ad Trebellianũ. † Ex
supra dictis infertur ad questionem, vtrum ecclesia heres insti-
tuta Falcidiam detrahere possit de legato facto alteri ecclesie,
vel alicui pio loco. Et Abb. concludit hic quod sic, post Franc.
de Albergo. de Aretio. quem ita consuluisse refert. Et idem
Abb. dicit per illum textum in cap. cum causam. j. de prebend.
Et hoc prius sub dubio forte, etiam voluit Ang. in dicto §. sed
⁊ hoc presenti. circa fin. Salic. in authen. qui rem. C. de sac. sanct.
eccle. ⁊ Raph. Cuma. ⁊ Imo. in l. j. §. ad municipum. ff. ad leg.
Falcidiam. Contrarium tamen voluit Roma. in authen. simi-
liter. in gl. speciali in vltima voluntate. versi. aduerte tamen. C.
ad legem Falcidiam. quia ecclesia instituta non habet priuile-
gium in tali legato: sed priuilegium duntaxat competit eccle-
sie, cui legatum relinquitur: ⁊ priuilegiatus in specie, vtitur pri-
uilegio contra priuilegiatum in genere. l. fin. ff. ex quibus cau.
maio. ⁊ per Bart. in dicta authen. quas actiones. Et hoc idem
Roma. tradit in l. Marcellus. vbi sequitur Alexan. ff. ad Tre-
bellianum. ⁊ idem Alexand. in l. j. §. ad municipum. ff. ad legem
Falcidiam. Sed tamen ratio predicta tollitur ex his, que su-
pra dixi: quia imo priuilegiatus in specie nõ vtitur priuilegio
contra alium priuilegiatum in genere: ⁊ non est recedendum
a communi opin. Pro qua facit, quia quod Falcidia detrahi
non possit de legato, pro fauore ecclesie, vel propter salutẽ ani-
me testatoris introductum est. Sed rationes iste cessant, quan-
do etiam ecclesia heres instituta reperitur: quia vna pietas cõ-
tra pietatem sibi similem priuilegio non vtitur: vt Ange. dicit
in dicto §. sed ⁊ hoc presenti. in fin. faciunt dicta supra, in princ.
glos. Secundo circa istam gl. Abb. prosequitur questionem an
monasterium, quod excludit substitutum sit loco filij, vel here-
dis. In quo paucis concludi potest quod quantum ad exclusio-
nem substituti monasterium loco filiorũ habeatur. Patet hic,
vbi pariter deficit fideicõmissum, si grauatus ingreditur mo-
36 nasterium, sicut si filios suscepisset[36]. Et isto respectu glo. ⁊ do-
cto. bene dicunt, quod monasterium est loco filij: vt per gloss. in
authen. si qua mulier. in verbo, liberos. vbi Bal. C. de sacrosan.
ecclesijs. in dicta authen. nisi rogati. vbi Bal. C. ad Treb. ⁊ in §.
sed ⁊ hoc presenti. alleg. in glo. hic. Specu. in titul. de emphyt. §.
nunc aliqua. versi. cliij. Barto. in l. heredibus. §. j. ff. ad Trebel-
lianum. Bal. in c. j. de mil. vasal. qui ar. bel. depo. in princ. Ang.
in consi. lxxx. questio subtilis est. vbi inquit quod communiter
omnes dicunt, quod monasterium loco filij habetur. ⁊ idẽ Ful-
go. in consi. liij. quoniam superius allegatum est. cum si. que, vt
dixi, duntaxat procedũt quo ad istum effectum, vt excludatur
substitutus. Ita Bal. concludit in l. filium. in versi. item no. mo-
nasterium. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. Et ideo dicit Bal.
in dicta authent. si qua mulier. in iij. notab. quod monasterium
loco filij habetur tantum in casibus a iure expressis. Ad quod
facit quod infra dicam in fi. glos. Absolute ergo monasterium
q non dicitur esse loco filij[q]: vt Abb. hic concludit post Bartol.
in locis per eum allegatis: quia nullibi hoc probatur. Nam in
d. §. sed ⁊ hoc presenti. nõ dicitur quod sit loco filij, vel heredis:
sed contrarium potius ibi probatur, dum inquit, quod condi-
tio liberorum habetur pro non scripta. Si enim esset monaste-
rium loco liberorum, conditio haberetur pro impleta. Pre-
terea, si monasterium haberetur loco filij, per d. §. sed ⁊ hoc pre-
senti. ea ratione, de qua ibi, esset dicẽdum quod haberetur pro
vxore: prout etiam Barto. ibi dicit. Sic etiam tex. hic non pro-
bat, quod habeatur loco heredis, vel filij: quia sunt verba par-
tis, que per Papam referuntur: vt per Abb. hic. Et ita istum
tex. etiam prius declarauit Ange. in d. consi. lxxx. Et licet text.
iste induci possit quod monasterium loco filij habeatur: vt per
And. Sicu. in l. cum acutissimi. versicu. mihi videtur. Et idem
Andr. Sicu. in consi. xiij. ⁊ in consi. xx. in princi. lib. j. tamen hoc
intelligitur, quantum ad exclusionem substituti, ⁊ tãtum in ca-
sibus a iure expressis, vt dictum est. Et secundum supra dicta
intelligitur glo. in l. si ita quis. §. ea lege. in verbo, interest. ff. de
verborum obliga. que dicit, quod ecclesia quodam modo est de
53 suis. ⁊ not. Ang. in consil. cxxxiij. super primo puncto. † Tertio
ex gloss. secundum Abb. colligitur quod fideicommissum non
euanescit, quando restitutio debet fieri loco pio, vel religioso.
d. §. sed ⁊ hoc presenti. Et istud ampliatur, vt etiam habeat lo-
cum, quamuis locus pius substitutus, non esset equaliter pius,
sicut monasterium in quo institutus intrauit. Ita dicit Anto.
de But. hic, quem Abb. sequitur. Et in simili ad hoc bene facit,
quia electio facta de idoneo, non retractatur ex eo, quod alius
r magis idoneus eligi[r] potuisset: vt voluit glo. quam Abb. ⁊ alij
sequuntur in cap. quoniam in quibusdam. in verbo, qui maio-
ribus. vbi Abb. j. de iure patron. ⁊ no. Bar. in l. cum quidam. ff.
de lega. ij. Et secundum hoc declaratur quod solet dici, legatũ
in dubio deberi loco pauperiori: vt in §. si quis autem. in auth.
de eccl. titu. Ideo potius monasterio monialium deberetur: q̃
est locus magis pius, quam sit monasterium monachorum, se-
cundum Bal. in l. in multis. circa fin. ff. de statu hominum. post
Cy. in l. cum multe. in vlt. quest. C. de donat. ante nup. Nam ista,
⁊ similia locum habent, quando electio debet fieri, vel distribu-
tio. Secus est quando facta reperitur: quia non debet retracta-
ri, per supra dicta. Et circa tex. in dicto §. sed ⁊ hoc presenti. sub-
ijcit Abb. post Ioan. An. alios hic, quod cum loquatur in eo,
qui ingreditur monasterium, non haberet locum, si grauatus
non intraret monasterium, sed duntaxat illud heredem insti-
tueret, rationibus, de quibus per eum hic. Et gloss. idem tenet,
quam communiter docto. sequuntur in dicta authen. nisi roga-
ti. Arch. xj. quest. iij. in cap. si qua mulier. Bal. hic, versi. sed nun-
quid. quia hoc iure non cauetur, ⁊ de facili euerteretur fideicõ-
missum: cum facilius quis institueret, vel edificaret monaste-
rium, quam intraret: quia mutatio status sine magna animi
concussione non contingit. in authen. de mon. in prin. Et secun-
dum istam conclusionem consuluit Bartol. prout eum refert
Petr. de Anch. Secundo ex d. §. sed ⁊ hoc presenti. infertur ad
questionem per dominum Abba. hic, quod si quis institutus,
vel substitutus sit sub conditione, si non ingrediatur monaste-
s rium: talis conditio habetur pro non[s] adiecta, ⁊ pure videtur
facta institutio: vt per eum hic. Prima facie predicte decisioni
obstare videtur, quod not. Barto. in l. fi. C. de pac. vbi inquit q̃
tex. in dicto §. sed ⁊ hoc presenti. in iure quesito loquitur, q̃ ita
de facili non tollitur. Secus in iure querendo, secundum eum.
Unde infert, valere statutum, quod ingrediens monasterium
non succedat: quia agitur de iure querendo. Nam attenta tali
ratione, videtur quod valeat institutio, si non ingrediatur mo-
nasterium: quia ius querendum ex institutione aufertur. Sed
breuiter dicendum est, quod illa opin. Barto. communiter re-
t probatur[t], Mathesi. in not. cxlv. not. mirabile. Ang. in dicta l.
fi. C. de pac. cum pluribus concordan. vt Alexan. tradit in l. sti-
pulatio hoc modo concepta. ff. de verborum oblig. ⁊ idem Ale-
xand. in consi. cxxxix. viso themate. in ij. lib. ⁊ d. Abb. in rep. cap.
ecclesia sancte Marie. de const. Nic. de Ubal. in trac. suc. ab in-
test. cap. clerico. Facit quod not. Petr. de Anchar. in consilio
cclxxiiij. pro ⁊ contra. cum similibus, vt alias scripsi in dicta l.
final. C. de pactis. Nec est verum quod in dicto §. sed ⁊ hoc pre-
senti. agatur de iure quesito: prout Barto. dicit: quia quantum
ad substitutum non videtur ius quesitum heredi, cui per adi-
tionem non fuit simpliciter hereditas acquisita, sed cũ onere
fideicommissi. Et sic ex predictis conclusio habetur quod non
valet illa conditio apposita instituto, si non ingrediatur mo-
nasterium. Similiter non valet statutum quod ingrediẽs mo-
nasterium non succedat: quia vtroque casu retrahitur ab in-
gressu monasterij contra textum in dicto §. prealleg. Quod ta-
men singulariter limitatur procedere, quando absolute ⁊ gene-
raliter prohibetur, ne monasterium vel religionem ingredia-
tur. Secus vero si in specie dicatur, quod non ingrediatur
monasterium Predicatorum: quia talis conditio non reijci-
tur, cum multa sint alia monasteria, que potest ingredi. Ita
Bal.

Bald.not.voluit in l.cum ita legatum. per illum textum, ff.de
54 cond.& demon. †Et quoniam superius dicta loquuntur, quan
do conditio negatiue apponitur, si non ingrediatur monaste-
rium, probabiliter dubitari potest. Quid econtra si facta fue-
rit institutio sub conditione affirmatiua, si intrabit monaste-
rium: an ista conditio similiter reijciatur. Bartol. eleganter cõ
soluit quod sic, in consi.clxxxiiij. domina Auta Pauli. Sed cõ
trarium tenet Paul. de Cast. in authen. cui relictum. in fi. C. de
indi. vid. tol. post Bal. quem ipse refert in fi. & idem voluit Bal.
in l.j. in princip. C. de inst. & subst. Pau. de Cast. in dicta auth.
nisi rogati. in fine. Et ista opin. contra Bartol. verior videtur:
quia licet ex tali conditione retrahatur a matrimonio carna-
li, inuitatur ad matrimonium spirituale, quod fauorabilius
est. Ad hoc bene facit quod not. dixit Barto. per illum tex. in l.
Titio vsusfructus. §. fin. ff. de cond. & demonst. ¶ In ead. gloss.
ibi: exiguntur duo. Conclusio secundum glo. est, quod disposi-
tio d. §. sed & hoc presenti. etiam habeat locum in clerico secula-
v ri v. Et quicquid Abb. hic dicat, ista opin. verior videtur: quia
tex. in d. §. sed & hoc presenti. disiunctiue loquitur, & dicit, Mo-
nasterium ingrediantur, aut clerici fiant. ergo alterum suffi-
cit. l. vbi autem. §. qui illud. ff. de verborum oblig. & no. in cap. vt
quis duas. de election. in sexto. Vita enim clericalis, que habi-
tura est personam, & bona in perpetuum: prout gloss. hic loqui-
tur, non minori fauore digna videtur, quam vita monachalis.
Et videtur ista opinio magis cõmunis, quam sequuntur An-
ton. de Butr. Petr. de Anchara. Imo. hic, & Moder. Iaco. de
Bel. & Ang. in dicto §. sed & hoc presenti. & no. Bal. C. ad Treb.
55 in authen. nisi rogati. versi. item si quis. ¶ †In eadem glo. ibi:
ita teneat monachatus. Sic ergo, secundum gloss. si monacha-
tus non tenuit, substitutio non euanescit. Et hoc dupliciter in-
telligi potest. Primo, quando ingressus monasterij nõ valuit
a principio, vt quia fuisset minor quatuordecim annis, vt dici-
tur hic. Ad quod facit, quia dispositio, que loquitur de ingres-
su monasterij, de valido ingressu intelligitur. l. iiij. §. cõdemna-
tum. ff. de re iudi. l. ij. & quod ibi Bal. C. de eunuc. cum vulg. Se-
cundo intelligi potest, quod monachatus non tenuit ex parte
post, quia non habuit effectum: vt quia exiuit de monasterio
ante professionem: iuxta cap. statuimus. j. de regul. prout dicũt
Vincẽ. Abb. & doct. hic: & tali casu etiam non extinguitur fidei-
cõmissum: quia ingressus monasterij, de quo text. hic loquitur:
& in dicto §. sed & hoc presenti. intelligitur cum effectu, scilicet
de eo, qui ingressus perseuerauerit. Ad quod facit, quia etiam
expressa conditio apposita in aliqua dispositione, si ingredia-
tur monasterium, non impletur, nisi persistat in monasterio: vt
x tradunt Bal. Salic. & Moder. x in l. si quis heredem. C. de inst.
& subst. Ang. in consi. cliij. ex hoc igitur. Imo. in l. in substitutio
ne. vbi Alexand. ff. de vulg. & pup. Nam ante professionem non
dicitur quis proprie ingressus: vt not. Barto. in dicta authen.
si qua mulier. Alle. tex. in authen. sed neque curialem. C. de epi-
scop. & cler. sed melior est tex. in cap. religioso. de senten. excom-
mu. in sexto. Et ista procedunt inspecta mente disponẽtis, qui
cogitare videtur de ingressu monasterij cum effectu, scilicet cũ
professione: alias autem ingressus monasterij, & professio vt di-
uersa distinguntur. cap. penul. de regu. in vj. vbi Domin. vnde
solet dubitari an ille, qui votum facit de ingrediendo religio-
nem, satisfaciat voto, si ingrediatur, licet postea exeat. de quo
56 Domi. in dicto cap. pen. Archid. xx. quest. ij. in cap. cum simus.
& sanctus Tho. in ij. ij. qõ. clxxxix. †Quid autem si quis non bo
57 no zelo, sed in fraudem ingrediatur monasterium, ad hoc vt
excludatur substitutus 57. Abb. concludit quod fideicõmissum
non euanescit: quia fraus alicui prodesse non debet, vt per eum
hic. Et ita tenet glo. & communiter doct. sequuntur in dicta au
then. nisi rogati. Ad quod in simili facit, quia licet in articulo
mortis contrahi matrimonium possit, vt filij nati ex concubi-
na legitimentur, vt per Cynum in l. nuper. C. de nat. lib. Ioan.
And. in regula, sine culpa. de regu. iur. in vj. cum concordan. vt
y per Alexand. in l. si quis posthumos. ff. de liber. & posthum. Si
tamen hoc matrimonium fiat in fraudem y substituti, non va-
let, secundum Angelum not. in l. sed est quesitum. ff. de liberis &
posthumis. & in l. nuper. C. de nat. libe. facit quod not. Cyn. in l.
emptorem. C. loca. quem refert, & sequitur Alexand. in l. si filio-
familias. §. si vir in quinquennium. ff. soluto matrimon. Et ista
de plano procedunt, quando constat de fraude. Sed difficul-
tas est in proposita questione, quomodo fraus deprehendatur.
Abb. hic post antiquos dicit fraudem probari, quando graua
tus onere fideicommissi comminatus fuit substituto. argumẽ.
capi. ij. de renunt. in sexto. & sequitur Alexand. in dicta l. si quis
posthumos. Et dicit Bal. hic, versicul. quid si quis ingreditur,
quod si institutus ingrediatur monasterium in articulo mor-
tis, hoc videtur factum in fraudem substituti: & ideo ex tali in-
gressu non excluditur substitutus. argumen. l. filie mee. ff. solu-
to matrimonio. Et idem Bald. tradit in dicta authen. nisi ro-
gati. col. fi. versicu. quid si rogatus. Facit quod not. Bald. in au
then. si qua mulier. versicu. septimo quero. C. de sacrosan. eccles.
vbi inquit quod suscipiens in morte habitum religionis, non
dicitur profiteri, nec bona eius transferuntur. Alleg. Specula.
qui hoc dicit in titu. de stat. monachorum. §. j. circa finem. Sed
tamen iste non videntur sine dubio procedere: quia si ingressus
fecerit professionẽ, prout in ista questione presupponitur, alias
etiam sine fraude fideicommissum deberetur, profecto facta
professione nulla ratione suadetur, quod in fraudem substitu-
ti videatur ingressus: quia non rationi cõsonat, quod quis ve-
lit in vita sua priuari, & spoliari omnibus bonis, & maximis o-
neribus religionis subijci, ex eo quod post mortem eius exclu-
z datur fideicõmissarius. Unde in casibus supra dictis fortior z
presumptio videtur quod motus fuerit bono zelo, & habito ta-
li proposito comminatus fuit substituto de exclusione, que in
consequentiam sequebatur, non quod propter illã ad hoc prin
cipaliter induceretur. Similiter in eo, qui in articulo mortis
ingreditur religionem, ex hoc fraus non arguitur, sed potius
in illo tempore videtur habere rationem salutis sue: & ideo su-
per tali probatione fraudis diligenter cogitandum est. ¶ In
fin. gloss. notandum est quod dispositio d. §. sed & hoc presenti.
procedit limitate, prout loquitur, & extra terminos eius ad a-
lium casum non extenditur. Idem glo. & Bald. in dicta authẽ.
nisi rogati. Salic. in dicta authen. si qua mulier. Ex quo infer-
tur, secundum Abbatem post Ioãnem Andream, & alios hic,
quod cum text. in §. preallег. loquatur, quando vnus conditio-
nem liberorum apponit in personam alterius, non haberet lo-
cum, si ad propriam personam disponentis cõditio liberorum
referatur: vt quia vnus donando vel legando dicat, Si decesse
ro sine liberis: talis enim conditio intelligitur de veris, & natu
ralibus liberis, vt latius per eum hic. Et idem Bartolus se-
quitur in dicto §. sed & hoc presenti. Bal. & Pau. de Castr. & alij
in dicta authen. nisi rogati. Ex quo Bal. ibi versicu. denuo po-
ne. infert, quod si donaui tibi omnia bona, si sine liberis decesse
ro, quamuis ego ingrediar monasterium, donatio non euane-
scit. Facit quod no. Angelus in consilio ccxxxv. ex quo dictus
Albertus, vbi inquit, quod si in sententia apponatur cõditio,
Si sine liberis decesserit, non habet locum quod dicitur in di-
cto §. sed & hoc presenti. In predictis tamen aduertendum est:
quia cum tex. in dicto §. sed & hoc presenti. videatur fundari fa
uore religionis, & ne quis a vita contemplatiua retrahatur: dis
positio illa reputatur fauorabilis, & fauore religionis debet
extendi ex identitate rationis, iuxta glo. in l. illud. C. de sacro
sanc. eccle. & in authen. sacramenta puberum. C. si aduers. vendi.
not. per Ioan. And. in cap. ex tenore. j. qui filij sint legi. Ita ar-
guunt Moder. hic. Et istam rationem adducit And. Sicu. in
l. cum acutissimi. versicu. adde quod Ange. male loquitur C. de
fideicommiss. vbi propter hoc reprobat Angel. in consilio pre-
alleg. Et concludit quod etiam in sentẽtia habebit locum text.
in dicto §. sed & hoc presenti. Ex quo infert quod proxime lo-
quitur Sali. in dicta authen. si qua mulier. dum dicit quod ille
§. non debet in cõsequentiam trahi, sed in suis terminis restrin
gatur. Et quod in casu d. §. sed & hoc presenti: ratione supra
dicta fiat extensio, tenet Alexand. in consi. cxxj. in fi. in ij. lib. & in
consi. xxxv. in fi. libr. iij. Ab ista impugnatione gloss. hic, & quod
docto. communiter dicunt, defendi potest considerando quod
tex. in d. §. alleg. loquitur in duobus casibus, scilicet quãdo ali-
quid disponitur per viam vltime voluntatis, vel donationis.
Primo casu respectu vltime voluntatis arg. supra factũ de fa
cili tollitur: quia in testatore, qui conditionem liberorũ in per-
sona ipsius apposuit, legando, si decedat sine liberis, cessat ra-
tio d. §. sed & hoc presenti. quia ipse non retrahitur ab ingressu
monasterij propter tale legatum, cum possit testamentum re-
uocare: vnde cessante tali ratione, non est tractandum de extẽ-
sione, que non fit, nisi eadem ratio concurrat. In secundo casu,
quando per viam donationis, videtur difficultas: quia illa nõ
potest reuocari: & sic ratio predicta cessat. Sed tamen etiam di
ci potest quod non sit eadem ratio in grauato, prout ille §. lo-
quitur, & in eo, qui principaliter disponit: quia grauatus vide-
tur inuitus facere restitutionem, ex quo necessitatur, & absque
voluntate eius tale onus sibi iniungitur. Unde si intrãdo mo-
nasterium nõ excluderet substitutum: retraheretur ab ipso in-
gressu religionis: quia presumitur inuitus prestare fideicõmis
sum, vt dixi. Secus in ipso principali, qui donauit, si decederet
sine liberis: nam cum talis donatio facta sit ab eo, in eadem vo
luntate durare presumitur. cap. maiores. de bap. Unde per in-
gressum monasterij non tollitur donatio: quia verba, & volun-
tas donantis de naturalibus liberis intelliguntur. Nec propter

hoc iste videtur retrahi ab ingressu religionis, ex quo de volū-
tate eius donatio procedit. Unde tota vis consistit in perscru-
tando diligenter an sit eadem ratio, vel non, in questione ad
quam extenditur dispositio d. §. ⁊ si non sit eadem ratio, restrin
gitur ille text. quia videtur multum exorbitans, cum offenda-
tur voluntas disponentis, qui de veris naturalibus liberis co-
57 gitavit. † Iuxta predicta infertur ad notabilem questionem si
ex forma statuti, bona offendentis applicantur heredibus oc-
cisi, ⁊ professus in monasterio occisus sit, cum filium haberet in
seculo, an monasterio, vel ipsi filio naturali bona debeantur.
Abb. hic concludit quod applicabūtur illi, qui erit heres. post
Federi. in consil. xxxv. quidam monachus. Contrarium tenet
Are. hic, sequutus aliam opin. que habetur inter consilia Fed.
a in consi. clxxiiij. ego putarem. ⁊ concludit quod filio[a] bona ac-
quirantur: quia illa applicatio bonorum videtur fieri in retri-
butionem illate iniurie, quantum ad ius vindicte, quod respi-
cit filium, ⁊ est quid separatum ab ipsa hereditate. Unde filius,
qui ab hereditate patris abstinuit, potest facere pacem de mor
te patris: vt tradunt Barto. Bald. ⁊ Imo. in l. filius, qui patri.
ff. de vulga. ⁊ pup. Facit quod no. Barto. in l. quesitum. ff. de se-
pul. vio. ⁊ in l. pro herede. §. fin. ff. de acquiren. hered. Et persecu
tio iniurie non competit iure hereditario, secundum Bartol.
in l. damni. §. Sabini. ff. de damno infecto. Et per istam ratio-
nem prius hoc voluit Pet. de Anchar. in ca. j. ver. procedit vl-
terius. de constit. vbi inquit quod ista bona conceduntur here-
dibus pro aliqua recompensatione iniurie illate propter mor-
tem defuncti. Et hoc magis videtur concernere filios, quā he-
redes extraneos. d. l. quesitum. ⁊ d. l. pro herede. §. fin. ⁊ quia hoc
est pretium sanguinis, ⁊ vindicte, quod non videtur esse hone-
stum monasterio. argumen. gl. xij. quest. ij. in cap. fraternitatis.
Ex quo etiam Pe. de Anch. ibi infert, quod si homicide pena
mitigatur propter pacem habitam ab heredibus occisi, debet
ista pax haberi a filio, non a monasterio. In primis attenta ra
tione, qua isti moventur, ista conclusio haberet locum in filio
masculo tantum, ⁊ non in femina, que in seculo esset: quia ius
b vindicandi[b] in femina non consideratur[38], secundum Ang. in
38 l. pro herede. §. fin. ff. de acquir. hered. vbi alleg. glos. no. in cap. j.
§. hoc autem notandum. qui feu. dare poss. ⁊ idem Ang. dicit in
l. iiij. §. Cato. ff. de verb. oblig. ⁊ in consi. lxvij. ex themate predi-
cto. vbi per hoc infert ad notabilem questionem. Et ideo si duo
sint heredes, vnus masculus, alter femina sufficit habere pacē
a masculo, secundum Bald. in l. cum inter veteres. C. de fideicō.
lib. ⁊ idem Ang. in l. filius, qui patri. ff. de vulga. ⁊ pup. ⁊ Bal. in
l. Titia. §. Lucius. el ij. in fi. de leg. ij. Roma. tamen ⁊ Alexand.
in d. l. pro herede. §. fin. videntur gloss. prealleg. reprobare: ⁊ di-
cunt quod etiam ius vindicandi de iure communi competit fe
minis. l. sororem. C. de his quibus vt indi. l. si femina. C. ad Tur
pillianum. ⁊ idem tenet Roma. in dicta l. iiij. §. Cato. ⁊ in l. j. §.
potuisse. ff. ad Sillanianum. Alexan. in dicta l. filius, qui patri.
Sed tamen dici potest quod in questione, in qua doct. loquun-
tur, pax, ⁊ remissio iniurie consideratur pro vindicta extraiudi
ciali, prout loquuntur iura supra allegata. Ita no. distinguit, ⁊
declarat ipse Ang. consi. cclxxxviij. viso facto. in fi. Secundo in
questione principali probabilis videtur opi. Abb. quod mona-
sterio bona acquirantur: prout late probat Fed. in dicto consi.
xxxv. Et istam partem sequitur Ro. in not. cccxlvij. incip. statu
tum verbis veteris. vbi dicit se ita consuluisse. Et hoc in termi-
nis proposite questionis probatur efficaci ratione, que colligi-
tur ex dictis Feder. in dicto consil. xxxv. Nam cum monachus
occisus sit, videtur facta monasterio iniuria, ⁊ monasteriū age
re potest pro iniuria, adeo quod nec monachus, qui passus est
iniuriam, illam remittere potest: vt traditur per glo. in c. paro
chianos. de senten. excommu. Unde monasterio vindicta com-
petit iure proprio, non respectu hereditatis. Ratio, quā Aret.
in contrarium adducit, haberet locum, si esset questio inter fi-
lium, ⁊ extraneos heredes, qui duntaxat in iure hereditario se
fundarent: sed in monasterio alia ratio concurrit: quia iniuria
illi facta videtur, vt dixi. Confirmatur hoc: quia quo ad mun-
dum monachus pro mortuo habetur. l. Deo nobis. C. de episc.
⁊ cler. ⁊ transit in potestatem abbatis: vt not. Bartol. in l. patre
furioso. ff. de his, qui sui. ergo videtur quod debeat iudicari tā
quam monachus occisus, ⁊ non vt pater eius, qui remansit in
seculo. Et pro ista conclusione videtur casus in cap. ij. j. de pen.
vbi pena, que imponitur interficienti presbyterum, iuxta text.
in cap. qui subdiaconum. xvij. quest. iiij. acquiritur ecclesie eius:
quia nullus proximior heres eius videtur quam ecclesia. A for
tiori hoc idem dicendum est in monasterio, cui magis mona-
chus subijcitur, quam presbyter ecclesie seculari. Nec obstat quod
Abb. in dicto cap. ij. in fin. videatur intelligere illum tex. quod
non sunt agnati proximiores: quia verba tex. repugnant, dum

comparationem facit, ⁊ dicit quod nullus heres proximior vi-
detur. Ergo vt conveniat cōparatio, quod extarent alij agna-
ti, ⁊ sanguine coniuncti, qui licet in alijs bonis admittantur, ta
men in tali lucro ecclesia preponitur: quod nō videtur alia ra-
tione, nisi quia iniuria facta fuit ecclesie, sicut dixi supra de mo
nacho. Et per illum textum in dicto capi. ij. tollitur quod dicit
Pet. de Anchar. in prealleg. cap. j. de constitut. quod non vi-
deatur istud lucrum esse honestum ecclesie: quia in cōtrarium
58 ibi est casus. † Postremo circa istam glo. Abb. querit de nota-
bili questione, si conditio liberorum apponatur hoc modo, si
heres institutus decesserit sine liberis veris, ⁊ naturalibus ab
eo procreatis: an tunc per ingressum monasterij excludatur
substitutus. Abb. post Barto. ⁊ antiquos quos ipse refert, con-
c cludit quod sic[c] ex pluribus rationibus, quas Bart. tradit in
consi. j. Parmensis quidam. ⁊ sequitur Aret. hic, ponderando
tex. in dicto §. sed ⁊ hoc presenti. dum dicit conditiones invali-
das esse, ⁊ haberi pro non scriptis. Ex quibus verbis impoten
tia testatoris arguitur, ⁊ quod conditiones tanquam turpes
reijciantur: vt in l. conditiones. ff. de condit. instituend. Ex quo
sequitur, quod voluntas disponentis non attēdatur. Et idem
late voluit Ange. in cōsi. lxxx. hec questio subtilis. ⁊ in sua disp.
nobilis quidam genere. Sequuntur Lap. alleg. cxxix. factum,
super quo. Imo. in l. fideicommissum. ff. de cond. ⁊ demon. ⁊ no-
vissime consulendo plene probat Alexan. in consi. cxxj. viso the
mate. lib. ij. ⁊ in consi. xxxv. super contentis in dicto themate. in
iij. libro. ibi istam esse communem opinionem attestatur. Con-
d trarium[d] tamen tenuerunt plures antiqui, quos Abb. hic re-
fert, concludentes quod in tali casu per ingressum monasterij
non excluditur substitutus. Et hoc sequitur Bal. in l. Deo no
bis. C. de episcop. ⁊ cler. ⁊ in authen. nisi rogati. versic. ⁊ per hoc
soluitur questio. C. ad Trebellianum. vbi dicit quod ista opin.
est multum equa. ⁊ idem Bal. in l. peculio. in verbo, substitutio.
dicens quod in vsu ita servatur. ⁊ in l. si ita quis. si. is, cui. ff. de le
ga. ij. in fine. Facit quod not. Bald. hic circa finem, vbi videtur
tenere quod testator derogare possit dispositioni huius capi-
tuli, vt monasterium non excludat substitutum. Et istam par-
tem tenet Fulgo. in consilio liij. quoniam superius allegatum.
Imo. hic, ⁊ in l. Lucius Titius, qui fratrem. ff. de hered. instit.
⁊ idem Salic. ⁊ Floria. in dicta authen. nisi rogati. quos refert
Andr. Sic. qui secundum istam partem consuluit in consi. xiij.
clementissimi Dei patris. libro primo. Pro resolutione huius
questionis primo considerandum est, quod ratio illa, que pro
maximo fundamento allegatur, ad exclusionem substitutis, ne
gravatus retrahatur ab ingressu religionis: in isto casu non vi
detur vera. Primo, quia vt dicit Anton. de But. hic, non est ve
risimile quod ille, qui zelo Dei ad religionem concitatur, re-
trahatur ex eo quod fideicommissum in substitutum transfera
tur: vt etiam no. Imo. in dicta l. Lucius. la ij. Et hoc idē prius
voluit Bal. in consi. incip. inter scholam sancte Marie. vbi in-
quit, quod levis ratio videtur reijciendi dictam conditionem,
ne a vita contemplativa removeatur: quia cum intrans reli-
gionem renuntiet seculo, ⁊ bonis, ⁊ perpetuam voveat pauper
tatem. cap. cum ad monasterium. de statu monac. non est verisi
mile quod retrahatur a proposito religionis propter onus fi-
deicommissi. cum paupertatem profiteatur. argumen. l. profes-
sio. C. de mune. patr. lib. x. Confirmatur hoc: quia si talis condi
tio tanquam turpis reijceretur, ne vita contemplativa impe-
diretur, ista ratio etiam haberet locum, quando alia pia causa
esset substituta: ⁊ sic etiam tali casu deberet extingui fideicom-
missum: cuius contrarium dicit tex. in dicto §. sed ⁊ hoc presen
ti. Ergo datur intelligi quod nō sit illa ratio. Et certe hoc sua-
detur: quia iste, qui religionē ingreditur, nihil plus vel minus
habiturus est, sive locus sit fideicōmisso, sive non. Unde ex hoc
non videtur retrahi ab ingressu religionis: vt supra dictū est.
Et maxime hoc haberet locum, quando esset iniunctum fidei-
commissum in re parva, propter quam verisimiliter quis non
deberet retrahi a proposito eius, vt Aretin. hic dicit. Remota
igitur hac ratione melior ratio illa videtur, que ex dictis Ant.
de Butr. hic elicitur, quod illud statutum sit in favorem mona
sterij, vel religionis: ⁊ iste favor etiam contra voluntatem testa
toris attenditur. Quod ex eo demonstratur, quia conditiones
reijciuntur: ergo datur intelligi quod voluntas defuncti non
attendatur, sed tantum favor pie cause. Et ad hoc sēm Are. fa-
cit ille tex. dum reijcit conditiones tanquam invalidas, ⁊ vult
illas haberi pro non scriptis, vt supra dictum est, ⁊ sequuntur
alij posteriores hic. Sed mihi nullo modo cōsonat quod talis
prerogativa concedatur monasterio, vel religioni contra vo-
luntatem testatoris: quia in conditionibus primo voluntas te-
statoris inspicitur. l. in conditionibus primum locum. in princ.
ff. de condi. ⁊ demon. Facit tex. in l. cum questio. in fi. C. de leg. in
l. cum

l.cum virum. C.de fideicom. ⁊ voluntas defuncti totum facit: vt dicit tex.in l.ex facto.la grande.ff.de hered.insti.⁊ priuilegiū,
e quod cōceditur monasterio in d.§.intelligitur,dummodo[e] voluntas testatoris non repugnet: quia sic fauorabilibus personis debitores sumus,vt aliis iniustitia non fiat.capi.ex tenore. s.de foro compe.cap.⁊ si necesse.de dona.inter virum ⁊ vxorem. Esset enim valde durum,quod bona disponentis contra volūtatē eius monasterio acquirerentur. Unde si constat de voluntate testatoris quod noluerit,monasterium excludere fideicōmissarium:dispositio eius seruari debet:quia quilibet in re sua moderator est,⁊ arbiter.l.in re mandata.C.mand.l.sed ⁊ si lege. §.consuluit.ff.de petit.hered.⁊ rebus suis legem imponere potuit,in cap.verum.de cond.appo.l.quoties.C.de dona. que sub modo.Si ergo voluit substitutum admitti nō obstante ingressu monasterii,nihil repugnat,quin admittatur. Et ad hoc videtur text.in l.Deo nobis.versi.hoc etiam.C.de episcop.⁊ cler. vbi pater tantum tenetur filio ingresso religionem,legitimam relinquere,vltra non cogitur.Si ergo plus reliquerit, poterit ei substituere in eo,quod vltra relinquit, prout etiam dicūt ibi Bal.⁊ Pau.de Cast.Ergo pari ratione fideicommissum iniūctum debet habere locum. Huic tamen fundamento respōdebat Aret.hic,quod procedit in eo, qui iam erat ingressus monasterium,in quo cessante ratione retrahatur a religione.Sed in questione, de qua agitur, non erat ingressus:ideo ratio illa videtur militare,ne a vita contemplatiua retrahatur.Sed responsio ista tollitur ex supra dictis:q2 in casu d.§.sed ⁊ hoc presenti.⁊ in questione nostra non est bona ratio illa, q fideicōmissum extinguatur,ne grauatus a religione remoueatur: vt supra late probatum fuit. Ergo ratio predicta, que fundatur in d.l.Deo nobis.remanet concludens in casu nostro in quo constat testatorem voluisse substitutum monasterio preferri. Non obstat quod conditiones reiiciuntur tāquam inualide,⁊ q habeantur pro non scriptis,quod non possunt dici turpes,⁊ inualide ex eo quod grauatus retrahatur a religione, vt supra dictum est: sed reiiciuntur simpliciter propter fauorem religionis.Sed iste fauor non intantum attendi debet, quod volūtas testatoris offendatur,per supra dicta.Nam quando testator cōditionem apposuit,etiam de liberis veris,⁊ naturalibus, fauore religionis non presumitur cogitasse de exclusione monasterii:⁊ ideo si sequatur casus,quo grauatus monasterium ingrediatur,conditiones reiiciuntur, ⁊ habentur pro nō scriptis:q2 non debent vlterius impleri:quia lex supplet,⁊ presumit,quod si testator cogitasset de ingressu monasterii, idem voluisset de monasterio quod de liberis:vt declarat Paul.de Cast.⁊ recte, in dicta authen.nisi rogati.vbi in simili quod dicitur de tacita vulgari,que continetur in expressa pupillari,ex dispositione legis, que supplet dispositionem testatoris ex presumpta voluntate eius.Sed quando constat de voluntate testatoris, ista interpretatio non admittitur:vt latius ibi per eum.Et istam declarationem sequitur Alexand.in consi.cxxi.preallega.in dicto consi.xxxv.Et cum his concordat Bald.hic,quem Alex.refert in consiliis preallegatis.Et facit,quia fauore anime fit extensio
f ad alium casum:vt no.in cap.ex tenore.qui fi.sint legi. Et quia tacita pupillaris est contra matrem,si causa pia[f] substituta fit. Alex.in consi.xxxvii.viso themate.lib.ii.⁊ consi.xci.super eo. lib. iii. Non obstant iura,in quibus cōditio reiicitur etiam contra voluntatem testatoris,quando mulier retrahatur a matrimonio,in l.quoties.⁊ in l.Titie si nupserit.ff.de condi.⁊ demonstr. cum simil.alleg.per Abb.hic:quia in casu nostro non retrahatur grauatus verisimiliter ab ingressu religionis,ex eo quod fideicommissum prestetur:vt supra dictum fuit. Preterea in iuribus preallegatis remouetur a matrimonio,⁊ inuitatur ad viduitatem:quod reprobatum est. Sed in ista questione inuitatur ad matrimonium carnale,quod etiam fauorabile est. l.hoc modo.ff.de cond.⁊ demonstra. Et ita ex omnibus supra dictis in terminis proposite questionis conclusio est,quod per ingressum monasterii excludatur substitutus: quia licet testator lo
g quatur de naturalibus liberis,non tamen cōstat[g],nec necessario infertur quod cogitauerit de exclusione monasterii.Et hoc modo bene procederet opin. Barto.⁊ aliorum,qui hāc partem sequuntur.Sed quando apparet quod testator cogitauerit de monasterio,⁊ voluit omnino substitutum admitti preualet voluntas testatoris.Et tali casu saluatur,⁊ habet locum opi.Bal. ⁊ aliorum quos s. retulimus. Et sic contrarie opiniones federe distinctionis concordari possunt. Et ex predictis infertur
59 ad not.quest.de qua quotidie dubitari contingit.†Si pater filie nubenti legauit mille, ⁊ si ingrediatur monasteriū relinquit
h ducenta,ipsa intrauit monasterium,an debeat habere mille[h]. Aretin.hic post Antonium de Butr.hic concludit quod sic: ⁊ hoc tenet Joan.And.in additio.Specu.in titu.de sta. monac. in rub.vers.disputata fuit hec questio.post antiquos quos ipse refert ⁊ idem Barto.in l.ii.ff.de his,que pene nomine.Albe. in l.Deo nobis.versi.sed quero aliam pulchram questionem.C.de episcop.⁊ cler.⁊ in suo tractatu statutorum in ii.parte, questio. ciiii.incip.adhuc ex eo themate quero.Mathesi.in no.lii. Roma.in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verborum obligat. Alexand.in dicto consi.xxxv.in iii.lib.⁊ in dicto consi.cxxi.in ii. libro.Et precipue fundatur ista opin.per textum in l. Titie si nupserit.ff.de cond.⁊ demonstr. vbi si filie testator legauit centum,si nubit,ducenta si non nubit:quamuis nubat,consequitur pinguius legatum,ne mulier retrahatur a matrimonio carnali:ergo idem in ista questione ne retrahatur a matrimonio spi
i rituali.Contrarium tamen in dicta questione voluit Bal.[i] in dicta l.Deo nobis.vbi inquit,quod ita seruatur de consuetudine.Idem Bal.in dicta authen.nisi rogati.versicul. pone,testator.dicens quod communis obseruantia, ⁊ equitas naturalis ita se habet.Et sequitur Pau.de Cast.ibi, qui refert Bononie se ita consuluisse.Et idem Pau.de Cast.in dicta l.Deo nobis. ⁊ in l.Titio centum.§.Titio genero.ff.de condi.⁊ demonstrat. Et ista opin.equior videtur, secundum Imolam in l.Lucius. la ii.ff.de hered.insti.⁊ etiam verior videtur de iure per ea, que supra dixi.Nam isto casu testator cogitauit de ingressu,⁊ prouisionem fecit,ergo voluntas eius attenditur,per supra dicta.Et idem tenet Petr.de Anchar.in regula,nemo potest.de regul. iur.in vi.in vi.quest.Bal.in consil.lxxxii.in quest.lib.v.Fulg.in l.Deo nobis.preelleg.⁊ in consil.liii.quoniam superius.Nō obstat text.in dicta l.Titie.quia potest dici quod hic,si bono zelo ingrediatur,cum habeat competentem dotē pro ingressu monasterii,nō retraheretur a tali proposito religionis: quia dum ingreditur,profitetur paupertatē, vt supra dictum fuit. Preterea in dicta l.Titie.retrahitur a matrimonio carnali,⁊ inuitatur ad viduitatem, quod quidem reprobatur a iure. Sed in ista questione inuitatur ad matrimonium, quod etiā est fauorabile.d.l.hoc modo.ff.de cond.⁊ demonstr.Et ad hoc bene facit tex.⁊ quod ibi Barto.in l.Titio vsusfructus.§.fi.ff.de cond. ⁊ demonstr. Item in dicta l.Titie.ibi videtur testator voluisse impedire matrimoniū, dū dicit, si non nubit. Sed in ista questione non est sic: q2 non videtur principaliter testator voluisse impedire religionem:sed voluit prouidere aliis in seculo remanentibus, casu quo illa ingrediatur:⁊ sic termini non sunt pares. Postremo secundum aliam literam text.in dicta l. Titie. nihil facit, dum ibi maior quantitas relinquitur casu quo nu
60 bat.Et ita litera communiter se habet. ¶†Extra gloss.primo Abb.querit,an ingrediens religionem testamētum facere possit, non seruata solennitate iuris communis. Et concludit q sic,post Bartolum in authent.si qua mulier.C.de sacrosanctis ecclesiis.Et idem Bartol.in l.prima,versicul.secundo quero.in fin.C.de sacrosanctis ecclesiis.⁊ per textum in §.illud. el secundo,in authent.de monach.vbi text.permittit ingredientem testari quomodo voluit,ergo absque solennitate requisita a iure communi.l.prima,ff.de testamen.mi.Et quia si hoc conceditur militibus armate malitie, non debet negari istis militantibus in Christo. Idem tenet Anto.de Butr.hic,⁊ sequuntur Pau. de Castr.⁊ alii in dicta authent.si qua mulier.Et hoc etiam extenditur ad clericos seculares,secundum Abbatem not. per illum textum ibi:libere disponere valeant.in cap.quia nos.in iii.
k notab.infra de testamen.Salic.[k] tamen in dicta authen.si qua mulier. ⁊ Roman. in consilio cccxxvii. oppositionem hanc tenent contra Bartolum:quia fundamentum eius, quod facit, equiparando milites celestis,⁊ armate militie, haberet locum in ingresso religionem:quia tunc esset miles: secus videtur in isto,qui ingressurus est.Quidam tamen in dicta authen.si qua mulier.ad hoc respondent quod ille,qui vult ingredi monasterium,habetur pro ingresso,⁊ sic miles reputatur,prout solet dici in milite armate militie, qui de proximo cingendus, habetur pro cincto.l.penultima.vbi text.ff.de testamen.milit. Facit quod not.Angelus in l.ex eo.ff.de testemen.mili.⁊ domi.Abb. per illum textum in cap.ecclesia.in tertio notab.de immunitate ecclesiarum.cum similibus.Ista responsio quantum ad propositam questionem videtur contra textum in §.illud.supra allegato, vbi ante ingressum permittitur vt quis testari possit: post ingressum vero prohibetur.Ergo non valet argumētum, quod ingressurus de proximo,pro ingresso habeatur:quia tex. ibi quantum ad facultatem testandi expresse differentiam facit.Et ideo magis placet opin.Salic.que verior videtur: nam attenta equiparatione,quam Bart.dicit de milite armate militie ad militem celestis militie,sequeretur quod ingressus monasterium posset testari,contra textum in dicto §.illud. ⁊ in authent.ingressi.C.de sacrosanctis ecclesiis. Unde manifeste patet,quod fundamentū Barto.nullo modo procedit.Compro

batur hoc, quia militibus relaxatur solennitas iuris in testa-
mentis, propter eorum imperitiam. l. prima, ff. de testamen. mi.
l. quanquam. C. eodem titu. quia ipsi potius arma, quam leges
scire presumuntur. l. fin. in prin. C. de iure deliberan. Sed ratio
ista in personis ecclesiasticis cessat, in quibus iuris ignorantia
non presumitur: vt per gloss. in l. repetita. C. de episcop. et cleric.
et quod docto. tradunt in dicto cap. quanquam. facit tex. in cap.
inter monasterium. infra de re iudic. Et ad hoc bonus tex. in l.
generali. C. de sacrosan. eccle. et in authen. presbyteros. ibi: secun
dum leges. C. de episcop. et cler. Non obstat tex. in §. illud. in quo
Bart. fundamentum facit, dum ibi dicitur, quod vti potest bo
nis suis quomodo voluerit ante, quam ingrediatur. Nam ista
verba intelliguntur, dummodo disponat secundum ordinem
iuris. argumen. l. si quando. C. de inoffic. testament. Hoc patet:
quia illa verba proferuntur ad ostendēdum quod post ingres-
sum non habebit potestatem disponendi: quasi Imperator di-
cat, Disponat quomodo velit prius, quam ingrediatur, postea
non potest. Et ita ibi restringitur facultas testandi. Et ideo
non est dicendum quod solennitas requisita a iure relaxetur:
q2 inducta ad diminutionē, non debent operari augmentum. l.
legata inutiliter. ff. de legatis primo. Et ad istum intellectum
faciunt que inferius dicam. Non obstat text. in dicto cap. quia
nos. ibi: libere disponere valeant: quia etiam illa verba intelli-
gi debent, seruata iuris solennitate: quia illud ibi dicitur ad
demonstrandum, quod talia bona non fuerunt acquisita eccle-
sie, prout ibi subiicitur. Et sic intentio summi pontificis nullo
modo fuit relaxare solennitatem iuris communis. Et ista re-
sponsio videtur magis ex mente litere, quam illud, quod And.
Sicul. dicit in dicto cap. quia nos, qui conatur ostendere quod
verbum, disponat, intelligatur de actu inter viuos. Et circa
istam primam questionem, secundum Abbatem hic, notādum
est, quod quando filios habet ille, qui religionem ingreditur,
legitima filiis omnino reseruatur: vt dicitur in dicta authen. si
qua mulier. Ex quo declaratur, quod habetur xvii. quest. ii. in 4
cap. fina. vbi Augustinus consuluit, quod non debeat quis ec-
clesiā instituere, et filios exheredare: vt per glossam in l. si quis
ad declinandam. C. de episcop. et cleric. in l. Papinianus. ff. de
inoffic. testament. Nam hoc intelligitur, quando in totum filii
essent priuati, et sic respectu legitime. Vltra legitimam vero ma
39 gis fauetur ecclesie, quam filiis[39]: [l] vt patet in dicta authen-
l tica, si qua mulier. Et ita videtur velle Bartol. in l. prima, ver-
sicu. circa predicta primo quero. C. de sacrosan. ecclesiis. Anto.
de But. consilio xxv. ad primum. Petrus de Ancbar. consilio
xliii. prima facie. et Aretin. consil. xi. in causa Nicolai. Et ideo
monasterium tenetur alere filios ingressi: vt notat Barto. per
illum textum in l. si quis a liberis. in §. item rescriptum. de libe.
agno. in fin. Allegat Specu. de statu monachorum. §. i. versicu.
quid si intret. et idem Bar. in tractatu alimentorum. Nam non
licet patri habenti filios inopes ingredi religionem, omnino
pretermissa cura filiorum. Sāctus Thomas. ii. ii. quest. lxxxvi.
articu. iii. circa medium. vbi idem dicit in filio habēte patrem
61 inopem. Ad quod tex. xxx. dist. cap. primo. †Secundo iuxta or
dinem Abb. queritur an testamentum prius factum, per in-
gressum monasterii reuocetur. Quantum ad casum, de quo du
bitatur, Barto. in dicta authen. si qua mulier. tandem conclu-
dit. Primo quod quando testator tempore, quo fecit testamen
tum, non cogitauit de ingressu monasterii: tunc testamentum
reuocatur. Sed Anto. de But. et Abb. hic contrarium dicunt;
quia ex quo aliter expresse non disponit testamentum reuoca-
m re non videtur[m]: et quia voluntas mutari non presumitur, in
cap. maiores. de baptism. Hoc idem sequitur, et probat Are. in
l. prima, ff. de testamen. quia voluntati expresse, que in testamen
to habetur, non videtur derogari ex tacita voluntate, que ex
ipso ingressu elicitur: argumen. l. fin. in princip. et quod ibi Bar
to. ff. de legatis secundo. Secundo, quia non presumitur tacita
ademptio hereditatis, si alia coniectura haberi potest. l. fina. ff.
de his que in testamen. delent. Tertio rationem adducit: quia
ex sola voluntate, etiam expressa, testamentum non reuocatur,
nisi aliud testamentum sequatur. §. ex eo autem. institu. quibus
mod. testa. infir. Quarto allegat text. in dicto §. illud. et in dicta
authen. nunc autem. C. de sacrosan. eccle. et xix. quest. vlt. ca. quia
ingredientibus. que iura indistincte loquuntur: ergo genera-
liter debent intelligi. l. i. §. et generaliter. ff. de leg. prest. xix. dis. in
cap. si Romanorum. His tamen non obstantibus opin. Bart.
defendi potest, quam sequuntur Bal. et Pau. de Castr. in dicta
authent. si qua mulier. Et illam veriorem dicit esse Imo. in d. l.
i. de testa. et Pau. de Cast. idem tenet in dicta authent. nunc au-
tem. Nam sicut est facta mutatio voluntatis quo ad statū per-
sone, ita videtur respectu bonorum: vt probatur in authen. in-
gressi. C. de sacrosan. eccle. vbi ex dedicatione persone, infertur
ad dedicationem persone, et bonorum. Confirmatur hoc, quia
tex. in dicta authen. ingressi. dicit quod se et sua in ipso ingressu
dedicat: ergo videtur ille, qui ingreditur, bona alienare, et in ec
clesiam transferre. Ad idem tex. in dicta authēt. nunc autem. C.
de episc. et cler. ergo per talem alienationem voluntariam vlti-
ma voluntas reuocatur. l. fideicommissa. §. si rem. ff. de lega. iii.
Non obstant allegata in contrarium: et primo quod non presu-
mitur voluntas mutari: quia hic de mutatione satis constat ex
ipso ingressu, vt dictum fuit. Non obstat, quod expressa disposi
tio testatoris non tollatur per tacitam voluntatem, et presum-
ptam: quia contrarium verum est, quando aliquo facto volun
tas declaratur, vt in isto casu contingit: vt patet in l. nostram.
C. de testa. in l. cancellauerat. et in l. si. ff. de his, que in testa. delen.
Secus in voluntate, que tacite ex verbis colligitur: vt in d. l. fi.
in princ. Non obst. tex. in d. l. fin. de his, que in test. delen. quia in
isto casu non potest capi alia coniectura, nisi quod mutata fue
rit voluntas. Non obstat ratio, quod sola voluntate non reuo-
catur testamentum: quia hic factum interuenit, propter quod
bene reuocatur testamentum. d. l. nostram. Vel dici potest q̄ ta
cita voluntas, que ex ingressu colligitur, habeatur pro testamē
to fauore pie cause. Vltimo nō obstat q̄ iura supra allegata ge
neraliter loquuntur: quia intelliguntur, et ita etiam videtur lo-
qui, quando testator non cogitauit de ingressu, vt Bart. dicit.
Sed tamen pro opi. Abb. facit, quia ex quo habuit facultatem
mutandi testamentum, et non mutauit, videtur velle quod ha-
beat locum, arg. tex. no. in l. iii. C. de inoffi. test. ibi: mutare testa-
mentum potuisset, et hoc facere neglexisset: quia si de nouo po-
test facere testamentum, a fortiori, quod factum est, debet con-
seruari. argu. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui. Et rationes
supra dicte non videntur concludere, quando testamentū pre-
cedit. Nam ingressus monasterii habet tacitam bonorum ac-
quisitionem, quando aliter non est dispositum de bonis, secus
videtur, quando factum est testamentum: quia voluntas non
videtur mutata, vt Abb. hic dicit. Secundo principaliter Bar
to. concludit, quod quando testator cogitauit de ingressu, testa
mentum prius factum non reuocatur, per tex. in dicto §. illud.
et sequitur Anton. de But. et Abb. hic. Sed in hoc contrarium
tenet Sali. in authen. si qua mulier. dicens, quod etiam si cogi-
tatum habuit ad ingressum, tamen testamentum illud habebit
effectum: quia est capite diminutus per talem dedicationem,
ergo rumpitur testamentum. §. alio quoque. insti. quibus mod.
test. infir. et q2 bona omnia transferuntur in monasteriū ex colla
tione, in termino d. §. illud. Et ex hoc tali facto videtur venire
contra testamentum prius factum, quod sufficit l. nostram. C.
de testament. Nam factum sequens preualet voluntati contra-
rie precedenti. l. cum in plures. §. locator horrei. ff. loca. Vltimo
facit quod res deuenit ad eum casum, in quo incipere non po-
test: ergo vitiatur. l. pluribus. §. et si placeat. ff. de verborum obli
gation. Non obstat textus in dicto §. illud. quia de testamento
nihil dicit: sed intelligitur in actibus inter viuos, prout etiam
glossa ibi videtur sentire, et verba sonant, dum dicitur licen-
tiam habere, suis vti quo voluerit modo. lege, vti frui. ff. si vsus-
fructus petatur. lege prima, §. penultimo, ff. de vsufruct. accre-
scend. Et ad hoc facit, quia in sequenti versiculo, si vero. loqui-
tur quando de bonis suis disposuit inter viuos: ergo ita de-
bet intelligi §. illud. quia sequentia, precedentia declarant. le-
ge, si seruus plurium. §. fina. ff. de legatis et fideicommissis pri-
mo. Comprobatur hoc ex ratione, que ponitur in dicto §. illud.
versiculo, ingredientem nanque. vbi textus admonet ingre-
dientem quod nisi vtatur bonis suis taliter, quod dominium
a se abdicauerit, ad monasterium transferuntur: ergo debet
intelligi in actu inter viuos: quia ex vltima voluntate non ab-
dicatur dominium: ex quo reuocari potest. l. tertia, §. final. ff. de
adimendis legatis. Vltimo, quia textus dicit, vti suis bonis,
vel substantia: ergo non intelligitur per vltimam voluntatem:
quia dum testatur, non vtitur substantia: cum dispositio eius
post mortem conferatur. l. prima, ff. de testament. et vltimis vo-
luntatibus verba non conueniunt. l. verba gesserunt. ff. de ver-
borum signification. Ista sunt, que tradunt Salice. Fulgosius
et Moder. in dicta authentica, si qua mulier. ex quibus conclu-
dunt veriorem esse opinio. contra Bartolum. Sed tamen pre-
dictis remotis, vt infra apparebit, etiam opin. Bartol. in isto
primo casu saluari potest: et quia tota vis consistit in hoc, an iu
ra permittant facultatem testandi volentibus ingredi reli-
gionem, prout Bartolus dicit. Dico, quod dictum Bart. pro-
batur primo in dicto §. illud. in generalitate sui: quia etiam v-
titur suis bonis ille, qui testatur. Nam patet, quod illa verba
non accipiuntur pro vsu simplici, sed pro facultate disponēdi:
prout etiam Sali. et omnes dicunt in actibus inter viuos: ergo
in generalitate, ita intelligi possunt in vltima voluntate, sicut
in act.

in actibus inter viuos. Comprobatur hoc ex ratione, quã text. facit: dum inquit, quod ante ingressum vti potest suis bonis, postea non poterit, quia non erit dominus. Ante ergo potest, quia dominus: vnde poterit vti tanquam dominus: ⁊ sic omni respectu quo domini vtuntur disponendo: ergo etiam per viã testamenti. iuxta legẽ primã. ff. de testa. Et ad hoc facit tex. in dicta auth. ingressi. vbi non testantur ingressi: quia non sunt domini rerum: ergo ante ingressum possunt testari: quia domini reperiuntur. Ad idem tex. in capitulo, quia ingredientibus. xix. q. vltima. ibi: vlterius nulla sit testandi licentia. ergo prius potest. est tex. in dicta auth. nunc autem. ibi, si testati non sint. Cum ergo ista iura permittant ingredientem posse ante ingressum testari, ne talis permissio frustratoria reddatur, non debet testamentum ex ingressu irritari, vt Bart. dicit. Nec obstat si subtiliter dicatur quod in iuribus predictis non conceditur hoc principaliter, quod ingrediens possit testari, sed tantum prohibetur vt post ingressum non possit, ⁊ ante ingressum facultas testandi remanet ex regula communi. Et sic videtur quod ratio Bart. tollatur: quia respondetur quod ex quo iura volunt quod post ingressum non possit, satis videtur approbare testamentum prius factum. Et hoc debet intelligi cum effectu, ita quod non retractetur ex ingressu: alias in effectu non esset differentia, an post ingressum, vel prius, factum esset testamentum, quod est contra illa iura. Non obstant supra allegata in contrarium: ⁊ primo quod capite diminutus sit, quia hoc non attenditur, ex quo iura permittunt istum ante ingressum testari. Et hoc cum effectu debet intelligi, vt dictũ est. Preterea ista capitis diminutio, que fit in melius, non operatur istũ effectũ: vt Bar. tradit in dicta auth. si qua mulier. Non obstat quod transferuntur bona in monasterium: quia illud procedit, quando prius non fecit testamentum, prout sibi conceditur. Non obstat quod res deuenit ad eum casum, a quo incboari non potest: quia hoc nõ attẽditur: cum isto casu permittatur vt testari possit. Preterea quando absque culpa, ⁊ vitio eius, qui fecit testamentum, redditur intestabilis, testamẽtum prius factũ non rumpitur. §. furiosi. ⁊ §. sed ⁊ si quis. inst. quib. non est permis. fac. test. Non obstat quod text. in d. §. illud. loquitur in actibus inter viuos, dum dicit, vti: quia text. non intelligitur de simplici vsu, sed de vsu qualificato respectu dispositionis: quia loquitur de vsu ratione dominij: vt supra dictum fuit. Nam vsus pro dominio quandoque accipitur. l. donationes. §. species. ff. de dona. cum si. ibi in gloss. allega. Et ad hoc est tex. in auth. de resti. vbi Ang. dicit quod ille, qui permittit alicui vti re sua, sicut dominus, videtur in illum dominium transferre. Non obstat quod in sequentibus tamen in dispositione inter viuos videatur loqui: quia per hoc non restringitur dispositio precedens dict. §. illud. que generalis est, vt dictum fuit. Ad hoc bonus text. in lege, regula. §. pen. ff. de iur. ⁊ fact. ign. Non obstat ratio, que ponderatur: quia nihil facit, nã disponendo in vltima voluntate, ita vtitur bonis, sicut disponendo inter viuos. Vltimo non obstat, dum testatur non vtatur bonis, ex quo dispositio post mortem conferatur: quia, vt dixi, ibi non consideratur vsus pro commoditate, que percipitur, sed pro facultate disponendi: ⁊ isto respectu verba ista ve-

62 rificantur in testamento, sicut in actibus inter viuos. † Tertio dubitatur, si filiusfa. ingrediatur monasterium, an bona eius aduentitia, in quibus habet pater vsumfructum, monasterio acquirantur. Communiter doct. concludunt quod sic, reseruato patri vsufructu, vt Abbas hic refert: ⁊ not. Spe. de stat. mo. §. j. ver. queritur. Et ista conclusio limitatur secundum Abb. hic, nisi iste, qui ingreditur, expresse disponat de talibus bonis: quia clerici, ⁊ ecclesiastice persone habent priuilegium in aduẽtitijs, vt plenam habeant administrationem: ⁊ in istis reputantur bona quasi castrensia, que in secularibus aduentitia dicuntur: vt latius per eum hic. Sed in hoc non videtur bene dicere: quia nullo modo consonat, quod talis dispositio valeat in patris preiudicium, cui ius est quesitum in vsufructu, quod sine facto eius ab eo auferri non debet, iuxta l. id, quod nostrum. ff. de regu. iur. Et primo hoc clarum videtur in isto, qui velit intrare monasterium: quia non habet priuilegium in testando, propter regulas iuris communis, vt dictum fuit supra in j.

63 q. post gloss. † Ex quo infertur, quod minor, prodigus, vel alias inhabilis, ex eo quod velit intrare religionem, non habilitatur ad disponendum in casu, in quo alias prohibetur, nisi ad illud, quod in consequentiam venit ex ipso ingressu, vt dictum

n fuit in notabilibus: vel nisi conferatur dispositio in piam[n] causam. Et ita videtur procedere quod Abb. hic post alios dicit in versic. sed nunquid minor. ⁊ quod not. Cap. alleg. xvi.

64 disputat primo. † Similiter in clerico seculari dicendum est, vt testari non possit de bonis aduentitijs quesitis ante cle-

o ricatum in preiudicium patris, [o] cui quesitus fuit vsusfructus. Nam considero quod tex. in authen. presbyteros. in quo Abb. fundamentum facit, intelligitur, ⁊ loquitur de acquisitis post clericatum, quia dicit, de bonis acquisitis, ⁊ aduenientibus presbyteris, ⁊ clericis. Nam qualitas adiuncta verbo, secundum tempus verbi intelligitur, lege, si Titius. ⁊ quod ibi Bart. ff. de testa. mi. lege, in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. lege, ex facto. §. fin. ff. ad Trebel. late Bar. in lege, ex facto. ff. de vulg. Et ad hoc est text. in lege, sacrosancte. C. de epis. ⁊ cle. Confirmatur ista conclusio, quia in dubio priuilegium concessum intelligitur sine preiudicio tertij, lege secunda. §. merito. ⁊ §. si quid a principe. ff. ne quid in loco pub. Unde concludo quod vsusfructus acquisitus patri in bonis aduentitijs, non sibi auferatur ex dispositione facta a filio existente in clericatu, qui post acquisitionem vsusfructus superuenit. Ad quod etiam facit, quia talis vsusfructus acquisitus patri virtute patrie potestatis non perimitur, quamuis postmodum patria potestas absque facto patris extinguatur: vt not. gloss. ⁊ Bald. per illum text. in lege secunda. C. de bon. mat. ⁊ idem

65 Bald. in lege, quod si quis. in fine. C. de bon. que lib. cum si. † Ex supra dictis notandum est priuilegium, quod habent clerici filijfamilias, quod in bonis eorum aduentitijs vsusfructus patri non queritur. dicta auth. presbyteros. Hoc tenet Azo in Summa C. de bon. que lib. ⁊ est tex. in l. sacrosancte. C. de epis. ⁊ cle. vbi Bar. ⁊ Paul. de Castro: ⁊ tradunt Anto. de Bu. Abb. ⁊ Imo. in capitulo, quia nos. de testa. Ex quo notab. cautela colligitur, vt in bonis aduentitijs, patri non queratur vsusfructus, quando filiusfamilias efficitur clericus. Et hoc proce-

p dit in quolibet clerico, etiam existenti in minoribus [p] prout dicunt Imo. ⁊ Ab. in dicto capitulo, quia nos. per illum text.

66 ⁊ facit tex. in dicta auth. presbyteros. † Quarto queritur, si pater, qui habet vsumfructum in bonis aduentitijs filij, efficiatur monachus, an vsusfructus acquiratur monasterio. Abb. concludit quod pro parte tantum dimidia debeatur monasterio: quia ex facto ipsius patris patria potestas extinguitur, prout Bart. tradit in authenti. idem est. C. de bon. que libe. per tex. in lege, cum oportet. §. cum autem. C. de bon. que lib. ⁊ idem sequitur Abb. in capitulo, cum simus. de regul. Mart. Silli. in dicta authenti. idem est. quem Alber. ibi refert, tenet quod

q in totum extinguatur [q] vsusfructus, quia tollitur patria potestas. Et ita sequitur Sali. in authen. ingressi. in viij. questio. C. de sacrosanc. eccle. glo. vero in dicta authen. idem est. voluit quod in totum vsusfructus acquiratur monasterio. Et hoc sequunt Bal. ibi, ⁊ Paul. de Cast. Et ista opinio verior videtur: quia in alio vsufructu quesito aliunde omnes communiter tenent, quod monasterio totum acquiratur. glos. Bartol. ⁊ doctores in dicta authenti. idem est. ⁊ tenet Speculat. in titul. de statu monachor. §. j. questione xlvij. Imola in l. cum filio. de legatis ⁊ fideicommissis primo. ergo idem videtur in tali vsufructu, quem habet pater in bonis aduentitijs: quia nulla ratio diuersitatis probabilis subesse videtur. Non obstat quod dicit Bartol. de emancipatione, per l. cum oportet. §. cum autẽ. quia in isto casu non emancipatur filius: ⁊ licet filius a patria potestate liberetur, ingressus monasterij ad hoc principaliter non ordinatur, sicut in facto emãcipationis cõtingit. Et iste actus est meritorius, ex quo pater preiudicium pati non debet. Nec obstat quod sit sublata patria potestas: quia per hoc nõ extinguitur vsusfructus, qui semel acquisitus fuit: vt notat Baldus in lege, quod scitis. C. de bonis que liberis. in fine, ⁊ in l. ij.

67 post glossam per illum textum, C. de bon. mat. cum sim. † Quin

r to queritur, an legata, ⁊ alia, que in testamento [r] continẽtur,

40 statim post ingressum monasterij debeant exequi [40]. Et breuiter respondetur quod non: sed mors naturalis ingressi debet expectari: vt Abbas hic concludit post Bartolum in authentica, si qua mulier. C. de sacrosanctis ecclesijs. Et idem Bartolus in lege prima, ff. de testament. argumen. l. Statius Florus. in §. Cornelio Felici. ff. de iure fisci. vbi etiam Bartolus inquit, quod si grauatus de restituendo post mortem eius, ingrediatur monasterium, non debetur fideicommissum. Et idem Bartolus per illum textum in lege, cum pater. §. hereditatem. ff. de legatis ⁊ fideicommissis secundo. Petrus de Ancharano consilio ccccxlij. in his dubijs. quinto dubio. Salicetus in l. j. C. de heredi. instit. cum concord. vt Alexander tradit in consilio xiij. circa primum dubium. libro tertio. Et in simili idem consuluit Petr. de Ancharano in consilio cclxxiiij. pro, ⁊ contra rationes. ⁊ in consilio ccccxxxix. ego autem. Alexan. in consi. cxxxix. viso themate. lib. ij. Predicta conclusio limitatur, vt non habeat locum, quando quis intraret religionem Mi-

s norum [s]: quia cum omnino incapaces sint, statim debet testamentum habere effectum, sicut per mortem naturalem. Abb.

hic post Bartol. in d. authent. si qua mulier. & in locis supra allega. Et idem Bar. in trac. Minoricarum. in iiij. parte. in ver. isti etiam heredes. & post Ang. tradit Alex. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebellia. & latius idem consulendo reassumit in consilio xxij. supra allega. vbi respondent ad vnam rationem, quã Jmo. in contrarium adducit in dicta lege cum pater. §. hereditatem. de leg. ij. Secundo fallit in legitima, [t] que statim post
t ingressum monasterij filijs debetur, licet monasterium capax sit bonorum, secundum Abb. hic, per tex. in c. cum simus. de regul. Et illum text. etiam Abb. adducit in c. Raynutius. in fin. de testa. & idẽ Abb. ad hoc ponderauit glossam, in c. transmisse. qui fil. sint legi. Et istam opi. de equitate canonica sequit Bal. in d. autb. si qua mulier. ver. quinto noto. Pet. de Ancb. & Cardi. in d. c. cum simus. Roma. in lege, si cum dotem. in prin. ff. sol. mat. Contrarium tamen voluit Bar. in d. autb. si qua mulier. quem Abb. hic refert, & sequitur ibi. Sal. versi. quero vndecimo. dicens quod doct. hoc communiter sequuntur. Et istam veritatem esse dicit Bal. in repe. cap. si pater. de testa. in vj. quem refert, & sequitur Alexand. in dicta lege, si cum dotem. in princ. Jdem tenet Are. in lege prima. ff. de testa. & late tradit Joan. de Ana. in capi. ij. & fin. de delict. puero. Et pro ista communi opi. est tex. in d. autb. si qua mulier. quem Abb. in d. c. cum simus. ad hoc inducit. Non obstat tex. in d. c. cum simus. in quo vis tota consistit: quia respondetur quod pater ibi erat mortuus. Abb. tamen hic dicit quod tex. ibi contrarium innuit, & puto quod voluit dicere, prout ipse Abb. declarat in dicto cap. cum simus. quod ibi, in principio, pater nominatur simpliciter, ergo videtur, quod pater viueret: quia non dicitur pater quondam, prout solet dici de patre mortuo: vt in cap. cum contra. de pig. Sed responderi potest quod illud procedit in principio tex. quo casu clarum est, quod pater viuebat: quia intrauit monasterium simul cum filio: sed ille tex. ad questionem nostram allegatur in fine, vbi nihil de patre dicitur. Et ex illo text. satis colligitur quod pater esset mortuus, dum inquit, quod filius potest postulare bona, que sibi ex successione obueniunt. Nam successio proprie conuenit defuncto. l. hereditas. de verb. sign. Et ita illum tex. põderauit Sal. in d. autb. si qua mulier. & d. Abb. in d. c. cum simus. Secundo ad illum tex. responderi potest, quod tex. ibi dum dicit, quod tunc de presenti bona paterna postulari possint: vnde potest intelligi tunc demum patre mortuo. Suadetur hoc, quia tex. ibi tantum voluit ostendere q̃ habeatur pro puro laico ille, qui exiuit religionem, quã intrauit ante annos discretionis. Prima tamen responsio planior est. Et sicut viuente patre in monasterio, filius qui remansit in seculo, non potest legitimam petere, vt dictum est, ita ecõtra filius, qui ingreditur monasterium, eo viuente, scilicet patre, non poterit legitimam consequi, vt tradunt Pet. de Anc. & Jo. de Ana. in d. c. ij. de delic. pue. facit tex. in c. j. xviij. q. j. cum
68 gl. † Sexto queritur an testamentum prius factum post ingressum monasterij reuocari possit. Abb. hic contra Bar. quem refert, concludit quod non, vt per eum hic. Et istam opi. tenuit Ang. in l. j. ff. de testa. ibi: tu dic, cum testari non possit post in-
v gressum, autb. ingressi. C. de sacrosan. eccl. pariter non poterit [v] testamentum reuocare. l. si vt proponis. C. de nupt. Et idem sequitur Jmo. in d. l. j. quia testamentum ex sola voluntate reuocari non potest, sed debet aliud testamentum fieri. §. ex eo autẽ. Insti. quib. mo. testa. infir. Are. in d. l. j. conatur sustinere opin. Bar. quam hic sequitur Ant. de But. & consi. xxix. condidit testamentum. & dicit, q̃ imo ingressus monasterium facta professione poterit testari. Hoc secundũ eum, probatur: quia ingressus testari prohibetur ex eo q̃ non habet bona, vt dicitur in d. authẽ. ingressi. sed iste habet bona, saltem in articulo mortis: q2 ipso iure mortuo ingresso, bona per aditionem acquiruntur heredibus: & sic ex persona defuncti in monasterio, transferuntur in heredes, ergo videtur quod essent apud illũ professum, qui moritur in monasterio. Unde si dominus est, poterit testari: ergo & testamentum reuocare. Facit q̃ no. Jo. And. in c. nõ potest. de preb. in vj. Sed tamen responderi potest primo quod
x nullo modo videtur dominium esse apud [x] monachum: quia hoc repugnat religioni, in c. cum ad monasterium. de stat. mo. Sed dominium erit apud monasterium, ad quod omnia in ipso ingressu transferuntur. in d. autb. ingressi. & illud dominiũ remanet apud monasterium, donec ingressus viuit: sicut in vsufructu contingit, vt declarat Bar. in d. autben. ingressi. & sic de monasterio transfertur postmodum in heredes mortuo ingresso. Uel secundo, dato quod pro illo instanti dominium esset apud monachum, illud toleratur ad hoc, vt testamentum effectum sortiatur: vnde hoc extendi vltra necessitatem non debet. Et propter hoc non est dicendum quod testari possit de nouo. Nam quando aliquid toleratur contra regulas

iuris propter aliquam necessitatem, intelligitur quatenus imminet necessitas: vt not. Bar. in lege prima. §. nuntiatio. ff. de ope. noui nun. vbi alleg. tex. in lege prima. ff. de fer. in lege senatum. ff. de offic. presi. & ideo verior videtur opi. contra Bart. Distingui tamen potest quod aut vult reuocare testamentum, in quo essent prius instituti extranei instituendo filios & ecclesiam, secundum formam autben. si qua mulier. & potest, sed instituendo alium extraneum, non possit: vt Paulus de Castro concludit in dicta autbenti. si qua mulier. & idem voluit in effectu Bald. ibi. Septimo iuxta ordinem Abb. queritur de successione ab intestato eius, qui ingreditur religionem incapacem bonorum. Et primo in eo, qui ingreditur religionem fratrum Minorum, conclusio est quod acquiruntur venientibus ab intestato. Abb. hic post Fede. in consilio xxvj. casus talis est. & idem tenet Bart. in tracta. Minoricarum. in vltimo lib. in princ. versi. sed ad quos pertinebunt bona. & Bald. idem sequitur post Jaco. But. in autben. ingressi. versi. extra glo. queritur. C. de sacrosan. ec. vbi inquit quod illis bona debentur, ad quos peruenirent, si ingressus monasterium mortuus fuisset. Et fm istam conclusionem in fauorem venientium ab intestato, consuluit Ro. in consil. cclxviij. in casu proposito breuiter. & in consilio cccxvj. circa declarationem. vbi dicit istam esse communem opinionem, & idem dominus Abbas in consilio xxvij. dubium, super quo. lib. primo. Nam fratres minores incapaces sunt tituli, & emolumenti: vt Baldus dicit in lege eã, quam. versiculo, secundo querit gloss. C. de fideicommis. & tales habentur pro mortuis, & omnino extinctis. Unde in terminis huius decreta. non excludunt fideicommissum: vt Baldus scribit in lege cum accutissimi. versi. item nunquid frater minor. C. de fideic. & ideo isti incapaces sunt estimationis: & non possunt bona capere vt vendant. Ab. hic per text. in cle. exiui. §. cupientes. de verbo. signifi. Car. in dicta cle. exiui. §. proinde. in fin. & idem Cardi. in consilio cij. super dubijs premissis in se-
69 cundo dubio. & Bald. & alij in locis infra allegandis. † Secun-
y da conclusio, Fratres predicatores [y] & alij mendicantes, exceptis fratribus Minoribus, etiam bona immobilia capere possunt, non vt retineant, sed vt vendant, & pretium in eorum necessitatibus conuertatur. Gloss. not. in capitulo vnico. de relig. domi. in vj. Specu. in titu. de statu. mona. §. primo, ver. tertio queritur. & sequitur Bald. in lege, cum questio. C. de leg. cum concor. vt Alexand. tradit in lege, apud Julianum. §. constat. de leg. primo. Et illam pro singulari allegauit Ro. in sing. ccxc. incip. prohibetur forensi. Et secundum istam conclusionem consuluit Bald. in consilio lxxx. super infra scriptis. libro primo, vbi inquit ita communiter seruari in fratribus mendicantibus, preterquam in Minoribus. Jdem Bald. in consilio. lxx. sciendum est. libro secundo: & in consilio. cxx. punctus circa finẽ. e. lib. tertio. Car. in consilio lxvj. in dubio premisso. circa fi. Jsta tamen conclusio videtur potius ex consuetudine procedere, quam de iure, vt tradit Bald. in autben. si qua mulier. C. de sacrosanct. eccles. Petr. de Ancb. in consilio. lv. incip. Jo. Andre. in clem. dudum. Cuma. in consilio clij. Joannes. & in consilio clix. viso. Et quod mendicantes de iure etiam pretium rerum accipere non possunt, arguit Arch. xxvij. questione prima, in capitulo, de viduis. quia pretium succedit loco rei. Sed Bald. respondet in capitulo, cum causa. in versiculo, quero nunquid. de re iudic. quod dominium momentaneum regulam non infringit argumento, lege finali. C. de bonis que liber. Plus attentauit Calderin. in consilio. xlvj. an bona ingressi. in titu. de testa. quod alij mendicantes preter Minores, possunt bona retinere: finaliter tamen residet in conclusione supra dicta, quod accipere possunt vt vendant. Et illud consilium refert, & sequitur Dominicus in capitulo primo. §. confirmatos. de religiosis domibus, in sexto. Et ita ex supra dictis, patet communem opinionem esse secundum glossam in preallega. cap. j. de religiosis domib. in sexto. Et ita Alexander concludit in consilio lxxxviij. eximie domine. libro ij. Et in tali alienatione non requiritur solennitas requisita in alienatione bonorum ecclesie: quia fit ista alienatio ex necessitate status eorum. Jta notat Baldus in dicta autbentica, si qua mulier. versiculo, sed ponamus. argumen. l. ij. ff. de reb. eorum. Jdem Baldus tradit in consilio predicto lxx. sciendum est. Et idem in simili voluit Lapp. allegat. vigesima sexta. disputat. primo. circa finem. Facit quod notat Lau. de Rodulphis
70 in repet. c. fine exceptione. xij. q. ij. in xix. & xx. questio. † Tertia conclusio, Annui reditus fratribus minoribus acquiri non possunt. dicta clementina exiui. §. annui reditus. de verborum significatio. Et hoc procedit etiam in alijs mendicantibus. Et similiter hoc locum habet, licet annui reditus sint modice quãtitatis. Jta notabiliter probat, & post longam disputationem elegan

eleganter concludit Fulgosius in consil.ciiij.Titius condidit testamentum.Et hoc verum est,quando pro victu,& alimentis relinquuntur:secus si pro aliqua alia necessitate.Unde valet legatum annuũ pro studio alicuius fratris minoris: vt notabiliter tradit Abb.in cons.lxiij.quedam domina B.in ij.lib. Et eo casu,quo isti mendicantes ex consuetudine, priuilegio,vel etiã de facto,bona aliqua possideãt, pro illis ad charitatiuum subsidium obligantur.Petr.de Ancha.in cons.clxxx. contra fratres.Et illi consilio se subscripsit Anto.de But.in cons.xxxiiij. vt supra solenniter.Et idem voluit Bal.in cons.ccij.fratres.libro ij. Ad predicta, qui dicantur mendicantes, notatur in d. c.j.de reli.domib.in vj. Et dubitatur de fratribus ordinis seruorum. Calder.in cons.xvij.an seruorum.in tit.de reg.cõcludit quod non. Et idem Domi.post Jo. And.in d.c.j.§.confirmatos.& Bene.Capra in cons.xxiiij. punctus fuit,quidam. Quid autem de fratribus Carmelitanis?Fulgos.in consi.ciiij.supra allegato tenet quod sint mendicantes.Idem Angel. in consil. xcj.sancta Carmelitarum religio.no.Lap. alleg.xv.an fratres
71 de Carmelis,& de predicatoribus.Alex.in d.cons.lxxx.† Octauo queritur de monacho,qui in aliqua ecclesia constituit prior reuocabilis ad nutum superioris, an per talem monachũ priorem,acquiratur prioratui,si bona prioratus sint diuersa a monasterio?Abb.hic quod sic,post Fed.in cons.v.quidam monachus.& idem videtur velle Ang.in §.interdicimus.ver. vltimo not.in auth.de eccl.tit. Aliter tamen videtur loqui Bar.in l.si communis seruus ita.ff.de stip.ser.no. Pe.de Ancha.in c.j.de pri.in vj.Cui autem monasterio acquiratur hereditas per monachum, qui in vno monasterio reperitur tempore aditionis, cum in alio esset tempore,quo hereditas fuit delata:tradit Fede.in cons.xxvj.casus talis est,quidam. Bar.in l.ij.§.fi.ff.de bo. poss.secundum tab.Bal.Ang.& alij in l.si quis mihi bona. C.de acq.here.cum concord.vt per Alex.in l.non dubium. C.de iure
72 delibe.†Alia similis dubitatio est,Si quis tempore,quo hereditas defertur,frater minor sit, vel monachus, & postmodum tempore aditionis,bonorum capax reperiatur, cui hereditas acquiratur.Fede.prosequitur in cons.xxvj.preallega.quem refert,& sequitur Bal.in l.si alienum.§.extraneis.ver.secundo facit.ff.de her.inst.& idem Bal.in l.inter antiquum.C.de vsufruc. Facit quod not.Lap.alleg.lxvij. quidam Franciscus.Bald.& Ang.in l.ex facto.§.Julianus Longinus.ff.de vul.& pup.substit.Imo.in l.in substitutione. eo.tit. Ro.in l.si seruus eius.de
73 acq.her. † Nono queritur,si ingressus monasterium,intra annum probationis moriatur, an bona eius monasterio acqui-
41 rantur [41]? Abb.concludit quod sic, quando expresse bona dedicata sunt monasterio: secus si nulla facta mẽtione bonorum, ingrediatur monasterium simpliciter: quia tunc non monasterio,sed veniẽtibus ab intestato applicari debẽt, cũ nulla ratio subesse videat quod monasterio acquirant: quia intra annum probationis non dicitur religiosus. c.religioso.de sent. excom. in vj. Et hoc est in clerico seculari, cui succedunt venientes ab intestato. Ergo videtur idem in isto decedente intra annũ probationis:vt latius per Abb.In cuius dictis primo aduertendum est:quia quãtum ad propositũ, non videtur quod debeat vis fieri,vtrũ tacite, vel expresse bona monasterio collata sint: nam q̃n expresse ab ingrediẽte bona monasterio dedicata sunt, tacita cõditio intelligit, si in monasterio perseuerabit: vnde eo redeunte ad seculum,bona recuperabit: vt Ab.ipse concludit in c.quod a te.de cler.coniug.vt no.in c.constituimus.de regul. vbi bonus tex.Secundo non videtur bona equiparatio,quam Abb.facit de clerico seculari:quia per clericatum nõ acquiruntur bona ecclesie,sicut contingit in eo,qui monasterium ingreditur.auth.ingressi.C.de sacrosan.eccl.Et hoc dicit And.Sic. in c.ij.j.de testa.Sed responderi põt, quod Abb.comparationem facit de isto existenti intra annum probationis,qui nõ dicitur monachus,nec religiosus,& potest retrocedere, & de clerico ad istum,qui non est religiosus,argumentum videtur bene procedere. Tertio circa questionem Abb.principalem magis
42 communis opin.contra Abb.esse videtur, quod monasterium admittatur ad bona defuncti [42]. Cy.& plerique alij hoc tenẽt in d.auth.ingressi.& idem vult Bar.in d.auth.si qua mulier.circa fi.d.Ant.hic,& Pet.de Anc.in c.ij.de testa.in c.cum causam. de elec.Et ad hoc plura adducit Pet. de Anch.in disput.in c. episcopus,idemque patronus.quem And.Sic.refert in d.c.ij. de testam.Et precipue fundatur ista opin.quia ingressus in eadem voluntate videtur persistere.arg.c. maiores.de baptism.& quia dedicatio persone bonorum facta monasterio, mediante ingressu videtur pura a principio:sed post modum resolui-
43 tur per euentum cõditionis,si intra annũ non placuerit [43]: vt tradit Pet.de Anch.in consi.lxviij.contra donationem.ponderando plura iura in titul.de reg.que resolutionem sonant in c.super eo.ibi:recedere voluerint.& in c.significatum.ibi:a religione recesserit. Si ergo actus resoluitur, interim pure videtur acquisitio facta monasterio,& fundata videtur intẽtio monasterij,nisi de penitentia,& de resolutione probetur: vt not.in l.ij.ff.de in diem addi.Opinionem tamen Abb.hic tenet Imo. in d.c.ij.quia ex quo testamentum non fecit,videtur voluisse venientes ab intestato succedere.l.conficiuntur.ff.de iure codic.& idem Abb.hic dicit. Sed ad hoc respondetur quod ratio ista cessat in isto,qui religionem iurauit,quia tunc alia maior videtur esse presumptio pro religione,& illa preualet. arg.c.literas. de presump. Imo constare videtur quod noluit bona acquiri venientibus ab intestato,ex quo cõtulit monasterio, per supra
44 dicta.Istam etiam opi. Abb [44].sequitur d.Benedi.Capra in cons.cxlv.punctus,quidam iuuenis Pandulphus.& And.Sicul.in d.c. ij. quia ante factam professionem non dicitur ingressus vere:vt Bar.dicit in d.aut.si qua mulier.in l. nulli. per illũ tex.C.ne sanc.bapt.reiteretur. Monasterio autẽ bona non acquiruntur,nisi post ingressum.d.auth.si qua mulier.vbi tex.Ergo si ante annum probationis moriat, & ante professionem,& sic ante ingressum,bona monasterio non acquiruntur.Et ad hoc facit,quia ante professionem nõ dicit religiosus.c.religioso.de sent.excom.in vj.& in d.c.beneficium.de reg.iu.in vj.& no.Bald. in cons.cccxxiij.in ij.lib.Sed istis,& similibus respõderi potest, quod licet ante professionem nõ dicatur proprie ingressus,nec vere religiosus, tamen in quibusdam habetur pro religioso, & talis est de foro ecclesie.Ang.in l.i.ff.de pen.vbi allegat bonum tex.in l.statuliber.ff.de quest.& idem dicit Pet. de Anc.in d.cõsil.lxviij.Et ita in proposito dici potest,quod habetur pro religioso,quãtum ad istam acquisitionem bonorũ,cum per ingressum pure bona acquirantur monasterio, nisi postea acquisitio
5 resoluatur,vt supra dixi. Et in dubio pro religione [5] iudicandum est.l.sunt psone.ff.de reli.In alijs vero extra questionẽ,an nouitius intra annũ pbationis pro psona ecclesiastica debeat iudicari: in not.quest.tradit Pet.de Anc.in cons.lxviij. s. allegato.Imo.in l.si seruus,la pe.ff.de stipu.ser.& Do.in c.cũ quis. ver.quid de illo.de sepul.in vj.Fede.in cons.xxij. questio talis est.ver.subsequenter queritur.& Mar. Soc.in cons.inci.quan-
74 nis plurimorum. † Decimo queritur,quid de bonis feudalibus ingredientis.In his conclusio sit,quod regulariter monasterio non acquiruntur: quia beneficiũ ad eũ non pertinet,qui officium gerere non debet.c.j.de vas.mil.qui ar.belli.depo.& in c.qui clericus.si de feu.fue.contr.inter do.& vas.Facit tex.in c.j. §.j.de alie.feu.& in c.j.de feu.femi.in c.j.an mutus.no.Bar.in l.si finita.§.si de vectigalibus.ff.de dam.infec.cum si.vt Alex. congerit in consil.x.viso instrumento.libro v.Idem est in Regno, Baronia,vel Ducatu,quia ista non trãseunt in monasterium. Bal.in l.deo nobis.ver.quarto nota.C.de episco.& cleri. Predicta conclusio fallit,quando est tale seruitium, quod a monasterio prestari potest: puta si annua pensio prestetur. Et idem in seruitio personali,quod honeste prestari ab ingrediente possit per se,vel per alium.Cyn.in authent.ingressi.C.de sacrosan. ecclesi.& Innoc.Joan.And.& Abb.post alios hic.Speculat.de statu monachorum.§.j.versicu.xlv.glo.in c.j.§.ex hoc,de feudo femi.Et ita communiter tenetur secundum Salicet. in dicta authenti.ingressi.vers.quero octauo.extra gloss.Alexander in dicto consil.x.& idem Calderi. in consil.ij. an clericus. de feud. Bald.in l.si quis.in principio,C.de episcopis & cleric.& in auth. nisi rogati.C. ad Senatusconsultum Trebellia.& in capitulo, que in ecclesiarum. de constitution. versiculo, ex predictis apparet. Et idem ibi, vbi subijcit, quod tandiu durabit apud monasterium, quandiu feudatarius viuit vita naturali. Et
75 idem Baldus dicit in dicta authentica. † Secundo fallit in feudo,de quo femina esset inuestita: quia eo ipso quod femina habilitata reperitur,seruire potest per substitutum. Speculator in titulo, de feud. §. quoniam. versiculo vigesimo primo. & ibi Joannes Andreas. Cum ergo per substitutum prestari seruitium possit, sequitur quod tale feudum in monasterium transferatur, per supra dicta. Et ita latius Alexand.deducit
76 in consilio decimo preallegato.† Tertio fallit, quando feudum esset francum: quia transit in monasterium: vt Baldus not. dicit in lege, si plures.C.de condict.insert.allegat text. in c.inter dilectos.de fide instrum.& ibi etiam Bald.in iiij.colum. & idem Bald.in d.authent.nisi rogati.ver.ceterum.Et dicitur
modo non admittitur in casibus,in quibus testes integre opi
nionis requiruntur:vt not.Bald.in c.i.in princip.in versiculo,
vltimo nota.in titu.qui testes sint necessarij ad probandum in
grati.refert,⁊ sequitur Joan.de Ana.in capitulo i.de accus.No
tandum tamen est quod licet infamatus de facto testis integer
non dicatur,tamen ex qualitate alterius qui esset valde fide di
gnus integratur:vt no.voluit Bald.in l.si quis ex argentarijs.
§.i.ff.de eden.cum concor.vt ibi per Alexand. ⁊ idem Roman.
in consi.cccx.in casu proposito.circa fi.⁊ in consi.cccclxxxvi.in ca
su proposito.Alexand.in consi.lvi.viso processu.circa fin.lib.i.et
in simili tradit Angel.in consi.i.Quid autem si essent plures te
k stes,omnes infames de facto,an numerus[k] suppleret defectũ?
Bald.tenet quod non in dicto capitulo , ad nostram.In con
trarium facit,quia numerus supplet defectum.gloss.in l.iij.§.i.
in verbo,numerus.ff.de testi.⁊ not.Imo.in l.qui testamento.in
princip.ff.de test.Potest dici,quod in causis criminalibus, vel
ciuilibus arduis,prout loquitur Bald.in d.capit.ad nostram.
dictum eius procedit.Facit textus in capitulo, in literis. in fi.
ſ.de test.vbi tres testes domestici non probant:quia causa ar
dua est:in alijs vero causis ciuilibus habet locum glo.in d.l.iij.
de testib. In his tamen omnino certa regula dari non potest,
sed arbitrio iudicis remittitur,iuxta l.iij.§.i.ff.de testi.¶ Deci
mo nota,quod quis probare tenetur illud, ad quod se adstrin
git.Ad idem text.in l.qui habebat.ff.de insti. De quo dicendũ
9 est,vt videbimus late in glo.¶ †Undecimo nota,in versicu.ex
premissis,plura,que preponderant ad obtinendum in interdi
cto,vti possidetis.Primo pluralitas testium:nam plures pau
cioribus preferuntur,in capitulo,in nostra.ſ.de testi.l.iij. §. i. ff.
de testib.Et hoc verum videtur,quando sunt eiusdem qualita
tis,⁊ estimationis:alias secus videtur: quia non solum nume
rus,sed qualitas testium attenditur:vt dicitur in iuribus pre
alle.⁊ in l.ob carmen.in §.fina.⁊ in l.iij.in princip.ibi:in primis
conditio.ff.de testib.Et ideo pauciores possent esse tante bone
statis,quod preferrentur multitudini,secundum Hostien.in d.
capitulo,in nostra.quem Abb.ibi sequitur.Facit glo.not.in ca

pitulo, monachus. in verbo, quorum. lxxvij. dist. & dicit Bald. in l. testium. versic. secundo dico. C. de testi. quod pauci nobiles pluribus rusticis preferūtur: & quod potius creditur duobus cardinalibus, quam pluribus clericis: & paucis omni exceptione maioribus, quam multis suspectis. Ista tamen videntur etiam
7 arbitraria[7]: quia etiam numerus quandoque supplet defectū qualitatis, vt supra dictum fuit, secundum gloss. in d. l. iij. §. j. in verbo, numerus. ff. de testi. Secundo, qualitas dictorum atten-
8 ditur: quia dicta, que verisimiliora sunt, preferuntur[8]: vt hic, et in capitulo, preterea. j. de testi. in d. l. iij. §. j. ibi: verisimilia respō derunt. & in l. ob carmen. §. fina. ff. de testi. Et hoc not. declarat Bald. in d. l. testium. versicu. quarto dixi. C. de testi. In testibus enim quod verissimile est consideratur: vt not. Abb. in capitu. quia verisimile. per illum textum. j. de presum. Et maior verisimilitudo minorem vincit: vt not. Bald. in l. sine possidetis. circa fin. C. de proba. Et in proposito Ab. hic adducit notabile dictum Innoc. in c. auditis. de prescript. vbi inquit quod ceteris paribus preferuntur testes, qui verisimiliora deponunt. Et eorum dicta verisimiliora dicuntur, que cum iure communi concordant. Et sequuntur Abb. & alij in dicto capitulo, auditis. Idem Abb. in capitulo, cum oporteat. de accu. Bald. in d. l. ob carmen. §. fin. in fin. ff. de testi. Petr. de Ancha. in consi. ccliiij. in questione presbyteri. circa fin. & in consil. clxxxix. tribus de causis. Et notandum est dictum Innoc. & docto. in d. c. auditis. dū dicunt, ceteris paribus: quia videntur velle quod verisimilitu-
9 do attendatur data paritate[9]: & sic numerus preponderare videtur, vt potius credatur numero maiori testium, quam verisimiliori dicto paucorum. Et facit text. hic in ordine litere, & sentit Barto. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quest. quem Abb. refert in cap. cum oporteat. de accu. Sed Abbas ibi contrarium tenet, quod imo probatio verisimilior maiori numero testium
l preferatur.[l] Alleg. l. iij. §. j. & l. ob carmē. §. fi. ff. de test. & idem Alexand. tradit in consi. xxvij. in causa, & lite. in fine, in ij. lib. vbi inquit, quod minori numero testium creditur quando, dictum eorum consonat rationi. Alleg. Bald. in l. qui accusare. circa fin. C. de edend. Et facit quod not. Alexand. in consi. lxxxvj. visis. in fin. lib. ij. Et ista opinio verior videtur, quando verisimilitudo proxima est, & immediate respicit rem, de qua agitur, per ea, que in simili not. Pau. de Castr. in l. si seruus plurium. §. fin. de leg. j. Sed quando verisimilitudo non esset ita proxima, alia opinio posset procedere: & hoc totum arbitrio iudicis relictuz videtur. Tertio in interdicto, vti possidetis, vincit ceteris pa-
10 ribus ille, qui probat de antiquiori possessione[10], vt probatur hic. Et per istum textum not. Barto. in l. si duo. in princi. ff. vti posside. Bald. in l. ordinarij. versiculo, sed iuxta predicta quero C. de rei ven. & in l. arboribus. in §. nam & si agrum. ff. de vsufru. in l. siue autem. §. si duobus. ff. de Publicia. & Petr. de Anch. in consi. cclxxv. ad declarationem. Et in isto interdicto, vti possidetis, hoc etiam tradit Barto. in l. j. post Cyn. C. vti posside. et in consi. cxij. quidam accusatus Bald. in capitulo, si diligenti. de prescript. & in consil. ccclxxvj. visis duobus. in fine, lib. ij. Et ista conclusio etiam procedit, si habens posteriorem possessionem haberet titulum acquisitum post antiquiorem possessionē alterius: vt no. voluit Bal. in disputatiōe, accusat⁹ de vi turbatiua. Quem refert, & sequitur Alexand. in consil. lxxxviij. quoniam omne datum. lib. v. Nihil enim titulus patrocinatur, quā
m do possessio alterius antiquior[m] est, vt idem Bald. dicit in l. data opera. in fi. C. qui accus. Et supra dicta maxime habent locuz quando habens antiquiorem possessionem articulum fecisset, quod aduersarius clam possideret respectu eius antiquioris possessionis: vt Barto. docet in l. si de eo. in §. fina. ff. de acquir. poss. vbi Imo. Pau. de Cast. & post alios Alexand. & idem Alexand. in consi. lxxxviij. lib. v. supra alleg. & in consi. cx. visis. lib. j. & ibi de materia. Et predicta cōclusio limitatur, nisi ille, qui priorem habuit possessionem scienit alium possidere post eum, et tolerasset: quia tunc sua possessio dicitur interrupta: argumen. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acqui. pos. Ita nota. Bald. in l. non ignorat. in versiculo, si autem media possessio. C. ad exhiben. Moder. hic, & prius Alexand. in l. si duo. ff. vti pos.
n in apostil. Quarto, ceteris paribus vincit, qui habet titulū[n]: vt hic, & not. Barto. in l. si duo. ff. vti pos. & in l. j. C. eod. titu. Bal. in l. qui accusare. C. de eden. circa finem. Nam ex titulo, possessio antiquior presumitur: vt not. Bald. in l. post sententiam. C. de sen. & hic, & in l. data opera. circa finem. C. qui accusa. Sic etiam probatio dominij adminiculatur possessioni, & possessionem iustificat: vt no. Bart. in l. si de eo. in §. fi. ff. de acquiren. pos. Bald. in l. ordinarij. C. de rei ven. & in l. momentanee. circa finem. C. de his, qui legi. perso. Et de his etiam Fulgo. tradit in consi. cxciij. ponitur. & Rapha. Cu. in consilio clviij. visis. & in consi. clix. domina Antonia. in fine. Andre. Sicu. in consi. vj. in fin. lib. ij. & in consi. xij. eod. lib. ij. ¶ Duodecimo no. ibi: a sexaginta annis, et citra. quod ista verba denotant actum continuum, virtute copule, que ponitur inter principium, & finem et medium includit. Ita text. not. hic, secundum Bal. post Hostien. & Joan. Andre. quos Barto. sequitur in l. Celsus. ff. de vsuca. Secus si absque copula, et, dicatur simpliciter a sexaginta annis citra: quia tunc continuatio possessionis non probatur: quia etiam per vnum diem hoc posset verificari: vt not. Barto. per illum text. in l. j. §. quod autem. ff. de aqua quot. & esti. Et istam etiaz differētiam ponit Bald. in l. indicia. in fi. C. de rei ven. Anto. de But. in ca. j. de resti. spo. cum simili. vt tradunt Moder. hic, & Alexā. in consilio cx. visis. lib. j. & in consil. cviij. in causa, & lite. lib. ij. & in
10 consi. cxviij. in causa. eod. lib. ij. ¶ † Tertiodecimo nota quod probatio euidentissima dicitur, que fit mediantibus priuilegijs & instrumentis. Et idem probatur in capitulo auditis. supra de in integr. resti. vbi Anto. de Butr. in ij. not. & in capitulo, cum contingat. & idem Anto. de Butr. in iij. not. de rescript. & in capitulo, cum dilecti. de dona. cum simi. vt tradunt Moder. hic. Facit quod not. Bar. in l. creditores. circa fi. C. de pigno. Pau. de Castr. in consi. ccccxxj. in causa, que vertitur. cum simili. vt di-
o xi in capitulo, ex insinuatione. de appel. Sic etiam manifeste[o]
11 constare dicitur illud, de quo publicum est instrumentum[11]: vt not. Barto. in l. j. in princ. versi. venio ad questionem. ff. de oper. no. nun. Et probatio probata dicitur illa, que fit per instrumentum: vt not. Bald. in l. interest. in vlti. not. C. de solu. & in l. quoties. in fin. C. de iudi. Et omnia superius dicta procedunt, quando contra instrumenta, vel priuilegia nihil opponitur. Secus si opponatur, vt Anto. de But. hic dicit, versiculo, & not. & idem Anton. de Butr. in d. capitulo, cum contingat. de rescript. & in preallег. capitulo, cum dilecti. de dona. Et hoc sentit Abb. hic, dum loquitur de instrumentis indubitatis, sic etiam de actis dicitur quod faciunt notorium. capitulo, cum olim. de verbor. sig. quando nihil obijcitur: alias secus: vt tradunt Hosti. Joannes Andre. & Abbas post alios in capitu, cum speciali. §. por-
11 ro. de appel. vbi etiam dictum fuit. ¶ † Quartodecimo not. secundum Abbat. hic, quod in libello in interdicto vti possidetis, tria deducuntur. Primo, vt quis non molestet de presenti. Secundo, vt desistat a molestatione in futurum. Tertio, quod condemnetur ad interesse pro molestatione preterita. Et idem tradit Bartol. in l. j. §. interdictum. versiculo, vltimo quero. ff. vti possi. & in l. j. C. eo. tit. vti possidetis. Alexan. in consi. lxxxviij. quoniam. in v. lib. & idem Alexand. in consil. cxxxvj. in causa, & li-
12 te. lib. ij. ¶ † Quintodecimo nota quod pro hominibus suis, etiam liberis dominus agere potest, secundum Joan. Andre. & docto. hic. & not. Barto. in l. j. in principio. ff. vti possi. per istū textum. Et hoc intelligitur, vt Abbas hic dicit, quando molestia illata subditis, concernit iurisdictionem domini: & ita agitur de interesse ipsius superioris, secus vero si tantuz tractetur de interesse subditorum: quia pro furto, vel iniuria illata subdito dominus agere non potest: vt per glo. fi. in capitulo authoritate. de priuil. in vj. & not. Hostien. Joan. Andre. & docto. in capitulo, dilectis. vbi dixi. de appel. Et idem tradit Rota in xij. deci. item quod prepositus. de re iudi. in nouis. Abb. hic, Do. post Archi. & Joan. Andre. in capitulo, ad apostolice. in princ. in vlti. oppo. de re iudi. in vj. Car. in clemen. j. in princi. in ij. questione de reli. & vene. san. & Bald. in capitulo j. §. iniuria. versiculo, quero si iniuria. de pace iura. fir. Et hoc, quod dictum est, dominum agere non posse pro iniuria illata subditis, verum intelligit, nisi respectu domini iniuria inferatur: quia tunc actio domino acquiritur: vt not. Barto. in l. j. §. fina. ff. de iniur. facit textus in capitulo, sciant. de elect. in vj. ¶ Vltimo nota, quod per sententiam actori perpetuum silentium imponitur: & talis sententia diffinitiua est: vt dicit Bald. in l. preses. in fin. C. de sententi. & in l. fi. C. vt lite pen. et hoc verum videtur in causa proprietatis: sed in iudicio possessorio, prout agebatur hic, esset considerandum an sententia super possessorio sit diffinitiua, vel interlocutoria: de quo in capitulo fina. s. de iudi. ¶ In glo. j. primo per Abbat. post alios hic, colligitur quod iudex ex officio suo ad producendum testes, terminum parti prefigere potest. Et idem allegando istam gl. Abbas dicit in capitulo, finem litibus. in j. not. de dolo, & contumacia. Et ita etiam Barto. concludit in l. j. in ij. not. C. de dilatio. cum similib. vt tradit Alexā. in l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. vbi allegat glo. hic, & dicit quod ista est communis opi. & que sane intelligitur, et procedit causa subsistente, videlicet partis negligentia, prout loquitur Barto. in d. l. j. et Abbas hic. Et est regula communis quod iudex ex causa omnem terminum iuris abbreuiare potest: vt not. Barto. in l. ij. ff. de re iudi. cum similib. vt late dixi in capitulo, cum sit Romana. de appel. & in nostra quest. hoc tenet Paul. de Castr. in l. j. §. ait pretor. in princip. ff. de iure deli. vbi

ubi inquit quod licet dilatio non detur nisi petenti, secundum
Bald. in d. §. ait pretor. in princip. & in l. fina. versiculo, iuxta pre
dicta quero. el j. ff. de ferijs. tamen, secundum eum, etiam quan-
doque ex causa non petenti dilatio conceditur: ut per Bartol.
in dicta l. j. C. de dila. Et ita etiam Angel. tradit in l. ij. C. de tem
po. appel. Et dicit Bald. in l. ij. in princ. C. ut intra certum tem
pus. quod dilatio, que datur ministerio iudicis, peti debet: se-
cus est in illa, que datur a lege. Et finaliter considerandum est
quod dilatio non datur in fauorem alicuius, nisi petenti d. l. j.
C. de dila. Sed in odium sic, ut hic. Et ita Bald. distinguit in ca
13 pitulo, preterea. versiculo, an dilatio. supra de dilatio. †Secun-
da conclusio Abb. est, quod licet iudex terminum assignare pos
sit, non tamen tenetur. Facit textus in l. non quicquid. ff. de iu-
dic. Et est dictum Specul. in titu. de offic. iudi. §. impedit. versi
culo, quid si iudex. cum similib. ut dixi in capitulo, ad hec. el ij.
de appel. Et ista secunda conclusio limitatur, nisi sit causa in
qua ex officio iudex supplere teneatur: ut Abbas hic dicit. Ex
quo infert quod si statutum imponit penam iudici non termi-
nanti causam intra certum tempus, quod iudex non incidit in
p penam, si non fuit requisitus.[p] Sed aduertendum est, quia ista
illatio nō bene inferri videtur ex premissis: q2 in casu statuti iu-
dex tenetur, si requisitus sit: sed hic non tenetur iudex assigna-
re terminum, si non velit, licet requisitus sit, ut Abbas hic dicit
Et in causa in qua ex officio iudicis supplere tenetur, etiam
non requisitus, hoc facere debet. Unde ex predictis non bene
infertur ad questionem statuti. Dictum tamen in se verum est,
& notabile, quod licet iudex aliquid facere teneatur sub pena ad
priuatam utilitatē, semper intelligitur, dummodo requisitus
fuerit: ut Abbas hic dicit. Et idem Abbas post Anto. de Bu.
concludit in capitulo penul. in versiculo, & nota unum. de iudi.
& idem tradit Cald. in consi. ulti. in titu. de penis. Anto. de Bu.
& Imo. in capitulo fina. in glossa fin. de rescript. Alexand. in l.
properandum. in princ. C. de iud. Et ideo si Priores tenentur
sub pena causam appellationis cōmittere, intelligitur si a par
te hoc petatur: ut in no. casu Ange. scribit in consi. cxl. statutū
predictum disponens. & sequitur Alexand. in l. de pupillo. §. si
quis ipsi pretori. de oper. noui nun. & in consi. xix. viso processu
cause. lib. j. & in consi. clxiij. viso processu cause. lib. ij. Et in simili
in statuto quod Potestas compellere debeat agnatos ad com
promissum, intelligitur si petitum fuerit: ut not. Anto. de Bu.
in capitulo pen. de iudi. quem refert, & sequitur Alexand. in cō
sil. lxxxij. in causa vertente. lib. j. Sic etiam de statuto, quod iu-
dex debet ferre sententiam secundum consilium sapiētis, intel-
ligitur si petitum fuerit: ut dicit idem Anto. de Butr. in dicto
capitulo penul. & sequitur Alexand. in consil. cxxij. viso proces-
su. lib. ij. Et facit quod not. Pau. de Castr. per glo. ibi. in l. uni-
uersa. C. de preci. Impe. offe. & Alexand. in consil. xcvj. visis nar-
ratis. lib. iij. cum similib. ut late congerunt Moder. in capitu.
si aūt. de rescri. & reassumūt Mod. in l. uniuersa. C. de preci. Im
14 pera. offe. †Quid autem si quis probauit non data dilatione a
iudice. Abbas hic post Barto. in l. in crimine. ff. de adul. conclu
q dit quod probatio valet[q] quia terminus iuris attenditur. Et
idem Barto. tenet cum simil. ut ibi Alexand. prosequitur in l. fi
na. ff. de fer. Nam terminus non est de substantia probationis:
quia terminus non assignatur ad validitatem actus: sed ad
hoc terminus prefigitur, ut post terminum actus fieri non pos
sit: ut Bald. concludit in d. l. fi. versiculo, iuxta predicta quero.
ff. de fer. Et quod valeat probatio absque termino, not. Bal. in
l. si quando. in ij. not. C. de dila. & in l. cum a nobis. in iij. notab. eo
dem titu. Sic etiam defensio facta sine termino valet: ut nota.
Bartol. in l. unius. §. cognoturum. ff. de quest. Pau. de Castr. in
l. oratione. ff. de fer. ubi dicit hoc procedere, quando facte sunt
probationes absque termino: quia valent. Secus dicit, si nulle
facte sint probationes: quia tunc nō valet processus, nec potest
ferri diffinitiua: quia non potest non esse probatum, ex quo ni-
hil agitatum fuit. Unde, secundum eum, non valeret sententia,
tanquā data sine cause cognitione l. prolatam. C. de senten. Sed
in hoc non videtur quod recte dicat Paul. de Castr. quia licet
non sit data dilatio ad probandum, tamen propter hoc nō di-
citur lata sententia sine cause cognitione: quia probationes nō
sunt de substantia iudicij: ut in terminis declarat Bartol. in l.
prolatam. in fin. C. de senten. & not. Bald. in l. ij. C. de edendo. cū
similib. ut Alexand. tradit in consi. cv. ponderatis. lib. v. & dictū
15 fuit in capitulo, ecclesia sancte Marie. de consti. ¶ †Ulterius
hic successiue queritur, an in isto termino, qui prefigitur ad te-
stes probatorios, satis sit testes intra terminum iuramentum
prestitisse, licet post terminum examinentur. In quo Abb. con
cludit considerando quinque casus. Primus est, quod si fuit
r datus terminus ad producendum testes. & tali casu concludit,
quod sufficit,[r] illos intra terminum produxisse, & fecisse illos iu
rare: quia hoc modo satis verificatur illud verbum, ad produ-
cendum: ut tenet Specul. in titu. de teste. §. qualiter. versiculo, is
quoque. & dom. Signo. in consi. xix. in assumptione. in versiculo,
primo casu. facit text. in l. produci. ff. de testi. & in l. qui testamen-
to. §. mulier. ff. de testa. ibi: in testem produci, vel dicere testimo-
nium. et in capitulo ij. in §. si vero. & quod ibi Domi. de testi. in
vj. Ex quibus patet quod ista diuersa sunt, producere testes,
vel examinare. Ad idem facit textus in capitulo j. §. si quis. de
excep. in vj. ubi Do. hoc idem tenet in versiculo, an sufficiat. Et
ulterius considerandum est quod illud verbum, ad producen-
dum, etiam videtur verificari sine iuramento: quia deferre iu-
ramentum, iudici incumbit: & ideo satis videtur quod testes p
ducantur, absque eo, quod iuramentum illis deferatur. Secun
dus casus est, quando dicitur, ad producendum, & examinan-
dum. In quo Abb. concludit quod sufficit, si tali tempore pro-
ducātur, quod intra terminū examinari possint, & quod pars
instantiam fecerit apud iudicem pro examinatione, per ratio-
nes, quas Abb. hic inducit, post Rotam, qui ita concludit in
iij. deci. in titu. de testi. in nouis. & idem habetur in prima deci.
eodem titu. de testi. in antiquis. Et hoc idem tradit do. Signo.
in dicto consi. xix. in fi. in ultimo casu. Tertius est casus, quan-
do datur terminus simpliciter ad probandum: in quo conside
randum est quod aut pars testes produxit tali tempore, quod
intra terminum examinari potuissent, & de hoc iudicem requi-
siuit: & dicitur satisfecisse termino: ut supra in proximo casu di-
ctum fuit: quia examinatio ad iudicem pertinet. Ita Bald. cō-
cludit in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infec. Abbas hic, & idem
Abbas in consi. ij. consilium. in fin. lib. j. Domi. in capitulo j. §. si
quis. de except. in vj. & Alexand consi. xliij. in causa. lib. iij. Et ta-
li casu pars debet protestari: quia non presumitur quod per iu
dicem steterit: ut Barto. dicit in d. §. Sabini. Facit text. in d. l. si
quando. circa finem. ibi: si per eum steterit. C. de testi. Nam, ut
appareat solicitudo partis, protestatio necessaria est: ut not.
Bald. in l. properandum. in §. si autem utraque. C. de iudi. glo. &
Domi. in capitulo, cupientes. §. quod si per viginti. in verbo,
proposita. de elect. in vj. Et isto casu idem esset, si testes non iu-
rassent, ex quo stetit per iudicem. Et ista conclusio videtur ha-
bere locum, etiam quibuscunque alijs verbis terminus assigne
tur, ex quo non stat per eum. Si vero pars testes produxit in fi
ne termini, ita quod intra terminum examinari non possint,
vel pars non fecit diligentiam circa eorum examinationem,
tunc maior dubitatio videtur. Nam Barto. in dicto §. Sabini.
tenet quod post terminum examinatio fieri non possit: quia, se-
cundum eum, non est verum quod dictum trahatur ad iuramē
tum, cum non habeat necessariam consequentiam ad iuramen
tum: nec verum est, quod qui iurat, videtur deponere: ut inquit
Bald. in capitulo j. in princi. in versi. nota ista duo. si de inuesti.
inter do. & vas. lis oria. Diuersa enim sunt, receptio, & examina-
tio, ut hic, et in capitulo ij. §. si vero. de testi. in vj. et quia post ter
minum extrema non sunt habilia, ut dictum trahatur ad tem-
pus iuramenti: argumen. l. bonorum. ff. rem ratam haberi. Et
quia quando depositio est omnino obscura, post terminum de
clarari non potest: ut per Bald. in l. edita. C. de eden. Bald. et
Aretin. in l. Titie textores. de lega. j. Unde cum ex solo iuramē
to nihil ex dicto percipi possit, videtur quod post terminū de
positio fieri non possit. Et ita concludunt Aretin. & Moder.
hic, & idem Areti. in l. Antistius. ff. de acqui. here. Et sic in effe-
ctu tenent opi. Barto. quam Abbas hic sequitur, & Bald. in l.
obseruare. in §. fina. in fin. ff. de offic. proconsu. & leg. Pet. de An
char. in clemen. j. de offic. deleg. & Lanfran. in repe. capitu. quo-
niam contra. in verbo, testium depositiones. Et idem tenet Si-
gno. in d. consi. xix. circa finem. & ibi idem dicit, si dicatur, ad de
ponendum, vel testificandum. Plerique tamen contrarium te
nent quod imo post terminum testes examinari possint: quia
dictum trahitur ad iuramentum: ut not. Bald. in l. ij. C. de sac.
sanct. eccle. quia tempore iuramenti, & receptionis, pars citari
debet capitulo ij. de testi. & illo tempore contra personas testiū
opponitur. capitulo, ex parte. capitulo, presentium. de testi. Er
go videtur quod dicta testium ad tempus iuramenti referan-
tur. Et ita in terminis concludit Calde. in consi. j. in titu. de te-
sti. & idem Bald. in l. si quando. in vj. questione, post Dy. & Nico.
de Mata. quos refert. C. de testi. & idem Bal. in rub. C. si ex fal-
sis instru. & in capitulo ij. j. de testi. ubi ad hoc sex rationes ad-
ducit. Et idem plene probat, et tenet Roman. in consi. cccclxiij.
quo ad primum. in ij. dubio. & in d. l. damni. §. Sabini. ff. de dā.
infect. Non obstant allegata in contrarium: quia licet dictum
testis non dicatur habere necessariam consequentiam ad iura
mentum, habet tamen connexitatem, et correlationem: quia de
positio est implementum iuramenti, in quo promisit dicere ve-
ritatem: ideo dies, & locus iuramenti inspicitur: ut per glos. in

clemen.j.de offic.deleg.& not.Barto.in d.l.ij.C.de sac.sanc.eccl.
Et hoc bene probat Cald.in d.consi.j.de testi.Et facit quod sin
gulariter Bal.dicit in capitulo j.j.de fide instrumen. de instru
mento originali producto post terminum,ex quo confirmatur
productio exempli facta in termino.Non obstat quod extrema
non sint habilia post terminum: quia hic non agitur de fictio-
ne translatiua, sed de perficiendo actum inchoatum: & actus
principio attribuitur:vt Cald.& Rom.dicunt in locis.s.alleg.
sicut in declaratione contingit,in qua extrema habilia non re-
quiruntur:vt not.Bald.per illum text.in l.sed & si quid. §.quid
ergo.alias est lex,quid ergo.in princi.ff.de vsufru.Et ex his iu-
stificatur ista opin.que maiorem videtur habere equitatem.Et
communis practica hoc sequitur: vt habetur in practica Pa-
pien.in forma opponendi contra testes post publicationem. in
versi.sunt quoque.in ver.quid autem dices.Quartus casus est,
quando dicitur ad probandum,& probatum habendum:& tunc
ante terminum examinatio requiritur:vt Abb. hic concludit.
Et idem Bald.in l.ij.versi.item facit. C. vt lite pen.& Domi.in
capitulo j.§.si quis.de exceptio.in vj.Imo.in d. clemen.j.de of-
fic.delega.Bald.in d.l.si quando.in vj.q.C.de testi.& in l. Anti-
stius.in princi.ff.de acqui.here. vbi inquit quod ita practicatur.
Et Ange.ibi sequitur,dicens quod iuramentum non continet
explicitam probationem, prout verba illa preteriti tempo-
ris designant:& hoc consonant,vt verba illa, probatum haben
dum,aliquid operentur:argumen.capitu.si papa.de priuile. in
vj.in l.si quando.in prin.de leg.j.Et idem est,si dicatur,ad osten
dendum de iure suo:secundum Roma.in d.l.damni.§.Sabini.
ff.de dam.infec.per l.proprietatis.C.de proba.Dicit tamen Ab
bas hic,quod ista verba,ad probandum,& probatum habendũ:
non excludunt probationem,que fieret per instrumentum: qr
illa proprium habet terminum.capitulo, cum dilectus. de fide
instrumen.vt latius per eum hic.Sed istud dictum dubitabile
videtur: quia terminus peremptorius statutus fuit generali-
ter ad probandum, & probatum habendum: quo casu habetur
pro conclusione in causa:vt no.Innocen.in capitulo,super eo.
el ij.de appel.Bald.in capi.pastoralis.versiculo,& nota.de cau.
pos.& proprie.ergo etiam instrumenta produci non possunt,d.
capi.cum dilectus. Et quia si mediante tali termino probatio
testium excluditur,a fortiori probatio,que fit per instrumenta
excludi videtur: quia talis probatio instrumentorum facilior
est:vt not.in capitu.cupientes.§.si vero.vbi Domi.in fi. de elec.
in vj.& per Rotam in vj.deci.de prob.in nouis.cum simili.vt di
xi in capitulo j.in fin.de appel. Non obstat ratio Abb. dum di-
cit quod probatio,que fit per instrumenta,habet proprium ter
minum:quia etiam probatio testium habet terminũ proprium
de iure communi:sed a termino iuris receditur per terminum
qui prefigitur a iudice generaliter ad probandum:ergo gene-
raliter intelligitur per testes,vel instrumenta.xx. distinct.ca.si
Romanorum.l.j.§.& generaliter.de leg.prestan.Quintus,& vlti
mus casus est, quando fuit datus terminus ad probatum ha-
bendum per omne genus probationis: nam tunc talis termi-
nus omnes probationes excludit,secundum Abb.hic post An
ton.de But.adeo,quod iuramentum in defectum probationis
s post talem terminum prestari non potest[s]:vt dicit Domi.in c.
j.§.si quis.de excep.in vj.& idẽ specialiter de isto termino Bal.
dicit in capitulo fina.versiculo, sed quid si fuit statutus termi-
nus.de iureiurand.Et idem in terminis Angel.tradit in l.ad-
monendi.ff.de iureiur.Facit quod not.Specul.in titu.de dila-
tio.in §.fina.quem refert,& sequitur Paul.de Castr.in l.fina.ff.
de testi.Et hoc comprobatur:quia terminus habet vim conclu
sionis in causa,vt docto.hic dicunt:ergo tale iuramentum de-
ferri non potest:quia post conclusionem in causa iuramentum
non defertur:vt not.Barto.in l.admonendi.circa finem,de iu-
reiu.Bar.in l.in bone fidei.in l.generaliter.in v.no.C.de reb.cre
di.& in capitulo j.§.item si vasallus.de controuer.inuesti.vbi ad
hoc allegat Innocen.in dicto capitulo,pastoralis.& idem Ro-
man.in consi.cclv.quo ad primum.in fi.cum similib.Aretin.ta-
men hic tenet contrarium,quod per talem terminum,iuramẽ-
tum non excluditur.Et in effectu mouetur:quia iste terminus
esset ad duos actus assignatus,videlicet ad probandum,& defe
rendum iuramentum:quod esse non debet, vt per gloss. in cle-
men.sepe.in verbo,post dationem.de verbo.signifi.Et quia si es
set probatum,superfluum esset iuramentum:ergo non valet. c.
ij.s.eodem.Et ista non videtur fuisse intentio iudicis,pro quo
presumitur.capitulo,in nostra.de procur.Iste tamen rationes
euitari possunt,intelligendo quod terminus ad iurandum suc
cessiue assignatus esset in defectum probationis secundum or-
dinem iuris l.si duo.ff.de acquir.hered.& quod no.in l. Gallus.
§.quidam recte.ff.de libe.& posthu. Opinionem tamen Areti.
primo tenuit Roma.in l.admonendi.in versiculo,quo ad secũ-
dũ.ff.de iureiuran.quia terminus datus fuit ad probandum:
sed iuramentum proprie non est probatio l.non erit. §. dato.ff.
de iureiuran.ergo post talem terminum iuramentum excludi
non videtur.Et ista opinio de iure verior videtur:quia termi-
nus,qui prefigitur a iudice,restringit facultatẽ probandi,que
de iure communi competit:quod quidem odiosum videtur,ar
gumen.l.quoniam.C.de hereti.Et ideo consonat, vt terminus
intelligatur de probatione propria,vt Roma.dicit:& de illa p-
batione, que simpliciter parti incumbit, & non de iuramen-
to, quod defertur a iudice. Et quia sicut confessio excluditur,
quia non est probatio,vt Ab.hic post alios dicit,idem videtur
in iuramento.Et istam equiparationem facit Bald.in rubr.C.
16 de probat.& dixi in rubr. supra eo.titu.†Vltimo notandum est,
quod in casibus supra dictis,in quibus probatio post terminũ
non admittitur, publicatio tamen probationum fieri potest:
vt not.Bald.in l.ad testium.§.conditionem. ff.de testi. Domi.
in capitulo j.§.si quis.de excep.in vj.Similiter post terminum
declaratio articuli,vel probatiõis facte in termino fieri potest,
quia qui declarat,nihil noui facit:vt not.Ioann.Andre.in ti-
tu.de teste.§.nunc videndum.col.pen.versiculo, hoc etiam no-
to.& sequitur Anto.de But.hic,versiculo,ex his deciditur.& no
tat Domi.in proem.sexti.in princip.ad finem.cum simil.vt tra-
dunt Moder.hic.& in capitulo,pastoralis.in versiculo,declara
ri potest.de except.& idem Roman.in consi.xlv. super eo. Ful-
go.in consi.cxlvij.visa.in fin.cum similib.vt dixi in capitulo,pa
storalis.§.verum.in iij.not. de appel. Hoc tamen dictum limi-
tatur,vt not.tradit Ioannes.de Ana. in consi l.lxxxiiij.viden-
dum est. facit quod supra dictum est in tertio casu de declara-
tione obscura.Similiter si iudex post terminum admitteret p
t bationes parte presente[t],& contradicente,probationes valerẽt
vt not.Bald.dicit in l.peremptorias.versiculo, quero si iudex.
C.sen.rescin.non pos.& per Moder. hic. Et adde notabile di-
ctum Bald.in l.certi condictio.§.quoniam.circa finem,versicu
lo,sed ponamus.ff.si cert.pet.cum similib.vt tradit Bartholo.
Veronensis. in cautel. ccliij. in capitulo,stantuta quandoque
disponunt.versiculo,stante statuto,de quo dixi in capitulo ij.su
17 pra eodem.†Similiter post terminum excluduntur probatio-
nes,que in facto consistunt:sed non excluduntur allegationes
iuris:vt not.Anto.de Butr.hic,Bene facit quod notat Bald.
in capitulo,pastoralis.versiculo,& nota.de causa poss.& proprie.
vbi inquit quod quando est renuntiatum probationibus,intel
ligitur de probationibus,que in facto consistunt:& ideo proba-
tiones iuris non excluduntur.De quo dicendum est:vt tradũt
18 Moder.in capitulo,cum dilectus.de fide instrumen.¶ †Glo.
in ver.post sententiam. prosequitur quatuor questiones. Pri-
ma est,an questio falsitatis indistincte post sententiam propo-
ni possit.Et conclusio est,secundum Abb.quod si questio nun-
quam mota fuit,potest moueri,etiam citra appellationem dũ
modo falsitas indirecte probetur: quia si directo probaretur,
esset producere testes super capitulis directo contrarijs:quod
non licet,publicatis attestationibus,etiam in causa appellatio
nis. clem.ij. de testi.vbi glo.in verbo,directo.Et idẽ tenet Bar
tol.in authen.qui semel.C.de probat.Bald.in l.si quis testibus.
versiculo,secundo ponitur.C.de testi.Pau.de Cast.in l.diuus.
ff.de re iudic.cum similib.vt tradunt Moder.hic. Et secundũ
istam declarationem non videtur esse aliquid speciale in que-
stione falsitatis.Et ideo dicit Anto.de Butr.hic in glo.in ver
bo,adstrinxerint.quod iura,que permittunt vt questio falsita-
tis opponi possit post sententiam,loquuntur in instrumentis,
in quibus non est timor subornationis:per l.j.& per totum. C.si
ex fal.instru.& in capitulo,cum venerabilis.de exceptio.Sz ista
restrictio.secundum Aretin.non videtur vera:quia idem vide
tur in testibus,q in instrumentis, per l.falsam.cum gl.& in ru.
C.si ex fal.instru. vel testi. & text. hic,qui loquitur in testibus.et
idem tenet glo.in d.l.diuus.de re iudi.Benedi.de Plumbi. in
l.qui agnitis.in vj.oppo.in repeti.ff.de excep.Areti.vero cona
tur ostendere quod iura tantum loquantur,quando agitur de
falso criminaliter,secus si ciuiliter.Sed ista differentia etiã pe-
riculosa videtur,quia contra l.j.cum glo.C.si ex fal.instr.Et fa-
cit tex.in l.pen.& fi.C.si ex fal.& regula, que habetur in l.omnem.
ff.de iudi.Unde vt iste difficultates euitentur, videtur potius
dicendum esse speciale in questione falsitatis,vt timor suborna
tionis non attendatur:& sic super capitulis directo contrarijs,
testes recipiantur publicatis attestationibus, quando agitur
de questione falsitatis testium, vel instrumentorum. Et istam
opinionem sentit glo.hic,dum simpliciter loquitur.Et hoc ex-
presse tenet Specul.in titu.de teste.in §.satis vtiliter.versiculo,
decimus tertius casus.vbi allegat istum textum hic.Et idẽ te
net Archid.iiij.q.iij.§.si quis testibus.circa finem: quia si post
sententiam de falso opponi potest non obstante exceptione
rei iudi

rei iudicate d.l.j.C.si ex fal.instru.a fortiori post publicationeʒ
testium de tali falsitate poterit cognosci. Et ad hoc facit, quia
secundum communem opi.propter falsitatem retractatur sen-
tentia per restitutionem in integrum: vt est text. in d.l.diuus.
ergo non attenditur timor subornationis: quia in casibus, in
quibus restitutio in integrum conceditur, timor subornatiōis
non timetur: vt est not.dictum Innoc.quod Bald.ibi refert in
capit.vltra tertiam. j. de testi. Et ita opin. Legistarum, quam
Abb.hic reprobare videtur, potest iustificari. Et ad hoc etiam
facit, quia iura specialiter in causa falsitatis loquuntur: ⁊ ideo
alijs magis generalibus derogatum videtur: vt in regula, ge-
neri per speciem.de regu.iur. in vj. Preterea retenta differen-
tia, quam Abb.hic facit, ⁊ docto.in locis, supra alleg.vtrum di-
recte, vel indirecte falsitas probetur, aduertendum est: quia re
vera non videtur esse vis in hoc, an directe, vel indirecte falsi-
tas probetur: sed potius consideratur, an pars que velit falsita
tem probare, potuerit esse instructa, vel non. Si enim instructa
esse potuit, falsitas etiam indirecte probari non potest: ⁊ tunc
non habet locum text.in capit.ex tenore.de testi.vbi Abb. post
Innoc.⁊ alios in iiij. lectu. ita concludit. Si vero pars instrui
non potuit, etiam directe falsitas probari potest publicatis at
testationibus: vt voluit not. Ioan.Andre.in titu. de teste. in §.
sepe.in j.additione. vbi concludit quod si contra instrumentuʒ
dixi de falsitate simpliciter, ⁊ postea probaui notarium mor-
tuum tempore instrumēti, certe publicatis attestationibus ad
uersarius poterit probare quod notarius tunc viuebat. Se-
quitur Abbas post Anto.de Butr.in d.capitu.ex tenore.⁊ refe
runt Moder.hic. Non obstat tex.in d.clemen. ij.de testi.vbi ex-
presse probari videtur talis differentia, an directe, vel indire-
cte falsitas probetur: quia illud dictum videtur, habito respe-
ctu ad illud, quod plerunque contingit, quod in capitulo dire-
cte contrario, quis instructus videtur: non sic communiter cō-
tingit in capitulo indirecte contrario. Et hoc in simili tradit
Barto.in l.quod Nerua.in xij.quest.ff.depo. declarando diffe-
rentiam, quam communiter faciunt iura inter contractum cō
modati, ⁊ depositi: vt in l.contractus.ff.de regul.iur. nam talis
differentia, secundum eum, procedit per communem contingē
19 tiam. ¶ † In secunda questione, quam glo.mouet in versi.⁊ no
ta secundum quosdam.glo.videtur tenere quod sufficiat proba
re solam falsitatem, dummodo iudex illam fuerit secutus.⁊ pro
batur in l.falsum.C.si ex fal. instru. vbi glos.idem tenet in testi-
v bus[v], prout loquimur hic. Idem gl.in l.j.C.sen.rescin. non pos.
⁊ Abb.hic post alios sequitur.⁊ idem Bal.in d.l.falsam.in prin
cip.⁊ in l.si quis testibus.C.de testi. Alia, que Abb. dicit in ista
ij. questione reseruo in vltima questione, vbi melius cadunt.
20 ¶ † In tertia parte glo.ibi: sed nunquid. glo. prosequitur ter-
tiam questionem: ⁊ concludit quod probare solam corruptio-
nem sufficit, dummodo iudex illam secutus fuerit, per capitulū
cum I.⁊ A.de re iudi. Et istam conclusionem finaliter indistin
cte sequitur Abbas hic per text.in c.sicut.de testi. Nam licet do
cto.hic dicant esse speciale ibi in causa matrimonij, tamen Ab-
bas ipse dicit illum textum generaliter procedere per rationeʒ
generalem; que ibi in fine ponitur: dum dicitur quod primi te-
stes nullatenus admittendi sunt: vt per capitulū, cum I.⁊ A.
de re iudi. Sed contrarium tenent Ioan.Andre.⁊ doct. com-
muniter, quod imo non sufficiat probare solam corruptionem
ad istum effectum, vt sententia lata retractetur: quia non sequi
tur, Corruptus fuit testis: ergo falsum deposuit. Sed probatio
debet concludere, maxime in criminalibus, ⁊ specialiter in cri-
mine falsi probatio debet esse concludens de necessitate. glos. et
Bald. in l. iurisgentium. §. quod fere.ff.de pactis. Non obstat
capitulū, sicut.quod Abb.in contrarium adducit: quia loqui-
tur in causa matrimoniali, in qua speciale est. Et ad hoc facit
textus in fin.ibi: in hoc casu. Nec obstat quod ibi ratio genera-
lis ponatur circa finem: quia secundum Aretin.aduertendum
est, quia ibi ponitur nouum dictum separatum a precedente.
Naʒ prius dixit quod si corruptio probetur per testes idoneos
quod sententia debet retractari. Deinde in fine dicitur quod si
illi testes, qui primo deposuerūt, velint dicere se esse corruptos
non sunt audiendi: quia periuri sunt. Et sic illa ratio genera-
lis, que per dominuʒ Abbatem ponderatur, ad primum dictū
non refertur. Replicari tamen potest quod dictum Abbatis
probari videtur ibi: quia text. videtur probare quod si corru-
ptio probata sit per testes idoneos, quod sententia retractetur
Et ideo ad illum textum clarius responderi potest quod text.
ibi loquitur de corruptione simul cum falsitate: vt colligitur
ibi: se corruptos dicunt perhibuisse testimonium falsitati. Et se
cundum hoc, ille textus nihil facit. Et dum inferius dicitur de
probatione corruptionis, intelligitur secundum precedentia.
Non obstat text.in capitulo, cum I. ⁊ A. quia ibi erant testes
conspiratores, ⁊ inimici: qui magis repelluntur.capitulo, per
tuas.el j.de simo. Preterea in d. c. cum I.⁊ A. vltra conspira-
tionem alia concurrebant, ex quibus reuocata fuit sententia.
21 ¶ † In fin. glos.concludit quod valet sententia lata per falsos
12 testes, vel per falsa instrumenta[12]: vt probatur in l.diuus. in fi.
ibi: in integrum restituas.ff.de re iudi.in l.pe.C.si ex fal. instru.
⁊ in capitulo, cum venerabilis.ibi: retractari.de except. Nā ista
verba arguunt validitatem actus l.nam ⁊ si sub conditione. §.
post defectum.ff.de iniusto, rupto. Non obstat tex. in l.qui agni
tis.ff.de except. vbi dicitur quod ex tali sententia non obstabit
exceptio rei iudicate: quia intelligitur quantum ad effectum
impetrata restitutione in integrum. Negari tamen non potest
quod verba d.l.qui agnitis.videantur obstare, dum ibi dicitur
quod exceptio opponi potest. Ista verba denotant quod ipso
iure non valeat sententia. Et tenendo hoc, prout voluit glos. in
d.capitulo, cum venerabilis. ad iura supra allegata in contra-
rium responderi potest quod sententia retractatur, licet sit nul
la, quatenus de facto processit.capitulo, accedens.el j.vbi glossa
vt lite non contest.l.j.vbi glo.ff.de ferijs. Nam magis conuenit
quod verba ista ita intelligantur, quam econtra, quod verba,
que significant actum ipso iure nullum, ope exceptionis intelli
gantur, vt in conflictu quarundam legum Aret.tradit in l.j.ff.
de testa. Retenta tamē opinione communi, pro qua facit, quia
si non retractetur intra viginti annos, postea retractari non
potest d.c.cū venerabilis.⁊ sic videtur quod valeat a principio
prout arguit gl.in d.capitulo, cum venerabilis. Et ampliatur
ista conclusio, etiam si de falsitate tractetur per viaʒ replicatio
nis. Nam restitutio etiam erit necessaria: licet secus sit, si per
viam exceptionis de falsitate opponitur, vt Abbas hic conclu
dit. Et fuit ista opin. Ioan.And. in d.capitulo, cum venerabi-
lis.in glo.pen.qui in effectu differentiam facit vtrum reus per
falsos testes, vel instrumenta absolutus, vel condemnatus sit.
Primo casu, quando absolutus fuit, non poterit vti replicatio
ne contra sententiam absolutoriam, nisi prius restitutione in
integrum impetrata. Secundo casu, quando fuit reus condem
natus, poterit reus se tueri immediate per viam exceptionis.
Sed contra istam distinctionem videtur text.cum glo.in d.l.di
uus.vbi tex.loquitur in reo condemnato, ⁊ tamen restitutio in
integrum ibi necessaria est. Et per illum textum Imol. ibi re-
x probat opin. Ioan.Andre. Et ideo vtroque[x] casu, siue agatur
per viam exceptionis, siue replicationis, necessaria est in inte-
grum restitutio. Et hoc voluit glo.penul.in d.l. qui agnitis. et
idem tenet Bald.in l.querela.C.de fal Paul.de Castr.in d.l.di
uus.cum concor.vt ibi tradit Alexand. Et probatur in l. nam
⁊ postea.§.si minor.ff.de iureiur.in l.exceptiones que.in fin.ff.de
except. Et ita etiam concludit Alexand.in d.l.nam ⁊ postea.§.
si minor.in glo.j.in fin.⁊ Paul.de Castr.⁊ Alexand.in l.si ex fal
sis.C.de transact. Nam cum lata sit sententia, que valet, non vi-
detur quod exceptio opponi possit immediate, nisi remoto
prius impedimento. Et sic eadem ratio videtur in exceptione,
que est in replicatiōe. Ad iura canonica, que videntur probare
contrarium, vt hic, in d.capitulo, cum venerabilis. responde-
tur quod intelliguntur, impetrata restitutione in integrum,
prout glo. intelligit text.in d.l.qui agnitis.⁊ idem glo.in d.l.ex-
ceptiones.cum simílib.vt per Alexand.in d.§.si minor. Vel dici
potest quod ista iura procedunt de iure canonico, in quo subti-
litates iuris ciuilis non attenduntur: argumen.capituli, dile-
cti.de iudi. Vel iura preallegata locum habent in ecclesia, pre-
ut loquuntur: quo casu speciale est, quod sententia sit nulla: si-
cut de minore dicitur, secundum Abbat. hic, ⁊ ita dicunt Mo
der.in d.l.qui agnitis. Sed iste responsiones non placent: quia
iura canonica in regula communi iuris ciuilis, fundari viden-
tur dicto capitulo, cum venerabilis. ibi: cum falsoruʒ instrumē
torum pretextu lata sententia vsque ad viginti annorum spa-
tium valeat retractari prout habetur in l. querela. C. de fal. et
hic, ibi: quia tamē nolumus a iuris tramite declinare. Et ideo
tenenda est prima responsio supra dicta. Predicta conclusio li
mitatur non habere locum in sententia lata contra absentem
per falsas allegationes: quia nulla est l.si pretor.§. Marcellus.
ff.de iudic. Et ita Abb.hic, ⁊ Alexand. post Bartol. ⁊ alios in
d.l.diuus. Sed tamen text.in d.§. Marcellus. non videtur vti
verbis denotantibus nullitatem, dum inquit, debere admitti
querelam. Nam querela etiam respicit rescissionem actus l. vt
liberis. C.de collatio. ibi: vel inofficiosi querela mota rescisso.
Et quia ibi in d.§. Marcellus.ponitur exceptio a regula, que
loquitur de iniquitate sententie, ⁊ presupponit validitatem l. j.
in princip.ff.de appel.ergo ita exceptio intelligitur, vt conue-
niat regule, iuxta no.in rub.de reg.iur.in vj. Moder.in d.l.qui
agnitis.pro communi opin. dupliciter inducunt text. in dicto
§. Marcellus. Primo, quia si valeret sententia, minor ibi non

cognosceret de iustitia superioris:vt per Innocen.in capitulo, de cetero.de re iudic.Sed potest dici, quod dictum Innocen- tij non habeat locum, quando agitur de falsitate: argument. capitulo,super eo.de crimi.fal.et not.in dicto capitulo, de cete- ro.Secundo,quia ponderatur in d.§.Marcellus.quod sciens vsus fuerit falsis allegationibus:nam etiam si ignoranter vsus fuisset,deberet retractari,vt ergo scientia aliquid operetur, di cendum est quod sententia sit nulla. Et fuit ista ratio Ioann. de Imo.in l.qui Rome.§.duo fratres. quem Alexand.ibi re- fert.ff.de verborum oblig.Sed potest responderi quod scientia ponderatur ibi:quia alias iudex inferior non posset cognosce- re de iustitia superioris,nisi ageretur de falsitate scienter com- missa. Et de intellectu dicti §. Marcellus. recurrendum est ad ea,que late Alexand.scribit post Angel.et Imol.in dicto §. duo fratres. Secundo limitatur, nisi sententia lata sit contra minorem:quia non valet,per text.in l.j.C.si ex fal.alleg. tutor ex cu.fuerit. vt not. Abbas hic, Bartol.et doctores in d.l.diuus. Sed aduertendum est, quia ille text.parum facit : quia loqui- tur in decreto, vt patet ibi : si iniustum decretum eos extorsisse apparuerit. Et in decreto hoc omnes tenent quod nullum sit, etiam contra maiorem,si ex falsa causa sit interpositum:vt no- tat Bart.in d.l.diuus.in princip.per l.cum vero.§.subuentum. ff.de fideicommi.liber.Angel.in l.cum fideicommissum.in fine ff.de confess.Bald.in l.finali,C.si ex fal.instru. cum similibus,vt tradunt Moder.hic, qui ita dicunt. Sed ista fuit ponderatio Ioan.de Imol.in l.si is,ad quem.versiculo,item adde.ff.de ac- quiren.hered.Et propter hoc Aretin.ibi tenet quod etiam cō tra minorem valeat sententia lata pretextu falsorum testium. Successiue Abbas concludit quod ille,qui succubuit pretextu falsorum testium, agere potest contra testes falsos, et contra ipsum producentem,non solum ciuiliter, sed etiam criminali- ter.In quo aduertendum est:nam primo dum Abbas equipa rat ipsum producentem,et testes, qui falsum deposuerunt : ista equiparatio ex toto non procedit,per ea,que not.Bartol.in l.si falsos.C.de testi.in l.si aduersarius.C.de fide instrumen.et in l.di uus.la ij.ff.de fal. et tradit Gandinus in tracta. de malefic. in rubrica.de falsarijs,et Angel.Aretin.in tractat. maleficiorum. in versiculo,falsario.versiculo,quero vsque ad quantum.et Pe trus de Ancharā.in consi.clxxij.circa primum.Secundo dum dicitur quod de falsitate agi potest ciuiliter ad interesse con tra testem falsum,et agitur actione in factum:et ita intelligitur glos.hic.Et hoc probatur in l.qui nomine.ff.de fal. vbi Barto. dicit per illum textum quod ex iudicijs publicis etiam oritur actio in factum ciuiliter.Facit textus in l.penu.et fi.C.de fal.Et de testibus probatur in capitulo j.infra de crimi. fal. vbi Ab- bas in princip.et notat Gandinus in loco preallegat.Et est re- gula communis quod ex omni delicto oritur actio ciuilis rei persecutoria:vt not.Bald.in l.qui sub pretextu.la j.C. de tran- sact.Facit textus in l.fina.ff.de furt.et in l.fina. ff. de priuat.deli. Et ista conclusio procedit, quando apparet de interesse agen- tis:alias contra testes falsos ciuiliter agi non potest:vt tradit Petr.de Ancharan.in consilio xxiij.visa inquisitione.in secun

22 do dubio.†Tertio dicitur in predicta conclusione,quod etiam pro falsitate contra testes agitur criminaliter : vt Abbas dicit hic,et probatur in d.l.penult.et fin.C.de fal. et habetur in locis su pra alleg. Et circa hoc duo notanda sunt. Primum est, quod ad hoc vt testis criminaliter possit puniri,requiritur quod fal sum dixerit in eo,in quo substantia negotij consistit: secus si in accessorijs:quia tunc non punitur pena legis Cornelie, sed ar- bitrio iuris:vt not.voluit Iacob.Butr. in l. Lucius. ff.de his, qui not.infa.et Angel.ibi in versiculo,nihil proponitur. versicu lo,attende tamen illud dictum refert, et extollit.et idem Alber. ibi,et idem Angel.in consi.cxxiij.visis processibus.Facit quod not.Petr.de Ancharan.in d.consilio xxiij.in fine.Secundum est,quod ista conclusio procedit,quando accusatur a parte,pro ut Abb. loquitur hic. Secus si procedatur per inquisitionem: quia tunc extraordinaria pena erit puniendus:vt not. Angel. dicit in §.et licet.in authen.de testib.Et istud dictum de iure ca- nonico,de plano procedit : quia mitigatur pena in iudicio in- quisitionis.capitulo,inquisitionis.de accusa.Non sic de iure ci- uili,vt dictum fuit in rub.supra de iudi.Et vltra Abb.hic, etiā de falsitate agitur alijs modis:vt per glo.in l.querela. C.de fal. in l.si ex falsis.C.de transact.Areti.in dicto verbo,falsario.Ab bas in dicto capitulo j.de crimi. fal. et practica Papiensis in

23 forma iuramenti testium,in verbo,falsitate.† Postremo notā dum est,quod secundum canones crimina tempore non tollū-

13 tur:vt per gloss.in capitulo, admonere.xxxiij. questione ij.in verbo,penitentia.et not.Specul.in titu.de sententia.§.quoniam. versiculo,et nota secundum cano.vbi declarat hoc procedere in matrimonio,et alijs spiritualibus,in quibus periculum anime

vertitur,in quibus prescriptio locum habere non potest.Et hoc dictum pro singulari ponit Roma.in singu. clxxxij.tu scis. vbi hoc simpliciter sequitur.et idem not.Bald.in l.j.versiculo, nota tamen.C.qui accu.dicens quod in penis spiritualibus nulla ca dit prescriptio.et idem Angel.in l.diuus.de re iudi.Et secundū Abbat.hic post Anton. de Butr. hoc generaliter procedit in foro penitentiali.Et idem Abbas dicit in capitulo, cum habe- ret.de eo,qui du.in ma.quam pol. per adul. Idem tamen Ab- bas aliter distinguit in capitulo,fina. in princip. infra de pur-

24 ga.canonica.¶†In glossa in verbo,astringit. ex distinctione, quam finaliter Abbas hic ponit,Prima,et principalis conclu- sio est.quod si aliquid deductum sit in libello cum certa qualita te, puta quod quis percusserit Titium cum effusione sangui- nis,vel cum armis, si qualitas deducta non probetur, absolu- Y tio° sequi debet†.prout voluit Cyn.in l.ij.C. de probat. in ver-

Butr.in c.ab excõmunicato.de rescript.dicebat ꝙ sententia est quid separatum ab actis:⁊ quod aliud sit sententia, aliud acta. Facit c.cum ad sedem. in versi.nos prioris.de restit.spol.vbi dicitur, Prioris iudicij acta recensentes. ⁊ ibi sententia non includitur. Sed responderi põt ꝙ ex mente summi pontificis ibi colligitur, quod ibi tantũ loquebatur de actis precedentibus sententiam:quia ibi disputatur de iustitia sentẽtie, que ex actis precedentibus demonstratur. Sed pro ista parte secundo videtur melior text.in l.ij.C.vt lite penden.ibi:nisi actorum, vel pronuntiationis editio denegetur:nam alternatiua ponitur inter diuersa: ergo videtur ꝙ sententia sit quid diuersum ab actis. Bal.ibi respondet quod diuersitas ponitur inter acta, que sunt preambula, ⁊ sententiam, que est vltimus actus.⁊ Fulgosi.ibi dicit ꝙ prius ponitur genus, deinde species, ad maiorem expressionem, vt sepenumero fit. Et domi. Lanfranc. hic respondet ꝙ ponitur diuersitas inter genus, ⁊ speciem que in effectu non arguit diuersitatem:vt in rubri.C.de serui.⁊ aqua.⁊ ita etiã dicit Paul.de Castr.in d.l.ij. Uel vltimo ille text. intelligitur de pronuntiatione interlocutoria:vt est glo.ibi:⁊ sic non erat lata diffinitiua, quia lis pendebat:non ergo mirum, si non venit sententia, que non erat lata. Et his modis etiam respõderi potest ad text.qui eo modo loquitur in l.a proconsulibus.C.de appel. Tertio facit text.in c.presentata.de testi.vbi dicitur, omnibus actis redactis in scriptis:⁊ sic loquitur de omnibus actis: ⁊ tamen non includitur sententia, que ibi non erat lata. Sed respondetur, quod ex quo nondum erat lata sententia, non poterat dici ꝙ esset de actis:⁊ sic ibi apparet de mente litere, ꝙ solũ loquitur de actis precedentibus sententiam. ⁊ idem colligitur in c.cum ad sedem.versiculo, nos prioris. de resti. spoliat. ⁊ in l. iij.C.de sen.que sine cer.quanti.profe.⁊ in l.acta.ff.de re iudi. Et quod dicitur de actis, idem videtur dicendum quod de processu:vt colligitur hic in versiculo, nec pro ipsius presumatur processu. Nam de actis intelligitur, vt ex precedentibus patet. Et sic videtur ꝙ processus ⁊ acta idem sint:sed appellatione processus venit sententia:vt no.Bald.per illum text.in c.cum I. ⁊ A. de re iudica.ibi:vitiato processu, irritatur sententia:ergo videtur quod appellatione actorum, etiam sententia comprehendatur:⁊ sic communis opinio confirmatur. Sed respondetur, nõ esse verum, ꝙ sub nomine processus, sententia comprehendatur:vt probatur in c.prudentiam.in princip.⁊ ibi Anto.de Butri.de offic.deleg. Facit text.in cle.j.circa fin. de fo.compet.ibi: sententias, ⁊ processus.in c.ne aliqui.in fi.de priuile.in vj.⁊ in ca. docet.in versiculo, ordinarij locorum.de immu.eccle. lib.vj. Nõ obstat text.in d.c.cum I.⁊ A.quia licet ibi irritato processu irritetur sententia, non per hoc sequitur quod appellatione processus comprehendatur sententia: quia irritato processu tollitur fundamentũ sententie:ideo vitiatur. Circa hoc tamen notabiliter Domi.distinguit in c.vt super.versic.not. incidenter. de appella.in vj.vbi inquit ꝙ aut est talis materia, que adaptatur etiam sententie:⁊ appellatione processus, sententia continetur. Aut subiecta materia non conuenit sententie: ⁊ tunc non continetur. Et talis concordia commodari potest etiã in actis ⁊ hoc pacto opiniones concordari possunt. ¶ Duodecimo nota ibi:interrogationes, ⁊ confessiones. quod ista duo ponuntur vt diuersa, vt colligitur ex copula, ⁊ que intelligitur iuxta not.

16 in rubri.ff.de iur.⁊ fact.igno. †Ex quo infertur secundum Aretin.post Anto.de Butri.⁊ Imo.hic, quod interrogans non videtur fateri:⁊ Moder.sequuntur. Sed aduertendum est: quia hoc necessario non videtur probari hic: quia text. intelligi potest, ⁊ ita etiam videtur loqui de confessione, que sequitur interrogationẽ, videlicet quando interrogatio fuit facta ab vno, ⁊ confessio ab altero:quo casu ista stant simul, quod interrogans videatur fateri, ⁊ tamen confessio requiratur ex parte interrogati:quia illa est alia confessio, que non habetur ex sola interrogatione. Ponderatio, quam faciunt doct.hic, haberet locum, si ista verba ad eandem personam referantur. Dictum tamen in se verum est:quia secundum veram opi.ille qui interrogat, non

f videtur fateri:⁊ in hoc differt[f] ab eo, qui ponit:vt not. Bart.in l.ij.§.quod obseruari.versic.iuxta predicta, quero.C.de iura.calum.in l.j.ad finem.ff.de interrog.actio.⁊ late tradit Abb.in ca. fina.versicu.sexto requiritur.supra de confes. ¶ Ultimo not. ꝙ constitutio, que precipit aliquid sub pena fieri non propter se, sed ad finem alicuius mali euitandi, non habet locum, nisi ledatur finis, propter quem facta fuit constitutio: vt probatur hic, in fine, ⁊ latius declarat Abb.hic, qui adducit notabile di-

17 ctum Archi.in c. vtinam.lxxvj.dist.vbi voluit quod† transgres-

g sio ieiunij[g] non inducat peccatũ mortale, quando non leditur effectus, propter quem ieiunium institutum fuit. Et idem sequitur Cardi.in clemen.ad nostrum.in versicu.ij.in fi.de here. Domi.in c.generali.de elec.in vj.cum simi.vt tradunt Moder.hic.

Et predicta conclusio procedit, quando cõstitutio loquitur per verba communia puta, statuimus, vel ordinamus. Et ita loquitur, ⁊ procedit tex.hic. Secus si verba sunt preceptiua:quia tũc indistincte precepto superiori parendum est. Et ita ipse domi. Abb.limitando istum tex.concludit in rub.j.de obser. ieiu. circa fi. Sed aduertendum:quia licet tex.hic vtatur verbo, statuimus.tamen ex quo pena inferius imponitur iudici non seruanti hanc constitutionem, ista constitutio satis videtur precipere propter penam que imponitur. Et ideo qđ Abb. dicit hic per istum text.non videtur verum: quia si constitutio precipit simpliciter aliquid fieri sub pena absolute, videtur ꝙ cõtrauenies incidat in penam:quia precepto superioris parendum est. c.ij. de maio.⁊ obed.xliij.questio.j.c.quod precipitur. ⁊ posteaquam ita constitutum est, non de ipsa lege, sed secundum ipsam legem iudicandum est:vt dicitur iiij.distinc.c.in illis. Facit ꝙ no. Domi.per glo.ibi in c.quorundam. ver.circa. in glo.in verbo, qualibet.de elec.in vj. Non ob.tex.hic, quia responderi potest quod ideo ex simplici contrauentione pena non committitur, quia cõstitutio ita vlterius procedit disponendo:ar.l.j.§.biduum. C. quando appel.sit.⁊ not.Bar.in l.pretor ait.in princ.ff.de oper. no.nu. Saluari tamen potest dictum Abb.in foro conscientie. quia quando quis non seruat solennitatem requisitam, si tamẽ non contrauenit fini, propter quem inducta solennitas fuit, nõ peccat, vt not. Inn.in c.quia propter.de elec. Abb.in c.j.circa fi. de in integ.resti. Domi.in c. de sponsa.cum si.⁊ isto casu loquitur Archi.in d.c.vtinam. Uel secundo dictum Abb.saluari potest, quando facta fuisset prohibitio cum ratione finali expressa:quia tunc cessante ratione cessaret dispositio c.cum cessante. de apel.l.adigere.§.quamuis.de iure patro. Et ex his expedita

18 sint notabilia. ¶ †In gloss.j.in fin.conclusio est, secundum glo. quod negatiua directe probari non potest, vt hic, ⁊ in capitulo, bone.el j.s.de elec.in c.super hoc.de renun. Et ad hoc procedit, etiam si negatiua verbis affirmatiuis proponatur. Considera

h tur enĩ effectus[h]. Et illa oratio vere negatiua est, que priuationem significat, illa vero affirmatiua que positionem continet: vt not. Bar.in l.de etate.in iij.questione principali.ff. de mino. ⁊ in l.nec codicillos.C.de codic.⁊ in l.inter stipulantem.in prin. de verb.oblig.cum simi.vt tradit Alex.ibi, ⁊ Moder.hic, ⁊ idẽ not. Barto.in l.pater Seuerinam.in §.socrus.in fin. ff. de condi.⁊ demon.facit text.in c.super hoc.de renun.⁊ quod not. Abb. hic, in notabilibus. Et predicta conclusio limitatur, nisi negatiua sit sensui coniuncta, adeo quod cadat in sensum testis:puta, si dicatur:Titius non habet oculos, non habet birretum in capite:vt not. Innocen.in c.cum ecclesia.de causa pos.⁊ proprie.et Ioan.Andr.⁊ Abb.post alios in c.bone.in glo.in verbo preter numerum.s.de elect. Nec tamen isto casu probatur negatiua directo:quia ꝙ non est, non cadit in sensum testis. Sed indirecte probatur:quia ex quo non representatur aliquid visui, indico ꝙ nihil sit in loco:vt declarat Abbas in d.c.bone.post Ioann. de Lig.⁊ Anto.de Butr.quos ibi refert. ⁊ idem Angel.tradit in l.j.ff.de his, qui sunt sui.alie.iur. Et hoc verius videtur: licet Bald.in l.actor.C.de probatio. probare conetur ꝙ etiam directo probetur. Secundo predicta conclusio non habet locum in negatiua coarctata loco, ⁊ tẽpore, que probari potest, per indirectum tamen, vt gloss.hic dicit, per c.ex tenore.de testi.⁊ in l.optimam.C.de contrahen.⁊ com.stip.vt not.Bar.in l.Pantonius. in §.rei perduellionis.ff.de acqui.here.cum simi.vt tradit Alexand.in consi.xlij.visis.lib.iiij. Et hoc verum intelligitur, quando tali modo coarctata sit vt cadat in sensũ testis:vt declarat Bald.in d.l.actor.cum simi.vt dixi in c.tertio loco.s.eod. Et restrictio negatiua etiam aliter considerari potest, videlicet quãdo facta fuit discutio, ⁊ relatio per nuntium de commissione iudicis:vt per glo.in authen.de exhib.re.in §.si vero non administrat.in ver.examinet.⁊ no.Bal.in l.enim, qui.§.filius.ff.de acqui ren.hered.cum simi.vt tradunt ibi Alexand. Moder.hic, ⁊ no. Barto.in l.is potest.de acqui.her. Similiter videtur coarctata negatiua, que restringitur ad certam scripturam, vt hic, ⁊ not. Bartolus in l.si.C.de reb.credit.⁊ in l.Titie textores. in secundo nota.de legat.j.vbi ex inspectione testamenti probatur non esse legatum. Et hoc modo probatur quod quis non sit matriculatus, ⁊ quod non soluit collectas, vel quod non sit de collegio:vt etiam not. Bar.in l.matriculam.C.de agen. in reb.li.xij. ⁊ in d.l.si.C.de reb.cred.in lege secunda in fine, de erro.aduocat. ⁊ in l.hi, qui ad ciuilia.C.de appellationi.Bald.Angel.⁊ Imo. l.si hine.ff.de iniusto, rupto testa. ¶ In gloss.ij.de iudicio inquisitionis, de quo glo.hic loquitur, an ordinarium vel extraordinarium dicatur, late dixi in rub.s.de iudi. ¶ In gloss.iij.in verbo, viros.ibi:non creditur, nisi habeat testium subscriptionem. dum loquitur de subscriptione, sentit quod testes in contractibus debeant se subscribere.⁊ idem glo.in l.generali.de tabul.li-

bro x

bro ex.in l.iuris gentium.§.quod fere.ff.de pact.Sed tñ communiter tenetur quod satis sit,notarium testes inscribere: vt per glos. in §. si vero absunt. in authent.de hered. ꝛ facit in verbo, quantum. ꝛ gl.per illum tex.in §. sed ꝛ si instrumenta. in auth. de instru.cau.ꝛ fide.Bald.in l.in donationibus.C.de do.cum si.
9 vt tradit Alexand.in dicto §.quod fere. ¶ † In fina.glos.concludit quod in actis testes non sunt necessarij: licet in extraiudicialibus debeant adhiberi. Et idem glos.in l.fin. C.de re iud. ꝛ in d.l.in donationibus. C.de do. vbi Bald. dicit quod illa lex ad hoc allegatur.Et sequitur Salice.ibi,dicens quod ita communiter seruatur. Et idem tenet, ꝛ pluribus rationibus probat Bald.in rubr. C. de fid.instru. versic.sed dubitatur. Spec. in titul.de instru.edi.§.restat.ver.sed cum literis episcoporum. Et idem sentit Angel.in l.post mortem.ff.de adop.Et ita concludit Abb.post Jo.Andr.hic per dictam l.in donationibus. ꝛ quia creditur scripture notarij in examinatione testium: vt latius per eum hic.Et ad hoc bene facit text.in l.sancimus. C. de testa.dum tex. ibi alternatiue loquitur, ꝛ dicit, per testes, vel inter acta:ergo videtur quod in actis testes non requirantur. Sed licet ista sit communis opi.non tamen efficaciter probatur iure: quia text.in d.l.in donationibus.qui principaliter allegatur de insinuatione donationis: ꝛ prius ibi presupponitur quod fuisset factum instrumentum donationis solenniter:vt Bald.ibi in fi.dicit. Item potest dici quod loquitur de testibus se subscribentibus, secus videtur in inscriptione testium,que debet fieri per notarium in instrumento, secundum regulam, que in hoc limitata non reperitur. Nam fides actorum in notario residet:ꝛ ipse non videtur habere maiorem authoritatem, quantum ad fidem faciendam, quam alius notarius,qui de instrumento rogatus sit:vnde commissio sibi facta vt acta scribat, intelligitur secundũ qualitatẽ notarij, ꝛ quod testes inserantur. Et ad hoc facit, quia ista regula negatiua est quod non valeat scriptura notarij sine insertione testium: ideo preualere debet l.iij.§.liberti.vbi Bartol.ff.de suspec. tut. Non obstat quod credatur notario in examinatione testium: quia attenta hac ratione esset dicendum quod semper credatur notario sine testibus,quod falsum est.Non obstat text.in d. l.sancimus.quia dum ibi dicitur,per testes,vel inter acta: non per hoc excluditur inscriptio testium, secus si dicatur per testes,vel instrumenta: quo casu intelligeretur quod inscriptio testium esset facta in instrumentis, prout requiritur. Retenta tamen communi opinione, predicta conclusio limitatur vt procedat in his,que proprie sunt de actis ꝛ pertinent ad expeditionem iudicij:secus est in alijs, que in actis extrinsecus inseruntur:quia non probantur,nisi testes adhibeantur,ꝛ inscribantur,vt concludit Abb.hic post Anton.de Butr.ꝛ tradit Lap. in alleg.lxxxi.non valuit actus.vbi inquit quod si constituatur procurator apud acta, non probatur mandatum per solã scripturam notarij, nisi testes inscripti fuerunt. Et idem voluit Bal.in rub.C.de fide instrum.in prealleg.vers. sed dubitatur. ꝛ idem Bald.in l.sancimus.in vers.item no.C. de testam.ꝛ sequitur Alex.in l.omnium.C.de testam. ꝛ faciunt que dixi in c.post cessionem.supra eod. quod litere solum probant in pertinentibus ad officium scribentis. Et ita dicendum videtur in proposito,quod prerogatiua,que in actis consideratur, duntaxat habeat locum in his,que sunt de actis.Et hoc etiam confirmatur:quia acta recipiunt authoritatem ex commissione iudicis: vt probatur hic. Iudex autem nõ videtur committere nisi ea, que pertinent ad acta,que necessaria sunt, vt ad sentẽtiam deueniatur. Contrarium tamen tenet solus Aret.hic,quod imo etiam actus alienus ab actis,si inter acta inseratur, recipit fo-
i mentum,ꝛ robur,vt absque alijs testibus probetur [i] per tex.in l.sancimus.C.de testa.vbi ad probandum voluntatem reuocatoriam testamenti parificantur, quod testator declarauerit voluntatem suam coram tribus testibus, vel apud acta. Sed respondetur,secundum Bal.ibi,ꝛ Alex.in vlti.not.quod ille tex. intelligitur quod imo testes inscribantur. Secundo ad idem alleg.tex.in l.omnium.C.de testa. vbi valet testamentũ factum apud acta,sicut quando fit in conspectu principis.Sed respondetur quod Bar.ibi intelligit, duobus testibus interuenientibus.Tertio facit text.in l.j.C.de satisd.vbi procurator apud acta constituitur.sed intelligitur,vt dictum est, cum inscriptione testium. Quarto ad hoc Mod. inducunt text.in d.l. in donationibus.vbi text.loquitur in donatione,que non dicitur esse de actis:ꝛ tamen probatur,quia facta est in actis.Sed respõderi potest quod talis donatio satis videtur esse de actis, ex quo debet insinuari.l.sancimus.ꝛ l.penul.C.de donat. Concludendo tamen pro resolutione considero duos casus.Unus est, quando notarius actorum rogatus fuit a partibus simpliciter,ꝛ tunc videtur rogatus notarius simpliciter: ꝛ communis opin.de plano procedit,vt tali casu testes requirantur. Secundus casus est, quando notarius scribit de commissione iudicis expressa,vel tacita:ꝛ tali casu videt᷑ rogatus vt notarius actorum propter authoritatem iudicis: ꝛ tunc vera sit opi. Areti. per iura que ipse adducit que indistincte loquũtur.ꝛ facit text. in l.pacta nouissima.C.de pac.ꝛ quod ibi Bal. cum sim.ꝛ Alex.
20 ibi prosequitur. ¶ † In glos. in verbo, citationes.Abb.dicit quod citatio est fundamentũ iudicij. Et ad hoc est dictũ Spe. in tit.de citatione.in princ.ꝛ citatio est de substantia iudicij: vt no.Bar.in l.prolatã.C.de sen.ꝛ ideo dicit Ab.hic,quod omnia que fiunt in preiudicium absentium, sine citatione non valent. c.omnia.c.caueant.ix.q.iij.facit tex.in l.j.§. item.cum ex edicto. ff.que sen.sine app.rescin.l.de vnoquoq;.in prin.ff.de re iud.ꝛ in cle.pastoralis.de re iu.Et in tantum hoc procedit,quod etiam
k sententia lata in fauorem [k] absentis non citati non valet:vt per gl.in l.ea,que.C.quomodo,ꝛ quando iu. Et ad idem est gl.in l. furioso.ff.de re iud.quam doc.communiter sequũtur, vt Alex. ibi dicit. Hoc tamen limitatur nõ procedere in causa criminali,secundum Bal.in d.l.ea,que.vers.quero nunquid in causa capitali.ꝛ hoc pro singulari refert Ro.in sing.cxc.index non po-
21 test.† Secundo Abb.concludit quod nuntio [l] credatur etiam
l ad hoc vt ex eius relatione pars conuincatur [10].Idem tamen
10 Abb.in c.cum parati.de appell. dicit hoc esse in arbitrio iudicis,vtrum magis credatur nuncio,quam parti. ꝛ idem Bald. hic,Sali.in l.absentem.in vj.q.C.de accus.ꝛ in l. tres denunciationes.ver.sed an credatur nuncio.C.quomo.ꝛ quando iud.Et istam esse communem opi.Maria.dicit in ru.de dila.arti.xvi. Sed tamen quod precise nuncio credatur,vt dictum est, tenet gl.in d.c.cum parati.Spe.in tit.de citatione.§.sequitur.in ver. hoc autem.Bar.in tra.ad reprimendam.ver.per nuncium.ꝛ in l.j.§.si.circa fi.ff.de off.prefe.vrb.ꝛ in l.diuus.la ij.de custod.reo. Bal.in l.magis puto.§.illud.ff.de re.eor.ꝛ in l.j.§.si quis.in fi.ff. quemadmo.testa.aper. Rom.in cons.ccccxcvij.diligenter perscrutatis.Are.in §.quadrupli.inst.de act.ꝛ ita videtur ista magis communis opinio.Pro concordia tamen distingui potest quod in dubio nuncio credatur,dum refert se citasse,nisi qualitas persone aliud suaderet:ꝛ quãdo qualitas persone videatur hoc suadere,arbitrio iudicis relinquitur. Et predicta conclusio quod nuncio credatur,procedit in his, que explicite refert: sed non presumitur pro his,que ipse non dicit. Unde cum deberet citatio ad domum fieri in subsidium, quando personaliter non reperitur,si nũcius dicat se citasse ad domum, non intelligitur in subsidium: quia pro nuncio non presumitur,sicut pro iudice:vt not.Bart.in l.iij.§.pretor ait. in vers.sed quid debet nuncius.ff.de dam.infe.ꝛ sequitur Anto.de Butr.in c.cau-
m sam.de dolo,ꝛ contu.ꝛ late Alexand [m]. in consi.ij.consideratis his.lib.iij.Abb.in consilio lxxxiiij.arbitror.in ij.lib.ꝛ Roma. in consilio ccccliij. in re presenti. Et verum est, nisi dicat nuncius se citasse ad domum, prout habuit in mandatis: vt notat Bald.in l.properandum.in §.si quidem.C.de iudic.Cardin.in clemen.j.de dolo ꝛ contuma.Alex.in d.§.pretor ait.vbi Bartol. hoc sentit.ꝛ tenet Ro.in cons.supra allegato. Et hoc sane intelligitur,quando expressum fuit mãdato quod citaret personaliter,ꝛ in subsidium ad domum.Secus si non exprimatur:quia licet ita intelligatur,secundum intellectum iuris relatio nuncij non refertur ad illud, quod intelligitur, nisi exprimatur vt Alexand.dicit in consil.ij.s.allegato.ꝛ secundum Abb.in d. consil.lxxxiiij.non sufficit quod dicat nuntius omnia se fecisse, ad que tenebatur de iure,ꝛ secundum formam statutorum: sed
22 relatio debet fieri ad id,quod fuit commissum.† Tertio Abb. concludit quod in actis,commissio citationis,ꝛ relatio nuntij scribi debent. In quo notandum est quod citatio habet tres partes, commissionem iudicis de citando, executionem nuntij,ꝛ relationem citationis facte:vt per Joã.And.in c.Roma. §.contrahentes.de fo.compe.in vj. Abb. refert in c.fin.in fi.de officio deleg.ꝛ not.Bald.in l.nam ita diuus.ff.de adop.Et no-
n tandum est quod relatio nuntij non potest fieri die feriata [n]: vt not.Bald.in c.fin.s.de fer.ꝛ in l.in minorum. C.in quib.caus.
23 restit.in integ.non est necess.¶ † In glos.in verbo,dilationes. Primo secundum Abb. colligitur quod missio in possessionem,non potest fieri nisi precedente citatione peremptoria. Ad idem est glo.in l.si finita.§. Julianus.ff.de dam.infec. cum si.vt tradit ibi Alexand. vbi late insistit:ꝛ finaliter concludit istam esse communem opin.per text.in l.presenti.§. cum autem. C.de his,qui ad eccle. confu. dum ibi disiunctiue loquitur quod requiratur citatio peremptoria,siue traditio prediorum,siue vẽditio celebretur:loquitur ibi generaliter: ergo generaliter intelligitur:siue agatur actione reali, siue personali. Et per hoc dicit quod non restringitur ille tex.in secundo decreto.vt quidam dicebant: ꝛ solum Alexan.fundamentum facit in dicta l.

H

presenti.§.cum autem.C.de his,qui ad eccle.confu.Sed tamen
aduertendum est,quia verius videtur quod ille tex.in secundo
decreto loquatur:quia text. ibi dicit quod pro mensura debiti
traditio prediorum,vel venditio fiat: ergo de secundo decreto
intelligitur: quia de iure codicis in primo decreto fiebat mis-
sio in totum:vt no.in authent.ei,qui.vbi Bal.C.de bo.authori.
iud.poss.Secūdo facit,quia ibi traditio prediorum,& venditio
equiparatur: ergo consonat quod illa traditio accipiatur pro
secundo decreto, quod habet maiorem conformitatem cū ven-
ditione,quam primum decretum. Et quia vna pars alternati
ue secundum aliam colligitur:vt not.Bart.per illum tex.in l.j.
ff.de reb.dubijs. Tertio facit quia illa traditio prediorum in-
telligitur pro traditione possessionis:vt no.in l.traditionibus.
C.de pact.ergo de secundo decreto loquitur:quia in primo de-
creto possessio non transfertur.l.iij.§.fina.vbi Bar.ff.de acqui.
poss.Non tamen recedendum est,a communi opi. quam etiam
Pau.de Cast.sequitur in consil.50.super primo. Pro quo fa-
cit,quia pro prima citatione contumax punitur in expensis.l.
sancimus.C.de iud.sed nullibi reperitur quod missio fieri pos-
sit ante citationem peremptoriam:nam sicut expressum fuit de
expensis,in quibus agitur de minori preiudicio, ita pariter di
ctum fuisset de missione in poss.magis preiudiciali.Et subijcit
Abb.hic in isto primo not.ex glo.quod post peremptorium,in
11 ipso actu amissionis, alia citatio non requiritur [11]. allegando
Bar.qui hoc tenet in d.l.si finita.§.Julianus.vers.quero vtrū.
ff.de dam.infec.Sed in contrarium facit text.in l.& post edictū.
in verbo,debet.ff.de iud.vbi videtur casus quod post perempto-
rium alia citatio requiratur,quicquid glo.ibi dicat,que expo-
ni debet,idest, potest. Et ad hoc etiam facit text. in l.iij.§.si ad
diem.ff.de re milit.in ratione, que ibi ponitur:quia potuit esse
impeditus.Nā ista ratio pariter militat in isto casu, quia licet
peremptorie citatus fuerit, potuit tamen esse impeditus. Nec
obstat si dicatur quod etiam ista ratio militaret in expensis:
quia expense veniunt accessorie ad causam.Sed primum decre
tum principaliter interponitur officio nobili iudicis, ideo ci-
tatio requiritur vt no.in c.fi.de offi.iud.& vide quod dixi in c.j.
in fi.de iud.Secundo ex glo.habetur,vt Abb.hic dicit,quod in
prima citatione contumax punitur in expensis.Quod etiā te-
net Barto.in l.sancimus.C.de iud.in authen.qui semel. C.quo-
modo,& quando iud.in l.contumacia.ff.de re iud. cum concor.
vt tradit ibi Alexan.in fi.Si vero reus comparuerit in prima
citatione,& confiteatur debitum,non debet in expensis conde-
mnari:vt not.Bald.in authen.contra,qui propriam. in fi.C.de
non nume.pecn.Ang.in authen.qui semel.C.quomodo,& quan
o do iud.Et hoc sane intelligitur,nisi prius [o] esset facta interpel
latio extraiudicialis:quia tunc debet in expensis condemnari
non obstante confessione.Dictum fuit not.Gu.de Cun.in l.o-
mnes.C.de episc.& cler.quem Abb.refert, & sequitur in c.nouit.
in fi.de iud.Anton.de But.in c.j.de libel.obl.Ang.in l.debito-
res.C.de pig.Abb.& Mod.in c.iij.de accu.& Joan.de Ana.in c.
licet Heli.de simo.Et hoc pro singulari tradit Rom.in consi.
p cccxcvj.alio sero. Et circa hoc notandū est,quod presumitur [p]
quod interpellatio extraiudicialis facta sit, a cōmuniter acci-
dentibus,iuxta gl.l.neque natales.C.de proba.& neganti se mo
nitum fuisse onus probandi incumbit,vt no. Ro.dicit in sing.
cccxcvij.quis debet probare.per text.in l.in fideicommissi.ff.de
vsu.ibi:non facile est.vt mora non precedente,quis cōueniatur.
Ex quo potest inferri,quod ille teneatur in expensis,cum talis
negatiua.s.quod monitus non fuerit, improbabilis videatur,
cum non sit coarctata loco & tempore: vt hic, cum simili.& vide
quod dixi in c.nouit.in fi.de iudi. Et quod dicitur de monitio
ne extraiudiciali,idem esset de obligatione ad diem: quia dies
interpellat pro homine.c.potuit. de locato. Ita Abb. dicit in
d.c.nouit.in fi.de iud.& in d.c.licet Heli.de simo. & not. Bald.in
l.non ignorat.C.de fruct.& lit.expens. Et casu quo possunt peti
expense propter interpellationem, debentur etiam expense fa-
cte in preparatorijs.s.in conducendo aduocatos, & in recolligē
do instrumenta a notario:vt not. Ange.dicit in l.si reus para-
24 tus.ff.de proc. † Tertio secundum Abbat.colligitur quod iu-
dex non debet condemnare contumacem,nisi constet de contu
macia.Ex quo infert ad dictum not.Bart.in l.multum inter-
est.ff.de condi.& demonstra.vbi inquit,etiam data contumacia
in veritate,si iudex ignor.non valet processus contra contuma
cem.Et hoc idem tenet Calde.in cons.vlti.in titu.de dila. Car
di.post Pet.de Ancha.in clem.ij.in fine,vt lit.pend.& idē Ab.
sequitur in c.fina.de foro compet.in c.ad nostram.el iij.de iure
iurand.cum similib.vt tradunt Mod.hic,& Alexand.in l.sed si
de sua.ff.de acquiren.heredi.& idem Alexand.post Bartol.in l.
si finita.§.Julianus.versicu.item in quantum Bartol. ff.de da
mno infec.& late idem tradit Perusi.in c. cum parati.de app.
Moder.in d.l.multum interest.& Andr. Sic.in consilio xlviij.
lib.j.Et ista conclusio limitatur dupliciter secundum Mode.
Primo vt per Bald.hic.Secundo,vt etiam per Bald.in l.fal
sus.ver.item dubitatur.C.de furt.& vlterius alias limitationes
prosequitur Perus.in d.c.cum parati. & reassumunt Mod.in
d.l.multum interest.ff.de condit.& demonstrat. Et notandum
est quod hic dicit Abb. referendo Bart. quod non est opus vt
12 commissiones de citando fiant iudice sedente pro tribunali [12].
Ad quod dictum adde Bart.in cons.clxiiij. processus,& senten
25 tia.& Paul.de Cast.in consil.xl.pro pleniori examine. ¶ † In
glo.in verbo,recusationes.in fi.not.secundum Abbat.glos.hic,
quod nisi appelletur, processus agitatus post recusationem iu
dicis,valet.De quo Abb.se remittit ad c.cum speciali.de app.
Et hoc late discutit Alex.in l.quia poterat.ff.ad Trebellian.&
idem Alex.in consil.lxxix.diligenter consideratis.lib.j.& Ro.
in consi.cccx.circa primum.in ij.dubio.& Perus.in d.c.cum spe
26 ciali.vbi post eum dictum fuit. ¶ † In glos.in verbo,exceptio
nes ibi:danda est in scriptis.Abb.post Hosti. concludit quod
13 non sit necessarium quod in scriptis [13] detur. Et sequit Bart.
in l.j.in j.q.ff.de exception.vbi allegat tex.in l.scire oportet.§.o-
portet.el ij.ff.de excusa.tutor.Et idem tenent Cyn.& Bal.in au
thenti.hanc autem querelam.C.de non nnmer.pecu.& Bald.in
l.nec causas.C.de appell.Abb.post alios in c.prudentiam.in §.
sexta.supra de officio delega.Domi.in c.appellatio.in fi.de ap-
pella.in vj.Et ita se habet communis opinio contra quam in-
surgit Lanfran.Brix.hic,qui cōtrarium tenet,quod imo scri-
ptura requiratur:quia hoc est in actore,qui in scriptis debet li
bellum producere.c.j.de libell.oblat.& per gloss.in authent.offe-
ratur.C.de lite contesta. Ergo idem in reo dicendum videtur:
quia a pari procedunt,actor,& reus.l.fin.C.de fruct.& lit.expen.
& in regula,non debet.de regu.iur.in sexto.Secundo mouetur:
quia reus, in exceptionibus actor dicitur.l. in exceptionibus.
ff.de probat.Et ideo sicut in actore libellus debet esse clarus,vt
reus deliberare possit:ita etiam in exceptionibus.l.j.§.Labeo.
ff.de fluminib. Et etiam in principio magis fauendū est acto-
ri,quam reo:vt not.in l.de dic.ff.qui satisda.cog. Unde si actor,
cui magis fauetur,cogitur dare in scriptis petitionem: idem
videtur in reo respectu exceptionis.Non obstat tex.in dicto §.
oportet.quia loquitur de iure antiquo, quo attēto etiam libel-
lus actoris non erat dandus in scriptis: sed hoc statutum fuit
in actore per authentic.offeratur. Ergo idem dicendum est in
reo:quia ex quo actor & reus equiparantur,vt dictum est,statu
tum in vno habet locum in alio.l.si quis seruo persuaserit.C.de
furt. Sed ad ista breuiter respondetur quod non valet argu-
mentum de actore ad reum,quando est diuersa ratio:prout in
casu isto videtur:quia causa rei fauorabilior est.l. fauorabilio-
res.ff.de reg.iur.l.Arrianus.ff.de actio.& obli. Et in proposito
facit text.in l.nemo.ff.de except.in regula pluribus.de regu.iu-
ris in vj.vbi diuersitas & contrarietas in reo toleratur,dū exce
ptiones opponit. Secus est in actore, qui omnino repellitur.
l.j.C.de furt.Uel secundo dici potest quod iura non equiparāt
actorem,& reum,sed dicūt quod non licet actori, quod reo non
permittitur:ita quod actor non debet esse melioris cōditionis,
quam reus.Econtra vero multa conceduntur reo, que actori
denegantur.Et per hoc etiam respondetur ad illud, quod di-
citur,quod reus in exceptionibus actor reputatur: dicitur il-
lud verum est aliquo respectu:non autem absolute.Non obstat
quod actori in principio magis fauetur: quia de hoc dictum
est,vt not.in d.l.de dic.ff.qui satisda.cogan.Et retenta commu
ni conclusione, limitatur non habere locum in casu in quo lo-
quitur authenti.hanc autem querelam.C.de non nume.pecun.
vbi Bald.hoc dicit.& Barto.in l.j.ff.de except.& Angel.in l.j.ff.
27 de eden. ¶ † Secundo ex glo.colligitur secundum Abba.hic,
quod proprie recusatio non est exceptio.Ex quo infertur quod
in materia odiosa appellatione exceptionis recusatio nō con-
tineatur.Quod notandum est propter statuta, que imponunt
penam contra excipientem. Sed aduertendum est quod text.
hic,prout inducitur per glo.& Abb. non videtur probare hoc:
quia primo nominatur recusatio: deinde exceptio. Unde post
recusationem generaliter de exceptione dicitur vt alie species
exceptionum includerentur. Sed argumentum bene procede
ret,si prius de exceptione in genere mentio facta fuisset,& post-
q ea de recusatione.Et contra Abbat. hic tenent Mod [q]. in l.ij.
ff.de exception.videlicet quod in statuto,quod loquitur de ex-
ceptione,includatur recusatio:quia statutum loquitur genera
liter:ergo includitur quelibet species exceptionis:vt not.Bal.
in l.de quibus.circa fin.ff.de legib. ergo recusatio includi vide-
tur,que exceptio dicitur.l.fina.C.de exception.l.de prescriptio
ne.C.si contra ius vel vtilita.pub.Et ad hoc etiam allego Bal.
qui isto modo arguēdi vtitur,& dicit quod species proprie con
tine-

tinetur sub genere in l.ff.C.de iure aur.annu.alle.l.semper gene
ralibus.ff.de regu.iuris.Et pro ista opinio.Modern.bene fa-
cit dictum Specu.in titu.de dilatio.§.nunc videamus.versic.
sed nunquid.vbi dicit quod si datus fuit terminus ad propo-
nendum omnes exceptiones dilatorias,post terminum recusa
tio opponi non potest.Ex quo datur intelligi,quod sub nomine
exceptionis cōtineatur recusatio. His tamē non obstantibus
r opi.Abba[r].sustentabilis videtur in terminis,in quibus ipse lo
quitur: quia statutum, quod imponit penam opponenti ex-
ceptiones,nō videtur intelligere de recusatione:quia admodū
graue est coram suspecto iudice litigare.l.apertissimi.C.de iud.
capitu.secundo requiris.de appell. Unde sub ista generalitate
recusatio includi non videtur,arg.l.obligatione generali.ff.de
pigno.et quia indefinita non equipollet vniuersali,quando ea-
dem ratio subesse non videtur:vt per Dyn.in rubri.de re iudi.
in vj.et not.Bart.in l.si pluribus.de lega.ij.Imo,quod plus est:
nō videtur quod statutum illam tollere possit:quia princeps
ipse facultatem recusandi tollere non potest:vt dicit glo.in ca.
ad hec.de rescript.ergo de illa statutum non intelligitur:arg.
in c.a nobis.de senten.excom.Non obstat quod de proprietate
sermonis in generalitate statuti recusatio tanquā species com
prehēdatur:quia dici potest quod licet species proprie sub genere
comprehendantur,negari potest quod proprie loquēdo recu-
satio dicatur species exceptionis:vt Ab.dicit per gl.hic.Pre-
terea,et secundo,dato quod istud est verum de vi bonorū et pro-
prietate sermonis,secus tamen videtur,inspecta mente statuti,
per supra dicta.Non obstat dictum Spec.quia in terminis,in
quib' loquitur non tollitur recusatio,sed prefigitur terminus
omnibus dilatorijs,quod fieri potest.c.pastoralis.de exceptio.
et per glossam hic.Et quia si omnibus exceptiōibus terminus
imponitur:ergo etiam recusationi:quia recusatio ante alias
opponitur.Et sic in effectu considerandum est an eadem ratio
sit in recusatione, que in alijs exceptionibus videatur. ¶ In
glo.in verbo, petitiones.petitio enim fit, quia aliter reus non
tenetur respondere:vt not.Bald.post glos.in l.ij.in fi. C.de he-
red.vel actio.vendi.Et per istum text.videtur quod petitio,si-
ue libellus sit de processu,quod verum est,quando datur parti:
secus si iudici:vt per Barto.in rubri.C.de in ius vocan.et notat
Bald.in l.j.ff.de in ius vocan. facit text.in l.libertus. la ij.eod.
28 titu. ¶† In glo.in verbo,interrogationes.Ex glo.secundum
Abb.duo colliguntur. Primo,quod proprie loquendo,differē
tia est inter positiones et interrogationes: quia interrogans
non videtur fateri: secus est in eo,qui positiones facit. Quod
notandum est pro statutis.Et idem Bart.tradit in l.ij.§.quod
obseruari.C.de iuram.calum.in l.j.ff.de interrogat.actio.et not.
Paulus de Cast.in cons.cccxcvj. Ad primum quesitum dicen-
dum est in ij.dubio.vbi notabiliter dicit quod statutum,quo ca
uetur quod non respondens positionibus habeatur pro con-
fesso,non habet locum in interrogationibus. Bene facit quod
not.Bald.in l.sicut.in fi.C.de repud.hered.vbi inquit quod ta-
cens videtur confiteri positiones, quia continēt confessionem:
secus est in interrogatione: quia tacens ad interrogationem
sibi factam, non videtur confiteri: quia interrogans ipse non
confitetur. Quandoque tamen etiam interrogans cōfiteri vi-
detur,glo.per illum text.in c.fina.xxxj.q.j.facit text. xxxj.q.vij.
in c.quid in omnibus. Secundo Abb.dicit notandū esse,quod
responsio que fit ad libellum,non est proprie confessio: quia po
nuntur vt diuersa responsiones,et confessiones.Sed aduerten-
dum est:quia verbum, responsiones, respicit verbum, petitio-
nes,quod immediate precedit,et dictio illa confessiones, respi-
cit interrogationes,de quibus immediate loquitur: dictum ta
men Abb.in se verum est:quia differunt responsio,que fit libel
lo,et confessio.Clarum hoc videtur: quia responsio etiam se ha
bet ad negationem.c.j.de litis contest.sed quando quis respon
29 dendo libello confiteretur,etiā illa esset proprie confessio.¶†In
glos.in verbo productiones.conclusio secundum Ab.est,quod
subsistente causa,si iudex post cōclusionem in causa productio-
nem instrumentorum admittit,probatio valet:quia conclusio-
nem prius factam reuocare videtur. Et ita concludit Rot.in
prima decisio.in titu.de testib.in antiquis. et tenent Anton. de
Butrio et Imola in c.auditis.de procurat.Cardina.in clem.ij.
de testib.et idem Abb. in c.cum dilectus. de fide instrumentor.
cum similib.vt tradit Alexander in l.quod iussit.ff. de re iudi-
ca.et in consilio lxx. videtur.lib.iij.Et quod Abbas hic dicit de
causa, declarandum est vt dixi in capitulo,cum cessante.de ap
30 pellatio.† Et quia tractatur hic de productione instrumen-
s torum,opportune queritur an coram notario productio[s] in-
strumenti fieri possit. Abbas supra in glo.in verbo,dilationes.
circa fin.tenet quod sic,per text.in l.eos.§.super his. C. de ap-
pellation.vbi Bartol.per illum text.ibi:ad scrinia,quorum in-
terest,transmittant.Et idem Bartol.in l.precipimus.§.in his
autem.per illum tex.C.de appellation. cum similib.vt tradunt
Moder.hic,in j.quest.extra gloss. et prius Alexand. in l.si fini-
ta.§.Julianus.ff.de dam.infe. Contrarium tamen tenent Ho
stiensis,Anton.de Butr.Imo.et Moder.hic.Primo,quia of-
ficium notarij est scribere,et non instrumenta recipere.Et not.
Baldus in l.ij.in principio,C.de edendo.vbi inquit,quod nota
rius non potest recipere aliquam productionem, nisi iudex sit
presens:allegat text.in l.adoptio.C.de adopti.Et idem late cō-
cludit Angel. in dicto §.Julianus. quia sicut receptio testium
debet fieri parte presente,ita etiam videtur in productione in-
strumentorum.Et ad hoc etiam allegat l.properandum.§.fin-
autem reus.ibi:in medio proponantur scripture.C.de iud.Et
quia in tali productione cause cognitio requiritur.l.iudices.
C.de fide instrumento.ergo presentia partis,et iudicis requiri-
tur. Et ita in effectu resident Moder.hic et Alexand. in dicto
§.Julianus.Non obstāt iura,quibus Bartolus mouetur:quia
ibi in §.super his.solum dicitur, quod debent instrumenta di-
mitti apud notarium: non autem probatur ibi quod debeant
coram notario produci. Ita dicunt Angelus et docto.in dicto
§.Julianus.et Moder.hic.Sed replicari potest quod imo tex.
videtur loqui de ipsa productione, vt colligitur in verbo illo,
transmittant.et probatur in authenti.que supplicatio.C.de pre
cib.Imper.offerend. Secundo respondent Ro.et Alexand.in
d.§.Julianus.et Moder.hic,quod iura allega. per Bartolum
loquuntur in actis tendentibus ad introducendū causam ap-
pellationis, et non in actis probatorijs, que debent fieri coram
iudice:quia probationes fiunt iudici.l.quinquaginta.in fine,ff.
de probatio. Sed ista responsio etiam non satisfacit: quia non
videtur ratio diuersitatis inter acta tendentia ad introducen
dum appellationem,et acta probatoria: et potius esset dicēdum
quod acta,que tendunt ad introducēdum appellationem, de-
berent produci coram ipso iudice appellationis, et tamen suffi-
cit quod producantur coram notario: ergo idem est in actis
probatorijs. Non obstat quod probatio fiat iudici:quia fateor,
et verum est,quod instrumētum productum debet exhiberi iu-
dici ad faciendum fidem:sed tamē illa prima productio coram
notario fieri potest. Tertio doctores respondent quod in iuri
bus preallegatis erat notarius specialiter deputatus ad reci-
piendum scripturas. Sed hoc non procedit fine diuinatione:
et ideo opinio Bart. defendi potest quam etiam reperio quod
ipse Angel.sequitur in consilio ccxlix. primo videndum est.et vi
detur probari in iuribus allega.per Bartol. Non obstant alle
gata in contrarium: et primo quod officium notarij sit scribe-
re:quia verum est principaliter:potest tamen stipulari, vt ha-
betur in capit.quanquam.de vsu.in sexto. Et sic etiam dici po
test quod possit recipere instrumētum,vt probatur in iuribus
preallega.et postmodum productionem redigere in actis.Non
obstat text.in l.adoptio. quia ibi text.loquitur de instrumento
principaliter facto de ipsa adoptione que debet fieri in presen
tia iudicis:secus videtur in proposito, in productione simpli-
cis instrumenti prius facti. Non obstat quod dicitur de testi-
bus:quia aliud videt in instrumento, in quo non est timor sub-
ornationis, et in tali productione instrumenti non agitur de
preiudicio partis aduerse.Et per hoc respondetur ad illud,quod
vltimo loco dicitur de cognitione cause: quia illa requiritur,
vbi tractatur principaliter de preiudicio partis aduerse: et in
productione instrumenti non videtur tractari de preiudicio
aduerse partis:sed solum agitur,ne pars, que producit instru
mentum,non incurrat aliquod detrimentum.Et in effectu al-
legata omnia in contrarium habent locum quo ad effectum
probationis:et iste effectus non habetur ex simplici productio-
ne instrumenti. ¶ In gl.in verbo,renunciationes.notandum
est,quod non solum probationibus,vt in gl. dicitur: sed omni-
bus allegationibus,tam in facto, quā in iure via precluditur,
facta conclusione in causa,vt Abbas hic dicit post Innocent.
in cap.pastoralis.de cau.possess.et proprie.et sequitur Bald.in l.
nec causas.in princi.C.de appellat. Unde statim quod est con-
clusum in causa, habetur perinde, ac si lata esset sententia: vt
Bartolus not.dicit in l.si mater.§.eandem.in fine,ff.de except.
t rei iudica. adeo quod iudex ipse etiam supplere[t] non potest,
postquam est conclusum in causa:vt not.Bald.qui Specul.re-
fert in l.per hanc.C.de tempor.appell.Et plura alia similia ad
hoc congerunt Moderni in c.cum dilectus. in princip. de fide
instrumentorum.Et de allegationibus iuris,postquam est con
clusum in causa,an admittantur,tradit Bald.in c.finali, infra
eod.et in dicto c.pastoralis.cum similib.vt prosequuntur Mo-
31 derni in d.c.cum dilectus. ¶†In glo.in verbo,negligentiam.
notandum est,secundum Abbat.quod etiam in foro conscien-
tie quis tenetur resarcire damnum,quod alieni infert ex dolo,

14 vel culpa[14] eius. Facit glo. in c. j. de confess. in sexto. Et hoc in-
telligitur, quando ex dolo, vel culpa lata contingit: secus si ex
leui, vel leuissima: vt est notabi. dictum Innocen. in c. sicut di-
gnum. de homicid. quod Ab. hic refert, & sequitur: & idem Ab-
bas in c. j. de constitution. in c. dilecti. de arbitr. in c. j. de custod.
euchar. in capitulo, presbyterum. de homicidijs. Et hoc pro di
cto singula. Rom. tradit in singu. cv. pridie fuit interrogatus.
Sed aduertendum est quod de illo dicto Innocen. Abb. dubi
tauit in c. si egressus. per illum text. infra de iniur. & in c. fina. in
prin. eodem titu. Quia ex quo etiam iura canonica obligant in
foro contentioso, dantes damnum etiam ex culpa leui, vel leuis
sima, d. c. si egressus. & dicto cap. fina. hoc etiam videtur habere
locum in foro conscientie: quia non solum lex canonica, sed etiã
lex ciuilis, & statuta in foro conscientie debent seruari: vt per
glo. in c. que in ecclesiarum. in glo. j. de constitut. not. Bald. in c.
in omni. de testib. Petrus de Ancharano in consilio xxiiij. vi-
deretur prima facie. vbi allegat Federic. in disputatione, que
est in consilio eius. xxj. nunquid heres. & not. Abbas in proem.
rex pacificus, supra eodem. Ad hoc conatur Abb. respondere
in dicto ca. si egressus. & dicit quod emendatio damni est pena
ex parte soluentis: & pena in foro conscientie, non debetur, secũ
dum glos. in c. fraternitatis. xij. quest. ij. in verbo, in augmento.
Et hoc modo saluatur dictum Innocentij. Sed ista responsio
non satisfacit, duplici ratione. Prima est, quia ista ratio pari-
ter haberet locum in lata culpa: quia etiam quando soluit da-
mnum illatum ex lata culpa, ex parte soluentis pena videtur,
& tamen in foro conscientie illa peti potest, secundum Innoc.
Secunda ratio, quia glo. in dicto c. fraternitas. intelligitur de
pena proprie ex parte vtriusque, vt est pena dupli, vel quadru
pli, que pro furto imponitur: & nõ habet locum in pena solum
ex parte soluentis vt not. tradit Domini. in c. commissa. §. fin.
de electio. in sexto. Et de veritate dicte glos. statim dicam. Vn-
de Moder. in c. sicut dignum. de homicid. aliter respondent, &
dicunt quod illa iura, que obligant dantem damnum ex culpa
leui vel leuissima, fundata sunt in presumptione, que in foro cõ
scientie non attenditur: vt notat Innoc. in c. plerique. de im-
munit. eccles. Joannes Andre. & Abb. post alios in c. is, qui fi-
dem. de sponsa. Bald. in l. cum quis. C. de iuris & facti ignoran.
cum similibus. Et si dicatur quod ista ratio militaret etiam
in lata culpa: dicunt Moder. in dicto cap. sicut dignum. quod
in lata culpa, illa presumptio est adeo potens, & indubitata,
quod veritati equipollet. Et ita singulariter limitandum est,
quod dictum est de iuribus fundantibus se in presumptione.
Sed ista dicta etiam non placent: quia iura, que obligant pro
culpa leui, vel leuissima, non videntur in presumptione funda-
ri, sed potius in ipsa veritate: quia loquuntur de damno dato.
l. j. & ij. C. ad legem aquiliam. & ff. per totum. & sic presupponitur
quod in veritate sit datum damnum ab illo, qui conuenitur.
Preterea, si essent fundata in presumptione, non haberent lo-
cum in foro conscientie, quando veritas esset in contrarium:
quia forum conscientie veritatem sequitur, vt doctores dicunt
in locis preallega. sed hic non apparet de tali veritate in con-
trarium. Et si veritas in contrarium appareret, idem dicen-
dum esset in lata culpa, quod in foro consciẽtie non teneretur,
ex quo veritas esset in contrarium. Et sic ista dicta Moder. si
recte considerentur, in nihilum resoluuntur. Et ideo postre-
v mo[v] dici potest quod in foro anime illa iura non attẽduntur:
quia deficit voluntas, que in foro conscientie consideratur vt
habetur xv. quest. j. in cap. j. in princip. & per totum. Et talis vo
luntas in lata culpa esse videtur, cum sit dolus presumptus. l.
quod Nerua. ff. depositi. Non obstat quod sicut in foro canoni-
co quis obligatur ad emendationem damni illati ex culpa le-
ui, vel leuissima. d. c. si egressus. de iniur. ita in foro conscientie
debet obligari: quia ista consequentia non valet: vt not. Anto
nius de Butrio per illum textum in c. inquisitioni. in sexto no-
tabi. de sentent. excommunic. Abb. in c. cum causam. de testib.
Facit text. xvij. q. iiij. in c. quicunque. vbi dicitur, aliud iure po-
li, & aliud iure fori. & not. in c. tua nos. de sponsa. Bene verum
est quod puniri debet pro modo culpe, vt Abbas hic post In-
nocentium dicit: & ita intelligitur glos. ij. quest. v. in c. consului-
sti. in principio. Et de isto dicto Innoc. late scribit Andr. Sic.
in c. Raynaldus. de test. & habetur etiã in summa Angelica in
verbo, culpa. in fine. Et quod supra dictum est de foro conscien
tie, limitatur secundum Abbat. hic non habere locum, quan-
do agitur ad penam: quia illa non debetur in foro conscientie,
secundum gloss. illam notabilem in c. fraternitas. xij. questio. ij.
Et per illam gloss. dicit Bald. in l. post decisionem. C. de furtis.
quod tantum tenetur in foro conscientie ad restitutionem rei,
non ad penam. Et idem Bald. in l. iubemus. §. sane. in versicu.
sed nunquid in foro conscientie. C. de sacrosanctis eccles. & idem

Baldus in l. quibus diebus. §. dominus. in fine, ff. de condit. &
demonstrat. cum similib. vt tradunt Moder. in c. j. de constitu
tion. Sed, vt dixi ibi, considerandum est quod si pena commen
surata sit delicto, prout fieri debet, xxiiij. q. j. c. nõ afferamus sta
teras. & in c. quesiuit. de his, que fiunt a maiori parte capit. in c.
felicis. §. illud. de penis in vj. & tali casu videtur quod illa glos.
non sit vera: quia ex quo iustam penam imponit lex, iustum vi-
detur vt delicta puniantur. c. vt fame. de sentent. excommu. er-
go etiam in foro cõscientie obligat, vt supra dictum est. Faciat
glos. in c. ius gentium. j. distinctio. in ver. seruitutes, que dicit
x quod iuste captus peccat[x], si aufugit: & idem glossa in clemen.
pastoralis. in verbo, per violentiam. de re iudicata. Et obliga-
tio ex delicto respectu pene etiam est de iure naturali, secundũ
Bartol. in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. Bonus textus in l. e-
32 ius, qui. ff. de iure fisci. cum simili. vt dixi in c. j. de consti. ¶ † In
glo. fina. prima conclusio Abba. est quod appellatione penden
15 te non presumatur pro sententia[15], nec pro processu. vt hic, & in
c. cum inter. in fi. a contrario sensu. infra de re iudica. & quia vir
tus sententie extinguitur, vel suspenditur per appellationem.
l. j. in fine, ff. ad Turpillian. in c. venientes. de iureiuran. & ideo
qui habet probare in causa principali, etiam in causa appella-
tionis probare tenetur, vt Abbas hic concludit, & idem Spec.
in titul. de senten. §. quid autem. vers. & not. secundum quosdam
Antonius de Butrio in c. in presentia. ver. queritur. de renun.
vbi rationes adducit, quas Abbas hic ponit, & idem Anto. de
Butr. in c. cum ad sedem. circa fin. de restitut. spoliat. cum simi.
vt tradunt Moder. hic, & idem Imola in ca. bone. el primo, de
elect. & est glos. in c. dilectis. de appella. quam no. ibi Perus. cir-
33 ca fin. & idem tenet Abbas in rubri. de appellatio. † Et licet sit
y ista communis opinio contrarium[y] tamen voluit Imola in
c. in presentia. per illum textum de renunciat. vbi dicitur quod
semper debet presumi pro iudice: & tamen secundum gloss. ibi
loquitur appellatione pendente. Ad idem, & secundo Imola
ibi allegat text. in l. ij. C. de offic. ciui. iu. ibi. quod non arbitra-
mur. Vlterius & tertio, hoc idem probatur in capi. in nostra. de
procur. vbi pendente appellatione presumitur pro iudicibus,
nisi per ipsum appellantem probetur contrarium. Quarto fa-
cit text. not. in l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inofficioso te-
stamen. vbi si pupillus in causa inofficiosi testamenti obtineat
sententiam contra heredem, qui ab ea appellauit, pendente ap
pellatione alimenta dantur pupillo: & tamen iste fauor non at-
tenditur in causa principali. l. qui de inofficioso. ff. eodem titu.
Ex quo datur intelligi quod lata sententia, etiam pẽdente ap-
pellatione, pro sententia presumatur: & ita per illum textum di
cunt ibi Bald. & Paulus de Castro. Quinto hoc tenet Bald.
per illum tex. in c. cum super. in text. ibi: nihil rationabile. de re
iudica. Sexto idem ipse Abbas hoc dicit in c. causam, que. per
illum text. de re iudica. in secundo notabili. Septimo videtur
text. in c. bone. el primo. de election. vbi dicitur, quod pro iudi-
ce presumitur: & tamen ibi pendebat appellatio. Octauo, & vl-
timo hoc ratione comprobatur: quia pro iudice presumitur,
propter eius qualitatem: quia communiter literati sunt, vel sal
tem prouidi, & honesti. c. in nostra. de procurato. c. nisi essent. de
prebend. & in l. j. ff. de officio prefec. pretor. Si ergo ex qualitate
psone talis presumptio causatur, non debet tolli ex appellatio
ne interposita simpliciter. Et ad hoc etiam facit text. in capit.
sicut. de re iudica. vbi propter authoritatem iudiciariam pro
sententia presumitur, quod omnia legitime processerint. & Bal
3 dus ibi dicit hoc procedere etiam si iudex esset vir pessimus[3]
vel vnus ribaldus, vt verbis eius vtar: quia textus fundatur
in authoritate iudiciaria. Et idem dicendum est respectu pro-
cessus: quia militat ratio supra allegata: & de processu loquitur
in dicto cap. bone. in dicto cap. in nostra. & in dicto capit, sicut.
Non obstant allegata in contrariũ. Et primo textus hic, dum
dicit, nec pro ipsius processu presumitur, nisi quatenus, &c. quia
ista verba referuntur ad istã cõstitutionẽ: & est sensus nisi quate
nus in actis scriptum reperitur, non presumitur pro processu:
quia per inspectionem actorum negatiua probatur: & propter
probationem contrariam, excluditur presumptio que erat pro
processu, & ita text. hic intelligitur. Et ad hoc bene facit text. in
c. j. de lit. contest. vbi Anto. de But. in v. not. per illum textum
hoc dicit. Et ideo si apparet in actis quod citatio non interue
nit, non presumitur pro sententia: vt notat Abbas in c. cum in
ter R. de election. vbi allegat Bald. in l. fina. C. de legib. Sed
quando acta non exhibentur, & sententia lata apparet simpli-
citer, presumendum est pro processu, per ea, que supra dicta
sunt. Non obstat text. in dicto capitulo, cum inter. quia ibi ar-
gumentum a contrario sensu non bene sumitur, respectu rei iu
dicate: quia ibi dicta separata sunt: & in fine simpliciter dicitur
quod sententia presumitur rite per omnia celebrata, & ideo ge-
nerali

neraliter intelligitur. Et licet supra loquatur de sententia, que transiuit in rem iudicatam, non per hoc restringitur illud dictum, quod inferius ponitur, per ea, que superius dicta sunt. Non obstat quod appellatio suspendit, vel extinguit sententiam: quia illud verum est respectu executionis: quia appellatione pendente nihil innouandum est: sed per hoc non tollitur presumptio, que insurgit pro sententia, & pro iudice, per supra dicta. Ultimo non obstat quod in causa appellationis idem probare debet, qui in causa principali tenebatur: quia per hoc non tollitur, quin presumatur pro sententia, licet onus probandi in aduersarium non transferatur: vt not. Baldus dicit in d. capitu. bone. in tex. ibi: presumitur. de electio. vbi inquit quod illa presumptio, de qua ibi, non reuelat ab onere probādi. Vel secundo illud intelligitur, quando non fuit probatum in causa principali: nam illa presumptio sola non habet fundare intentionem actoris: sed si facte sunt probationes, acta in dubio debent interpretari pro sententia: vt not. Baldus in c. causam
33 que. de re iudic. alleg. c. in presentia. de renun. † Secundo Abb. concludit quod pendente tempore ad appellandum presumitur pro sententia, sed non pro processu. Sed retenta prima conclusione supra firmata contra Abbatem, quod etiam pendente appellatione presumatur pro sententia, & processu: a fortiori idem dicendum est pendēte tempore appellandi. Non obstant rationes Abba. quia ad tex. hic, & in dicto c. cum inter. responsum fuit. Non obstat ratio, quam Abbas hic adducit, dum inquit quod cum in processu requiratur scriptura, vt probatur hic, nisi scriptura producatur, nō presumitur: quia vbi scriptura requiritur, non presumitur quod interuenerit: vt per Innocentium in c. innotuit. de eo, qui fur. ordi. rece. vt latius per eum hic, & posteriores sequuntur. Nam respōderi potest quod in illis casibus, in quibus loquitur Innocen. non erat alia presumptio, que suppleret defectum scripture: sed hic apparet sententia, pro qua presumitur: & illa presumptio sententie facit vt presumatur quod etiam scriptura requisita interuenerit. Et istud confirmatur: quia attenta ratione Abb. idem esset dicendum, quando sententia transiuisset in rem iudicatam: quo casu tamen Abbas inferius, & etiam doctores communiter tenent quod tunc presumatur pro sententia, & pro processu. Vel etiam dici potest quod ratio Abbatis videtur habere locum in scriptura, que in ipso actu pro substantia requiritur: secus si ad faciliorem probationem, iuxta l. contrahitur. ff. de pignor. Et ita in casu isto videtur: quia scriptura, de qua hic, requiri-
34 tur post actum, ad faciliorem probationem. † Tertia conclusio Abbatis quod quando sententia transit in rem iudicatam pro sententia presumitur respectu iustitie, & processus. Et in rē iudicatam transire dicitur, quando non fuit appellatum, & la-
16 psum est tempus appellandi [16]: vt per gloss. in c. non solum. in verbo, innouata, de appellat. in vj. no. Abb. in rub. de re iud. Bartol. in rubr. C. eod. tit. de re iudi. Signor. in cons. xxvj. in q. & Rom. in cons. cccxxxiiij. circa primum. Et istam cōclusionem, quod absolute presumatur pro sententia, que transiuit in rem iudicatam, Innocen. tradit in c. bone. de election. & idem Abb. in dicto c. sicut. per illum text. de re iudica. & notat Baldus in l. rem non nouam. C. de iudic. cum similib. vt tradit Alexander in consilio xxij. viso processu. in ij. lib. & idem Abb. in cons. lxxiij. videtur primo. lib. j. Rom. in d. consi. cccxxxiiij. circa primum. Signo. in cons. lxxxvij. factum sic proponitur. circa finem. Cuma. in cons. vij. visis. in fi. Federic. in consil. lix. credo. in fi. & Andre. Sicul. in consil. xviij. lib. j. Et hoc maxime haberet locum in sententia antiqua: vt Alexand. scribit in consilio xxx. libro v. quod declaratur vt per Andream Sicul. in consilio xlvj. lib. j. Et in ista conclusione aduertendum est, quod ista presumptio que ex re iudicata insurgit, excedit terminos simplicis presumptionis: quia adeo confirmat sententiam, quod cōtrarium probari non potest. c. cum inter. de re iudic. cap. cum dilecti. in fine, de election. & notat Fulgosi. in consilio clxvj. in questione que vertitur ad finem. & Roma. in consil. cccxxxiiij. supra allegato. Et hoc, quod dictum est de re iudicata, sane intelligitur, quando sententia valet: secus si sententia esset nulla: quia non transit in rem iudicatam: vt in pluribus casibus impertinēter Ab-
35 bas hic prosequitur, qui hoc modo adaptari possunt. † Primus est, quando error contra ius scriptum expressus est in sententia: quia tunc Abbas dicit quod pro sententia nō presumitur, imo constat quod sit nulla. c. j. de re iud. l. ij. C. quando prouoca. non est necess. cum similib. Et iste primus casus intelligitur, quando sententia est lata contra casum legis: vnde licet esset simile, & eadem ratio videretur, non esset casus legis: vt inquit Cynus in l. j. in penulti. questio. C. de legib. Et sic videtur quod sententia lata contra legem non loquentem in terminis sed in simili, non sit nulla. Et ita not. Bald. in l. ij. versicu. adde quod licet. C. quando prouoca. non est neces. Abbas in d. capit. primo, de re iudica. cum simil. vt tradunt Moder. ibi, & Alex. in l. qui Rome. §. duo fratres. de verborum obligat. Et ad hoc facit, quia nullum simile est idem, in l. quod Nerua. ff. depositi. & quod notat Bald. in l. ij. C. de pa. qui fil. distra. vbi inquit quod argumentum a simili non habet locum, si statutum dicat quod verba intelligantur ad literam: de quo dixi in ca. translato. de constitution. Similiter ex dicto Cy. inferri videtur, quod sententia lata contra rationem legis non sit nulla: quod videtur habere locum, vbi a paritate rationis procederetur per viam extensionis: prout loquitur in argumento a simili. & notat Abbas in c. cum speciali. in princip. in versicu. & no. bene hoc dictū. infra de appellation. Secus si esset ratio expressa in lege: quia
17 tunc sententia esset nulla [17]: vt Abbas concludit post Anton. de Butr. in d. c. j. cum simillib. vt tradunt Moder. ibi in princi. Ad quod facit, quia vbi ratio est expressa in lege, non dicitur fieri extensio: vt per gloss. in cap. j. de tempo. ordi. in vj. in cap. si postquam. in verbo, mente, de election. in vj. & in clementi. j. de elec. & notat Bald. in l. si quis seruo. C. de fur. & pulchre declarat
a Paul [a]. de Castro in consil. cccxxxij. presens casus. Unde sicut statutum disponit in his, in quibus expresse loquitur: ita ratio statuti pariter dispositionem inducit: vt notat Baldus in c. dilectus. de rescript. cum similib. vt dixi in c. ij. requiris. de appellat. & not. etiam Bald. in authent. quas actiones. C. de sacro sanctis eccles. per l. his solis. C. de reuocan. donat. Et poni potest exemplum: quia sicut nulla est sententia, in qua dicitur, pupillum potuisse testari, d. l. ij. C. quando prouoca. eodem modo videtur quod esset nulla, si dicatur, pupillum habere iudicium & intellectū, contra rationem, que expresse ponitur. in §. preterea. institu. quib. non est permissum fac. testament. Et secundum supra dicta requiritur quod sententia sit lata cōtra legem vel rationem legis expressam, ita quod error verbis expressis ap-
b pareat: secus videtur si oculo mentis [b] colligatur intellectualiter: quia propter hoc non esset sententia nulla. vt dicunt Mo-
c der [c]. in dicto cap. j. de re iudica. allegando Innocen. in c. P. & G. de officio & potestate iudicis delega. quem sequitur Dominicus in c. solet. in princip. in quarto notabi. de sentent. excommunicatio. in sexto. & Bald. in c. quod translationem. de officio legati. Ex quo dicunt Moderni in d. c. j. quod Alexander infert in consilio lxxix. perspectis. lib. ij. ad fin. quod sententia cōdemnans heredes ex causa hereditaria insolidum, non dicitur habere errorem expressum. Et si Alex. loqueretur prout Moder. referunt in d. c. j. male diceret: quia esset error expressus, cōtra legem primam. C. de hered. act. sed aliter ipse loquitur, videlicet quando in sententia non sunt nominati heredes & bene dicit. Sic etiam ad dictum Innocen. in d. cap. P. & G. aduertēdum est, quia loquitur in sentētia excommunicationis, in qua precise & specialiter statutum est, quod sit nulla tunc demum, quando habet errorem patenter expressum: vt est casus in cap. per tuas. de sententia excommunication. & tali casu Innoc. bene dicit: sed propter hoc ad casum nostrum non bene infertur, prout inferunt Moder. in d. ca. j. quia in casu nostro non sunt illa verba ita precisa, de errore patenter expresso: sed simpliciter dicitur quod sit contra canones, in dicto capitulo primo,
36 de re iudicata. † Secundus casus est, secundum Ab. hic, quando iniustitia sententie notoria sit: quia tūc etiam sententia nul-
18 la est, & in rem non transit iudicatam [18]. c. inter ceteras. de re iudica. secundum vnum intellectum: & notat Innoc. in c. fraternitatis. de frig. & malefi. per illum text. & in c. ij. de purgat. vulg. vbi Abb. in vers. quintus, & vltimus intellectus. & not. Baldus in l. j. in fi. C. sentent. rescin. non pos. vbi allegat l. confessionibus. ff. de interroga. actio. Facit tex. in l. si pars. vbi Ange. in princ. ff. de inoffic. testam. & in l. qui adulterij. vbi Bal. C. de adulter. & bonus tex. in l. inde Neratius. §. fi. ff. ad le. aqui. & ideo talis sentētia, que aperte continet iniquitatem, non transit in rem iudic. vt notat Anton. de Butr. in c. suam. in penulti. notabi. de pen. Et predicta conclusio bene procedit, vbi iniustitia notoria est, prout docto. loquuntur in locis supra allegatis: secus si manifesta sit. Ita Ang. distinguit in l. ciues. in princ. C. de appell. Sed difficultas est quando iniustitia dicatur notoria. In quo late insistit Perus. in c. dilecto. in iv. q. ver. secundo aduerte. de appellat. & inter alios casus, notoria iniustitia est illa que ex actis colligitur, secundum Ange. in d. l. si pars. quia acta faciunt notorium: vt not. in c. ex insinuatione. de appell. & hoc intelligitur in actis in quibus iudicium fundatur, videlicet in citatione, in libello, in litis cōtestatione. Secus est in actis probatorijs, quibus non visis, non tamen sententia redditur nulla: vt no. Bal-
19 dus in l. ij. versi. item dic. C. de eden. quia secundum eum, probationes non sunt de substantia iudicij [19]: & not. Bar. in l. prolatam. C. de sentent. cum simil. vt Alexand. prosequitur in consil.

ex.ponderatis.li.v. Et istam conclusionem late probat Peru. in dicto capit. dilecto. d.q.lv.circa finem.licet eius rationibus Mode.conentur respondere in dicto cap. inter ceteras.⁊ non bene,per ea,que dixi in capit.ecclesia sancte Marie.de constit.

37 † Tertius casus, quando iudex asseruit esse probatum per A. ⁊ B.referendo se expresse ad acta: tunc enim apparet de errore iudicis, vt Abb.hic concludit:⁊ idem prius Ant.de Butr. in capit.cum Bertoldus.ver. quintus casus est.in fin. de re iudic.⁊ in cap.ab excommunicato.ver.quandoque fertur sententia de rescript.⁊ Imo.in l.si is,ad quem.ff.de acqui.her.cum si. vt tradit Alexand.in l.ex diverso.§.fin.ff.solut.mat.⁊ in consil. cxxiij. discussis.lib.j.vbi attestatur quod ista est vera, ⁊ magis
D communis opin. Et ad hoc facit, quia relatio [D] videtur facta cum omnibus qualitatibus suis:vt not. Bart.in l.j.§.fin. circa finé.ff.si fa.fur.fe.dica.⁊ in l.j.ff.de receptato.in l.si quis seruum. §.fin.ver.sed quero,testator.de leg.ij.⁊ maxime hoc haberet locum, quando fuisset facta relatio in specie, designando locum actorum:argu.eius,quod singulariter voluit Bald. in l.minoribus.C.de his, qui.vt indig.⁊ sequitur Perusi.in capit.consuluit.el ij.de appellat.vbi tamen aliter dixi. Et in casu nostro idem tamen esset in relatione facta generaliter ad acta: vt no. Bartol.in l.j.C.de error.cal.quem refert, ⁊ sequitur Aretin.in dicta l.si is, ad quem.ff.de acqui.heredi. Et hoc sane intelligitur, dummodo relatio facta sit per modum cause, ⁊ non per verba enuntiativa:vt notabiliter Aretin.dicit hic, ⁊ in dicta l. si is, ad quem. allegando Bald. in l. ij. in princ.C. de re indic. Et hoc idem expresse dicit Anton.de Butr.in consil. xxvij.visis.dum inquit,Non putaré sufficere,si dicatur, Visis actis,⁊c.

38 †Quartus casus, in quo non attenditur sententia,que in rem iudicatam transiuit, est secundum Abb.hic, quando de facto quis admissus fuit ad probandum de iniquitate sententie,⁊ ita probatum fuit parte non opponente: tunc enim iudex debet primam sententiam reuocare. allegat Innocen. in capit. cum dilecta. de rescript.in cap.cum Bertoldus.de re iud. Et idem Anton.de Butr.hic, ⁊ in consil.xxvij.visis. Roman.in consil. clxxiiij. amplissime doctor. in fin. Aretin. in consil. lxxiij.diligenter. Abbas.in consil.lxxxix.in questione.lib.j. Alexand.in consil. lxxvij.in causa,⁊ lite.lib.ij.⁊ in consil.ccxij. viso.in princip. eod. lib.ij. ⁊ idem Alexand.in l.iudex postquam. versiculo sexto fallit. ff. de re iudica. Non obstat quod partes non possunt venire contra sententiam, que tráfiuit in rem iudicatam: vt not.in cle. si appellationem. de appellat.⁊ per glos. in l.si diuersa. C.de transact.quia dicunt Moder. illud verum esse per viam transactionis, que debet fieri de re dubia.Sed alias bene possunt partes renuntiare sententie, ⁊ rei iudicate. l. iuris gentium. §.si pasciscar.el j.vbi Bald.ff. de pac.notat. in l.post rem. ff. de re iudic. Sed ista responsio non satisfacit: quia per viam pacti res iudicata tolli potest,quatenus concernit fauorem partium: non tamen consensus partium operatur quod alia sententia proferatur a iudice contra rem iudicatá, prout loquitur gloss.in dicta l.si diuersa.quam not. Bald.ibi ad ampliationem l.j.C.quando prouo.non est necess. Unde si expresse partes hoc facere non possunt, a fortiori videtur quod nec tacite possint. Unde aliter responderi potest quod gloss. in l. si diuersa.intelligitur,⁊ procedit, quádo partes immediate vellent,quod iudex absque instantia,⁊ sine libello ⁊ litis contestatione iudicaret contra sententiam, que in rem transiuit iudicatam. Secus si consentirent seruato ordine iuris, videlicet agitato nouo processu: prout agitur in isto casu. Et ita Alexand.declarat in dicta l.si diuersa. Et hoc idem voluit Anto. de Butr.in dicto capitul.cum dilecta.de rescript.Et hoc colligitur ex dictis Barto.in dicta l.j. C.quando prouoc.non est necess.⁊ not.etiam Alexand. in l.acta. ff.de re iudic. Et predicta cóclusio, que in isto quarto casu habetur,procedit, vt supra dictum est,parte non opponente. Secus igitur, si pars contradiceret: quia tunc si iudex probationes admitteret, processus non valeret:vt Aretin.hic,concludit,versic.sed aduerte.Et allegat Bald. qui in simili casu hoc dicit in l. certi condictio. §. quoniam.in fine.ff.si cert.peta. Et ideo cautus sit aduersarius quod contradicat, vt Alexand.instruit in dicta l.certi condictio.§.quoniam. Nam in iudicio,pars,que est presens, ⁊ tacet, sibi preiudicat:vt not. Bart.in l.j.C.de relat.⁊ text.est in cap.ij. de appel.in vj. Ideo cautela est,vt semper contradicat:vt tradit Barthol. Veroñ.in cautel.lxxxvij. est dubium.⁊ ad hoc facit, quod dictum fuit in capit.ij. supra eodem. Similiter conclusio supra facta locum habet,quando probatio admissa fuit, ⁊ facta coram iudice competenti:alias secus:vt Abb.hic dicit: ⁊ not. Bald.in l.post edictum.de iudic. §.fin.in fin. Postremo in isto quarto casu considerandum est,quia iudex, qui admittit probationes contra rem iudicatam, videtur quod talem admissionem reuocare possit,cum talis admissio sententia interlocutoria sit. Ita singulariter voluit in simili casu Cardin. in cle.sepe.§.⁊ quia.in vij.not.de verb. signific. dicens quod iudex, qui admisit articulos impertinentes, etiam post factas probationes super eis,potest illos reijcere, non obstante quod prius admiserit:quia sententia interlocutoria fuit, que reuocari potest. De quo dicendum est vt habetur in c.cum cessante.
39 de appellatio.⁊ in l.quod iussit. ff.de re iudicata. † Quintus,⁊ vltimus casus est, quando pars, que obtinuit sententiam iniquam,que transiuit in rem iudicatam,confitetur illam esse in-
20 iustam:quia debet retractari [20]: vt not. Innocen.in c.quia plerique.de immu.eccle.⁊ sequitur Bal.in authenti.ad hec.versic. item dubitatur.C.de vsur.⁊ in l.si quis instituatur.⁊ ibi Imo. in fine,ff.de hered.instit.cum similib.vt per Moder.hic,⁊ in c. inter monasterium.de re iudic. Alexand.in l.iudex postquam. ff.de re iudica.⁊ Alexand. in l.si seruus plurium. §.j.de lega.j. Predicta conclusio que habet quod presumatur pro sententia ⁊ processu, quando transiuit in rem iudicatam,limitatur secúdum Abba.hic, nisi sit lata contra absentem fictum contumacem, qui statim quod sciuit sententiam contra se latam querelauit.l.ab eo.cum glo.C.quomodo,⁊ quando iudex.Sed aduertendum est,quia si appellauit, ergo non sumus in casu,in quo Abb.hic loquitur,videlicet in re iud. Preterea, si non appellauit,quando sciuit sententiam contra se latam, ergo videtur acquiescere.d.l.ab eo. C.quomodo,⁊ quando ind.vnde sibi imputatur. Illam tamen opinionem quod non presumatur pro sententia lata in absentem,sequitur Anto.de Butr.in consilio xxiiij.quest.hec.⁊ Paul.de Cast.in cons.iij.in facto isto.Et ista opin.indubitanter videtur procedere,quando non apparet de contumacia partis:quia sententia esset nulla, vt ipse Abb.declarat in c.tenor.de re iudica. secus quando fuit contumax, vt dictum est: ⁊ hoc intelligitur in preiudicium ipsius contumacis,non in preiudicium alterius,vt not. Paulus de Castro in consil.ccxxvj.si dicta sententia circa finem. Successiue Abbas hic incidenter dicit quod ab illa presumptione, que habetur pro sententia,vel re iudicata receditur,si cótrarium probetur, per c.in nostra.de procur. Et hoc per inspectionem actorú fieri potest:vt no.Barto.in l.hi,qui ad ciuilia.C.de appell. Facit text.in c.j.de lit.contesta.⁊ ibi Anton.de Butr.in princ. vt tradunt Aretin.⁊ Moder. hic.⁊ idem Anton.de Butr. in c.cum ad sedem.ver.noto limitationem.de restitut.spoliato.⁊ Feder. de Senis.in consil.cxlij.domino Jo. Imo.in consi. cx.in causa, que vertitur.in princ.⁊ in l.iiij.§.condemnatum.ff.de re iud.bene facit quod not. Pau.de Castro in consil.xlvij.in causa,que vertitur, vbi concludit quod a presumptione,que insurgit ratione antiquitatis,quod solennitas requisita interuenerit,receditur,si ex originali instrumento appareat, talem solennitatem adhibitam non fuisse. De quo tamen dicendum est,vt per Moder.in c.sicut.de re iudica. Et in proposito nostro ista conclusio intelligitur,⁊ bene procedit in solénitatibus substantialibus que nó respiciunt iustitiam cause,sed formam processus, vt est citatio, libellus,⁊ litis contestatio: secus est quantum ad cause cognitionem:quia presumitur quod illa interuenerit, licet in actis non appareat:vt notat Bartol.in l.prolatam.in fi. C.de sentent. Et ita intelligit,⁊ declarat Ant. de But.in d.ca. cum ad sedem.in fi.de resti.spolia.⁊ sequitur Areti.hic ad fin.⁊ idem Anto.de Butr.in c.in presentia. ver.an autem.de renun. Et ratio manifesta videtur, quia hoc respicit ius partis: quo casu sentétia transit in rem iudicatam,⁊ imputatur parti,que non appellauit.c.cum inter.de re indica. Postremo Abbas in isto articulo concludit post gloss.hic,quod in sententijs censure non presumatur pro iustitia, nec pro ordine,per ca.sacro.de sentent.excommun.quia licet appellatio non suspendat, tollit tamen presumptionem sententie:vt per eú hic, qui videtur loqui interposita appellatione: secus ergo,si appellatum nó fit: quia tunc presumitur pro iustitia ⁊ solennitate,etiam in sententijs censure:vt notat Anton.de Butr. in c.in presentia.ver.ad secundum.de renun.cum sim.vt tradunt Moder. in c.consanguinei.de re iudica. Pro monitione vero nó presumitur quod interuenerit,secundum Anton.de But.hic, ⁊ sequitur Abb.in c.tenor.de re iudi.⁊ Mod.in d.c.consanguinei.Sed aduertendum est,quod sententia censure regulariter refertur pro contumacia:vt no.in c.j.§.de iud. Unde dicendum est quod supra dictum est de contumacia: ⁊ dato quod appellatum sit, tamen presumitur vt s.dixi. Et si appellatum non fuit,est tamen presumendum ⁊ pro sententia, ⁊ pro processu: vt notat Anton.de Butr.in d.c.in presentia.Et hoc videtur a fortiori habere locú in talibus sententijs,que fortius ligant:quia non suspéduntur per appellationem.c.pastoralis.de appella. ⁊ valent,licet ordo iuris non seruetur:vt not.in c.sacro.de sent.excom. Non obstat

quod

quod illud c.in contrarium allegetur per glo.& doc.hic:quia li
cet monitio necessaria sit in sentẽtia excommunicationis, non
tamen sequitur quod non presumatur: vt patet etiam in litis
contest.que necessaria est,& tamen presumitur quod interuene-
rit propter sententiam pro qua presumitur,secundum quod s.
dictum est. Uel secundo, dum in d.c. sacro. dicitur quod debet
proferri sententia excommunicationis competẽti admonitio-
ne premissa,& personis presentibus idoneis, per quas,si necesse
fuerit,possit probari monitio:intelligitur ille text. quando de
tali monitione non apparet in actis.Nam tunc est presumptio
quod non interuenerit,per istum text.hic, poterit tamen pro-
bari contrarium,videlicet testibus,coram quibus lata fuit sen
tentia.Et istud voluit dicere text.ibi:si necesse fuerit. Sed per
hoc non tollitur,quin alias absolute presumatur pro sententia
40 excom.sicut in alia sententia dictum est.† Subseqnẽter querit,
an per illa verba,que solent poni in sententijs,visis libello,cita
tione,litis ꝯtestatione.&c.probẽtur huiusmodi solennitates in
21 teruenisse [21].& Inno.hic concludit quod nõ,si non sunt facta eo
dem die,& loco,quo instrumẽtum senten.confectum fuit.& post
alios Abb.hic sequitur.& idem Card.in cons. lxxij.sigillatim.&
in cons.xxxj.cum inter religiosos.cum si.vt tradunt Mod.hic:
& idem tenet Barto.in l.j.C.de fide instrum.lib.x.in l.sciendum.
de verborum oblig.in authent.si quis in aliquo documento.C.
de eden.Ang.in l.Imperatores.ff.de priuileg.cred.Anton.de
But.in c.j.circa fi.de fide instrum.& in c.post cessionem.versi cu.
sextus casus.s.eo.Bal.in l.fi.circa fi.C.de re iudic.& in l.non id-
circo.C.de iur.& fac.ign.Alex.in cons.xxxviij.consideratis ver-
bis.in prin.lib.iiij.& in cons.xvij.viso instrumento.eod. lib.iiij.&
Abb.in cons.xcij.contra sententiam latam.lib.j.Aretin.consil.
lxviij.excellens domine.Predicta conclusio procedit,quando
verba instrumenti sunt enunciatiua,& simpliciter recitatoria:
secus est,secundum Host.hic quem Abb.post alios sequitur, si
notarius distincte dicat,quãdo,& coram quibus,& quod in pre-
sentia sua acta omnia facta fuerũt, & se singulis interfuisse sub
scribat: quia tunc probantur interuenisse. Et sequitur Bal.in
l.iurisiurandi.C.de testib.& sentit Lap.allegat.lxxvij.tabellio.&
Card.in cons.lxxij.s.allegato.Et ad hoc bene facit dictũ Spe.
in titu.de instru.edi.§.restat.vers.quid si in aliquo. Sed in ista
limitatione aduertendum est, quia non videtur procedere si-
ne dubio.Nam aut iste notarius,qui hoc modo deponit, atte-
statur de facto proprio,quod ipse rogatus de singulis fuerit, &
sine dubio assertio sua facit fidem,cum ipse habeat authorita-
tem:argum.c.ad audientiam.de prescr.Aut talis notarius at-
testatur de facto alterius:& non videtur ei credendum, quibus
cunque verbis vtaꝛ per ea,que habentur in auth. si quis in ali
quo documẽto.C.de eden.Et quod ibi Bart.& ideo Alb.Ang.
Pau.de Cast.& Alex.ibi reprehendunt dictum Spe. in d.§.re
stat.in ti.de instru.edi.& idem tradit Alex.in cons.vj.pondera-
tis his.lib.iij.Secundo predicta conclusio limitatur,nisi sentẽ-
tia,in qua dicta verba recitatoria continentur,esset lata presen
22 tibus partibus:quia tunc probatur, talia acta precessisse [22]: vt
not.Bar.per illum tex.in l.j.C.de rela.& in l.acta.ff.de re iud.in
l.fi.ff.quando app.sit.Anto.de Bu.in cons.xxxij.in quesito pre
dicto.vbi dicit istam esse communem doctrinam . Et idẽ Car.
in cons.lxxij.sigillatim.cum si.vt per Mod. hic. & idem Bal.in
cons.cx.citatio.lib.iiij.& do.Abb.in consil.lx.in causa,& questio-
ne.lib.ij.& Bartho.Uero.in cons.xxj.ego Barth. Et ideo p lau
dum latum parte presente probatur compromissum,de quo in
laudo mentio facta fuit:vt not. concludit Corneus Perusi. in
consi.cclv.videtur.lib.ij.dicunt tamen Mod.hic quod ista li-
mitatio in effectu nihil importare videꝛ: quia dato quod pars
presens tacuerit,sciebat se posse appellare intra decẽ dies, vn-
de poterit appellare,non obstante taciturnitate:arg.l. sicut.§.
non videtur.ff.qui.mod.pig.vel hyp.sol.Et si postmodum non
appellabit,sententia transit in rem iud.ex eo quod non appel-
lauit:& taciturnitas precedens nõ videtur sibi preiudicare. Et
ista fuit opi. Cuma.in l.fi.ff. quando appellan.sit.& Roma.in l.
sciendum.de verb.oblig.quos Mod.hic sequuntur.& idem te-
net Perus.in c.intimasti.versi.tu aduerte.vbi inquit quod ta-
cens in iudicio tuncdemum videtur consentire,si non appellet
intra decem dies,prout potest.Et secundum istam opinionem
limitatio predicta elusoria redderetur:quod non est dicẽdum.
Et ideo considerandum est,quod quando iudex protulit sen-
tentiam diffinitiuam,vel interlocutoriã non obstante tacitur-
nitate,pars habet facultatem appellandi.Et ita ipse Bart.di-
cit in d.l.j.C.de rela.Si vero iudex nullam protulit sententiam
sed simpliciter aliquid factum sit presente parte, & non contra
dicente,tunc statim videtur inferri preiudicium: quia in iudi-
cio tacens pro consentiente habetur,vt s.dictum est.Et tali ca
su vlterius non videtur habere facultatem appellandi:quia in
iudicio tacens habetur pro consentiente. Uel secundo potest
hoc esse vtile quando ille:qui fuit presens nõ appellauit,& post-
modum diceret sententiam nullam ex defectu citationis,vel li
tis contestationis:quia hoc modo probari poterit ista interue
nisse:& quia verba enunciatiua inter easdem partes probant.l.
optimam.C.de contrahen.& commit.stip. Ulterius tamen con
tra istam limitationem facit, quia nõ videtur quod presentia,
& taciturnitas partis operetur,vt alia probentur interuenisse:
quia libellus,litis contestã.& similia consensu partium remitti
non possunt,vt no.in auth.offeratur.C.de lit.cont.& in c.de cau
sis.de offic.deleg.& talia verba enunciatiua non probant,inter
uenisse illa quibus partes renunciare non possunt: vt no.Bar
tol.in auth.si quis in aliquo documento.circa fi.C.de eden.& in
l.sciendum.de ver.obli. Facit quod not.Bart.in l.si forte.ff.de
castr.pec.& glo.& doct.in l.si donatione.C.de colla.Sed respon-
deri potest quod in isto casu,quãdo notarius attestatur de sen
tentia lata,& per verba narratiua dicitur,viso libello.&c.ex tali
instrumento probatur sententia, de qua instrumentum loqui-
tur.Unde succedit quod pro sententia presumitur:& ideo pre-
sumitur quod omnia requisita interuenerint . & ita Anton.de
But.not.dicit in c.j.circa fi.de fide instrum.vbi inquit quod so
lennitas presumitur ex sententia,& non ex instrumento.Et idẽ
dicit Ang.in l.Imperatores.in fi.ff.de priui.cre.& ad hoc alle-
go bonum tex.in c.fina.j. eo.vbi statur assertioni partis, quod
solennitates iudicij interuenerint : de quo ibi videbimus. Et
hoc idem confirmatur:quia licet non stetur confessioni,quan-
do partes renunciare non possunt,vt s. dictum est:tamen hoc
fallit,quando pro illa confessione essent coniecture, ex quibus
illa confessio videretur iustificari:vt not.tradit Sali.in l.si ma
ter.C.de contrahen.emp.Alex.in cons.xviij.consideratis his.li
bro iij.& idem Bal.in l.iubemus.la ij.in fi.principij. C. de sacro
sanc.eccle.Postremo in casibus,in quibus supra dictum est,ꝙ
verba illa recitatoria probent,hoc intelligitur, quãdo spãliter
specificata sunt,prout etiã doct.loquuntur,secus si in genere di
ctum sit,quod omnes solennitates requisite interuenerunt: vt
not.voluit Abb.in l.sciendum.de verbo.obli.Jo.Fab.instit.de
fideiuss.§.fi.Contrarium videtur velle Pau.de Cast. in l.cum
hi.§.si pretor.ff.de transa.vbi inquit,satis esse, si dicatur , causa
cognita illud factum fuisse : licet particulariter requisita non
exprimantur. Sed distingui potest quod aut instrumentũ no-
mine iudicis concipitur : & satis est quod generaliter dicatur:
secus est,si nomine notarij:vt colligitur ex decis. Jo. Fabri in
41 d.§.fina. † An autem sicut pro sententia presumitur,ita etiam
e pro laudo [e] presumendum [23] sit Abb. post Dyn.& Joan. An-
23 dre.quos refert,concludit quod sic.& idem Ant.de Bu.in cons.
xxxij.in predicto quesito.Calde.in cons.v.in titul.de arbi.Bal.
in l.si de meis.§.recepisse.ver.item quero.ff.de arbi. Car.in con
sil.ccxl.respondemus ad premissa.in secundo dubio. cum simil.
vt tradunt Mod.hic,& Alex.in l.sciendum.versi.item fallit in
laudo.de verb. oblig. Abb.in cons.lxiiij.venio ad primum.li.j.
Bal.in cons.ccliij.ad euidentiam.ver.tertio casu.lib.j. & Paul.
de Castro.in cons.lxxj.visis.in tertio dub.Rapha.Cuma.in cõ
sil.50. stante statuto. circa fin.Alex.in cons.cxix.titulus questio
nis.lib.ij.& Joan.de Ana.in consi.50.in questione.in iij. dubio.
Non obstat huic cõclusioni, quod ratio allegata in c. in presen
tia.de renun.in iudice propter authoritatem iudiciariam, vi-
deatur cessare in arbitro,prout Abb. post alios hic dicit: quia
ꝓcedit similis ratio,vt probaꝛ in c.nisi essent.j.de preb.Predi-
cta conclusio limitatur non habere locum in arbitratore: quia
pro laudo eius non presumitur:vt concludit Anton. de Butr.
in cons.xxiiij.questio hec.ver.quinimo attentari posset.& sequi-
Alexand.in d.cons.cxix.lib.ij.in fi.Sed tamen contra hoc vide
tur communis opin.per text.in c.nisi essent.de prebend. Et ad
hoc Moder.hic,allegant Sali. in l.si societatem. §.arbitrorũ.
in xxij.questio.ff.pro socio.& Angel.in consilio cxcvij.pro decis.
Et vlterius in arbitratore loquitur Ab.in d.consi.lxiiij.Pau.
de Cast.in d.cons.lxxj.Cuma.in prealleg.l.fi.ff. quando appell.
Secundo limitatur non habere locum pendente reductione
ad arbitrium boni viri:vt concludit Abbas hic,post Anto.de
But.& idem Anto.de Bu.in c.in presentia.ver.hec omnia pro-
cedunt.de renun.& in d.cons.xxiiij.cum simili.vt tradunt Mo.
hic, Alex.qui idem sequitur in d.cons.cxix.& idem Alex.in cõ-
silio cxxv.in causa,& lite.lib.ij.Sed tamen in hoc etiam magis
communis opi.videtur, quod in dubio pro laudo presumatur
etiam pendente reductione : & ita loquitur Dyn. in consil.xix.
s.allegato.inci.Ptolomeus.& Cald.in d.consi.v.in tit.de arbi.
& Car.in preallegato cons.cxl.& Moder.hic sequuntur.Et ista
opin.de plano procedit, tenendo quod idem sit in iudice, pro
quo,vt supra dictum est,presumitur, etiam pendente appella-
tione:quia reductio est quedam species appellationis.l.non di

42 stinguemus.§. cum quidam.ff.de arbitr.† Ultimo notandum
f est, quod etiam pro decreto [f] presumitur, quod interponitur in actu voluntarie iurisdictionis:vt notat Anto.de Butr.hic. in ver.& procedit etiam per text.in l.ab ea parte.ff.de proba.Et est dictum Spe.in tit.de emp.& ven.§.nunc dicendum.el j.ver. breuiter.& sequitur Bal.in l.cum hi.§.si pretor.el j.ff.de transac. in l.quecunque.§.fin.ff.de publi.cum similib.vt tradunt Mod. hic.& prius late Alexan.in d.l.sciendum.de verb.oblig.& idem Alexan.in cons.lxx.visis.lib.v.& in cons.xcij.viso.& in consi.50. ponderatis.in prin.eod.lib.v.Sed.in cons.cclix.do.Michael circa fi.Bald.in cons.cccxvij.proponitur.lib.j.& in consi.cliij.casus.& cons.xlvij.ad euidentiam.eo.lib.j.Pau.de Cast.in consil. lxxix.super eo,de quo queritur.& Pet.de Ancbara.in consil. cclxx.questio proponitur.Et ideo quando decretum superioris interuenit,presumitur quod actus vtiliter factus sit: vt no. Baldus in l.sicut.circa finem.versiculo, item quero. de re iudicata.& in capit.primo,versicu.querit Jacobus.qui feud.dare poss.Alex.in cons.lxxix.circa primum.lib.j. Et vbi decretū iudicis reperitur, omnis presumptio fraudis remouetur: vt not.Bart.in l.frater a fratre.ver.tertio quero quid de contractu emptionis.ff.de condict.indebi.not. Angel.in consil.cxlij. super primo.in fine.Imo.in l.j.§.fuit quesitum.ff. ad Trebell. cum simil.vt que not.sunt. Et propter hoc consuluit Bald.in l.iubemus.in princi.C.ad Trebellian.quod semper in actu decretum adhibeatur.Et istud,quod dictum est de decreto:limi
g tatur,dummodo solennitates requisite enunciate [g] fuerint in
24 decreto [24]: vt not.Bald.in l.ex his.versi.item opponitur.C.de testam.mili.vbi inquit; quod verbis ennunciatiuis instrumenti creditur,etiam de actu de preterito,decreto interueniente.Et idem Bald.in l.j.ff.de reb.eor. vbi allegat gloss.in l.j.C. de fide instrumen.per quam ibi dicit quod si in instrumēto,in quo interpositum sit decretum,facta sit mentio solennitatum,omnia presumuntur solenniter acta. Et idem Bald.in c.j.§.si instrumentum.ver.quero igitur.de notis feud.Angel.in l.Imperatores.ff.de priuileg.cred.& idem Pau.de Cast.in d.l.cum hi.§. pretor.ff.de transactio.& Petr.de Ancbara.in cons.cclxx.supra alleg.Non obstat quod non credatur instrumento in his, que tempore instrumenti interuenire non potuerunt:vt s. dictum fuit:quia hoc operatur decretum iudicis,pro quo presumitur:vt Ang.dicit in d.l.Imperatores.in fi.& s.dictum est in sententia,pro qua presumitur: ideo verba enunciatiua probāt etiam ea, que sunt de preterito. Non obstat quod non videtur credendum iudici asserendo cause cognitionem interuenisse, per ea,que notantur in l.si forte.ff.de cast.pec.Deci.in l.si donatione.C.de coll.& tradit Pau.de Cast.in d.cons.lxxix.quia respondet Alex.in d.l. sciendum.quod hoc non procedit in iudice,pro quo presumitur. Et hoc idem latius probat Alexand. in consi.xxiiij.consultus alias.circa fin.lib.iiij.& idem not.Bal. in rubr.de offic.delega.& dixi in c.cum sit Romana.in princip.
43 de appella.¶ † Extra glo.Inno.quem Abb.refert concludit quod vni iudici nō credatur,vt hic:pluribus autem iudicibus credendum erit.c.cum dilecti.de accusat.c.inter dilectos.§.preterea.de excess.prel.cum similib. Ab.hic tenet cōtrarium, videlicet quod etiam iste tex.habeat locū in pluribus iudicibus: quia loquitur in plurali,ibi:discretis iudicibus.Sed ista ratio posset euitari in intelligendo in pluribus iudicibus, non in eodē tribunali,sed in diuersis locis existētibus. Et hoc consonat,quia in principio in numero singulari loquitur, & principium constitutionis attenditur.l.regula.§.& licet.ff.de iuris & facti ign. Secundo Abb.arguit, quia esset absurdum quod ista constitutio non haberet locū in pluribus iudicibus. Et ista ratio placet,& confirmatur per rationem,que allegatur in prin.que militat etiam in pluribus iudicibus:& ideo non videtur differentia inter vnum iudicem,vel plures,nisi isto respectu:quia vnus est singularis,& plenam non facit probationem.Ad contraria Abb. aliter respondet quod habent locum quando iudices testificantur in alio iudicio,& non coram eis:hic vero text.intelligitur,quando coram eis in causa,in qua sunt iudices,testificari volunt:quia non possunt:vt habetur. iiij.q.iiij.c. j. Sed ista responsio non satisfacit:quia esset hoc de indubitabili,& multū restringeretur text.qui loquitur simpliciter. Et ratio,que allegatur in principio constitutionis,pariter habet locum, quando iudices in alio iudicio,& coram alio tribunali testificari velint:ideo aliter text.declarari potest.Nā non dicitur hic,quod non credatur vni iudici, vel pluribus: imo presupponitur & ante istam constitutionem crederetur iudici: sed ne contingeret quod falsa assertio noceret parti, fuit facta ista constitutio, in qua nō disponitur absolute quod nō credatur iudici: prout doctores dicunt,sed solum disponitur quod intantum nō credatur iudici in preiudicium partis: quominus contrarium probari possit per inspectionem actorum, secundum formam
44 huius constitutionis.† Successiue Abb.ex dictis Innocen.& Hostiens.tria colligit notabilia. Et primo quod notarius deputari potest ad receptionem testium, & fungi duplici officio. Et hoc notat Baldus in l.hac consultissima. §. si quis autem. C.de testamen.& in l.iudices.C.de fide instrum.cum simi.vt late Alexander prosequitur.in d.§.si quis autem.& Moderni in c. cum causam.de testibus.Et ista conclusio limitatur secundum Abbat.hic, vt procedat, quando nuda executio committitur, iuxta gloss.in clemen.j.de officio & potestate iudicis delega.Se
25 cus si in tali examinatione iudex efficeretur [25]: quia officia essent incompatibilia:vt per eum hic.Et ad hoc bene facit quod notat Bartolus in l.iubemus.la ij.§.sane.in ver. venio ad tertiam.C.de sacrosanct.eccles.cum similib.vt tradunt Mod.hic. in viij.quest.idem Bald.in l.si consul. q.vij.ff.de adoption. Jo. de Anania in consilio xcij.viso processu. Alexand. in consilio
45 clvj.viso instrumento.lib.iij.† Secundo Abbas dicit notabiliter quod receptio testium potest vbique fieri absque presentia iudicis: & hoc secundum eum:etiam de nuda receptione intelligitur.Sed aduertendum est,quia supra vt ipse Abb. refert, hoc intelligitur, dummodo fiat de mandato iudicis, & stante tali mandato non cadit limitatio Abb.hic. Tertio per Abb. colligitur,post Hostiens.hic, quod non potest notarius esse ro
b gatus de commissione [b] sibi facta:quia esset testis in facto pro
26 prio [26]. Et ita tenet Joan. Andre.in regula,cum quid.de regulis iuris in vj.Bald. in l.iniuriandi.C. de testib.in l.iudices. C.de fide instrumen.cum similib.vt tradunt Moder. hic,in ij. q.extra glo.& adde Joan.de Ana.in cons.xlix.dubium,de quo queritur. in fine,vbi dicit quod omnes doctores communiter ita tenent.& idem Baldus in l. si consul. ver.& predicta faciunt ad questiones.ff.de adoptio.& in l.ad egregias.in fi.ff.de iureiuran.Alexand.in consil.cxxij.viso.libr.ij. vbi dicit istam esse magis communem opin.Et idem Alexan.in consi.ciiij. circa primum.lib. v.vbi inquit quod ita se habet magis communis opinio contra Barto.in l.ex sententia.ff.de test.tute.Et de hoc vi
46 dendum est quod dixi in consi.xlij.† Subsequenter circa personas istorum duorum virorum Abbas concludit quod debēt iurare,quia sunt quasi testes.& idem Bald. hic tenet,quia sunt loco tabellionis:& Mod.sequuntur. Et istud videtur bonum ad cautelam. Si tamen non prestetur iuramentum, non per hoc acta minus probant:quia sufficit quod de publico deputati sunt.& textus hic,loquitur simpliciter,& numerus supplet:qa
47 duo sunt loco vnius notarij. † An autem ambo debeant scribere,Abb. concludit post antiquos quod sufficit, si vnus scribat,& alter subscribat.Et idem est in pluribus notarijs deputatis ad vnū actum ex forma statuti,vt Ab.hic post Inn.concludit.Et ad hoc allego Bald.in l.iurisiurandi.vers.quero vni testi.C.de testi.vbi inquit, quod quando notarius est assumptus cum alio collega:satis est quod vnus scribat,& alter subscribat. Allegat Hostiens.Joann.Andre.hic.& idem Bald.in l.si quis ex argentarijs.§.j.in v.not.ff.de eden. Et hoc quando sunt rogati simul:secus si insolidum:quia tunc vnus sufficeret, ex quo possunt rogari plures in solidum: vt notat Bald. in l.fina.§. colligitur.ver.sed nunquid potest.C. de iure deliberan.vbi alle
48 gat glos.not.§.si vero absunt.in auth.de her.& falci.† Secundo ex dicto Innocen.per Abbat.hic,colligitur,quod idem opera
i tur subscriptio [i] alcuius,quod operatur scriptura eius manu in totum facta:& idem not. Bartolus in l. emptor. §. Lucius. ff. de pact.cum similibus,vt tradunt Moderni hic in quarta questione, extra gloss.

Et circa hoc instandum est in duobus.

Primo,an requiratur subscriptio specialis.

Secundo an ista conclusio habeat locum in materia stricta.

Circa primum Bartolus in lege, diuus. §.item senatus.ff. de falsis. tenet quod subscriptio specialis necessaria sit.& videtur sequi Paul.de Castro in consilio cccl. de casu presenti,circa finem. Sed in contrarium est communis opinio quod imo
27 sufficiat generalis subscriptio [27], que ad suprascripta referatur.& ita tenet Baldus in authentica,si quis in aliquo documento. versiculo, vlterius ponamus. C. de edendo.quia illa verba generalia habent relationem ad certum, quod in scriptura principali continetur. Et idem sequitur Petr. de Ancharano in consilio ducentesimo quadragesimo tertio, prius de viribus probationis. cum similib. vt per Modern. hic: & prius Alexander in lege, si ita stipulatus. §. Chrysogonus.de verborum obligatio.& idem late tradit Alexander in consilio centesimo quadragesimo septimo, ponderatis his.libro secundo.Et ad hoc facit,quia relatio,que in subscriptione habetur, videtur facta cum omnibus qualitatibus eius: vt notat Bartolus in l.j.ff.si familia furtum fecisse dicatur.& in dicta l.si quis seruum

seruum.§.fi.de leg.ij.Dictum Bar.posset saluari in casibus, in quibus aliquid deberet nominatim fieri,quod per relationem expediri non potest:prout habetur in cle.appellanti.de appel. vbi causa grauamine nominatim debet exprimi,& non sufficit quod per relationem ad acta exprimatur:vt no.Ange.in l.vbi autem non apparet.§.illud.de verb.oblig.cum si. vt Alexand. ibi tradit.& in l.j.de liber.& posthu.& in l.pretor.in prin.de oper. no.nun. Circa secundum videtur dicendum quod predicta cõclusio etiam procedat in materia stricta:vt no.Bal.in authen. contra qui propriam.ver.item quero.C.de non nume.pecu.vbi concludit quod ille text.qui loquitur in materia penali in scriptura propria,etiam habet locũ in subscribente.Et ad hoc etiã

48 bene facit,quia statutum,quo Florẽtie[48] cauetur quod scriptura facta manu propria debitoris mandetur executioni ad volũtatem creditoris,etiam habebit locum statutũ in debitore subscribente:vt not.Angel.dicit in l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.de ver.oblig.cum si.vt tradit ibi Alex.& in consi.cxlvij. põderatis his.lib.ij.In contrarium tamen facit,quia proprie loquendo aliud est scribere,& aliud subscribere,vt colligitur in l. cum antiquitas.ca.ij.C.de testa.Unde in statuto,quod proprie intelligitur.l.iij.§.hec verba.vbi Bar.ff.de nego.gest.& in materia odiosa,que stricte intelligitur:vt in regula,odia.de pen. in vj.si dispositio loquitur de scribente, nõ videtur habere locum in subscribente.Et ita ipse idem Ang.concludit in l.cum antiquitas.in lec.Florentina.C.de testa.prout Mod.ibi referunt,& sequuntur per tex.in l.si ego.§.dotis.ff.de iure dot. vbi quando maritus subscribit libellum,velut chirographum eius reputatur:& sic non proprie dicitur eius chirographum:quia illa dictio,velut,denotat fictionem.l.si tutor.vbi Bal.C.de inter.mat. Sed pro resolutione considerandum est quod quantum ad ipsam scripturam,que in facto consistit,aliud est scribere,& aliud est subscribere,vt dictum est: & ideo qui subscribit,non proprie dicitur scribere.Et isto respectu statutũ, quod loquitur de scribente manu propria,non videtur habere locum in subscribẽte, ex quo diuersa sunt:sed si consideretur scriptura pro consensu, qui ex ipsa scriptura habetur,ad istum effectum consensus, idẽ videtur in subscribente: quia ex ipsa subscriptione consensus pariter,sicut ex ipsa scriptura principali,elicitur. Et ista consideratione bene dicunt Bal.& Ang.in locis supra allega.Et ad text.in d.l.si ego.secundum predicta respondetur, quod respectu scripture loquitur. Uel etiam dici potest quod illa dictio, veluti, exprimat veritatem secundum subiectam materiam:vt probatur in cap.si proponente.de rescrip.ibi:veluti fraudulenter obtentum.Et retenta ista opinione, quod statutum, quod loquitur ratione consensus de scribente, habeat locum in subscribente, limitatur, nisi esset materia, in qua consensus nominatim,& expresse requiratur:quia ex tali subscriptione non haberetur, per ea, que supra dicta sunt de speciali subscriptione.

49 Successiue† Abbas de vacillatione testium plura dicit.Et primo post Innoc.& alios concludit quod vacillatio & trepidatio debet scribi in actis.Et hoc sequitur Bartol.in l.iij.in princip. ff.de testi.Bal.in l.presbyteri.la j.C.de episcop.& cler.cum simil. vt tradunt Modern.hic.Et adde notabile dictum Bald.in l. Lucius.ff.de his qui notan.infa.vbi inquit quod posito quod testes clare probent secundum verba, potest tamen iudex non adhibere fidem:quia forte vacillabãt. Et talis causa debet inseri in actis,ne postea teneatur iudex in syndicatu.& not. Bal.in l.cum magistratus.in fi.C.quando prouoc.non est necesse. Alexand.in consi.xx.in causa appellationis.lib.iiij.& Bal. idem sequitur in l.j.§.si curatores.in fi.ff.de magi.conue.And.Sicu.in consi.xxxiij.lib.j.& in consil.vij.lib.ij.& in consilio xlvij.in princi.

50 eodem libro secundo.†Et quando testes dicãtur vacillare,vel variare,not.Joan.And.in cap.preterea.& ibi Anton.de But. versicu.sed dubium est.de testi.cogen.& Joan.Andr.in proem. Decreta.in §.sane.super verbo,vacillabant,Bald.in l.nullum. in princip.C.de testi.Innocent.in dicto cap.preterea.ad quem Abb.se remittit in cap.super his.de pen.& Floria.in l.secunda, ff.de testibus,& tradit Tyndarus in tracta.suo de testi. variantibus,in tertia parte.capi.vij.Secundo Abb. concludit quod vacillatio debet scribi presente ipso teste ne contradicere possit:quia ex tali vacillatione puniri potest:& sequitur Bald.in l. nullum.in princip.C.de testibus.Et eadem ratione tertio Abba.post Hostien.hic dicit quod debet scribi vacillatio,quando testis deponit. Et quod testis puniatur propter vacillationẽ, saltem pena extraordinaria,no.per glossam in dicta l.nullum. in l.qui falso.per illum textum.ff.de testibus.& per glossam iiij. [redacted]

nem scribere ad mandatum iudicis,dato quod ipse nõ videat,& debet scribere quod iudex ita dicit:non quod ita sit.no. Baldus in dicta l.nullum.& adde Angel.in §.& hoc super. in versiculo,eodem modo.in authent.vt sponsa.larg.vbi inquit quod notarius non potest vacillationem scribere,nisi de consensu iudicis:alias non probaret: quia officium eius est in scribendo. Et de his etiam not.Specul.in dicto titul.de teste.§.nunc tractandum. ¶Expeditis his, que dicta sunt de vacillatione testium,Abb.duas questiones prosequitur.Prima est,an instrumentum productum,& registratum in actis,probet absque eo, quod originale producatur.Secunda,an post litis contestationem teneatur iudex docere de iurisdictione, vel procurator de

51 mandato. †Circa primam Abb.post Innocen.& alios concludit quod sic,dummodo instrumentum sit registratum de mandato iudicis,& parte presente.Et idem tenet Bartolus in l.chirographis.in princip.ff.de administratione tutorum.& in l. fina.per illum textum.C.de fid.instrumentorum.cum similibus, vt tradunt Moder.hic.in vj.questione.extra glo.& prius Alexand.in authent.si quis in aliquo.C.de edendo.in versicu.septimo fallit.& in consilio vj.ponderatis his.libro quarto.Et adde quod ampliatur ista cõclusio,vt etiam procedat in priuata scriptura registrata in actis:vt notat Baldus in l. ne in arbitris. in tertio notab.C.de arbitris.& idem Bald.in authent.auferatur.versicu.venio ad verbum.de lit.contesta.Anton.de Butr. in capit.secundo,versicu.octauus casus.j.de fide instrumentorum.Et pro ista cõclusione facit,quia etiam exemplum instrumenti collectum predicto modo, videlicet authoritate iudicis,& parte presente probat,absque eo, quod originale producatur:vt est textus in cap.fina.de fide instrumentorum.& per glo. & docto.in authent.si quis in aliquo documento. C.de edendo. Et ad hoc etiam bene facit, quia exemplo sumpto authoritate Pape creditur:vt not.Hostien.in capi.peruenit. de fideiusso. vbi Anton.de Butr.& Imo.sequuntur.Et predicta conclusio procedit, quãdo totus tenor instrumẽti registratus fuit,alias secus,vt Abb.hic concludit post Innocen.in cap. cum in iure. de offic.deleg.& not.Barto.in dicta l.chirographis.in princip. Alexand.in dicta authent.si quis.& in consi.vj.preallegato. Secundo limitatur,quia licet probet non tamen habet vim instrumenti cõfecti manu propria notarij rogati:vt not.voluit Bartolus in l.probatorias.in fin.C.de diuer.offi.libro xij.& sequitur Alexand.in dicta authent.si quis. C.de edendo. & facit textus in l.iubemus.& quod ibi Bartolus C.de eroga.mili.anno.libro duodecimo.in l.prima, §.ne autem. C.de caducis tollendis.in cap.periculose.de peniten.dist.in.prima,& in clemen.prima.cum gloss.ibi:in verbo,personaliter.de vita & honestate clericorum. cum similibus. Et hoc procedit in materia preiudiciali: alias secus,vt not.Cardina.dicit in clement.j.versicu.nos itaque. in xxj.not.per illum textum,ibi:per nostras manus.de iureiurando.& de his habetur in cap.fina.de officio delega.Tertio predicta conclusio non haberet locum, nisi actus esset celebratus in scriptis:quia tunc non sufficeret ista probatio exempli, nisi originale esset perditum.Ita not.voluit Bald.in rubri. C.de fide instrumentorum.versicul.secundo quero.de quo dicto dubitauit Alexand.in dicta authent.si quis.C. de edendo.sed Romanus illud sequitur in consilio clxxiij.amplissime doctor. Quar

k to exemplum exempli[k] etiam sumpti authoritate iudicis non probaret: vt est textus in l.sancimus. secundum vnum intellectum, quem ponit ibi Richardus Malum.& Cynus quos Baldus ibi refert,& sequitur C.de diuer.rescrip.& notat Corneus Perusinus in consilio vigesimoquarto. incipiente, licet in themate. libro quarto. in alijs dicendum est vt alias dixi in

52 dicta authentica, si quis in aliquo documento. ¶†In secunda questione quantum ad propositum Abb. concludit hic in fine,quod exceptio falsi procuratoris semper opponi potest: vt in l.licet.C.de procuratoribus.& in capitulo,in nostra.eodem titu.Et pari ratione mandatum semper produci potest:vt Romanus concludit in consilio centesimoseptuagesimo. sciebam. Et ista conclusio primo limitatur, nisi esset conclusum in causa:quia tunc etiam exceptio falsi procuratoris, non potest opponi ad impediendum sententiam: vt voluit nota.Baldus in l.quamuis. per illum textum, secundum vnam lecturam. C. de adulterijs.& hoc sequitur Alexand.in dicta l.licet.in tertio no

l tab. Modern.[l] ibi in princip.hoc reprobant: quia talis exceptio opponi potest post litem contestatam:quia litis contestatio redditur nulla,secundum glossam in dicta l.licet. ergo pariter videtur quod conclusio in causa sit nulla. Secundo quia a pari procedunt quod sit conclusum in causa,vel quod sententia lata sit:vt per Bartolum in l.si mater.§.eandem.in fin.ff.de except.rei indic.Sed post sententiam ista exceptio opponi potest, dicto c.in nostra. ergo etiam posteaquam sit conclusum in

causa.Sed tamē dictum Bal.defendi potest:quia posteaquam est conclusum in causa,nihil probari potest.c.cum dilectus.de fide instru.& ideo licet exceptio excommunicationis in quali- bet parte litis opponi possit.c.pe.de excep.cle.j.eod.tit.non ta- men potest opponi postquam sit conclusum in causa:vt no. te- net Card.in cle.j.ver.sexto quero.de excep.Non obstat quod li tis contestatio redditur nulla,& ideo pariter conclusio in cau- sa:quia istud verum est probata falsitate:prout tex. dicit in d.c. in nostra.Sed talis probatio debet fieri cōgruo tempore:quia post conclusionem in causa non admittitur. d.c. cum dilectus. Non obstat, quod potest opponi post sententiam:quia non se- quitur:ergo post conclusionem in causa:quia lata sententia no ua fit instātia.Unde licet exceptio falsitatis opponi possit post sententiam.c.licet causam.de proba. non tamen potest opponi postquam sit conclusum in causa:vt no.concludit Card.in d.c. licet causam.in versic.post hec.in vj.q.& tradunt Mod. in cap. cum dilectus.de fide instru.Secundo limitatur predicta cōclu sio,quando nunquam fuit oppositum:secus si oppositum fuit, & pronūtiatum fuerit,procuratorem vel mādatum legitimum esse: quia tunc vlterius opponi non potest: vt Abb.concludit hic, post Inno.& no.Bar.in d.l.licet.& in l.Pomponius.§.ra- ti.ff.de procur.& sequitur Alex.consi.lix.viso processu.in ver.se cundo respondeo.lib.ij.& in consi.cij.viso processu.lib.v.& in cō silio lxi.viso eo.lib.v.Et ista limitatio procedit, nisi opponens vellet probare negatiuam.vt Abb.hic post Innoc.dicit.& not. Ang.post glo.ibi in l.Pomponius.§.rati.ff.de procur.cum si. vt tradit Alexan.in d.l.licet.Et ad hoc Abb.hic allegat glo.in cle.sepe.in verbo,partibus.de verborum sign. vbi tacitus con- sensus,qui preiudicauit in actis preteritis iudicij:non videtur preiudicare in futuris actis.Sed illa glos.non bene allegatur: quia illa attenta iste,qui opponit,nō debet grauari onere pro- bandi pro futuro processu, cuius contrarium omnes doct. hic dicunt.Unde illa glos.videtur procedere in actis separatis:se- cus videtur in persona iudicis,vel procuratoris,que semel taci te approbata fuit. In alijs vero,que tanguntur per Abb. hic,
53 dicendum est vt habetur in dicta.l.licet.C.de procur.† Postre mo in ista decretali Abbas post Inno.& alios concludit quod acta etiam testibus probari possunt.Facit text. in l. quoniam. cum glos.in verbo,testimonia iudicialia.C.de heret.in ca.Albe ricus.de testi.cum simi.vt tradunt Mod.hic.Ad idem est tex. in cap.in nostra.§.nos vero.s.de procur.& gloss.in l.si pretor.§. Marcellus.in verbo,approbatum.de iudic.& tradit Paul.de Castr.in cōsi.ij.pro euidentia.Et ratio manifesta videtur,quia scriptura ista actorum,requiritur ad faciliorem probationem, vt colligitur hic.Facit tex.in l.contrahitur.ff.de pign.Et ideo ista acta etiā probari possunt testibus: quia regulariter actus ita probari potest testibus:sicut per scripturam. l.pactū, quod bona fide.C.de pac.Secus ergo videtur in actis,que de sui na- tura pro validitate scripturam requirunt,vt est libellus,& sen- tentia:quia talia acta testibus probari non possunt:vt no.Bal dus in l.si.ver.quero nunquid acta.C.de rebus credi.& in l.liti- gatoribus.in fi.C.de app.& in l.emancipationem.in princ. C.de fide instru.in l.ne in arbitris.C.de arb.versi. sed contra hoc ap- po.Et hoc vltimum dictum verum est,nisi talis scriptura,que erat necessaria,facta fuisset, & postmodum perdita:quia proba to casu,tenor scripture poterit testibus probari:vt no. Barto. qui ita intelligitur in d.l.ne in arbitris. vbi Bal. dictum Bar. ita declarat.& d.l.emancipationem.cum simi.supra allega.& idē Ang.in dicta l.si pretor.§.Marcellus.circa fi.ff.de iud.Alber. in dicta l.fin.C.de re ind. Et tali casu quando testes deponunt de tenore scripture perdite debent esse periti:vt not.Barto.in authent.si quis.C.de edendo.vbi inquit quod ad hoc vt testes, qui deponunt se vidisse instrumentū,probent, requiritur amis sio originalis instrumēti,& quod illi testes sint valde periti, pu ta notarij,vel aduocati,qui defectum instrumenti cognoscant. Allegat bonum text.in c.cum olim.de priuileg.Ubi Anton.de But.in princ.& Abb.in glos.fin.& not.etiam Barto.in l.ij.§.di- uus.de iure fisc.Abb.in cap.Albericus.de testi.cum similibus, vt dixi in consi.lxxxij.limitando ibi, & declarādo dictum Bar. in trac.de teste.ver.testis dicit aliqua vera esse.Et ad supra di- cta notandum est quod Alexand.scribit in consilio lxxiiij.viso testamento.libro primo, vbi inquit quod quando sumus in lo- co insigni, vbi potest haberi copia notariorum, tunc acta non possunt probari testibus. Quod dictum non procedit sine du- bio: quia videtur contra istum textum, & ea, que supra di- cta sunt.

¶ Additiones.

1 ¶ Attestetur.Adde Dec.in consilio cccccxxxiiij.vbi plura in hac materia allegat ad hoc.

2 ¶ Succurritur.Adde Dec.in cap.ex parte.el ij.in xiij.limita. supra de officio deleg.

3 ¶ Opprimatur.Hec omnia repetit idem Dec.in l.ij.C.de edē. & vide aliqua circa intellectum.d.c.qui scandalizauerit.in cap. j.in ij.lectu.s.de constitut.

4 ¶ De plano.Uide Dec.in c.dilecti.in ij.no.de iud.

5 ¶ Relationi iudicis.Adde Curt.Sen.in repe.l. admonendi. ver.sextus casus.vbi late.ff.de iureiurando.& ibi Ias.versi.& ha betis vnum casum.& vide Alexand.in l.sciendum.ff.de ver.obl. Soc.in reg.v.in no.in ij.limi.& quod stetur tali casu dicto iudi- cantis,vide Soci.consi.xcvj.lib.j.

6 ¶ Relinquitur.Adde Dec.in c.sedes.de rescri.

7 ¶ Notarius.Amplia etiam si sit clericus:quia scripture pre- sbyteri non adhibetur fides etiam fauore pie cause.vide late Dec.in consi.cxx.per totum.

8 ¶ Cogitur.Uide Deci.in l.inuitus nemo.ff.de reg.iur.

9 ¶ Originali.Uide Socin.in consi.cclxxvij.viso.versicu. tertio necessario.in fi.vbi singu.declarat Felin.hoc in cap.cum P.de fide instrumentorum.Ias.institu.de action.in rubr.numero 16. Dec.in cap.cum venerabilis.in xj.notab.j.de excep.Cor.in cō silio xxviij. lib.j.

10 ¶ Conuincatur.Hec omnia repetit idem Dec.in cap.cum pa rati.j.de appel.

11 ¶ Requiritur.Idem Dec.in capit.consuluit.supra de officio delegati.

12 ¶ Pro tribunali.Idem in c.j.in ij.lec.s.de iudi.

13 ¶ In scriptis.Dec.in c.prudentiam.§.sexta.s.de off.deleg.re- mittit se ad dicta hic per eum.

14 ¶ Uel culpa.Hanc omnem materiam tractat Ias.inst.de act. §.sed iste.vbi vide que ego late addidi.

15 ¶ Sententia.Uide Dec.qui plura ex his repetit in rub.de ap pellatio.de quo ego addidi ad l.Herennius.in gloss.ff.de eui- ctionibus.

16 ¶ Appellandi.Limita vt per eundem Dec.j.eod.c.vbi decla rat pluribus modis.

17 ¶ Nulla.Uide Decium in capit.at si clerici.§.de adulterijs.su pra de iudic.

18 ¶ Rem iudicatam.Adde Deci.in c.nouit.de iudi.

19 ¶ Iudicij.Uide Dec.& que ego ibi addidi s.de consti. in cap. ecclesia sancte Marie.

20 ¶ Retractari.Uide eundem s.de iudic.in c.nouit.

21 ¶ Interuenisse.Uide Dec.in consi.ccccIxxxiij.

22 ¶ Precessisse.Idem Dec.in consi.xlij.& in authē.si quis in ali- quo.C.de edendo.

23 ¶ Presumendum.Uide que habes lib.tuorum consili.x.con- silio xxij.

24 ¶ Decreto.De his vide que ponit latius hic Fel.

25 ¶ Efficeretur.Idem Dec.in consil.xlij.in ij.dubio.in prin.

26 ¶ Facto proprio.Idem in dicto consi.xlij.in ij.dub. vbi limi- tatur in executione cōmissionis, & alijs pluribus modis quos videas ibi.

27 ¶ Generalis subscriptio. Et quod idem operetur generalis subscriptio,quantum specialis,Ang.Imo.Pau.de Ca. Are. & Ias.in d.§.Chrysogonus.Pau.de Ca.in consil.ccxvj.confir- mando que superius scripta sunt.circa fi.lib.j.Alex.in l.que do tis.ver.& subdit ibi.ff.so.mat.vbi hoc dicit no. Contrarium ta- men voluit Alex.sibi contrarius in consil.xiij. visis & conside- ratis.versi.v.probatur.lib.vj.

28 ¶ Florentie.Uide Dec.in consil.cxv.& vide que ego scripsi su- per dicto statuto Florentino super illis verbis, debitor,& scri- ptura priuata.vbi declaraui & limitaui pluribus modis.

Sil.Aldob.

a ¶ Innocentie.Alex.consi.cxiij.nume.8.lib.v.vbi dixi.Hippo. Marcil.sing.lix.Ang.consil.clxxvij.non tamen verum est,ad- mitti testes inhabiles.

b ¶ Absenti.[redacted]

c ¶ A iure.s.ad Dec.c.ne innitaris.lec.j.in prin.de const. [redacted]

d ¶ Moder.[redacted]

e ¶ Originali.Dixi ad Alexā.consi.cv.lib.ij.consi.clxxv.nu.4.li. vij.adde Cepo.caus.ciuil.consil.xxij.Lanfranc.de Oriano in repe.huius c.ver.instrumen.productione.nu.28.

f ¶ Differt.Pau.l.iudices.C.de indic.Philip.Franc.cap.iiij. de confess.in vj.Alexand.consi.clxxj.lib.vj.Deci.infra eodem. numero 28.

g ¶ [redacted]

b ¶ Effectus. Bart. l. non codicillum. C. de codic. Bald. Paul. l. cum te. c. j. de proba. Jas. l. si prius. de ope. no. nun. Alda. zasi. l. ij. §. item si in facto. nu. 17. de verb. oblig.

i ¶ Probetur. Et bene, sed non valet, nisi vt contractus. l. ij. C. commu. vtriusque iud.

k ¶ Fauorem. Ald. 3a. d. l. furioso. Jas. l. nec quicquam. §. vbi decretum. de off. procon. & leg. l. eius. §. fi. in princ. si cer. pet. Socin. trac. de citat. artic. xxxj. nu. 1.

l ¶ Nuntio. Vide Maria. Soc. trac. de cita. art. xvj. Alexã. cõsi. lxxv. nu. 18. lib. v. vt dixi late And. Tiraq. trac. retrac. §. viij. glo. ix. nu. 16. cum seq.

m ¶ Alex. Ubi dixi, in annot. fallit in modicis, vide etiam aliter Roma. consi. ccccxxvij. Alex. consil. ccxix. lib. vj.

n ¶ Feriata. [redacted].

o ¶ Prius. Philip. Dec. l. qui in alterius. numero 8. de regulis iuris.

p ¶ Presumitur. Idem Fel. hic, & 3. de iudic. cap. nouit. in fi. vbi etiam Dec. in fi. Hippo. de Marsi. in rub. de probat. & in l. patre. nu. 13. de quest. Sed non placet.

q ¶ Mod. [redacted]

r ¶ Opinio. Abb. & bene. vnde etiam si permittatur iudici vltra procedere non obstante exceptione, & appellatione, tanquam a iudice incompetenti: vt in conseruatore nundinarum Lugdunensium, per edictum latum mense Februarij 1535. publicatum in hoc senatu, in principio Augusti 1536. Tamen nõ est ei permissum procedere non obstante appellatione, tanquam a iudice recusato & suspecto. Quod limito, nisi recusatio sit notorie friuola.

s ¶ Productio. Omnis productio fit in manus notarij actoris, quem graffarium vocant. Et sic eo ipso corpore fieri debet penes iudicem & ita vbique obseruatur.

t ¶ Supplere falsum. Nec etiam vnquam potest precludi ab allegationibus iuris. Bal. l. iubemus. C. de iudic. l. vnica. C. de his que pen. nomi.

v ¶ Postremo. [redacted]

x ¶ Peccat. Dec. 3. de const. cap. j. lec. j. & l. quod a quoquam. nu. 4. de reg. iur. vbi dixi.

y ¶ Contrarium. Idem no. Dec. sequitur hic, & in rub. j. de appel. Fel. hic, Alcia. de presum. Reg. iij. presump. ix. dixi ad Alexand. consi. xxv. lib. v.

z ¶ Pessimus. [redacted]

a ¶ Paul. Quod est consi. lxxxij. lib. ij. in nouis. dixi ad Alexan. consil. lxxv. lib. v.

b ¶ Mentis. Decius supra de constitut. cap. translato. lectur. j. numero 4.

c ¶ Modern. [redacted]

d ¶ Relatio. Decius consilio xlvij. consilio cccxij. consil. cccvij. l. vnica. vj. de erro. calcu. Caro. Ruin. consilio clxv. numero 3. libro tertio.

e ¶ Laudo. Jas. consilio xij. consilio lxxxviij. in fin. libro primo. Felin. hic.

f ¶ Decreto. Corn. consi. lxxj. consi. cix. Imo. consil. cxcviij. cum seq. Alex. consi. cxxv. nu. v. lib. j. vbi dixi.

g ¶ Enunciatẽ. Decium hic, sub nomine Modernorum, refert & sequitur Caro. Ruinus consilio lxiij. videtur prima. num. 17. libro primo.

h ¶ Commissione. Dec. l. ij. numero 5. C. de edendo. Alexã. consi. ccxij. numero 6. vbi dixi lib. ij. Caro. Ruin. consi. xv. numero 8. libro quarto.

i [redacted]

k [redacted]

l [redacted]

[redacted]

1 ¶ Probatio negatiua non admittitur, si constat de crimine per testes legitimos.
2 Testis an teneatur reddere causam dicti sui.
3 Statutum laicorum si alias sit iustum, habet locum, etiam inter clericos.
4 Lex, que est contra bonos mores appellatur pestis.
5 Probatio per iuramentum est subsidiaria: ideo extantibus alijs probationibus non admittitur.



D nostram. Decretalis ista summatur secundũ Abb. hoc modo. Si probari potest, reum deliquisse eius probatio quod non deliquerit, nõ est admittenda. Sed istud summarium est nimis generale: quia reus potest probare negatiuam, non obstante legitima probatione contra eum facta. c. ex tenore. de testi. & per gl. in ca. clerici. lxxxj. dist. Unde melius summari sic potest. Si legitime probari potest, reum deliquisse, nõ valet consuetudo quod ad liberandum eum aliqualis purgatio
1 admittatur. ¶ † Primo per istum tex. hic dicit Bal. in l. fin. C. de proba. quod si constat de crimine per testes legitimos, negatiua probatio non admittitur. Et istud dictum est verũ in terminis, in quibus loquitur ista decretalis, quam Bal. adducit. Sed absolute dictum Bal. non est verum, prout verba sonant: quia reus reprobare potest negationem, non obstante legitima probatione contra eum facta: vt no. in c. ex tenore. j. de testi.
2 & per glos. in d. c. clerici. lxxxj. dist. ¶ † Secundo per istum text. infert Pet. de Peru. hic, vt referunt Mod. non valere cõsuetudinem quod testis nõ teneatur causam dicti sui reddere: pro quo Moder. allegant dictum Bal. in l. si non speciali. circa fi. C. de testa. vbi inquit non valere statutum quod credatur testibus malam rationem allegantibus. Sed aduertẽdum est, quia aliud est quod non credat, quando mala ratio allegatur, prout Bal. loquitur: aliud est, quando nulla ratio reddatur, prout loquitur Pe. de Peru. Nam primo casu valde absurdum videtur quod credatur testi malam rationem reddenti: ideo nõ valet statutum, vt Bal. dicit, & bene. in dicta l. si non speciali. & idẽ Bal. in l. solam. in fi. C. de testi. vbi dicit quod licet iudex plenũ habeat arbitrium, non potest credere testi alleganti malam rationem. Et no. Alex. in consi. iij. lib. ij. & dixi in c. j. de appel. Secus videtur in secundo casu, quando nulla ratio allegat. prout loquitur Pet. de Perus. quia dictum testis non ita inficitur: & ideo videtur valere statutum contra Petr. de Peru. & Mod. hic. Et ad hoc facit, quia valet dictũ testis, licet nulla ratio allegetur: vt per gl. & Bar. in l. sola. C. de testi. Inn. & doc. in c. cũ causam. j. de testi. & tamen si mala ratio allegetur, eius dictum destruitur. Idem est in iudice, qui nullam rationem tenetur exprimere in sententia. c. sicut. de re iudi. & tamen si exprimatur, & inepta sit sententia vitiatur: vt not. Innoc. in cap. in presentia. de renun. Et ratio manifesta videtur: quia quando nulla ratio exprimitur, presumptio est pro istis testibus, quod iusta causa & ratione moueantur: sed quando mala causa exprimitur, illa presumptio tollitur: quia in claris non est opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum obligatio. Et ita in simili casu alias consului interpretando statutum Florẽtinum, vt habetur in consil. xxxvj. Dictum tamen Petr. de Peru. saluari potest in casibus, in quibus testes, etiam non interrogati, rationem tenentur adducere: de quibus habetur in dicto c. cum cau
3 sam. ¶ † Nota primo ibi: legi regni innitentes. quod statutum laicorum, si alias iustum fuisset, etiam inter clericos locum habuisset. Et ita a contrario sensu videtur probari, secundũ Anton. de But. Quod, vt Abb. hic dicit, est contra tex. in cap. ecclesia sancte Marie. de constit. & bene: quia non solum iusta causa, sed etiam potestas statuendi requiritur, vt ibi dictum fuit. Et ideo secundum Inno. hic text. intelligi potest, quod esset statutum commune, vel communis consuetudo clericorum & laicorum, vt in simili habetur in c. iij. de eo, qui mit. in poss. in c. cum te. de re iud. cum simi. Et hoc satis consonat: quia solum hic dubitatur de irrationabilitate: ergo videtur presupponendum quod respectu potestatis valeret statutum: quia quãdo de vno defectu queritur, presupponitur ꝙ alio respectu habilitas concurrat. l. qui in testamentis. C. de testa. c. j. de eta. & quali. Ipse vero d. Abb. aliter intelligebat tex. hic, videlicet quod ideo clerici tali statuto vterentur, quia statutum erat fauorabile: quo casu etiam clerici vtũtur fauorabilibus statutis laicorum: vt not. in c. quod clericis. de fo. compe. Sed hoc reprobat Aret. dicens ꝙ ratio Abb. procederet, si solum clericus ipse contra laicos

tali statuto, vel consuetudini, vbi posset: sed cum etiam habe-
ret locum in clerico accusante,tunc esset in preiudicium eius:⁊ ita absolute nō videtur verum quod talis consuetudo esset fauorabilis.Saluando tamen quod Abb.dicit,respōderi potest ꝙ ratio principalis statuti,vel consuetudinis,fuit fauorabilis. vt reus liberetur:⁊ ab ista ratione principali talis dispositio simpliciter fauorabilis iudicatur,arg.l.si quis nec causam.ff.si certum pet.sicut in proposito doc.tradunt in d.cap.ecclesia sancte Marie.de constit.vbi Abb. post alios dicit ꝙ iura ciuilia, que loquuntur de contractibus habent locum in clericis:quia reputantur fauorabilia ab intentione principali,non obstante ꝙ quandoq; etiam ipsis clericis videantur preiudicium inferre.Et idem Pe.de Ancha.in c.j.ver.circa tamen illam doctrinam.de cōst.Preterea,licet clerici tali statuto vterentur in fauorem ipsorum,nō tamen videtur quod in alio casu tale statutum deberet contra eos seruari,per ea,que dicta sunt in c.ecclesia sancte Marie.de cōsti.Postremo Are.dicebat ꝙ ideo hoc statutum etiam habebat locum inter clericos,quia respiciebat facultatem probandi:quo casu ligantur clerici litigātes in foro seculari.Quasi velit ꝙ tale statutum respiciat ordinē procedendi,⁊ Mod.hic sequuntur.Sed non videtur verum:quia in hoc tale statutum,ꝙ respiciebat liberationem, videtur decisoria
a respicere:⁊ quia statutum,in quo agitur de probatione facienda,respicit decisoria:quia actore non probante,reus absoluitur.l.qui accusare.C.de eden.⁊ not.Bar.in l.ictus fustium.ff. de his,qui not.infa. Et ideo tale statutum non haberet locum in clericis litigantibus in foro seculari,vt ipse Are.tradit in d. c.quod clericis.⁊ dixi in d.c.ecclesia sancte Marie.de const.Et etiam hic causa videtur ꝙ agitaretur in foro ecclesiastico,quia clerici erant rei.cap.cum sit generale.j.de fo.compe.⁊ no.Abb. hic in primo not.Unde quantum ad tex.hic finaliter placet ꝙ dicit Jo.de Imo.comprobando,vt s.dixi:⁊ dictum Abb.sal-
4 uari potest,vt dictum fuit.¶†Secundo nota ꝙ lex contra bonos mores pestis appellatur,vt Abb.hic dicit. Et considerandum est quod consuetudo ista,pestis dicitur:quia sicut per contagionem pestis alios inficit, sic talis consuetudo, que prestat occasionem delinquendi,alios videtur inficere: quia facilitas venie,incentiuum tribuit delinquendi.c.est iniusta.xxiij. q. iiij. in fi.⁊ xxxv.q.ix.in c.loci.in c.vt clericorum.in prin.de vita ⁊ honest.cler.in l.j.in prin.ff.nau.caup.stab.in l.conuenire.ff.de pac. Et ideo non valet statutum, per quod pena futuri delicti remittatur:vt no.Sal.post Mar.fili.in l.castitatis.C.de adulte. Et propter hoc statutum,quod penam remittit,non habet locum in casibus futuris,vt not.Bar.in l.cum lex.ff.de legi. cum
5 simil.vt dixi in c.j.de constit.¶†Tertio nota,quod purgatio per iuramentum subsidiaria est, ⁊ existentibus probationibus legitimis non admittitur.ca.accedens.de accu.cum si.vt Abb. hic tradit.Et idem est tex.in c.nos inter.ibi:accusatore, ⁊ testibus deficientibus.⁊ ibi Abb.de purg.cano.⁊ in c.ij.vbi Abb.in cap.moniales.⁊ in cap.cum dilectus.in fi.in cap.ex tuarum.eodem tit.⁊ quod ibi Abb.⁊ no.Host.in summa,de purg.cano.in §.quando.⁊ de modo procedendi no.Abb.in cap.inter solicitudines.in glo.j.de purg.cano.Et quod dicitur in dictis iuribus ampliatur hic,adeo quod statutum,vel consuetudo in contrarium non valet.Et in hoc iste tex.est no.⁊ singularis. ¶In gl. ij.in fi.ibi:bone fame.sentit glo.quod si purgatores fuissent bone fame,ista consuetudo valuisset.Sed Abb.post alios hic,dicit hoc non esse verum:quia est contra tex. hic,in ver.mandamus.vbi,secundū eum,generaliter dicitur quod quandiu probari potest affirmatiua,non debet quis admitti ad probādum negatiuam,scilicet per modū purgationis.Nam ista ratio militat,dato quod purgatores essent bone fame.Et ad hoc facit ꝙ talis purgatio solum in subsidium admittitur.ca.nos inter.de purg.cano.cum si.alleg.s.in vlt.not.Ergo dato quod purgatores sint bone fame,non debent admitti,si affirmatiua legitime probari potest.Et ita opi.Abb.confirmari videtur,quam doc. posteriores sequuntur. Sed tamen considerando vlterius dictum glo.defendi potest referendo dictum eius ad consuetudinem,de qua tex.hic loquitur:quia tex.hic dum reprobat cōsuetudinem localem, loquitur duobus concurrentibus, videlicet quando affirmatiua legitime probari poterat, ⁊ quādo purgatio quoquo modo admittebatur sic per viles ⁊ criminosos: vt gl.dicit per illa verba pregnātia,quoquo modo.Facit tex.in c. si perfodiens.de homic.ibi:quoquo modo.⁊ in cap. si canonici. in princ.de off.ord.in vj.in c.vt inquisitionis.§.prohibemus.de here.in vj.⁊ in clemen.cum ex eo.de sentent.excommu.⁊ in l.j.ff. de testamen.mili.⁊ in l.ij.ff.de pac.dot.⁊ in l.his solis.⁊ ibi glos. in verbo,quoquo modo.ff.de cond.indeb.Si ergo purgatores essent bone fame text.iste non loquitur: quia tali casu non erat consuetudo:⁊ isto respectu glo.bene dicit. Nec obstat tex.hic,in ver.mandamus.quem Abb.contra glo.inducit:quia aduertendum est ad tex.qui non loquitur simpliciter,vt Abb. dicit sed refert se ad precedētia,vt colligitur ibi:si huiusmodi probatione negatiue.⁊ sic loquitur de probatione negatiua supra dicta, que fieri poterat quoquo modo.Et ita fundamentum Abbat. tollitur.Non obstant iura,que volunt quod purgatio non admittatur,si delictū legitime probari potest:quia hoc est verum de iure communi, sed non negant illa iura quin valeat statutū in contrarium. Et in hoc etiam non recte loquitur Abb. dum dicit quod illud verbum quoquo modo, ponitur ad maiorem detestationem: quia imo ponitur cum ministerio: quia ita se habebat consuetudo, quod posset fieri purgatio, etiam legitime,quando delictum probari potest: quia prestaretur occasio delinquendi,per ea,que dicta sunt s.in ij.no.sed non probatur dictum Abb.per istum tex.hic,per supra dicta.¶In glo.ij. ratio, que in fine assignatur,non procedit:quia illa attenta,nunquam purgatio canonica haberet locum. Et circa istam gloss. Abb. primo dicit quod solum videtur probare quod talis consuetudo est contraria iuri positiuo,⁊ non omni iuri, prout tex. dicit:ideo, secundum eum, melius declaratur. Primo ꝙ esset contraria iuri diuino, quo cauetur quod in ore duorū vel triū. c.in omni.de testi.Sed posset responderi quod illa authoritas iuris diuini videtur habere locum, quādo fuit facta probatio: sed in casu nostro agitur quod purgatio ante factam probationem admittatur: quo casu facilius impeditur fieri probatio, quam,si fac[redacted]ff.de his,qui sunt sui,vel alien.iur. Preterea in pluribus casibus derogatur iuri diuino in tali casu:vnde propter hoc non bene infertur ꝙ non valeret consuetudo.Secūdo Abb.dicit hic quod erat contraria iuri naturali: quia iste,qui se purgabat,erat testis in facto proprio. Sed nec ista ratio satisfacit:quia illa attenta, purga[redacted] se,videtur in proprio facto testificari. Et ideo [redacted] declarari potest,dicendo quod ista consuetudo [redacted] iuri contraria:ꝙ prestabat occasionē delinquendi:quod videtur omni iure prohibitum,per ea,que dixi in secundo nota. Uel hoc dictum fuit ad maiorem exaggerationem. ¶Extra gl.vltimo notandum est quod isti clerici,⁊ presbyteri purgabāt se adinuicem:vt sentit glo.j.hic:vnde vnus purgatus,naturali obligatione ad antidora,tenebatur reddere vices purgatoribus suis, vt dicit Uicen.hic,quem refert Joan.And.Anton.de Butr.Card.Imo. ⁊ Moder.⁊ Domi.post Arcbid.ij.quest.v.in capi. Mennam. Et ad hoc bene facit,quia isti purgatores voluntarij sunt,⁊ inuiti compelluntur:vt not.Abb.in cap. cum dilectus. ⁊ in cap. inter.de purga.cano. Dicunt tamen docto.in locis preallegatis: quod ista naturalis obligatio ad antidora, non est potens ad compensationem debiti,sicut est illa naturalis que ex pacto [redacted] compensat.⁊ not.Angel.in authent.de non [redacted] glo.penult.ff.de iustitia ⁊ iure.De quo tamen dicendum [redacted] per Bartolum ibi, ⁊ in l.si nō sortem.§.libertus.ff.de conditio. indeb.⁊ in l.si testamento.§.j.ff.de fideiusso. Sic etiam ista obligatio ad antidora non est in consideratione,vt quis propter illam dicatur esse locupletior.l.sed lege.§.consulit.de petitio. hereditatis. Similiter interesse huius obligationis ad antido[redacted] facta valeat:vt not.Angel.per illum textum in l.quod dictum.ff.de pactis. Operatur tamē ista obligatio ad antidora notabilem effectum, quia conferens beneficium illi cui erat obligatus ad antidora , vt ab illa obligatione liberetur,simoniam committit:vt no.Innocē.in c.tuam. de eta.⁊ qual.quia,secundum eum,paria sunt remittere, vel dare.viij.quest.iij.cap.talia.cap.venien[redacted]quin etiam.ff. de calumn.l.si quis obligatione.ff.de regu.iur.[redacted] Et hoc sequitur Anton.de But.in dicto cap.tuam.⁊ Mod.⁊ idem Angel.in l. sed ⁊ si lege.§.consuluit.ff.de petit.hered.vbi inquit quod in tali simonia communiter inuoluti sunt cardinales. In cōtrariū tamen videtur glo.in cap.cum essent.de simo.⁊ Joan. de Ana. ibi,in fi.hoc videtur tenere. Et pro concordia distīguī potest quod aut hoc exprimitur quod talis collatio facta sit ex causa remunerationis:vt tollatur illa obligatio ad antidora, ⁊ simonia committitur:⁊ tali casu dictum Innoc.procedit. Aut collatio facta fuit simpliciter: ⁊ tunc quia talis obligatio non haberet necessitatem,⁊ in illa non verificatur diffinitio obligationis,vt not.Bal.in dicta l.sed ⁊ si lege.§.consuluit. isto casu non videtur quod simonia committatur: cum licita sit remunera[redacted] ecclesiasticis.xij.quest.ij[redacted] ment. Et quia [redacted] pactum [redacted] residen.in vj. cap.ex

cap.ex parte.el primo,de offic.deleg. Non obstat ratio Innoc. quia locum habet, quãdo remittitur illud,ad quod tenebatur quis efficaciter:vt patet in iuribus supra allegatis. Secus videtur in isto casu, in quo obligatio ista ad antidora non astringit,vt dictum est. Alias etiam complures effectus ista obligatio ad antidora producit:vt not.Ang.in dicto §.consuluit.Andreas Sicu.in dicto cap.cum in officiis.& late congerũt Moder.in dicta l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iure.& in l.si non sortem.§. libertus.ff.de condit.indeb.quibus omnibus adde quod notat Angel.& Salic.in l.& si ad te.C.de falsis.vbi post Pe.& Cy.concludunt quod donator, dato quod de euictione non teneatur,
b tamen non potest in rebus donatis pro donatario testificari[b]: quia videtur habere obligationem ad antidora, qua donatarius sibi obligatur.

¶Additiones.

a ¶Decisoria.s.eod.cap.ij.
b ¶Testificari.Paul.l.si sub vna.§.j.de verb.oblig.Auffr.trac. de repr.testi.ver.donator. [redacted]

1 ¶Libri antiqui faciunt fidem de finibus diecesis vel parochie.
2 Fines possunt probari per testes etiam deponentes de auditu.
3 Libri antiqui an probent in graue preiudicium tertij.
4 Et videtur concludere quod non fallit.5.6.7.8.9.
10 Probationes imperfecte, licet sint diuerse,si tamen tendũt ad vnum finem,probant.
11 Quid si tendant ad diuersa.
12 Lex,cogi.C.de petitione hereditatis.an habeat locum in spiritualibus.

1 Cum causam. ¶† Primo nota quod libris antiquis
1 creditur in probãdis finibus [1] diecesis,vel parochie. Et ita Abb.hic primo dicit. Et ratio est secundum eum,quia agitur de modico preiudicio. Hinc est quod etiam probantur per verba enuntiatiua:vt est glo.in cap.cum olim.in verbo,instrumentis.& ibi Abb.de censi.Ad idem glos.in c.si papa.in verbo, probata.de priuileg. in vj.& ideo in probandi finibus semiplena probatio sufficit:vt not.Card.dicit in cle.j.in iij.opposit.de probat.Sed tamen aduertendum est,quia hoc notabile Abb. hic non videtur bene probari hic, per textum qui copulatiue loquitur.ibi: nec non & testes,& famam,&c.Unde videtur velle quod ex his omnibus iudex habeat motum animi sui informare,& non precise dicitur quod per libros antiquos hoc probetur:& hoc ipse Abb.sentit in vlt.not.dum inquit,quod hic plures diuerse species probationis coniunguntur.Ergo datur intelligi quod per libros antiquos simpliciter hoc non probetur. Et quod hic dicitur,procedit in qualibet causa:quia iudex nõ ad vnam speciem probationis animum applicare debet.ca.in presentia. de renun.l.iij.§.j.ff.de testi. Et non videtur verum simpliciter, quod in finibus agatur de leui preiudicio : quia agitur de dominio.l.iij.C.fi.regun.l.arbor.in princ.ff.commu.diui.Facit quod no.Bar.in l.damni infecti quidam.§.cum parietem.ff.de damno infec.de quo inferius videbimus.Similiter non est verum, quod fines diecesis probentur per verba enuntiatiua:nam hoc solum habet locum in finibus antiquis,prout glo.in dicto c.cũ olim.intelligit:vt no.Pe.de Anch.in cle.j.de probat.quem refert,& sequitur Are.in consi.xlij.viso consilio. alias est secus:vt per glo.in l.prediis.§.Titio.de leg.iij.& ibi Bar.& in l.cum aliquis.C.de iur. delib.cum si.vt tradit ibi Alex.& de hoc inferius
2 dicam. ¶†Secundo nota,quod fines probantur testibus:& secundum Abb.intelligitur de testibus deponentibus de auditu:vt patet per illa verba,per libros antiquos,& famã:& quia ea, que sunt de antiquo,quorum memoria non habetur in cõtrarium, probantur per testes de auditu:vt per Inn.& doct.in c.veniẽs. de verb.sig.cum si.vt latius Abb.hic deducit.Sed considerandum est quod illud,quod Abb.dicit bene procederet.si tex.hic de finibus antiquis loqueretur:prout Abb.presupponit.Sed cũ simpliciter tex.loquatur de finibus,prout loquitur,simpliciter intelligitur, & non est dicendum quod per testes de auditu probentur,vel per solam famam.Et quia text.hic,vt supra dixi,copulatiue loquitur,per famam,& testes:ergo non videtur loqui de finibus antiquis,in quibus sola fama sufficeret.Et licet tex.dicat de libris antiquis,illud est propter maiorem fidem, que libris antiquis tribuitur:sed de testibus loquitur simpliciter : & ideo intelligi debet de testibus de veritate, qui soli sufficerent. Sed si integri non essent,suppleri potest per famã. Et isto modo textus intelligitur.Et simili modo loquendi vtitur textus in c.j.de app.in c.in nostra.de renun.Dictũ tamen Abb.in isto secundo nota.in se verum est in finibus antiquis,prout ipse loquitur : quia probatio finium antiquorum fit etiam per verba enuntiatiua instrumentorum:vt no.Bal.in l.cum aliquis.C.de iure delib.in versi.item quod dicit glo.cum si. vt tradit ibi Alexan.& idem Alex.in consi.xij.viso processu.lib.iiij.& Are.in cõsi. xlij.supra alleg.& Corneus Perusi.in consi.clxxi.videtur.lib.j.& dixi in consi.xlij.Et non mirum:quia in antiquis leuiores probationes admittuntur:vt per Inn.in d.c.veniens.de ver.sign. cum si.vt dixi in c.j.de app.versi.septimus casus. Et de finibus antiquis no.Bal.in l.conuenticula.ver.ex his infero. C.de epi. & cle.& tradit Soc.in consi.clxvj.in causa communitatis.& in cõsilio cxciiij.subtiliter.& in consi.cclxvj.in causa,que vertitur.& in
3 consi.lxxxix.in causa agitata.¶†In gl.j.Abb.late insistit, & ex
a dictis eius conclusio principalis est de libris[a] antiquis,& scripturis,quod non probent in preiudicium tertij,vbi agitur de graui preiudicio.Et ad hoc facit secũdum Are. quia etiam instrumento publico creditur in preiudicium alterius, nisi ille consentiat.l.censualis.C.de do.& per glo.in auth.de tabel.§. nos antem.in ver.iniungatur.& no.Specu.in tit.de instru.edi.§. postquam.ver.sed nunquid.Bal.in rub.C.de fi.instr.versi. sed nunquid.Et ideo liber estimi non probat dominium:vt no.Bald. in l.quidam in suo.in fi.ff.de condi.inst.in l.solennibus.C.de rei vendi.in l.si pater.C.de act.emp.& liber gabelle,in quo apparet de solutione gabelle,non probat contractum:vt tradit Alexã.
4 in consi.xxxvj.viso processo.lib.v.†Et predicta conclusio limitatur primo vt vera sit,nisi agatur de leui preiudicio:quia tũc libri antiqui probant.Et ita erat hic in ista questione finiũ: quia habeat iste episcopatus, vel ille,videt̃ esse parui preiudicij: ar. c.cũ apostolica.de his,que fi.a prela. Et ita Abb.hic post alios dicit:& sequuntur Mod.confirmando ex eo quod in simili no. Host.in c.possessione.de reb.eccl.non alien.& Abb. ibi refert de
b episcopo,qui potest rem sue mense alienare in capitulum[b] absque solennitate: quia in effectu non exit de dominio ecclesie: & in simili habetur in l.voluntas. C.de fideicom.& quod ibi Bal. cum si.Sed aduertendum est,quia primo non videtur probari hic,quod libri antiqui probent,vt dixi s.in primo not.Secundo illa ratio, quod agatur de modico preiudicio, quia parũ refert, habeat ista ecclesia,vel alia,non satisfacit:quia hac ratione attẽta nedum in questione finium,de qua agitur,sed etiam in alienatione bonorum ecclesie in aliam ecclesiam res esset modici preiudicij,ex quo parum refert,habeat ista ecclesia,vel illa. Et hoc videtur esse contra tex.in c.j.J.de reb.eccl.non alien.& in c.j. eod.tit.in vj.& c.ij.de donat.Non obst.quod no.in d.c. possessiones.quia doct.ibi loquuntur,quando fit transitus de episcopo in capitulum : quo casu reputatur eadem ecclesia, vt ibi habetur.Facit tex.in c.nouit.J.de his,que fi.a prela.sine consen.cap. Secus videtur quando fieret transitus in aliam ecclesiã,prout in casu nostro,& in iuribus s.alleg.Tertio non videtur verum in se simpliciter,quod questio finium,dicatur esse modici preiudicij:quia annexam habet causam proprietatis.l.iij.C.fi.regun. cum si. vt dixi in notabilibus. Et ideo videmus quod per instrumenta facta inter priuatos,non probantur cõfines : vt per gl. in l.prediis.§.Titio.& ibi Bart.de lega.iij.& in l.cum aliquis.in verb.nullo.C.de iure delib.vbi Bar.& doc.no.Specu.in titu.de empb.§.nunc aliqua.ver.lvij.Inno.in c.cum in iure.circa fi.de off.deleg.Bal.in l.optimam.post glo.ibi in verbo, seruus.C.de contrahẽ.& commit.stip.Bal.in consi.cliiij.thema proponitur. lib.j.Are.in d.consi.xlij.cum si.s.allega. Saluari tamen potest communis opi.quod questio finium tunc demum modici sit preiudicij,quando est contentio de sola iurisdictione,vel inter prelatos,qui solam habent administrationem,& non dominium.ca. ij.de dona.vel quando agitur de finibus antiquis, vt supra dictum est.Et in istis casibus etiam saluari potest dictum Card. in d.cle.j.de prob. quod in finibus probandis semiplena probatio sufficit. Et supra dicta limitatio in se vera est generaliter: quia vbi tractatur de modico preiudicio,leuiores probationes admittuntur,ex eo,quod no.Inn.in rub.de conse.eccl.vel alta. quem Abb.hic refert,cum si.vt dixi in consi.cxxxv.Facit quod supra dictum est post Card.in c.post cessionem.de prob.de literis ordinarij,que indistincte probant in leuibus:& tali casu sola fama probat,vt dixi in c.j.de appel.Et ideo in causa possesso-
c rij,quia reputatur modici preiudicij, semiplene[c] probationes sufficiunt:vt no.Bar.in l.j.C.quo.bo.in l.ij.§.fi.in prin. C.vbi in rem act.& no.Matthesi.in no.iij.& dixi in consi.lvj. Secundo limitatur conclusio superius firmata non habere locum respectu presumptionis: quia libri antiqui saltem faciunt presumptionem,secundum Abbatem hic.Et idem Abbas in consilio lxxiiij.in primo dubio.in fin.lib.j. vbi dicit libros antiquos ecclesie, licet non sint authentici, tamen facere fidem non modi-

cam:& scriptura propter antiquitatem, semiplenam facit probationem: vt not. Specu. in titu. de instrument. edit. §. nunc dicendum. ver. regulariter. in princip. Anton. de Butr. in cap. ij.
6 ver. tertius casus. de fid. instru. †Tertio fallit quando ab antiquo talibus libris data fuit fides, vt in libris legum, medicorum, & poetarum: vt not. Abb. hic, post Bart. in l. j. ff. si cer. pet. & idem Spec. de instru. edit. §. nunc dicendum. ver. sextum supplementum. Bald. in l. exemplo. C. eod. tit. in ver. tertius casus. Anton. de Butr. in d. ca. ij. ver. decimus casus. Sed aduertendum est, quia hoc dupliciter intelligi potest. Primo, quod credatur quod sint libri illius authoris: & hoc clarum videtur. Secundo, quod intantum credatur, quod tales libri authorũ pro lege allegari possint, prout voluit Barto. in d. l. j. ff. si cert. pet. & Abb. sentit hic, dum allegat l. septimo mense. ff. de testa. bo. & l. si pater. de sol. Sed hoc non videtur verum, nisi quatenus de illa authoritate lex facta sit: vt declarat Paul. de Castr. Jaco.
7 But. in d. l. j. ff. si cert. petatur. & Abb. in c. j. de presum. † Quarto fallit, quando libri, & scripture reseruate sunt in loco, vbi solum authentice scripture reponuntur. c. ad audientiam. de prescript. & not. in glos. hic de archiuo publico, per text. in authen. ad hec. C. de fid. instr. & tradit Anton. de Butr. in d. c. ij. de fi. instru. ver. nonus casus. Et hoc intelligitur, quando custos ibi de publico sit deputatus, & quando solum scripture authentice ibi reseruantur, prout doct. loquuntur. & Joan. Andr. in tit. de instru. edit. §. nunc videndum. versic. quartum supplementum. Et late insistit Aretin. hic, & idem not. Bald. in rubr. C. de fid. instru. versi. quintum supplementum. & in l. exemplo. C. eod. tit. & Flor. in l. sensus. ff. eod. titul. Et ad hoc bene facit quod tradit Roma. de libro registri, in consil. clxv. incipiente, liber regi
z stri. Et de libro censuali [z] not. Petr. de Ancbar. in consil. xliij. primo de iuribus, quē sequitur Joan. de Ana. in consi. lxxxiiij. videndum est. & Rom. in consil. cxxvij. posito quod dominium. & domi. Abb. in consil. lxvij. in causa, que vertitur. li. ij. Et quod dictum est de scripturis repertis in archiuo publico, declaratur, vt scribit Corneus Perusi. in consil. cxlij. videtur. libr. iij. Et ista limitatio ampliatur, vt etiam habeat locum in scripturis factis ab officialibus de publico deputatis, quia faciunt fidem: vt not. Salic. in dicta l. exemplo. in princip. Et ad hoc est dictum not. Bar. in l. quedam. §. nummularios. in fi. ff. de eden. vbi inquit quod creditur libris eorum, qui authoritate publi
d ca preponuntur ad recipiendum gabellas[d]. Et dicit Ang. ibi, quod ita communiter obseruatur, licet tales scripture nō sint authentice, vt Ange. ibi dicit, & sequitur Pau. de Castr. in dicta authen. ad hec. Facit quod no. Signo. in consi. xxij. in questione vertente. in quarto dubio. videtur tamen hoc potius de consuetudine, quam de iure, vt not. Salicet. in dicta l. exemplo.
8 Quinto †fallit inter illos, inter quos facta fuit scriptura, secũdum Barto. Bal. & docto. in dicta l. cum aliquis. C. de iure deliberan. per l. optimam. C. de contrahen. & committen stipu. Sed aduertendum est, quia text. in dicta l. optimam. sane intelligitur quantum ad illum, de quo agitur inter partes: alias secus, vt dicit no. Ant. de But. in c. illud. de presump. in iiij. not. Moder. hic. in nota. lxxx. not. quod quotiescunq;. Bal. in l. ad probationem. C. loc. versic. quero quid si instrumentum. & sequitur Alex. in consi. cxxxvi. viso. lib. j. & in consi. ccj. super causa, & lite. libro ij. Et ideo si in instrumento exprimantur cōfinia, vel quod locus sit de tali dieceſi, statur verbis instrumenti inter ipsas partes, solum ad istum effectum quod ille cōtractus habeat locũ. Vnde si dicatur in instrumento quod Titius de papia promisit, Seio decem, poterit dictus Titius Papie pro tali obligatione conueniri: quia probatur, illum esse Papiensem, quantum ad illam promissionem: vt in terminis Bal. dicit in l. fina. circa fi. ver. pone in instrumento. C. si a non compet. iud. Non tamen absolute quo ad alia probaretur quod esset Papiensis. Et in proposito ad alium effectum non probarentur confinia, vt docto. dicunt in locis preallegatis.
9 †Sexto fallit ratione consuetudinis, vt probatur in c. cum dilectus. de fide instru. cum simi.
10 vt dixi in c. ij. in prin. q. s. eod. ¶ † In glos. fi. ex his, que Abb. dicit, due conclusiones colliguntur. Prima est q̄ quando plures probationes imperfecte, etiam diuerse speciei, tēdunt ad vnũ, plene probant: quia cōiungũtur, vt patet in duobus testibus, referendo se ad eundem actum, & in vno teste cum fama: vt per Abb. hic. Facit tex. hic, & in l. Arriani. C. de her. in l. qui sententiam. C. de pe. cum si. vt tradunt Mod. hic. Et vlterius ad hoc est gloss. in l. ij. in princ. in verbo, legitimis. ff. de excu. tutorum. & not. Bal. in l. spadonem. §. qui iura multa. ff. de excu. tutorũ. vbi rationem adducit: quia est fauor publicus, ne facultas probandi restringatur: & idem tradit Pau. de Cast. in consi. lxxxiij. q̄ prefacta sententia. circa finem. in consi. ccc. index. Roma. in consilio vij. visis necessarijs. Jmo. in consilio xcij. visis. & in consilio cxxviij. in questione. Alexan. in consi. liij. in causa vertente. lib. j. And. Sicu. in consi. vj. in consil. xxix. in princ. & xxx. in princip. & xliij. in j. lib. & idem And. Sic. in consilio ij. in consilio vij. in princip. & xxv. in ij. libr. & Socin. in consil. cxxxvij. in controuersia. Et ista conclusio maxime procedit in his, que de facili probari non possunt: quia tunc imperfecte probationes facilius coniunguntur: vt not. distinguit Anton. de But. in c. veniens. el primo, in fi. de testi. quem refert, & sequitur Alexand. in consi. xxiiij. animaduersis. libr. ij. Predicta tamen cōclusio limitatur procedere, nisi probationes imperfecte non essent etiam perfecte in sua specie: vt q̄ esset vnus testis de veritate, & alter solus de fama, quo casu fama non est plene probata: vnde tali casu imperfecte probationes non coniunguntur: vt no. voluit Bal. in l. si quis ex argentarijs. §. j. in iiij. nota. ff. de edendo. Moder. hic sequuntur, & idem Alexand. in consi. xix. ex his. lib. j. & in cōsilio xj. sentio in dubium reuocari. libro quarto. Secundo limitatur non habere locum in causa criminali: vt idem Bal. no. di [redacted]. si quis. §. j. & sequitur Alexand. in consi. cxliij. quoniam abunde. libr. ij. vbi ex hoc infert idem esse in causa matrimoniali. & idem tenet Bartho. Vero. in consil. xxxij. quidam rustici. Et hoc tamen, quod dictum est de causa criminali, limitatur, & declaratur, vt Alexan. tradit in consil. xxiiij. animaduer
11 sis. libr. ij. s. alleg. †Secunda conclusio Abb. est, quod imperfecte probationes que tendunt ad diuersa, non cōiunguntur. Et idem Abb. scribit in consi. xvj. ad claram. in fin. lib. j. & not. Bal. in l. spadonem. §. qui iura multa. in ver. tu dic. ff. de excusa. tuto. quem refert, & sequitur Pet. de Ancha. in consi. cclxxvij. visa diligenter narratione. cum simi. vt tradit Alexā. in consi. cxxviij. ponderatis. lib. ij. & in consil. xxj. in causa medici. lib. iiij. & idem Alexand. in consi. clxxix. in causa Anglorum. lib. ij. & bene facit quod no. in l. cum antiquitas. versic. secundo quero. C. de testa. & in l. obseruare. versic. sed pone. dicit statutum. C. quorum appel. cum simi. vt tradit Roma. in consilio xcj. visis. & Alexan. in consilio clxxvj. viso themate. libro secundo. Ex ista conclusione infertur secundum Abbat. hic quod vnus testis de veritate mutui, & alter de confessione, non probant. Jdem tamen Abb. con
e trarium[e] tenet. in cap. fin. de succes. ab intest. Sed dictum Abb. hic verius videtur in cōfessione mutui, prout loquitur. Secus esset in alio contractu, puta in confessione depositi, prout Are. concludit hic. Et Bal. hoc modo distinguit in consi. clxxxviij. presupposito statuto. in fi. lib. iij. Et quod tenet Abb. hic in confessione mutui, idem Bal. dicit in l. si ex cautione. in xij. questio. C. de non numer. pecun. in l. ij. §. ij. versicu. quid autem. ff. si certum petatur. & in cap. fin. versicu. quomodo dicamus. de consuet. Salice. in l. testium. in fin. C. de test. Alexand. in consilio cxliij. libro ij. s. allegat. in princip. Corneus Perusi. in consilio lviij. in hac consultatione. lib. iij. & Bartho. Veronen. in consil. xxxj. supra alleg. Facit quod notat Barto. in l. secunda. ff. si certum petatur. Non sic in alio contractu, vt dictum est: quia in alio con
f tractu confessio, verā[f] probat numerationem: vt notat Bald. in l. si non sortem. §. indebitum. ff. de cond. indeb. Pau. de Cast. in consilio cccxciiij. queritur. Alexan. in consil. xxv. viso instrumento. libro secundo. ¶ Extra gloss. opponitur secundum Abb. post alios, quod possessor debet in sua possessione tueri. l. cogi. de petitione hered. & ij. questio. v. in princip. Abb. post Jnnocen. dicit hoc non habere locum in spiritualibus: quia possidens beneficia potest per superiorem molestari: vt per glossam in regula, beneficium. in gloss. finali, de regulis iuris in sexto. & quia beneficia non possunt haberi sine canonica institutione, cap. primo, de regulis iuris in sexto. & latius per eum hic. & posteriores sequuntur. Sed aduertendum est, quia ista responsio non est generalis: quia non haberet locum in eo, qui diu fuisset in possessione beneficij, pro quo presumitur: vt notat Baldus in l. siue possidetis. col. ij. C. de probationibus. Hostien. Anton. de Butr. & Abb. in capi. illud. de presumptionibus. Dominic. in dicto cap. ordinarij. §. primo. cum similibus, vt dixi in consilio cxviij. viso instrumento. Preterea etiam in possessione antiqua possessor tueri debet, quando non est specialis presumptio contra eum, vt ipse dominus Abbas tradit in capit. in literis. de restitutione spoliatorum. & ibi respondet ad dictum cap. primum. de regulis iuris in sexto, vt non procedat respectu possessionis, sed respectu institutionis, de qua loquitur. Secundo respondet ponderando verbum, licite, positum in dicto capit. primo, vt latius ipse prosequitur in dicto cap. in literis. Vnde ad contrarium formatum per Abbatem hic, aliter, & melius responderi potest, quod licet possessor tuendus sit in sua possessione, non tamen excluditur quin alius probare possit de defectu proprietatis possessoris. Et ita videtur hic: quia probationes, de quibus hic, requiruntur respectu proprietatis. Et ad hoc facit quod not. Abb. in cap. contingit. de dolo & contu. versi. ex

versi.ex dicto gl.& in c.dilecto.de preb.cum si. vt tradunt Moder.in c.sicut.de re iud.Notandum tamē est ex cōclusione Abb. differentiam esse inter spiritualia,& temporalia. Facit tex.in c. inter corporalia.de translat.episc.vbi alia differentia ponitur: & aliam Abb.ponit in c.si.in si.§.de spon.duo. Et spiritualia digniora sunt temporalibus.c.illud.c.solite.de maio.& obed.

Additiones.

1 Finibus. Et que probationes requirantur in probandis finibus,vide Dec.in consi.xlij.in consi.cix.& in consi.cxlvi.

2 Censuali.Uide Dec.in consi.cxlvi.vbi dicit quod nō solum probat rem emphyteuticam,sed etiam probat rem esse ecclesie. Sil.Aldob.

a Libris.Dixi late in consue.Parisi.§.v.nu.17.

b Capitulum.Fel.hic,in prin.Old.q.clxxij.q.clxxxij.Philip. Franci.c.j.de reb.eccl.non alien.in vj.Panor.c.possessiones.in prin.§.de reb.eccl.non alie.Jas.l.iij.C.de iure emph.Dec.consil. ij.sed melius sentit Dec.hic,Fabia.de mon.S.Saui.tracta.de emp.& vendi.Jas.c.j.de feud.

c Semiplene.Idem Dec.consi.cclij.consi.dclxiij.& male,vt dixi ad Alexā.consi.cxxxix.in fi.lib.vj.nisi in Carboniano,Dec.l. ij.nu.2.C.ad Carbo.vbi dixi.

d Gabellas.Soc.consi.ccviij.lib.ij.Bertach.de gabel.

e Contrarium.Decius §.eod.cap.licet.nume.7.Cepo.cau.ciui.consi.iij.nu.10.Jas.lect.l.admonendi.de iureiuran.Alexan. consi.lxxvj.nume.4.lib.vj.vbi dixi Decisi.Neapo.xij.Uide Fely.cap.si cautio.de fide instrumentorum.nec est aliud in mutuo post biennium.

f Uerum.Idem in mutuo post tempora non numerate pecunie,vt dixi ad Alexā.consi.xc.lib.iij.& ad Decium in l.ij.nu.14. [redacted] si certum petatur.

1 Testes qui deponere debent de peritia artis debent esse honesti.
2 Uirginitas probatur per signa.
3 Et dicitur virginitas habere prerogatiuam quam pauci habent.
4 Mulier desponsata an debeat restitui viro, si non sit ab eo cognita.
5 Uirgo sola potest eligi in abbatissam.
6 Ingressus monasterium, si credebat ingressum tenere:vitiato postea ingressu: an bona reuocentur.7.



Ausam matrimonij. Primo nota ibi:& §.puellam.quod quando agitur contra monachos vel monacham, & reuocatur in dubium de ingressu eius,libellus in eorum personam dirigitur. Ita Abb. hic dicit,& idem Abb.in c.venientes.in glo.pen. de conuer.coniug.& idem Abb.in c.dudum.in j.not.eod.titul. de conuer.coniug.vbi hoc limitatur procedere,quando agitur respectu persone:secus si ratione bonorum,vt Abb.ibi prosequitur:& notat Bal.in authent.causa,que fit cum monacho.C.de episcop.& cle.

1 †Secūdo nota ibi:honestas matronas.quod testes, qui debent deponere de peritia artis,requiritur quod honesti sint: & sic sola peritia non sufficit,secundum Abb.hic per istum text.& per tex.in l.magistros.C.de profess.& medi.lib.x. Sed aduertendum est,quia iste tex.videtur habere specialem rationem:quia non conuenit quod mulier,que asserit se virginem,inspiciatur per matronas inhonestas.Sed in alijs testibus,qui deponunt de peritia,ista qualitas honestatis,non videtur necessaria,dummodo non sint taliter criminosi, quod repellantur: quia sicut medicina spiritualis a quocunque sumitur,cap.fina. & cap.vestra.xv.quest.vlt.ita videtur de peritia, vt a quocunque haberi possit.Et ad hoc videtur tex.in cap.vt commissi.de heret.in vj. ibi:quoslibet peritos. Nō obstat quod habetur in l. magistros. quia ibi tractatur de dignitate doctoratus,a qua etiā propter malos mores quis repellitur:argumen.l.ij.C.de dign.libro xij.

2 †Tertio nota ibi:signa virginitatis.quod virginitas probatur per signa,& ex signis qualitas persone arguitur. nā stigmata militem,habitus clericum,stola sacerdotem,& cucula monachum ostendit:vt Bal.hic dicit:& idem Bal.in l.directis. C. de test.manu.in l.binos.in iij.notab.C.de aduo.diuer.iud.Sal. in rub.C.de manu.vind.& tradit And.Sicu.in consil.xxxiiij.libro iiij.vbi loquitur de insignijs magistratus,& doctoris. & facit quod not.Bal.in authen.dos data.C.de do.ante nupt.de signo mercatoris,propter quod merces eius indicantur.

3 †Quarto nota ibi:virginitatis priuilegio.quod virginitas dicitur habere priuilegium,& prerogatiuam,quam pauci habent.50.dist. cap.quia in tua.cum similibus,vt prosequitur Abb.hic.Et virginitas replet paradisum,& nuptie mundum: vt dicitur in ca. nuptie.xxxij.quest.j. Et virginitas filiorum etiam prodest parentibus ad salutem.xxxiij.quest.v.cap.tunc saluabitur.Et per istum tex.arguit Bald.quod virgines preferuntur alijs mulieribus in testimonio,in mensa,& itinere [1]. Quod notandum est: quia alibi dicit Barto.in l.in albo.per illum textum.C.de decurion. libro x.quod ille, qui habet filios, prefertur non habenti. Sed potest responderi,quod illud dictum Barto. non intelligitur respectu virginum,de quibus Bal.hic loquitur: sed intelligitur respectu aliorum,vel aliarum mulierum,que matrimonium contraxerunt, & non habent filios: quia habentes filios illis preferuntur:argumen.l.j.ff.soluto matrimon. & quod not.per gloss.xxxij.quest.iiij.in capi.recurrat,in verbo,maledicta.

4 †In glo.j.not.glo.secundum Abb.que sentit quod mulier desponsata debet restitui viro,licet ab eo cognita non fuerit.Et hoc tenet Abb.hic.Contrarium dicunt Joan.Andr. & Anto.de Butr.hic:quia solum per copulam maritus videtur habere possessionem vxoris.Et idem Bald.sequitur hic,qui dicit quod maritus non debet audiri, si petat se restitui ad osculа.Et ita transeunt Moder.hic:& idem tenet Pau.de Cest.in consi.cclxxij.quia per primum.in secundo dubio.in princ.Sed dictum gloss.& opin.Abb.hic verior videtur, quam late tenent idem Abb.& Anton.de But.in cap.ex parte.per illum textum de restit.spol.vbi restitutio denegatur,quia sponsalia non precesserunt:secus ergo videtur precedentibus sponsalibus.& per textum in cap.literas.eodem titu.vbi fit restitutio marito in ceteris,preter copulam:ergo datur intelligi quod possessio vxoris, quam habet maritus, etiam alio respectu consideretur, quam ratione copule:& hoc quando sunt sponsalia de presenti: secus si essent de futuro,prout Abbas concludit in dicto capi. ex parte.post Joan.de Lig.ibi. Et hoc modo opi.concordari possunt. †In glo.fina.ibi:que sola potens est,&c.non tamē excluduntur coniugati,qui etiam saluantur, vt Abbas hic dicit per textum in cap.firmiter.§.fin.de summa trinit. Sed aduertendum est,quia tex.allegatus in glo.in §.sancimus.in authēt. de lenoni.non loquitur de virginitate,sed de castitate:quo casu etiam coniugati comprehenduntur:quia castitas etiam dicitur in matrimonio.xxxj.dist.in capit.Nicena.& in l.mulier. §. cum proponeretur.ff.ad Trebellianum.& quod ibi Bart. cum simi.vt Alexan.ibi prosequitur,& glo.hic:melius Abb.declarauit in proem.rex pacificus.in glo.in verbo, pudicus. Et quod Abb.dicit hic, quod vna virtus haberi non potest sine alijs, vt per glo.in cap.nisi cum pridem.in verbo,flore.de renun. declaratur:& per Abb.hic,& in dicto proe.rex pacificus.in verbo,pudicus.Et idem tradit Domi.in cap.disciplina.xlv.di. Ista tamen declaratio Abb.non plene satisfacit: quia non consonat quod vnus non possit habere virtutem castitatis,& tamen non habebit virtutem liberalitatis. Unde dicendum est vt per sanctum Thomam prima secūde,quest.lxv.articulo primo.& Archiepiscopus Floren.in quarta parte summe,titulo primo, ca. quinto. †In eadem gloss.ibi:virgo sola,que ad legem promotionis reputatur. notandum est quod corrupta etiam inuita non consecratur.dicto cap.de pudicitia.alleg. in gloss. in verbo,finite.Ad idem textus xxxij. quest.quinta. in ca. ille autem. & xv.quest.j.in capit.fina.vbi dicitur,Si in persecutione virgo fuerit oppressa,repellitur lege:quia opus inspicit, & non voluntatem:vt not.per glossam xxxij.quest.v.in summa. facit textus in cap.Acatius.& in cap.fina.xxvj.distinc.

5 Et adde quod† virgo sola eligi potest in abbatissam [2].xx.quest.j.c.iuuenculas.vbi Archi.& per gl.in cle.attendentes.§.statuimus.de statu mona. in verbo, rationabilis. Et solus papa dispensare potest quod corrupta eligatur in abbatissam: vt Cardi.con[redacted] §.statuimus.in vndecima quest.& Calder.in consi.iij.in fine, de offic.vica. †In eadem gloss.ibi:sole virgines habent laureolam. Abbas post Hostiē.& alios dicit quod etiam martyres, & predicatores habent laureolam:vt per eum hic.Sed aduertendum est,quia intentio glos.fuit excludere virginē corruptam, etiam per vim: quia coronari non potest:vt dicitur in capit.si Paulus.xxxij. q.v.Et hoc verū intelligatur respectu promotionis:quia consecrari non potest,vt §.dictum est:quia ecclesie militanti non constat an ipsa, que violata fuit consenserit, vel non: secus est quo ad Deum: quia pro virgine coronabitur, xxxij.questione v.§.primo.vbi dicitur, Si me inuitam feceris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam,& in capit.de pudicitia. ver. finge.ca.causa, & q.ibi dum inquit apud Euangelium: quia que voluntate non peccauit, virgo suscipitur.

6 †Extra glos.dum Abb. prosequitur impertinenter dicta Bart.in authent.ingressi.C.de sacr.san.ecclesi.& primo concludit quod si ingressus monasterium expresse contulit bona monasterio, & credebat ingressum tenere; isto casu,vitiato ingressu,

recuperabit bona ex defectu cause finalis: argu. l. si pater. ꝛ l. nec apud. C. de here. institut. cum si. And. Sicu. hic dicit quod illa iura non bene allegantur in proposito, quia si bona remanent monasterio, hoc saltem proderit anime ipsius ingressi. xiij. quest. ij. in capit. pro obeuntibus. Sed ista ratio parum valet. quia si est defectus in causa finali, non debent bona remanere apud monasterium contra voluntatem ingressi: quia in eleemosyna animus dantis attenditur. xlij. distin. cap. quiescamus. in fin. ꝛ iij. quest. vij. capit. in grauibus. ꝛ in iudicio cordis: consideranda est eleemosyna, vt dicitur de pen. distinct. v. in §. dolendum est. Limitatur tamen ista conclusio, vt per Abbat.
7 hic, ꝛ not. Bald. in l. j. C. de inge. manu. †Secundum Abb. concludit, quod si ingressus monasterium sciebat ingressum non tenere, ꝛ bona expresse monasterio dedicauit, vitiato ingressu, non poterit bona repetere, quia donasse videtur: arg. l. Campanus. ff. de oper. lib. ꝛ in l. cuius per errorem. ff. de regu. iur. Bald. tamen in authent. ingressi. in v. quest. tenet contrarium, quod imo etiam isto casu habeat locum repetitio, ex quo causa finalis falsa reperitur. l. j. §. si parendi. ff. de condic. ob caus. l. auunculo. ff. de condict. sine cau. Aretin. hic respondet iuribus preallegatis, quod ibi causa erat de futuro. Secus videtur in causa de presenti, prout agitur in casu nostro: quia tunc videtur magis habere animum disponendi. ꝛ ideo, secundum eum, si oblatio facta fuisset ex causa de futuro, puta pro alimentis, haberet locum repetitio. Alleg. Anton. de Butr. in capitul. in presentia. supra eodem titul. Ipse tamen Aretin. tenet contra Bart. quod non inducatur absolute donatio: quia, secundum eum, concurrerent duo specialia. Primũ est, quod dominium acquireretur sine traditione. Secundum, quod traditio ex falsa causa donationem induceret, contra l. j. cum ibi no. C. de do. promiss. ꝛ in simili not. Bart. in l. si rem. ff. de acqui. poss. ꝛ istam
8 opin. sequuntur Moder.[a] in dicta authent. ingressi. vbi etiam contra Bartol. allegant text. in capit. si quis incognitus. xvij. quest. ij. cum gloss. vbi ille, qui ingreditur sine licentia vxoris, recuperat bona. Sed ille text. parum facit: quia agitur ibi de preiudicio vxoris: ꝛ quia ibi nõ constat quod sciret ingressum non tenere, prout Bart. loquitur. Et ratio Aretin. etiam euitari potest, quia non videtur verum quod sint duo specialia: quia Bartol. loquitur interueniente traditione: vt colligitur ex l. cuius per errorem. quam allegat ibi: cuius per errorem dati repetitio est, ꝛc. ꝛ quia non est contra ius, quod transferatur dominium absque traditione, quando persona transit. l. si adoptauero. ff. de precariis. de quo dictum fuit in cap. in presentia. supra eodem. Item non videtur verum quod traditio in isto casu facta sit ex falsa causa: quia ex quo sciebat ingressum non tenere, non videtur facta traditio respectu ingressus, sed absolute: quia donare voluit. Et sic in isto casu, nedum non concurrunt duo specialia, imo nullum speciale videtur. Ultimo contra Bartolum quod non inducatur donatio, induci potest textus in l. non solum. ff. de actio. ꝛ oblig. vbi ille, qui scit actum esse impossibilem, non videtur habere animum disponendi. Sed responderi potest, esse speciale in fauorem religionis: sicut est in vltima voluntate, vbi impossibilitas vitiatur, ꝛ non vitiat. l. j. ff. de condi. instit.

Additiones.

1 Itinere. Vide Dec. in l. reprehendenda. in primo notabi. C. de instit. ꝛ subst.

2 Abbatissam. Adde Deci. in cap. at si clerici. §. de adulteriis. s. de iudic. Siluest. Aldob.

a Modern. Scilicet Jas. idem tenet ibi Dec. nu. 24. ꝛ bene [redacted]

1 Partes licet non possint renuntiare his, que sunt de substantia iudicij, tamen statur confessioni earum.



Cum bone. In textu ibi: apud priores iudices. Hoc fuit ex facti contingentia: quia deberent esse apud notarium, secundum Joan. Andr. in capitulo, quoniam contra. s. eo. ꝛ sequitur Abb. hic, qui ex hoc infert quod instrumenta non perdunt authoritatem, licet reperiatur apud alium, penes quẽ esse non debent. Pro quo Aret. allegat text. in l. quedam. §. his autem. ff. de eden. Facit textus in l. qui tabulas. ff. de fur. Et hoc sane intelligitur in scriptura confecta a persona publica, videlicet argentario, vel notario: quia semel scriptura habuit authoritatem ex persona scribentis. Secus videtur in scripturis, que authoritatem recipiunt a loco: quia si sint extra locum, nõ probant: vt habetur in capitulo ad audientiam. de prescript. et
1 in authen. ad hec. C. de fide instrumen. †Item nota istum textum qui ad hoc secundum Joan. Andr. ꝛ docto. reputatur singularis, quod licet partes non possint eorum consensu remittere ea, que sunt de substantia iudicij, vt not. in cap. j. de lit. contestatio. in authen. offeratur. C. de lit. contest. tamen statur confessioni ipsarum. Quod profecto mirum videtur: quia super his, que non sunt in potestate partium, non statur eorum confessioni. c. super eo. de eo, qui cogno. consang. vxo. Abbas respondet, ꝛ dicit hoc non procedere in isto casu: quia agitur de modico preiudicio: quia de facili potuissent partes omnia acta iudicij repetere secundum cautelam, quam ponit Bartol. in l. mutari. ff. de procur. ꝛ ita posteriores sequuntur. Sed aduertendum est quia illa ratio, quod stetur confessioni partiũ, ex eo quod agatur de modico preiudicio, non satisfacit: quia attenta tali ratione deberent partes posse renuntiare cuius tamen contrarium omnes communiter dicunt. Ideo videtur stare argumentum: quia si renuntiare non possunt, ergo non est standum eorum cõfessioni. l. si forte. ꝛ quod ibi Barto. ff. de castren. pecu. ꝛ per glo. ꝛ docto. in l. si donatione. C. de collat. Unde ad hoc, in quo consistit difficultas huius decre. cogitabam posse responderi tribus modis. Primo, quod hoc precedat propter authoritatem summi pontificis, qui ita scribit, ꝛ committit. Secundo dico quod ista confessio attenditur, quia iustificatur ex perditione actorũ de qua hic dicitur. Unde cõstabat quod acta facta fuissent: quo casu probata amissione leuiores probationes sufficiunt l. testiũ. in fine. C. de testi. ꝛ quod ibi Bald. ꝛ doc. Confirmatur hoc: quia hic patet quod coram primis iudicibus testes examinati fuissent, vt colligitur ibi: recipiatis partium probationes: de nouo ergo presupponendũ est quod lis esset contestata: quia lite non contestata, non possunt testes examinari. in titu. supra vt lit. nõ contest. Et hoc sentit Bal. hic. Ad quod facit, quia probato cõsequenti, probatur antecedens l. ij. vbi Bald. C. de dot. promi. et quod not. Bald. in l. j. in v. oppo. C. de fideicommis. Et sic patet ex predictis, quod confessio partium attenditur, quia ex probabilibus coniecturis iustificatur. Nam confessio etiam inter suspectos, qui non possunt disponere, valet concurrentibus coniecturis: vt not. Salic. dicit in l. si mater. C. de contrahen. empt. ꝛ tradit Alexand. in consil. xviij. consideratis. lib. iij. Tertio responderi potest, ꝛ aduertẽdum est, quia hic non dicitur, ꝙ confessioni partium stetur, quia de confessione nullum verbum in textu ponitur: sed solum dicitur quod de litis contestatione non reuocabatur in dubium. Unde videtur ista tacita quedam remissio, que admittitur, licet expressa fieri non possit: vt est casus singularis hic. Et hoc in simili dicitur de iura. calum. l. ij. §. sed quia. C. de iura. calum. ꝛ in capitulo j. de iura. calum. in vj. et facit in simili text. in l. filiusfamilias. §. veterani. ꝛ quod ibi not. ff. de procura. Non obstat dictum Barto. in d. l. mutari. quia ibi constabat quod acta in veritate facta fuissent: vnde facilius ad aliam instantiam vel personam porriguntur. Preterea illud dictum Barto. reprobatur per Anto. de Butr. ꝛ Abb. in capi. penul. de iudi. Ultimo ex isto text. notandum est quod tractatus, hic accipitur pro colloquio absque conclusione. Ita videtur probari hic, ex quo de cõclusione nihil dicitur. Nam multa tractantur, que non fiunt. Unde non sufficit probare tractatum alicuius contractus, absque conclusione: vt not. Bald. in l. multum interest. C. si quis alteri, vel sibi. ꝛ idem Bald. in l. cum allegas. C. de vsuris. ꝛ in capit. fina. de iura. calum. ꝛ not. Alexã. qui plura iura adducit in consi. xxxj. visis. lib. ij. ꝛ in consi. xix. in his. libro iiij. ꝛ in consilio lxxxvj. in causa domine Bartol. eodem libro iiij. Nam tota vis in conclusione consistit l. si voluntatem. vbi Bald. C. de rescin. vendi. Et ex his expedita fit ista decre. ꝛ per consequens iste titulus, in quo quantum laborauerint facile poterit iudicari ab his, qui scripta aliorum antiquorum, ꝛ modernorum perscrutantur.

De testibus. Rubrica.

1 Probatio que fit per instrumenta validior est.
2 Dictum testis appellatur attestatio.



Expedito titulo de probationibus sequitur rubrica de testibus, in qua Abb. post alios primo concludit quod ideo titulus iste preponitur, quia efficacior est, ꝛ dignior illa probatio, que fit p testes, quam si facta sit per instrumenta. Et ad hoc Bal. allegat textum hic in §. si vero aliquid. ibi: nos quidem existimani

existimauimus ea,que viua voce dicũtur,digniora fide, quam scriptura.in authen.de instrumen.fid.⁊ cau.colla.vj.Et quasdã alias rationes Bal.hic adducit, que leues sunt, ⁊ non fundantur in iure.Et istam conclusionem Mod.sequuntur in rubr.j. de fide instru.quia probatio testium naturalis est: probatio vero instrumenti contra naturam,quod credatur charte animalis mortui:vt not.Innoc.in capit.cum P.de fide instru.⁊ quia certior quis efficitur voce,quam literis.xxxv.q.viij.cap. de gradibus.ibi: ore ad os loquamur.Sed tamen aduertendum est, quia licet docto.communiter dicant,hoc efficaciter non probatur iure.Et in primis ego video quod cõtrarium seruauit Jureconsultus,qui magistraliter procedere solet,⁊ tamen premittit titu.de fide instrumen.Et glo.in rub.ff.de fide instrumen.dicit quod probatio, que fit per instrumenta, validior est. Et ad hoc facit, quia in pluribus casibus scriptura requiritur, ⁊ testes non sufficiunt:vt per glo.in cap.j.de censi.lib.vj. in verb. in scriptis.⁊ glo.ibi,in fi.dicit,quod facilius,⁊ securius fit probatio per scripturam.Facit text.in l.contrahitur.ff.de pigno.facit text.in l.testium.C.de testi.ibi:quinque testes requirũtur ad supplendam scripturã. Et ex his datur intelligi quod probatio,que fit per instrumentum,maioris authoritatis sit. Nõ obstant allegata in contrarium,⁊ primo textus in dicto §.si vero. quia ille textus loquitur in scriptura priuata, vt gloss.ibi dicit. Secus videtur in instrumento publico,quod equiparatur testibus.l.in exercendis.C.de fid. instrumen.⁊ etiam probatio instrumenti preualere videtur,per supra dicta. Non obstat quod probatio instrumenti nõ sit naturalis:quia satis est quod a iure approbata sit: ⁊ quia cum illa charta concurrit authoritas notarij approbati de publico.capi.ad audientiam.de rescript. Non obstat quod certior sit propria vox, quam scriptura:quia verũ est quod maior certitudo habetur ex voce propria, ⁊ presentia alicuius,quã ex scriptura eius eo absente:quia talis scriptura priuata est,⁊ potuit falsificari.Sed hoc habet locũ,quando quis de se ipso loquitur,⁊ in priuata scriptura: secus videtur in publica scriptura,⁊ in testibus, qui de facto alieno attestantur,prout in proposito agitur.Et ideo concludendum videtur quod iste textus hic ex arbitrio summi pontificis premittatur. ¶Expedita continuatione secundum Abbatem queritur de duobus. Primo quare in plurali dicitur, De testibus. Et breuiter saluando opi.Joan.Andr.quam Abb. impugnare videtur,concludatis hoc factum fuisse duplici ratione. Prima,quia plures testes requiruntur.cap.veniens. el j.c. vniuersis.j.eodem. l.vbi numerus. ff.de testibus. Secunda, quia sunt plures species testium.Et ista secunda ratione,dicitur de fide instrumentorum,⁊ de procuratoribus,in plurali numero:quia sunt plures species instrumentorum,⁊ procuratorum,vt colligitur in cap.j.⁊ ij.j.de fide instrumen.⁊ l.j.ff.eodem titu. Secundo queritur quare dicit,de testibus, ⁊ attestationibus. Abbas post Joan. Andr. respondet quod hoc factum fuit ex eo quod in pluribus capitulis tractatur de attestationibus,vt patet in nigro. Sed ista ratio non videtur necessaria:quia etiam si dictum fuisset de testibus simpliciter,rub.tamen fuisset communis ad dicta testium,⁊ ad personas:vt patet in rub.ff.⁊ C.eo.titu.Unde dicendum est,hoc factum ex arbitrio summi pontificis:quia ad hoc moueri potuit, ex eo quod dicitur in §. sed qr.
2 instit.quibus mod.testa.infirmen. ¶†Ultimo nota secundum Abb.quod dictum testis appellatur attestatio: facit textus in l.solam.C.de testi.in cap.attestationes.de desponsa.impu.in l.instrumenta.cum glo.C.de proba.⁊ in l.cum antea.in verbo,attestatur.C.de arbitris.

2 ¶Alternatiue pars vna, intelligitur secundum aliam.
3 Testis,qui recipit pecuniam, vt verum non dicat, tenetur pena falsi.
4 Testis accepta pecunia vt verum non dicat,si producatur cõtra illum,qui pecuniam dedit,probat.
5 Corrumpens testem,non per hoc perdit causam.
6 Testis rogari potest vt deponat.
7 Edictum de testibus est prohibitorium.
8 Testis ebrius non probat.
9 Ebrius an excusetur a delicto.



Placuit. ¶Nota primo quod pretio testes induci non debent ad testificandum,concordantia iura sunt in glo. Et hoc procedit, etiam si testis verum dicat. xxiij.quest.v.cap.non sane.adeo quod licet verum dicat,tamen pena falsi punitur: vt notat Bar.in l.j.in prin.ff.de fal. Et eadem pena tenetur,si testis pecuniam accepit vt non testificetur,vt idem Bar.dicit in d.l.j.⁊ Mod.hic simpliciter sequuntur.Et vtrunque dictum probari videtur in d.l.j.§.j.ibi:ob dicendum testimonium,vel nõ dicendum,pecuniam acceperit,pena legis Cornelie afficitur.Circa primum dictum, quando ob dicendum testimonium Bart.in d.l.j.in princ.adducit simile de iudice,qui venalem fert sententiam,licet veram.l.ij.ff.de cõd.ob tur.causam.l.venales.C.quãdo prouo.Et quia testes,⁊ iudices gratis hoc facere debent,dicto cap.non sane.ideo turpiter accipiunt.Et dictum Bart. sequitur Pau.de Cast.in d.l.j.versi.sed ⁊ si dedi.in ver.est argu. iste §.Et ad hoc etiam facit,quia iurant testes dicere testimonium absque commodo.c.quoties.⁊ c.licet ex quadam.j.eodem titu.per gloss.in cap.fraternitatis.in glos.fin.eodem titu. Sed tamen his non obstantibus dictum Bar.non videtur verum: quia testis tunc demum pena falsi tenetur: quando in dicto suo mendacium dixerit,vel occultat veritatem.cap.j.de cri.fal. Si ergo verum dicat,non videtur puniendus pena falsi. Non obstant allegata in contrarium, ⁊ primo textus in d. l.j.§.j.ff. de falsis.quia tex.ibi non aperit quando verum dicit: simpliciter enim loquitur,quando pretium accepit ob dicendum testimonium:vnde intelligitur ob dicendum testimonium, scilicet falsum: quia verisimiliter pro vero testimonio non fuisset corruptus. Confirmatur hoc, quia textus ibi alternatiue loquitur,ob dicendum testimonium,vel non dicendum.Nam quando ob non dicendum pecuniam recipit, occultat veritatem, ⁊ falsum committit,dicto cap.j.de crim.fal.ergo etiam in altera parte alternatiue,quando ob dicendum testimonium, intelli-
2 gitur quod falsum dicat:†quia vna pars alternatiue secũdum aliam intelligitur.l.j.vbi Bart.ff.de rebus dubijs.Non obstat quod turpiter facit,⁊ quod dicitur de sententia venali,per hoc non sequitur quod teneatur pena falsi:quia illa solum habet locum,quando falsum committitur.d.c.j.de cri.fal.l.eum, qui. C. de fal.aliter tamẽ poterit puniri,sed non pena falsi, de qua queritur. Ultimo non obstat quod iurauit non testificari pretio: quia non intelligitur testificari falsum:vt in alio proposito dicit Joan.de Imo.in l.diuus.de re iudic.quem refert,⁊ sequitur Joan.de Ana.in cap.ij.de cri.fal.⁊ dictum fuit in cap.licet causam.s.titu.proximo.Et ista conclusio videtur vera,quãdo apparet,⁊ cõstat quod verum dicit.In dubio autem dictũ Bar. videtur habere locum, quando presumitur quod falsum dixerit:quia, vt dixi,verisimiliter non fuisset corruptus pro veritate dicenda.Et ad hoc videndum est, quod scribit Alb.Malleta in tracta.de testib.in cap.quando testes repelluntur ratione
3 criminis. †Circa secundum dictum,quando testis recipit pecuniam,vt non dicat testimonium, etiam isto casu pena falsi tenetur:vt probatur in d.l.j.Et hoc intelligitur,quando testificatus fuit,⁊ veritatem tacuit.d.c.j.de cri.fal.Secus si nõ dixit testimonium: quia tali casu licet puniri possit,non tamen pena falsi tenetur:vt no.Bal.in l.j.§.bene.versi.quid in eo.C.de epis.⁊ cler.Flor.in l.j.ff.de testi.Idem Bal.in cap.peruenit.el primo, d[illegible]e.licet Bartol.aliter dicat in d.l.j.§.j.ff.de fal. quem doc.reprobant in locis preallegatis. Et hoc etiam tradit Joã.
4 de Ana.in d.c.j.de cri.fal. †Et in isto secundo casu notandum est quod iste,qui accepit pecuniam vt non dicat testimoniũ,tamen si producatur ab eo,in cuius preiudicium corruptus fuit,
a ⁊ testificetur,bene probat.[a] Ita notabiliter Bald.dicit in c.j.in princ.ver.nota mirabile verbum.in tit.si de inuest. inter domi. ⁊ va.lis or.quem simpliciter allegant Aret.⁊ Mod.Et hoc dictum pro singulari Rom.refert in singu.suo cccxxvj.Idem sequitur Joan.de Ana.in cap.primo,de crimi.fal. Et ad hoc est textus not.in capi.fina.in fin.de testi.cogen.vbi Bal.per illum textum, dixit quod testes corrupti pecunia, possunt produci contra corrumpentem,⁊ probãt:quia tali casu,testis examinatus etiam probat in fauorem eius,qui corrumpit:quia natura testimonij est,vt testis verum dicat pro vtraque parte: vt per glos.fina.in cap.fraternitatis.j.eodem titu.⁊ latius hoc dicunt Aretin.⁊ Moder. Et ad hoc videtur textus in dicto cap. fin. de testi.cogen.vbi hoc non precise dicitur quod debeant deponere contra corrumpentem: sed pro veritate ibi testimonium
5 perhibeãt veritati. † Et ad hoc etiam facit,quia ille,qui testes corrumpit,non per hoc perdit causam:vt not.Bar.in l.in fraudem.§.quoties.ff.de iure fis.l.pe.in fi.C.si ex fal.instru.quia probatio fit iudici.l.quinquaginta.C.de proba.Unde iudex etiam potest se fundare in probationibus, quas pars impugnat: vt not.Innocen.in cap.cum olim.vbi Abbas post alios,de censi.
6 Et†licet pretio testis induci non possit,precibus tamen rogari potest: nec per hoc dicitur se ingerere,vt Abbas hic dicit,⁊ per Rot.in pen.decisi.eodem titu.in nouis.Et dicit Bald.in l. fin.C.si ex fal.instrumen.quod instruere testem,qui interfuit,vt veritatem dicat per verba congrua,non est peccatum.Et idem Bald.in capi.licet.in versicu.not.tamen supra titulo proximo.

Et no.Abb.in cap.cum in tua.in princip.de spon.Ubi inquit,
testem non esse suspectum, licet rogatus sit, ꝛ oblatus a parte.
Secus tamen esset,quando testis se ipsum ingereret: quia tũc
tanquam suspectus est repellendus.Uide per Abb.in dicto ca
pit.cum in tua.Et idem Bartol.dicit in l.post legatum.§.his
vero.ff.de his,quibus vt indig.cum similibus,ꝛ Alexand. tra-
dit in consi.lviij.ꝛ viso.versicu.non obstat.libro secundo.¶Se
7 cundo† nota quod edictum de testibus prohibitorium est cer-
tarum personarum,vt Abbas dicit,ꝛ idem glo. in l.quoniam.
C.de here.Et sic regula videtur in contrarium,argument.l.cũ
pretor.ff.de iud.xv.distinc.ca.qualis. Et ideo absolute edictum
de testibus permissorium videtur, inspecta regula: ꝛ prohibi-
torium videtur secundum quid, videlicet certarum persona-
rum.Et ita debet declarari illud,quod dicitur in gloss.hic sim-
pliciter,quod edictum de testibus prohibitorium est. Et idem
glo.in cap.fina.in verbo,in testem.eodem titu.in vj.Et no.Ab-
bas in cap.cum apud.in princip.de spon.¶Tertio nota,quod
actus testificandi explicari debet a ieiunio. Et idem dicitur
in cap.placuit.iiij.quest.iij.ꝛ hoc de honestate ratione iuramen
ti,quod prestatur testibus:quod quidem iuramentum debet su
scipi de honestate a ieiunis.xxij.quest.v.in ca. honestum etiam
8 videtur.ꝛ per glo.de consecr.dist.j.cap.sacramenta. †Bene ve-
rum est quod si testis esset ebrius,nõ valeret eius testimoniũ, ꝛ
simpliciter testamentum eius non valeret: vt Bal.hic dicit,in
fine.Et de testamento idem Bald.tradit in cap.a crapula.j.de
vita ꝛ honest.clericorum.in princi. Sic etiam contractus ebrij
non valet: vt per glo.in cap.vnusquisque.xxij.quest.iiij.in ver.
quod ebrius.ꝛ not.Bal.in l.dolum.C.de dolo.in fine,ꝛ facit tex.
in cap.sane.xv.quest.j.vbi dicit quod ebrij nesciunt quid loquã-
tur:qꝛ ꝛ ignorantes dicuntur.Et predicta locum habent, quan
do quis ex toto esset ebrius: alias secus,vt sentit Bal.hic,dum
dicit considerandam esse qualitatem ebrietatis. Et de his dixi
in consi.cxij.vbi consului Padue quod matrimonium contra
ctum per eum,qui fuerat inuitatus ad cenam, non poterat dis
solui. Et facit quod dicitur de eo, qui sit hebetis ingenij,qui li
cet non habeat integrum intellectum,potest tamen testari: vt
not.Paul.de Cast.in l.si frater.C.qui testamen.facere possunt.
ꝛ not.Ange.Aret.post Joan.Fab.§.preterea.insti.qui. non est
9 per.fac.test.ꝛ habetur in consilio prealleg.†Et an ebrius excu-
setur a delicto,adde Abb.in cap.sicut.j.eodem.not.Bald. in l.
despiciendum.§.delinquunt.ff.de pen.versic.sed quero. Bald.
in l.data opera.C.qui accusare non possunt. ꝛ idem Bald. in l.
prima.in repetitio.C.vnde vi.Salicet.in l.prima.C.de sicarijs.
Et de ebrio blasphemante not.Abbas in cap.statuimus.versi.
sed quero.de maledi.

¶Additiones.

a ¶Probat.Bal.cap.fin.de testib.cogen.Hippo.Marsi.singu.
cxij.ꝛ l.iiij.de sicarijs.ꝛ consi.lxi.nume.30.Thomas grammati.
consi.j.in fin.consi.iij.vide Jas.l.j.numero 21.de ferijs.l.j.de con
dict.ob causam. [redacted].

2 ☞Cause decidi debent secundum leges,quando canones nõ contradicunt.
3 Statutum laicorum in materia spectante ad canones, intelligi debet secundum illos.
4 Judex potest per se citare, ꝛ eius citatio habet vim peremptorij.
5 Impeditus non excusatur, si potest remouere impedimẽtum.
6 Actus gestus contra legem non valet.limita nu.7.8.9.
10 Prohibitio actus simpliciter facta an actum annullet.
11 Actus an sit nullus,quando quis prohibetur facere sub pena.
12 Actus non est nullus ipso iure, quando in eo non interuenit solennitas,que requiritur post actum.
13 Statutum dicens,non valeat,intelligitur cum effectu.
14 Seruus non potest esse testis.fallit nu.16.
15 Seruus potest scribere testamentum.
17 Citari an debeat pars ad videndum iurare testes,19.20.31.
18 Examinatio testium facta parte non citata, non facit indiciũ.
21 Delegatus,cui simpliciter delegatur examinatio testium, citare debet partem.
22 Citatio non requiritur, quando agitur de informatione notarij.
23 Citatio non requiritur quando tractatur de habilitate persone respectu dignitatis.
24 Citatio in examinatione testium non requiritur in causa heresis.
25 Nec vbi timetur de potentia aduersarij.
26 Citatio partis fieri non debet,quando testis examinatur in loco valde remoto.
27 Citatio partis in examinatione testium non requiritur,quando lex contentatur argumentis,ꝛ presumptionibus.
28 Citatio partis non requiritur, quando testis repetitur ad declarandum suum dictum.
29 Testium receptio facta absente parte non valet, si iudex scit impedimentum partis.
30 Scientia iudicis de impedimẽto legitimo,vitiat etiam sententiam interlocutoriam.
32 Testes an sint citandi,ad hoc vt valeat eorum dictum.
33 Testis videtur monitus, quando iudex ei detulit iuramẽtum.
34 Citari an debeat pars in admissione articulorum.
35 Articuli admitti debent,saluo iure impertinentium.
36 Processus an valeat,si citatus fuit dominus,non procurator, qui litem fuerat contestatus.37.
38 Procuratores duo si sint dati in solidum cum clausula, quod non sit melior conditio occupantis,quid operetur.



In nomine Domini.

¶Nota primo quod in actionibus nostris
nomẽ Domini inuocandum est. Ad idẽ tex.
in xxiij.distin.c.in nomine Domini.cum si.vt
per Abb.hic,ꝛ per glo.in proem.inst.in rub.ꝛ
in auth.de hered.ꝛ Falcid.in princ.facit tex.in auth. de armis.
in princ.in l.ij.in princ.C.de offic.pre.Aphri.ꝛ Abb.in cap.ve-
ritatis.de dol.ꝛ contu.cum simi.vt tradunt Moder. in rub.de
no.ope.nunt.Sed vide And.Sicu. cauillantem ista iura in ru
brica de fide instrument.in repe.vbi inquit,quod in dicto ca.in
nomine Domini.xxiij.distin.sunt verba scriptoris, secundum
glo.ibi.dicit etiam quod alia iura preallegata hoc non probãt:
non tamen aperit aliter,quia non probent. Sed forte dici po-
test quod sunt verba enũtiatiua que etiam prolata a legislato-
re dispositionem non inducũt:vt no.per gl.ꝛ doct.in l.vnic. C.
quando non pet.par.Ista tamen responsio non facit ad textũ,
quem allegat Abb.hic, in cap.non liceat.xxvj.q.v. vbi disposi-
tiue dicitur,omnia, quecunque facitis,in nomine domini no-
stri Jesu Christi facite. Sed posset respõderi quod illud sit de
consilio:prout in Euangelio dicitur:Uade,ꝛ vẽde omnia, que
habes,ꝛ da pauperibus. Et quicquid sit, tamen est leuis solen-
nitas,que omissa non vitiabit:vt per Barto.ꝛ docto.in rub.de
noui oper.nunt.Et de signo crucis not.Barto.ꝛ doct.in l.fina.
2 C.de iure deliberan. ¶†Secundo nota quod cause decidende
sunt secundum leges,ex quo canones non contradicunt:secus
si contradicerent:distinguendo vt per glo.in regu.possessor.de
regu.iuris.in vj.not.Barto.in l.priuilegia.C.de sacrosan.eccle.
3 cum simi.vt dixi in cap.clerici.de iudi. †Et ibi dictis addatis
singulariter quod verba statuti laicorum in materia spectante
ad canones, intelliguntur secundum canones, si statutum im-
ponit penam cõtrahentibus in quarto gradu, intelligitur de
quarto gradu secundum canones:quia agitur de matrimonij
materia spectante ad canones:vt notabiliter concludit Joan.
And.in addit.ad Specu.in titu.de success.ab intest.§.j.versic.ꝛ
quia de gradibus.quem refert,ꝛ sequitur Alex.in l.si auie.in fi.
a C.de successo.edit.Et per hoc inferebam[a] superioribus diebus
per tex.in auth.incestas.C.de incest.nup.dum text.ibi imponit
penam contrahentibus incestas nuptias, intelligitur de ince-
stis secundum canones.Confirmando opin.Abb.qui in termi
nis hoc tenet in c.ꝛ si necesse.circa fin.j.de dona.inter vir.ꝛ vxo.
post Card.quem ibi refert.Et idem voluit Sign.in consi. xxv.
factum sic proponitur.Aliter tamen in hoc tenet Pe.de An-
char.in consi.ccclxxx.videtur prima facie.ꝛ Calde.in consi. vlt.
4 in titu.de consang.ꝛ affin. ¶†Tertio nota:quod iudex potest
per se citare:ꝛ citatio iudicis habet vim peremptorij,ꝛ citatum
constituit in vera contumacia, adeo quod appellare non po-
test:vt not.Ang.ibi per glos.in l.ij.C.quomodo ꝛ quando iud.
5 de quo dixi in cap.personas.circa fi.de app. ¶†Quarto nota
ibi: ineuitabili necessitate. quod non quelibet necessitas excu-
sat:nam impeditus non excusatur,si potest remouere impedi-
mentum:cap.fin.vbi tex.s.de elect.l.quibus diebus.vbi Bal.ff.
de condi.ꝛ demonst.ꝛ not.Bal.in l.ait pretor.§.j.ff.ex quib.cau.
maio.vbi dicit quod non dicitur impeditus,qui potest de faci-
li remouere impedimentum:de quo in capi.cum sit Romana.
6 de appel.adde tex.in c.fi.de elec. ¶†Ultimo nota quod actus
gestus contra legem non valet.Ad idem est tex.in regu.que cõ
tra ius.de reg.iu.in vj.l.non dubium.C.de legi.cum simi.vt per
glo.ꝛ Mod.hic,ꝛ per Alex.in l.pretor.in prin. ff.de no.ope.nũ.
Et ex isto notabili infertur, quod nõ sit differentia an lex pro-
hibeat simpliciter,vel vltra prohibitionem procedat annullã-
do:quia vtroque casu actus est nullus:vt not.Bald. in d.l.non
dubium.in iiij.no.Alex.in l.j.ff.de libe.ꝛ posth.ꝛ per glo.in cle.j.
in ver.inhibentes.de iure patro.Moder.tamen in d.l.non du-
bium.

bium.dicunt differentiam esse:quia quādo lex simpliciter pro/
hibet, consensus partium aliquid operatur. Sed quando lex
expresse procedit vltra,annullando actum in contrarium,par/
tes renuntiare non possunt:vt per glo.in cap.statutum.in ver/
sicu.committatur.de rescrip.in vj.& est tex.nota.in c.dilecto. de
prebend.Et dicunt ratione comprobari,quia quando lex vltra
procedit annullando,videtur data forma:vt no. Bal.in d.l.j.&
forme non potest renuntiari:vt no.Bar.in l.de his.ff.de transa
ctio.Sed ista differentia non videtur vera: quia etiam quādo
lex simpliciter prohibet,non potest renuntiari:vt not. per glo.
in l.j.C.ne fideiuss.vel man.dot.& ibi Barto.& idem Bart.in di/
cta l.de his.Et casu quo posset renūtiari,quia vt ageretur sim/
pliciter de fauore partiū ita posset renuntiari, dato quod clau
sula annullatiua apponatur:vt probatur insti.de exhere.lib.in
princ.vbi requiritur quod filius instituatur, vel exheredetur:&
si hoc non fiat, annullatur testamentum. Et sic pro forma re/
quiritur,& tamen renuntiari potest.l.filio preterito.& ibi Bart.
ff.de iniusto rupt.& irri.testa.vbi inquit quod forme renuntiari
potest,quando respicit fauorem priuatum. Et hoc idem notat
Abb.per illum tex.in cap.fin.§.his autem.de offic.delega.in ij.
notab.Non obstat tex.in dicto cap.dilecti.de prebend.quia re/
spondetur, declarando vt dixi in cap.cum accessissent. de con/
7 stitut.†Et predicta conclusio limitatur,quando prohibitio le
gis habet causam perpetuam. Secus si temporalis sit:quia a/
ctus factus contra prohibitionem temporalem,valet: vt nota.
per glo.in cap.tua nos.de spon.duo.in glo.fin.& in cap.vides.x.
distinc.& in cap.ij.per illum textum, vbi est fundamentum hu/
ius limitationis,de ma.contract.contra inter.eccle.& per gloss.
in clemen.j.in ver.inhibentes.de iure patrona.Abb.hic,& Ale/
xand.in l.j.de liber.& posthum. Sed considerandum est, & dixi
potest esse speciale matrimonio, prout videtur sentire textus
in dicto capi.ij.in quo fundamentum consistit ibi, dum inquit:
licet enim contra interdictum ecclesie ad secunda vota trāsire
non debuerit,non tamen est conueniens, vt ob id solum sacra/
mentum coniugij dissoluatur.Et ad hoc facit,quia sunt plura
alia specialia in matrimonio:vt tradunt Mod.in cap.j.vt lite
non contest. Alias certe videtur eadem ratio quod actus non va/
leat contra legem prohibentem,licet temporalis sit:quia verū
8 est quod sit factum contra legem. †Secundo limitatur, quādo
lex prohibet. Secus ergo est, quando lex non permittit, vt no/
tabiliter dicit Salicet.in l.fina.in primo notab. per illum text.
iuncta l.precedent.C.de sentent.ex breuicu.recit. Et hoc sequi/
tur Alexand.in consi.xxiiij.inspecto processu.libro iiij. Sed vi
de eundem Alexand. qui hoc reprobat in dicta l.j. de liberis &
9 posthumis. †Tertio limitatur in prohibitione iuris ciuilis:se
cus est in prohibitione iuris pretorij:quia eius prohibitio non
reddit actum nullum. Ita dicit Paul.de Castr.in dicta l.non
dubium.per gloss.in l.iij.§.sed vtrum.ff.de mino.in verbo, non
puto.in fin.per ea,que notat Barto.in l. Julianus verum.ff.de
10 cond.indeb.†Sed tamen aduertendum est,quia pretor,& quili
bet alius,qui habet potestatem prohibendi actum, prohibēdo
simpliciter, videtur quod actus sit nullus, quia ratio regule
militat, quia est factus contra regulam. Secus vero si pretor
vellet tollere actum validum de iure ciuili:quia tunc non po/
test,nisi per restitutionem in integrum,prout loquitur gloss.in
dicto §.sed vtrum.& Bartol.in dicta l. Julianus. Et supra di/
cta habent locum,quando prohibitio est facta simpliciter a le/
ge absque pena.Secus si facta sit cum pena:quia illa pena spe/
cialis attenditur,& tollit generalem penam,que cōsistit in nul/
litate actus:argumen.l.sanctio legum.ff.de pen.dixi in capi.in
causis.de offic.delega.not.Bald.post Jacob.de Ra.in dicta l.
non dubium. Sed secundum Abb.hic, faciunt iura, que vltra
penam dicunt de nullitate actus. Et idem tenet Cardi. in cle/
men.prima.in iij.opposi.de rescrip.cum similibus,vt per Mo
dern.hic.Sed aduertendum est,quia Bartol.in dicta l.pretor.
ff.de no.oper.nunt.quem etiam Abbas hic refert, tenet cōtra/
rium,dum inquit,quod ex quo annullatio actus tendit in pre/
iudicium eius,cui pena imponitur:actus etiam est nullus. Al
legat l.j.ff.de his,que pen.nomi.& doctrina Barto.approbatur
communiter,vt dicunt Alexand.& Pau.de Cast.in d.l.pretor.
Adde Jacob.in l.transigere.versicu.contra communem. C. de
11 transact.†Pro solutione considero[b] duos casus.Primus est,
b quando lex,vel statutum immediate prohibendo imponit pe/
nam: puta si quis prohibeatur contrahere in aliquo casu sub
tali pena: nam tunc non videtur facta prohibitio simpliciter,
sed secundum quid,videlicet respectu pene.Et hoc modo pro/
cedit quod no.Bald.in dicta l.non dubium.& Abbas hic:quia
prohibitio satis operatur ratione pene.Unde non debet exten
di,vt etiam actus,qui de sui natura alias erat validus, annul/
letur,argumen.l.si preses.ff.de pecu.Secundus casus est, quan
do primo fuit facta prohibitio simpliciter,deinde pena statui/
tur:isto casu vera videtur,& procedit opin. Bart. Exemplum
statuto,vel lege cauetur quod quis non faciat talem actum,& si
aliquis contra faceret,soluat centum:quia cum primo fuit pro
hibitio simpliciter, actus in contrarium est nullus. in dicta l.
non dubium.& pena specialis, que postea imponitur,videtur
augere prohibitionem in preiudiciū eius,qui prohibetur.Un/
de inducta in odium non debent retorqueri in fauorem: argu.
l.quod fauore.C.de legi.& in l.legata inutiliter.de lega.j.Et hoc
probatur in l.iubemus.C.de sacrosan.ecclesijs. Pro quo adde
notabilem doctrinam Barto.in l.vniuersa.C.de precibus Im
perat.offerendis.Nec videtur verum quod in hoc ita sit, quia
lex vltima procedit,vt Abbas hic dicebat, quia textus funda/
tur in ista ratione:quia ea, que contra leges fiunt, habētur pro
infectis: & quia isto casu ex quo separatim facta fuit prohibi/
tio,& pena imponitur,videtur constare de mente legis:quo ca/
su actus remanet nullus:vt not.Barto.in dicta l.pretor.& suffi
cit etiam hoc constare ex coniecturis:vt no.Alexand.tradit in
12 consi.lxxvij.causa mota.libro iij.¶†Successiue Abbas dicit,
esse notandum, quod si lex post actum mandat solennitatem
adhiberi, tunc actus non est nullus ipso iure, illa solennitate
non interueniente,sed debet annullari.Gratia exempli,si statu
tum dicat quod de contractu facto gabella soluatur,alias con
tractus non valeat. Nam licet gabella soluta non fuerit, valet
c tamen contractus,sed annullari potest.Ita Barto.[c] post glos.
ibi concludit in dicta l.vniuersa.C.de precibus Imperat. offe/
13 rend.†Et hoc etiam procedit,vt dixi,si statutum dicat,non va
leat:quia intelligitur cum effectu.dicta l.vniuersa. nisi expresse
diceret,ipso iure:vel,ipso facto.iuxta glo.in regula,in penis.in
sexto.Et istam doctrinam,quam Abb.hic ponit,primus ad li/
teram Barto.tradit in l.ita quis.§.ea lege. versiculo, quero v/
trum.ff.de verborum obligat. dicens quod quando lex dispo/
nit super contractu iam facto, tunc ipso iure non annullatur,
sed per sententiam iudicis annullari debet, nisi expresse dica/
tur quod actus sit nullus ipso iure. Idem Bartol.in l.his con/
sequenter.§.primo,ff.familie erciscunde.cum similibus, vt tra/
dunt Modern.hic,& Ang.in consilio xxxvj.pro decisione quesi
torum.in princip.Petr.de Ancharan.in cōsilio xxj. ex narratis.
in fine. Romanus in consilio cciij.quo ad primum.in secundo
dubio.cum similibus,vt congerunt Moder.in dicta l.vniuer/
sa.in capit.cum dilecto.de rescriptis. Quorum omnium dictis
adde Romanum in consilio cccxxxvi. vt premissa consultatio.&
Imo.in consilio xliiij.in casu premisso.Aretin. in consi. lxxvij.
& ratio scribendi.Alexand.in consilio cxxv.omissis superfluis.
libro primo,& in consilio liij.visis.libro tertio.Sed omissis alle/
gationibus pro intelligentia est aduertendū diligenter: quia
verum est quod quando solennitas requiritur post actū,actus
a principio valet: quia non impeditur a solennitate requisita
post actum:& hoc clarum est,dicta l.vniuersa.Sed quādo illud,
quod post actum requiritur, nō sequitur, videtur quod actus
factus,qui erat validus,resoluatur,& annulletur.Et sic in effe/
ctu differentia videtur,quia quando aliquid a principio requi
ritur,si illud nō interueniat,actus a principio est nullus. Sed
quando ex post facto requiritur,& illud postmodum non fiat,
actus resoluitur:vt in simili habetur in l.secunda,ff.de in diem
addictio.Et ista resolutio videtur quod fiat isto iure, maxime
quando dicitur non valeat, prout loquitur textus in dicta le/
ge vniuersa. quia satis constat de mente legis: quia ista ver/
ba de sui natura important nullitatem actus ipso iure, capi/
tulo,quia propter.de electionibus.in clementina prima, de re/
scriptis.Unde licet pro preterito tempore actus fuerit vali/
dus,quia illa solennitas post actum requirebatur,tamē quan/
do postea apparet quod non fuit obseruatum illud,quod post
actum requirebatur, est eadem ratio quod actus non valeat,
quia est contra legem.Et si dicatur quod actus a principio im
peditur fieri, quod facilius est, argument.l.patre furioso.ff. de
his,qui sunt sui vel alie.iuris. dico, quod in lege est eadem po
tentia in vtroque casu,& de voluntate cōstat:ergo actus est nul
lus.Et ratio docto.in dicta l.vniuersa. videtur respicere vali/
ditatem preteritam antequam constet non fuisse seruatum
quod requirebatur: sed quando apparet non fuisset obserua/
tum quod requirebatur post actum,actus statim debet annul
lari: quia tunc verum est dicere quod sit contra legem prohi/
bentem, & maxime quando verba indicant nullitatem actus,
prout loquitur tex.in d.l.vniuersa. nec tali casu differentia vi/
detur an dicatur simpliciter, non valeat, vel exprimatur ipso
iure: quia aut consideramus validitatem actus a principio: &
vtroque casu actus validus erat, ex quo post actum solenni/
tas requirebatur. Aut consideramus validitatem actus, quan
do ipsa solennitas non fuit adhibita, que post actum require/

batur: ⁊ vtroque casu actus videtur nullus: quia est contra le-
gem, ⁊ maxime quando dicitur quod non valeat, prout loqui-
14 tur textus in dicta l. vniuersa. ¶ † In gloss. secunda ibi: condi-
tio, id est an sint serui, vel liberi: quia seruus non potest esse te-
stis. iiij. quest. iij. §. liberi. in cap. forus. §. testes. de verborum sig.
vbi textus rationem adducit. Et ad idem tex. in l. quoniam li-
beri. in authent. si testis productus dicatur. C. de testib. in l. qui
testamento. §. seruo. ff. de testament. facit textus iij. quest. v. cap.
nullus. in l. qui abstinet. ff. de rebus dubijs. in l. seruus. C. de iu-
dic. ⁊ not. Specu. in titu. de teste. §. primo, versicu. item quod est
seruus. Hostien. in Summa eodem titu. in principio. vbi citat
15 ista carmina, que allegantur in gloss. † Et notandum est quod
licet seruus non possit esse testis, poterit tamen scribere testa-
mentum. l. seruus. ff. de testament. de quo miratur ibi Joan. de
Jmo. Et quod dictum est de seruo, intelligitur quando debet
testificari in facto alieno, prout faciunt testes. Secus est in fa-
cto proprio: quia interrogari potest, ⁊ sibi creditur. l. quero. in
fin. ff. de edil. edic. iiij. quest. iij. §. item serui. in l. quibuscunque. ⁊
in gloss. penult. C. de seruis fugitiuis. ⁊ not. Specu. in loco pre-
6 allegato. † Secundo, quod dictum est de seruis, limitatur non
habere locum in subsidium: quia serui in defectum aliorum ad
mittuntur. iiij. quest. iij. can. si testes. §. serui responso. ⁊ in l. ser-
ui. ff. eodem titul. ⁊ not. Specula. in loco preallegato. ⁊ sequitur
Alber. Maleta. in tractatu de testi. in cap. de personis. que re-
pelluntur ratione persone. in princip. Sed considerandum est,
quod istud videtur intelligendum in actibus, qui de sui natu-
d ra[d] non cadunt verisimiliter in notitiam aliorum: vt in l. con-
sensu. C. de repud. alias secus: vt dixi in cap. tertio loco. supra ti
tulo primo. Non obstat textus in dicto §. serui. quia videtur lo
qui, quãdo seruus interrogatur de facto proprio, vt supra di-
ctum est, non quando seruus testificatur de facto alterius. Et
de alijs cognitionibus, de quibus glo. hic loquitur, non insisto
hic, quia inferius occurrent dicere in proprijs locis. Primus
intellectus in glos. audire. communiter approbatur, vt no. per
gloss. in l. curent. ff. eodem titu. ⁊ in l. si quando. C. eodem titulo,
cum similibus, vt tradunt Moder. hic, ⁊ idem gloss. in cap. con
stitutus. in verbo, satisfactori. j. de fideiusso. not. Bal. in authen.
17 hodie. in princip. C. de iuramen. calum. † Abbas successiue que-
rit an sit verum indistincte quod pars debeat citari ad viden-
dum iurare testes. Et expediendo materiam pluralem huius
decretalis, regula sit quod citatio sit necessaria, per istum text.
⁊ in l. si quando. C. de testi. Et secundum istam regulam consu-
luit Jmo. in consilio cxxxvij. nisi. Roman. in consil. cxcñ. sicuti.
in fin. Alexand. in consilio xxv. in causa. in fin. iiij. lib. Et talis ci
tatio, que requiritur, debet esse peremptoria, secundum Bald.
in dicta l. si quando. versicul. venio ad materiam: quia victoria
cause stat in probationibus. Sed contrarium tenet Abb. hic,
in quarto notab. idem Anton. de But. post Egidium ⁊ Joan.
Andr. in cap. consuluit. de offic. deleg. in capi. pastoralis. de ex-
ception. ⁊ not. Barto. in l. si finita. §. Julianus. ff. de damno in-
fecto. Alexand. ibi versiculo, item inquantum. Et ista videtur
communis opin. quam in effectu Moder. sequuntur hic, in pri
ma questione extra glo. Sed tamen pro opin. Bal. mihi vide-
tur text. in dicto cap. consuluit. in princip. de offic. delega. dum
ibi dicit peremptorie partes fuisse citatas, referendo ad prin-
cipium, quod loquitur de citatione ad recipiendum testes. Vi
18 de que ibi dixi, vbi plene examinaui. † Predicta conclusio am-
pliatur primo, vt talis examinatio facta parte non citata non
faciat indicium: vt not. Barto. in l. maritus. ff. de questionib. ⁊
Abb. hic inferius sequitur. Et hoc etiam tenet Aretin. in prin.
hic, per istum textum ibi: nullius momenti. ⁊ Mod. sequuntur
reiecta opi. Barto. ⁊ ibi gl. in l. res hereditarias. ff. de cri. expil.
here. ⁊ idem sequitur Alexand. in consi. clxxix. in causa. libro ij.
Jn contrarium tamen quod ista examinatio facta parte nõ ci
e tata faciat indicium, adduco glo.[e] notab. in cap. cum olim. j. in
verbo, fratrum. de priuileg. Et ad hoc facit, quia informatio
potest sumi a teste etiam non iurato. glo. not. quam ibi no. Bal
dus in capitul. j. §. si duo. de pa. tenen. Alexand. in l. milites. ff.
de testamen. milita. ergo pariter a teste non citata parte: quia
ista duo equiparantur, vt not. Bald. in authen. hodie. in princ.
C. de iur. calum. Et ad hoc etiam bene facit quod notat. Bart.
in l. admonendi. versiculo, quid si dicta testium. ff. de iureiur.
vbi tenet quod dicta testium contra vnũ, contra alium faciunt
presumptionem, si tamen citatus non fuit. Non obstat textus
hic, ibi: nullius momenti. quia hoc intelligitur quo ad proba-
tionem, ita vt possit propter hoc condemnari: non autem ista
verba excludunt presumptionem, per supra dicta. ⁊ de hoc vide
infra in vij. fallen. Et quia quandoque ista verba, nullius mo-
menti: accipiuntur pro paruo momento: vt in capitulo, pasto-
ralis. in princip. ff. de offic. delega. ⁊ quia ista sunt verba partis,

19 que Papa hic refert, ⁊ not. l. si quando. C. eod. titu. † Secundo
ampliatur predicta conclusio, vt procedat, etiam si causa sit ex-
pedienda iuris solennitate omissa: quia hoc esset per defensio-
nem, que per illa verba non excluditur: vt not. Bartol. in l. filio
fami. ff. de dona. ⁊ Moder. hic simpliciter sequuntur Areti. in
consi. lxij. ex facto. Sed aduertendum est, quia isto casu citatio
fit solum respectu iuramenti: quia pars nõ debet interesse exa-
minationi testium: vt not. Bald. in d. authen. hodie. in princ. C.
de iur. calumn. Et tali casu iuramentum testium tollitur: quia
est solennitas iuris ciuilis, vt ipse Bartol. dicit in d. l. filiofami-
lias. cum similib. vt Alexand. scribit in d. l. milites. C. de testam.
milit. Et citatio de se non dicitur defensio, nisi agatur de cau-
se cognitione, ita quod citatio sit ordinata ad defensionem: vt
not. Bald. in l. executorem. C. de execu. rei iudi. Roma. in rubri.
de arbi. Cum ergo citatio respiciat iuramentum testium, non
videtur tractare de defensiõe. Et sic videtur cessare ratio Bar
tol. in d. l. filiofa. Nisi dicamus quod agatur etiam de defensio-
ne: quia tunc opponitur in personas testium. Sed replicari po
test quod tali casu, quando pars non fuit presens, etiam publi-
catis attestationibus opponere potest cõtra personas testium
vt not. Bald. ⁊ Salic. in l. si quis testibus. C. eod. titu. Moder.
in capit. presentium. col. ij. versic. sexto fallit. j. eo. Et secundum
hoc saluari potest quod not. Bartol. in l. ij. de naufra. C. lib. xj.
20 quem Moder. hic reprobant. † Tertio ampliatur, etiam si in-
dex ex officio procedat: vt not. Joan. Andre. in eod. tit. §. nunc
tractandum. in princip. in additio. ad Specu. Et ad hoc facit,
quia exceptiones, que opponi possunt in iudicio ordinario,
etiam opponi possunt, quando index ex officio procedit: vt no
tat Bartol. in l. ij. §. publici. versiculo, queritur. ff. de adulterijs.
Alexand. in consi. ⁊ viso. libro ij. ⁊ in proposito notat Bald. in c.
21 cum inter. de consuetud. † Quarto ampliatur etiam in delega-
to, cui simpliciter commissa sit examinatio testium: quia pote-
rit, ⁊ debet citare partem aduersam: vt no. Anton. de Butr. in
cap. constitutus. in quarto notab. de appellat. Et ad hoc facit,
quia ille, cui committitur examinatio testium, videtur habere
potestatem super dependentibus, ⁊ connexis: vt not. Ange. in
l. ij. in princ. ff. de iurisdi. omnium iudicum. Quinto ista regula
habet locum in publicatione testium, in qua citatio partis re-
quiritur: vt not. Barto. in authen. qui semel. versicu. quid si pu-
blicatio. C. de probatio. ⁊ not. Bal. in authent. si quis in aliquo.
versic. secundo dixi. C. de edendo. in l. publicati. in princip. C. de
22 testamẽ. † Limitatur predicta conclusio, vt non habeat locum,
quando agitur de informatione notorij: quia citatio nõ requi-
ritur: vt dicit Anto. de But. hic, versi. inquantum. Allegat Jn
noc. in cap. bone. de elect. ⁊ idem Bal. in l. qui testamento. §. per
contrarium. ff. de testamen. cum similibus, vt per Moder. hic,
qui concludunt dependere ex alio dubio, videlicet quando in
notorio valeat processus parte non citata. Sed considerãdum
est, quia hoc modo ista limitatio nihil importaret: quia si cita-
tio erit necessaria, pars citanda erit, secundum regulam: si non
erit citatio necessaria, nõ erit specialitas in isto casu, nec sumus
in terminis regule, que loquitur casu, quo ordo iuris requira-
tur: ⁊ ideo videtur dicẽdum hoc dictum habere locum, si alias
in notorio citatio requiratur: quia talis probatio non videtur
reo preiudicare: vt in simili not. Bartol. in l. fin. in fi. ff. de quest.
23 Secundo † fallit in examinatione persone, an sit habilis ad di-
gnitatem: vt Abb. hic concludit post Anto. de But. ⁊ Jnnoc.
quos refert. Are. videtur tenere contrarium: quia si agitur de
preiudicio electi, videtur quod citari debeat: vt not. in cap. su-
per his. de accus. in cap. j. de elect. in vj. facit textus in capit. licet
episcopus. de prebend. in vj. Sed breuiter ex mente Abb. distin
guendum est. Aut actus expeditur in iudicio contradictorio:
⁊ citatio requiritur. Aut extra iudicium: ⁊ citatio non est ne-
cessaria. Jta etiam distinguit Domi. in cap. si forte. in fi. de ele-
ctio. in vj. Et ideo collatio beneficij alicui facta, parte non cita
ta, valet: vt not. Cardi. in consil. cxxxij. primum an valeat. in se-
cundo dubio. in princ. Et quia in examinatione extraiudiciali
quis citari non debet: vt not. Bald. in l. neque natales. in fin. C.
de proba. cum si. vt Alexan. tradit in l. de vnoquoque. in princ.
ff. de re iud. Et idem no. Bal. in l. fi. col. ij. versi. ⁊ idem est, quan-
do Papa. C. vnde legit. vbi inquit quod si Papa mandat ali-
quem examinari, si est dignus, non est aliquis citandus: quia suf-
ficit probationem concludere soli examinanti. Et sequitur A-
lexand. in consil. cclvij. visis verbis. lib. ij. declarando tamen vt
ibi per eum. ⁊ no. per glo. in cle. j. de offic. deleg. ⁊ per Bald. in c.
cum inter. de consue. Tertio fallit in causa inquisitionis, secun
dum Anto. de Butr. hic. per capi. qualiter. §. debet. de accusat.
Sed Abb. hic tenet contrarium post Barto. in l. fin. in fi. ff. de
questio. ⁊ idem Bal. in l. iubemus. C. de probat. ⁊ idem Roman.
sequitur in consil. ccclxi. fuit vnus ex vobis. Et hoc de inquisi-
tione

24 tione consuluit. Imo in consil. cxxxvij. supra allegato.† Quarto fallit in causa heresis. capit. fin. §. j. de here. in vj. Abbas hic, & Roman. in dicto singu. in vj. fallentia. Sed tamen aduertendum est, quia text. in dicto capit. fin. non videtur hoc simpliciter probare in causa heresis, prout doctores dicunt. Sed hoc ideo limitate conceditur quod inquisitores hoc facere possunt, quando vident testibus graue periculum imminere, propter potentiam aduersarij: ergo non videtur speciale in causa heresis, sed generaliter videtur habere locum, quando imminet periculum testibus propter aduersarij potentiam, vt
25 statim dicam in sequenti casu.† Quinto fallit, secundum Abb. post Hostien. in capit. quoniam. in princip. vt lite non contestat. vbicunque subesset timor de potentia aduersarij. & idem Roman. in singu. allegato. & Domin. post Hostien. in capit. j. §. fin. de homicid. in vj. & in similibus idem tradit Abb. in capi. accepimus. de fid. instrument. cum simil. vt tradunt Modern. hic, & in dicto capit. quoniam. in vj. quest. Dicunt tamen Moderni post Aretin. quod sola potentia aduersarij non operatur hoc, nisi etiam concurreret timor mortis, vel absentie diuturne: quia est speciale in crimine heresis quod potentia aduersarij consideretur, dicto §. fin. ergo in contrarium est ius commune: vt no. Abb. post Anton. de Butr. in capit. preterea. lo ij. de spons. & ideo concludunt Modern. in dicto capit. quoniam. quod dictum Hostien. de iure non procedit. Sed tamen saluari potest, vt habeat locum generaliter, quando esset timor de potentia aduersarij, per s. alleg. Et quia, vt dixi supra, non videtur speciale in casu heresis, quia textus ibi hoc solum concedit, quando imminet periculum: ergo idem videtur in
26 alijs casibus, vbi de periculo agitur.† Sexto fallit, quando debet probari casus, qui occurrit in loco valde remoto: quia possunt in tali loco probationes fieri parte non citata: vt no. Bartol. per illum textum, in l. ij. ver. nota mirabilem practicam. C. de naufra. libr. xj. Et ad hoc faciunt multa specialia propter necessitatem, que Roman. connectit in l. si vero. §. de viro. ff. solute matrimon. in liiij. fallen. Et alia plura de necessitate tradunt Moder. in capit. cum quidam. in fin. de iureiurando. in capitu cum accessissent. de constitut. Sed quantum ad dictum Bartol. in dicta l. ij. considerandum est quod procedit duobus concurrentibus. Primo dummodo tales probationes exhibeantur intra annum, prout loquitur ille textus, & notat Bartol. ibi. Secundo, quando agitur de probando casum ad effectum, ne quis indebite, & sine culpa sua damnum patiatur: quia tunc probationes leuiores etiam ex coniecturis admittuntur: vt not. Bart. in l. quod presens. C. de murile. libr. xj. & in l. si quis ex argentarijs. §. penult. ff. de edend. cum si. vt tradit ibi Alexand. & idem Alexand. in consil. xlviij. quoniam per excellentissimũ. lib. iiij. & consil. xxiiij. animaduersis. lib. ij. & in consi. lxix. viso. in princip. eod. lib. Et hoc facit pro mercatoribus habentibus societatem cum alijs: quia dum aliqui sunt in itinere, vel in alio loco, & a predonibus spoliantur, possunt facere testes recipi super spoliatione, vt fidem faciant socijs. Ratio est, de qua supra, ne quis indebite, & sine sua culpa, &c. Et hoc socijs non citatis potest facere, dum tamen talis casus eueniret in loco valde remoto: nam tali casu lex dispensat quod testes recipiantur parte non citata: quia hoc videtur minus malum, hoc est, minus preiudiciale, quam quod alter nõ possit probare casum, sine sua culpa damnum pateretur: & ideo debuit fieri hoc, quod partibus minus nocet. l. j. ff. si quis cau. & colligit Paul. de Cast. Secus autem videtur, si non tractatur de damno euitando: quia illud dictum non haberet locum, etiam si esset casus, in quo possit culpa parti imputari, per ea, que not. Bart.
27 in d. l. si quis. §. penult. ff. de eden. † Tertio fallit, quando lex non requirit solennem probationẽ, sed contentatur argumentis, & presumptionibus: quia tunc testes recipi possunt parte non citata: vt not. Do. post Host. in c. j. §. si. ver. not. j. de homic. in vj. Contrarium dicunt Aret. & Mod. quia secundum communem opin. testes examinati parte non citata etiam non faf ciunt indicium. Sed tenendo[f] quod s. dixi, quod imo faciunt indicium rationibus s. allegatis, hoc dictum videtur verum, & bene procedit: & facit quod s. proxime dictum est in preceden
28 ti limitatione.† Octauo fallit in declaratione testium, videlicet quãdo repetitur testis ad declarandum dictum suum, que potest fieri absque partis citatione: vt not. Bal. in auth. hodie. in princ. C. de iur. calum. & Mod. simpliciter sequuntur. Adde Paul. de Cast. in consil. lj. quia exceptionis. Petr. de Ancb. in consil. cxxvj. ad dubia. cum si. vt dixi in ca. pastoralis. §. verum. in princi. de app. Et adde quod hoc dictum limitatur, vt not. tradit Joan. de Ana. in consil. lxxxiiij. videndum est. Alias limitationes prosequuntur Mod. hic. quibus addatis quod re
g gula s. dicta non habet locum in crimine lese maiestatis[g], sicut non habet locum in crimine heresis: vt tradit Petrus de Ancb. in consi. lxxviij. in ij. dubio. incip. ex predictis. Item po
b stremo non habet locum, vbi stylus[b], & consuetudo esset in contrarium quod testes reciperentur parte non citata. Ita Alex.
29 concludit in consil. lxv. habita super contentis. libr. ij. ¶ † In glo. ineuitabili. Abb. finaliter cõcludit quod si iudex scit impedimentum partis, receptio testium facta parte absente nõ valet. Si vero ignoret, debet receptio retractari, constito de impedimento: vt per eum hic. Et idem tradit Bar. in l. ij. §. si. ver. circa hoc quero. ff. de cust. re. & in l. quesitum. in princip. ff. de re
30 iud. cum si. vt tradit ibi Alexand.† Et secundum istam distinctionem primo infertur quod sententia iudicis de impedimento legitimo vitiat etiam sententiam interlocutoriam, prout est receptio testium. Facit textus in cap. querelam. de procura. & in c. si duobus. de appel. & sentit Bal. in c. j. ver. pone, aliquis. de mili. vas. qui contu. est. Et propter hoc Mod. reprehendunt Bart. qui aliter dicebat in sententia interlocutoria in l. fin. ver. item predicta vera. ff. de in integ. restit. Sed tamen opin. Bar. defendi potest in interlocutoria modici preiudicij prout ipse loquitur, videlicet in primo decreto, in quo ratio manifestissima videtur: quia ad primum decretum deuenitur absque contumacia: vnde contra absentem causa Reipub. interponitur. l. ignorare. C. de restitu. milit. & etiam contra pupillum. l. in possessionem. C. j. ff. ex quib. cau. in pos. ea. Secus autem in alia interlocutoria preiudiciali, prout Bar. ipse distinguit in dicta l. fin. Secundo ex predicta distinctione Abb. infertur quod iudice ignorante impedimentum, examinatio valet, sed potest retractari, contra Joan. An. cuius opin. saluari potest in ficto contumaci, videlicet in citato ad domum: vt cõcludunt Aret. Abb. & Moder. hic. Sed aduertendum est, quia rationes, que per Abb. cõtra Joan. And. adducuntur, etiã militant contra fictum contumacem, quia probato impedimento, apparet illũ
31 non fuisse cõtumacem: & illa ficta cõtumacia resoluitur. ¶ † In glo. penult. conclusio glo. est, quod non valet examinatio testiũ facta, parte nõ citata. Fallit in casibus supra dictis. Alium casum Abb. addit, quem ponit Bartol. in l. Theopompus. versi. quero. ff. de do. preleg. vbi inquit quod quando testator in testa
i mento disposuit stari[i] dicto alicuius, potest ille deponere absque eo, quod pars citetur: quia persona illa approbata est. Abbas ipse tenet contrarium, quod etiam tali casu citatio requiratur, quia debet iurare: vt not. in dicta l. Theopompus. ergo videtur quod pars citari debeat: sicut in testibus, in quibus fit citatio ad videndum iurare testes: & quia pars potest illum electum per indirectum reprobare, dicendo quod non sit ille, de quo testator sensit. argumen. l. duo sunt Titij. ff. de testamen. tute. & quia non debet stari dicto notarij, vel iudicis, qui non iurauerit. Sed tamen non videtur recedendum ab opin. Barto. que communiter approbatur. Nam illam sequitur Anton. de But. in cap. veniens. el j. §. eod. vbi inquit quod iste textus procedit in teste, cuius persona non est approbata. Secus est in casu, in quo loquitur Barto. in dicta l. Theopompus. & idem sequitur Roma. in consi. lxj. licet multi. Alexan. in consi. liiij. circa id, de quo queritur. lib. ij. & And. Sicu. in consi. xviij. libro secundo. Non obstant rationes Abb. & primo quod dicitur de iuramento testium: quia citatio in iuramẽto testium requiritur: quia opponi potest in personas testium. Secus est in isto casu, in quo persona est approbata. Non obstat quod opponi possit: quia non sit ille, de quo testator sensit: quia hoc semper poterit allegari. Non obstat quod nõ debet stari dicto notarij, qui non iurauerit, quia contrariũ videtur verum, quod imo credatur notario asserenti de iuramento: vt not. in ca. tuis. infra eodem.
32 ¶ † Extra glos. Abb. querit an testes citari debeant ad hoc, vt eorum dicta valeant. Et breuiter concludit quod non: quia sufficit quod aperte producti sint absque alia citatione. Et idem tenet Barto. in l. post legatum. §. is vero. ff. de his, quib. vt indi. Bal. in authen. sed nouo iure. in ij. no. C. si cer. pe. & in c. tertio loco. s. tit. proximo. cum si. vt tradunt Mod. hic, & Alex. in consi. lxviij. & viso. libr. ij. & Alb. in l. nec honore. C. de episc. & cle. & idem
k Alb. Male.[k] in tract. de testibus. in cap. de solennitate, que requiritur in testibus producẽdis. Et adde vnum casum, in quo testes debent citari, in l. si quando. vbi Bal. C. eod. tit. Adde do. Hippo. de Marsi. in singu. cxl. incip. testis. Adde Riminaldũ in rub. C. de in ius voc. versi. successiue queritur. Et licet regulariter in testibus non requiratur citatio, debet tamen testis produci a parte, vt dictum est: alias si sponte se efferat ad dicẽdum testimonium non citatus a iudice, neque a parte productus, suspectus esset, & testimonium eius non valeret: vt notat Bart. in d. §. is vero. & in l. vxori. §. j. ff. de fal. cum si. vt per Mo
33 der. hic, & per Alex. in consi. lxviij. s. alleg. † Hoc tamen limitatur primo, nisi iudex deferat iuramentum: quia tunc monitus

videtur, et dictum eius valet: vt no. Bald. in c. j. §. porro. versi. in eadem glo. ibi: non coactis. in tit. que fuit pri. cau. be. amit. Idē Bal. in l. presbyteri. la j. versi. secundum aliam expositionem. C. de episco. et cler. et Flo. in l. lege Julia. ff. eodem. Sed dubitatur, quomodo debet probari iuramentum. Dic vt per Bal. in d. l. presbyteri. quod statur assertioni notarij. Sed tunc insurgit difficultas, quia, secundum hoc, nunquam repelletur testis ex eo quod dicatur se ingerere: quia semper testibus iuramētum defertur. l. iurisiurandi. C. eod. est tex. in ca. nuper. et in ca. tuis. j. eod. Are. in c. j. s. eo. et Mod. hic dicunt quod ex quo pars erat presens tempore iuramenti, et nihil opposuit, videtur personā testis approbare: vt not. in l. si quis testibus. C. eodem. et ista ratione habilitata videtur. Sed in ista resolutione aduertendū est, quia attenta tali ratione iuramentum nihil operatur contra intentionem Bal. qui vim facit in ipsa delatione iuramenti: et ratio Moder. et Areti. procederet, etiam absque iuramento: quia pars tali iuramento renuntiare potest. cap. tuis. j. eod. Unde pro resolutione clariori considero tres casus. Primus casus est, quando pars fuit presens, et contradixit: et tali casu repellitur testis, qui se ingerebat, vt supra dictum est. Secundus casus est, quando pars presens tacuit: et tunc habilitatur testis, qui se ingerebat. Et hoc etiam haberet locum, dato quod iuramentum testibus delatum non fuisset: quia videtur remissum a parte, que potest, d. c. tuis. Tertius casus est, quando pars non fuit presens: quo casu absens nūquam videtur testis personam approbare: vt not. Bal. in d. l. si quis testibus. Et isto casu videtur procedere dictum Bal. quod si apparet iuramentum fuisse delatum a iudice, satis probatur quod testis non se ingerebat: quia ita presumitur ex delatione iuramenti. Secus vero si prius apparuit, testem se ingerere: quia illa suspicio, de qua cōstat, non purgatur iuramento, quod defertur a iudice ex necessitate. argumen. eius quod no. Bald. in authen. offeratur. in ij. not. C. de lit. contest. et in l. ij. in fi. not. C. de bon. autho. iud. possi.

34 ¶ † Successiue Abb. querit, an in admissione articulorū pars debeat citari, et ipse finaliter concludit, quod sic in ipsa productione articulorum, non autem in admissione. Sed tamē, quod etiam in admissione pars citanda sit, tenet Anton. de Bu. hic, Imol. Aret. et Mod. sequuntur: quia talis admissio est sententia interlocutoria, in qua citatio requiritur: vt not. Bart. in l. si opus. ff. de oper. noui nun. et in l. nec quicquam. §. vbi decretum. in princ. ff. de offic. procon. Et quod in sententia interlocutoria in preiudiciali requiratur citatio, est communis opi. vt Alexā. dicit in l. recusare. in princi. ff. ad Trebel. et vltra ea, que dicunt Alex. et Moder. in dicta l. si opus. adde Ro. in consi. lxxj. circa primum. Card. in consi. lxxij. in princ. videtur. in fi. Abb. in consilio xxxiij. super questionis materia. libro ij. et ad idem Abb. in consilio lxviij. incip. quanquam. lib. ij. Et in terminis de admissione articulorum hoc etiam tradit Are. consi. lxxv. diligenter et mature. Et ista conclusio de admissione articulorum procedit, quando iudex pronuntiat. Secus videtur si simpliciter procedit ad vlteriora: quia tunc non cadit citatio, sed bene appellari potest, vt Abbas hic concludit per capit. ex parte. el ij. de app. vt dixi ibi, cum simil. Et ad declarationem notandum est quod articuli impertinentes admitti non debent: vt notab. Abb. hic dicit: vt not. Barto. in l. si duo patroni. §. idem Julianus. ff. de iurein. Bal. in l. ad probationem. la j. per illum tex. in ij. nota. C. de proba. et in l. qui defensor. §. qui interrogatus. ff. de

l interrog. act. Et articuli pertinentes[l] dicuntur, si faciant quoquo modo ad causam, directe, vel indirecte: vt no. Bal. in d. l. si duo. §. Julianus. in fin. et in c. licet causam. de proba. vbi allegat Jaco. But. in l. incerti. C. de interd. et idem Bal. in l. ordinari. C. de rei vend. Et modicum etiam ad conferentiam pertinere dicuntur: vt no. Bal. per illum text. in cap. quoniam. j. eo. et in l. ad probationem. la j. in iij. not. ad fi. C. de prob. et in dubio capitula debēt admitti: quia hoc videtur minus preiudiciale partibus,

35 per tex. in l. j. ff. si quis cau. et quod ibi Pau. de Cast. † Et in dubio etiam practicatur quod admittantur, saluo iure impertinentium: ne processus retardetur: vt not. Host. Jo. And. Abb. Bal. post glo. pen. in c. cum contingat. de offi. deleg. vbi Ant. de Bu. dicens quod multoties ita practicauit. et dixi in l. in specia li. ff. de rei vendi. quod generalis practica ita inoleuit: et no. etiā Bal. in l. fi. in fin. C. qui legi. perso. et tradit Alex. in dicto §. Julianus. Et licet iudex tali casu cautela vti possit, melius tamen videtur hoc a principio discutere, ne partes vexentur superfluis litibus et expensis, et talis cautela Rome non seruatur: vt no. Card. in dicto cap. cum contingat. et ibi And. Sicu. in glos. pen. Illud enim notandum est, quod si iudex admisisset articulos tanquam pertinentes, etiam factis probationibus, possit reijcere: quia talis admissio fuit sententia interlocutoria, que reuocari potest: vt no. dicit Car. in cle. sepe. §. et quia. in vj. no. de

ver. sig. De hoc vide que dixi in c. quoniam contra. in glos. fi. in

36 iij. conclusione. s. tit. proximo. ¶ † Penultimo secūdum Abb. queritur, si citatus fuit dominus, et non procurator, qui litem

m fuerat contestatus, an valeat processus: et concludit quod nō[m]. Idem tenet Bar. in l. procuratoribus. C. de procu. in l. furioso. de re iud. et no. Bal. in l. si quando. in vij. q. C. eo. cum simi. vt tradunt Mod. hic, et Alex. in d. l. furioso. et d. l. procuratoribus. Et adde quod idem esset, si fuisset citatus alius procurator, qui nō esset dominus litis: vt no. Alex. in consi. cxxiij. viso processu. libro ij. Et ista conclusio limitatur primo, nisi dominus citatus comparuerit: quia ipse vtiliter est dominus instantie: et tali iure vtili vti posset sine cessione. l. in cause. §. fin. ff. de procu. Abb. hic, et Barto. in locis preualleg. Sed contra istam rationem arguit Imo. in d. l. furioso. in fi. quia dominus comparendo non potest procuratorem inuitum reuocare. l. post litem. ff. de proc. et dicit Aret. hic quod ius vtile instantie nō videtur transire sine cessione: quia si transiret, dominus illo vti posset, procuratore inuito: et ideo ius vtile domino queritur hic demum, finito mandato. Ita intelligitur tex. in d. l. in cause. §. fin. Ista tamen limitatio Bar. saluatur alia ratione, quam Abb. adducit, scilicet quando dominus comparuit procuratore presente, et nō cōtradicente. c. si quem. cum glo. de procu. in vj. et ita etiam Bart.

37 loquitur in d. l. procuratoribus. † Secundo limitatur, nisi procurator qui fuit litem contestatus, esset impeditus: quia tūc dominus citari potest: vt not. Domi. in d. c. si quem. versi. secus. in vj. not. Tertio ista conclusio videtur posse limitari, vt non habeat locum in causis summarijs, ex eo, quod no. Bar. in tracta. ad reprimendum. in verbo, figura. circa fi. vbi tenet l. j. C. de sententen. non habere locum in sententijs. Et hoc dictum pro singu-

38 lari posuit Ro. in nota. suo xx. incip. quod res prima. † Ultimo ad declarationem vltime questionis, quam Abb. ponit, premittendum est, quod si dati sunt duo procuratores in solidum in causa, cum clausula quod non sit melior conditio occupantis: talis clausula non operatur generaliter prout verba sonant: q: si vnus sit litem contestatus, et non sit impeditus, et velit litem prosequi, alter non poterit se intromittere: et talis clausula isto casu nihil operatur. Sed quādo ille, qui preoccupat, fuit litem contestatus, et non potest, vel non velit litem prosequi, alter admittitur virtute illius clausule: vt est casus in c. si duo. §. ceterū. et ibi Pet. de Ancbar. in vj. not. Nam sine illa clausula, quando sunt duo dati procuratores in solidum, et vnus preoccupauit, alter se intromittere nullo modo pōt, dato quod ille, qui preoccupauit, sit impeditus, seu nollet litem prosequi: q: per preoccupationem alterius ipse desinit esse procurator. l. pluribus. ff. de procu. ibi: vt posterior non sit in eo, quod prior petijt procurator. Sed per illam clausulam remanet procurator in habitu, et ille habitus deducitur ad exercitium, altero, qui occupauit, impedito, vel nolente prosequi, ipse tunc admittitur, vt declarat Pau. de Castr. in dicta l. pluribus. Et ideo ad questionem vltimam, quam Abb. hic sequitur, bene infertur, quod licet vnus preoccupauerit, alter tamen prosequi, quia reperitur procurator, et ideo valet iudicium, nisi opponatur per illum, qui prius occupauit.

¶ Additiones.

a ¶ Inferebam. Consi. clviij. et in l. j. C. de sec. nup. et in l. fi. nu. 7. C. vnde legi. et male, vt dixi ad Dec. in d. l. fin.

b ¶ Considero. Idem in effectu Dec. s. de consti. c. nam concupiscentiam. lec. ij. de constit.

c ¶ Bart. Idem Panor. in c. quoniam frequenter. et ibi Fely. vt lite non contest. Roma. consi. ccij. Bertach. trac. gabella. And. Tiraq. in l. si vnquam. versi. reuertatur. nu. 198. Anton. Corset. in singu. in ver. valeat.

d ¶ Sui natura. Dec. s. de probat. cap. j. numero 31. cap. tertio loco. numero 4.

e ¶ Gloss. Sed est bonus tex. in l. quero. §. fin. de edil. edicto. et ibi Ang. Alex. consi. xxiiij. nu. 40. lib. ij. vbi dixi: adde Alexan. consilio cclvij. lib. vj. consi. cccxj. lib. ij. Areti. consi. clxiiij. Curt. Juniorem consi. cvj. Dec. consi. liiij. Aymo. cōsi. cxcviij. in fi. Affli. decisio. Neapo. xl. nu. 10.

f ¶ Sed tenendo. Imo licet faciant indicium, tamen intelligitur, nisi citatio partis studiose omissa sit, cum posset citari, et adhuc prout iudex omnibus inspectis arbitrabitur, et sic non infertur.

g ¶ Maiestatis. Imo in vtroque crimine requiritur: vt in ceteris, et ita practicatur.

h ¶ Stylus. Imo ille stylus est abusiuus.

i ¶ Stare. Alexā. consi. liiij. lib. ij. consi. lxxj. nu. 7. lib. iij. Maria. Socin. tractat. de citatio. articu. vij. numero 41. Jason consilio cclvij. lib. ij.

k ¶ Alberic. male. Scilicet Albericus malefa. non ille Rosates Parmen

Parmensis, sed recentior consiliarius Francisci ducis Mediolani, quem citat Fel. c. accedens. j. vt lite non contest. & Cur. Senior consi. lxxij. nu. 3.

l ¶ Pertinentes. Dec. l. j. nume. 13. nume. 50. si cer. pet. & consilio clxij. per totum.

m ¶ Quod non. In contrarium est praxis, quod in perducendis testibus citandus est dominus, & non procurator: quia etiam omnia litis acta non in procuratorem, sed in dominum concipiuntur: & vetus formula iuris scripti exoleuit. Guido Pape decisio. Delphin. cccccxxxi. Egid. Bellamera. cap. querelam. numero 8. de election. damnat subtilitatem d. l. j. vt noxiam & inutilem. [redacted]

1 ¶ Verbum, aliquid, verificatur etiam in minimo.
3 Iudex ad simplicem denuntiationem criminis potest inquirere.
4 Testes auocari possunt etiam de alia prouincia.
5 Mulier de iure ciuili regulariter testificari potest in causa ciuili, vel criminali.
6 Mulier potest esse testis in testamēto ad pias causas, 7. & in testamento inter liberos, & in codicillis. 8.
9 Mulier testificari non potest in causa feudali.
10 Mulier de iure canonico in criminalibus non potest esse testis.
11 Socij criminis admittuntur ad faciendam praesumptionem.



Quoniam. ¶ Primo nota, quod licet laicus non admittatur contra clericum, quando agitur criminaliter, secus tamen est si agatur ciuiliter de crimine: vt hic. & glos. ita etiam videtur intelligere tex. hic. & idem Feder. in consil. xxiij. tertius electus. cum simi. vt tradunt Moder. hic, in princ. Sed aduertendum est, quia hic non dicitur quod reciperentur in testes, ita quod absolute probarent delictum, sed pro instructione ad perscrutandum veritatem secundum formam commissionis, in qua praecise erat scriptum, quod deberent transmitti omnes
2 qui aliquid scirent: † quo casu verbum, aliquid, verificatur in minimo: vt no. Bal. hic. Et ad hoc est not. dictum Barto. in l. si seruum. §. praetor ait. ff. de acqui. hered. facit glo. not. in clemen. j. de foro compet. in verbo, parte. Et ideo illi tantum, qui facerent indicium, etiam erant adducendi. Et ista ratione etiā socij criminis, & laici contra clericum, etiam si agatur criminaliter, debuissent admitti, quia faciunt indicium: vt no. in cap. de cetero. j. eodem. Et ad illud, quod dictum est de dictione, aliquid, que verificatur in minimo, hoc limitari potest, nisi subiecta materia aliter suaderet: nā minoribus xxv. annis succurritur, qñ aliquid damni passi sunt. l. minoribus xxv. annis. ff. de mino. & tamen pro minimo damno non datur restitutio. l. scio. ff. de in integrum restit. ex tex. iuncta glo. in verbo, summam. & in clement. j. de in integrum restit. Et quod pro minimo praetor videatur etiam curam habere, vide Picum in auth. praeterea. C. vnde vir & uxor. in vij. col. in ver. in contrarium tamen faciūt.
3 ¶ † Secundo no. iudicem ad simplicem denūtiationem criminis, posse ex inquisitione procedere, secundum Anto. de Butr. hic. Sed Abb. dicit hoc dictum non esse verum: quia text. hic debet intelligi secundum alia iura, & sic seruata forma. ca. qualiter & quando. de accu. Et ad hoc facit, quia in text. simpliciter dicitur, aliqua fuisse denuntiata: vnde intelligi potest per famam. Dictum tamen Anto. de But. saluari potest, secundum Aret. in denuntiatore publico, ad cuius dictum formatur inquisitio, in ca. praeterea. de testi. cog. Vel textus iste videtur procedere in summo pontifice, prout loquitur, quod notādum est.
4 ¶ † Tertio no. quod testes auocari possunt etiam de alia prouincia. Ad idem facit text. in l. iij. §. fin. ff. eod. licet tamen Abb. hic dicat quod Papa hoc facere non consueuit: vt no. in c. cum causam. j. eod. Et ideo solet dari remissoria ad partes. Et secūdum Ioan. And. in cap. praesentium. in glo. j. eo. ti. in vj. est in arbitrio iudicis an remissoria concedatur. Sed tamē communiter doc. tenent quod primo iudex teneatur remissoriam concedere: vt no. Spec. in tit. de iur. calum. in ver. quid ergo. Lap. in alleg. xlvj. an in causa matrimonij. Car. in cle. j. in vj. q. de of. del.
5 cum si. vt dixi in c. j. in fi. de app. ¶ † In glos. j. ex his, que Abb. dicit post glo. tres conclusiones colliguntur. Prima est, quod mu
a lier [a] de iure ciuili regulariter potest testificari in causa ciuili,
b vel criminali. Secunda, quod de iure canonico [b] non potest, si agatur criminaliter de crimine. Tertia, quod si causa sit ciuilis, vel agatur de crimine ciuiliter, etiam de iure canonico admittitur. Circa primam, ista cōclusio communiter tenetur, vt hic dicitur, & no. Spec. §. j. eo. ti. ver. item quod est mulier. Imo. in l. qui testamento. §. mulier. in fin. ff. de testamen. & tenet gloss. in §. testes. in ver. mulier. insti. de testa. & in c. mulierem. xxxiij. q. v. in c. ex eo. xv. q. iij. Et pro ista communi opi. Aret. hic, & in d. l. qui testamento. §. mulier. alleg. tex. in l. iij. §. lege Iulia. ff. de testi. vbi in accusatione legis Iulie de vi publica repellitur mulier, que corporis sui questum fecit, ergo videtur quod alie mulieres admittantur. Sed responderi potest quod argumentū ibi a contrario sensu sumi non potest: quia ibi etiam dicitur quod in illo casu impuberes repelluntur, & tamen non sequitur quod in alijs casibus admittantur. Unde cōmunis opi. efficaciter probatur in l. ex eo. ff. eo. vbi illa ratio specialitatis, per quam Iuriscon. ibi refert, quod regulariter non sit mulier producta: pariter infert quod non prohibita, etiam in criminalibus. Et ibi Flo. per illum tex. sequitur communem opi. Et ista communis opi. habet equitatem, quando veritas per masculos haberi nō potest, vt dicit Io. And. in addit. ad Spec. eo. tit. §. j. versi. item quod est mulier. quem Abb. hic refert, & sequi videtur. Et idem Imo. in d. l. qui testamento. §. mulier. Alexā. in consi. xxiiij. animaduersis. libro ij. Quasi doctores velint quod de rigore iuris procedat opi. Iac. de Are. in d. §. mulier, qui dicebat contra cōmunem opinionem, quod si mulier in testamento repellitur, a fortiori debet repelli in criminalibus, quādo agitur de vita hominis. Sed aduertendum est primo ad istam rationem Iaco. de Aret. quam Abb. hic refert, & ad eam doct. non respondent. Potest responderi, quod de casu speciali in testamento, nō bene arguitur ad causam criminalem, respectu testiū de quibus agitur: quia sequeretur quod in criminalibus requirerētur septē testes, sicut in testamento: & tamen in criminalibus ordinaria probatio sufficit duorum testium, sicut in ciuilibus: vt per glo. ij. q. v. c. presul. Ergo concludendum, quod mulier admittatur, cum regulariter non sit prohibita. Et dato quod mulier prohiberetur testificari in criminalibus, tamē deberet admitti in subsi
c dium [c] per ea, que late Alex. scribit in consi. lxiiij. viso themate. lib. j. vbi concludit pluribus rationibus quod minor xxv. annorū, qui repellitur in criminalibus, non tamen debet admitti in subsidium. Pro opi. tamen Iac. de Are. facit, quia femine non dicuntur omni exceptione maiores, per rationem tex. in ca. forus. §. fi. de ver. sign. & ideo non debēt admitti in criminalibus: vt tradit Bartho. Veron. in consi. xxxij. quidam rustici. in j. dubio. quia in criminalibus requiruntur testes omni exceptione maiores: vbi ipse dixit, & tradit Alex. in consi. xj. circa primum. in princ. lib. j. Sed tamen communis opi. videtur esse in cōtra
6 rium in muliere, vt supra dictum est. † Retenta communi conclusione, limitatur primo non habere locum in testamentis. l. qui testamento. §. mulier. ff. de testa. in §. testes. insti. de testa. Et ista limitatio restringitur tribus modis. Primo vt non procedat in testamento ad pias causas, in quo mulier testificari potest: vt no. Bal. in l. j. in fi. C. de sacrosan. eccle. cum si. vt tradunt Mod. hic, & Alex. in consi. cv. viso. lib. iiij. & Corn. Peru. in cōs. cxv. videtur. lib. ij. Est verum quod Rom. tenet contrarium in authent. similiter. in xvj. speciali. in vltima voluntate. C. ad leg. Falc. in ca. relatum. el j. de testa. vbi testamentum ad pias causas, debet probari duobus vel tribus legitimis testibus: ergo videtur quod mulier non admittatur: quia mulier non videtur legitimus testis in testamento. Sed respondetur quod non requiritur quod sint legitimi secundum leges, sed secundum canones: vt expresse dicitur in d. c. relatum. Et ratio, que ibi allegatur, hoc ostendit, dum dicitur quod in ore duorū, vel triū, &c. Nam ista ratio declarat quod testes debeant esse legitimi, secundū regulam communem. Et ad hoc bene facit text. in l. Lucius. ff. de test. mil. vbi similiter legitimis probationibus debet probari, & tamen probatio ordinaria sufficit, vt ibi no. & in l. j. ff. eo. tit.
7 Secundo † restringitur in testamento inter liberos: vt no. voluit glo. in auth. quod sine. C. de testa. & Bal. ibi rationem addu cit: quia quod masculi requirantur, statutum fuit de subtilitate iuris ciuilis, que non attenditur inter liberos. Et pari ratione idem esset dicendum in testamento militis. Et hoc videtur sentire gl. in d. auth. quod sine. que alleg. text. in l. Lucius. de testa. mili. Et eadem ratione idem videtur dicendum, si statutum dicat valere testamentum cum duobus vel tribus testibus: quia tali casu statutum videtur considerare ordinariam probationem:
o vt no. per Mod. Peru. [o] in d. auth. quod sine. † Tertio restrin
8 gitur non habere locum in codicillis, in quibus mulier prohibita non reperitur: vt voluit gl. no. quam doc. ibi communiter sequuntur, in l. fi. in glo. pen. in fi. C. de codic. Sed tamen in contrarium facit: quia prohibitio facta in testamento, etiam videtur habere locum in codicillis. l. ij. ff. de lega. j. l. si quis in graui. ver. si quis codicillos. ff. ad Silla. l. verius. §. qui codicillos. l. iure conficiuntur. §. codicilli. ff. de iure codi. l. discretis. C. qui test. fac. poss. & specialiter facit l. hac consultissima. ver. cne in tu. cē

modum.eo.tit.qui test.fac.poss.vbi solennitas requisita in testamento,etiam habet locum in codicillis. Et hoc in contrarium expresse reperitur in d.l.fi.C.de codi. Secunda conclusio supra facta fallit in scriptura priuata,in casu l.scripturas. C.qui po. in pig.ha.vbi requiritur subscriptio trium virorum, ⁊ subscriptio mulierum non sufficeret:vt Bald.ibi dicit per illum text. ibi:trium,vel amplius virorum. Facit textus in l.j.ff.de legi.⁊ quod ibi Barto.per illum text.in ver.virorum.Dicunt tamen Mod.ꝙ de ista fallentia dubitari potest:qꝛ non habet in se rationem specialitatis.⁊ in d.l.scripturas.videtur fieri expressio de viris,ratione maioris frequentie, vt in simili habetur.in l.j. ⁊ ibi glo.C.de rap.virg.⁊ in cle.j.in ver.residentes.de rescr.Non obst.tex.in d.l.j.ff.de leg.quia ibi agitur de constitutione legis, que in iurisdictione consistat, que nõ cadit in feminas. Et pro ista cõclusione Mod.videtur text.⁊ Bal.ibi no.in c.vniuersis. j.codẽ.ibi:nunquam duorum,vel trium testium virorum:nam illa verba non includunt mulieres:vt not.Bal.ibi,⁊ Mod.sequuntur,dicentes ꝙ destruitur dictum Bal.in d.l.scripturas. Sed pro defensione Bal.considerandum est ꝙ in d.c.licet vniuersis.illud verbum,virorum,non ponitur cum ministerio: qꝛ illa regula generalis erat communis ita feminis sicut masculis.Secus videtur in d.l.scripturas, in qua ponitur casus specialis, in quo priuata scriptura equiparatur instrumento publico,⁊ tres testes ad minus requiruntur.Unde ista,que in illo casu speciali requiruntur,suadent quod etiam illud verbum,virorum,ponatur ibi cum ministerio. 9 †Tertio limitatur conclusio supra facta,vt non habeat locum in causa feudali,in qua femine testificari non possunt,secundum vsum nostrum Mediolanen.vt dicitur in c.j.in fi.quot test.sint neces. ⁊ Bal. ibi not.illum tex.ad fi. 10 †Secunda conclusio fuit,quod de iure canonico in causa criminali mulier non admittatur.Glo.hic,⁊ in cap.forus.per illum tex.de verb.sign.⁊ in c.mulierem. per illum text. xxxiij.q.v.⁊ ita communiter doc.tenent in locis supra alle.Sed diligenter aduertendum est, quod ista conclusio efficaciter nõ probatur iure.Nam primo tex.in d.§.testes.inst.de testa. simpliciter dicit, quod testimonium mulieris non est tante authoritatis sicut masculi:quia varium,⁊ mutabile semper femina.Nã ista ratio satis generalis est, ⁊ non magis in causa criminali, quam in causa ciuili loquitur.Et generaliter in omnibus causis,in quibus femina admittitur,vt testificari possit,illi minus creditur,quam masculo:vt no.Abb.in d.c.forus.⁊ tradit Bal. in consi.cxxi.quis melius.lib.ij.facit tex.in l.fin.ff.de fide instru. ⁊ quod not.Bal.per illum tex.in l.j.ff.de sena.⁊ Salic.in l.vxor. C.qui accu.Non obstat textus in dicto cap.mulierem.quia tex. absolute dicit,quod mulier testis esse non potest:⁊ sic nõ loquitur magis in causa criminali,quam ciuili. Sed ille textus videtur prohibere vt non possit sine consensu viri.Unde accedẽte consensu viri,ita videtur,quod possit in criminali,sicut in ciuili: quia cum de iure ciuili admittatur in criminalibus,per l. ex eo.ff.eodẽ. hoc etiam debet seruari de iure canonico, ex quo contrarium expressum non inuenitur:vt no.in ca.j.de no.oper. nun.Et stante ista conclusione contra communem opin.tertia conclusio superius facta de plano procedit,quod si agatur ciuiliter de crimine,mulier testificari possit: vt hic,cum similibus.

11 ¶†In glos.fi.notandum est,quod socij^c criminis admittũtur ad presumptionem faciendam. Et ita textus hic, intelligitur. Ex hoc confirmatur, quod dixi in textualibus in primo nota. ⁊ Abbas idem sequitur in cap.j.de confess.vbi allegat gl.istam. Dicit tamen Salic.in l.fin.C.de accusa.quod talis presumptio non facit indicium ad torturam.Et idem Imo.in ca.j.de confess.⁊ Alexã.sequitur in consi.cxxviij.quoniam abunde. lib.iiij. Et hoc est quod voluit Abbas hic,dum intelligit glo.quando agitur ciuiliter. Secus si criminaliter, ⁊ in casibus, in quibus quis interrogari possit de socijs, in illis casibus etiã potest testificari,vt Alex.concludit in cõsi.lxix.viso.lib.ij. Et in quibus casibus interrogari possit,notabilem doctrinam ponit Bart. in l.repeti.§.j.ff.de quest.quam Abb.sequitur in ca.j.de confess. Salic.in d.l.fi.Roman.in consi.iiij.indicium.Alex.in consilio lxix.⁊ cxxviij.supra allegatis.

¶Additiones.

a ¶Mulier.Alex.consi.xi.numero 5.lib.j.Dec.l.ij.numer.34.de regu.iur.vbi dixi.

b ¶Canonico.Non seruatur.Alexand.consil.xxiiij.numero 11.libro secundo.His adde Alcia.de presumption.regu.j.presumptio.xlvij.

c ¶Subsidium.Nisi natura actus talis sit, vt alij testes haberi nequeant:vt tradit Alexan.dicto consi.clxxvj.lib.ij.quod habetur lib.j.consi.lxiiij.

d ¶Moder.Peru.scilicet Philip.Corne.quod tamen non est expeditum,vt dixi in consuet.Parisi.§.xcvj.

e ¶Socij.Dixi ad Alex.consi.lxix.ad fi.li.ij.consi.lxxxix.nu.10. lib.iij.consi.cxx.nu.3.lib.vij. [redacted]

1 ¶†Prelatus potest esse testis in causa ecclesie.5.11.12.13.
2 Religiosi possunt constitui procuratores pro ecclesia.
3 Procuratores plures constitui possunt in eadem ecclesia.
4 Procurator dicitur idoneus,quando est constitutus ad agendum,⁊ defendendum.
6 Testes de vniuersitate,an admittantur in causa vniuersitatis, in qua tractatur de eorum particulari vtilitate.7.8.
9 Clerici in causa criminali testificari non possunt in fauorem ecclesie.
10 Testes de vniuersitate testificari possunt inter illos de vniuersitate.
14 Testis an esse possit is,qui fuit administrator.
15 Procurator, solicitator, vel aduocatus in causa possessionis, potest esse testis in causa proprietatis.
15 Testis,qui iurauit in articulo possessorij, examinari nõ potest super proprietate.
16 Legatarius,an possit esse testis in testamento.
17 Venditor an possit testificari pro emptore.
18 Donator,an possit esse testis pro donatario.
19 Solicitator an possit esse testis in causa,quam solicitauit.
20 Uasallus,an possit esse testis in causa domini.



Insuper. ¶In text.ibi: liceat. plus est quod aliquid liceat,quã quod impune fieri possit:vt in not.qd. tradit Bal.in l.decuriones.in fi.C.quib.ex cau.infa. irro.⁊ alibi illud,quod licet,respicit rigorem iuris, ⁊ ab honesto distinguitur. l.semper. ff. de ritu nup.l.semper.⁊ l.non omne.ff.de reg.iur.sed vbi non habetur illa distinctio, illud quod simpliciter licet, videtur omni respectu permissum:vt hic,cum simil.Et hoc conceditur a summo pontifice,quod liceat fratribus dicere testimonium:qꝛ videbantur prohibiti tanquam in causa propria.arg.l.omnibus. C.eod.⁊ in l.nullus.ff.eodẽ.alias non fuisset opus concedere ꝙ liceret eis, scilicet dicere testimonium:sed satis erat quod non prohiberentur,cum edictum de testibus permissorium sit absolute:vt dictum fuit supra in capit.j. 1 ¶†Primo nota,ibi:liceat vobis,iuncta subscriptione. quod nõ solum clerici, vel fratres ecclesie possunt in causa ecclesie testificari, sed etiam prelatus. Et non mirum, secundum Abbatem:quia etiam potest prelatus in causa ecclesie iudicare.ij.quest.vij.cep.si quis erga. Sed in ista ratione Abb.aduertendum est, quia licet prelatus possit esse iudex in causa ecclesie,recusari tamen potest: vt not. in cap.cum venissent.de iudic.Et sic secundum rationem Abb.est dicendum,quod prelatus possit recusari:⁊ certe in prelato magis suspicio videtur,cum ipse habeat administrationem, ⁊ dicatur esse procurator ecclesie.cap.secundo,de donation.⁊ videbimus infra de hoc. 2 ¶†Secundo nota,quod religiosi possunt procuratores constitui pro ecclesia.Et idem probatur in capit. cum deputati.de iud.⁊ in clemen.religiosus.de procurato.xvj. quest.j.in cap.monachi.el secundo.⁊ etiam pro amico monasterij religiosus de licentia superioris potest constitui procurator:vt no.dixit Innocen.in cap.cum I.⁊ A.de re iud. Anton. de Butr.⁊ Imo.in cap.primo,de synd. ⁊ hoc pro singulari ponit Roma.in singu.cclxxiiij.monachus.⁊ dixi in cap. secundo, de iudi.De honestate tamen,secundum Abb.hic,debent abstinere,per textum in cap.primo,in fi.de syndi.⁊ talis honestas videtur pro consilio:quia prohibitionem nõ inducit: ideo actus in contrarium valet, quando aliquid prohibetur, ratione honestatis,vt not.Abbas post Antonium de Butr.in capi.ij.de iudic.cum similibus,vt dixi ibi. Hoc tamen non videtur habere locum in causa matrimonij,in qua nõ solum quod licet, sed quod est honestum inspicitur,per iura supra allegata. Et illud honestum,videtur continere preceptum,ita quod actus in cõtrarium non valet,ca.iuuenis.de sponsalibus. 3 ¶†Tertio nota, quod in eadem causa possunt constitui plures procuratores.in cap.si duo.de procura.in sexto.in l.pluribus.ff.de procu. Et hoc limitatur,nisi causa incohoata fuisset,⁊ originem habuisset cum vno.l.iam tamen. §.si tamen plures. ff. iudicatum solui.⁊ not.Bar.in l.si quis cum procuratorio.§.nullus.ff.de procura. 4 ¶†Quarto,⁊ vltimo nota,quod procurator idoneus dicitur,quando constitutus est ad agendum,⁊ defendendum.Et hoc non procedit,stãte quod litera loquitur copulatiue, prout habent libri antiqui: si vero loquatur alternatiue, prout libri impressi se habent,hoc non probaretur hic.Et pro litera alternatiua facit quod dicitur ibi:actores vel responsales.Dictum tamen notabile in se verum est,quod debet habere procurator potestatem

potestatem respondendi. Et ideo si constituitur procurator tantum ad agendum posset repelli: vt notat Bartolus in l. seruum quoque. §. ait pretor. ꝛ in l. mutus. §. pena. ff. de procurato. Et hoc bene procedit in procuratore actoris. Secus est in procuratore rei: vt Roma. tradit in singu. cxv. alias xvij. incipien. secundo procurator constitutus. allegat text. in capi. constitutus. de procura. ꝛ ibi etiam Abb. ver. secunda solutio. ¶ † Expeditis notabi. Abb. late reassumit materiam, an, ꝛ quando ecclesiastice persone possint testificari pro ecclesia. Et considerat principaliter duos casus. Primus est in causa ciuili. Secundus in causa criminali. Circa primum ipse primo concludit quod in his que in capitulo aguntur, illi de capitulo possunt testificari: vt not. Ioan. Andr. in c. cum nuntius. infra eod. ꝛ de hoc sunt iura clara. in cap. veniens. el ij. circa fin. infra eod. in l. consensu. C. de repu. in c. fin. j. de testi. cogen. in c. ꝛ si Christus. de iureiur. in fin. Et ista conclusio, secundum Abb. limitatur, nisi agatur de commodo ipsorum de capitulo: quia tunc non videtur quod testificari possint, per regulam, que habetur in l. omnibus. C. eod. ꝛ v. q. iij. in c. omnibus. Et ad hoc facit, quia illa regula negatiua, quod in causa propria nullus sit testis. d. l. omnibus. ꝛ l. nullus. ff. eod. tit. ergo talis regula videtur preualere, iuribus supra allegatis, in quibus regula affirmatiua ponitur. l. iij. §. liberti. ꝛ quod ibi Bart. ff. de suspect. tut. l. si Rufinus. vbi Bald. C. de testam. milit. Sed in contrarium facit text. in c. veniens. in ratione, dum dicitur ibi, quod ea, que in capitulo geruntur, non possunt per alios probari: ideo dispensatur quod alias inhabiles admittantur: ergo videtur quod recipiantur, dato quod de commodo ipsorum agatur: ꝛ quod videtur commodum, in consequentiam non attenditur, vt hic. Et hoc in terminis videtur tenere Bart. in l. intantum. §. vniuersitatis. ff. de rer. diuis. ꝛ idem Bald. in c. cum accessissent. versic. distingue. de constit. Non obstat quod regula negatiua appellatur: quia illud verum est, si sit magis specialis: alias secus videtur, prout in proposito modo hic: quia dispositio c. veniens. cum simil. est magis specialis, ideo preualere debet: vt regula, generi per speciem. ff. de reg. iur. vide que
6 scripsi in c. significasti. cum si. §. de of. iud. dele. † Secundo Abb. concludit, quod in causa vniuersitatis testes de vniuersitate admittātur, licet de ipsorum vtilitate etiam particulari tractetur, contra Ioan. Andr. in d. c. cum nuntius. Et istam conclusionem Abb. videtur tenere Bald. in d. c. cum accessissent. in loco prealleg. Et de ista materia vide notabiliter do. Pet. de Girardo in sing. suo xxiiij. incip. vtrum ciuis. Sed in hoc breuiter communis opin. est in contrarium: nam ita tenet Bart. in d. l. in tantum. §. vniuersitatis. vbi exemplum ponit, Si vnusquisque fratrum sit habiturus cappam. ꝛ idem Bald. in l. parentes. in fin. C. eod. vbi exemplum ponit in pascuis. ꝛ nemoribus, cum simil. vt tradunt Moder. hic, ꝛ idem Alexand. in consil. lxviij. ꝛ viso. lib. ij. ꝛ in consil. cxxxvi. in causa. co. lib. ij. ꝛ idem Fulgos. in cons. xiiij. super eod. Rom. in consil. vij. visis. And. Sicu. in consil. lj. lib. ij. ꝛ Abb. ipse sequitur doct. ꝛ Ioan. Andr. in d. c. cum nuntius, quem impugnat in consil. xv. ad claram. col. iij. lib. j. ꝛ ad rationes Abba. respondent Moder.
7 hic. † Tertia conclusio Abba. est, quod vbi agitur simpliciter de interesse vniuersitatis, illi de vniuersitate testificari possunt. Et ita tenet Ioan. Andr. in d. c. cum nuntius. not. per gl. in c. nondum. in authent. de mona. in verbo, testes. cum simil. vt tradunt Moder. hic. ꝛ idem gl. ꝛ Bart. in d. l. intantum. §. vniuersitatis. glo. ꝛ Bald. in l. si municipes. ff. quod cuiusque vniuer. Angel. in l. sed ꝛ si. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. cum simil. vt tradunt Moder. ibi, ꝛ Alexand. in consil. lxviij. ꝛ consil. cxxxvi. supra allega. Et Cuma. in consil. lxix. in dubium vertitur. Et hoc presertim locum habet in religiosis: vt notat Card. in consil. cij. super dubijs. in fin. Et ideo Bald. hic, infert quod fratres Predicatores possunt esse testes in testamento, in quo ecclesie eorum relinquitur. Et idem in fratribus sancti Augustini, tradit Fulgos. in cons. cv. quedam domina Lucia. Secus tamen esset in fratribus Minoribus, qui non habent testamenti factionem actiuam, nec passiuam: ergo testes esse non possunt. §. testes. inst. de testam. Et ita dicit Com. Perus. in consil. cxxxvi. in hac consultatione. in fin. lib. iiij. Aduerte ad illud supra dictum de fratribus Minoribus, Bald. in l. j. C. de sacros. eccl. in j. not. melius vide per Angel. in ij. §. in fin. de hered. que ab intest. defe. Instit. ꝛ per Bart. in l. is potest. in ver. fallit. in his. ff. de acquir. hered. Predicta conclusio limitatur secundum Archid. in c. super prudentia. vt non sint integri testes, licet admittantur. Et sequitur Anton. de Butr. in d. c. cum nuntius. Alex. in cons. xliij. visis. lib. iiij. versi. ex hoc infert, quod non sint idonei ad reprobandum instrumentum. Et hoc, quod Alex. dicit, non videtur habere locum in actibus collegij, qui per alios probari non possunt: vt dixit in cap. tertio loco. per illum textum, supra tit. proxim. Abb. hic concludit, quod duo testes vniuersitatis bene probant, nisi essent alij testes in contrarium: ꝛ sequitur Alex. in preallegato consil. lxviij. Imo. vero in d. c. cum nuntius. videtur velle, quod duo non sufficiant, sed maior numerus requiritur. Et sequitur Alexan. in consilio xcix. visis processibus. libro. v. Pro opin. Abb. facit, quia iura simpliciter admittunt testes vniuersitatis: vt hic, cum similib. ergo hoc intelligitur secundum naturam testium vt duo sufficiant. l. vbi numerus. ff. de testi. Imo. quod plus est, testes vniuersitatis videntur esse integri: vt tenet Ioannes Andreas in addit. Specu. §. j. eodem titu. in ver. item quod causa vniuersitatis. ꝛ Alexand. sequitur in preallega. consilio xcix. Alberi. Male. in tracta. de testib. in cap. quando testes repelluntur ratione affectionis: vbi concludit tutius esse tenere opinionem contra Archidiaconum. Sed tamen pro Archidiacono facit, quia in criminalibus repelluntur. d. c. super prudentiam. ergo non videntur esse integri testes, sicut Abbas infra dicit de consanguineis. Concludendo dicendum est quod in arbitrio iudicis est, quanta fides adhibeatur, attenta qualitate persone. argum. l. iij. §. j. ff. eod. ꝛ quod notat Pau. de Cast. in l. admonendi. ff. de iureiur. vbi inquit, quod probationes omnes resident in arbitrio iudicis. Facit quod
8 not. Bart. in l. Lucius. ff. ex quib. cau. infa. irro. † Quarta conclusio Abb. est, quod testes de vniuersitate vel collegio admittuntur principaliter, ꝛ non solum in defectum aliorum, reprobata opin. Spec. qui dicebat solum illos debere in subsidium admitti. Sed tamen opin. Spec. saluari potest in religiosis, prout loquitur tex. in c. ꝛ si Christus. §. fin. de iureiur. ad quem tex. doct. non bene respondent: vt dixi in cap. tertio loco. s. tit. prox. ꝛ facit text. in c. j. de syndi. Conclusio Abba. hic procedit
9 in clericis secularibus. ¶ † In secundo membro principali, videlicet in causa criminali, conclusio Abb. est, quod clerici, ꝛ illi de vniuersitate, non possunt testificari in fauorem ecclesie, vel vniuersitatis: ꝛ hoc sane intelligitur, quando parua est vniuersitas: quia tunc omnes domestici sunt: vt not. Abb. hic dicit post Ioan. Andr. in d. c. cum nuntius. ꝛ Moder. sequuntur. Sed aduertendum est, quia si isti in parua vniuersitate repelluntur, quia domestici, videtur tali ratione attenta, quod etiam in ciuili deberent repelli: quia generaliter domestici repelluntur. l. iij. C. eod. Preterea, secundum istam resolutionem esset dicendum quod illi, qui sunt de magna vniuersitate admitterentur in criminalibus. Quod non videtur verum: quia
a non sunt integri [a] testes. Et ideo tex. in d. c. prudentia. intelligitur de domesticis largo modo, qui multum conuersantur adinuicem, prout clerici, ꝛ canonici faciunt eiusdem ecclesie.
10 † Secundo Abb. concludit, quod inter illos de vniuersitate testificari possunt alij, qui sunt eiusdem vniuersitatis: quia par affectio tollit suspicionem. l. non solum. vbi Barto. ff. de ritu nuptiarum. facit text. in l. sed ꝛ milites. §. j. ff. de excusat. tuto. ꝛ quod notat Bald. in cap. j. de probat. ꝛ tradit Alexand. in consil. clvj. viso processu. lib. ij. Abb. in capit. postremo. cum simil.
11 vt dixi de appellat. ꝛ Andr. Sicul. in consil. ij. lib. ij. ¶ † Successiue queritur secundum Abb. quid in prelato ecclesie, qui solus sit: Ioan. Andr. quem Abb. refert, tenet quod non admittatur: quia agitur de interesse, cum ipse solus habeat omnem administrationem. c. relatum. el ij. de testam. Abb. dicit quod ista ratio sola non sufficit: quia potest esse alius prelatus, inde x in causa ecclesie. capit. cum persone. de priui. in vj. ꝛ quia bona ex toto non cedunt mense prelati, sed vsui pauperum. xvi. quest. j. c. fin. ꝛ Moder. sequuntur. Sed tamen opinio Ioann. Andr. verior videtur. Pro quo facit glos. notab. in cap. potuit. in ver. expelli. de locat. ꝛ quia prelatus dicitur procurator, c. ij. de donat. ergo non potest testificari. cap. fin. eodem tit. de testib. in vj. Non obstat, quod prelatus iudicare potest in causa ecclesie: quia potest tamen recusari: vt not. in capit. cum venissent. de iudi. Item potest iudicare in causa ecclesie, quando ipse est solus, prout loquuntur doctores in dicto capitulo, cum venissent. Non obstat, quod ex toto non sint bona de mensa, cum cedant in vsus pauperum: quia idem est de bonis, que sunt de mensa, que vltra necessitatem debent dari pauperibus, vel conuerti in vtilitatem ecclesie, in capit.
12 de his. de eccles. edific. ¶ † Quid autem in prelato ecclesie collegiate: Abbas primo concludit quod non sit testis idoneus, si agatur de bonis mense sue. Et ad hoc facit, quia tali casu etiam iudicare non potest: vt notat Abbas post Antonium de Butrio in dicto capitulo, cum venissent. Dominicus in capitulo primo, de penis, libro sexto, cum similibus, vt tradit Alexander in consilio septuagesimo nono, circa primum, libro primo. Et facit, quod supra dictum est

de hominibus vniuersitatis, qui non testificantur, quando singulariter cōmodum consequuntur. Et quando bona dicantur esse de mensa prelati, not. per glo. in verbo, de mensa. in cle. vnica. de excess. prelat. & doct. in c. vt super. de rebus eccl. non alien.
13 † Secundo Abbas concludit, quod si agatur de bonis ecclesie, & prelatus cum capitulo procuratorem constituit, testificari potest, vt probatur hic: quia tunc prelatus videtur interuenire tanquam pars ad reintegrandum capitulum. cap. nouit. de his, que fiunt a prelat. Secus videtur, quando solus prelatus procuratorem constituit: quia habere videtur affectionem ad causam: vt notat Inn. in c. presentium. de testib. in vj. & sequitur Bart. in l. qui testamento. in prin. ff. de testa. Abbas hic, & Dom. in c. iudex. de offic. iud. deleg. in vj. Et hoc vltimum dictum secundum Areti. hic, procedit in prelato seculari. Secus est in prelato regulari, qui non videtur habere vsumfructum, sicut secularis: & Moder. sequuntur. Sed tamen conclusio Abbat. indistincte magis placet: quia in causa communi cum capitulo, prout doct. hic loquuntur, non consideratur interesse prelati, vt hic patet: sed solum consideratur affectio, quam videtur habere prelatus, qui solus procuratorem constituit. Et ista ratio ita militat in prelato regulari, sicut seculari. Et quia iura in ista materia non faciunt differentiam inter prelatum secularem, & regularem, quia vterque in effectu habet plenam administrationem, & vterque etiam solum percipit vitam necessariam. Et istam conclusionem sequitur Roma. in
14 cons. ccccxx. incip. questio proposita. in fin. ¶ † Quid autem in eo, qui fuit administrator: conclusio est secundum Joan. Andr. quem Abbas refert, quod repellatur a testificando, si de suo interesse agatur: alias secus. Et dictum Joan. Andr. sequitur Ant. de But. in c. cum a nobis. j. eod. & in cons. xxiiij. hec questio. cum similib. vt Alex. scribit in cons. lxxxvi. visis limitationibus. Et maxime quod dictum est habere locum in causa criminali. not. Fulg. in cons. clxxiiij. super eod. Facit dictum Bar. quem Abbas hic refert in l. deferre. §. decreuerunt. ff. de iure fisci. quod etiam sequitur Cuma. in cons. lxviij. in presenti questione. & Alex. in cons. xiij. ex his. lib. j. Et ibi etiam habetur de proxeneta, de quo Abb. hic incidenter loquitur. ¶ Et de proxeneta tradit Imo. in cons. cccciiij. in causa premissa. li ij. Andr. Sicu. in cons. lv. lib. j. & idem Alex. in cons. cxxviij. ponderatis. libro ij. Et ad ea, que hic Abbas dicit, conferunt que not. Imo. in consil. lviij. in casu premisso. & consil. cl. in causa, que vertitur. & Roma. in consil. ccccxx. proposita questione. Alexand. in consil. cxix. in his. lib. iiij. Alberic. Maleta in tractatu de testibus. in quarta parte prime partis. in principio.
15 † Et notandum est quod procurator, solicitator, vel aduocatus in causa possessionis, potest esse testis in causa proprietatis: vt not. dicit Anto. de Butr. in c. cum a nobis. j. eod. vbi loquitur in aduocato: & sequitur Imo. ibi, & Alber. Maleta in dicto suo tract. loco preallег. Et ratio illa videtur, quod causa proprietatis separata est a possessione. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. Et ad hoc bene facit, quia testis, qui iurauit in articulo possessorij, non potest examinari, nec interrogari super proprietate: quia esset non iuratus, vt dixi in c. j. in gl. j. de confir. vti. vel inuti. & not. dixit Bald. in
16 l. fin. circa fin. C. qui legit. perso. ¶ † Quid autem in legatario? iura clara sunt, quod testis esse possit in testamento. l. qui testamento. in princ. ff. de testam. §. legatarijs. Instit. de testam. Sed difficultas est in ratione Abba. qui concludit, quod ista iura habent locum in testamento in scriptis: secus esse videtur in testamento nuncupatiuo. Moderni sequuntur, allegantes plura loca, in quibus de isto articulo tractatur: & prius allegant Alexand. in l. dictantibus. C. de testamentis. vbi Alexand. dicit, quod communis est opinio, quod legatarius indistincte pro herede in testem admittatur. Et sic etiam in testamento nuncupatiuo credendum videtur legatario. Et probatur hoc in d. §. legatarijs. per rationē, que ibi allegatur: quia non sunt iuris successores. Nam ista ratio Abba. expressa, pariter militat in testamento nuncupatiuo. Et licet testamentū nuncupatiuum possit fieri simpliciter septem testibus adhibitis. §. fi. Instit. de testam. tamen debent esse legitimi testes, per supradicta: quia prohibitio, & permissio facta in testibus, videtur communis, tam in testamento nuncupatiuo, quam in scriptis. Moder. in dicta l. dictantibus. admirantur, quod doctores ita transeunt: quia procurator & aduocatus repelluntur. l. fin. ff. eod. c. fin. eodem tit. in vi. & in istis agitur de commodo in consequentiam: ita ergo videtur in legatario. Sed si legissent Abbatem hic, non fuisset mirandum: quia istam rationem contra legatarium omnes adducunt. Sed respondetur quod aduocatus, & procurator repelluntur propter affectionem causae: que ratio affectionis, non est in legatario, quod in legatario solum agitur de commodo in cōsequentiam, propter quod omnino debet repelli: vt hic, cum simili. Et vlterius in legatario aliam rationem allegat Bal. in l. si municipes. ff. quod cuiusque vniuersita. videlicet, quod admittatur legatarius ex eo quod rogatus fuit a testatore. Et hoc sequitur Aretin. in d. l. qui testamento. in principio. Sed contra hoc facit textus in §. sed neque heres. instit. de testamen. vbi heres, & plerique alij repelluntur, vt testificari non possint, & tamen etiam ipsi sunt rogati a testatore. Nisi dicamus, quod in herede agitur de causa sua principaliter: non sic in legatarijs, de quorum interesse agitur in consequentiam. Videtur etiā quod dici potest, quod legatarius approbatus sit ex speciali concessione Imperatoris: vt colligitur in fin. d. §. legatarijs. ibi: & hoc eis specialiter concessimus. Et ista solutio posset procedere, si talis constitutio fuisset facta ante legem Iurisconsl. que habetur in l. qui testamento. ff. de testam. in princ. Sed si posteriori tempore facta fuisset, prout videtur verisimile, talis responsio non procederet: quia hoc etiam erat ante talem constitutionem, vt probatur in dicta l. qui testamento. Finaliter concludendum est, quod in legatarijs specialiter concedatur hoc, propter maiorem numerū testium, & quia rogati sunt a testatore, & quia tractaт de ipsorum commodo in consequentiam: his tribus cōcur
17 rētibus iustificatur, quod dicūt iura de legatarijs. ¶ † Quid autem in venditore, an pro emptore testificari possit gloss. in l. nullus. ff. eod. tenet quod non, & hoc quando venditor de euictione tenetur: alias secus. Et ita etiam tenet Specul. eodem tit. §. j. versic. tamen quid de venditore. Archid. iiij. q. iij. can. si testes. versic. nullus idoneus. Bald. in l. omnibus. in princ. C. eodem tit. & sequitur Alber. Male. in suo tractatu, in quarta parte prime partis principalis. Idem Bald. in cons. ccccxxix. apparet. libro iij. Roma. in cons. ccclxxxij. quo ad primum. in princ. Alexand. in consil. ccxix. viso. libro ij. Anton. de Butr. tamen prout hic Abbas refert, absolute tenet quod venditor
b repellatur [b] quamuis de euictione non teneatur propter affectionem, quam videtur habere ad causam: sicut in proxeneta, Abbas dicit: quod simile non videtur bonum: quia communiter proxeneta est vilis persona: non sic in venditore. Sed replicari potest de aduocato, quia etiam repellitur propter affectionem. l. fin. ff. eodem. & tamen non potest dici, quod sit vilis persona. Vnde aliter responderi potest ad simile de proxeneta, & aduocato, quia in talibus tractatur de interesse suo, & honoris, & vtilitatis, quod res optatum finem consequatur: non sic est in venditore, de cuius interesse non agitur: quia non est obligatus de euictione. Bart. tamen videtur tenere, quod indistincte repellatur, in d. l. omnibus. in d. l. nullus. quem Floria. sequitur. Sed concordando opinio. dicamus: vt dicit Antonius Butrio hic, quod integrum non sit eius testimonium: sed quanta fides adhiberi debet, stat arbitrio iudicis, con
18 siderata qualitate persone: vt Abbas hic concludit. ¶ † Quid
c autem in donatore [c] Abbas dicit esse arbitrarium, quantum credatur. Salicet. tamen in l. si ad te. C. de fal. refert, quod doct. communiter tenent, quod repellatur: quia donatarius remanet obligatus ad antidora: & isto respectu agit de interesse donantis. Idem tenet Angel. in dicta l. omnibus. Alber. in loco preallegato versic. vltra predicta. Et maxime ista conclusio haberet locum in donatione remuneratoria, in qua donans de euictione obligatur: vt not. Bart. in l. Julianus. §. qui fundum. ff. verborum obligationibus. cum similib. vt Alexan. tradit in consil. xlvij. visis instrumentis. lib. iij. Et de ista obligatione ad antidora, vide que dixi in cap. ad nostram. ver. extra gl. 3. de prob. & per Philip. ibidem. ¶ Quid autem in socio: conclusio est, quod si agatur de interesse eius, repellatur: alias secus. Et ita in effectu Joan. Andr. concludit hic, Bal. & Salicet. in l. quoniam liberi. C. eod. Angel. in l. si duo. in principio. ff. si quis cautio. in versicu. ex predictis. Floria. in l. nullus. in fi. ff. eodem. idem Innocen. in c. quoniam. supra eodem. & hoc idem tradit Angel. in consil. cclvj. visis attestationibus.
19 Aretin. in consilio xiij. viso. ¶ † Quid autem in solicitato
d re [d] Abbas se remittit. Addatis Alexand. qui alios plures refert in consilio centesimo quinquagesimo quarto. viso. libro sexto. & Ro. late in consilio quadringentesimo vigesimo, in pro
20 posita questione. ¶ † Postremo queritur quid in vasallo. Abbas post Joannem Andream cōcludit esse in arbitrio iudicis, inspecta qualitate domini, & vasalli. Alber. Male. in dicto suo tractatu in secūda quest. prime questionis principalis. in versic. vlterius exhibendum. finaliter tenet, quod vasallus absolute repellatur. Mouetur, quia maior est obligatio vasalli erga dominum, quam erga patrem. capi. guerram. in fine, in titul. hic finitur lex, deinde incipiunt consuetudines regni. in vsib. feudorum. ibi dum dicitur, contra omnes debet vasallus domi

dominum adiuuare, & cōtra fratrem, filium, & patrem. Et si vasallus testificatur contra dominum, feudo priuatur. glo. notabi. in c. j. in §. item si delator. in ver. perdet. in tit. que sit prima causa beneficij amitten. Sed quod imo vasallus possit, tenet Iacob. Aluaro. per illum textum, in c. j. §. testis, si inter dominum & vasal. lis oria. & in c. j. §. j. in fin. tit. quid sit inuestitu. Et hoc idem voluit gloss. in c. de forma. xxij. q. v. Specul. in eodem tit. versic. sed nunquid vasal. & sequitur Bald. in c. ego N. de iureiur. Et tenendo istam opinionem non obstat ratio, quam Alberic. Male. adducit in loco preallegato, de iuramento vasalli, quod adstringit vasallum, etiam contra patrem: quia illud locum habet in respicientibus causam feudi. Sed doct. hic loquuntur extra causam feudi. Et breuiter secundum Abba. opiniones concordari possunt, quod hoc totum sit in arbitrio iudicis, inspecta qualitate domini, & vasalli.

¶ Additiones.

a ¶ Integri. Alex. cons. xliij. num. xxiij. lib. iiij. Corn. cons. cclxi. lib. j. cons. ccxvij. lib. iiij. Tho. Grammat. cons. xxij. Pet. Gerard. sing. xxiiij.

b ¶ Repellatur. Alex. cons. cxix. num. 25. lib. vj. Et placet, licet Aufrer. tract. de reprob. test. ver. venditor. sequatur distinctionem Panorm. hic.

c ¶ Donatore. Quod repellatur. tenet Paul. l. si sub vna. §. j. de verb. oblig. decis. Tholos. xciiij. Decius supra de prob. c. ad nostram. in fin.

d ¶ Solicitatore. Rota decis. cxlix. in nouis. Alex. cons. cliij. num. 5. lib. v. cons. ccliij. lib. vj. vbi dixi. [redacted]

2 ¶ Simonia committitur in iure patronatus.
3 Simonia committitur non solum in dando, sed etiam remittendo.
4 Parochiani possunt cogi soluere parochiano, que eidem soluere consueuerunt.
5 Parochiani licite dant aliqua temporalia pro receptione sacramentorum, quando ecclesia non habet dotem.
6 Oblationes cedūt lucro ecclesie parochialis, & ipsius rectoris.
7 Probatio plena requiritur, quando agitur de crimine simonie etiam ciuiliter.
8 Remittere an, & quando sit idem, quod dare. 9.
10 Fama probat in his, que sunt leuis preiudicij.
11 Fama an probet in antiquis.
12 Fama, vbi agitur de contractu, an probet.
13 Fama in criminalibus non facit semiplenam probationem.
14 Fama non probat, quando de crimine ciuiliter agitur.
15 Fama non probat in causa ciuili, & ardua.
16 Fama probat plene, quando per statutum ita disponitur.
17 Fama probari debet quod habuerit originem a personis fide dignis.
18 Testis vnus solus quando probet, & in quibus casibus.
19 Conuentio valet quod stetur priuate scripture.



Eniens. j. Decretalis ista summatur, & diuiditur, vt per Abb. hic. ¶ Primo nota secundum Abba. quod parochiani admittuntur ad testificandum contra rectorem, quando agitur de crimine ciuiliter, & posteriores sequuntur. Sed prima facie ad istum textum videtur responderi posse, quod loquitur in casu speciali simonie, vt patet in litera, quo crimine specialiter criminosi, & inhabiles admittuntur. c. tanta. de simo. & per gl. in c. cum P. de accus. & ij. q. vij. in summa. Replicari tamen potest quod specialitas, que in crimine simonie cōsideratur, procedit, quando agitur criminaliter. Secus si agatur ciuiliter de tali crimine, vt probatur hic, vbi ordinaria probatio requiritur. Et quicquid sit, dictum Abb. est verum in se: quia parochiani, licet laici sint, possunt petere quod malus rector remoueatur: quia agitur de ipsorum interesse, vt not. Goffr. & Abbas hic refert. in c. quod Dei timorem. in iij. nota.
2 de statu regu. & Abbas tradit in c. ex parte 3. eod. ¶ † Secundo not, quod simonia committitur, etiam in iure patronatus. Ad idem textus in c. preterea. de transact. & Abbas hic inducit istū textum, & concludit, quod parochiani hic haberent ius patronatus: quia cum essent laici, aliud ius habere non possunt.

Sed tamen responderi potest, quod hic non apparet quod essent patroni. Unde quod hic dicitur, fieri potuit, vt superior induceretur ad gratificādū parochianis: quia solet episcopus parochianis gratificari, licet non sint patroni: vt not. Arehid. xxi. dist. c. hortamur. & not. Abbas in d. c. quod Dei timorē. de statu regu. in iij. notab. & in c. venerabilis. de except. Quod autē Abbas dicit, quod etiā in iure patronatus simonia committitur, tenet gl. j. q. j. in summa. & tradit Ro. in cōs. cccxvij. circa propositum. & in cons. ccclxvij. presens consultatio. & dixi in cōs. cxvij.
3 ¶ † Tertio nota, quod simonia cōmittitur non solū in dando, sed etiā in remittendo. Ex quo Abbas infert, quod remittere sit dare.

Sed ista illatio necessario non infertur: quia simonia non solum committitur in dando, sed in quocunque munere: vt habetur in c. nonnulli. j. q. j. Illatio, quam Abbas facit, haberet locum, si iura dicerent simpliciter simoniā cōmitti in dando.
4 De hoc tñ an remittere, sit dare, videbimus in gl. ¶ † Quarto nota secundū Abba. hic, quod parochiani possunt cogi ad soluendum illud, quod sunt consueti soluere parochiano. Sed istud nota, non videtur probari hic: quia isti erant patroni, secundū Abb. & soluebant pro beneficio & non ratione consuetudinis: vt etiam Aret. hic dicit. Dictū tamen Abb. videtur verum per tex. in c. ad apostolicā. de simo. & not. Abb. in c. penult. de sepult. Pet. de Anch. in cons. xlvij. quia talia asserunt. Ant. de Butr. in cons. penult. viso. & facit quod not. Bart. in l. priuilegia. C. de sacros. eccl. cum simil. Et idem econtra de candelis solitis dari per presbyterum parochianis: vt not. Federic. in cons. clv. que-
5 stio, quam laicus. † Et subijcit Abbas per istum textum, quod vbi ecclesia non habet dotem, parochiani licite dāt aliqua pro administratione sacramētorum, adeo quod possunt compelli, subtrahendo eorum administrationem: vt per gl. in cap. omnis Christianus. de consecratio. distinct. j. Sed hoc vltimum dictū non est verum, quod ipse sacerdos immediate denegare posset sed habet recurrere ad superiorem: vt notat Abbas post alios in rub. de parochia. Facit quod not. Lapp. allegat. lvij. quondam monasterium cum similibus. vt tradunt Moderni hic. Et adde quod tali casu oblationes sunt de precepto: vt not. Abbas in c. cum causam. de verb. signific. & in dicta rubr. de pa-
6 roch. † Et notandum est, quod oblationes cedunt ipsi ecclesie parochiali, & ipsi rectori parochie populi, & non illi, qui accidētaliter celebrauit: vt not. Abbas in c. pastoralis. de his, que fiūt a prelat. & not. Moderni in c. dilectus. de officio ordinar. Et quod dictum est de oblationibus, limitatur secundum Abbatem hic, nisi clericus aliter posset honeste victum querere. argum. cap. clericus victum. xci. distinct. & in c. j. de celebratione missar. & ita Moderni sequuntur. Sed aduertendum, quod illa iura loquuntur de exercitio, quod licite potest facere clericus, vel presbyter, posteaquam satisfecit officio, quod sibi incumbit: sed non dicunt quod teneatur: & ideo indistincte videtur quod presbyter possit habere oblationes, vel temporalia a parochianis, non obstante, quod victum cum artificio alio querere posset: quia qui altari seruit & c. cum secundum. de prebend. facit quod not. Abbas in c. episcopus. de prebend. in cap. postulasti. de rescript. & ibi dixi in fin.
7 ¶ † Quinto nota, quod vbi de crimine simonie agitur ciuiliter: plena, & ordinaria probatio requiritur: & tali casu non defertur iuramentum in defectum plene probationis: quia causa non est leuis: vt Abbas hic concludit. Et ad hoc bene facit dictum Baldi in l. in bone fidei. C. de rebus cred. vbi inquit, quod in causis beneficialibus non defertur iuramentum in defectum probationis: vt notat Domin. in c. finali. de eo, qui mit. in possess. libro vj. Et hoc intelligitur in ipsa causa principali beneficiali. Secus est in aliquo incidenti: vt probatur in cap. ex insinuatione. de procuration. ¶ Ultimo Abbas hic post Ioann. Andr. concludit, quod si iste presbyter fecisset promissionem post presentationem de eo factam a parochianis, non fecisset simonia, nisi conuentio precessisset, per textum in cap. Artaldus. viij. quest. iij. ibi, nullam ante conuentionem, vt eligeret, feci. &c. Et hoc idem in simili Abb. tradit in ingressu monasterij monialis: quia consideratur an precedat taxatio: vt notat Abbas in capit. dilectus. lo ij. de simon. facit quod notat idem Abbas in capit. Mattheus. de simon. in fin. & quod tradit Ioann. de Anan. in capit. audiuimus. in fin. de colln. deteg. & dixi in consil. cxviij.
8 ¶ † In gloss. j. colligitur quod remittere sit dare: vt in iuribus in ea allegatis. Ad idem text. in l. si fundum. §. Titio. de leg. primo. cum simil. vt per Moder. hic. Ad idem tex. in l. peculio. la j. & ibi Bartol. ff. de pecu. Facit textus in l. iij. si stipulanti. ff. de donationib. inter virum & vxorem. l. in promittendo. §. j. & l. licet. in princip. ff. de iure dotium. Et ideo remissio debiti, donatio est: vt not. gloss. in l. si inter. in ver. donationem. & ibi Bald. C. de solu. Unde in tali remissione, necessaria videtur insinuatio, secundum gloss. in l. si quis in obligatione. ff. de regulis iuris. vt not. Bart. in l. Modestinus. in princ. ff. de nat. cum similib. vt late tradit Alexand. in l. si mulier. ff. de condict. ob causam. Adde Angel. in l. pacta, que contra. C.

de pactis,vbi inquit,quod ita vidit iudicari Perusij: vt not. Bal.in consi.ccj.presupposito.libro quarto,& in alio consilio ccxxxj. primo queritur.eod.lib.iij.Et ista est communis opinio, vt Alexander dicit in l.si creditori.C.de pac.Et conclusio glo. superius confirmate sane intelligitur,quando ex tali remissione aliquid acquiritur,cui talis remissio fit:alias secus, vt Abbas hic concludit.Secundo limitatur,quando remissio est facta de debito liquido.Secus si liquidum non sit:vt etiam Abbas hic dicit, cum simili.& Alexander tradit in dicta l.si mulier.Adde Angel.de Cla.in summa,in verbo,simonia.iij.§.gl. allegat l.siue apud.C.de transactionibus. Tertio fallit,& limitatur dicta conclusio, si sit facta remissio de debito penali ex delicto:vt notat Baldus in dicta l.si mulier.in fine.Quarto limitatur procedere,quando remissio facta fuit ex mera liberalitate. Secus si ob aliam causam:vt notat Paul.de Castro in
9 l.contra iuris.§.j.ff.de pactis.† Quinta conclusio glos. habet locum largo modo:sed proprie loquendo remittere nõ est dare vt dicunt Moderni hic,per l.Julianus.ff.de conditio.& demonstrat.vbi conditio pro impleta habetur: ergo proprie impleta non est.Pro quo facit,quia aliud est dare, aliud remittere:dare enim,est accipientis facere.§.sic itaque.instit.de actio. Et facilius fit remissio, quam datio: vt notat Bartol. in l.si duo.ff.de verborum obligat.Et ideo quandoque licet donare, & non licet remittere: vt per gloss. in c. statutum. in ver. remissione. de rescrip.libro vj. Et ista quinta limitatio procedit, nisi pecunia esset parata solutioni: quia tunc ille, qui remittit, dare videtur, cum illa pecunia fingatur data, & illi reddita. l.singularia. ff.si cert.petat. Secus videtur, si pecunia non sit parata solutioni: vt notab. concludit Paul.de Castr. in dicta l. Julianus. per textum qui videtur probare istam distinctionem.in l.si sponsalibus.§.j.ff.de iure dotium. Moder. in dicta l. Julianus. dicunt, quod ille text. loquitur in specie debita: nos vero loquimur in quantitate pecunie, que licet esset parata solutioni, non erat tamen debita, ex quo debitum erat in genere. Sed tamen ita dicendum videtur in quantitate: quia licet illa quantitas non esset debita, tamen ex quo erat parata solutioni, videtur producere eundem effectum: quia si soluta fuisset, liberatus esset debitor. Aliter tamen videtur concludendum, vt dicamus quantum ad factum remittere, non fit dare: & isto respectu loquuntur iura, que dicunt, quod conditio dandi,ex remissione habetur pro impleta:sed quo ad effectum iuris, ex quo nullus potest considerari inter remissionem,& dationem,seu solutionem debiti liquidi,isto respectu remittere, videtur dare. Et ex conclusione supra firmata per istum textum,quod remissio,& datio equiparentur: quia tamẽ textus hic de promissione loquitur,vt patet ibi: promisisset remittere,infertur contra Joannem Andream in c.j.eodem titulo,in sexto, vbi voluit quod licet proxeneta repellatur a testimonio in crimine simonie, quando salarium recepit,secus est, quando sumus in promissione salarij, secundum eum. Et ita istum textum allegat Dominicus in predicto capitu.j.contra Joannem Andream. Sed in effectu respondetur, prout dicunt Dominic. & Moder.hic, quod licet in textu dicatur,promisisset remittere.textus tamen intelligitur hic, quod cum effectu facta fuit promissio. Et hoc videtur probari, dum tex. inquit,testem illum,cui facta fuit promissio, esse socium muneris: ergo presupponitur quod fuit facta remissio: quia ex sola promissione quis non diceretur socius muneris. Et ita Moderni hic. Ex quo inferri videtur, quod iste textus hic, non procederet, si promissio simpliciter facta fuisset. Quod tamen non videtur verum: quia etiam sola promissio inducit simoniam:vt probatur in c. sunt nonnulli. j.q.j. quia ex quo ex permissione facta parochiani moti fuissent ad presentandum istum presbyterum: ergo simonia committitur. dicto c. sunt nonnulli. & facit regula,que dicit quod paria sunt promittere, vel soluere. l. fin. C. ad legem Falcid. & idem tenet in dicto c.j. eod. tit. in sexto, & dicit ita fuisse determinatum Florentie: & sequitur Perus. ibi. Dictum tamen Joanis Andr.videtur verum in terminis, in quibus loquitur, videlicet quantum ad hoc vt proxeneta non repellatur a testimonio: quia textus ibi loquitur precise, quando non fuit emolumentum consequu-
10 tus:& hoc in sola promissione non verificatur. ¶ † In glo.ij. Abbas prosequitur materiam fame, & primo dum refert Anton.de But.ex dictis eius due conclusiones colliguntur. Pri-
a ma est, quod fama [a] probat in his que sunt leuis preiudicij: & hoc quando originem habuit ex probabilibus coniecturis. Et idem tenet Bartol. in l. de minore. §. tormenta. ibi: si vero fama probata esset. ff. de questionib. & in l. si constante. iij.q. ff.soluto matrimonio.& dixi in c. j. de appellat. Idem tradit Alexand. in consilio ccvij. viso summario. libro ij.

Et requiritur,vt dictum est,quod traxerit originem ex probabilibus coniecturis:vt not. Bartol.in dicto §.tormenta.in iij. quest.& in l.miles. §. mulier.per illum text. ff.de adulter.Bald. in l.proprietatis. C. de probationib. Alexand. in consilio lx.in casu.lib.ij.& in cons.xciiij.alias xiiij.in causa,& lite. eodem lib.ij.
11 † Secunda conclusio Abba. est,quod fama,etiam in antiquis, non probat contra Anton.de Butr.quia parti imputandum est, que non procurauit habere probationes.Et idem Abbas tenet in capitulo,dilectus.versic.oppono.de fide instrumento. Sed tamen opinio Antonij de Butr. communiter approbatur:vt patet ex his, que dixi in capit.j.de appellatio. Et istam opinionem communiter sequuntur Aret.& Moder.hic, quia si in excedentibus memoriam hominum valet testimonium, de auditu, capit.licet ex quadam. infra eodem, a fortiori videtur quod fama sit sufficiens:quia militat ratio dicto cap.licet. propter excessum temporis. Nõ obstat quod dicitur, quod debet imputari parti, que non procurauit probationes: vt Abb. dicit,quia ista ratio non est generalis, vt Aretin. dicit. Quid enim si de recenti quis a possessione cecidisset: vide latius per eũ,qui dicit quod iste sunt phantasie Abb. In puncto tamen iuris ista opinio Abb. videtur verior, quod fama in antiquis solum probet in casibus expressis in iure,& quod dominium de presenti non potest per solam famam antiquam probari: quia concurrerent duo specialia. Primum est, quod fama faceret probationem plenam.Secundum, quod dominium semel acquisitum,& probatum, presumeretur continuatum toto tempore:vt late,& nouissime tradit Petr.Philip.de Corneo,in consil.xxiiij.licet in themate.lib.iiij.& idem in consil.cccliij.rem ar [illegible]. Non obstat textus in dicto capitulo,licet causam. quia loquitur in casu, in quo factum de sui natura erat improbabile per testimonium de visu:vt Abbas ibi in iij. notat. in fi.declarat. Non sic est in dominio,quod de presenti petitur, quia de sui natura probari potest. Secundo potest responderi quod in illo casu hoc specialiter statutum fuit,vt colligitur ibi
12 in princ.ergo ius commune in contrarium videtur. ¶ † Successiue Abbas refert doctrinam Bartol. & finaliter ponit eius opi. ex qua eliciam conclusiones plures, in quibus instandum erit.Primo ergo erit conclusio,quod vbi agitur de contractu vel de rei vendicatione, & sic in ciuilibus, fama non facit gradum probationis,& ita non videtur facere semiplenam probationem: quia simpliciter iura dicunt, quod fama coadiuuat alias probationes.l.iij.§.eiusdem quoque.ff.eodem tit.Et facit textus in cap.tam literis. j. eodem.vbi fama cum testibus singularibus non probat contra electum.Et idem Abb. in ca.ij. de clandesti.despon.cum simili.vt tradunt Moder.hic.Et secundum hoc non esset vera gloss.hec,que dicit, quod in ciuilibus sufficit fama cum vno teste. Aretin.sequitur gloss.& communem opinionem, quod fama faciat semiplenam probationem. Et inducit textum in capitul.super eo.de consang.& affinita. Ubi fama sola dissoluit sponsalia iurata. capit. preterea. el ij.de sponsal. ergo datur intelligi, quod plus probat fama, quam vnus testis. Sed respondetur quod argumentum bene procederet,si ille testis, de quo loquitur tex.in dicto capitulo, preterea.esset integer testis:sed ibi quodam modo iure speciali recipitur, quia non audebat hoc testificari publice. Secundo arguit Aretin. quia sponsalia dissoluuntur propter presumptionem non modicam.c apit.super eo.ij. infra eod.& propter famam dissoluuntur. dicto capit.preterea. ergo videtur, quod fama faciat presumptionem nõ modicam. Sed ista consequentia non valet: quia sponsalia dissoluuntur propter famam, dato quod fama non faceret presumptionem non modicam,quia fama est.dicto capitu. super eo. ergo Aretin.haberet locum,si textus in dicto capit.super eo. negatiue loqueretur,& diceret quod sponsalia non dissoluuntur, nisi propter non modicam presumptionem: sed textus affirmatiue loquitur, ideo non infertur quod Aretin. dicit. Et Moderni hic concludunt esse in arbitrio iudicis, attenta qualitate fame, & negotij. Mihi placet communis opinio, quod fama faciat semiplenam probationem: vt tenet glo.in l.iij.§.eiusdem.in ver. confirmat.ff.eodem.in capit.j.in ver.fama.de appellatio.& iiij. qõ.iij.can.si testes.§.item sepe.in ver.famam.& ita communiter seruamus in practica:vt dicit Salice.in l.ea quidem.in fi. C.de accusation. & tenet Fulgos. in consil. cxlv. quoniam plurime.& Alexãder in cõsilio decimo octauo,viso processu.libro primo, & idem Alexander in consilio centesimo quadragesimotertio, lib.ij.incipien.quoniam abunde. And. Sicu.in consilio viij.libro j. Non obstat textus in dicto capit. tam literis.quia ibi fama non concurrebat cum dicto testis, sed erant acta diuersa: vt colligitur in principio ibi nisi de auditu tantum, & fama, cum super alijs testes erant singulares. Secundo

resp

respondetur, quod ex quo ibi erant testes singulares, minus probant, quam vnus: vt not. Bald. in l. iurisiurandi. eodem titulo, & in l. de quibus. ff. de legibus. Tertio ibi agebatur de crimine ciuiliter, & causa erat magni ponderis: quo casu requiruntur probationes clariores, sicut in criminalibus: vt infra statim dicam in sequenti conclusione.
13 † Secunda conclusio est, quod in criminalibus fama non faciat semiplenam probationem: & ideo cum vno teste plene non probat: vt per glossam hic, quam sequuntur Bald. Anton. de Butr. & doctores cum simil. vt tradunt Moderni hic, & idem Bald. in cap. j. de appellationib. in l. ij. in princip. ff. de excusatio. tutorum. in l. si quis. §. j. ff. de edendo. Alexander in consilio cxliij. quoniam abunde. libro secundo. Bartholomeus Veronensis in consilio xxxiiij. Et videmus, quod presumptiones, que admittuntur in ciuilibus, in criminalibus non sufficiunt: vt notat Oldradus in consilio cxcij. viso diligenter. Baldus in l. finali, C. de probationibus. Antonius de Butrio in cap. quanto. de presumptioni. Abbas in c. afferte. de presumptionibus. Similiter videmus, quod nō creditur testi absque ratione, dato quod non sit interrogatus: licet secus sit in ciuilibus, vt notat Salicetus in l. fin. C. de probationibus. Alexander in consilio xv. viso processu. libro primo.
14 † Et predicta conclusio ampliatur, etiam si agatur de crimine ciuiliter, quia idem erit, quod in criminalibus, secundum Antonium de Butrio hic, & idem Abbas per cap. tam literis. infra eodem. vbi dicitur probari, quod fama cum vno teste non probat: vt notat Baldus ibi, in secundo notabi. & sequitur Joannes de Anania in consilio lix. incipiente, inquisitione. Ista tamen ampliatio dubitabilis videtur: quia quando agitur ciuiliter de crimine, idem iudicatur, quod de ciuili causa simpliciter. capitu. tue. de procuratorib. in c. per tuas. de simon. Unde videmus in simili quod laici, qui in causa criminali repelluntur contra clericos. capit. de cetero. infra eodem, tamen si agatur de crimine ciuiliter, admittuntur. cap. tam literis. infra eodem. c. iij. supra eodem. vbi dictum fuit. Et ita tenet Hostiensis & Abbas post alios in dicto capitu. de cetero. Non obstat textus in dicto c. tam literis. quem Abbas allegat: quia supra responsum fuit.
15 † Secundo ampliatur dicta conclusio, vt etiam habeat locum in causa ciuili famosa, & ardua: quia equiparatur criminali, vt notat Baldus hic, argu. l. propter litem. ff. de excusatio. tutorum. Et ideo in matrimonio [b] dissoluendo, quia grauis causa reputatur, non sufficit cū vno teste: vt Alexander concludit in dicto consilio cxliij. Et secundum istam ampliationem etiam potest responderi ad textum in dicto capi. tam literis. quia ibi agebatur de causa graui, & famosa. Tertio ampliatur, vt etiam non habeat locum in omnibus causis, in quibus non defertur iuramentum in defectum probationis: nam talibus casibus fama cum vno teste non probaret istam equiparationem. Facit quod notat Baldus in c. primo, de appellationibus. Supra facta conclusio limitatur non habere locum, quādo esset facta plusquam semiplena probatio: quia tunc etiam in criminalibus fama suppleret: vt notat Baldus, in lege, si quis. §. primo. ff. de edendo. Aretin. hic per textum, in capitulo, preterea. infra eodem. & idem Dominicus, in capitu. primo. §. & quia. in glossa in verbo, manifestos. de vsuris. in sexto. Glossa tamen relata ad textum videtur vel in contrarium: quia in textu erat plusquam semiplena probatio: vt declarat Abbas in vltimo notabili. Unde concludendum est, hoc totum esse in arbitrio iudicis, attenta qualitate fame, & presumptione, que esset vltra semiplenam probationem.
16 † Tertia conclusio, quod fama probaret, quando ita esset dispositum per statutum: vt notat Bartolus, in l. de minore. §. si plurium. ff. de questionibus. & Abbas hic refert tale statutum, cum sit contra ius commune, debet stricte interpretari: vt notat Petrus de Ancharano in consilio centesimo trigesimo nono, prius de causa. Et tali casu fama debet plene probari duobus testibus: & vnus non faceret semiplenam probationem, vt notat Bartolus in lege, admonendi. ff. de iureiur. Baldus in lege, in bone fidei. C. de rebus creditis. Et tali casu testes, etiam non interrogati, debent rationem reddere: vt notat Innocentius in capitulo, cum oporteat. de accusationibus, quem Abbas hic refert, & Angelus sequitur in lege, solam. C. de testib. & l. quid ergo. §. si tantum. ff. de his, qui no. infam. cum simil. vt Alexander tradit in consil. lxxij. inspecto. libro primo. & consilio xv. in causa, & lite. libro quarto. Et non [c] sufficit[c] in ratione, si dicat quod publice audiuit dici: quia ab vno publice audire potuisset, sed debet dicere, quod a communi, vel maiori parte dici audiuit: vt notat Bartolus in dicto §. si plurium. Angelus in lege secunda, ff. ad senatusconsultum Macedonianum. Alexander in consi. xx. in causa appellationis. libro quarto. Et debet de se attestari testis, qui deponit de fama, & non sufficit, quod impersonaliter loquatur: vt notat Bartolus in dicto §. si plurium. & in l. Labeo. ff. de supellect. legata. Et si interrogatus a quibus dici audiuit, dicat se non recordari, non probat: licet dixerit prius a maiori parte. Alexander in consilio tertio, super processu.
17 libro quarto. † Ultimo debet probare, quod fama habuerit originem a personis fide dignis ex probabilibus coniecturis: vt notat Abbas hic, & supra dictum fuit: & not. idem Angelus in lege, solam. C. eodem. Petrus de Ancharano. in consilio ccliiij. in questione presbyteri. Alexander in consil. lxviij. in causa vertente. libro tertio. & in consilio vigesimo quinto, in causa. libro quarto. Et de his dixi in capitulo primo, de appellationibus. & late in consilio xxxvij. Et dum supra dictum est, quod fama probat, vbi agitur de modico preiudicio: hoc idem tenet Abbas per illum textum in capitulo, super eodē. infra de consanguinitate & affinitate. in tertio notabili. Et ideo vbi queritur de notabilitate, vel virtute hominis, illa probatur per famam: vt notat Baldus, in l. prouidendum. C. de postulando. Et quod collatio beneficij ad talem pertineat, sufficit probare per famam, secundum Rotam in tertia decisione, de probationi. in nonis. Et quando agitur remedio. can. reintegranda. iij. quest. j. sufficit probatio per famā: vt no. Petrus de Anch. in cons. xlj. circa recuperandum. ¶ In gl. pen. Abbas se remittit ad capit. j. de confess. & aliquid dictum fuit
18 in capitu. iij. supra eodem. in gloss. fin. † Plures casus, in quibus creditur vni, prosequitur Anton. de Butr. & not. Specu. eodem titu. in §. restat. & vltra ea, que dicunt Moder. hic, ad-
d de quod Papa non potest facere, quod stetur dicto vnius[d]. Ita Romanus in singula. ccl. domum huius ciuitatis. allegat text. viij. quest. iij. capit. talia. Sed ille textus videtur potius probare contrarium: quia ibi Papa adhibet fidem Leoni pretori: & ideo forte voluit allegare textum iij. questio. ix. capi. indicas. vbi vni parti proculdubio credere non possumus: sed ille textus etiam parum facit, quia loquitur de parte, & non de teste. Et in contrarium facit, quia imo videtur valere priuilegium, quod credatur dicto vnius in aliquo casu: argument. capit, cum dilectus. de fide instrumentor. vbi valet consuetudo, quod credatur scripture priuate alicuius. Et pari ratione idem esset in priuilegio: vt notat Alegand. in consil. liij. sed in causa vertente. libro primo. Idem ergo videtur in viua voce vnius: quia viua vox non minus probare videtur, quam priuata scriptura: per ea, que dicta sunt in rubrica, supra eodem. Sic etiam ex conuentione fieri potest, quod credatur dicto alicuius de damnis & interesse: vt notat Bartolus post Dynum in l. finali, ff. de pretor. stipulatio. Joannes Andreas in titu. de probation. §. videndum. versiculo, quid si ibi dicitur. cum similib. vt Alexander in consilio liiij. circa idem, de quo queritur. libro secundo, vbi dicit, quod ista est magis communis opinio. & idem Alexander in consilio lxvij. viso themate. libro secundo, & in consilio quadragesimo septimo, circa primū.
19 eodem libro primo. † Similiter valet[e] conuentio, quod stetur
e priuate scripture alicuius, vt not. Baldus in l. de quibus. ver. item per pactum. ff. de legib. Hanc opinionem approbat Alexander in l. j. §. finali, ff. de verborum obligation. Et maxime hoc haberet locum in scriptura iam facta: vt notabiliter Alexander tradit in consilio cxiij. viso diligēter. libro quarto. Postremo adde etiam alium casum, in quo statur dicto vnius, videlicet quando quis deponit de facto proprio ad vtilitatem alterius: vt notabiliter dicit Paulus de Castro in l. quicunque. in fine, C. de seruis fugitiuis. per illum text. quia si creditur vni seruo, vt ibi, a fortiori credendum est vni libero. Et idē Paul. in consilio cccl xx. visis actis. in fine. vbi respondet ad l. vbi numerus. ff. eodem, quod loquitur de testibus, qui deponunt de facto alterius. Et idem voluit Salicet. in l. si quis decurio. in iiij. oppo. C. de fal. vide tamen Alexan. & Moder. etiam ibi, qui
f reprobant[f] istud dictum Paul. de Cast. in l. ij. §. si absens. ff. si ex noxa. cau. agat.

¶ Additiones.

a ¶ Fama. Decisio. Tholos. ccclxxx. Alegand. consil. xvj. nu. 22. lib. v. vbi dixi consil. viij. nu. 4. lib. vij.

b ¶ Matrimonio. Decis. Tholos. clxxij.

c ¶ Non sufficit. Alegand. consil. clix. ad fin. libro v. Thomas voto xxxiiij.

d ¶ Unius. Roma singul. dccvij. an Papa. Idem Joann. de Monteferrato. Repe. l. nemo potest. de leg. j. Hippol. Marsil. consil. xxxiij. nu. 15. & bene quicquid dicat Dec. hic. Uide, si vacat. Alegand. consil. clxxxviij. numer. 3. lib. vij. Felyn. c. constitutus. de rescript.

e ¶ Ualet. Falsum. Angel. l. pactum inter heredem. in fi. de pac. Roma, consil. cciiij. Imo. Socin. l. j. §. fi. de verb. oblig. Alegan.

consil.cxxij.nume.6.lib.iiij.vbi dixi.Nicol.Boer.decisio.Burdegal.cccxcv.nu.18.

f ¶ Reprobant.Alexand.consil.cxcij.nume.43.lib.vj.vbi dixi. [redacted]

2 ☞ Verba, fine debito terminetis. intelliguntur per sententiam diffinitiuam.
3 Acta omnia facta coram vno iudice durante instantia valent coram subrogato.
4 Dicta testium, etiam non publicata, fidem faciunt coram alio iudice.
5 Acta faciunt fidem contra heredes.
6 Sententia lata per contumaciã contra vnum, alijs non nocet.



Ausam, que j. ¶ In text.ibi: discretioni vestre. verbum istud importat arbitrium boni viri: vt not. Bald. in l.fin.circa fin. C.de iure dot.impet. Anto.de Butr. in c.j.in fin.de constit.cum si. vt tradit Alexand. in consi.xxxij. viso themate.lib.j.hic tamen in isto textu parum refert,an verba importent arbitrium boni viri, an liberam voluntatem: quia verba referuntur ad iudices,quibus causa committitur: quo casu quando referuntur ad iudicem, semper important arbitrium boni viri,dato quod alias de sui natura verba importarent liberam voluntatem.Idem not.Hostië.& ibi Inno. in fin.in c.significauerunt.j.eod. Bene facit quod no.Bal.in c. Quintauallis.in fi.de iureiur.vbi inquit quod in compromis-
2 sis voluntas pro arbitrio boni viri accipitur. ¶ † In text.ibi: fine debito terminetis. ista verba intelliguntur per sententiam diffinitiuam: quia si reus absoluatur ab obseruatione iudicij, non dicitur causa terminari: vt not.Bartol.in l.generali.C.de decur.lib.x.& in l.dicere.in princip.ff.de arbit.& tradit Alex.in consi.50. visis actis.lib.ij. ¶ Nota ex ista decretali, quod acta que respiciunt merita cause, videlicet probationes,quod facte coram vno iudice faciunt fidem coram alio:vt not.Abbas hic. Et istud dictum verum est in se, per iura alia,vt infra videbimus. Sed quantum ad textum hic potest dici hoc esse ex commissione Pape, ibi dum inquit: mandamus quatenus &c.
3 ¶ † Circa materiam istius decretalis Abbas late insistit: & primo concludit, quod durante instantia,acta omnia facta coram vno iudice, valent coram alio subrogato cap.fin. de probation. etiam in l.proponebatur.ff.de iudi.& Mod. sequuntur per tex.l.verum.§.ex facto.ff.de minor. vbi ad consultationem vnius successori rescribitur.Et ad hoc bene facit,quia licet persona iudicis mutetur,videtur tamen esse idem officium.l. meminisse.& ibi Bar.ff.de offi.procon.& leg.facit quod no.per glo. xxxij.q.iiij.c.recurrat.in ver.societate.& quod voluit in l.si vsusfructus ciuitati.in glo.j.ff.quib.mod.vsusfruc.amitta.Hoc tamen non videtur habere locum simpliciter in citatione:vt per Abba.in c.licet in beato.in fi.de accusat.not.in l. edictum.ff.de iudi.Secus est in alio iudice,qui nõ sit loco primi subrogatus: quia acta ordinaria ad eum non porriguntur, vt Abb.hic concludit per text.in l.iij.in prin.ff.iudi.sol.& Mod.simpliciter sequuntur.Sed aduertendum est,quia ille textus loquitur in stipulatione,que est stricti iuris:que etiam non haberet locum in iudice appellationis:quia si facta fuit talis stipulatio in causa principali,non habet locum in causa appellationis: vt est text. in l.cum apud.ff.iudi.sol.cuius contrarium sentit Abb.hic,dũ supra loquitur de iudice appellationis: & ideo circa stipulationem.Ad idem est tex.not.in l.non a iudice.§.j.ff.de iud.vbi tex. rationem adducit, quia stipulatio facta coram vno iudice,ad alium iudicem non porrigitur.Et illum textum not. Rom. in cons.cx.circa primum.& in cons.cccclxviij.in casu proposito.Et hoc late declarat Barto.in l.cum lite.ff.iudicatum solui.Et ratio Iurisconsulti in d.l.non a iudice.ampliari potest ad propositum,quia libellus,litis contestatio, & alia acta ordinaria non debent extendi ad alium iudicem. Et ista cõclusio procedit, nisi acta facta coram vno iudice approbata sint a summo põtifice, corã alio iudice,c.presentata.vbi Ant.de Bu.& Ab. ibi,ver.venio ad hm.j.co.Alex.in l.ij.versic.quarta conclusio. C.de eden-
4 do. ¶ † Secundo Abb.concludit,quod dicta testium,etiã nõ publicata,faciunt fidem coram alio iudice,maxime subrogato. Et ad tex.in c.cum causam.respondet quod ibi acta erãt nulla ex alio defectu,quam publicationis.Sed conclusio Abb. videtur esse magis communis opinio.Et ita tenet Bart.post Iac. de Are.in l.gesta.C.de re iud.in l.solam.C.de testa.& Bal.in l.fi. C.eo.in prin.vt in l.ij.C.de eden.cum si.vt tradũt Are.& Mod. hic Alex.in d.l.ij.in vj.conclusione. Et probatur principaliter ista opi.in d.c.cum causam.vbi dicta testiũ videntur nulla propter defectum publicationis:tamen aperte ratificari possunt, non obstante responsione Abba. quod ibi attestationes essent nulle ex alio defectu,quam publicationis:quia dicunt Areti.& Mod.hic,Si hoc esset verum,indistincte testes possent examinari,& nõ esset opus ponderare quod clause fuissent attestationes.Opinio Abb.saluari potest coram successore: vt not.Bar. in l.prolatam.C.de sent.circa fi.cum simil.vt tradunt Moder. hic,& Alex.in d.l.iij.in vij.cõclusione.Et ista est resolutio Moder.in qua primo aduertendum est, quod si dicta testium non probarent absque publicatione,quia publicatio authoritatem tribuit:vt not.Bar.in d.l.gesta.& Paul.de Cast.in d.l.ij.in fin. Ista ratio etiam militaret coram successore, & non coram alio iudice nõ subrogato.Et tenẽdo communem opinionem,quod testes non probent, si non sit facta publicatio,non obstat vna ratio,quam Abb.allegat in contrarium, dum dicit,quod valet sententia absque publicatione processus: vt no.Barto.in d. l.prolatam.C.de sent.& glo.in c.fina.in ver.iudicijs.de hereti.in vj.not.c.cum I.& A.de re iud.quia respondet,verum est,quod publicatio non vitiat sententiam: nam etiam valeret sententia sine testibus, & probationibus: quia probationes non sunt de substantia iudicij:vt not.Bart.in d.l.prolatam. in fin.Bald.in l.ij.C.de eden.Alex.in cons.cv.ponderatis.lib.vj. Sed propter hoc non sequitur,quod probationes debeant valere absque publicatione:quia ista sunt diuersa.Licet enim valeat sententia sine probationibus,tamen casu quo probationes debent considerari,intelligitur,quod sint valide,& habeant authoritatem.Finaliter tamen opinio Abb.verior videtur,per rationem principalem,quam ipse adducit:quia publicatio nõ tribuit authoritatem, sed solum dat facultatem partibus opponendi. Non obstat tex.in d.c.cum causam. in quo est totum fundamentum alterius partis:quia responsio Abba. videtur bene procedere, quia ibi attestationes habent alium defectum, quam publicationes:quia ibi publicatio solum põderatur ad ostendendum quod noua receptio testium non impediebatur propter publicationem,& quod alio respectu fuissent nulle:vt not.per glos.fi.
5 & Abbat.in d.c.cum causam. † Tertio Abbas concludit quod acta faciant fidem,etiam contra heredes,& quod in hoc sententia,& alia acta equiparentur:vt not.Innoc. hic, & probatur in c.cum inter dilectos. in ver. nec attestationes. de fide instrum. no.Bar.in l.si superatus.in fi.ff.de pig.cum si. vt tradunt Moder.hic:& post Alex.in l.ij.in secunda conclusione. C. de eden.& in l.sepe.ff.de re iudi.& in cons.lxj.viso processu.lib.ij.& in consil. cxxxv.ponderatis.in fi.& in cons.cvij.viso summario.eod.lib.ij. Rom.in cons.cxj.in casu & questione. Et quod dictum est de herede,idem est in singulari successore:vt Abb.hic dicit,& probatur in d.l.si superatus.vbi Bar.facit tex.in l.ij.§.solent.ff.de he. vel act.ven.no.Inn.in c.quanuis.de re iudi cum si.vt Alex.tra-
6 dit in d.l.sepe. † Quarta conclusio Abb.est,quod in casibus,in quibus acta contra vnum alijs nocent, non habet locum senten-
a tia lata per contumaciam [a]. Et ad hoc est dictum Barto.in l. eius,qui delatorem.ff.de iure fis.cum si.vt tradit Alex.in d.l.ij. in vij.conclusione.Et plura,querunt Mod.in c.cum Bertholdus.de re iud.& no.Abb.in cons.xlv.videtur.j.lib.ij.

a ¶ Contumaciã. Alex.cons.lxxxiiij.li.iij.vbi dixi Mathes.no. xxv.Marsi.notab.iiij.Dec.cons.cccclxv.s.de const.c.ex literis. nu.13.Alcia.de presump.reg.iij.presump.xxij. [redacted]

1 ☞ Probatio, que fit per instrumentum, est fortior illa,que fit testibus.
2 Instrumenti appellatione,quid contineatur.
3 Verbum,contineri,denotat proprietatem.
4 Instrumenti appellatione,non venit priuata scriptura.
5 Instrumenti appellatione,an veniat priuilegium.

¶ De fide instrumentorum. Rub.



Ec rubri. secundum Abbatem continuatur, quia supra dictum est de vna specie probationis, que fit testibus: nunc de illis,que fit instrumentis. Et primo fit de testibus, quia illa est dignior: vt per Bal.in rub.s.de testib.& est contra naturã, quod credatur charte animalis mortui: vt no.Inn.in capit.
1 cum P.infra eodem.& quod certior quis efficitur voce, quam literis.xx.questione, octaua.capit. de gradibus.ibi, ore ad os loquamur.Et latius prosequuntur Moderni hic,& de hoc est textus, in §.si vero tale quid.in authenti.de instrumen. caut.& fide

fide. ibi: nos quidem existimamus ea, que viua voce dicun-
1 tur, digniora fide, quam scripturam ipsorum. † Sed tamen gloss. in rubri. ff. eodem titul. de fide instrum. ent dicit, quod fortior est probatio, que fit per instrumentum: & ideo ibi preponitur titu. de fide instrumentorum. & de hoc dixi in rubr. §. de testib. Et tenendo istam opin. ad allegata in contrarium respondetur, quod habent locum respectu priuate scripture: & in priuata scriptura loquitur textus in d. §. si vero tale quid. Secus videtur in instrumento publico, quod equiparatur testibus l. in exercendis. C. de fide instrument. capit. cum Joannes. §. eodem. & propter authoritatem tabellionis, capitul. ad audientiam. de prescript. Non obstat quod probatio instrumenti non sit naturalis: quia satis est quod sit approbata a iure: & maioris authoritatis videtur, propter fidem tabellionis. dicto cap. ad audientiam. & ideo in pluribus casibus requiritur probatio per instrumentum, & scripturam: in quibus testes non sufficiunt: vt per gloss. in capit. j. de censi. in vj. Non obstat quod certior quis efficitur voce, quam literis: quia illud verum in scriptura priuata. Secus videtur in publica, vt dictum est. Vel secundo illud est verum, quando de seipso quis loquitur: sed nos loquimur in testibus, qui de facto alieno deponunt: quo casu maior videtur fides instrumenti, propter authoritatem tabellionis. Et quantum ad continuationem non est vis: quia quocunque modo Papa fecisset, non esset arguendus: quia hoc videtur de arbitrarijs: & quia si dignitas deberet cõsiderari, prius de iureiurando fuisset dicendum, licet dicamus quod ad iuramentum in subsidium deuenitur: ideo post alias
2 species probationum reseruatur. ¶ † Quid autem contineatur appellatione instrumenti, ex dicto Abb. & Modern. tres conclusiones colliguntur. Prima est, quod largissime instrumentum dicitur secundum subiectam materiam ratione adiuncti: vnde dicimus instrumenta fundi ea, que fructus querendi, & conseruandi gratia parata sunt. ff. de fundo instructo. & ideo boues aratorij sunt instrumenta fundi: vt not. Bald. in l. ij. ff. de verborum significat. & tradit Aretin. in consil. clx. longa est. in septimo dubio. Et de instrumento domus habetur in l. quesitum. §. si domus. de fundo instruct. Et de instrumento pictoris & piscatoris, in l. pictoris. in principio, & §. eodem titulo. Et de instrumento medici, in l. cum delanionis. §. in instrumento medici. eodem titulo. Adde de instrumento musices, de quo in Psalmist. Laudate dominum in sanctis eius. Secunda conclusio est, quod proprie appellatione instrumenti nõ veniant testes. Et ista conclusio de plano procedit attento cõmuni vsu loquendi: vt dicit Jmola hic, allegans Bartol. in l. notionem. §. instrumentorum. de verborum significatio. Facit dictum Cardina. de caligis, in clementina secunda, de vita & honestate clericorum. in quinta questione, limitando textum, in lege, vestis. §. j. de auro & argento lega. & quod notat Abbas in capitulo, sane. in fine, de foro competen. cum similibus. Sed remoto vsu communi, an de proprietate sermonis, testes comprehendantur, Abbas hic concludit quod non: & idem Abbas in dicto capitulo, peruenit. & facit textus in lege prima, in fine, ff. eodem titul. vbi dicitur, quod loco instrumentorum habentur, cum similibus, vt tradũt Moderni hic. Et ad hoc est glossa in dicto §. instrumentorum. in ver. reparare. & in l. prima. C. de dilationibus. & facit textus ibi: instrumentorum, vel personarum gratia. & hoc tenet Albericus in prima parte statutorum, in penultima questione incipiente, vidi etiam dubitari, vbi infert ad statutum imponens penam producenti falsa instrumenta, vt non habeat locum in producente falsos testes, & ita iudicatum fuit: vt not. Florentie in l. j. ff. eodem titulo, textus tamen in dicto capitulo, peruenit. videtur probare contrarium, dum inquit, ibi: testes continentur. iuncto dicto Bartoli, in lege, cui eorum. §. primo. ff. de postulan. vbi inquit,
3 quod verbum, contineri, denotat proprietatem. † Sed respondetur, quod illud dictum non est verum, & Bartolus ipse contrarium tenet in lege, liberorum. de verborum significat. & probatur hoc in dicta l. j. de fide instrumentorum, ibi: instrumentorum loco habentur. ergo non proprie. Et ad hoc est textus in l. si qua. §. j. ff. de ritu nuptiarum. iuncta l. in legibus. ff. de testibus. & notat Andreas Siculus per illum textum in c. nul-
4 li. de rebus ecclesie non alienandis. † Tertia conclusio, quod appellatione instrumenti non venit priuata scriptura attento communi vsu loquendi: vt notãt Bartolus, Baldus & doctores in lege prima, C. de iuramento calumnie. secus dicunt esse de proprietate vocabuli: & idem Romanus in consilio vigesimotertio, nescio. in secundo dubio. cum similibus, vt tradunt Moderni hic: & idem notat Abbas consilio sexagesimo quarto, venio ad primum. libro decimo, & Aretinus in consilio quinquagesimo. videtur. Jn contrarium tamen facit textus in clementina prima, de procuratoribus. & Jmola ibi in primo notabili dicit, quod appellatione instrumenti priuata scriptura non continetur. Placet conclusio Abbatis hic, vt dicamus, quod appellatione instrumenti comprehendatur priuata scriptura, si facit fidem: alias secus. Et hoc sequitur Bartholo-
5 meus Socinus in consilio lxij. in presenti. † Vltimo aduertendum est, dum Abbas hic dicit, quod appellatione instrumenti continetur priuilegium: nam contrarium tenet Paulus de Castro in consilio xcvij. inserto inter consilia Cumani, incipien. stante statuto. Sed potest dici illud esse verum de communi vsu loquendi: secus est de proprietate verbi, prout Abbas loquitur hic.

1 ¶ Exemplum exempli nunquam probat.
2 Princeps non potest dare fidem scripture non authentice in preiudicium alterius.
3 Princeps facere non potest quod non credatur testi omni exceptione maiori.
4 Exemplum sumptum de mandato Pape probat.
5 Instrumentum publicum dicitur, quando fuit scriptum a tabellione cum solennitatibus requisitis.
6 Instrumentum publicum vt valeat, requirit inuocationem Domini.
7 Instrumentum debet habere annos domini. 10.
8 Instrumentum requirit nomẽ Imperatoris, Regis, vel Pape, secundum qualitatem loci.
9 Instrumentum an debeat continere locum loci.
11 Instrumentum debet continere indictionem.
12 Instrumentum debet habere testes.
13 Instrumentum debet habere signum notarij, aliter non valet.
14 Instrumentum requiritur quod legatur coram testibus.
15 Testamentum inter liberos, vel ad piam causam, valet, etiam si scriptura non fuit lecta.
Instrumentum requirit, quod rogetur a notario.
16 Notarius sufficit quod longo tempore fuerit in quasi possessione officij, ad hoc vt possit rogari de instrumento.
17 Titulus non presumitur ex diuturnitate temporis, vbi agitur de graui preiudicio.
18 Notarius an probetur per matriculam.
19 Instrumentum, quod producitur de longinquo, si nullus contradicit, facit fidem.
20 Notarius debet esse rogatus. 21. 23.
22 Notarius an possit conficere instrumentum de natiuitate, vel morte alicuius.
24 Instrumentum publicum fidem facit in fauorem, vel preiudicium tertij.
25 Notarius debet rogari publice, non secrete.
26 Notarius an requiratur quod sit peritus.
27 Illiteratus potest esse iudex.
29 Excommunicatus notorie non potest conficere instrumenta.



SI scripturam. ¶ Primo nota, quod exempla non authentica non probant. Ad idem textus in l. ij. ff. de fide instrumento. no. in authentic. si quis in aliquo documento. C. de edendo. in l. si que. ff. famil. ercisc. & xxv. quest. ij. can. dicenti. §. sancimus. Vnde exemplum dictorum testium,
a quia non probat, non facit vt quis dicatur didicisse [a] testificata: vt not. Bald. & Jmol. in l. fin. ff. quemadmodum testamenta aperian. Angel. in l. si duobus. ff. eodem titul. Et hoc pro singulari tradit Roman. in singulari suo xxxiiij. visis exemplis.
1 † Et hoc maxime haberet locum in exemplo exempli, quod nunquam probat: vt not. Richard. Malumb. similiter Alex. & Bal. in l. sancimus. C. de diuersis rescriptis. Operatur tamẽ productio exempli non solennis, quod si post terminum pro-
b ducatur originale, dicitur probatio facta: vt not. Bal. [b] hic, dicit. argumen. l. si donate. §. si sponsus. ff. de donationib. inter virum & vxorem. Et ad hoc videtur textus in authen. si quis in aliquo. C. de edendo. vbi si producatur exemplum, dicitur ibi: nulla ex hac memoria fit exactio, nisi aliud documentum, aut originale proferatur. Ergo a contrario sensu, si instrumentum originale preterea pducatur, exactio fieri potest virtute exempli prius pducti: vt dixi latius ibi. Adde Hippolytũ de Marsilijs in singulari suo cxij. incipiente, dictũ testis. ¶ † Secũdo
2 no. quod princeps non potest dare fidẽ scripture non authentice, in preiudicium alterius. Et dicit Abb. hoc esse verum ex post facto, sed tamen idem esset a principio: quia nõ potest alteri preiudicare. Et sic ratio, que ex post facto allegatur etiam

militat ante factū. Et hoc intelligitur, nisi princeps hoc a prin
cipio faceret per viam legis. Et hoc modo declarat, ⁊ saluari
potest quod Abbas dicit: quia valet consuetudo, vel statutum
quod priuate scripture authoritatē tribueret. c. cum dilectus.
infra eod. ⁊ notat Bald. in l. de quibus. versi. item per pactum.
ff. de legib. ⁊ sequuntur Alexand. in l. j. §. fi. ff. de ver. oblig. cum
similib. vt dixi in c. ij. de probatio. Et ad text. hic, dum dicitur,
non possumus. facit text. in c. indicas. iij. q. ix. vbi dicitur. Nos
vni parti ad discrimen alterius credere proculdubio non pos-
3 sumus. † Et idem econtra nō potest princeps facere, quod testi
omni exceptione maiori nō tribuatur fides: vt est text. viij. q. iij.
in c. talia. ibi: de memorati viri testimonio omnino dubitare nō
possumus. Et not. Roma. illum tex. in singula. 750. domini hu-
ius ciuitatis. Et hoc, quod dictum est, procedit in his, in quib⁹
princeps non habet potestatem: alias secus: vt per Abba. hic, ⁊
Imol. Quod plus est, concludunt Moder. hic, quod de pote-
state absoluta Papa posset statuere, quod exemplo credatur:
quia hoc videtur de iure positiuo, quod exēplo non credatur:
ergo tolli potest. Et ad hoc bene facit notabile dictum Hosti.
in c. peruenit. de fideiussorib. vbi per illum textum voluit, quod
exemplo sumpto de mandato Pape credatur: ⁊ sequitur An-
4 ton. de But. ibi, ⁊ Imo. † Ex predictis colligitur, quod illa ver
ba, non possumus: referuntur ad ordinariam potestatem: quia
illud, quod non potest fieri absque dispensatione, reputatur es
se impossibile. glos. in cap. gratia. in verbo, non potest. de rescr.
in sexto. Et est dictum Innocentij, in c. pastoralis. de causa pos
sessionis ⁊ proprietatis. facit text. in l. apud Julianum. §. fin. de
legatis primo. ⁊ not. Bald. in l. j. in sexta questione. C. de institu-
tionibus ⁊ substitut. ⁊ in pulchra questione notat Abbas post
alios in c. super eo. de condi. apposi. Et hoc tamen declarat, vt
Bald. distinguit in d. l. j. in sexta questione. ⁊ tradunt Alexan.
Anto. ⁊ Areti. in d. l. apud Julianum. §. fina. per illum textum
a contrario sensu, ⁊ in l. qui cum natu maior. in princ. de bon. li-
bert. ⁊ in l. j. §. permittitur. de aqua quotidiana ⁊ esti. ¶ In
glos. j. conclusio est, secundum Abbat. quod scriptura publica
dicitur, que fit confecta per tabellionem: alia vero scriptura,
que facit fidē, auth. dicitur, ⁊ nō publica. Ex quo infertur quod
scriptura facta per officialem, licet faciat fidem in pertinenti-
bus ad officium eius, authentica dicitur, non publica. Et eodē
modo scriptura, que in archiuo publico reponitur, authentica
dicitur, ⁊ non publica. Et ad hoc precipue inducit tex. in auth.
ad hec. C. de fide instrum. vt latius per eum hic. Sed aduerten-
dum est, quia text. in d. auth. ad hec. aperte probat contrarium
dum ibi expresse dicitur, quod charta, que profertur ex archi-
uo publico, publicum habet testimoniū: ergo videtur scriptu-
ra publica. Et hoc tenet Ange. in §. si quis igitur. in authenti.
de instr. cau. ⁊ fid. vbi inquit, quod publica scriptura dicitur ra
tione loci. Et hoc cōfirmatur: quia si publica scriptura dicit il
la, que conficitur a persona publica, idem videtur de illa, que
in loco publico reperitur: quia valet argum. de persona ad lo-
cum: vt not. in l. vinum. ff. si cert. peta. Barto. in l. qui plures. de
vulg. ⁊ pup. in princ. Non obstat ratio Abb. dum inquit, quod
si dicta authent. ad hec. intelligatur in scriptura publica, nihil
adderet ad l. comparationes. C. de fide instru. que loquebatur
de publica scriptura. Et fuit ratio glos. in d. auth. ad hec. quia
respondetur, ⁊ aduertendum est, quod text. in d. l. comparatio-
nes. loquitur de instrumētis publicis: ⁊ auth. ad hec. addit idē
esse in scriptura publica, licet non esset instrumentum publi-
5 cum. Unde melior resolutio vr̄, † vt dicamus quod sit instru-
mentum publicum solū, quādo fuit scriptum a tabellione cum
solennitatibus requisitis: vt not. Bar. in l. si quis. §. si inuitum.
in j. q. ff. de eden. vbi inquit quod instrumentū publicum est il-
lud, cui soli credit sine alio adminiculo, siue de iure, siue de con
suetudine. Et idem Bar. in l. j. in ij. not. C. de apo. publi. libro x.
Specul. in titu. de instrum. edi. §. nunc dicendum. in principio.
Alie vero scripture, que authentice sunt authoritate publica,
etiam publice dicūtur. d. auth. ad hec. sed non dicuntur instru-
menta publica. Et predictis non obstat text. in cap. sequenti, in
fra eod. quia ibi non fit differentia absolute inter scripturam
publicā, ⁊ authenticam, sed solum fit differentia inter scriptu-
ram authenticam, ⁊ scripturam factā per manum publicam,
que scriptura facta per manum publicam in effectu publi-
cum instrumentum est: scriptura vero authentica potest esse,
licet instrumentum non sit publicum, erit tamen scriptura pu
6 blica. ¶ † Successiue Abbas prosequitur, que sint necessaria
in instrumento publico. Et primo concludit per text. in capit.
non licet. xxvj. questi. v. iuncta consuetudine, que hodie viget
quod requiratur inuocatio domini, ⁊ quod aliter non valeat
instrumentum. Et cum ista conclusione in effectu transeunt
Moder. hic: quia licet talis inuocatio de iure non sit necessa-
ria, vt not. Bartol. in l. si quis ex argentarijs. §. si initium. ff. de
edend. Bald. Paul. de Cast. ⁊ Alexand. in l. iuris gentium. §.
quod si te. ff. de pact. Imo. ⁊ late Alexand. in rubri. ff. de noui
ope. nunt. tamen ratione consuetudinis, videtur quod ista sit
substantialis solennitas, prout glo. dicit de annis Domini: in
authent. vt prepon. no. Imper. §. j. in verbo, authore. Sed ad-
uertendum est primo, quia Abb. hic sentit, quod sola consue-
tudo hoc non operetur. In contrarium videtur glos. in dicta
authent. vt prepon. nom. Impera. in verbo, authore. que facit
vim in sola consuetudine. Et ita contra Abb. pungit Andr.
Sicul. in repe. huius rubr. Sed responderi potest quod ex quo
iura videntur hoc requirere, dicto capit. non liceat. xxvj. quest.
v. poterat dubitari an hoc esset de consilio, vel precepto, ⁊ con-
suetudo interpretatur quod hoc de necessitate requiratur: ⁊
non est nouum, quod vtrunque simul plus operetur: vt de pa-
cto, ⁊ statuto simul. not. Bald. dicit in capit. venientes. versicu.
sed nunquid. de iureiur. Et statutum, quod per se non valet, a
consuetudine interpretatiua corroboratur: vt singulariter vo-
luit Anton. de Butr. in capitu. cum dilectus. in ver. ex quo in-
fertur de consuetudine. And. Sicu. tamen hic cōcludit, quod
etiam de iure requiratur inuocatio Domini, per text. in dicto
capitul. in nomine Domini. xxiij. distinc. Nec obstat quod illa
sunt verba notarij: vt gloss. ibi dicit: quia vt patet ibi, appro-
bata sunt per Papam: secundo per text. in authent. vt prepo.
nomen Imperat. ibi: mox authore Deo. ⁊ gloss. ibi dixit, in no-
mine Domini. tertio per dictū capit. non liceat. xxvj. quest. v.
ibi: omnia facite ⁊c. ⁊ quedam alia leuia adducit, ⁊ idem tenet
Ange. Aretin. in proe. Institu. in princip. Sed contrarium vi
detur verius: vt late tradit Alexan. in d. rubr. de ope. no. nunt.
quia in effectu ista est leuis solennitas, que non vitiat: vt habe-
tur in l. j. §. fin. ff. de vent. inspic. vbi Bart. ⁊ communiter doct.
hoc tenent. Non obstat text. in dicto capit. in nomine Domi-
ni. quia Papa ibi non confirmauit: ⁊ dato quod approbasset,
esset confirmatio facta simpliciter, que nō tribuit ius: vt dictū
fuit in c. j. de confirma. vti. vel inuti. Non obstat text. in d. auth.
vt prepo. nomen. ibi: mox Deo authore. quia sunt verba narra
tiua, que dispositionem non inducunt. c. si Papa. de priuileg.
in vj. Non obstat text. in d. c. non liceat. dum dicitur, omnia fa-
cite. quia illud videtur consilij: sicut quando dicitur, vade, ⁊ vē
de omnia, ⁊ da pauperibus. Et hoc patet, quia tex. dicit omnia
alias sequeretur quod non valeret mutuum, nec alius contra-
7 ctus absque tali inuocatione, quod non est dicendum. ¶ † Se-
cundo in instrumento requiritur quod annus Domini appo-
natur: ⁊ hoc saltem de consuetudine approbata, vt Abb. hic cō
cludit: ⁊ est glos. in auth. vt prepo. nomen Imp. in verbo, autho
re. facit gl. in c. inter dilectos. in verbo, indictionis. infra eod.
Et tali casu, an error habeat vitiare instrumentum. not. Dyn.
in cons. xiij. questio talis est. Barto. in l. si librarius. ff. de regul.
iu. Et adde quod annus inceptus in instrumento intelligitur
de anno currenti nondum cōpleto: ⁊ ideo bonū est illud expri-
mere, ⁊ dicatur, anno tali currenti: si tamen nō exprimatur, ra-
tione consuetudinis saluatur instrumentum. Et ideo melius
faciunt Florentini, qui incipiunt anno incarnationis comple
to: vt notat Car. post Gasparem, quem ibi refert in c. iuuenis.
ver. quarto quero. de spons. Et talis computatio fit ab incarna
tione, vel a natiuitate secundum consuetudinem loci: vt notat
Bartol. in l. si quis. §. si initium. ff. de eden. cum simil. vt tra-
dunt Moder. hic: ⁊ adde glos. in clemen. j. in ver. ex tempore. de
summa trini. ⁊ not. Imo. in cons. viij. in casu premisso. in princi.
Et ante natiuitatem Domini computabant Romani annos
ab indictione, Hebrei a diluuio, Greci a ludo Herculeo: vt no.
per glos. in rub. C. de indictio. lib. x. Item not. est, quod dicitur
de anno, intelligitur quādo exprimitur a natiuitate, vel ab in-
carnatione, prout doct. hic loquuntur. Si vero simpliciter dica
tur, actum fuisse hoc anno, intelligitur pro anno integro, qui
consistit trecentis sexaginta quinque diebus preteritis: vt no.
Bar. in l. j. §. actum. ff. de itinere actuque priua. in l. libellorum.
in principio, ff. de accusa. ⁊ notat Bald. ⁊ Imo. in l. diuortio. in
8 princip. ff. sol. mat. ¶ † Tertio requiritur nomen Imperato-
ris, vel Pape, vel Regis, secundum qualitatem loci, vt Ab-
bas hic dicit per textum in authent. vt prepo. nomen Imper.
in princip. ⁊ licet ille text. loquatur in Imperatore, idem tamē
est in summo pontifice: vt latius tradit Abb. in proem. Gre-
goriano. versicu. sed quero. Et secundum istam conclusionem
nouissime consuluit Bartholo. Socin. consi. lxxx. in causa com
munitatis. in versi. quarta conclusio. Et hoc, quod dictum est,
procedit, nisi aliter sit de consuetudine, que in loco attenditur:
vt Abbas dicit in dicto proem. ⁊ notat Bartol. in l. si quis. §. si
initium. ff. de edend. ⁊ idem Angel. in consil. ccxx. ad hoc vt scri
ptura. ⁊ in alio consilio ccxcj. visis omnibus. in primo dubio. Et
reperio

reperio quod idem consuluit Abb.in consi.liiij.in predicta cau-
sa.in primo dubio.lib.ij. ⁊ ibi subtiliter disputat, quando talis
consuetudo probata dicatur,quod in instrumento non requira
tur nomen Imperatoris,Et ad hoc,quod dictum est,facit, q2
generaliter in confectione instrumenti consuetudo loci atten-
8 ditur:vt not.Dyn.in consil.xxxj.in questio.¶ †Quarto requi-
c riturlocus[c] contractus.c abbate sane.cum glo.in versi.censere-
tur.de re iudi.in vj.⁊ ad idem text.in capitulo,quoniam contra
in versiculo loca.⁊ gloss.ibi de probationib.not. Ange.in l.opti
mam.circa finem.C.de contrahen.⁊ commit.stipula.cum simili.
vt tradunt Moderni hic,⁊ idem Angel.in authen.vt prepona
tur nomen Imperatoris.in principio.Abbas in capitulo,cum
dilectus.infra eodem.⁊ Paulus de Castro.in consilio ccccxvij.
viso.in nouis.⁊ Corneus Perusinus in consilio lx. in hac con-
9 sultatione.⁊ in consilio ccxvj.licet in iiij.libr. †An autem locus
d loci[d] exprimi debeat,not.Bartol.in l.de pupillo.§.qui nuntiat.
ff.de operis noui nuntiatio.Bald.in l.contractus. versicu.mo-
do queritur.C.eodem.cum similibus.vt tradit Alexand. in di-
cto §.qui nuntiat.Et in tantum locus in instrumento requiri-
e tur, quod consuetudo in contrarium non valet[e] :vt concludit
Rota in vj.decis.de consuet.in antiquis.quia talis consuetudo
videtur contra substantiam actus,ideo non valet:vt per glo.in
capitulo,non putamus.de consuet.lib.vj.Sed Moder. hic di-
cunt non esse verum,quod sit contra substantiam actus,sed po
tius dicitur contra solennitatem. Et ista inter se differunt: vt
not.Innocen.in capitulo,quod sicut.de electio.Dictam decisio
nem latius reprobat Andre.Siculus in rub.hic,⁊ Alexand.in
dicto §. qui nuntiat. vbi tollit aliam rationem, in qua decisio
Rote fundatur:quia talis consuetudo prestaret occasionem de
linquendi,⁊ fabricandi falsum. Sed Alexander ibi respondet,
hoc non esse verum : quia in priuata scriptura non requiritur:
vt not.Bartol.in l.cum tabernam. §. idem quesiuit.ff.de pign.
cum similib.⁊ sic non attenditur in priuata scriptura quod pre
stetur occasio delinquendi. Sed potest replicari ad hoc, quod
etiam in priuata scriptura requiritur dies,⁊ locus,quãdo agi-
tur de preiudicio alterius:vt not.domi.Abbas in capitulo, se-
quen. Preterea scriptura priuata non facit fidẽ: si non sit ap-
probata a lege: non sic videtur in instrumento publico, quod
probat:⁊ ideo debet apponi locus,⁊ dies,prout disponitur a iu
re:quia per expressionem loci, ⁊ diei, falsitas deprehendi pote-
rit.Et ideo consuetudo in contrarium non valet: quia prestat
occasionem delinquendi, ⁊ tollit reo defensionem:vt notabili-
ter concludit in loco preallegato, cuius opinio sustentabilis
10 videtur,vt dictum est.†Quinto,dies,⁊ mensis requiritur.Glo.
in dicta l.generali.C.de tabul.lib.x.in l.j.§.editiones.in versicu.
die.ff.de edend. Et intelligitur de die, quo fuit rogatus nota-
rius,non de die,quo instrumentum conficitur:vt not. Bartol.
in l.si quis.§.si initium.versiculo, quero, dixi.ff.de eden.Et in-
telligitur de die conclusionis, ⁊ non de die tractatus: vt not.
Bald.in l.contractus.versiculo,quero quid de die.C.de fide in-
strumen.cum similib.vt glos.⁊ Moder.hic,⁊ idem Bald. in l.si
quis eum.§.j.ff.de vulga.⁊ pupil.⁊ facit quod not.Pau.de Ca
stro in l.cum res.C.de proba.vbi inquit, quod si actum sit inter
partes quod fiat contractus in scriptis,tunc non dicitur perfe
ctus contractus,nisi scriptura conficiatur:⁊ tunc dies scriptu
re apponitur.Et idem dicit Paul.de Castr.in dicta l.contra-
ctus.⁊ in l.qui his idem.de verbo.obligat.Fulgo.in consi. cc.in
questione que vertitur.in fin.⁊ dixi in consil.xj. Et licet dies ex-
primi debeat,hora tamen non requiritur:vt not.Joann.And.
in addi.ad Speculat. §.j.versiculo,post indictionem. Si tamẽ
exprimatur,prodest ad posteritatem:vt per gloss.in capitulo,si
a sede.in verbo,appareat.de preben.in vj.cum similibus,vt tra
dunt Moder.hic.Ad idem glos.in l.si ex pluribus.§.fina. ff.de
solu.Bald.in l.Imperator.la j.ff. de stat. homi. cum similib.vt
Andre.Siculus scribit in capitulo,consuluit.de offic. delegat.
11 Moder.in capitulo,pastoralis.⁊ dixi ibi, de rescript. ¶ †Se-
xto, indictio necessaria est in instrumento, ⁊ illa omissa vitiat
instrumentum:vt not.Barto.in l.si librarius.ff. de regulis iur.
Facit textus in authen.vt prepo.no. Impe.in princip. ⁊ in l.j.
§.fina.C.de Justi.Codi.confir.vbi late Alber.⁊ in capitulo, in-
ter dilectos.j.eod.⁊ gloss.ibi in versiculo,indictionis.⁊ no. Bar
tol.in l.si nominatim.ff.de condi.⁊ demon. cum similib. vt tra-
dit Alexand.in consi.lxvj.viso.⁊ in consil.cxxiij.discussis. lib.j.⁊
Petr.Philip.de Corneo in consil.xciij.quia causa.⁊ in consil.
cxviij.placet mihi.lib.iiij.Et notandum est,quod non sufficit,si
dicatur,indictione ⁊c.sed debet explicite:vt Bald.concludit in
capitulo,cum in iure.versiculo,vtrum.s̃.de offic.deleg. Sed cõ
tra hoc facit,quod not.idem Bald.in capitulo, inter dilectos.
j.eod.vbi inquit quod si notarius dicat,indictione tali; ⁊ quia
non erat memor de numero indictionis,spatium dimisit, secũ-
dum eum,non vitiatur instrumentum.Et ad hoc facit, quia li
cet indictio omissa vitiet instrumentũ, error tamen indictiõis
nõ vitiat:vt no.Dy.in cõsi.xiij.questio talis est.Bar.in d.l.si li-
brarius.⁊ in dicta l.si nominatim.cum similib.vt tradunt Mo
der. ibi, Alber. in dicta l.j. C.de Justi. Codic. confir.versicul.
circa hanc materiam.⁊ Angel.in authentic.vt prepon.nomen
Imperato.in princip. Et de indictione qualiter computetur,
not.per gloss.in dicto capit.cum inter dilectos.in verbo, indi-
ctiones.⁊ in prima constitu. Codic.in versic. septime indictio-
nis.⁊ in authent.vt prepon. no. Imperat.in princip.in verbo,
indictionis. Septimo,series facti requiritur. Glossa in dicta
l.generali.⁊ Angel. in authenti.,vt prepon.no. Imperator.in
princip. Et ista series facti debet esse, per ea,que not. Bartol.
in l.is, qui.ff.de testament.de eo, qui vendidit fundũ pro certo
pretio,his pactis, ⁊ conditionibus, quod vlterius nihil repe-
tet.Et idem Bartol.in l.admonendi.in versi.pone quod in li-
bro.ff.de iurein.Bal.in l.contractus.ver.quero de secunda per-
fectione. C. eod.⁊ Anton. de Butr. in consil. xj. aduertendum
12 est in princip. ¶ † Octauo testes requiruntur.gloss.in dicta l.
generali.cum simil. vt tradit Alexand.in consil. xcvj.ex his li-
bro j. Et satis est quod per notarium scribãtur,vt Abbas hic
concludit,per glo.in §.sed ⁊ si instrumenta.in verbo,adijcian-
tur.in authent.de instru.cau.⁊ fide.⁊ idem gloss.in §.si vero ab-
sunt.in verbo, quantum.de heredi.⁊ Falcid. ⁊ not. Bald.in l.j.
versic.sed hic quero.C.ad Velleia.cum simil.vt tradit Alexan.
in l. iuris gentium. §. quod fere. ff. de pactis.⁊ non requiritur
quod testes rogati fuerint:vt Abb.hic dicit post glo. iij.quest.
ix.can.testes.§.de his.⁊ in authent.rogati.C.de testib.not. Bal.
in rubr. C.eod. versi.quero igitur.cum similib.vt per Moder.
hic.Et per istam regulam infertur,quod in causa matrimonij
non requiritur quod testes rogati sint:vt not.dicit Anton.de
Butr.in capit.ex parte.in fin.de spons.Adde late per Aretin.
in consil.xiij.viso. Andr. Sicul.hoc idem sequitur in consil.xl.
lib.iij.Contrarium tenet Roman.in singul.dccviij.ad solenni-
tatem. ⁊ Andr. Sicul. sibi contrarius in consil.xlv.⁊ in consil.
liij. Aliter pro nunc non decido: quia casus pendet in causa
magni ponderis Mantue.Adde hunc articulum per Prepo
13 situm in dicto capit.ex parte.el primo. ¶ † Nono signum no-
tarij requiritur, ⁊ absque signo non valet instrumentum, sal-
tem ex consuetudine:vt Abbas hic concludit,⁊ not. Bartol.in
l.si quis.§.si initiũ. versic.restat de nono.in repet.ff.de eden.vbi
inquit, quod omnes doctores nullo excepto concordant quod
signum sit de substantia.allegat l.fin.C.de assessor.⁊ idem Spe.
eod.titu.§.instrumentum.versi.item quod non est signatum cũ
similibus,vt per Moder.hic: ⁊ idem Bartol. in l. testium. §.si
quis.de testamen.Bald.in capitulo,significauit.in versicu.itez
nota argumen.de appel.⁊ idem Bald.in l.fideicommissa. ff. de
legat.iij.cum similib.vt tradit Corne.Perusi.in consil.lxx.duo
veniunt.⁊ in consil.cxviij.placet.lib.iiij.⁊ in consil.ccxxvj.licet.li
bro iij.⁊ tale signum,etiam in imbreuiatura notarij requiritur
aliter non facit fidem:vt not.Bald.in l.Lucius. ff.de testamẽ.
militum.cum similib.vt tradunt Moderni hic. Quibus adde
Petr. de Ancharan. in consilio ccccxxxij.premissa. Angel.in
consil.ccxx.ad hoc vt scriptura. Et ad hoc idem tradit Alexã.
in consil.clij.videtur prima consideratione.libro.ij.vbi dicit,qđ
imbreuiatura,que non habet signum, modo perfecta sit respe-
ctu dispositionis,authoritate iudicis potest publicari: vt not.
Bald.in l.fideicommissa.§.j.de legatis iij.⁊ idem Bald.in l.con
tractus.C.eodem titu.Et quod dictum est de signo,habet locũ
de consuetudine:sed de iure esset leuis solennitas:vt per Joan.
Andre.in loco allegato per Abbatem hic:⁊ not.Cardi.hic, in
14 consil.cxxxiij.ad singula.¶ †Decimo requiritur,quod scriptu
ra legatur coram testibus, aliter non valeret instrumentum.
Et hoc in contractibus,qui fiunt in scriptis.Secus est in alijs
vt Abbas hic concludit:⁊ notat Baldus,⁊ Bartol.in l. fideicõ
missa.§.primo.de legatis tertio.vbi dicunt, quod non creditur
imbreuiature notarij,nisi appareat,quod fuit lecta coram par
tibus,⁊ testibus.Et idem Baldus,in authentica, quod sine.C.
de testamentis. ⁊ idem Angelus, in consilio lxxiiij. dicta que-
stione.in principio.⁊ in consilio cclxxiiij.ex themate. Andreas
Sicul.in consilio xxxij.in primo libro.Sed circa limitationem
Abb.aduertendum est dum inquit predictam conclusionem p
cedere in contractibus, qui fiunt in scriptis: secus est in alijs.
Nam quando contractus celebratur in scriptis,hoc clarum vi
detur.§.in his.Instit.de empt.⁊ vendi.in l.contractus. C.de fi-
de instrumen.Et quando actum videatur inter partes, quod
contractus fiat in scriptis,notabiliter tradit Aretin. in consil.
clx.longa est. in secundo dubio. Sed tamen etiam dato quod
scriptura non requiratur pro substantia contractus,sed ad fa-
ciliorem probationez,vt quia simpliciter rogatus sit notarius

prout communiter fit: idem dicendum videtur: quia intentio contrahentium suspensa videtur, donec legatur scriptura, vt appareat quod confecta fuerit secundum intentiones partiuz & prout actum fuit inter partes, & ita videtur de mente doctorum
15 in locis s. allegatis. † Et predicta conclusio limitatur non habere locum in testamento inter liberos, vel ad piam causam: quia valet testamentum, licet scriptura lecta non fuerit: quia testamentum perfectum dicitur, ratione voluntatis, sed non ratione solennitatis: & defectus solennitatis non vitiat tale testamentum: vt not. in d. l. fideicommissa. §. j. & in l. si is, qui. versicu. quero quid si testator. vbi Jmo. & Are. sequuntur. ff. de testam. cum similib. vt tradit Alexand. & idem tenet in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. & fuit dictu Dy. in l. Lucius. per illu textum. ff. de testamen. mili. quem refert & sequitur Roman. in repe. authen. similiter. in xiij. speciali. in vltima voluntate. C. ad legem Fal. & quod plus est, etiam valet testamentum ad pias causas, licet imperfectum sit, ratione voluntatis: vt not. Bart. in l. in testamento. ff. de fideicommiss. liber. & idem tenet Abbas in capitulo j. in iij. not. in fine, de success. ab intest. & sequitur Angel. Areti. in §. ex eo. in fine. Insti. quib. mod. testa. infir. Alexander in dicto §. ex imperfecto. & in l. si certis annis. C. de pact. & in consil. cv. viso. libro iiij. Sed tamen his non obstantibus contra
f ipsum consului isto anno in ciuitate Laude[f]: quia tali casu videtur defectus voluntatis: ideo etiam non valet ad pias causas: vt in terminis voluit Oldr. in consil. cxix. Titius condidit testamentum. & Joan. Andre. idem sequitur in titu. de instru. edi. §. compendiose. versiculo, sed fuit questio de facto. Pau. de Castr. in consil. ccclxv. visa. & in consil. clxxxix. in causa, que vertitur circa finem. & Joan. de ana. in consil. lvij. visis. Non obstant allegata in contrarium, quia haberent locum, si testamentum esset imperfectum ratione solennitatis: sed tali casu est imperfectum ratione voluntatis: vt docto. dicunt in locis preallega. Non obstat etiam quod ad pias causas valet testamentum imperfectum ratione voluntatis: vt supra dictum fuit: quia illud verum est, si est imperfectio voluntatis respectu totius testamenti. Secus si est voluntas imperfecta respectu dispositionis, de qua agitur, prout in casu nostro videtur, & notabi. declarat do. Abbas in dicto capitulo j. de success. ab intest. & Paul. de Cast.
16 in consil. ccclxij. super eo. ¶ † Undecimo requiritur, quod fuerit notarius ille, qui rogatus fuit de instrumento: & in hoc sufficit quod longo tempore fuerit in quasi possessione officij: vt Abbas hic finaliter concludit post Innocen. quem refert: & idem tenet Bartol. in l. Barbarius. in lectu. ff. de offic. pretor. Bal. in capitulo proxi. j. eo. cum similib. vt tradunt Moder. hic, & presertim allegatur Card. in consil. lxxiiij. dominus Abbas circa finem. vbi rationes adducit: quia consuetudo, & communis opinio potest tribuere authoritatem scripture. capitulo, cum dilec
g tus. j. eod. Et quia, vt dicunt Moder. diuturnitas[g] temporis facit presumi pro creatione. & no. in capitulo, illud. de presump. Et fuit ratio Abbatis hic: & per istam rationem idez tenet Andre. Sicul. post longam recitationem antiquorum in repet. rubri. huius titu. Alexand. tamen in l. j. C. de testa. in hoc articulo plures tradit remissiones, & finaliter residet in opinione nega
b tiua[b], secundum opi. Spe. & Joan. Andre. quos hic Abb. refert & dicit illam magis communem per l. Herennius. ff. de decur. Et dictum Alexan. late reassumunt Moder. in l. Barbarius. ff. de offic. preto. Idem Alexand. in consil. lxxx. examinato processu. lib. ij. Et secundum istam opinionem tempore meo Pisis consuluit Aretin. in consil. incipien. in premissa consultatione quod non est impressum, quia illud postea edidit, & ideo breuiter refero fundamentum eius: nam reprobando Abb. hic dicit, quod quis non nascitur notarius, sed creatur a principe: ideo quasi possessio notariatus non probat illum notarium: sicut ex quasi possessione seruitutis realis nõ presumitur seruitus: quia predia a sui natura, & origine libera sunt: vt not. Bartol. in l. si prius. in iiij. oppo. tertie partis. ff. de operis noui nunt. & Bald. in l. indicia. C. de rei ven. in versic. tertio principaliter queritur. & not. in l. sicut. §. queritur. ff. si seruit. vendi. Et ita istam rationem in ista questione inducit Joan. de Jmol. in l. ad testium. in versiculo, extra glos. ff. de testam. vbi inquit quod illa quasi possessio non videtur releuare notarium ab onere probandi, cum sit contra naturalem statum: quia quis non nascitur notarius. Et ad hoc facit, quia quasi possessio iuris, quod non potest haberi, nisi a superiore, eius priuilegio, nunquam releuat ab onere probandi: vt not. Bald. & Salic. in l. si solennibus. C. de fide instrum. Bald. & Jmol. in l. Titia. ff. solu. matri. per capitu. ad decimam. de restitu. spoliat. libro vj. & Et ita videtur in notario
17 qui a superiore constitui debet. † Non obstat ratio Abb. de diuturnitate temporis: quia vbi agitur de graui preiudicio, ex diuturnitate temporis, titulus non presumitur. Ita dicit Aretin. in preallegato consilio. allegat l. nullo. C. de rei vendica. & Bart. in l. cum de in rem verso. ff. de vsur. & in disputatione incipien. habens amplum patrimonium. Non obstat ratio Cardi. allegata supra de capitulo, cum dilectus. j. eodem. quia non habet locum in isto casu, vbi dicitur esse error, reputando illum notarium, qui non est: sed in capitulo, cum dilectus, quod ibi dicitur habet locum, quando scienter inducta fuit consuetudo. Finaliter tamen mihi placet opinio Innocen. quem sequitur Angel. in authen. de tabel. in versiculo, an sufficiat. & Bal. in consil. clix. quia plenissime. lib. j. & Fulgo. in consil. clj. egregius miles. Et ad hoc facit, quia videmus, quod quis clericus nõ presumitur in dubio: quia ista qualitas non est a natura: vt not. Innocẽ. in capitulo, super his. in fine de accusa. Abb. in ca. bone. el j. de electio. in capitulo j. de litis contesta. Cardi. in repet. capituli, per pendimus. de senten. excommu. vbi allegat capitulũ, cum adeo. de rescript. cum similib. vt dixi in consi. cxv. & tamen si quis fuerit longo tempore reputatus clericus, & in quasi possessione beneficij, etiam curati, habet fundatam suam intentionem: vt no. Hostien. Anton. de But. & Abbas post alios in capitulo, illud de presumptionib. Bald. in l. sine possidetis. in iiij. oppositio. C. de probatio. cum similib. vt dixi in consilio cxviij. Ad hoc tamẽ videtur posse responderi, quod in tali casu ratio specialis concurrit, quia iudices ecclesiastici solent de canonica institutione inquirere, & superiores visitantes presumuntur vidisse titulum capitulo, ordinati. de offic. ordina. in sexto. Quicquid tamen sit, opinio Innocen. equior videtur, que maxime procederet, quando res esset adeo antiqua, quod excederet omnium memoriam tunc enim non est opus probare illum fuisse notarium, nec fuisse in quasi possessione officij: vt tenet Innocen. in capitulo, veniens. de verborum significat. & sequitur Bald. in authen. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. circa finem. & tali casu etiam sola fama sufficit, vt dicit Anton. de But. hic, & tradit Aretin. in
18 consil. xxxvij. sequendo ordinem. † An autem per matriculam probetur notarius, Joan. Andr. in loco allegato & Abbas hic, tenent quod non: quia matricula non attestatur illum factum esse tunc notarium, sed de preterito factum presupponit, vnde non probat: vt per Innocen. in capitulo, quoniam contra. de probationi. Et pro ista opinione facit textus in l. Herennius. ff. de decurionib. vbi sola perceptio salarij non facit decurionem. Et istam opinionem Alexand. conatur defendere in l. scriniarijs. C. de testamen. milit. Sed breuiter contra ipsum dicendum videtur, quia matricula taliter presumptionez inducit, vt fundatam habeat intentionem ille, qui in matricula descriptus reperitur: vt not. Bald. in l. ij. C. de sententijs. & idem Salicetus et Romanus, in dicta l. scriniarijs. C. de testam. milit. idem Bartol. per illum textum in l. petitione. C. de aduoc. diuerso. iudic. & in l. matriculam. C. de agen. in reb. libro xij. cum similib. vt tradit Alexand. in d. l. scriniarijs. & Moder. hic: quibus addatis Angel. in consil. cxl. statutum predictum. & Andre. Sicul. in rubrica huius titu. vbi ad hoc alia iura inducit. Et ista conclusio procedit, vt dictum est, in dubio. Secus quãdo constaret de cõtrario: & tunc allegata in contrarium, haberent locum: nam quando apparet de contrario, recedimus a presumptione matricule: quia in claris non est opus coniecturis l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. obligat. & tali casu matricula non nocet: quia apparet de errore, & corrigi debet: vt not. Bald. & Jmo. in l. quoties. §. sed si cum. ff. de heredi. instit. & tradit Dy. in consil. xxvij.
19 que. † Unum tamen dicit Abbas notab. esse, quod si instrumentum producatur de longinquo, & nullus contradicit, illi standũ est. Allegat Joan. Andre. in eo. titu. §. restat. versiculo, sed quid si producatur. vbi tamen aliter distinguit. Et dictum Abbatis hic videtur procedere in leuibus. Secus si agatur de graui preiudicio: quia non creditur: vt not. Anton. de Butr. hic, Cardi. in clemen. j. in iij. questione, de procurato. cum similib. vt tradũt Moder. hic: & idem Bald. post Cyn. in l. comparationes. versiculo, sed hic dubitatur. C. eod. Et Salicet. ibi, dicit quod communis est opinio, quod non detur, & not. Lanfran. de Brixia. in capitulo, quoniam contra. in versiculo, instrumentorum productiones. de proba. & late Paul. de Castr. in consil. cciiij. vidẽdum est. & Corne. Perusinus in consil. cxlij. videtur. libro iij. Et ideo cautela est, & ita practicatur, quod fiant litere testimoniales per officialem regentem ciuitatem, vel locum de publico, et hoc modo creditur: vt not. Bald. & Salic. in d. l. comparatiõe. Cardi. in dicta clemen. j. de procur. Jmo. hic, & Angel. in auth. de tabel. in versicu. & sis cautus. Et licet ita obseruetur in practica, tamen in puncto iuris talis litera testimonialis non facit fidem, vt probat efficaciter Pau. de Castr. in consil. preallegato in secundo dubio, in versicu. sed nunc est videndum. Et de istis literis testimonialibus vide quod not. Anto. de Butr. in capi
20 tulo, in presentia. in v. no. de renunc. ¶ † Duodecimo requiritur

quod

quod notarius rogatus sit. §. nos autem. & glo. ibi: in verbo, iniungatur. in authen. de tabellio. & ibi Barto. & Angel. ad idem glo. in clemen. j. in versi. requisitis. de iureiurando. & not. Spec. eodem titu. §. j. qui incipit, breuiter. versicu. & not. & Bart. in authen. si quis in aliquo. C. de edẽdo. Et in dubio notarius nõ presumitur rogatus: vt Abbas hic, post Innocen. concludit: quia ista est solennitas extrinseca, que non presumitur l. quecunque. §. fina. ff. de publica. Et ita tenet Barto. in l. sciendum. ff. de verbo. obliga. & in l. si quis. §. si initium. ff. de edendo. cum similib. vt per Moder. hic, & prius Alexand. in dicta l. sciendum. & ita cõmuniter tenetur, vt Alexand. inquit in consi. clij. videtur. libro ij. Idem Alexand. in consil. xlviij. in causa, & lite. lib. v. Ange. in consil. lxxiij. dicta questione. Corn. Perusi. in consilio lxx. duo sunt. libro iiij. Si tamen notarius asserit se rogatum fuisse, ei creditur: vt Abb. hic concludit post alios, quos refert: et Bartol. in d. l. sciendum. cum similib. vt tradit ibi Alexand. et Mode. hic. & Alexand. in consil. cx. eximie doctor. & lib. ij. & in dicto consil. clij. eod. lib. & in dicto consil. xlviij. libro v. Et hoc verum est quando notarius dicit se rogatum, vel publicauit instrumentum. Secus si simpliciter dicat, Ego notarius subscripsi: vt not. Barto. in d. l. sciendum. Sed Aretin. & Moderni ibi
i contrarium[i] tenent: quia si notarius subscripsit se, videtur se subscripsisse ratione officij vt notarius: ergo rogatus videtur: quia alias non potest instrumentum conficere, & hoc etiam Alexan. tradit in dicto consil. xlviij. Sed tunc stat difficultas, quia communis opinio, quod rogatus notarius non presumitur, vt supra dictum est, non possit verificari: quia si non scriberet vt notarius, esset absque dubio quod rogatus non presumitur: ideo communis opinio intelligenda videtur, quando dicitur, ego
21 talis notarius subscripsi. †Circa predicta queritur, a quibus notarius debeat esse rogatus. Abb. post Joann. Andre. quem refert, concludit quod debet esse rogatus ab eo, vel ab illis, a quibus actus dependet: & idem glo. in §. nos autem. in authen. de tab. in verbo, iniungatur. Bald. in rubrica. C. eod. versiculo, sed dubitatur. cum similib. vt per Moder. hic, & latius tradit Alexan. in consil. cx. circa dubitationem. libro ij. Et idem est in testibus, in casibus, in quibus debent esse rogati quia debent rogari ab illo, qui actum facit, nec sufficeret, quod ipse notarius rogaret: vt not. Angel. in §. & licet. per illum textum, in authẽ.
22 de testib. †Sed dubitatio est, quid in actu, qui non pendet ab homine, sed a casu, vel natura, puta in natiuitate, vel morte alicuius. Et Joann. Andre. quem Abbas refert, & sequitur, concludit, quod tali casu notarius non debet[k] conficere instrumentum ad instantiam priuati, quia non faceret fidem, sed authoritas iudicis requiritur. Et idem dicit Bald. post Nicol. de Matar. in rubrica eadem, Paul. de Castr. in l. pretor ait. in princi. circa finem. ff. de eden. vbi inquit quod quidam forensis cum habuisset filium Florentie, voluit quod de hoc cõficeretur instrumentum ad hoc, vt gauderet beneficio ciuitatis: consuluit quod hoc fieret cum authoritate iudicis, aliter nõ valeret. Et notat Barto. in authen. si quis in aliquo documento. C. de eden. Dicit tamen Bald. in dicta rubrica hoc esse verum quo ad plenam probationem, sed absque authoritate iudicis faceret tamen indicium, adeo quod posset deferri iuramentum: vt contingit in stipendiarijs, vel ambasiatoribus, qui faciunt fieri instrumentum de morte equorum. Et in hoc aduertendum est, quia tali casu nedum indicium, sed plenam fidem videtur facere instrumentum: quia ex morte effectus iuris illi acquiritur: ideo probare videtur secundum distinctionem Joã. And. in primo mẽbro, quem Abbas hic refert: & ita esset dicendum tenendo talem distinctionem, quam docto. communiter sequuntur. Sed contra illam efficaciter facit, quod not. Bar. in l. in senatus. in principio. ff. ad Turpil. vbi concludit, quod si committatur delictum contra me, illud delictum per instrumentum probari non potest. & idem not. Barto. in authen. si quis in aliquo documento. C. de edend. & idem Bal. sequitur in l. fina. versiculo, restat querere. C. de probat. & tamen ex tali delicto mihi vel alteri ius que
23 ritur. †Et dum Abbas dicit quod in actu, qui fit gratia vnius sufficit quod ab eo notarius rogatus sit: quia alter, de cuius preiudicio agitur, verisimiliter non mãdaret. Et fuit hoc dictum glos. in §. nos autem. in verbo, iniungatur. in authen. de tabel. Sed certe hoc non videtur verum generaliter. Gratia exempli, in donatione, que fit gratia donatarij: & tamen donãs de cuius preiudicio agitur, etiam ipse verisimiliter rogauit notarium: quia sicut sponte donauit, ita verisimiliter rogauit notarium. Et ideo dictum d. Abba. hic intelligitur in actu pendẽte a voluntate vnius: puta, si fiat protestatio, vel intimatio alicui: nam ille, in cuius preiudicium fit talis actus, non consentiret: & ita declarat Alexand. in consi. preallег. cx. lib. ij. Et dum dicitur quod notarius contra se ipsum conficit instrumentum ad ea, que hic dicunt Moder. adde Bald. in consil. xliij. quedã
24 scriptura. libro iij. †Successiue Abb. post Innocen. concludit quod instrumentum publicum facit fidem in fauorem vel preiudicium tertij. Facit text. in l. desyderium. & quod ibi Bald. C. depos. cum similib. vt per Moder. hic: & late tradit Paul. de Castr. in consil. lxxxiij. quod prefata sententia. Sed aduertendum est, quia ista conclusio bene procedit in terminis, in quibus loquitur Abb. hic, videlicet respectu tituli: quia aliter titulus nunquam posset probari: vt not. Bald. in l. ij. C. de eden. et idem Bald. in rubrica. C. eodem. versiculo, sequitur videre. vbi inquit quod nulla scriptura extra iudicium facta probat, nisi inter illos, qui mandauerunt fieri: quia tabellio debet esse rogatus. §. nos autem. in authen. de tabel. ideo quo ad tertium, qui non rogauit, non est instrumentum, & ita quo ad probandum obligationem, sed quo ad factum simpliciter sine effectu iuris, bene probat contra quemcunque. Et idem not. Barto. in l. ij. C. de eden. Et ad hoc facit ratio Abb. hic, dum allegat capitulũ ij. de testi. Et hoc idem cõfirmatur: quia speciale est in dote, quod instrumentum facit fidem in fauorem tertij: vt not. Bartol. in consilio cxxij. Titius, & Seius. in primo dubio. & sequitur Alexan. in l. admonendi. de iureiurand. & in consilio quarto. videtur. libro secundo. Unde si speciale est in dote, ergo in contrarium
25 est ius commune l. prima. ff. ad municipales. †Et subijcit Abbas post Innocen. hic, quod notarius debet rogari publice, et non secreto: per hoc tamen instrumentum non vitiatur, si secrete rogatus fuerit. Et secretum dicitur, quod probari non potest: vt notat Cardi. in clemen. prima. §. notarij. de here. Et ita Moder. hic resident. Et de secreto notat Barthbolo. Veronensis in consilio lix. Paulus Faber. Sed melius facit quando non publice, sed clam fieri dicatur, videlicet quando fit taliter, quod non venit in notitiam eius, cuius interest: vt not. Barto. in l. secunda. C. de his, qui ex pub. ratio. libro decimo. & in l. j. §. de pred. curia. eodem libro decimo. Et quod fit de nocte, dicitur clam fieri, vt notat Baldus in l. cum fratrem. in principio. C. de his, quib. vt indig. Et ideo caueant tabelliones instrumenta de nocte conficere: vt not. Baldus hic. Est enim mala suspicio contra illum, qui clam facit actum, quando in aperto fieri potest: vt nota. in l. prima. in glossa. C. de inter. mat. in capitulo, consu-
26 luit. in versicu. lucem. de officio delegati. †An autem requiratur quod notarius peritus sit, Abb. hic post Bar. & alios, quos refert, concludit quod sic in pertinentibus ad eius artem, non autem requiritur quod habeat peritiam doctoris. Et idem Abbas in capitulo, sicut. in fine, ne clerici, vel monachi. Et ideo ibi & hic concludit, quod si propter imperitiam notarij pars lesa fuerit, quod ipse tenetur ad interesse. Et idem notat Baldus in l. finali. circa finem. C. de magi. conuenien. Barto. in l. fina. ff. de tabu. exhiben. Et tali casu non excusatur notarius ratione
27 minoris etatis: vt not. Bald. in l. j. C. qui, & aduers. quos. †Et ex predictis inferri potest quod licet illiteratus possit esse iudex, vt per glo. in l. certi. C. de iudic. nota. in capitulo, scisitatus. de rescript. non tamen videtur quod possit esse notarius: vt de aduocato not. Abb. in rubrica. s. de postul. gloss. & Baldus in l. secunda. C. de postula. Secus tamen si imperitus sit: nam ista inter se differunt, vt not. Barto. in authen. sed nouo iure. C. si cer-
28 ta peta. & dixi in dicto capitulo, scisitatus. de rescript. †Postremo requiritur quod notarius sit habilis: quia notorie excommunicatus non potest esse notarius, nec instrumenta conficere vt per glos. in capitulo, decernimus. de senten. excommu. in sexto. & tradit Cardin. in repetit. in capitulo, perpendimus. de senten. excommu. libro vj. in xxxix. quest. cum similib. vt dixi in cap. intelleximus. de iudic. Quid autem de infami. Abbas se remittit ad nota. per Barto. in l. eadem. ff. ad legem Juliam repetun. & notat Cald. in consilio secundo, in titulo, de fide instrumen. Alexan. in consilio lxxx. examinato processu. lib. secundo.

¶Additiones.

a ¶Didicisse. Idem Dec. authen. si quis in aliquo documento. & nu. vij. C. de eden. Sed non est verum, si legens sciuerit verum esse exemplum.

b ¶Bald. Idem Feli. c. licet causam. de proba. Alcia. in auth. si quis in aliquo. glo. ij. C. de eden.

c ¶Locus. Decisi. Tholo. ccccxci. Bal. consi. cccxxi. consi. lv. li. iij. Pan. consi. ccccxx. lib. ij. Cor. consi. ccxvj. lib. iiij. glo. pragma. de subla. cle. literis. ver. ecclesia.

d ¶Loci. Vide distinctionem Bonifacij de Vitali. in proemio Clem.

e ¶Non valet. Roma. l. in illa. de verbo. obliga. l. de pupillo. §. qui nuntiat. de oper. noui nuntia. Rota decis. ccccxl. in antiq. Bonifa. de Vital. in proe. cle. Stepha. Bertran. consi. cccxxx. quedam asserta. lib. ij.

f ¶Laude. Scilicet consi. clix. vbi tamen ex specie casus ibi nar-

rat, male consuluit, vt ibi dixi. Adde Decium consil. cccclxxx viij. & que ibi dixi.

g ¶ Diuturnitas. Cũ quasi possessione, ita quod publice fides adhibeatur & hec practicatur, & est veritas, vt etiam testatur Alber. d. l. Barbarius. Bald. consil. ccccix. lib. j. Alexand. consil. clxxxiiij. consi. cxcviij. nu. iiij. lib. vij. Fulgo. consil. clj. egregius. Ang. in authen. de tabellio. Ro. de Curtili. tract. nobilita. par. iij. nu. clxiij. Joan. Igneus l. iij. §. si quis tabulas. nu. lxx. ad Sil lania. Nicol. Boe. Decis. Burdegal. xxxv.

b ¶ Negatiua. Ancharan. consil. ccxiij. Alexand. consil. cxxxviij. lib. j. Stepha. Bertran. consi. lxxj. ex tenore. lib. iij. Stepha. Aufre. in addi. q. Tholo. cccxxxj. & alij, quos omitto. Sed prior sententia verior, in quam etiam inclinat Decius hic, & bene.

¶ Contrarium. Scilicet φ presumitur rogatus Decis. Tholosa. clxxxiij. dixi ad Alex. consi. cliij. nu. ix. lib. ij. vide Nicol. Boeri. decis. Burdegal. cccv.

k ¶ Non debet. Idem Deci. authen. si quis in aliquo. C. de eden. Aret. c. series. contra Feli. ibi. supra de testib. Alex. l. pretor ait. in princip. de eden. consi. cxcviij. lib. vij. vbi dixi. [redacted]

2 ¶ Instrumentum publicum facit fidem, licet testes inscripti decesserint.
3 Sigillum authenticum probat contenta in scriptura sigillata.
4 Scriptura priuata non facit fidem. 5.
6 Scriptura priuata recognita non facit fidem in preiudicium tertij.
7 Scriptura priuata probatur per testes, & comparationem, quã do negatur.
8 Scriptura priuata facta sine aliquo adminiculo, non probat.
9 Verbum, Alicuius, verificatur in minimo.
10 Conuentio quod stetur priuate scripture valet.
11 Scriptura priuata habens subscriptionem partium, & testium an probet.
12 Scriptura, que est in archiuo fidem facit.
13 Priuata scriptura non requirit diem, neque annum: fallit nu me. 14.
15 Epistola est priuata scriptura, nec sola comparatione probatur. 16.
17 Liber rationum est priuata scriptura.
18 Liber rationum plene probat stante statuto, &c.
19 Liber rationum probat contra scribentem.
20 Librum rationum approbare quis potest pro se, nõ contra se.
21 Capitulum vnum vel plura connexa quando dicantur.
22 Liber rationum an fidem faciat contra tertium.
23 Liber mercatoris, qui est bone fame, probat semiplene.
24 Mercator scribere potest, etiam per alium.
25 Judex compellere potest partem ad scribendum, vt comparatio fiat.
26 Sigillum debet habere characteres, vt cognosci possit.
27 Sigillum proprium contrahentis sufficit apponere, absque eo quod contrahentes dicant se illud apposuisse.



Cripta. ¶ Primo nota quod omnis scriptura publica, est authentica, vt probatur hic in versiculo, nisi per manum publicam, vbi ponitur exceptio a regula. Unde vt talis exceptio congrua sit, dicendũ est quod talis scriptura authentica sit: sed nõ econtra, nõ enim omnis scriptura authentica publica dicitur: vt dictum fuit in capitulo primo, supra eodem. Ex quo infertur quod scriptura priuata, que sigillum habet authenticum, non dicitur publica, licet authentica sit, contra Antonium de Butr. in summario hic, & in secundo notabili. Et monetur Abbas hic, per istum textum, vbi ponuntur ista tanquam diuersa. Et idem Bald. dicit post Innocentium hic, in versiculo, querit Innocentius. & pari ratione scriptura, que ex archiuo publico profertur, testimonium quidem habet publicum, ergo publica videtur: & eodem modo, que habet sigillum authenticum iudicis, authentica dicitur, propter authoritatem iudicis quã habet de publico, argumento l. in publicum. ff. de seruis fugitiuis. & l. secunda. ff. ad exhiben. Non obstat textus hic, in quo fundamentum Abbatis consistit: quia non ponit vt diuersa, scripta publica, & authentica, sed loquitur de scriptura facta per manum publicam, & sic per manum notarij: nam illa bene distinguitur ab authentica, vt hic dicitur: & etiam distingui potest a publica, que sit facta authoritate iudicis, per supra dicta. Nec obstat textus hic, dum dicitur, ita quod appareat publica quia hoc dictum fuit eo respectu, quod scriptura facta per manum publicam, posset esse non authentica, nec publica, quando notarius non scribit vt notarius, sed vt persona priuata: vt no

2 tatur in l. scripturas. C. qui potiores in pignor. habean. ¶ † Secundo nota quod instrumentum publicum facit fidem, licet testes inscripti decesserint: nam instrumentum habet vim duorũ testium, quando in eo actu, de quo loquitur instrumentũ, duo testes sufficiunt: sed si plures requirantur, habet vim plurium: vt notat Baldus in l. in exercendis. C. eodem titulo. Et ideo per instrumentum testamenti, probatur testamentum, in quo septem testes requiruntur: vt no. per glossaz in l. prima. & ibi Baldus in nona questione. C. de testamen. glo. Barto. & Docto. in l. heredes palam. in principio. ff. de testamen. Idem Bartol. in l. secunda, in principio. ff. quemadmodum testamen. aperiantur. 3 & notatur in l. finali. C. de fideicommissis. ¶ † Tertio nota φδ sigillum authenticum probat contenta in scriptura, cui appositum est, licet testes inscripti decesserint. Et ista conclusio de plano procedit in his, que pertinent ad officium sigillantis: quia tunc talis scriptura probat absque alia subscriptione testium. Secus est in alijs, que non spectant ad officiũ sigillantis: vt late declaraui in capitulo, post cessionem. de probatio. ¶ † Quar4to nota quod scriptura priuata non habet robur firmitatis, et videtur probare text. hic, quod non faciat etiam presumptionẽ quia verbum illud, alicuius firmitatis, etiam in minimo verificatur: vt per glo. in clemen. prima, in verbo, earum parte. de foro compet. facit quod not. Bartol. in l. si seruum. §. pretor ait. ff. de acquiren. here. vbi inquit quod verbum, alicuius, verificatur in minimo. Ex predictis notabilibus dum in textu dicitur, scripta authentica nullius esse firmitatis, secundum Hostien. & doctor. intelligitur textus quod allegabatur quod essent authentica, sed non erant. Uel melius dici potest, quod essent authentica ex eo quod testes inscripti erant: sed quia mortui sunt 5 nullius sunt firmitatis. ¶ † Abbas late prosequitur materiã priuate scripture, & primo de apocha, de qua habetur in l. fina. §. Titius. ff. de condic. indebi. & ibi glo. & in l. plures apochis. C. de fide instrumen. & hic generaliter accipitur pro priuata scriptura, que appellatur etiam chirographum l. seruum filij. §. cũ, qui. ff. de lega. primo. Alijs etiam nominibus appellatur, vt tradit Salicet. in authentica, si quis vult. C. qui potiores. Et prima cõclusio Abbatis est, quod priuata scriptura probat, & fidez facit contra scribentem, si illam confitetur l. Publia. §. fin. ff. de po. l. cum de indebito. §. fin. ff. de probatio. Facit textus in capitulo, per tuas. de probat. in l. generaliter. C. de non nume. pecu. & notat Bart. in authen. & si contractus. C. de fide instrum. in l. admonendi. ff. de iureiuran. Et secundum istã conclusionẽ, que clara est, consuluit Alexand. in consilio lxxxij. in causa, & lite. et in consilio xci. circa primum. libro iiij. & in consilio xlij. in causa. 6 libro iij. † Secundo Abbas concludit quod talis scriptura recognita non facit fidem in preiudicium tertij, nisi tribus testibus subscripta fuerit l. scripturas. C. qui potio. in pigno. hab. quia esset in potestate debitoris preiudicare tertio, vt Abbas hic dicit, & not. Barto. in dicta l. scripturas. in fine. Et hoc not. tradit Petr. de Ancharan. in consil. xxvij. rationes inducte. Pau. de Castr. in consil. ccccxj. in causa ser Ludouici. Joann. de Ana. in consil. xl. in questione. Et notandum est, quod in casu d. l. scripturas. requiritur subscriptio trium testium masculorum: quia text. ibi dicit, trium, vel amplius virorum. & Bald. ibi not. illum. & facit textus, & quod ibi Bart. in l. j. ff. de legiabi: virorum. Sed contrarium tenent Moder. hic, & latius in capitulo, quoniam. de testib. per text. in c. licet vniuersis. de testib. ibi dum dicitur, non minus, quam duorum, vel trium virorum. et tamen ille textus habet locum in mulieribus. Et Bald. ipse ibi ad hoc notauit illum textum, & Moder. etiam ibi sequuntur, dicentes quod per istum textum distinguitur dictum Bald. in d. l. scripturas. & quod ibi fuit facta expressio virorum ratione maioris frequentie: & ideo idem esset in mulieribus, vt in simili habetur per glo. in l. j. C. de rap. virg. & in cle. j. in verbo, residentes de rescrip. Non obstat l. j. de legib. quia ibi agitur de condendo legem, que in iurisdictione consistit: & talis iurisdictio non competit feminis l. femine. ff. de regu. iur. Sed tamen opin. Bald. in d. l. scripturas. que communiter approbatur, defendi potest, et verior videtur, quia proprie vir pro masculo accipitur: vt not. in l. seruis legatis. de lega. iij. & quod ibi Barto. & notatur in l. j. ff. de sena. tamen secundum subiectam materiam accipitur impropie: & ita procedat textus in dicto ca. Sed vbi propter subiectam materiam, que etiam competit feminis, illa verba, duorum vel trium virorum, non excludunt mulieres. Secus videtur in casu d. l. scripturas. vbi ponitur casus specialis, in quo requirantur testes optime opinionis. Ideo consonat quod etiã cum ministerio loquatur textus ibi, dum requirit testimoniũ trium virorum, vt intelligatur de masculis, secundum proprietatem verborum, in speciali, in quo Imperator recedit a regu7 la iuris communis. † Tertia conclusio Abbatis, quod si priuata scri

ta scriptura negetur, probatur per testes, ⁊ cõparationẽ litera-
rum simul, ⁊ soli testes non sufficiunt, quia non deponunt de cõ-
tentis in scriptura. Et ita tenet Barto. in authen. ⁊ si contra-
ctus. versiculo, opponitur. C. de fide instru. ⁊ in d. l. scripturas.
Bald. in authen. sed nouo iure. C. si cert. peta. Sed contrarium
tenet Imola hic, versiculo, sed aduerte. qui dicit quod soli te-
stes sufficiunt. Et idem Imola in l. nuda. versiculo, item adde.
ff. de dona. quia deponunt se presentes fuisse, ⁊ vidisse illam scri-
bi ab illo: ⁊ sic deponunt per sensum appropriatum: ideo bene
probant, vt nota. in capitulo, cum causam. de testib. Nam ratio
Barto. secundum eum haberet locum, quando testes redderẽt
rationem simpliciter: quia cognoscunt illam literam, ⁊ illam
notam habent. Et probatur hoc secundum Imol. in §. si vero
tale quid. in authen. de instru. cau. ⁊ fid. iuncto principio. vbi ẽt
deponentibus testibus contra comparationem creditur: a for-
tiori credendum erit non existente comparatione in contrariũ.
Et opinio doct. saluari põt, quãdo quis incipit a cõparatione:
quia tunc illa sola non sufficit. Secus videtur in testibus, vt di-
ctum est. Et hoc Moder. sequuntur hic, versiculo septimo li-
mita. ⁊ latius per Alexand. in d. l. admonendi. ⁊ Moder. ibi: et
idem tradit Alexand. in consil. cxviij. viso processu. lib. iiij. ⁊ in
consi. clxxx. in causa, ⁊ lite. lib. ij. ⁊ Areti. in consil. lxiiij. diligen-
ter, ⁊ mature. Et tenendo istam opinionem, non obstat, si dica-
tur quod attenta ratione Imole, duo testes probarent, et tamẽ
tres requiruntur, in authen. de instru. caut. ⁊ fid. §. sed ⁊ si quis.
ibi: non minus trium. quia ad hoc respondet Alexand. in d. ca-
pitulo, consi. clxxx. quod illud habet locũ, quando contractus
excederet libram auri: alias secus: vt notatur in authen. ⁊ si con-
tractus. C. de fide instrumen. Sed tamen pro defensione Bart.
⁊ Abbat. vide Corneum Perusinum in consil. lviij. in hac con-
sultatione. li. iij. vbi concludit opinio. Imole, ⁊ aliorum Mo-
der. quando testes deponerent se vidisse scribi illam scripturã
in qua continetur illud, quod dicitur in scriptura de qua agi-
tur: ita quod deponant de contentis in scriptura. Secus quan-
do simpliciter dicunt se vidisse scribi illam scripturam: quia li-
cet attestentur de visu, potuerunt tamen decipi: quia alius po-
tuit literas contrafacere. Et istam opi. finaliter sequitur Are-
tin. in dicto consil. lxiiij. ⁊ late illam defendit Bartho. Soci. in
consil. cclxxiiij. in causa domine Helise. Et opinio Imo. vide-
tur contra tex. in d. §. sed ⁊ si quis. ibi dum dicit, fidem causa ex
vtroque percipiat. ergo non habetur fides ex solis testibus, sed
8 etiam ex comparatione, de qua tex. loquitur ibi. † Quarto Ab-
bas concludit quod priuata scriptura facta sine aliquo admi-
niculo, non facit solennem probationem, per istum textum: et
quia esset in potestate alicuius facere vnam scripturam, ⁊ dice-
re illam esse factam manu aduersarij. Et Moder. hic sequun-
tur. ⁊ Alexand. post Barto. ⁊ alios, quos ibi refert, in d. l. admo-
nendi. ff. de iureiuran. Et vlterius considerandum est q̃ imo
a talis scriptura non videtur facere aliquam [a] presumptionem,
9 contra Barto. in dicta l. admonendi. ⁊ Abb. hic. † Primo per
istum textum. ibi: alicuius firmitatis. quia ista verba verifican-
tur in minimo: vt dixi in textu. Secundo probatur hoc ratio-
ne efficaci: quia nulla est coniectura, vel presumptio, quod illa
scriptura sit scripta manu aduersarij: sed hoc solum allegatur
a parte, que illam scripturam producit, cui nullo modo creden-
dum est in preiudicium aduersarij, nec etiam aliqua presum-
ptio insurgit ex dicto actoris contra reum: quia actor probare
debet quod dicit l. actor. C. de probat. l. ei, qui. ff. eod. tit. Non ob-
stat ratio doctorum, dum dicitur, quod verisimiliter quis non
faceret falsam scripturam metu pene: quia talis presumptio be-
ne posset allegari ad euitandum penã: quia delictum non pre-
sumitur l. merito. ff. pro socio. Sed ista presumptio non atten-
ditur in fauorem actoris in preiudicium rei: vt not. voluit glo.
⁊ ibi Barto. declarat in l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiuran.
Et eodem modo priuata scriptura non probat in fauorem scri-
bentis: vt tenet glo. hic, ⁊ Barto. in d. l. admonendi. ff. de iureiu-
10 ran. vbi allegat septem exempla allegata in glo. † Notandum
tamen est, quod valeret conuentio quod esset standum priua-
te scripture: vt notat Bald. in l. de quibus. ver. item per pactũ.
ff. de legi. ⁊ sequitur Alexand. in l. j. §. finali. ff. de verborum ob-
b liga. Et hoc maxime [b], quando agitur de scriptura iam facta:
quia tunc non potest dici quod detur occasio delinquendi: vt
not. declarat Alexand. in consil. cxiij. viso, ⁊ diligenter conside-
rato. lib. iiij. Sic etiam valet cõuentio quod credatur dicto ali-
cuius de damnis, ⁊ interesse: vt not. Barto. post Dyn. in l. fi. de
preto. stipula. cum similibus: vt tradit Alexand. in consilio liiij.
circa id, quod queritur. lib. ij. vbi dicit istam esse communem
opinionem, quod etiam hoc in contractibus inter viuos fieri
possit. Et idem Alexand. in consi. lxvij. viso themate. ⁊ in consil.
cij. super primum. eodem libro ij. Et ista addenda sunt ad ea,
que dicunt Mode. Et ex predictis remanet expeditus primus
casus, qui consideratur per domi. Abbatem hic. Secundus ca-
sus est, quando scriptura est subscripta tantummodo a parti-
bus: ⁊ tunc Abbas dicit quod fere idem est. Et ideo fere, dicit:
quia putat quod faciat maiorem presumptionem, quam in pri-
mo casu. Sed contra hoc facit quod ipse Abbas dicit in quar-
to casu, infra eodẽ. In tertio casu nihil addendum est: quia su-
11 perius dictum fuit. † In quarto casu Abbas concludit quod
quando priuata scriptura habet subscriptionem partium, ⁊ te-
stium, tunc licet ex testibus solis plena probatio habeatur, ta-
c men tali casu sola comparatio [c] non sufficit contra Bartol. ⁊
Anto. de Butr. hic: quia ex quo sola comparatio sine testibus
non sufficit, ergo idem videtur data subscriptione partium:
quia sicut quis potuit contrafacere scripturam aduersarij, ita
potuit addere subscriptionem: vt latius per eum hic. Et ita te-
net Imola hic, in versiculo, sed aduerte. cum similibus: vt tra-
dit Alexand. qui idem sequitur in dicta l. admonendi. in versi-
12 culo, item adde. † Quintus casus, secundum Abb. est in scriptu-
d ra, que est in archiuo [d] publico, que ratione loci facit fidem, au-
then. ad hec. C. de fide instrumen. De quo videndum est, quod
dixi in capitulo, cum causam. versiculo, quarto fallit. de proba-
tio. ⁊ talis scriptura, publica dicitur: dicta authentica, ad hec.
Et generaliter quelibet scriptura, que fidem facit, publica dici-
tur: vt notat Specul. in eodem titu. §. nunc dicendum. versicu.
⁊ generaliter. ⁊ sequitur Barthol. Socin. in consilio lxij. in pre-
senti consultatione. Et hoc notandum est ad confirmationem
eius, quod dixi in notabilibus. Et subijcit Abbas hic quod di-
cta supra de scriptura, intelligi debent, quando scriptura ha-
bet in se causam sufficientem, vt habetur in capitulo, si cautio.
infra eodem. vbi Abb. post alios in principio. Facit textus in
l. cum de indebito. §. finali. ff. de probat. ⁊ notat Bartol. in l. ij. §.
circa. ff. de exceptio. doli. cum similibus, vt tradunt Moder. in
dicto capitulo, si cautio. vbi videndum est: quia materia est alie-
na a proposito. Et dictis Moder. in dicto capitulo, si cautio.
adde Alexan. in consi. iiij. circa primum. libro j. ⁊ in consil. lxxx-
iij. incipiente, in causa, ⁊ lite. eodem. lib. j. ⁊ in consil. clxxxj. lectis,
⁊ ponderatis. lib. ij. ⁊ in consil. ix. ponderatis. lib. v. ⁊ Andre. Si-
13 culus in consilio xxv. lib. j. † Successiue Abbas concludit quod
in priuata scriptura non requiritur dies, neque annus l. cum ta-
bernam. §. idem quesijt. vbi Barto. ff. de pigno. ⁊ notat Bald. in
prima consti. Cod. in §. quibus. in versiculo, in priuatis vero
scripturis. vbi dicit quod ita communiter tenetur: ⁊ Ioan. Fa-
ber in §. item verborum. versiculo, item prefinisse. Instit. de inu-
ti. stipul. cum similibus, vt tradit Alexan. in l. de pupillo. §. qui
nuntiat. ff. de noui oper. nunc. Et istam magis cõmunẽ opi. di-
cit esse Alexand. in consi. lxx. viso processu. libro j. ⁊ in consi. xlij.
in causa, ⁊ lite. circa finem. lib. iij. Et predicta conclusio procedit
quando solum tractatur de preiudicio ipsius scribentis: quia
ipse recognoscit scripturam: ideo aliud non requiritur. Secus
tamen videtur, quãdo tractatur de preiudicio alterius: vt Ab-
bas hic concludit, ⁊ declarat Paul. de Castr. post Bald. in pri-
ma constitu. Codi. ⁊ idem sentit Barto. in d. §. idem quesijt. cũ
simılib. vt Alexand. scribit in consil. cxxij. in causa. lib. iiij. Est
tamen aduertendum circa predicta que communiter approbã-
tur: quia secundum predicta, non videtur differentia inter pri-
uatam scripturam, ⁊ instrumentum publicũ: quia priuate scri-
pture statur, licet non habeat diem, propter recognitionẽ scri-
bentis: vt Abbas hic dicit. Certe hac ratione attenta, idem vi-
detur dicendum in instrumento publico, quod licet de se non
videatur habere authoritatem sine die, si pars tamen illud con-
fitetur, videtur sibi preiudicare ratione confessionis. Item dũ
Abb. dicit de preiudicio hypothece, quod preferatur ille, qui re-
peritur habere diem: secundum hoc erit in potestate debitoris
preferre creditorem quem voluerit, faciendo priuatam scriptu-
ram cum die anteriori, quod tamen reputatur absurdum, vt
not. Barto. in l. scripturas. C. qui pot. in pig. hab. cum similib⁹,
de quibus dictum est supra. Et dum Abbas concludit quod
prefertur ille, qui habet diem, quasi probatio alterius incer-
ta esset, videtur per istam rationem, quod licet vterque habe-
ret diem, tamen ille, qui haberet horam, esset preponendus. De
quo videndum est in capitulo, pastoralis. de rescript. ⁊ quod ibi
14 dixi. † Vltimo notandum est quod in duobus casibus etiam in
priuata scriptura, dies requiritur in testamento patris inter li-
beros, secundum quod dicitur in authen. quod sine. C. de testa.
vbi Bald. Angel. ⁊ Docto. hoc dicunt per illum textum: ⁊ idẽ
tradit Alexand. in consil. cxxiij. discussis. lib. j. ⁊ in consil. lxxvj.
ponderatis his. lib. iij. ⁊ Abbas in consil. xcviij. in questione. li-
bro ij. Limitatur tamen dicta authen. quod sine. non habere lo-
cum ad piã causam. vt nouissime consuluit Corneus Peru. in
consil. cccxcvij. videtur prima facie. lib. iij. quam tamen limita-

tionem non approbo: quia regulariter non minor favor presta
tur ecclesie, quam filijs. Alius casus est in scriptura facta ad p
bationem matrimonij. §. illud quoque. vbi Ange. in authenti
ca quib. mod. natu. effic. legi. de quo Alexand. in d. l. de pupillo.
15 §. qui nuntiat. ff. de oper. noui nunt. † Secunda species priuate
scripture est epistola, in qua Abb. concludit quod probat con
tra scribentem l. Publia. §. fina. ff. deposi. ⁊ contra illum qui si
gillauit: nam cum apponat sigillum, approbare videtur, ⁊ con
sentire l. tribunus. §. fina. l. in fraudem. §. licet. vbi Bald. ff. de te
stamen. milit. l. ij. vbi Bald. C. de re. alie. non alie. ⁊ not. Bartol.
in l. que dotis. ff. soluto matri. cum concordan. adductis ibi per
e Alexand. Similiter qui recepit[e] literas, ⁊ tacet, videtur con
sentire, ⁊ obligare se l. si filiusfa. absente. vbi Bartol. ff. ad Ma
cedo. ⁊ not. Barto. in l. quo enim. ff. rem ratam habe. cum simili
bus, vt tradunt Moder. hic. ⁊ idem Alexand. in consil. lxxviij.
in cause, ⁊ lite vertente. libro j. Et hoc pro notabili tradit Ma
thesi. in not. xxij. in versiculo, nota mirabilem modum. ⁊ Bar
tholo. Veronensis in caute. xj. pone quod filius. vbi hoc limitat.
Aliter, ⁊ secundo, limitat Roman. in l. nuda ratio. ff. de donat.
⁊ referunt Moderni in l. admonendi. de iureiurand. Addatis
Paul. de Castro, qui tenet contra Bartol. ⁊ Docto. in d. l. quo
16 enim. quam legit simul cum l. interdum. ff. rem ratã habe. † Se
cundo Abbas concludit quod epistola si negetur, non potest
probari per solam comparationem. In hoc communior opi
nio est in contrarium: quia licet hoc sit in apocha, secus tamen
est in epistola, ⁊ in libro rationum. Et ita Anton. de Butri. et
Imol. hic tenent. Bartol. in dicta l. nuda. ff. de donatio. l. si ita
scripsero. ⁊ ibi Imol. ff. de condit. ⁊ demonstr. ⁊ Moder. hic se
quuntur opinionem communem: quia non videtur eadem ra
tio: quia apocha fit presenti, ⁊ parti imputatur, que non fecit il
lam fieri solenniter. Et est ratio communis doctor. quam etiã
sequitur Alexand. in dicta l. admonendi. Sed Moderni ibi re
petentes, hic Papie legentes approbant opi. Abbatis per ra
tionem Abb. hic: quia ratio ibi est expressa in lege: quia proba
tio, que fit per comparationem, periculosa est. Et talis ratio
militat generaliter. Sed tenendo opinionem communem, re
spondetur quod textus ibi in §. si quis igitur. dat consilium, et
illud consilium solum potest habere locum in apocha: vnde cõ
sonat quod illa ratio malitie restringatur in casu, in quo consi
lium posset habere locum: ⁊ ideo cum illud consilium non pos
sit habere locum in epistola, nec in libro rationum, ratio docto
17 rum militare videtur. † Tertia species priuate scripture est in
libro rationum, in quo Abbas primo concludit quod pro scri
bente, etiam viuente, faciat aliqualem presumptionem secun
dum qualitatem scribentis, ⁊ cause. Et hoc tradit nouissime
Bartol. Socin. in consi. clxj. pro decisione. Et hoc primo verũ
est in dependentibus ab animo, in quibus plenam facit proba
tionem l. Mesennius. vbi Bartol. ff. de negot. gestis. ⁊ idem Bar
tol. in l. si patrono. de negot. gest. ⁊ facit quod notat Bartol. in l.
si patronus. C. com. vtri. iudi. Similiter si expensa fit verisimi
lis, liber rationum facit fidem: vt notat Bald. in l. prima. C. de
eden. cum similib. vt dicunt Moder. hic, ⁊ Alexand. in dicta l.
j. ⁊ idem Alexand. in consilio liiij. circa id. libro ij. ⁊ in consilio
clxxxv. visis. in principio. eodem libro. idem Aretin. in consilio
clx. longa est. ⁊ Corne. Perusi. in consilio lxxxj. quanquã. libro
iiij. Bartholo. Socin. in consi. ccxl. circa presentem. Eodem mo
do si impensa modica sit, talis liber facit fidem: vt notat Bald.
in l. j. C. de confes. ⁊ idem Abbas in capitulo, bone el ij. de postu.
prelat. ⁊ not. Bald. in l. id quod pauperibus. circa finem. C. de
episcop. ⁊ cleri. Paul. de Castr. in consilio cxxxviij. alias cxl. ad
habendum. ⁊ ibi dixit duo notabilia. Primum est, quod licet
in libro rationum requiratur iuramentum scribẽtis vltra scri
pturam, hoc fallit quando est mortuus: quia tunc statur soli
scripture, cum iuramentum prestari non possit. Secundum est
quod aliqua capitula contenta sunt in libro rationum, ⁊ verifi
cata sunt per instrumenta publica, vel aliter: tũc etiam in alijs
erit standum capitulis. Et hoc etiam tenet Angel. Aretin. In
stitu. de actio. §. actionum. in materia tutelarum, questione xiij.
vbi refert quod ita consuluit Paul. de Castr. Et iste erit quar
tus casus, in quo liber rationum probaret. Et ista conclusio de
plano procederet, quando alia capitula essent connexa, ex eo,
quod notat Bartol. in l. quedam. §. numularios. ff. de eden. cum
similibus, vt infra videbimus. Sed quando capitula essent se
parata, hoc non videtur procedere sine dubio: non enim ex eo
quod aliquod capitulum parui ponderis verificatum sit, bene
infertur ad alia capitula separata, in quibus agatur de maio
18 ri preiudicio, per ea, que inferius videbimus. † Ultimo liber ra
tionum plene probaret, stante statuto, vel consuetudine, secun
dum Imolã hic, per capitulũ, cum dilectus. infra eodem. ⁊ no.
Bald. in l. j. C. de summa trini. ⁊ fide ca. cum similibus, vt tra
dunt Moder. hic. Et hoc intelligitur, dummodo consuetudo
f sit decreta[f], distinguendo quantitatem, ⁊ qualitatem persone:
vt notat Bald. in l. j. C. de confess. quem refert, ⁊ sequitur Abb.
in capitulo, bone. el ij. de postulat. prelat. ⁊ tradunt Moderni
hic, ⁊ Alexan. in l. quedam. §. numularios. ff. de eden. ⁊ in consil.
iij. libro ij. Item talis consuetudo, vel statutum restringetur in
pertinentibus ad artem, de qua loquitur statutum: vt not. Ro
man. in l. admonendi. ff. de iureiuran. ⁊ in consilio cciiij. pro dis
cutienda. ⁊ consil. sequen. ccv. in puncto. ⁊ tradit Aretin. in con
sil. xliiij. in proposita consultatione facit quod notat Bald. in
l. finali. C. ad Macedo. ⁊ in l. ⁊ ita. §. hoc edicto. per illum textũ.
ff. nau. cau. sta. cum similibus, vt congerunt Moderni in capi
19 tulo, cum ordinem. de rescript. † Secundo Abbas concludit q
liber rationum probat contra scribentes, per clemen. j. de vsur.
in §. ceterum. Et licet Bald. in rubrica. de constitu. pecunia. di
cat illud esse speciale in vsurario, propter eius delictum, Ab
bas hoc dicit non esse verum: quia bene illud est speciale, quod
vsurarius cogatur edere contra se, sed non videtur speciale, qd
liber probet contra scribentem: quia tunc duo specialia con
currerent. Sed potest replicari quod hoc toleratur, quando
vnum speciale venit in consequentiam alterius: vt no. per Bar
tol. in l. si quis pro emptore. ff. de vsucapio. per l. primam. ff. de
captiuis. ⁊ in §. si ab hostibus. Institu. quibus modis ius patr.
pote. solu. Et pro conclusione supra facta bene facit textus in l.
finali. C. arbitr. tute. Sed responderi potest, esse speciale ibi in
fauorem pupilli: ⁊ quia ipse conficit librum ratione officij: vn
de pro conclusione est ratio Bartol. in dicta l. nuda. ff. de dona
tio. quia scriptura semper loquitur. Sed Bald. reprobat istam
rationem in rubrica. C. de constit. pecu. vbi inquit quod textus
in l. Arriani. vbi est fundamentum Bartol. vt Abbas hic re
fert, habet locum in dispositione legis, prout loquitur. Secus
videtur in dispositione hominis: quia consensus a principio at
tribuitur: vt ibi per eum. Et contra Barto. tenent Bald. ⁊ An
gel. prout Abbas hic refert. ⁊ idem tenet Imol. in capitulo, si
cautio. versiculo, item aduerte inquantum. infra eodem. ⁊ idem
Imo. ⁊ Roman. in dicta l. nuda. ⁊ Moder. hic, qui restringunt
conclusionem in libro mercatoris publici. Secus est in libro pri
uate persone: quia tunc reputatur confessio nuda facta absente
parte: prout not. Imol. in locis preallegatis. Sed tamen ratio
Bartol. defendi potest: quia scriptura propria, quam quis con
fitetur, probat consensum: ⁊ in tali consensu videtur quis perse
uerare, nisi mutatio probetur. capitulo, maiores. de baptis. ⁊ ta
lis scriptura habet tractum successiuum: ideo quando produci
tur, etiam videtur confiteri. Et facit textus in d. l. Lucius. §. tu
tele. de administr. tut. vbi tutor conuenitur per librum ratio
num. Et hoc etiam bene probatur in dicta clemen. j. quia licet
illa cle. videatur respicere probationem, vt colligitur ibi: vix
conuinci possunt. tamen habuit pro constanti quod eo ipso, qd
vsurarius cogitur edere librum rationum, quod ex eo conuin
catur secundũ regulam iuris communis. Et ideo prouisio, de
qua ibi, solum facta fuit respectu editionis. Et tenendo istam
opinionem, non obstat regula, que habetur in l. certum. §. si qs
absente. ff. de confess. quia videtur procedere in confessione fa
cta viua voce, que non habet tractum successiuum sine scriptu
ra. Et secundum istam conclusionem infertur quod nonnulle
limitationes, que tradunt per Moder. hic, non sunt vere. Nã
prima conclusio, que se habet quod liber rationum probat, li
mitatur habere locum in ipso libro principali: secus est in me
g moriali[g]: vt not. Bald. in rubrica. C. de consti. pecul. versiculo,
modo sequitur hic videre. Et Moderni simpliciter sequuntur
hic, ⁊ idem not. Bald. in rubrica. C. de fide instrumen. versiculo,
item dubitatur. Roman. in d. l. nuda. Sed ista limitatio non vi
detur vera: quia si confitetur quod illud memoriale sit scriptũ
manu sua, conuincitur, ⁊ non videtur quod negare possit l. ge
neraliter. C. de non nume. pecun. ⁊ capit. per tuas. s. de probat.
Et ista ratione etiam infertur quod alia limitatio, quam po
nit Bald. in dicta rubrica, de fide instrumen. quam Moder. se
quuntur hic, in tertia limitatione, ⁊ idem Bald. in l. rationes.
C. de probat. infert, quod non sit vera: dicit enim Bald. quod si
liber contineret vnum actum, ⁊ non esset scriptura facta in mo
dum rationis, non probaret contra scribentem. Nam in cõtra
rium facit, quod supra dictum est: quia ex quo confitetur illam
esse manu sua scriptam, qualiscunque scriptura sit, contra eum,
facit fidem, propter confessionem: ⁊ ideo talis scriptura contra
illum, qui scripsit non requirit diem, neque annum: vt inferius
Abb. dicit. Infertur etiam quod secunda limitatio, quam po
nunt Moderni hic, secundum opi. Imo. in d. l. nuda. ⁊ in dicto
capitulo, si cautio. j. eodem, non sit vera per ea, que superius di
20 cta sunt. † Successiue Abb. concludit quod quis potest appro
bare librum rationum pro se, ⁊ non cogitur stare contra se: et
hoc,

hoc, quando capitula sunt separata: alias secus: vt not. Barto. in l. quedam. §. numularios. ff. de eden. Bald. in l. j. C. de edend. Abb. in capitulo; bone. el ij. de postu. prelat. cum similibus, vt per Moder. hic. & idem Abbas in consil. xxvj. lib. ij. Anton. de Butr. in consil. lxvj. primo aspectu. Alexand. in consil. ij. ex nar
21 ratis. in fine, libro quarto. † Sed difficultas est, quando dicatur vnum capitulũ, vel plura connexa. Abb. ponit exemplum: Titius deposuit centum apud Caium, & restituit quinquaginta, ista enim sunt diuersa capitula, & potest vnum acceptari sine altero. Et idem notat Bart. in l. aurelius. §. idem quesijt. ff. de liber. lega. vbi inquit quod diuersa capitula dicuntur, quando sunt facta diuersis temporibus, prout in exemplo predicto videtur. Et Moder. hic sequuntur Ludoui. Roma. in consil. cccxlvj. in hac causa. Sed tamen vide Mathes. in nota. lxxix. nota mirabilem doctrinam. vbi in libro rationũ tenet contra Abbat. hic, & in libro rationum idem tenet Salicet. in l. j. C. de edẽ. vbi inquit quod ille, qui fundauit intentionem ex libro ratio-
b num contra aliquem, etiam debet contra se stare[b] illi libro. Et hoc totum videtur esse in arbitrio iudicis, inspecta qualitate
22 cause, & persone: & ita concludendum videtur. ¶ † In tertio casu principali, an liber rationum faciat fidem contra tertium. Prima cõclusio Abbatis est, quod liber rationum probat, si cõficiatur authoritate officij: vt not. Bar. in dicta l. quedam. §. numularios. ff. de edend. cum similibus, vt tradit ibi Alexand. et Moder. hic: & dicit Angel. in d. §. numularios. quod communiter ita seruatur. Et ita tenet Paul. de Castr. in authen. ad hec. C. de fide instrumen. Signo. in consi. xxij. in questione vertente. Imo. in consil. xxxvij. visis. in secundo dubio. Abbas in consil. xxxiiij. super. libro ij. Petr. de Ancbara. in consi. xliij. primo de viribus. Notandum tamen est quod liber gabelle non probat contractum in preiudicium tertij. Alexand. in consil. xxxiij. viso processu. libro vj. Bartholo. Socin. in consil. ccviij. visis. Et liber estimi non probat dominium: vt not. Bald. in l. quidam in suo. in fine, de condi. instit. & in l. si pater. C. de act. empt. & in l. si
23 solennibus. C. de rei vendi. † Secundo Abbas concludit in isto tertio membro, quod liber mercatoris, si sit bone fame, semiple-
i ne[i] probat, prout tenet Barto. in l. quedam. §. numularios. ff. de edend. cum similibus, vt tradit Alexand. ibi. Moder. hic cõtrarium tenent. Joan. de Imol. hic, quia talis scriptura priuata est: ideo non facit semiplenam probationem l. instrumenta. C. de probat. Et quia si viue voci non creditur sine iuramento speciali in illa causa, de qua agitur, capitulo, tuis. de testib. multo minus credendum est scripture. §. si vero tale aliquid. in authẽ. de instrumen. cau. & fide. & idem Roma. in l. nuda. vbi inquit nõ sufficere generale iuramentum, quod prestatur ab ipso mercatore de exercendo officium legaliter, sed requiritur in specie, put in teste. Sed tamen Paul. de Castr. in d. l. admonendi. conatur respondere, & dicit quod mercator scribit tanquam publicus mercator, ad cuius libri fidem publice recurritur: vnde ratione publice vtilitatis inductum est quod liber eorum semiplenam faciat probationem. Secus quando in testem adducitur: quia tanquam priuatus deponit. Vel secundo dicit Paul. de Castr. in d. l. quedam. §. numularios. facilius falsitas in dicto viue vocis committitur, quam in scriptura. Vel tertio propter iuramentum, quod prestatur a principio: vt Alexand. dicit in dicta l. admonendi. Et ista opin. est communis, que defenditur vt dictum est per Paul. de Castr. Alexand. & Moder. in dicta l. admonendi. Sed tamen in puncto iuris verior videtur opin. Imo. quia scriptura mercatoris priuata est, & ipse scripsit ad instructionem suam: vt late dixi in capitulo j. de probat. Et per hoc tollitur ratio Paul. de Castr. dum dicit quod scribit tanquam publicus mercator, ad cuius libri fidem publice recurritur: nam hoc potest habere locum de consuetudine: vt not. Bal. in capitulo finali, de confes. & in l. j. C. de eden. sed de iure, scriptura mercatoris est priuata simpliciter. Nõ obstat quod facilius falsitas committitur in dicto viue vocis, vt dicit Paul. de Castro in dicto §. numularios. quia hoc non videtur verum: quia in dicto testis, qui deponit, habet respectum ad iudicem, a quo potest puniri, si falsum dicat l. nullum. C. de testib. que ratio cessat in scriptura, quã quis suo arbitrio facit domi. Retenta tamen communi opin. quod scriptura vnius mercatoris faciat semiplenam probationem: infertur quod scriptura duorum mercatorum faciat plenam. Ita not. Bald. dicit in capitulo,
24 quoniam contra. versiculo, sed eccle. supra de probat. † Et dum successiue Abbas dicit quod mercator scribere potest etiã per alium, idem Anton. de Butr. hic. Facit quod dicit Bald. in rubrica. C. eod. versiculo, sed hic quero. vbi inquit, quod in dubio quicquid reperitur scriptum in tali libro, scriptũ presumitur de voluntate eius, cuius est liber. Facit quod not. Bald. post Petrum in l. si vnus. C. de testamen. vbi dicit quod si testamentum reperitur cancellatum apud testatorem, ab eo cancellatũ presumitur. Et sic si apud creditorem instrumentum debiti cãcellatum reperitur, vt not. Paul. de Castr. in l. Labeo. ff. de pa
25 ctis. † Circa comparationem literarum Abb. post Cardi. contra Bart. concludit quod iudex potest compellere partem ad scribendum, vt comparatio fieri possit. Et ita tenet Angel. per illum textum in ij. si quis igitur. in authentica, de instrum. cau. & fid. in principio: & Paulus de Castr. in l. comparationes. in fi. post Bald. ibi, versiculo, iuxta hoc quero. C. eod. vbi Bald. miratur quod Bartol. ita errauerit. Sed dicit ipse quod illud accidit in discursu lectionum: & contra Barto. adijcit, quod cum talis scriptura fiat ad requisitionẽ iudicis, videtur facta apud acta: & ideo scriptura forensis dicitur, de qua loquitur tex. in d. l. comparationes. Et eodem modo potest iudex cõpellere partem ad respondendum, an scriptura sit eius manu scripta: vt not. idem Bald. in authentica, si quis. C. qui pot. & Roma. in cõsilio ccclxxiij. in casu proposito. in princip. Sed tamen aduertẽdum est, quia licet quis cogi possit ad scribendum, tamen ex illa scriptura, non videtur quod possit fieri certa comparatio: quia variatur litera propter etatem, vt dicitur in authentica, de instrum. cau. in princip. & not. Bald. in d. authen. si quis. in fi. & quia quando quis cogitur scribere, vt conuincatur per comparationem, poterit literam contrafacere verisimiliter. Que ratio cessat in scriptura prius facta coram iudice, de qua loquitur text. in dicta l. comparationes. Et hoc modo tollitur ratio Baldi. Et ideo totum hoc arbitrio iudicis relinquitur. Et notãdũ est q̃ talis cõparatio alteri cõmitti nõ potest: vt no. Bal. in authentica, sed nouo iure. versiculo, sed dubitatur tamen. C. si cert. peta. Et quando iudex ex comparatione iudicare debet
k per omnia[k] requiritur quod similitudo sit: vt not. Ang. in d. §. si quis igitur. in principio, in authen. de instru. cau. & fid. Et ibi etiam dicit Angel. versiculo, ex quo notat, quod talis comparatio non habet locum, nisi in subsidium, id est, quãdo alie pro-
26 bationes haberi nõ possunt. † Postremo Abbas prosequitur
l aliquas questiones in materia sigilli[l]: & in prima questione concludit quod sigillum debet habere characteres, vt cognosci possit. Et ad hoc est glos. in capitulo, cum inter dilectos. in versiculo, dimidia. infra eodem. Et de characteribus sigilli declarat Joann. Fab. in §. possunt. Instit. qui testamen. facere possunt. & ibi Porcus latius. Et tale sigillum debet esse authenticũ. Et authenticum dicitur sigillum cuiuslibet ordinarij: vt not. Joãnes Fab. in d. §. possunt. Et sigillũ pro annulo accipitur, & ecõtra, vt Abbas hic dicit. Specul. de probatio. versiculo, & nota. Joann. Fab. in dicto §. possunt. in principio. Imo. & Aretin. in
27 l. testium. §. signum. ff. de testa. † In secunda questione Abbas concludit quod satis est quod apponatur proprium sigillum contrahentiũ, absque eo contrahentes dicãt se apposuisse. Et ista conclusio vera est, data conditione sigilli, prout presupponendum est, appositio enim sigilli denotat conclusionem contractus: vt not. Bald. in l. contractus. C. eodem titu. Et qui apponit sigillum, consentire videtur: vt not. Bald. in l. in fraudẽ. §. sicut. ff. de testamen. milit. Barto. in l. que dotis. ff. solut. matr. cum similibus, vt tradit ibi Alexand. Et conclusio predicta limitatur non habere locum in testamento, in quo sola appositio sigilli sine subscriptione non sufficit l. ad testium. §. si quis ex testibus. ff. de testamentis. in tertia quest.

¶ Additiones.

a ¶ Aliquam. [redacted].
b ¶ Maxime. Pro tantum, alias falsum esset, vt supra de testib. c. veniens. j. in fi. apud Decium.
c ¶ Comparatio. Alexan. cõsi. lxxvj. nu. 8. 10. lib. iij. vbi dixi. Afflict. decisi. Neapol. cj. Carolus Ruin. consi. lxix. cum sequen. libro iiij.
d ¶ Archbino. [redacted]
e ¶ Recepit. Decius supra de constitu. capitulo, cum M. Ferrariensis. Anto. rub. repet. §. morte. in l. non solum. nu. cccxxvij. de ope. no. nuntia.
f ¶ Discreta. Adde Alex. consi. liij. li. j. Pau. consi. cccj. lib. j. Roma. consi. cccxlvj.
g ¶ Memoriali. Hec limitatio vera est, quicquid dicat Decius quia scriptura temere facta nullius pensi est, nisi constet serio factam esse: & consequẽter sequens limitatio Bal. vera est, & practicatur, quicquid dicat Decius.
h ¶ Stare. Deci. l. j. C. de eden.
i ¶ Semiplene. Idẽ de libro campsoris Raph. Cuma. consi. vj. creditur.
k ¶ Per omnia. Deci. supra de constitu. c. translato. lect. j. nu. 8.
l ¶ Sigilli. [redacted]

¶ De exceptionibus. Rubrica.

Summarium.

1 ☞ Continuatio rubrice ponitur.
2 Imperator quare aliter ponit hanc rubricam in Codice.
Et an exceptio, ⁊ prescriptio sint synonyma.
3 Exceptio quid sit. ſ.
4 Exceptio intentionis, ⁊ facti an proprie sit exceptio.



Uper titu. de except. procedam breuiter, ⁊ solito more, nõ replicãdo dicta aliorum, in quibus addendum nihil, vel detrahendum erit.
1 †Et primo rubri. secundum Abb. post alios continuatur: quia supra dictum est de iure actorum, ideo competenti ordine de iure reorum subiicitur, quod in exceptionibus consistit l. non exceptionibus. C. eodem tit. ⁊ ita posteriores sequuntur. Sed hec continuatio prima facie dubitabilis videtur: quia supra, in tract. de proba. qui precedit, non videtur minus tractari de iure reorum, quam actorum: cum etiam reus ipse exceptionem suam probare teneatur l. j. ff. eod. titu. l. in exceptionibus. ff. de probat. Et sic non videtur verum simpliciter quod supra de iure actorum, ⁊ non reorum agatur. Ad hoc tamen breuiter responderi potest quod probationes principaliter actorem respiciunt, qui debet intentionem suam probare, alias reus absoluitur l. qui accusare. C. de eden. capitulo j. vt eccle. bene. Ideo quãdo probatio reo incumbit, reus fungitur partibus actoris. Ita text. expressus in d. l. in exceptionibus. facit tex. in d. l. j. ff. eo. titu. Ex quo datur intelligi quod probationes non reo, sed actori attribuuntur. Unde bene verificatur quod etiam in tit. de probationibus de iure ipsorum actorum principaliter agatur. Alia tamen fuit continuatio Gofr. in Summa hic, quam Anton. de Butr. ⁊ Card. hic sequuntur. Nam supra proxime dictum fuit de probationibus, ⁊ quia qui excipit, probare tenetur l. j. ff. eo. tit. ideo de exceptionibus subiicitur. Sed ista continuatio non satisfacit: quia attenta tali ratione, debuisset Papa post titulum de probatio. tractare de iure actoris, qui probare tenetur quod asseuerat l. actor. C. de probatio. ideo ordo fuisset prius tractare de exceptionibus, que prius proponuntur, ⁊ postea probantur, sicut supra factũ fuit in iure actorum. Expedita continuatione dum Abb. opponit contra ordinem rubr. ⁊ dicit fuisse de arbitrariis ponere hic titu. de except. generaliter, qui etiam supra ante titu. de litis contest. collocari potuisset. Ad hoc bene facit text. in capitulo, quoniam contra. supra, de probatio. vbi ante litem contestatam ex-
2 ceptiones generaliter ponuntur. †Secundo principaliter circa rubricam, in qua simpliciter dicitur de exceptionibus. dubitari potest cur aliter Imperator dicat, C. eod. titu. vbi dicitur de except. seu prescri. ⁊ aliter Iurisconsultus. ff. eo. dum inquit, de except. ⁊ prescriptio. Illa enim copula diuersitatem arguit, iuxta notata in rubri. de iur. ⁊ facti. ign. ⁊ per gloss. in capit. que relam. de simo. ⁊ ita arguunt Ioan. Fab. ⁊ Angel. Areti. Insti. eod. in rub. Et istam opinionem nouissime sequitur Bart. Soci. in rub. ff. eod. per text. in l. prescriptione. C. eod. titu. vbi dicitur quod prescriptio peremptoria quandoque opponi potest ante sententiã. Ex quo inferri videtur, quod licet regulariter ante sententiam prescriptio non opponatur: secus est in exceptione peremptoria, que regulariter ante sententiam opponi debet l. peremptorias. C. sent. rescind. non posse. ⁊ hoc modo secundum eum, manifesta diuersitas inter exceptionem, ⁊ prescriptionem colligitur. Sed tamen verius videtur quod exceptio
a ⁊ prescriptio synonyma[a] sint, ⁊ idem significent[1]: vt concludit
1 Ioann. Fab. in rub. Institu. eo. in fin. ⁊ latius ibi Angel. Aret. sequitur per rub. C. in qua dicitur de excep. seu prescriptio. sicut cum dicitur, Alexander siue Paris l. ad protegendum. vbi gl. C. de in litem dando tuto. cum similibus, vt tradit Barto. in l. si is, qui ducenta. ſ. vtrum. in vj. oppo. ff. de rebus dub. Et hoc consonat, quia Imperator ipse instituit: ⁊ simpliciter de exceptionibus dicit: licet in C. dicat vt supra relatum fuit: vnde videtur pro eodem habuisse. Et quod pro eodem ponatur exceptio ⁊ prescriptio in compluribus, pluribus colligitur in l. penult. ff. eod. iuncta l. statuas. ff. de acquiren. re. do. vbi idem casus in vtraque lege ponitur: ⁊ in vna lege exceptio, in altera prescriptio appellatur. Ad idem tex. in l. qui agnitis. cum glo. in verbo, Prescriptione. ff. eod. ⁊ in l. prescriptionẽ. cum glos. l. fina. C. eod. titu. ⁊ probatur in l. peremptorias. in princi. iuncto fine. C. sen. rescin. non poss. ⁊ facit text. in l. prescriptione. vbi gl. C. si contra ius. in l. penult. C. de pact. in l. quoties. C. de precib. Impera. offer. in l. penult. C. de episcop. ⁊ cleric. in l. si maritus. ſ. prescriptionis. ff. de adult. Non obstat quod propter copulaz diuersitas arguatur: quia in verbis est diuersitas, sed in sensu idem copulatur: vt supra dictum est. Non obstat tex. in dict. l. prescriptione, quia nihil facit. Nam dum text. ibi dicit, quandoque, debet dicere, quandocunque. ⁊ ita glo. ibi exponit, ⁊ docto. communiter sequuntur. Et videtur necessaria talis expositio: quia nullibi in iure reperitur, quod prescriptio regulariter ante sententiam opponi non possit. Et cum in pluribus legibus, vt supra dictum est, habeatur quod pro eodem ponatur exceptio ⁊ prescriptio, consonat vt dum text. ibi dicit prescriptionem, intelligatur pro exceptione, prout glos. ibi dicit, ⁊ bene. Et hoc modo ille text. in contrarium retorquetur, ⁊ probat quod idem sint, prout etiam supra allegatur. Et ista conclusio vera est, secundum Cy. ⁊ Sali. in rub. C. eod. quod largo modo exceptiones dicantur prescriptiones, per illam rubricam, dum dicit seu, sed tamen illa disiunctiua, que verba solum, ⁊ non sensum disiungit, vt supra dictum est, videtur importare proprietatem, ex quo absolute pro eodem ponuntur. Bene verum est, quod quando pro eodem ponuntur exceptio ⁊ prescriptio, et prescriptio tunc est exceptio, vt dicit Sali. sed prescriptio ipsa large accipitur: quia proprie in specie prescriptio dicitur, illa exceptio, que ex cursu temporis producitur: vt j. in tit. de prescript. ⁊ ita dicit Paul. de Castr. in rub. ff. eod. ⁊ bene. Uel dici potest quod prescriptio primo capiatur vt genus: ⁊ tunc idem sit quod exceptio. Secũdo in specie accipitur pro illa exceptione, que ex cursu temporis oriatur: vt in simili habetur de adoptiõe in l. ij. ff. de adopt. ¶ †Tertio, queritur quid sit exceptio.
3 Et secundum Abb. diffinitur, quod est actionis, vel intentionis exclusio. Et dicit Ab. quod alternatiue loquitur: quia quãdoque actionem, ⁊ quandoque intentionem tantum excludit, vt ipse latius hic. Et eius dicta ponit Gofred. in Summa, in princip. eo. titu. Et pro vera resolutione videndum est de duobus. Primo, an negatio, quam simpliciter facit reus, dicatur exceptio. Secundo, an exceptio intentionis, ⁊ facti, sit proprie exceptio. Circa primum Bald. hic in rubr. dicit quod negatiua mera, proprie non dicitur exceptio. ⁊ idem in l. j. versi. restat. C. qui accusa. dicit ꝙ proprie negare non est excipere. ⁊ in l. perẽptorias. versiculo, quero, dicit statutum. C. sen. rescin. non pos. et Angel. Insti. eod. in rub. Et pro hac opi. Barto. Socin. rationem adducit in rubric. ff. eo. quia negatio probari non potest l. actor. C. de probat. Et exceptio probanda est l. in exceptionibus. ff. de probat. Ergo videtur quod negatio non sit exceptio. Et hac ratione vtitur Bald. in d. l. peremptorias. ⁊ ita communiter omnes docto. tenent. In contrarium quod negatio exceptio dicatur, argui potest: quia exceptio dicitur ex eo quod excludat intentionem agentis d. l. ij. Et ex sola negatione actor magis excludi videtur ex eo, quod alia probatio non requiritur: in aliis vero exceptionibus intentio agentis non excluditur, nisi tunc demuz facta probatione. Non obstat ratio, que in contrarium allegatur: quia non conuenit, cum sint alique exceptiones, in quibus reus onere probandi non grauatur: vt patet in exceptione non numerate pecunie l. si ex cautiõe. C. de nõ num. pe. ſ. idem iuris. Instit. eod. tit. Et etiam quando esset presumptio pro reo: quo casu onus probandi in aduersariũ trãsfertur l. generaliter. ſ. si petitum. ff. de fideicom. lib. Et quia probatio exceptionis separata videtur ab ipsa exceptiõe: vnde de vno ad aliud non bene infertur: vt in simili not. Bald. per illuz textum in l. j. ſ. interdum. ff. de legi. tu. Et quia etiam quandoque negatiua probari debet, vt quando est fundamentum intẽtionis, iuxta not. in l. in illa. de verbo. oblig. vnde tunc saltez negatio esset exceptio, attenta ratione predicta. Sed tamen nõ est recedendum a communi opi. pro qua ratio videtur: quia, vt dictum est, exceptio est exclusio actionis d. l. ij. Et talis exclusio videtur priuatio, que presupponit habitum l. manumissiones. ff. de iustitia ⁊ iure. ⁊ capitulo, ad dissoluendum. de despon. impuber. Sed quando reus negat quod petitur, non potest dici qꝺ actor excludatur ex quo adhuc intentionem suam non fundauit, sed potius videtur non admitti. Et per hoc tollitur ratio supra allegata in contrarium: quia per negationem non videtur excludi, sed nõ admitti. Et facit, quia actio, ⁊ exceptio, sunt correlatiue opposita: ⁊ vbi non datur actio, nõ datur exceptio: vt Bald. in l. in rebus. in fine. C. de iure dot. Et ita comprobatur communis opin. pro qua etiam facit text. in l. si quidem. C. eod. vbi dicitur, Ante, quam actor probauerit intentionẽ, nulla defensione opus est: sed probata intentione actoris, opus est exceptione. Ergo videtur quod negatio, que fit per reũ a principio

cipio ante fundatam intentionem actoris,nõ dicatur exceptio Imo videtur probare ille text.quod illa negatio non sit defensio.Et ita Bald.ibi in vltimo not.notat illum textum inferendo ad statutum:sed tamen ille text. negare non videtur, quin negatio dicatur defensio: sed dicit quod non est necessaria. Et eodem modo responderi potest ad inductionem factam de illo text.quia licet dicatur non esse opus exceptione,nisi probata intentione actoris,per hoc sequitur quod non sit exceptio illa negatio,que fit ante fundatam actoris intentionem:sed non est necessaria,vt ibi dicitur:⁊ ideo dicendum est vt s. Et predicta cõclusio proprie loquẽdo vera est:sed largo modo etiam negatio exceptio dici põt,vt j. videbimus.
4 † Venio ad 2m an exceptio intẽtionis,⁊ facti ꝓprie sit exceptio.Nã illa dicitur exceptio intẽtiõis,⁊ facti,que opponit̃ cõtra eũ,qui agit de facto, nõ de iure:vt no.Bal.in l.nec intẽtio.C.de trãs.facit gl.in l.qui se debere ff.de condi.ob causam. Et secundum Abbatem hic videtur qđ proprie dicatur exceptio,dum inquit alternatiue,actionis, vel intentionis exclusio.per textum in d.l.ij.de except. ibi:ad excludendum id,quod ad intentionem,⁊c.Sed in contrarium est cõmunis opin.videlicet quod ista opinio intentionis ⁊ facti non proprie exceptio dicatur:vt Azo in Summa. C. eo. in princip. Bal.in l.peremptorias.versiculo,quero nunquid. C.sen. rescin. Ideo,secundum eum,nõ comprehenditur in statuto de except. Et idem Bald.dicit in l.sancimus.de dona.Alex.in l. qui se debere.ff.de condi.ob causam.Facit glo.not.in c.j.in versic. defensionis.de lit.contest.in vj.que dicit non esse proprie exceptionẽ, quando actio non excluditur.⁊ not.Bald. in l. in rebus.in fi.C. de iure do. Unde cum talis exceptio opponatur agenti de facto,exceptio proprie non dicitur.Et facit quod s.dictum est de negatione.Saluari tamẽ potest dictum Abb.in exceptione solutionis,prout ipse loquitur:quia tali casu intentio actoris probata est,nisi solutio probetur:⁊ probata solutione, intentio excluditur.Et de intentione loquitur tex.in d.l.ij. secundum Abbat. hic.Sed quando actio nunquam competijt, ⁊ reus negat: tunc proprie non dicitur exceptio, per supra dicta. Et ita concludit Barth.Soci.in d.rub.ff.eo.per ea que Raph.Cu.tradit in d.l.ij.⁊ Ange.Institu. in rub.eod.tit. Sed aduertendum est primo:quia ista resolutio Moder.pro defensione Abb.non videtur secundum mentem Abb.qui generaliter loquitur in diffinitione de exceptione intentionis.Et licet ponat exemplum in exceptione solutionis,exempla non restringunt regulam.c.j. ne cle.vel mona.§.hactenus.Institu.de gradibus.Preterea in exceptione solutionis, licet proprie exceptio dicatur, quia nisi solutio probetur, reus succumbit: tamen tali casu etiam actio videtur competere secundum narrata, ⁊ probata solutione intentio cum actione includi videtur: ⁊ ideo diffinitio Abb. non videtur bona,dum alternatiue dicit quod est actionis vel intẽtionis exclusio:quia exclusio solius intentionis,non est proprie exceptio, vt supra dictum fuit. Et exemplum de exceptione solutionis non conuenit:quia ibi,non sola intentio,sed etiã actio excludi videtur:⁊ quia reus in tali exceptiõe solutionis grauatur onere probandi:quod non est in exceptione intentionis et facti.Non obstat text.in d.l.ij.quem Abb.adducit:quia non est verum quod text.ibi,in sola intentione loquatur:quia ibi dicitur,quod exceptio actionis cuiusque rei opponi solet ad excludendum id,quod in intentione deductum est. Unde ibi primo presupponitur quod exceptio opponatur actioni:deinde text. exprimit finem,ad quem exceptio ordinatur: ⁊ sic ibi exceptio excludit vtrunque,actionem, ⁊ intentionem. Et vlterius contra diffinitionem Abb.etiam facit: quia du3 alternatiue loquitur, videtur velle quod exceptio excludat solam actionem.Et confirmatur hoc: quia in altera parte alternatiue loquitur de sola intentione:ergo videtur quod in altera parte etiam intelligatur de sola actione: quia vna pars alternatiue secundum aliam intelligitur:vt not.Bart.per illum textum in l.j.ff.de rebus dub.Hoc autem quod actio sola excludatur, non videtur verum:quia etiam in exemplis, in quibus Abbas loquitur in exceptione doli,vel metus,videtur quod cum actione etiam intentio excludatur.Ideo diffinitio Abb. alternatiue posita nõ videtur bene procedere,sed potius copulatiue concipi debuisset, quod proprie exceptio est actionis, ⁊ intentionis exclusio: sed largo modo,etiam exclusio solius intentionis, exceptio dici potest:vt not.per Azo.in Summa.C.eod.titu. in principio. ⁊ Hostien.eod.tit.in Summa.in princip. Et ista planior resolutio videtur. ¶ Postremo Abb. querit de origine exceptionis.Et pro resolutione eorum,que dicit,de duobus requiritur Primo an exceptio dicatur defensio. Secundo, vtrum exceptio dicatur esse de iure naturali.
5 † Circa primum Abbas videtur velle quod sic,dum inquit quod exceptio est quedam defensio,
b [b] In contrarium videtur glo. not. in capitulo j. de litis contest.in vj.in versicu.defensionis, que dicit quod proprie exceptio,non dicitur defensio:nam defensio ipso iure tollit actionem,exceptio autem non ipso iure corrupta, sed ope exceptionis.Ideo Do.ibi.versiculo,noto ex ista glossa infert quod appellatione exceptionis non venit defensio, nec econtra, per illum textum,vbi exceptio,⁊ defensio tanquam diuersa ponuntur:⁊ ita Mode.[c] hic sequuntur. c
Et ad dictum Abbatis hic responderi potest, quod largo modo intelligitur, prout etiam eius verba sonant, dum inquit,quod est quedam defensio:et sic largo modo,non proprie.Et differentiam,quam facit glossa in dicto capitulo j.etiam ponit Specul.eodem titu. in principio. versiculo,defensiones autem.Et refert,⁊ sequitur Ange. Aretin.Institu.eo ti.in rub.Sed tamen aduertendum est:quia imo videtur quod exceptio, defensio dicatur, cum iura exceptionem dicant defensionem:vt colligitur in capitulo, significauerunt.j.eodem,in l.si quidem.in l.si quis.C.eodem titu.in l.j.C.de iuris ⁊ facti ignorantia. Et concludendo breuiter videtur dicendum quod defensio sit terminus generalis: quia verbum, defendere,est verbum latũ,vt Dom.per glossam ibi.viij. distinctione.capitulo, quo iure. Facit textus in l. defensionis facultas.C.de iure fisci.libro x.in l.sed ⁊ he.§.defendere. ff. de procur. in l.non prohibentur.⁊ quod ibi Bald.C.qui accu.Et exceptio a defensione distinguitur, tanquam species a genere. Unde si statutum tollit exceptionem, de propria exceptione intelligitur,⁊ non videtur tollere defensionem:vt Domi. dicit in dicto capitulo j.⁊ bene: quia remota vna specie, non remouetur genus.Econtra vero,si statutum tollit defensionem, etiam videtur tollere exceptionem:quia a quo remouetur genus,quelibet species remoueri videtur.Et ita in terminis Bartol.in l.j.§.⁊ parui.ff.quod vi, aut clam. Et in hoc ideo bene loquitur Dominic.qui contrarium dicit in dicto capitulo j. ⁊ ideo gloss. in dicto capitulo j.dum inquit quod exceptiones proprie dicantur,que ipso iure actionem tollunt. Isto respectu bene dicitur, quia tali casu non sunt proprie exceptiones, que tollunt exceptionem.Sed illa non videtur proprie descriptio defensionis, que,vt s.dixi, generalis videtur, ⁊ non debet solum restringi, quando ipso iure tantum actio tollatur:quia defensio est generalis.Ideo qui non potest defendere,non potest causas absen[redacted]t not.Bald. in l.seruum. §. publice. versiculo,tertio oppo.ff.de procurat.Et cui defensio denegatur, ⁊ actio denegari videtur:vt not.Bal.in l. nec intentio. C. de transactio.
6 Et ista breuis resolutio sit in primo dubio.† In secundo dubio Abbas concludit quod exceptio sit de iure naturali causata,
2 sed quo ad formã de iure positiuo[2]. Et idem in effectu dicit Angel.Aretin.Institu.eodem titu.versiculo, veniamus ad secundum. Sed obstare videtur, quia exceptio excludit actionem dicta l.ij. de exceptio.⁊ actio est de iure communi secundum communem opinionem,vt not.in l.ex hoc iure. ff.de iustitia ⁊ iure,pariter videtur ꝙ exceptio sit de iure ciuili absolute. Et ita arguit,⁊ tenet Barto.in dicta l.ex hoc iure.ver.sed quero.Hoc idem confirmatur,quia Papa non tollit ea, que sunt de iure naturali:vt not.in capitulo,que in ecclesiarum. de constit.xxv.questione ij.capitulo,sunt quidam.⁊ tamen tollit exceptiones,etiam rationabiles,capitulo,ex parte. ij. de officio delega. Moderni hic respondent allegando Bald.in dicta l. ex hoc iure.⁊ dicunt quod ita dicendum est de exceptione,sicut de actione: que si habet materiam preexistentem a iure naturali, dicitur de iure naturali:alias secus.Et ideo concludunt quod exceptio prescriptionis,⁊ exceptio rei iudicate, sunt de iure ciuili:quia habent materiam preexistentem de iure ciuili.⁊ idem Angel. Aretin.Institu.eodem in rubrica. Sed aduertendum est, quia ex tali resolutione non tolluntur rationes allegate in contrarium.Nam prima ratio,que fuit Bart. in dicta l.ex hoc iure. videtur militare generaliter, ⁊ infert quod exceptiones sunt de iure ciuili.Similiter text.in dicto capitulo,ex parte.generaliter loquitur,quod Papa exceptiones, etiam rationabiles,tollere potest.Ideo magis placet opinio Abbatis quod exceptio sit essentialiter de iure naturali, sed quo ad formam de iure ciuili.Et eodem modo Abbas de appellatione dicit in rubrica de app.vbi dixi.Et latius declarãdo dico quod exceptio considerari potest dupliciter. Primo, quantum ad istum effectum,ne quis indebite,⁊ innocenter condemnetur:⁊ hoc respespectu est de iure naturali:quia hoc absolute respicit defensionem,que naturalis est d.clemen.pastoralis. ideo exceptio innocentie,a statuto tolli non potest:vt not.Bald.in l.edita.versi.ex tribus autem.C.de eden.⁊ sequitur Ioan.de Ana. in c.si aduersus.in fin.de here.⁊ consil.liiij.visa inquisitione.⁊ dixi in capitu. ex parte.ij.in xiij.fallen.de offic.deleg. Sic etiam non valet sta-
3 tutũ,ꝙ nõ liceat alicui se defendere[3]:vt Bal.in l.defensionis facultas.C.de iure fis.lib.x.Et non valet statutum, ꝙ non audia-

tur bannitus, se defendendo: vt Barto. not. in l. cum mulier. ff. sol. mat. Et non valet statutum quod occidens ad sui defensionem occidatur: vt Albe. in l. vt vim. ff. de insti. & iure. Secundo considerari potest respectu forme: & isto respectu est de iure ciuili: quia ius ciuile indistincte non admittit omnes exceptiones, nec omni tempore, sed certo modo, & ordine: & isto casu clarum est, quod est de iure ciuili, vt Abbas dicit, & bene. Et ex ista declaratione respondetur ad allegata in contrarium. Nam ad primum, dum dicebatur, exceptiones esse de iure ciuili, quia excludunt actiones, que sunt de iure ciuili: dico quod exceptio excludit actionem, & intentionem, d. l. ij. de except. Respectu actionis hoc respicit formam, & est de iure ciuili: sed respectu intentionis est de iure naturali: quia exclusio intentionis erat ante ius ciuile: sicut petitio erat etiam ante actiones, que petitio manu regia expediebatur l. ij. in principio ff. de orig. iur. Secundo non obstat quod exceptiones tolli queant a summo pontifice dicto capitulo, ex parte. ij. quia respondetur dupliciter. Primo, quia licet exceptiones tollantur, non tamen tollitur defensio: vt no. Bald. in l. j. §. & parui. ff. quod vi, aut clam. & in l. plane. per illum textum. ff. de peti. her. Videtur enim tolli modus, vel species defensionis, & non defensio absolute: vt in simili notat Angel. in l. si sic. de legat. j. Secundo respondetur, quod etiam defensio naturalis ex causa tolli potest. Angel. in dicta. l. si sic. et Alexand. in d. l. cum mulier. solut. matri. & Nellus in ij. q. secundi temporis, in tractatu bannitorum. & de his latius dixi in rubric. de appel. vbi videndum est.

¶ Additiones.

1 ¶ Idem significent. Damnat Alciat. lib. iiij. dispunct. c. xxiij. in fine.

2 ¶ Positiuo. Vide Deci. in capitulo, ex parte. ij. de officio delegati.

3 ¶ Vide que addidi in dicto capitulo, ex parte. & intellige nisi ex causa: vt per eundem Decium. in rubrica. j. de appellat.

Siluest. Aldob.

a ¶ Synonyma. Ut elegáter disserit Hierony. Grosslot. in tract. de vsucap.

b ¶ Defensio. Jo. Coras. miscella. lib. ij. c. xvj.

c ¶ Moder. Scilicet Feli. & generaliter per Moder. in iure canonico vbi Feli. scripsit, Deci. Felin. intelligit. [redacted]

1 ¶ Testis, quantumcunque sit toleratus, si tamen inhabilitas eius probatur, potest a testimonio repelli.
2 Exceptio debet probari ante sententiam.
3 Testis pro manifesta macula a testimonio repellitur.
4 Testis conuictus de crimine potest puniri pena extraordinaria.
5 Appellatio rescindit sententiam.
6 Exceptio peréptoria omissa in causa principali ex malitia, non potest opponi in causa appellationis.
7 Innocens an quis dici possit post peractam penitentiam.



1 **Denique.** Summatur, & diuiditur, vt per Abb. hic. ¶ † Nota primo secundum Abb. testem, quantumcunque toleratum, repelli posse, si tamen inhabilitas probetur. Ad idem text. in capi. super eo. j. vbi Abb. de testib. Et sic inhabilitas testium ex tolerantia superioris non purgatur. Facit text. in c. cum iam dudum. in fine, de prebend. vbi dicitur quod multa per patientiã tolerantur, que si in iudicium deducta sint, iustitia existente tolerari non debent. Et hoc intelligitur, quãdo superior tolerat de facto non resistendo, & tacendo. Secus si dicat, rescribendo, toleramus: quia tunc dispensatio inducitur, capitulo, quia circa. de consang. & affi. Et ita not. Abb. distinguit in capit. nisi essent. col. penul. de preben. Et per hoc dubitabile videtur dictũ Salic. in l. nullus. Cod. de Jude. vbi per illum textum arguit quod banniti, qui tolerantur, permanere in ciuitate, non possunt impune offendi, licet de banno non sint cancellati: quia ta
a lis tolerantia[a] illis securitatem prebet: quod videtur contra predicta. Dictum tamen Sali. sequitur Jo. de Ana. in c. sicut. in fin. de Jude. & Alex. consi. cvij. pro inuestigatione premissorum. lib. ij. Et de ista tolerantia videdũ quod Bar. Bellenzinus scripsit in d. c. quia circa. in addi. & Mod. in d. c. sicut. & in c. j. de treuga. Et subijcit Abb. quod si testis inhabilis sit toleratus tempore testimonij, valet eius testimonium l. j. C. de testib. Ille tñ text. loquitur, quñ inhabilitas erat occulta, & cõi opi. reputabatur habilis: quo casu toleratur: quia tolerantia arguit scientiam d. c. cũ iam dudum. de preben. in fi. In se bene verum est quod Abb. dicit. & facit text. in l. Barbarius. de offi. preto. Ideo valet testimonium, quñ infamia est occulta. Glo. not. in l. cum lege. ff. de testamẽ. quam

Bald. sigularem dicit in l. ij. C. de sent. in l. j. C. de secund. nu. Et intelligitur infamia iuris. Secus est infamia facti, que occulta esse nequit: vt Bald. dicit in cap. testimonium. de testib. Item quod dictum est, procedit in testimonio extraiudiciali: secus in iudiciali, & quando iudex haberet notitiam de infamia: vt not. Imo. in d. l. cum lege. & Alexand. consi. xxiiij. animaduersis his.
2 in fi. lib. ij. ¶ † Nota secundo ibi: antequam. quod probatio exceptionis opposite contra testes debet fieri ante sententiam. Et ratio videtur, quia talis exceptio reputatur peremptoria, vt vidimus in glo. Et quod dicitur de sententia, idẽ est ante, quã in causa conclusum sit: vt Abbas hic dicit, per c. cum dilectus. de fide instru. cum similib. Et ad hoc est not. dictum Bart. in l. si mater. §. eandem. in fine, ff. de except. rei iudi. vbi inquit quod id, quod fit post conclusionem in causa, perinde est, ac si fieret post sententiam. Et hoc verum est ad partis instantiam: secus est ex officio iudicis: quia etiam post conclusionem in causa probationes ex officio iudicis recipiuntur: vt not. Abb. in d. c. cum dilectus. per c. Pastoralis. in fi. de cau. pos. quia conclusio fit parti, & non iudici: vt no. Bald. in l. si accusatori. de accu. cum similib. vt Alexan. in c. j. in iiij. not. de iudi. & in cap. j. de probat. Et subijcit Abb. quod exceptio contra testes opponi debet ante aperturam testium: vt not. in c. presentium, de testib. Et in tali exceptione, que testibus opponitur, notandum est quod opponi debet
b specialiter:[b] vt Bart. in l. j. in fi. C. de testi. & Bal. ibi in ij. q. & doctores communiter sequuntur. Facit text. in capitu. presentiuz §. testes. ibi: sigillatim. de testibus. in vj. & not. Roma. consi. cccx.
3 in casu proposite. ¶ † Nota tertio ibi: manifesta macula. quod testis pro manifesta macula a testimonio repellitur. Et text. cõmuniter intelligitur de macula corporali, vt eo casu, quo vitiatus corpore ab ordinibus repellitur, tali casu etiam in causa criminali contra clericum repellatur. Et ita Abbas post Joan. Andre. & alios dicit per text. in c. ipsi apostoli. ij. q. vij. ibi: nec in eos testificentur, qui sui ordinis non sunt, nec esse possunt. Et ad idem text. in c. sequenti, quod incipit, testes. in princi. vbi testes tales requiruntur quales ad sacerdotium eligi diuina iubet authoritas. Mode. hic dicunt quod ista equiparatio, quam docto. faciunt, non videtur bene procedere: quia ille, qui non bibit vinum, promoueri non potest, secundum gl. in d. c. ipsi apostoli. & tamen quod non sit prohibitus videtur quod testificari possit. Et quia in testibus virtus animi consideratur, que non cessat propter corporis deformitatem: in ordinatione vero decorum consideratur. Ideo, secundum eos, illud, quod dicitur in ca. illi, qui. vj. q. j. forte intelligitur, quando quis in penam mutilatus fuit. Sed aduertendum est primo illud, quod vltimo loco dictuz est contra glo. in d. c. ipsi apostoli. que expresse loquitur in eo, qui a casu mutilatus fuit, & non in penam, vt Moder. dicunt. Non obstat quod dicitur de eo, qui non bibit vinum: quia equiparatio fieri videtur de illis, qui prohibentur ordinari propter decorum: vt sunt mutilati quocunque modo: quod non est in eo, qui vinum non bibit. Vel etiam non videtur absurdum dicere quod ille, qui non potest ordinari, quia vinum non bibit, non possit testificari in causa criminali contra clericum, per iura supra allegata, que generaliter loquuntur. Non obstat quod in testibus animus consideretur: quia etiam qualitas testium debet considerari. Nam laici repelluntur in tali casu. c. de cetero. de testibus. Et in corpore vitiatis non deficit vigor animi: tamen repelluntur, vt dictum est. Et ita dicendum videtur, tenendo cõmunem intellectum, quod tex. intelligatur de macula corporali: sz iste intellectus videtur nimis restringere hunc tex. videlicet quod in causa criminali loquatur, & contra clericum, & quia tex. videtur ponere regulam generalẽ: vnde melior videtur alius intellectus, de quo Abbas primo facit mentionem, quod macula hic accipiatur pro crimine manifesto: quia cum supra dicat de suspicione, postea de macula manifesta, consonat quod loquatur de crimine manifesto respectu suspicionis. Et hoc ratione efficaci confirmatur: quia supra in dicto principali loquitur de crimine, ibi: si crimina testibus obijciuntur, postea per modum rationis. ibi: cum sicut. dicit quod testes debent esse sine infamia, sine suspiciõe, sine manifesta macula. Unde vt ratio dicto principali conueniat, & correspondeat, illa verba, de macula, intelligi debent pro crimine, non pro vitio corporali: quia ratio non bene conueniret. ¶ Nota quarto quod sententia corporis afflictiua facit fidem in alio iudicio, & inter alias personas, vt Abb. hic dicit: & est speciale, vt not. Fede. consil. xxij. Titius electus. circa finem, glossa in l. ex ea. ff. de postulã. cum similibus, vt tra
4 dit Alexand. in l. sepe. ff. de re iudicata. ¶ † Nota vltimo secundum Abbatẽ quod testis de crimine conuictus puniri potest pena extraordinaria, vt a contrario sensu probatur, ibi: pena ordinaria mulctari non debent. In contrarium tamen facit textus ibi: sufficit, vt per glo. in cap. statutum. in princi. in verbo, suffic

sufficit.de rescriptis in vj.Ad idem text.in capitulo ij.de ordi ne cogni. ibi:dumtaxat,& ibi Abbas ita tenet.Nec obstat quod hic dicitur de pena ordinaria: quia respondent Moder. in v. conclusione hic,q argumentum a contrario non debet fieri cõtra alia iura. Sed replicari potest quod alia iura hoc non dicunt expresse,sed solum videntur hoc probare a contrario sensu: ideo per alium contrarium sensum illis derogari videtur: argu.l.fi.in prin.& quod ibi Bar.de leg.ij. Unde responderi potest quod argu.a contrario sensu hic capitur respectu eius, qd subijcitur:quia repellitur a testimonio. Nam ista videtur pena extraordinaria l.moris.§.sunt autem.ff.de pen. l. testamento cẽturio.in fine.ff.de manumis. testamen.& pro ista conclusione facit ratio,quam Angel.adducit in l.Lucius.ff.de his, qui not. infa. vbi inquit quod testis non punitur: quia exceptio parti, non testi,opponitur.Allegat Innocen.in c.verum in fi.de foro compe.& Spe.in titu.de teste.§.j.versi.sed pone quod repello.facit text.in d.l.Lucius.Et ratio,que allegatur hic, cum accusatio in ipsos secundum iuris ordinem non procedat.Nam ratio ista militat etiam in pena extraordinaria.Et sic stat conclusio quod testis,qui repellitur,respectu criminis, non punitur pena ordinaria,nec extraordinaria.Et ista conclusio procedit, nedum in teste,prout loquitur text.hic,sed etiam in parte,cui crimen obijcitur,vt repellatur ab accusatione.c. super his. de accu.Simpliciter textus hic locum habet,quando testis propria confessione conuincitur:vt colligitur ibi:conuicti fuerint, siue confessi.Et ad hoc facit,quia confessio incidenter facta non nocet:vt not.Bar.in.l.si confessus.ff.de custo.reo.Abb.in c.fin. de testi.spol.quod declaratur vt late dixi in c.at si clerici. in princ. de iudi.Similiter tex.hic ampliatur procedere, etiam si testis, cui crimen obijcitur,defensionem susceperit:vt not. Abb.in d. c.ij.de ordi.cogn.Roma.in l.cum mulier.ff.solut.matr. Sed cõtrarium voluit Archi.ij.q.j.c.in primis.cu3 similibus, vt Moder.tradunt hic,in iiij.conclusione.qui tamen sequuntur primũ dictum,quia sententia debet libello conformari.c.licet Heli.de simo.Et fuit ratio Abb. in d.c.ij. Sed responderi potest quod quando quis suscipit defensionem, condemnari potest in eo q petitum non fuit:vt not.Innoc.in c.peruenit.de fideiussor.Et ad hoc facit,quia de consensu partium potest fieri sententia, licet non sit conformis libello:vt not.Bar.in l.j.ff.de actio. emp. Alexan.in l. vinum. ff. si certum petatur. Unde concordando opiniones distingui potest, q aut testis suscipit defensionem tanquam testis:& non repellitur,& non debet puniri. Aut absolute suscipit defensionem,quia fuit contentus quod de crimine absolute contra se cognoscatur:& tunc procedit opinio.Archidia.vt puniri queat. Et conclusio supra dicta limitatur nunc dupliciter.Primo,quando crimen non tangit causam,de qua agitur.Secus si sit connexum:quia tunc ordinaria pena poterit puniri.Et ita docto.communiter tenent per istum textũ de quo videbimus in gloss.Secundo limitatur,nisi ille,cõtra quẽ incidenter constat de crimine,saltem generaliter, includatur: quia in eadem instantia potest puniri, per cap. per inquisitionem de elect.Et per illum text.hoc dicit Spec. in titu. de teste. §.iam de interrogatorijs.in fi.vbi inquit quod si inquisitio formata sit in capite,& in membris,confitens etiam vt testis, puniri potest.Et ita resident Mode.in prima conclusione hic.Sed aduertendum est:quia text.in d.c.per inquisitionem non dicit, q ille Mascaron confessus fuerit tanquam testis:sed intelligitur quod interrogatus fuit super inquisitione generaliter formata:vt Ab.ibi dicit in quinto & vltimo intellectu.Et hoc cõsonat,quia non videtur quod potuisset puniri ex illa confessione facta vt testis:quia fuisset pars,& testis,contra c.j.iiij.q.iiij.& quia illa commissio de capite & membris,intelligitur vt procedere posset contra caput & membra,secundum iuris ordinem:& non bene infertur q possit immediate puniri,si confiteatur vt testis.Preterea text.ille loquitur in Papa,in quo habet locũ, quod dicitur in capitulo,ecce.xxiiij.questione iij.quod crimina vndecunque claruerint,puniri possunt. Et Papa ipse punire potest,licet actum non fuerit:vt not.Imo.post Anto. de But. in capitulo cum olim.de rerum permutatio.Abbas in capitu. tam literis.de testib.cum similibus, vt tradunt Moderni hic, Vel loquitur ille text.in delicto simonie,& in beneficiatis,in quibus Papa liberam habet potestatem.capitulo ij.de prebend. in vj.clementi.j.vt lite penden.vnde ad materiam, de qua agitur,non bene infertur.& vide quod not. Abb. in capitulo ij. de confessis.¶ In glossa ij.ibi:secundum leges.ita tenet glo.in capitulo,super eo.de testi.& ibi Abb.post alios sequitur. Sed tamen hec differentia non videtur vera:quia idem videtur de iure ciuili:vt probatur in l.iij.§.penultimo.ff.de testi.vbi ille, qui accipit pecuniam vt dicat testimonium,repellitur,si de hoc iudicatus,vel conuictus fuerit.Et hoc tenet glo. et Bartol. in l. qui iudicio.ff.de accusa.& Bartol.ibi dicit quod suppleri debet in iuribus,que dicunt de condemnato,vt idem sit in conuicto. Et ita concludit Joann.de Ana.in capitulo j.de accusa.Concordando tamen opiniones vera resolutio videtur, vt dicamus primo quod de iure canonico indistincte criminosi repelluntur:vt not.in capitulo,testimonium.de testi.facit text. in capit. querendum.ij.questione vij.& iij.q.vij.capitulo, qui sine peccato.& vj.q.j.capitulo,qui crimen.De iure ciuili idem est in crimine,quod tangit causam,de qua agitur: quia sufficit quod conuictus sit dicta l.iij.§.penul.In alijs vero criminibus considerandum est, quod testes propter infamiam repelluntur l. ij. ff. de senato.l.iij.in princip.ff.de testibus.& infamia irrogatur quãdoque ipso iure,quandoque per sententiã:vt per glo. in l.ictus fustium.ff.de his,qui not.infamia.In casibus, in quibus testis efficitur infamis ante sententiam, vt quia lex notat ipsum factum:vt dicitur in l.palam.§.que in adulterio.ff. de ritu nupt. sufficit quod sit conuictus. Sed vbi condemnatio requiritur, non sufficit quod conuictus sit.Et ita colligitur ex his,que dicunt Joannes,in dicto capitulo, super eo.j.de testi.& Areti.in dicto capitulo j.de accu.¶ In glossa exhibenda.ibi:statim imo videtur vsque ad sententiam,vt hic dicitur, nisi terminus constitutus sit.¶ In glo.per sententiam. in princip. dum restringit text.in exceptionibus, que contra personas testium opponuntur,videtur contra text.in princip.ibi:denique quod in dicta & personas, sed illud in antiqua:hic vero cõsideratur quod dicitur in versiculo,si crimina testibus obijciuntur.vbi videtur loqui contra personas testium. Vel hic loquitur quantum ad hoc vt testes repellantur :sed quantum ad hoc vt de falso agatur,loquuntur iura allegata in glossa ibi:in causa matrimonia li in infinitum.Et hoc verum est,quando opponitur contra dicta inferendo falsitatem:sed per exceptiones,& probationes cõtra personas non infertur falsitas,vt Abbas dicit hic. Finaliter tamen concludit idem esse in exceptionibus contra personas oppositis: quia cum solus transitus excludit dictas exceptiones,talis exclusio non potest habere locum in matrimonio in quo sententia non transit in rem iudicatam.Sed potest dici

a quod imo transit in matrimonio,[a] quando non arguitur falsitas:quia vitium videtur remissibile de partium consensu,vt dixi in capitulo, iurauit.de probatio.ibi: peremptoria.Ad idem glo.in capitulo j.de testi.in glo.fina.in capi.ex parte A. in verbo,non fuit.de testibus.notat Abbas in capitulo, cum J.& A. de re iudicata.cum similibus.vt tradunt Moderni.Et ad hoc facit,quia probatio respicit decisionem cause:quia victoria pẽdet ex probationibus l.qui accusa.C.de eden.notat Barto. in l. ictus fustium.ff.de his,qui not.infami.Aretin.in capitulo,dilecti.de iudic.Ergo videtur peremptoria :videtur tamen peremptoria aptitudine:vt de lege Aquilia dicitur in §.ex maleficijs

5 Insti.de act.¶ †In fine glo.notabilis est conclusio Abb.circa hanc gl.quod appellatio rescindit sententiam, & causam reducit perinde,ac si lis fuisset contestata in causa principali.Et sic solum in causa appellationis possunt fieri illa,que possunt fieri in causa principali post litem contestatam l. ita demum. C. de procura.& not.Bald.in l.per hanc.C.de tempo.appel.Paul.de Castr.in consilio lxxiij.quod in causa appellationis.Ex quo infertur ad notabilem questionem, quam ponit Bartol.in l.j. in principio.in penultima questione.ff.de actio.emp. Alexand.in consil.lxxxij.incipien.in causa vertente.libro j.cum similibus,vt dixi in rubrica de appellat.Et conclusio Abb.bene procedit in causa appellationis,prout loquitur: secus est in restitutione in integrum,que absolute omnia reponit in pristinum statum, vt

6 not.glo.& Bartol.in l.fina. C.si aduer. rem iudica. ¶ †Ultimo nota dictum,quod Abbas hic refert,quod exceptio peremptoria omissa in causa principali ex malitia, non potest opponi in causa appellationis. De quo late Moder. in capitulo, ad audientiam.ij.de rescriptis.& Andreas Siculus in consil.xxxv.in

b minimis.libro iij.Et de iure verior[b] videtur opinio Imol. qui tenet contrarium in dicto capitulo,ad audientiam.& in capitulo,inter monasterium.de re iudicata.Non obstat text.in capitulo,exceptionem. infra eodem.quem Abbas hic adducit: quia loquitur in dilatoria,que debet opponi ante litem contestatam & non agitur de tanto preiudicio,sicut in peremptoria,maxime quando esset preiudicium reparabile.& per ea,que dixi in capitulo,licet causam.de probat.in vj.not. vbi videndum est.¶ In gl.sicut ibi:supple.cum gl.transeunt doc. sed tale supplementũ non videtur necessarium:quia text. intelligi potest simpliciter prout loquitur,vt testes,quibus crimina obijciuntur, interim non recipiantur,nec expectetur q probatio facta sit de criminibus:quia propter suspicionem repelluntur, vt hic dicitur: ergo etiã ante factam probationem:nã facta probatione res esset

7 manifesta.¶ †In gl. innocentes. ibi:nisi probauerint se emen-

datos. Abbas & docto. communiter glo. sequuntur. Ex quo col
ligitur quod post penitentiam quis innocens dici potest. Et fa
cit text. 50. dist. ca. ferrum. & glo. not. in c. fidelior. ead. distin. De
qua videndum est quod dixi in c. at si clerici. §. de adulterijs. in
fine, de iudicijs. Sed tamen hic intellectus ad text. non satisfa
cit. Primo, quia innocens dicitur, qui non deliquit. xxij. q.
iiij. innocens. Secundo, quia in illa authoritate Stephani, que
hic allegatur, innocens accipitur pro eo, qui non deliquit: vt
patet in capitulo j. iij. q. xj. vbi Stephanus Papa dicit quod
accusatis non conceditur vt alios accusare possint, nisi prius
se probauerint innocentes. Et sic in tali authoritate Stephani,
que hic allegatur, manifeste patet quod innocentes dicuntur il
li, qui non deliquerunt. Et hoc glos. Abb. & doct. non negarent
sed ita dixerunt, quia eis visum fuit aliter non posse responde
ri ad argum. quod erat fortissimum hoc modo, quia dicitur ꝙ
testes alio tempore conuicti vel confessi de criminibus repel
luntur: & hoc limitatur, nisi probent se innocentes. Certe talis
probatio innocentie in hoc iudicio non potest nunc fieri, ex
quo alio tempore conuicti vel confessi fuerunt: & illo tempore
non contradixerunt: & propter hoc vt tollatur argumentum,
quod visum fuit insolubile, dixerunt quod innocentes accipiũ
tur pro emendatis: quod certe non est verum, per supra dicta:
ideo ad argumen. aliter respondetur. Et dico diligenter ad
uertendum esse: nam primo dum dicitur quod testes, qui alias
conuicti, vel confessi sunt de criminibus, repelluntur: veruꝫ est,
vt hic expresse dicitur. Et dum postea dicitur quod hoc limi
tatur, nisi probauerint se innocentes: hoc non est verum, quia
primum dictum generaliter procedit, prout loquitur quod te
stes alias conuicti vel confessi de criminibus repelluntur. Et
huius dicti simpliciter procedentis, ratio assignatur, per au
thoritatem Stephani ibi: quia sicut Stephanus Papa, & alij
pontifices Romani attestantur, non est credendum contra a
lios eorum confessioni, nisi prius se probauerint innocẽtes. Vn
de illa verba, nisi prius se probauerint innocentes: que ponun
tur in ratione dicti precedentis, nullo modo debent coniungi
cum dicto precedenti, quod erat iam absolutum: & illa verba re
feruntur prout originaliter habẽtur in d. authoritate Stepha
ni. iij. questione xj. cap. j. Et intentio Pape hic, fuit simpliciter
dicere quod criminosi repelluntur a testificando, sicut repellũ
tur ab accusando, prout habetur in illa authoritate Stephani,
que allegatur: & ita videtur iste planus intellectus. ¶ In fi. gl.
nota ibi: per sacerdotem. idem glo. fin. in capitulo, nuper. de te
stib. ij. questione vij. in c. ipsi apostoli. Specul. in titu. de teste. §.
restat. versi. cl. Cald. consi. ij. de testib. cum similibus, vt tradũt
Moder. hic. Et intelligitur quod sacerdos hoc dicat de cõsen
su illius, qui confitetur: vt not. Abbas in cap. Mattheus. de si
mo. et in dubio presumitur quod cum licentia peccatoris reue
latum sit: vt not. Cap. alleg. xciiij. mulier in confessione alias
quidam presbyter. Et ibi vult quod stetur assertioni dicti pres
byteri, etiam ad commodum eius, ad euitandam penam. capi.
omnis vtriusque. de peniten. Quod notanduꝫ est, vt latius per
Moder. hic. Sed aduertendum est, quia videtur quod sacer
dos nullo modo debeat reuelare quod intellexit in sacramen
to confessionis: quia ipse est tanquam Deus in illo actu. Et et
per Papam cogi non potest: vt not. Abb. in ca. dilectus. de ex
cess. prela. Et etiam consensu confitentis non videtur quod pos
sit: quia ipse, qui confitetur, non potest dispensare in lege diui
na, & in essentia sacramenti: vt tenet Summa Angelica in ver
bo, confessio. §. v. Sed responderi potest quod hoc totum vide
tur statutum in fauorem confitentis: ideo ipse potest remittere
vt probatur in iuramento. cap. ij. de sponsa. Secundo quantuꝫ
ad glo. non videtur quod credatur sacerdoti, vt testis per illã
penitentiam habilitetur, in preiudicium alterius: quia absolu
tio facta in foro penitentiali non liberat in foro contentioso.
Gloss. & docto. communiter in capitulo, de his. de accus. Et ꝙ
vni non creditur in preiudicium alterius: vt per glo. in capit.
sicut nobis. de senten. excom. Ideo dubia redditur decisio Cal
deri. in d. consi. ij. de testi. Similiter quod not. Cap. allegatione
xciiij. supra alleg. non videtur procedere sine dubio: quia nõ cre
ditur testi, vbi tractatur de se exonerando: vt not. Bartol. in l.
deferre. §. j. ff. de iure fisci. ¶ In glo. fina. docto. communiter se
quuntur glo. & conclusio est quod tex. iste non habeat locum in
delicto, quod tangit causam, de qua agitur: quia tunc testis con
uictus puniri potest. Et ita per istum textum not. Bald. in l. ij.
§. si publico. ij. per illum textum. ff. de adult. cum similib. vt per
Moder. in x. conclusione hic, & late Aret. Insti. de exceptio. in
princip. Et secundum istam conclusionem dictio, presertim, ex
ponitur, pro tantum. Et non videatur ista expositio extranea:
quia reperio illam fieri in alijs pluribus locis, ca. illud. xij. dist.
vbi glo. alia iura adducit. Et ad idem text. cum glo. in cap. Pe
trus. de homici. in c. inter alia. de senten. excom. in c. discretionẽ
de eo, qui cogno. consangui. vxor. sue. Et licet non sit recedendũ
a communi opinione, tamen illa non videtur efficaciter proba
ri. Nam in contrarium videtur text. hic intelligendo, presertim
id est, maxime, secundum propriam eius naturam. c. ex literis.
de homici. ca. continebatur. & ibi gl. de despon. impub. capi. cum
contumacia. de here. in vj. Et quia ratio allegata in text. vide
tur militare, quia non fuit secundum iuris ordinem facta accu
satio: quia res inter alios acta. &c. d. l. Lucius. Non obstat text.
in d. l. ij. §. si publico. quia loquitur in accusante, qui voluntarie
ad accusandum procedit. Non sic videtur in teste, cuius officiũ
est necessarium: argumen. l. tutorem. ff. de his, quibus vt indig.
Item, & secundo, text. in d. §. si publico. loquitur in lenocinio, ꝙ
fuit causa potissima adulterij: & ideo videtur ille tex. habere ra
tionem specialem, que in alijs casibus non procedit. Non ob
stant alia iura allegata in glo. quia responderi potest, vt supra
dictum fuit ad c. per inquisitionem. de electi. Nec obstat ꝙ sen
tentia contra vnum lata alteri preiudicet ratione cõnexitatis:
vt not. in l. sepe. de re iudica. quia tale preiudicium causatur ex
sententia lata contra alium, secundum ordinem iuris: & in con
sequentiam ratione connexitatis alteri preiudicat. cap. ordina
tos. lix. distinc. cum similib. vt per glo. in capitulo, ad petitionẽ.
in verbo, per consequentiam. de accusa. & in c. quamuis. de re iu
dic. Sed in casu nostro nulla est lata sententia, & non reperitur
iure cautum, quod testis conuictus de crimine tanquam testis
debeat condemnari. Et in contrarium est regula generalis, cũ
ratione generali, que etiam in connexis videtur procedere, vt
supra dictum est.

¶ Additiones.

1 ¶ Principali. Vide Dec. in rub. ꝭ. de appel. Siluest. Aldob.

a ¶ Tolerantia. Idem Hippo. de Marsil. singul. lxxvij. & ccc
xxx. in rep. l. si. de iurisdi. omn. iudi. in l. j. in principio, nume. xiij.
ad leg. Cor. de sicar. ff. & sua practica. §. aggredior. nume. xxviij.
cum sequen. intellige palam, ita vt resultet tacita quedam ap
probatio.

b ¶ Specialiter. Jas. l. j. C. de testa. l. Titie textores. de lega. j.

c ¶ Matrimonio. Et verius est, licet Panormitanum hic se
quatur Felinus. in c. lator. in fi. ꝭ. de re iudic.

d ¶ Verior. Et bene. [redacted].

1 ☞ Participans cum excommunicato ignoranter, nullã ex
communicationem incurrit.
2 Scientia, vel ignorantia, quãdo, & qualiter allegari debet in ac
cusatione alicuius.
3 Excommunicato non est communicandum in oratione, vel lo
cutione.
4 Excommunicatus pretextu excõmunicatiõis generalis, an de
beat vitari, si non sit denuntiatus.
5 Approbatio quando pendet a voluntate approbantis, sibi pre
iudicat approbando, alias non.
6 Accusare an possit existens in peccato mortali.
7 Replicatio an detur excommunicato, sicut exceptio.
8 Replicatio est exceptionis exclusio, & cui competat.



Nobis. Sũmatur, & diuiditur, vt per Abbatem hic. ¶ † Nota pri
1 mo ibi: scienter, ꝙ cõmunicans cũ excõmuni
cato ignoranter nullã excõmunicationẽ incur
rit. Ita a contrario sensu probatur hic, & eodẽ
modo in c. nuper. de senten. excom. & ij. q. iij. ca.
qui vero. Et generaliter dicit Bal. hic ꝙ ignorãtia excusat de
lictũ. Allegat no. in l. j. ff. de receptato. vbi gl. j. in fi. & Bar. ibi pro
gl. allegat tex. in l. ij. §. sed etenim. ff. de incẽdio. in l. Metrodorũ.
ff. de pen. facit tex. in l. fi. ff. de decre. ab ordi. fa. c. ij. de constit. in
2 vj. † Et ad excusationẽ ignorantie multa congerit Roma. in l.
si vero. §. de viro. in lj. sal. ff. solu. matr. & dixi in c. ij. in glo. fina. in
prima conclu. de consti. & consl. lxiiij. Et in tali casu, quãdo quis
per ignorantiam excusatur, in accusatione debet exprimi ꝙ scie
ter illud factum sit: vt Bar. no. in l. omnes. circa fin. C. de agri. et
censi. lib. xi. & idem Ange. in authen. de ecclesia. ti. §. pe. in fi. & in l.
j. C. de Nili aggerib. non rumpend. dicens quẽdã liberatum fuis
se, quia articulatum fuisset, neque deductum ꝙ opẽ bannito de
disset. Et secundum hanc conclusionem late consuluit Andre.
Sicul. consi. lj. lib. iij. in prin. & consi. v. in prin. lib. iij. Circa hoc
tamen loquitur Bal. in l. j. versi. super secundo puncto. C. qui ac
cusa. non pos. vbi inquit ꝙ quando quis accusatur pro facto ne
gatiuo, puta quia non denuntiauit maleficium, debet fieri mẽ
tio scientie: sed quãdo accusatur ꝙ aliquid fecerit, accusatio p
cedit, licet de scientia nihil dicatur. Allegat gl. no. in l. ex malefi
cijs. §.

ciis.§.longe minus.ff.de actio.⁊ obli.⁊ Bald.sequitur Joan. de
Ana.in rub.de accus.circa fi.Ro.consi.cv.viso themate. Ange.
Aret.in tract.maleficiorũ.in ver.necnon ad querelam.versi.ad-
uertas tamẽ.Sed predicta distinctio Bal. reprobatur per Au
gu.de Arimino in addi.illius tractatus.Angel.de malefi. per
ea,que supra dicta sunt:quia Bart.in d.l.omnes.⁊ Ange.in lo-
cis prealleg.loquuntur in delicto, quod in faciendo consistit vi
delicet in receptante bannitum:⁊ tamen volunt ꝙ scientia de-
beat allegari,⁊ probari.Moder.hic pro defensione Bal.dicunt
ꝙ dictum Bal.intelligitur in his,que de sui natura mala sunt,
⁊ prohibita de iure communi:vt occidere,vel iniuriam inferre
in quibus non requiritur ꝙ dicatur sciẽter : quia ex natura rei
intelligiur.Secus est in his,que prohibita sunt per accidens, ⁊
non de sui natura,prout est prestare auxilium bãnito, vel alio-
qui excommunicatum:quia tunc opus est ꝙ dicatur,scienter il
lud factum fuisse.Et pro hac distinctione Mod.bene facit qđ
not.Petr.de Anch.in c.cum dilecti. per illum text. ⁊ sequitur
ibi Jo.de Ana.de accusa.vbi notabiliter dicit ꝙ in his, que so-
nant in vitium,⁊ de sui natura sunt mala, licet aliquo casu pos-
sint excusari,capitur sinistra suspicio l.si non conuicij. C.de in-
iurijs l.j. C. de sicar.Secus in his,que possunt se habere ad bo-
num ⁊ malum indifferenter:quia tunc in meliorem partem in-
terpretatio fieri debet l.merito.ff.pro socio.⁊ no.Barto. in l.nõ
solum.§.sed vt probari.ff.de ope. noui nunt. cum similib. ⁊ dixi
in c.in presentia.de proba. Ulterius tamen pro vera resolutio-
ne aduertendum est:quia dictum Barto.in d.l.omnes. ⁊ Ang.
in locis prealleg.procedit,quando in dispositione, in qua pena
imponitur,exprimitur ꝙ illud scienter factum sit. Et ita etiaꝫ
Barto.loquitur,quo casu illa qualitas requisita in lege,vel sta
tuto debet allegari,⁊ probari:vt Bar.in l.j.§.j.ff. ne quid in flu.
pu. Et hoc videtur etiam procedere in his , que de sui natura
mala sunt:quia tunc illa requisita a lege,vel statuto debent alle
gari,⁊ probari:vt no.Jo.And.per illum tex.in c.j.de homic.in
vj.Et per hoc non videtur verum,ꝙ dicunt Mod. ꝙ dictum
Bar.in dicta lege,procedat solum in his, que de sui natura nõ
sunt prohibita:quia imo generaliter habet locum,quãdo in dis-
positione hoc exprimitur , prout loquitur ille tex.in d.l.omnes
⁊ in textu nostro hic,cum similib.Sed quando in statuto vel le-
ge non exprimitur de scientia , tunc considerandum est ꝙ aut
sumus in casibus,in quibus scientia presumitur,⁊ non videtur
opus ꝙ scientia aliter exprimatur:quia satis est ꝙ libellus pre-
sumptiue concludat l.omnes.§.Lucius.ff.de his, que in fraud.
cred.not.per Barto.⁊ Docto.in l.cum quis.ff.si cert.peta.ideo
in his,que sunt de genere malorum,quia scientia presumitur l.
j.C.de sica.l.si non conuitij.C .de iniurijs , non requiritur quod
exprimatur. Aut sumus in his casibus in quibus scientia non
presumitur,sed ignorantia,prout est regulariter l.verius. ff. de
proba.⁊ tali casu scientia allegari debet. Et ita loquitur Ang.
in d.§.penult.in authen.de eccle.titu.Unde in his , que sunt de
genere permissorum,scientia allegari debet:quia ignorãtia pre
sumitur.Si tñ esset tale quid,ꝙ communiter esset notum, quia
tunc scientia presumitur.c.si.j.qui mat.accus.pos. nõ esset opus
ꝙ scientia allegetur:vt not.Bart.in d.l.omnes.⁊ ita concluden
3 dum videtur.¶ †Nota secundo ꝙ excommunicato non est cõ-
1 municandum in oratione,vel locutione[1].Primo ꝙ de locutio-
ne idem esset in eo qui mitteret nuntium,vel literas:glo.not.in
c.constitutionem.de sen. excom. in vj. Nam scriptura loquitur,
vt dicit text.in epistolę,inter claras.C.de sum.tri.⁊ facit textus
lxxxj.distin.in c.clericus nullus.⁊ in c.vbi periculum.§. nulli.de
elect.in vj. Si tamen quis dicat excommunicato , volo te allo-
qui:non incidit in excommunicationem, etiam minoreꝫ:vt no.
Domi.per illum textum in c.quid est hoc.50.dist.Sed tamen il
le text. videtur potius probare contrarium , dum ibi dicitur:
qui enim iacenti loquebatur,cur stanti promittit se locuturum
ergo per illam interrogationem text. dicit ꝙ loquebatur. Et
facit , quia negari non potest quin per illam interrogationem
habeatur communio , que prohibita est cum excommunicato:
⁊ quia prohibito fine,videntur prohibita media ad finem l. ora
tio.ff.de spon.facit quod not.Bald. in l.j.per illum text. C. que
res exporta.non pos.Secundo quod dicitur de oratione , idem
habetur in c.nuper.de senten.excom.⁊ xj.q.iij.c.cum excommu-
nicato.Et hoc intelligitur,quando quis simul oraret cum ex-
communicato d. c. nuper.ibi : secum orando,siue in ecclesia. iu-
xta not.per gl.in cle.j.de reliquijs ⁊ ve.san.in ver. orationes. si-
ue extra ecclesiam.c.qui vero.xj.q. iij.ibi : in domo simul orauе-
rit.Et simul orare cum excommunicato dicitur nonsolum,quã
do quis simul caneret in ecclesia,vel illi adinuiceꝫ responderet:
sed etiam si excommunicatus a se ipso oraret in ecclesia:quia a-
lij in dicta ecclesia orare non debẽt:vt not.Jnn.Hosti.Petr.de
Peru.Anto.de But.in c.nuper.de senten.excom. Alijs etiam

pluribus modis communicatio fieri dicitur : vt late prosequi-
tur Archiepiscopus Floren.in suo tract.de censu.in ca. lxxxiij.
⁊ talis communicatio etiam prohibetur post mortem:vt no.vo
luit gl.⁊ ibi Abbas post Joan. And.⁊ in c.ad hec. de priuileg.
⁊ facit text.⁊ ꝙ ibi Bar.in l.ij.ff.de cadaueribus punito.vbi ille,
qui non potest in vita morari in ciuitate,etiam post mortem ad
eam deferri non potest.Et predicta communicatio etiam cum
1 alio excommunicato prohibetur [2] : vt no.Abb.post Anton.de
But.in c.ex parte A.de testi.in glo.j.⁊ Abb. in c.illud.de cle.ex
com.mi.Et ita communiter tenetur vt dicit Abb.in c.nulli. de
senten.excom.licet gl.aliter dicat.xxvij.q.j.in c.deuotam.Et su-
pra dicta procedunt de iure communi : hodie vero in quadam
a extrauaganti Martini quinti,[a] que incipit,insuper ad euitã-
4 da.statutum fuit† ꝙ nullus excommunicatus pretextu sentẽtie
excommunicationis generaliter promulgate debeat euitari,ni
si denuntiatus fuerit.Excipitur excommunicatus pro violen-
ta manuum iniectione in clericum,quando factum est notoriũ
vt habetur in d.extrauaganti.incip.insuper.quam refert , ⁊ ad
literam ponit Archiepiscopus Floren.in tract.de censu. in ca.
lxxxiij.⁊ Mod.in c.Rodulphus.de rescrip.⁊ idem reperitur in
Summa Ang.in ver.excommunicatio.⁊ licet Mod.in d.c.Ro
dulphus.concludant illam extrauagantem non habere locum
generaliter in excommunicato notorio , inferendo hoc ex ver-
bis Abb.in cle.ij.de senten.excom.⁊ ex supplemento Pisanelle
in versi.Clericus.iij.in fi.⁊ quia in notorio excommunicato de-
nuntiatio non requiritur:vt no. Abbas in c. peruenit. j. de ap-
pel.cum similib.vt ibi tradit Perusi.tamen non videtur veruꝫ
stantibus verbis dicte nouelle constitutionis,prout referuntur
in locis supra allegatis:quia solum excipitur vnus casus noto-
rius,videlicet de notoria manuum iniectione in clericum:ergo
in alijs notorijs casibus,regula videtur generaliter habere lo-
cum:quia exceptio facta in vno casu,videtur confirmare regu-
lam in alijs,in c.ij.de coniugio lepro.c.dominus.xxxij.q.vij.no.
Bart.in l.quesitum.§.denique.ff.de fun.instru.⁊ in l.in his.ff.de
legib. Et quamuis Abbas videatur hoc generaliter dicere in
facto notorio,in dicta cle.si.tamen eius dictum restringitur in
casu,in quo predicta constitutio loquitur:quia dictum Docto
ris secundum ius,quod allegat intelligitur:vt Barto.in l.non
soluꝫ.§.si liberationis.de lib.leg. Non obstat ꝙ in facto notorio
non requiratur denuntiatio:quia illud potest esse verum de iu
re communi.Secus est attenta dicta cõstitutione , que videtur
etiam in facto notorio denuntiationem requirere , ex quo tan-
tum excipit vnum casum notorium ,vt dictum est. Et vlterius
considerandum est:quia in excommunicatione prolata genera
liter,prout loquitur illa constitutio Martini , hoc etiam vide-
tur procedere de iure communi. Si enim quis excommunica-
tus sit cum fautoribus ⁊ adherentibus suis , non debet euitari
aliquis tanquam excommunicatus eo pretextu ꝙ sit de fauto-
ribus vel adherentibus,nisi per iudicem hoc specialiter denun
tietur,⁊ declaretur:vt not.Jnn.in c.in Lateranensi. vbi Jmo.
hoc refert,⁊ sequitur,versi.vltimo trangit hic Jnnocen. de pre
ben.⁊ idem Angel.in consilio cc. in ciuitate Lucana. Et idem
tenent Anton. de Butr. Card.⁊ Abbas in dicto capitulo , in
Lateranensi.Et hoc secundum Jnnocen.⁊ Docto.ibi limita-
tur,nisi esset notorium quod esset de fautoribus,vel adherenti-
bus.Et hoc videtur procedere de iure communi ante illam cõ
stitutioneꝫ Martini:sed illa videtur etiam procedere in facto
notorio,vt supra dixi: quia tantum excipit vnum casum noto-
rium:⁊ in tali casu,quia multa dicuntur notoria, que non sunt
vt dicitur in capitulo,consuluit.el j.de appel.prius pronuntia-
ri debet illum casum notorium esse.¶ Jn glo.j.ibi:quos inuite
toleramus. Jsta prima solutio reprobatur per Abbatem hic,
qui concludit quod quando approbatio pendet a voluntate
5 approbantis,sibi preiudicat:alias secus. †Et pro ista doctrina
facit quod not.Bald.in l.si quis testibus. C. de testi. vbi distin-
guit vtrum sit inhabilitas fauore partis,vel odio persone, cuꝫ
similibus,vt dicunt Moderni hic.Et adde text.in capitulo,ac
cepimus.cum glossa de eta.⁊ qualitate.vbi ille,qui aliquem or-
dinauit , non potest postea aliquid ordinato opponere. Et est
dictum Jnnocentij in capitulo , venerabilis.de exception. vbi
Abbas post alios.⁊ ibi dixi.Limitatur tamen,nisi ex causa su-
perueniente reprobetur,vt ibi Abbas post Jnnocentiuꝫ dicit
⁊ textus in l.vt gradatim.§.reprobari.de mune.⁊ hono. vbi me
dicus semel a Republica approbatus potest reprobari. Ad
idem textus in l.reprobari.in principio. ff. de excusatione tuto
rum.Et quod ibi Bald.de collateralibus.Et idem Abbas di-
cit de Doctore , qui apparet non idoneus , in capitulo primo,
in fine,de magistra.Et ad hoc est notabile dictum Bartol. in l.
cum quid.ff.si certum peta. Sic ⁊ econtra reprobatus ex causa
potest approbari ; vt notat Bald. de reprobato in collegio, in

c.post translationem.de renun. Et nota ꝙ assumptus in subsidium in aliquo actu, non dicitur approbatus: vt not. Angel. in l.j.C.qui,ꝛ aduer.quos. Et quantum ad propositum hic, esset dicendum, ꝙ approbatio tacita, que insurgit ex cōmunicatione non preiudicat: quia habilitare excommunicatum, non dependet a potestate priuati. Sed hoc non procedit absque dubio: qꝛ ad preiudicium partis excommunicatus potest habilitari. c.j. eo.titu.in vj. vbi valet processus parte non opponente: ꝛ hoc respectu partis, licet iudex ex officio possit repellere. c. exceptionem. infra eo. Unde solutio glos. potest defendi, ꝙ tacita approbatio, que insurgit ex communicatione, nocet volenti accusare, sed non excipienti. Non obstat quod Abbas dicit de adulterio quia ibi fuit approbatio expressa, que magis nocet. ¶ In ead. glo. ibi: quod non est verum: glo. concludit istum textum etiā
3 procedere in excommunicato maiori excommunicatione[3], per illam rationem: quia defensio etiam excommunicatis conceditur. Et ita Doct. sequuntur. Sed certe hoc videtur contra manifestam intentionem litere: ꝛ magna videtur diuinatio quod subaudiatur, maxime: ꝛ ideo prima facie consonat, vt dicamus ꝙ licet regulariter excommunicatus possit se defendere: fallit quando allegat agentem excommunicatum: quia ista species defensionis sibi denegatur, cum sit in eodem casu, ꝛ pariter excommunicatus. text. hic, ꝛ facit tex. in c. proximo. j. eo. vbi pluralis in beneficijs pluralem non repellit. Non obstat ꝙ excommunicatus potest se defendere: quia illud est verum, nisi opponat alteri quod ipse habet: ꝛ vt Abb. in cap. proximo. Ulterius tamen cogitanti non est recedendum a communi opinione: quia in pari causa melior est conditio possidentis, ꝛ rei l. si seruum. §. sequitur. de verbo. obliga. l. apud Celsum. §. Marcellus. de doli except. Unde cum vterque sit excommunicatus, causa rei videtur fauorabilior, vt actor repellatur. Non obstat textus hic, quia responderi potest, ꝙ in tex. hic, allegatur ratio, que respiciebat magis specialiter casum propositum: quia non erant in pari gradu: sed dato ꝙ fuissent, hoc nō determinatur hic. Idē tamen fuisset per rationem gl. Et pro ista conclusione videtur text. in c. dilecti. j. eod. vbi ille, qui literas impetrauit, ꝛ agebat, erat excommunicatus, opponitur sibi de excommunicatione: replicatur pariter ipsos opponentes excommunicatos. Et dicitur ibi, ꝙ talis replicatio non admittitur: quia illi se defendebant. Et communem opinionem tenet Bart. in l. seruos. ff. de accusa. Bald. in l. si creditoribus. C. de communi ser. pigno. da.
6 ma. cum similib. vt Moder. hic tradunt. ¶ †Et nota ex supra dictis ꝙ existens in peccato mortali non accusat: ꝛ hoc quando quis in eo perseuerat. Ab. in c. testimoniū. de testi. arg. xxv. dist. c. si. Abb. in c. j. de accusa. Et ideo frequens blasphemator non accusat. Pet. de Anc. in consi. ccccxvij. plura ex predictis. ꝛ de
7 his Aret. in d. c. testimonium. ꝛ Mod. hic. †Replicatio datur excōmunicato, sicut exceptio. Sed contra facit: quia replicatio tendit ad impugnandum: ergo non videtur excommunicato competere. c. cum inter. in fi. j. eo. Sed pro communi facit, quia actor excommunicatus appellationem prosequitur: vt in ca. significauerunt. j. eo. de quo ibi: quia secundum Hostiē. loquitur
8 in reo. †Abbas materiam replicationis prosequitur. Et primo concludit, ꝙ replicatio est exceptionis conclusio: ꝛ semper obijcitur vt exceptionem oppugnet l. ij. §. replicatur. ff. eo. tit. Abb. post Jo. And. ꝛ Ant. de But. hic. Ang. Aret. instit. de repli. in prin. col. v. Et nota quod replicatio se habet respectu exceptionis, sicut exceptio respectu actionis, quod nota ad id, quod infra dicam. Secundo conclude ꝙ replicatio cōpetit actori. Exceptiones enim reis competunt: actores vero replicationibus iuuantur l. non exceptionibus. C. eo. ꝛ in l. ij. §. j. ibi: a parte actoris veniunt. ff. eod. Non obstat quod reo excipiente, contra testes rei actor replicet: quia in eo ꝙ reus reprobat, actor dicitur l. j. ff. eo. Uel melius in eo, ꝙ reus probat, fungitur vice actoris l. in exceptionibus. de proba. merito etiam in replicatione fungitur vice actoris. Tertio competit replicatio, quādo reus exceptionem proposuit, ꝛ non prius: quia non potest excludi exceptio, nisi sit proposita. argu. c. ad dissoluendum. de despon. impub. Ex quo infertur ꝙ erit perpetua, nisi esset imputandum actori ꝙ eam non opposuit: quia qua ratione tollitur actio, tollitur replicatio l. quesitum. §. fin. ff. de pecul. Et dic ꝙ replicatio sortitur naturā exceptionis, nisi ratione temporis: vt per Alexan. in l. fi. C. de eden. vbi allegat Bar. in l. nemo. ff. de except. circa fin. vbi vult ꝙ sicut exceptiones contrarie admittuntur, ita replicationes. Et adde ꝙ in exceptione, que competeret habēti actionem, idem esset ꝙ in replicatione l. Papinianus. §. filius. de inoffic. test. ꝛ ibi Pau. de Cast. allegat Inn. in c. cum dilectus. de ordi. cogni. Et non obstat l. pure. §. fi. ff. quia procedit in his, que tantum excipiendo possunt in iudicium deduci, ꝛ non agēdo, ꝛ idem Sali. post alios in l. licet. in fi. C. eod. titu. Quartus effectus replicationis est, quia perimit exceptionem, ꝛ debet esse talis, que vitiet exceptionem: ideo si sit impertinens, non admittitur. c. dilecti. j. eo. Et fortior videtur exceptio, quam replicatio: quia exceptio pluribus modis defendit reum, vel in re petita, vel respectu actionis, vel iudicis. Replicatio vero semper exceptionem afficit. Sed dic quod imo idem videtur in replicatione, quod in exceptione: quia si exceptio excludit actionem pluribus modis, ita ꝛ replicatio poterit excludere exceptionē pluribus modis: quia sicut se habet exceptio respectu actionis ita replicatio respectu exceptionis. Sed bene verum est quod si vno modo excipiatur, licet pluribus modis excipi potuisset, illum tantummodum replicatio debet respicere.

¶ Additiones.

1 ¶ Locutione. Idem Dec. in c. preterea. de appellat.
2 ¶ Prohibetur. Uide Dec. in c. intelleximus. de iudic.
3 ¶ Excommunicatione. Idem dicit in dicto capitulo, intelleximus. Siluest. Aldob.

8 ¶ Quinti. Habetur in concilio Constantiensi, ꝛ in pragma. et concordatis. [redacted]

1 ¶ Possessio beneficij non acquiritur per inuestituram factā in absentia.
2 Reprehendere vitium quis non potest, quo ipse est maculatus.
3 Plurales in beneficijs, se proprio nomine opponentes, non admittuntur.
4 Quid autem si se opponant nomine ecclesie.



Cum ecclesiastice. Summatur, ꝛ diuiditur, vt per Abbatem hic. ¶ In tex. ibi: faciatis. in plurali numero loquitur, ꝛ tamē ad vnū decretalis ista dirigitur: quod videtur cōtra text. in c. quam graui. de crimi. fal. Sed potest responderi ꝙ hoc procedit secundum iura antiqua: vt per glo. in dicto capitulo, quam graui. Uel respondetur vt not. Abb. in capitulo, nihil. in vlti. notab. infra de prescript. ¶ In tex. ibi pacifica possessione. Quando quis dicatur possessionem habe-
1 re pacificam, dictum fuit in c. j. de confir. vtili. ¶ †Nota primo secundum Abb. hic, ꝙ per inuestituram factam in absentia, beneficij possessio non acquiritur. Sed hoc notabile non videtur probari hic: quia non mādatur ꝙ possessio tradatur, sed quod in pacifica possessione conseruetur. Unde potius text. videtur probare contrarium, ꝙ inuestitus haberet possessionem. Et ita istum tex. no. Ant. de Bu. ꝛ Imo. hic. Saluari tamen potest notabile Abb. intelligendo ꝙ nō haberet possessionē, ꝛ mandatū sit ꝙ possessio pacifica in eum transferatur, prout etiam habetur in c. cōstitutus. de appel. Et ꝙ Abb. dicit, in se verū est ꝙ per inuestituram factā in absentia, beneficij possessio nō acquiritur: vt no. per gl. in c. authoritatem. de insti. in c. ex ore. in verbo, mādatū. de his, que fiūt a maio. par. cap. ꝛ no. per Dy. in reg. j. in vj. Bal. in rub. C. de cōtrahen. emp. in xviij. q. cū fi. vt late tradit Alex. in l. iij. in prin. de acquir. possel. Abb. in c. ij. de consue. ¶ Secūdo nota quē posse pluralē esse in beneficijs in diuersis ecclesijs: vt Abb. hic. Sed etiā istud notabile nō bene colligitur hic: qꝛ hic presupponiꝛ qd exceptio pluralitatis admitteretur, si ipsi opponētes plurales nō fuissēt. Et ad hoc facit, qꝛ pluralitas beneficiorū reprobatur. c. qꝛ intātū. c. cū iā dudū. de preb. Et hoc maxime haberet locū in eadē ecclesia, vt per gl. in cle. si. de prebē. ꝛ no. in c. literas. de cōcel. prebē. Ideo in dispensatione obtinēda ista qualitas deberet exprimi, ex quo Papa non ita de facili concederet, iuxta c. postulasti. de rescrip. Et hoc intelligitur, quādo ipse idem in eadem ecclesia esset beneficiatus. Secus in patre eius, vt not. tradit Bald. in consi. j. in secundo du-
2 bio. de filijs presbyt. ꝛ consi. x. de rescriptis. ¶ †Tertio not. quē non posse in persona alterius reprehendere illud vitiū, ꝙ in eo reperitur. Idem habetur xxxij. q. vj. c. nihil iniquius. cum si. vt per Abb. hic. Facit tex. in c. pro illorum. de prebē. in c. vna. xxvj. dist. c. cū omnes. de consti. ꝛ in l. in arenam. C. de inoffi. testa. vbi Bart. ꝛ Doct. per illum textum. dicunt ꝙ mater meretrix non potest filiam meretricem exheredare. Et facit ꝙ no. Bald. in l. improbum. in prin. C. ex quib. cau. infa. irro. Facit gl. in l. si duo. ff. de dolo. cum si. Et per istum textū limitatur doctrina Bart. in l. viro, atque vxore. ff. sol. mat. vt not. Imo. ibi. ¶ In glo. ibi: scienter contulerat. Ista lec. hic per Abb. reprehenditur, ꝛ vlterius facit, quia illa attēta, etiā nō plurales admitterētur, cuius cōtrarium videtur probari a contrario sensu hic. ¶ In ea. gl. ibi: missus in possessionem. Ista etiā reprobatur, quia diuinat: ꝛ quia text. alia ratione fundatur, vt Abb. hic. Sed tamen iste intellectus suaderi potest: quia Papa mandauit ꝙ iste Jacobus

bus inuestitus mitteretur in possessionem pacificam, vt in tex.
expresse dicitur. Et in hoc nulla diuinatio videtur: ⁊ talis mis-
sio in possessionem non impeditur per exceptionem pluralita-
tis opposite ab illis, qui etiam ipsi plurales sunt, vt hic dicitur.
Et hoc videtur procedere in isto casu, ꝙ in tali possessione vide
tur tractari de modico preiudicio: quia post acquisitioné pos-
sessionis agi potest contra eum: vt in simili est text. in c. constitu
tis. in fi. de app. ⁊ in cap. accedens. de accus. ⁊ tunc inquirendum
erit de qualitate pluralitatis, an sit in casu licito de iure com-
muni, vel per viam dispensationis. Sed ne inuestitus impedia
tur consequi possessioné, sufficit ꝙ se opponentes plurales sint:
vt est tex. not. hic. Et ita duobus concurrentibus videtur text.
hic procedere, vbi tractatur de acquisitióe possessionis illi, qui
erat inuestitus: ⁊ quando opponentes sunt in eodem crimine.
Et hoc modo videtur tex. generaliter procedere, prout loqui-
tur, etiam si nomine ecclesie agatur, per supra dicta. ¶ In ead.
glo. ibi: c. tue. Dic ꝙ quandoque conceditur ꝙ quis per alium
consequitur, quod a se ipso habere non potest l. Aristo. in fi. ff.
que res pigno. cum simili. alleg. ibi in gl. ¶ In ea. gl. ibi: aut ele-
gerunt alios, vel electi sunt ab illis. Sed dic ꝙ arg. hoc non va
let: quia forte a Papa promoti fuerunt, vt etiam Inn. hic di-
3 cit. ¶ † In fine gl. residet gl. in oppo. Vincen. ex qua due conclu
siones colliguntur. Prima, ꝙ plurales proprio nomine se op-
ponentes non admittuntur. Et ita tex. hic intelligitur. Et fa-
cit, quia cum tex. simpliciter loquatur de pluribus se opponen
tibus, videtur ꝙ in dubio intelligatur nomine proprio l. et ma-
gis. ff. de solu. Nec obstat si dicatur, ex quo illicitum erat habere
plura beneficia, licet plurales non deberét admitti, iudex tamé
ex officio debuisset istum repellere, iuxta notata per Innocen.
in c. j. de offic. vica. cum similib. prout arguit Abb. dic: quia ipse
respondet ꝙ non constabat ꝙ pluralitas esset illicita: quia in
pluribus casibus permittitur habere plura beneficia: vt not. in
c. dudum, ij. de elect. Sed ista responsio nó satisfacit: quia ex quo
regulariter pluralitas reprobatur, ista regula attendit. Et res
certa dicitur pro regula, licet in aliquibus casibus non habeat
locum: vt no. Inn. in c. preterea. de dila. Barto. in l. quoties. ff. si
quis cau. cũ si. vt dixi in c. consuluit. j. de appel. Unde aliter re-
sponderi potest, ꝙ hic non constabat iudici de pluralitate, licet
oppositum fuisset. Uel secundo licet iudex possit, non tamen ne
cessitatur l. non quicquid. ff. de iudi. ⁊ no. Spec. in tit. de offi. iu-
4 di. §. competit. cum si. vt dixi in c. ad hec. iij. de appel. † Secunda
conclusio est, ꝙ plurales nomine ecclesie admitti debent: quia
tractatur de vtilitate ecclesie propter residentiam. Et ista con-
clusio comprobatur ex pluribus rationibus, quas reassumunt
Moder. hic. Est tamen aduertendum in vltima ratione, dũ di
cunt ꝙ malus zelus, qui consideratur in pluralibus se opponé
tibus, videtur esse respectu probationis, ne isti habeant coin-
quinare pbationes: que quidem ratio cessat in exceptione plu
ralitatis beneficiorũ, que consistit in iure. Sed considerandum
etiam ꝙ attenta tali ratione esset dicendum ꝙ etiam plurales
nomine proprio admitterentur: cuius contrarium gl. ⁊ Doct.
communiter tenent. Preterea licet pluralitas beneficiorum a
iure reprobetur, ⁊ talis reprobatio pendeat a iure: tamen illa
pluralitas debet probari, ⁊ quandoque testibus: quia collatio
beneficij etiaz testibus probari potest: vt no. per illum tex. Bal.
in c. ij. de resti. spol. Unde inherendum est talibus rationibus.
Nec obstat predicte conclusioni ꝙ Abb. dicit in quarta lect. hic
ꝙ criminosus non potest ecclesiam defendere, quando est in si-
mili crimine: quia hoc non est verum, vt probatur in c. dilecti. in
fra eo. vbi excommunicati comparentes pro ecclesia opponũt
electo excommunicationem, ⁊ admittuntur pro defensione ec-
clesie. Non obstat alia ratio Abb. ꝙ plurales repelluntur, quia
fecerunt contra legem, que damnat pluralitatem, ideo non de-
bent gaudere beneficio legis, c. quia frustra. de vsur. quia illa re
gula non attenditur, vbi agitur de interesse ecclesie. ca. dilecti.
Preterea, illa regula intelligitur circa idem. Secus est in di-
uersis casibus, prout agitur hic: vt not. per glo. in l. si duo. ff. de
dolo. ⁊ tradit Alex. in l. cum proponas. C. de pact. ⁊ per Domi.
in c. iij. de iureiur. ¶ Ultimo notandum est dictum Inn. hic, ꝙ
allegatur quod rescriptum consideratur secundum intentio-
nem concedentis[1]. Et hoc dictum Inno. refert, ⁊ sequitur Bal.
in l. rescripta. C. de precib. Impe. offe. cum si. vt tradunt Mod.
hic. Et idem And. Sic. consi. xiij. lib. ij. ⁊ consi. cxxiij. scripsit Ec
clesiastes. inter consilia Alex. lib. iiij. Et idem not. Bal. per illũ
textũ in l. ex facto. in iij. notab. ff. de vulga. ⁊ pupilla. Et ad hoc
sunt plura iura, que idem dicunt in c. ex multiplici. de decimis.
in c. delicto. de verborum significationi. in c. cum in illis. in prin
cip. de prebend. in vj. in c. secundo requiris. de appellatio. facit
tex. xxij. q. v. c. humane aures. in principio. ⁊ in cap. intelligentia
de verb. significationibus.

¶ Additiones.

1 ¶ Concedentis. Uide Dec. in consi. cxxxiij. in consi. cccxxvij. et
in consi. ccccix. ⁊ in l. non omnis. ff. si cer. peta. Siluest. Aldob.

1 ☞ Papa si respondet ad consultationem alicuius, an consti
tuat ius nouum.
2 Iudex an possit abbreuiare terminum a iure statutum.
3 Tunc, hec dictio denotat extremitatem temporis.
4 Terminus datus a iudice ad aliquid faciendum, an dicatur
peremptorius.
5 Emergentia de nouo, nouo indigent auxilio.
6 Iudex a quo possit assignare parti terminum ad proponendas ex
ceptiones peremptorias.
7 Iuramétum quod prestatur quod exceptiones dilatorie de no
uo peruenerint ad notitiam, an habeat locuz in exceptionibus
peremptorijs.
8 Quid in exceptionibus mistis, que opponuntur in vim dila-
torie.
9 Quid si exceptio superuenit post conclusionem factã in causa.
Quid in exceptione recusationis superueniente post conclusio
nem in causa.
10 Iudex, qui recusatur, an possit prefigere terminum ad propo-
nendas exceptiones dilatorias, vel peremptorias.
11 Exceptio incompetentie iudicis, an possit allegari post ter-
minum.
12 Exceptio contraria opponi potest post terminum.
13 Exceptiones contrarie quando opponi possint per reũ. 14. 15.
16 Exclusus ab exceptione proponenda propter lapsum termini,
non videtur exclusus ab actione proponenda.
17 Exceptio sicut admittitur orta post terminum, ita etiaz si oria
tur post litem contestatam. 18.
19 Exceptio iuris nouiter cogniti non potest opponi post termi-
num lapsum.
20 Terminus viginti dierum si datus sit ad deliberandum, an
reus comparens in termino possit petere alium terminum ad
dilatorias.
21 Et an terminus, de quo in isto c. possit prefigi de iure ciuili.
22 Reus an in causa appellationis excludatur, vt post terminum
non possit proponere dilatorias.
23 Iudex an post terminum assignatum possit proponere dilato-
rias in casibus, in quibus potest supplere de iure.
24 Et an reus possit post terminum declarare exceptionem.


Astoralis. Sũmatur, ⁊ diuiditur,
1 vt per Abb. hic. ¶ † No
ta primo ibi: inquisitioni. ⁊ ibi: decernimus. se-
cundum Abb. hic, ꝙ quãdoque Papa ad con
sultationem alicuius constituit ius nouũ. Et
videtur Abb. moueri: qr ver. decernimus, im-
portat noui iuris pmulgationé: vt p gl. in cle. p literas. in ver.
decernim⁹. de preb. in c. fi. de eta. ⁊ quali. in cle. ij. de appel. in cle.
ij. de rebus eccles. nó alie. Sed tñ istud fundamétũ nó videt tu-
tũ: qr etiã quãdoqꝫ verbũ, decernimus, nó importat ius nouũ, sꝫ
secundũ subiectã materiã accipitur. ca. decernimus. de iudi. vbi
Abb. ⁊ dixi ibi ad finem. ⁊ ita tex. hic intelligi potest: qr hoc ius
nouũ nó videtur, cũ iudex habeat potestaté generaliter abbre-
uiandi terminũ iuris: vt no. in l. ij. ff. de re iudi. in c. cũ sit Rom.
de app. ⁊ presertim in dilatorijs, in quibus agit de modico pre-
iudicio: arg. l. quoties. C. de preci. Impe. offe. Facit dictũ Inn.
in c. corã. de arbi. ꝙ Bal. refert, ⁊ sequitur in l. scio. ff. de in integ.
resti. Nisi dicamus ius esse nouũ, qr ita in specie non erat prius
determinatũ. Et retéta cóclusione Abb. dicit ipse ꝙ tale ius no
uũ nó venit in preiudiciũ cause pédentis. Sed hoc absurdũ vi-
detur: qr ille, qui cósuluit in casu pendenti voluit habere respõ
sum Pape, qd iuris esset in illo casu: ⁊ hoc modo nó esset illi sa
tisfactũ. Similiter dicit Abb. ꝙ ex isto no. limitatur gl. in c. có-
sultationi. de tépo. ordi. in c. ex tua. de filijs presby. Nã ibi habe-
a tur ꝙ qñ Papa rñdet ad cósultationé, [a] non inducitur ius de
nouo. Et no. Abb. in c. j. de dolo, ⁊ cótu. in c. cũ simus. in fi. de re-
gul. cũ si. vt tradũt Mod. hic. Sed Abb. nó declarat quomodo
ista limitatio pcedere queat: qr videtur manifesta cótrarietas.
Ideo ad declarationé predictorũ cósiderandũ est ꝙ cósultatio
potest fieri dupliciter. Primo in aliquo casu pendenti speciali
ter: ⁊ tunc responsio facta a summo pontifice in tali casu parti
culari ius nouum non inducit: vt per glo. in d. c. consultationi.
cum simi. quia natura noui iuris est, ꝙ tantum ad futuros ca-
sus referatur. c. fi. de consti. Secundo quandoque fit consultatio
non de casu pendenti, sed ad prouisionem pro futuris casibus:
⁊ tũc nouũ ius cóstituit. Et ita videtur loqui tex. hic: ⁊ tali casu
non fit preiudicium cause pendenti, prout Abbas hic. Et hoc

2 modo bene loquitur. ¶ †Secundo nota iudicem posse abbre-
1 uiare terminum a iure statutum. Et ita istũ tex. alleg. Barto. in l.ij. ff. de re iudi. Sed secundum Abbatem videtur probare contrarium: quia iudex videtur hoc facere ex noua concessione. Ad hoc responderi potest, vt dixi, quod noua sit concessio in isto casu speciali, in quo loquitur. Sed tamen etiam remoto isto text. idem dicendum fuisset, secundum regulam que habetur in d. l.ij. de regu. iu. Et istam regulam ipse Abbas tradit consi. gl. venio ad primum, lib. j. Et idem Rom. consi. ccccxcvij. diligenter. Et hoc maxime dicendum est in summo pontifice, qui etiam sine causa omnem terminum abbreuiare potest: vt no. Pet. de Ancharra. et sequitur Jmo. per illum text. in c. ex ore. de his, que fi. a ma. par. capit. De quo tamen dicendum est vt late
3 dixi in d. c. cum sit Romana. ¶ †Tertio nota ibi: tunc. q ista dictio, tunc, denotat extremitatem temporis: vt Abbas hic, et text. in l. iiij. §. fina. ff. de condi. et demonst. in l. in substitutione. in fi. ff. de vulg. et pup. in l. huiusmodi. de verbo. oblig. et in not. casu Petr. de Ancha. consi. cclvij. ex serie testamenti. Roma. consil. cxxxj. prima dubitatio. et consi. cxxxviij. noua superuenit. et di
4 xi consil. lxij. Et ex hoc Abbas hic infert quod †vbi terminus statuitur ad aliquid faciendum, terminus sit peremptorius. Sed ista illatio, quam Abbas facit, non videtur inferri generaliter, prout ipse loquitur: sed haberet locum quando dictio, tunc, apponitur secundum formam verborum, que hic apponitur. Quod tamen Abbas dicit de termino ad aliquid faciendũ verificari potest in termino dato ad probandum, qui peremptorius est: vt not. Barto. in l. j. C. de dila. cum simili. vt tradunt Moder. hic. Secus si detur terminus ad allegandum: quia nõ est peremptorius, vt not. Barto. in l. ij. C. quomodo, et quando
b iudex. et in d. l. j. C. de dila. Et de his late Alegand. et Mode. [b] in l. fi. ff. de ferijs. Et notandum est, quod illud, quod fit post terminum peremptorium, non valet: vt de probatione not. Bald. in l. ij. versi. decimotertio quero. C. de epi. aud. Contra tamen tenet Barto. in l. ij. versi. tertio quero. ff. de app. reci. Sed distingui potest q aut pars contra dicit: et dictum Bald. videtur procedere. Aut pars tacet, et valet probatio facta post terminum parte non contradicente: vt not. Bald. in l. peremptorias. ver. quero, si iudex. C. senten. rescin. facit quod no. Bald. in l. certi cõdictio. §. quoniam. in fi. ff. si cert. peta. cum si. vt dixi in cap. ij. de
5 probat. ¶ †Ultimo nota regulam q in exceptionibus, de quibus. j. videbimus, colligitur illud vulgatum, q ea, que de nouo emergunt, nouo indigent auxilio l. de etate. §. ex causa. ff. de interd. act. facit tex. in c. insinuante. de offi. deleg. in c. ceterũ. de iura. calum. et glo. ibi, et quod not. Bald. post Cyn. quem ibi refert consuluisse, in l. inuitus. C. de procur. cum similib. vt late Rom. in l. si vero. §. de viro. ff. solut. matr. Et in text. hic aduertendum est: quia de iuramento solum dicitur, in probando notitiam superuenisse: ideo in probando exceptionem dilatoriam ortã fuisse post terminum, non sufficeret iuramentum, vt Im. dicit post Paul. in cle. constitutionem. de elect. Et rationem Jmo. adducit, quia quod notitia superuenerit in animo consistit: et illud, q dependet ab animo, probatur per iuramentum: vt per glos. in §. alie. Instit. de actio. et in cap. significasti. j. de homi. Sed tamẽ videtur q etiam probari possit per iuramentum, ortam fuisse exceptionem dilatoriam post terminum: quia agitur de modico preiudicio: quo casu admittitur probatio per iuramentum: vt not. Bart. in l. si quis a liberis. §. si quis ex his. ff. de lib. agno. Abbas in c. quosdam. de presumpt. Et quia hoc videtur fauorabile: quia res ad terminos iuris communis reducitur, iuxta glos. not. in cap. statutum. in versi. numerandum. de prebend. in vj. ¶ †In glos. j. Abb. late insistit: denique concludit q etiã ex causa hic textus habeat locum in peremptorijs. Et idem tenet Barto. in l. ij. ff. de re iudica. Angel. in l. peremptorias. C. sentẽ. rescin. cum simil. vt tradunt Moder. hic. Et causa ideo requiritur, quia beneficium iuris non est alicui sine causa auferendũ vt in reg. indultum. in vj. Et hac ratione dicunt Jmo. et Moder. hic, quod etiam in dilatorijs, causa requiritur. Sed aduertendum est, quia si textus iste nouam continet dispositionem, vt Abbas dicit, non videtur quod hoc statutum in dilatorijs habeat locum in peremptorijs: quia verba non conueniunt: et quia cũ textus loquatur precise de dilatorijs, videtur secus esse in peremptorijs: quia vnius inclusio, alterius exclusio videtur. capitulo, nonne. de presumpt. l. cum pretor. ff. de iudic. Et quia in dilatorijs agitur de minori preiudicio, ideo non videtur dicendum quod iste textus extendatur ad peremptorias, in quibus de maiori preiudicio tractatur. Conclusio Abb. et Docto. verificari potest per alia iura: quia, vt Bartol. concludit in dicta l. ij. de re iudicata. quelibet dilatio data a iure, ex causa abbreuiari potest: et notat Abbas in capitulo, cum sit Romana. de appellationib. cum similibus, vt ibi late dixi. Et cum causa requiratur, consilium est, quod exprimatur: vt no. Innocen. in capitulo, ad petitionem. de accus. cum similib. vt tradit Alexã. in d. l. ij. et not. Abb. in c. j. de dila. Et quod dicunt Jmo. et Moder. hic, quod etiam in dilatorijs causa requiratur, pro dicto eorum facit text. hic, qui videtur fundari in causa, et ratione, ibi: quoniam malitiose nonnunquam, etc. Sed tamen considerandum est q ista ratio, que in textu allegatur, respicit summum pontificem, qui hoc statuit dando arbitrium et potestatem iudici. In ipso vero iudice non dicitur quod causa requiratur: nam cum pro iudice presumatur. ca. in presentia. de renunntia. et text. hic simpliciter loquatur, et agatur de leui preiudicio, et quia semper causa subesse videtur, vt lites abbreuientur, non videtur quod alia causa extrinsecus requiratur. Et hoc aperte videtur sentire Abb. hic, dum inquit, q in perẽptorijs causa
7 requiritur: quia de maiori preiudicio tractatur. †An autem q dicitur hic de iuramento, quo mediante probatur q notitia superuenerit post terminum, habeat locum in peremptorijs: Cõpost. in c. quod sicut. de elect. tenet q non: quia ista constitutio in hoc videtur exorbitans, et non debet extendi. Contrarium tenet Abb. hic: quia ex quo textus habet locum in peremptorijs, quo ad regulam, etiam videtur habere locũ in exceptionibus seu limitationibus regule, in quibus equitas versatur. Et certe ista ratio equa videtur: quia si dicimus q iste tex. specialiter prout loquitur, habeat locum in peremptorijs respectu regule idem necessario dicendum est in exceptionibus, que ad regulã referuntur: et ab ipsa regula separari non possunt. Sed tenendo q ista constitutio specialis non habeat locum in peremptorijs, vt s. dixi, argumentum retorquetur, vt pariter nõ habeat locum in exceptionibus, seu limitationibus ipsius constitutionis. Et contra Compost. etiam tenent Jmo. et Mod. hic, et idẽ Jmo. in capitulo, cum M. de consti. quia in dilatorijs post terminum videtur parti ius quesitum: et contrario non obstante, statur iuramento q superuenit notitia: ergo idem videtur in peremptorijs. Sed hic modus arguendi non placet: quia licet tollatur ius quesitum in dilatorijs, non ita videtur dicendum in peremptorijs, in quibus agitur de maiori preiudicio: argu. l. quoties. C. de preci. Imp. offe. Nã hoc in effectu esset argum. de minori ad maius, quod affirmatiue non valet: vt not. in cap. cum in cunctis. de elect. Reformari tamen argumentum potest, vt dicamus q post terminum in dilatorijs nõ sit parti ius quesitum contra reum, qui ignorauit, quia terminus, qui prefigitur a iudice ad proponendũ dilatorias, restringitur vt nõ habeat locum contra ignorantem: arg. c. fi. j. qui mat. accus. pos. Et ista ratio, q non sit ius quesitum contra reum, qui ignorauit, ita militat in perẽptorijs, sicut in dilatorijs. Et phac op. cõtra Cõpost. bene facit tex. in d. c. fi. qui mat. acc. pos. et in c. vt circa. de elec. in vj. circa fi. et in c. nulli. e. tit. et li. Non obstat q ista constitutio sit exorbitans, dum loquitur de iuramento, vt Compost. dicit: quia respondet Jmo. hic, hoc non esse verum: quia secundũ regulam procedit, que est, quod in depẽdentibus ab animo statur iuramento: vt per glo. in ca. significasti. j. de homic. Uel magis specialiter responderi potest quia text. iste exorbitãs videtur in dicto principali: quia est contra regulam, que permittit opponere dilatorias exceptiones vsque ad litis contestationẽ in c. inter. de re iudi. Non sic videtur in exceptionibus, que causam reducunt ad terminos iuris communis: quo casu dispositio fauorabilis videtur: vt per glo. in c. statutum. verbo, numerandum. de preben. in vj. Et quod dicitur hic, stari iuramento in probando notitiam superuenisse, limitatur secundũ Abb. hic post Paul. in d. clemen. constitutionem. de elec. non habere locum, quando esset presumptio scientie, vt quia erat publice notum in loco, vel de facto proprio agebatur: quia tunc non esset standum iuramento. Et idem tradit Card. in d. cle. constitutionem. §. ceterum. in vij. questione. Et ad hoc etiam Moder. allegant Oldr. consi. iij. et ita resident. Adde Domi. in ca. cos, qui. de tempo. ordi. in vj. Et ad hoc est glos. in ca. proposuisti. in versiculo, non probatur. lxxxij. distin. et in d. c. nulli. de elect. in vj. in verbo, verisimile. et not. Ro. consi. cccclxxxj. presentio. et est dictũ Barto. in l. inter omnes. §. recte. ff. de furtis. et sequitur Alexan. consi. lxxj. videretur. lib. j. Et facit quod not. Bal. in l. j. C. de collu. detex. vbi inquit quod in casibus, in quibus statur iuramento, intelligitur, nisi conditio, et qualitas persone, aliud suaderet et sequitur Andre. Siculus consi. xxvj. lib. ij. Ulterius tamen in casu isto aduertendum est, quia cum in isto casu in exceptionibus dilatorijs agatur de leui preiudicio, videtur standum iuramento, etiam dato quod contra iurantem esset presumptio, ex eo quod not. dicit Abb. in cap. quosdam. de presum. in fi. imo q plus est, videtur generaliter dicendum q standum sit iuramẽto, non obstante presumptione scientie, que sit in contrarium: quia si non sit presumptio scientie, ignorantia presumitur l. verius

rius.de probatio.ꝛ in reg. presumitur. in vj.ꝛ tali casu iuramentum parum operaretur. Ideo Abbas in c.fin.in glos.pen.§.qui mat.accus. post.concludit quod si magna sit presumptio scientie,quod iuramentum tunc nõ admittitur.Et ita videtur procedere conclusio doctoꝝ.hic. Secus si presumptio leuis sit:quia tunc purgatur per iuramentum. Et in effectu hoc totum videtur esse in arbitio iudicis:vt Abb.hic dicit:ꝛ in c.ij.de constitu
8 tionib.† Quid autem de exceptionibus mistis,id est,de peremptorijs,que in vim dilatorie opponuntur.Conclusio est,secundum Abbatem,quod terminus statutus a iudice exceptionibus dilatorijs, tales peremptorias non excludat:ꝛ Moderni sequuntur allegando Baldum in l. ab executione. versiculo, sed dubitatur. C. quorum appellatio.ꝛ quia sub casibus simplicibus casus mistus non comprehendatur: vt nota.in l.ij.in princip.de verbo.obliga.facit text.in l.hoc legatum.ꝛ quod ibi Bar.ff.de leg.iij.Opinio tamen aliorum,quos Abb.hic refert, ꝛ dicit habere equitatem,mihi magis placet: quia cum proponantur in vim dilatorie, regulari debent secundum naturam dilatorie: quia surrogatum assumit naturam eius, ꝛc.l.si eum. §.qui iniuriarum.ff.si quis cau.c.ecclesia.j.§.vt lite pend.ꝛ quia non conuenit quod plus iuris habeant dilatorie accidentales, quam naturales. Et hoc comprobatur: quia tales peremptorias post litem contestatam non possunt opponi tanquam dilatorie, vt Doct. hic dicunt:sed solum tanquam peremptorie simpliciter admittuntur.Unde illud,quod dicitur de litis contestatione,idem dicendum est de termino prefixo a iudice:quia in effectu surrogatur in locum litis contestationis: quia terminus ab homine statutus surrogatur in locum termini iuris: vt not.Inn.in c.ex ratione,de appel. Non obstat quod licet opponantur in vim dilatorie, peremptorie tamen sunt: quia verum est:ꝛ isto respectu poterunt post litem contestatam opponi:ꝛ ita non tolluntur. Sed quatenus opponuntur in vim dilatorie ante litem contestatam, non debent habere plus iuris, quam alie,que proprie,ꝛ naturaliter sunt dilatorie.Non obstat quod sub simplicibus non venit casus mistus, quia verum est, quando non est eadem ratio. Secus est, subsistente eadem ratione:vt not. Pau.de Cast.in l.serui electione.§.j.de leg.j.dum allegat l.si quis seruos suos.de leg.iij. Successiue quod hic dicitur de exceptione orta post terminum, que opponi potest, Abb.hic concludit non habere locum,si superuenit postquam in causa conclusum sit:per tex.in c. cum dilectus.de fide instru. ꝛ in c.auditis. de procur. Et ad hoc Mod.allegant. c.auditis. de restit. in integ.ibi: iure speciali. ergo secus videtur de iure communi. ꝛ idem Roma. in l.si vero. §. de viro.in l.j. fallen.ff. solu.matr.allegando plura similia vltra ea, que dicunt Mod. in d.c.cum dilectus.ꝛ in c. insinuante.in v.fallen.de offic.deleg.
9 †Limitatur tamen ista conclusio vt non procedat in recusatione suspecti iudicis,quia admittitur licet orta sit post conclusionem in causa: vt voluit Imo.in c.iudex.de offic.deleg. in vj. ꝛ refert ibi Domi.circa finem per text.in c.insinuante. de offic. deleg.ꝛ Mod. hic sequuntur, ꝛ dicunt non obstare vnam rationem, quam Rom. in contrarium adducit in l. cum mulier. ff.sol. mat.dum inquit quod post conclusionem in causa res notoria dicitur:quia acta faciunt notorium: vt per gl.in c.significauerunt.de testi.ꝛ in notorio recusatio cessat.cap.proposuit.de appell.quia Moder. respondent quod text. in d.c. proposuit. procedit in causa criminali, prout loquitur: sed in ciuili causa non sequitur quod cesset recusatio. Sed ista responsio Mod. non videtur tollere argum. quia quod acta faciunt notorium, hoc etiam habet locum in causa ciuili: quia notorium absolute dicitur id, quod ex actis colligitur: vt est dictum Innoc. in c. ex insinuatione.de appellat.cum simil. vt late dixi ibi. ꝛ text. in dicto c. proposuit. dum reijcit recusationem in facto notorio, videtur generaliter habere locum, per rationem, que generalis est: sicut etiam in notorijs appellatio tollitur.c.consuluit.j. c.cum speciali.§.porro. de app. Et sic idem videtur quantum ad hoc in causa ciuili,quod in causa criminali.facit text.in l.omnem.ff.de iud. Aliter tamen ad arg. Rom.responderi potest quod proprie acta non faciunt notorium: ideo in materia stricta appellatione notorij, de actis non intelligitur: vt not.dicit Abbas in c.dudum.j.de elect.in casu isto stricta videtur materia, dum tollitur recusatio, que de iure naturali videtur. c. secundo requiris.de app. Et retenta ista conclusione quod exceptio recusationis orta post conclusionem in causa, opponi possit, idem probabiliter dicendum videtur generaliter in terminis huius decretalis: nec contrarium videtur bene probari in locis supra alleg. Nam text.hic,ꝛ in d.c.insinuante.ꝛ similia iura,que admittũt post terminum exceptiones ortas de nouo, videntur magis specialia: ideo debent alijs regulis generalibus derogare:quia generi per speciem derogatur.regula, generi.in vj.ꝛ ideo non videtur obstare tex.in d.c.cum dilectus.de fide instr. dum ibi regulariter dicitur quod non recipiuntur probationes post conclusionem in causa: quia intelligitur de illis, in quibus parti imputari potest, si non probauit. Secus videtur quando post terminum superuenit:vt hic,cum si. quia tunc parti imputari non potest.Non obstat tex.in d.c.auditis. de proc.quia reuocatio mandati,que ibi superuenit postquam erat conclusum in causa, non attenditur: quia procurator ibi erat iam functus officio suo. Non obstat tex.in d.c.auditis. de rest.in integ.quia ibi iure speciali conceditur restitutio,non iure communi:quia propter negligentiam omisse fuerunt probationes, vt expresse ibi dicitur: ꝛ tali casu succurritur ecclesie, ꝛ minoribus,non maioribus.Secus in casu nostro videtur,quãdo exceptio orta est de nouo:quia excusari videtur:ideo admittitur non obstante termino, vt hic dicitur: ergo pariter debet admitti, non obstante cõclusione in causa:ꝛ quia si succurritur minoribus, quando culpa potest imputari, vt non obstet conclusio in causa, pariter succurrendum videtur maioribus,quibus nihil imputari potest,saltem per restitutionem in integrũ ex generali clausula, si qua mihi iusta causa videbitur: vt in l.j.
10 ꝛ per totum.ff.ex quib.cau.maio. ¶ † In gl.ij.Abb.querit an iudex, qui recusatur, possit talem terminum prefigere.Et ipse contra communem opin. concludit quod non:quia non potest in causa principali procedere prius, quam discutiatur de ipsa recusatione. c. cum speciali. in princ.de app. ꝛ in c. suspicionis. de offi.deleg.vt latius per eum hic. Mod.hic communem opi. sequuntur:quia stante dubio an sit iudex, non videtur suspensa iurisdictio.c.super literis.de rescript.Et quia si esset suspensa eius iurisdictio,non assignaret terminum arbitrio: vt dicitur in c.legitima.de app.in vj.Sed opi.Abb.de iure verior videtur:quia,vt ipse dicit,in causa principali est suspensa iurisdictio.Non obstat tex.in c.super literis.ꝛ in d.c.legitima.quia nõ loquuntur in causa principali, sed respectu exceptionis incidenter opposite,que non tangit causam principalem. Nam in tali exceptione retinet iurisdictionem,vt illa facilius expediatur.Sic etiam est in iudice,a quo appellatur,cuius iurisdictio suspensa est in causa principali,ꝛ tamen retinet iurisdictionem vt causa appellationis facilius expediatur. c. cum teneamur.
11 de app.c.ij.de mat.contr.cõtra interdic.eccl. † An autem post terminum,de quo text.hic loquitur,opponi possit de incompetentia iudicis.Ab.late insistit.Et ex eius dictis due conclusiones principaliter colliguntur. Prima, quod si talis sit iudex, cuius iurisdictio prorogari possit, post terminum incompetentia allegari non potest per rationes,quas Abb.inducit.Et vlterius comprobatur ista conclusio, quia acceptãdo terminũ reus ad proponendum exceptiones dilatorias videtur tacite consentire. c.quod ad consultationem.de re iud.l.ad solutionẽ. C.de re iud. Et in prorogatione iurisdictionis etiam tacitus consensus sufficit:vt no.Inn.in c.cum venissent.de restit. in integ. Bart.in l.j.in fi.ff.de iud. Ang.in cons.clxij. sententia lata. Et ad hoc etiam facit,quia per actum, qui fit citra litis contestationem,iurisdictio prorogatur. l. sed ꝛ si susceperit. in princ. ff.de iud.vbi Ang.ꝛ no.Bart.in l. quidam consulebant. ff.de re iud.cum si.vt tradit ibi Alex.ꝛ dixi in c.j.de iud. in prima lect. Et ista conclusio ampliatur, vt habeat locum etiã in termino statuto omnibus dilatorijs,prout tex.hic loquitur: quia declinatorie includuntur,quia dilatorie sunt. c.inter monasterium. de re iud.Et ita Abb.concludit contra Ant.de But.ꝛ Mod. sequuntur. Sed adde ꝙ in contrarium videtur id, quod ipse Ab.tradit in c.quoniam contra.in gl.in verbo, exceptiones,de prob.vbi per illũ text.dicit ꝙ recusatio proprie non dicitur exceptio: quia ibi tanquam diuersa ponuntur. Pro responsione videndum est quod ibi dixi:ꝛ gratia breuitatis nõ transcribo. Et pro opi. Abb.hic,facit,quia iudex, qui prefigit terminũ in dilatorijs,vtitur iurisdictiõe in causa principali,vt s. dictũ est: ergo videtur cogitare ꝙ prius declinatorie opponantur, que premitti debent,vt in gl.sequenti habetur:ꝛ pars,que terminũ acceptauit,vt s.dixi,videtur in iudicem consentire.Et ista ratio militat etiam in declinatorijs. Et ita etiam tenet Spec. in tit.de dilatio.§.nunc videamus. vers.sed nunquid. Et ad text. in cle.j.eo.tit.Abb.respondet. Uel aliter responderi potest, ꝙ id,quod ibi dicitur de declinatorijs, potest dici etiam de dilatorijs,declarando vt dixi in d.c. quoniam contra.de prob. Secundo predicta conclusio ampliatur, vt habeat locum etiam in domino, qui patiatur procuratorem eius talem terminum acceptare,ex eo quod no.Imo.in c.j.ꝛ antep.ver.item adde.de iud. vbi contra Ant. de But.tenet ꝙ si dominus patitur eius procuratorẽ coram incõpetenti litigare, videtur iurisdictionẽ prorogare.Et sequitur Alex.in d.l.quidam consulebant.Et reperio quod Abb.idem tradit cons.lxj.in causa, ꝛ questione.li.j.

Ipse autem procurator immediate nõ potest hoc facere: quia
c speciale[c] mandatum requiritur in prorogatione iurisdictio-
nis: vt not. Inno. in c. de causis. de offi. deleg. Rom. consi. xlviij.
inspectis. Nisi dicamus illud esse verũ in prorogatione expres-
d sa: secus videtur in tacita[d]: quia procurator omittendo, domi
no preiudicare potest: vt notat Bal. in c. cum olim. circa fi. ver.
vnum scias. de offi. deleg. Secunda conclusio Abbat. est, quod
si talis sit iudex, cuius iurisdictio prorogari non potest, non
obstante lapsu termini, et etiam post sententiam, de tali incom-
petentia opponi potest: quia taciturnitas mera nihil nocet: vt
Abb. hic dicit, per glos. in clem. j. de sequestr. poss. et fru. et notat
Bald. in l. si quis filio. §. quod quis. ff. de iniust. rup. et in l. exce-
ptionem. circa fi. ver. sed pone. C. eod. tit. cum simili. vt tradunt
Moder. hic, qui late insistunt. et in rub. s. de foro comp. et prius
Alexand. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de ope. no. nuncia. Pe-
trus. in d. c. dilecta. in iij. q. versi. sexto limita. de app. Sed quan-
tum ad propositum aduertendũ est: quia illa ratio, quam Abb.
adducit, quod taciturnitas partis in tali casu non nocet, non
videtur bene adaptari: quia hic non agit de taciturnitate par
tis simpliciter, sed cum taciturnitate etiam dispositio iuris cõ-
currit. quia iura dicunt quod declinatoria post litem contesta-
e tam[e] opponi non potest. c. inter monasterium. de re iud. l. si. C.
de except. Unde licet iurisdictio a parte prorogari non possit,
tamen iuris authoritate hoc fieri potest: sicut videmus quod
prelatus non potest ecclesie preiudicare: quia non est dominus
sed procurator bonorum ecclesie. c. ij. de don. et tamen preiudi-
cat in prescriptione tacendo. c. veniens. de prescr. quia cum ta-
citurnitate prelati adminiculum iuris concurrit. Et idem pa-
tet in sententia in causa criminali, que transit in rem iudicatã,
si quis nõ appellauit intra decem dies. l. diui fratres. vbi Bart.
ff. de pen. l. j. §. fi. ff. de quest. et tamen non potest quis renuntiare
defensionibus suis: quia non est dominus membrorum suorũ.
l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. c. contingit. de sent. excomm. facit
quod not. in l. j. C. qui admitti. cum si. vt ibi dixi. Unde in pro-
posito videtur, quod licet pars iurisdictionem prorogare non
possit, si tamen authoritate iuris excludentis declinatoriam,
prorogatio fieri potest, deberet habere locũ prorogatio, prout
esset in litis contestatione qui est terminus iuris exclusiuus ex-
ceptionis declinatorie: et idem in termino, de quo agitur hic:
quia iuris authoritate hic a iudice prefigitur. Sed quando
etiam dispositio legis non posset habilitare iudicem incom-
petentem, vt in litis contestatione facit contra clericum co-
ram seculari, conclusio Abb. hic procederet. ¶ In gloss. ij.
ibi: illam primo debet proponere. Et hoc not. Bart. in l. non
videtur. la ij. ff. de iud. in l. quidam consulebant. ff. de re iudica.
Adde tamen quod si quis simul proponat exceptiones dilato-
rias, et vltimo loco ponatur exceptio declinatoria, que in pri-
mis proponi debuit, non attenditur ordo scripture: sed secun-
dum ordinem intellectus declinatoria contra iudicem prius
proposita intelligitur: vt Bart. in d. l. quidam consulebant. ver
sicu. sed quid si simul. Et idem not. Bal. in l. exceptionem. C. de
probatio. cum simil. vt tradit Alex. in d. l. quidam consulebant.
et Aretin. c. j. de accusa. facit text. in l. nec enim. ff. de solu. ¶ In
ea. glo. ibi: sufficit dicere in genere. Nota gl. secundum Imol. et
Moder. hic quod generalis exceptio non prodest, sed specifica
ri debet. et Bar. in l. j. in ij. q. ff. de exceptio. Bald. in l. scire opor-
tet. §. sufficit. ff. de excus. tuto. cum simi. vt per Mod. hic. et prius
Alex. in l. Titie textores. de leg. j. Sed tamẽ aduertendum est:
quia glos. hic, non videtur absolute dicere hoc: quia mouetur
vna ratione particulari, que respicit specialiter istum tex. dum
inquit glos. quod delusoria videretur dispositio huius decret.
si reus generaliter posset opponere exceptiones. In se bene ve
rum est quod non sufficit opponere exceptionem generaliter,
vt dictum est: et hoc intelligitur, quando a parte opponitur: a-
lias secus, vt not. Angel. in d. l. j. ff. de exception. cum similib. vt
Alex. scribit in d. l. Titie textores. Dicunt tamen Moder. hic,
quod etiam post terminum opponi poterit de inefficacia ta-
lis clausule generalis: arg. l. sicut. §. non videtur. quib. mod. pig.
vel hyp. sol. Sed hoc non videtur verum: quia si generalis ex-
ceptio, parte non opponente, admittitur, vt docto. dicunt in
locis supra allegatis, post terminum non videtur quod oppo-
ni possit de inefficacia clausule generalis, vt excipiens repella
tur: quia hoc ante litis contestationem, vel ante terminum ela
psum opponi debet: vt notat Bald. in l. exceptionem. versicu.
deinde dico. C. de probatio. Alexan. in l. j. in princip. ff. de eden-
do. Bene verum est, quod post terminum opponi potest, vt il-
la generalitas declaretur: quia licet generalis libellus admit-
tatur parte non opponente, hoc intelligitur dummodo colli-
gatur quid actor velit: vt not. Barto. in tract. ad reprimẽdum.
in ver. figura. et facit quod notat Bartol. in l. j. §. si quis argen-
tum. ff. depo. si. cum simil. vt Alexand. ibi in addit. Et quod di-
ctum est de exceptione generali, intelligendum videtur, quan-
do generaliter quis opponeret exceptiones sibi competentes.
Secus videtur, si facta fuerit relatio ad aliquam scripturam:
quia tunc videtur procedere: prout dicitur de illo, qui produ-
cit generaliter omnia iura, que habet in sacculo: vt not. Bart.
in l. accipienti. ff. de autho. tuto. Roma. in sing. cccx. hesitatum
fuit. cum simil. vt tradunt Mod. in c. imputari. in fi. de fide in-
strum. Ultimo dicunt Mod. in hac gl. hic, quod clausula gene
ralis, in qua generaliter exceptiones competentes opponun-
tur, operatur vt excipiens non videatur adstringere se ad pro
bandum: vt not. Bal. in d. l. scire oportet. §. sufficit. et in d. l. Ti-
tie textores. vbi Alex. de lega. j. Quod dicunt Moder. notan-
dum esse ad notata in c. licet causam. de proba. vt ille, qui alle-
gat falsitatem cum qualitate corruptionis, non adstringatur
ad probandum illam qualitatem corruptionis, si talis clausu-
la generalis apposita sit, quia equipollet clausule, non tamen
se adstringens: et, vt dicunt Mod. hic. Sed aduertendum est:
quia Bald. in locis preallegatis loquitur, quando quis oppo-
suit aliquas exceptiones particulares, addita generali clausu-
la: nam per illam generalem clausulam non videtur se adstrin
gere ad specificatas. Sed per hoc inferri non videtur quod
qualitas exceptionis proposite probari nõ debeat: vt etiam di-
12 xi in c. licet causam. de probatio. ¶ † In glo. audiantur. ibi: sed
in contrarijs secus. not. glos. quod exceptio contraria opponi
potest post terminum, cum simi. vt Abbas hic dicit. Nam dum
vnum contrarium ventilatur, non currit tempus in alio: vt
Bal. in l. j. C. qui accusa. cum simi. vt tradunt Moder. hic. Sed
glo. ista reprehenditur per Anto. de But. hic, et Cardin. Imo.
Abb. et Moder. sequuntur: quia licet contrarie sint exceptio-
nes, potuit reus conditionaliter vnam post alteram oppone-
re. Et hoc modo erit facta propositio in termino, prout hic re-
quiritur. Sed tamen glo. saluari potest: quia cum exceptiones
contrarie sint, et vna post aliam probari debeat, in eodem ter-
mino comprehendi nequeunt: quia idem terminus statui non
debet ad plures actus, qui eodem tempore expediri nequeunt:
vt not. per glos. in clem. sepe. in verbo, post dationem. de verb.
significa. et not. Bart. in l. ij. in fi. ff. de re iudic. cum simil. vt tra-
dit ibi Alexan. In se bene verum est quod contraria a reo con
ditionaliter opponi possunt: vt not. per glo. in l. si quidem. vbi
Bald. Ang. et Sali. C. de exceptio. Dyn. post glo. in reg. nullus.
de reg. iur. in vj. Bald. in l. j. C. de furt. Ant. de But. et Imo. in c.
imputari. de fide instrum. Et in hoc docto. omnes conueniunt
Unde procedit libellus: dico sententiam nullam, et si qua est, ap
pello: vt not. per gloss. vbi Barto. et docto. in l. j. C. quando pro-
uoca. non est neces. et idem Bar. in l. si expressim. in iij. q. de app.
13 cum simil. vt dixi in c. dilecto. de appella. ¶ † Quando autem
reus vti possit cõtrarijs exceptionibus, distinctio Bart. quam
Abb. hic refert, communiter approbatur: ex cuius dictis tres
conclusiones colliguntur. Prima est, quod quando in eadem
exceptione resultat contrarietas, reus repellitur. l. ij. versic. sed
si alius. ff. quãdo appel. sit. Et idem esset in pluribus exceptio-
nibus, que essent contrarie, et in facto incompatibiles, vt quia
opponit reus de pacto de non petendo facto certa die in hac
ciuitate Papie, et de solutione facta eodem die Rome: vt not.
f Rapha. Cuma. et Mod[f]. sequuntur in l. nemo. in fine. ff. de ex-
cept. argum. l. scripture. C. de fide instrum. et facit quod no. An-
gel. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. in repe. versi. vlterius iu
xta predicta quero. ff. de pactis. vbi inquit quod remota nulli-
tate non videtur tolli nullitas, que habet in se contrarietatem.
Allegat l. vbi repugnantia. de regu. iur. Et prohibita reproba
tione testium non excluditur reprobatio, que insurgit ex con-
3 trarietate ipsorum testium[3]: vt notat Domin. in c. ij. §. fina. de
testi. in vj. Et hoc etiam habet locum in rustico, qui ab ipsa con
trarietate non excusatur: vt notat Bald. in l. scripture. C. de fi-
de instrumen. Et quilibet actus est nullus, vbi contrarietas re
14 peritur: vt notat Aretin. consilio vij. procedendum est. † Se-
cunda conclusio est, quod si contrarietas resultat ex diuersis
exceptionibus, ipsi excipienti, onus probandi vtraque incum-
bit, et volens simul vtranque proponere admittitur. c. auditis.
c. cum olim. de prescript. Et huius conclusionis ratio videtur:
quia reus, qui plures contrarias exceptiones proponit, vide-
tur illas in dubio disiunctiue opponere: vt notat Innocen. in
c. auditis. de prescriptio. et ibi Abb. versiculo, opponitur tertio.
quo casu, vt supra dictum est a reo contraria conditionaliter
opponi possunt. Et pro ista conclusione facit quod notat Bar
tolus in l. j. in ij. oppositio. C. de falsa causa adiec. lega. vbi in-
quit quod reus, qui conuenitur, opponere potest quod soluit,
et quod sit liberatus in testamento. Facit quod notat Abbas
in c. cum olim. ij. de priuileg. cum simili. vt tradunt Mod. in c.
in nostra.

15 in nostra.de rescriptis.⁊ dixi in c.bone.de appel. † Tertia con-
clusio est, quod si onus probandi primam exceptionem actori
incumbit,⁊ successiue aliam cõtrariam reo, vt quia negat reus
pecuniam numeratam,⁊ etiam dicit se soluisse,tunc simul pro-
poni nequeunt,secundum Bartol.in d.l.nemo. vbi allegat tex.
in d.l.cum de indebito.⁊ Moder. hic simpliciter sequuntur, ⁊
Perus.in reg.nullus.in vj. Sed aduertendum est,quia in ista
conclusione Bar.allegat text.in d.l.cum de indebito.qui vide-
tur probare contrarium,prout Bartol.ipse illum text.inducit
contra Dy.in d.l.nemo.ff.de exceptio. Sed responderi potest
quod Bartol.in hac tertia questione loquitur de propositione,
dum inquit,quod simul proponi non possunt. Non autem ne-
gat,quin successiue proponi,⁊ probari possint.Ulterius tamen
instari potest: quia sicut successiue opponi, ⁊ probari possunt,
ita videtur quod simul proponi possint:quia, vt supra dictum
est,contrarie exceptiones,que proponuntur, in dubio disiun-
ctiue proposite videntur,secundum Innocen. in d.ca.auditis.
Preterea,differentia quam facit Barto.an reus vtranque ex-
ceptionem probare teneatur,vel vnam,non videtur habere ra
tionem diuersitatis:quia si reus opponit exceptionem priuile
gij,⁊ prescriptionis,vt in d.c.auditis, ipse reus probat vtran-
que:quia actor habet fundatam intentionem de iure commu-
ni.d.c.auditis.Et ita hoc procedit secundum regulas iuris cõ
munis.Et eodem modo, quando reus negat quod petitur, ⁊
etiam dicit se soluisse:reus secundum regulas iuris non tene-
tur probare negatiuam.l.actor.C.de proba.Ideo actori incum
bit onus probandi,secũdum regulas iuris: ⁊ propter hoc non
debet magis repelli in isto casu reus,quam in alio:quia negãs
regulariter non punitur, nisi in quibusdam casibus expressis
specialiter in iure,authen.contra qui propriam. de non nume.
pecu.l.fina.ff.de rei vend.cum simil. Ideo quod fit lege permit
tente,penam non meretur.l.Gracchus.C.de adult.Unde sicut
in casu precedenti cõtraria proponi possunt,ita videtur in isto
casu:quia vtroque casu videtur eadem contrarietas,que exci-
piendo admittitur. Et ex his infertur quod inquisitus de ho-
micidio licet negauerit,postea tamen conuictus non prohibe-
tur allegare quod ad eius defensionem fecit:vt notat Bal.in l.
cum de indebito.ff.de proba.⁊ in authen.contra qui propriam.
C.de non nume.pecu.cum simi.vt tradunt Moder.hic:⁊ idem
Bal.in l.iubemus.C.de appell.⁊ in d.reg.nullus.in vj. Abb.in
c.fina.per illum tex.de solu.Ange. in l.si quidem.versi.quid er-
go dices.C.de exceptio.⁊ not.Petr.de Perus.in c.fina.de cog.
spi.Et ista videtur communis opin.vt dicunt Mod.in d.l.ne-
mo.in fi.⁊ facit quod no.Bar.in d.l.j. C.de fal.causa. Imo.in l.
16 Titie si nupserit.ff.de condi.⁊ demonstr. ¶ † In ea glos.ibi:
sed actio non perditur. nota quod exclusus vt post terminum
statutum exceptionem opponere non possit, non videtur ex-
clusus, quo minus agere possit.Ita Abb. hic declarat. Et ad
hoc facit,quia terminus hic statuitur limitate ad excipiẽdum,
ideo limitate intelligitur, vt excludatur solum a iure excipien
di,non autem a iure agendi:quia limitata causa limitatum ef-
fectum producit.l.in agris.ff.de acqui.rerum do. Et quia sunt
diuersa iura agendi,⁊ excipiendi:vt no.in c.ij.de ordi.cog.ideo
exclusus ab vno iure,non videtur excludi ab alio:vt no. Bart.
in l.si dominus.per illum text.ff.de seruit.vrba.pred. Facit tex.
in l.miles.§.sexaginta.in fi.ff.de adul.⁊ no.Bal.in l.sed ⁊ si quis.
§.quesitum.in fi.ff.si quis cau.Ant.de But. in c.j.in secundo no
tabi.ꝫ.de transact.Et ad hoc specialiter facit:quia ille,qui suc-
cubuit excipiendo,principaliter agere non prohibetur:vt not.
Bartol.in l.qui Rome.§.duo fratres. in v.opposit.de verbor.
17 obliga. ¶ † Glo.in ver.de nouo.concludit quod sicut exceptio
dilatoria orta post terminum admittitur, ita etiam si post li-
tem contestatam oriatur.Et idem tenet glo.per illum tex.in c.
insinuante.vbi Abb.de offi.delega.⁊ notat Bal. post gloss.per
illum tex.in l.ij.C.de consor.eius.li.cum simi.vt late tradit Ro-
ma.in l.si vero.§.de viro.in lj.fal.ff.solu.matr. Et ista conclusio
sane intelligitur, ⁊ procedit dũmodo talis exceptio orta post
litem contestatam apponatur ante, quã vlterius in causa pro-
cedatur.Secus si aliquis actus circa merita cause agitatus sit
cum parte aduersa: quia tunc talis exceptio vlterius opponi
non potest:vt not.Abb.per illum tex.in d.c.insinuante.circa fi.
Bartol.in l.Pomponius.§.rati.ff.de proc. Et est dictum Io.
Andr.in c.cum M. de constit. cum si.vt late per Moder. ibi.
¶ In gl.fin.ibi:legitima probatio.an,⁊ quando iuramentum
legitima probatio dicatur,late dixi in rubri.supra de probatio
18 nibus. ¶ † In eadem glo.ibi:non esset litium finis.Abb. post
glossam concludit quod etiam post litem contestatam audi-
tur,dicens dilatoriam exceptionem de nouo ad eius notitiam
peruenisse.Et Abbas sequitur post alios,quod ipse refert.Et
idem Barto.in l.error. versic. quarto modo potest intelligi.C.
de iuris ⁊ fac.ignoran. cum similib. vt tradit Alexand. in l. ita
demum.in quarta fallen.C.de procura.⁊ Mod.hic.Ex quibus
patet,istam esse communem opinionem, contra quam Areti.
tenet in c.j.de accusatio.potissime per text.in l.filiusfamilias.§.
veterani.ff.de procuratori.ibi:nisi hoc tempore litis contestate
quocunque casu pretermissum est. Nam ex illis verbis vniuer-
salibus,quocũque casu,inferri videtur quod reus excludatur,
etiam si ignoranter pretermissum sit. Moder. hic respondent
quod sicut limitatur ille §.non habere locum in exceptione or-
ta de nouo,ita etiam quando notitia superuenit: quia ista duo
equiparantur,vt probatur hic,⁊ in c.vt circa.ad fi.de electio.in
vj.Sed replicari potest quod ille text. in illa vniuersali, quo-
cunque casu,etiam videtur excludere illam exceptionem dila-
toriam, que postea orta sit. Et ad hoc facit, quia in tali exce-
ptione dilatoria agitur de modico preiudicio:ideo pro tali di-
latoria omissa,non datur restitutio in integrum,etiam ecclesie:
vt not.Inno.Host.⁊ Imo.in c.coram.de resti.in integ.Domi.
consil.lviij.quidam vsurarius.facit tex.in l.scio.ff.de rest. in in-
teg.⁊ istam opin.etiam tenet Paul.de Cast. in d.l.ita demum.
in fi.⁊ ibi respondet ad istum tex.quod loquitur in termino da-
to ab homine:secus in dato a lege.Ad hoc respondet Alexan.
in d.l.ita demum.⁊ referunt Mod. hic, quod talis differentia
non videtur vera:quia mitius agitur cum lege, quam cum ho
mine.l.Celsus.ff.de arbitris.Sed replicari potest,quod in isto
casu ratio specialis videtur,vt post terminum facilius admit-
tatur:quia res ad ius commune reducitur, ex quo adhuc non
est lis contestata,secus videtur post litem contestatam. Fina-
liter tamen placet communis opi. per istum textum,vbi est ca
sus:⁊ textus videtur fundari in probabili ignorantia, que etiã
militat post litem contestatam. Facit tex.in l.si ignorans.ff.lo-
ca.l.mater decedens.ff.de inofficio.testam.in l.fina.ff.de lega.ij.
cum similib.vt Albe.tradit in d.l.ita demum. Et hoc idem cõ-
firmatur: quia post litem contestatam clarum est quod exce-
ptio dilatoria,que oritur de nouo,opponi potest.d.c.insinuan-
te.de offi.delega.cum similib. Ergo idem videtur, quãdo post
litem contestatam notitia superuenit:quia ista duo equiparan
tur:vt probatur hic,⁊ in d.c.vt circa.in fi.Non obstat text.in d.
§.veterani.quia respondetur,vt dicũt Moder.hic, quod sicut
per illum textum non excluditur exceptio que de nouo oria-
tur, ita pariter non excluditur illa, cuius notitia superuenit:
quia ista equiparantur,vt dictum est.Uel secundo aliter ad il-
lum tex.responderi potest: quia loqui videtur in eo, qui scien-
ter omisit talem exceptionem opponere. Hoc patet:quia dici-
tur ibi quod miles non potest esse procurator, etiam si aduersa
rius velit:⁊ sic loquitur in eo,qui sciebat exceptionem sibi com
petere.Excipitur ab illo dicto,nisi hoc tempore litis contesta-
tionis quocũque casu pretermissum est. Nam illa exceptio, que
colligitur in illa dictione,nisi,intelligi debet quod sciẽter pre-
termissum sit:quia regula ibi posita ita loquitur,⁊ exceptio se-
cundum regulam intelligitur:vt no.in rubr.de regu. iur.in vj.
Nõ obstat quod agatur de modico preiudicio:quia hoc in isto
casu non attenditur:vt est text.hic.Idem ergo post litem con-
19 testatam,vt supra dictum. ¶ † In fi.glos. Secunda conclusio
habetur quod post terminum opponi non potest exceptio iu-
ris nouiter cogniti. Et ratio videtur: quia ignorantia iuris
non est probabilis,vt Abbas hic dicit,c.ignorantia.de reg.iur.
in vj. Si ergo esset iuris ignorantia probabilis, vt in muliere,
vel rustico,videtur quod post terminum talis ignorantia alle-
gari possit. Et ita Paul. de Cast.concludit in d.l.ita demum.
Sed aduertendum est: quia cum error iuris probabilis sit in
omnibus personis,quando tractatur de damno euitando, vt
dicitur in l.iuris ignorantia.ij.⁊ in l.error facti. ff.de iur. ⁊ fact.
ign.videtur quod semper allegari possit:quia videtur tractari
de damno vitando.Nisi dicamus quod in tali exceptione dila-
toria,non tractatur de damno vitando: quia non respicit me-
rita cause,⁊ dicitur de apicibus iuris:vt not.per gl.in l. fideius-
sor. §.quedam. ff.mandati. Et ad illud quod dictum est de ru-
stico, ⁊ muliere,non videtur procedere sine dubio: quia mulie-
ribus non succurritur magis, quam maribus, nisi in casibus
a a iure expressis.[a] l.fi.C.de iuris ⁊ facti ign.⁊ idem in rusticis:vt
per glo.j. q.iij.in c.fi.in princ.⁊ not.Ant.de But.in c.ij. de con-
stitut.Alex.in l.si quis id,quod.ff.de iurisd.omn.iud. Et quod
dicitur de rusticis, limitatur pluribus modis:vt Alexan. pro-
20 sequitur in d.l.si quis, id quod. ¶ † Extra glo. Abb. querit,
si reo datus sit terminus viginti dierum ad deliberandum,
iuxta authent.offeratur. C.de litis contest.an reus comparens
in termino petere possit alium terminum ad proponendum
dilatorias. Et Host. Imo.Abb.antiquus, ⁊ Doct. communi-
ter,vt Abb.hic refert, tenent quod non:quia in dicto termino
ad deliberandum debuit dilatorias proponere. Et sequitur

Ant. de Butr. hic, versic. quero secundo. & concludit quod reo
a principio comparenti, non debet dari terminus ad propo-
nendum dilatorias, qui excedat terminum. d. authent. offera-
tur. breuior autem dari potest. Abb. hic dicit quod hec dicta si-
bi non placent: quia secundũ eum, si reus petit a principio ter-
minum ad proponendum dilatorias, non debet sibi dari: quia
potest maligniari: cum forte nullam habeat exceptionem dila-
toriam. Non obstat authent. offeratur. quia loquitur in termi-
no ad respondendum libello, non ad dilatorias proponendas:
& si intra terminum simpliciter datum ad deliberandum v-
nam dilatoriam reus proposuit, debet dari terminus ad pro-
ponendum alias: quia auth. offeratur. non dicit quod debeat
omnes exceptiones dilatorias proponere. Et sic in effectu
Abb. vult quod in termino ad deliberandum dato, de quo lo-
quitur d. auth. offeratur. non includatur quod reus teneatur
omnes dilatorias proponere. Contrarium communiter doct.
tenent, vt supra dixi: & ista communis opinio verior videtur:
quia ille terminus datur ad deliberandum: vt dicitur in d. au-
thent. offeratur. & talis deliberatio fit post datum libellum, in
quo petitio principalis continetur: ergo illa deliberatio vide-
tur esse circa petitionem principalem, de qua text. ibi loquitur:
& sic videtur respicere litis contestationem que fit per respon-
sionem. c. j. s. de litis contest. Et hoc expresse dicitur in d. auth.
offeratur. in fi. dum inquit quod aliter facta litis contestatio
non valet. cum ergo post illum terminum lis debeat contesta-
ri, ergo videtur includi quod dilatorie proponãtur, que prius
proponi debent: quia qui vult consequens, velle videtur omne
necessarium antecedens. l. ij. ff. de iurisd. omn. iud. c. preterea. de
offic. deleg. Et ad hoc facit, quod ibi de recusatione dicitur in
d. authent. offeratur. que in illo termino proponi debet: & illa
dilatoria est cap. inter monasterium. de re iud. & talis terminus
ad proponendam dilatoriam, etiam a principio statui potest:
quia in hoc malitia considerari non potest, si non excedat ter-
minum d. auth. offeratur. & not. Spec. in tit. de dila. §. nunc vi-
deamus. versic. sed nunquid. licet Abb. inferius contradicat,
persistendo in opinione sua hic. Et quod a principio terminus
iste statui possit, tenet ipse Abbas inferius vbi concludit, quod
iudex a seipso hoc facere potest: ergo etiam videtur quod pos-
21 sit a principio, pro petente. † An autem terminus iste de iure
ciuili prefigi possit. Abb. concludit quod non: quia est statu-
tus terminus vsque ad litis contestationem: sed de iure cano-
nico potest, etiam a principio, per istum text. in ver. nonnunquã.
id est, interdum: & sic videtur quod etiam quando non suspica-
tur de malitia, assignari tamen possit, & ita Abb. sequitur opi.
Guido. de Suza. quam hic refert. Moder. hic concludunt quod
etiam de iure canonico terminus iste a principio assignari nõ
possit, contra Abb. quia debet talis assignatio fieri cum cause
cognitione: vt per Dynum in regula, indultum. de reg. iur.
in vj. Et ista cause cognitio a principio non potest adhiberi,
cum aliqua coniectura malitie requiratur. Non obstat text.
hic, in ver. nonnunquam. quia Moder. dicunt quod ratio ma-
litie est finalis, per quam in effectu dispositio restringitur. Cõ-
cludendo breuiter, primo mihi placet illa opin. quod iste text.
habeat locum de iure ciuili, ex quo non reperitur quod specia
liter in hoc aliud sit statutum ab ipso iure ciuili, per ea, que ha-
bentur in c. j. de operis noui nuntiat. Non obstat ratio allega-
ta in contrarium, quod sit terminus statutus de iure ciuili per
litis contestationem: quia hoc idem de iure canonico videtur.
c. inter monasterium. de re iud. & tamen iste terminus restringi
potest a iudice, vt hic dicitur: ergo pariter idem dicendum vi-
detur de iure ciuili: vt terminus litis contestationis restringi
possit. Secundo concludendum videtur secundum opi. Abb.
reiectis rationibus Moder. quod terminus iste prefigi potest
a principio, vt sit litium finis: nec alia cause cognitio requiri-
tur, quia agitur de modico preiudicio, & quia simpliciter ita
disponitur hic. Non obstat quod dicitur de malitia: quia re-
spondetur dupliciter. Primo prout Abbas dicit, quod illa di-
ctio, nonnunquam, exponitur pro interdum: & sic dispositio ge
neralis videtur, & habet locum, licet malitia non arguatur. Se
cundo, quod ratio malitie, que allegatur in tex. respicit sum-
mum pontificem, qui edidit hanc constitutionem: non autem
refertur ad iudicem, qui habet prefigere terminum: quia ipsi
iudici datur potestas simpliciter, vt talem terminum prefige-
22 re possit, vt etiam dixi in glo. s. eod. ¶ † Successiue secundum
Abb. queritur an post terminum etiam excludatur reus in
causa appellationis, vt dilatoriam exceptionem opponere non
possit. Abb. hic contra Ant. de Butr. concludit quod opponi
non possit: quia appellatio reducit causam in eum statum, in
quo erat causa principalis lite contestata, vt notat Bart. per
illum text. in l. ita demum. C. de procurat. Vnde sicut litis con-
testatio excluderet dilatoriam in causa appellationis, ita vi-
detur dicendum de isto termino, qui in locum litis contesta-
tionis surrogatur: & quia in causa appellationis eadem ratio
videtur: vt Abb. hic dicit, & Moder. sequuntur, & Alex. in d. l.
ita demum. Et ista conclusio verissima videtur, si in causa prin
cipali lis fuisset contestata: sed lis contestata non fuit prout
doct. hic loquuntur. Verior mihi videtur opin. Ant. de Butr.
quia illa prefixio termini, que tollit reo beneficium litis con-
testate, satis operatur in causa principali, & non debet trahi ad
causam appellationis vt minus recedatur a iure communi,
arg. l. si quando. in princ. C. de inoffic. testam. Non obstat, quod
Abb. dicit de surrogatione: quia illud procedit respectu cause
principalis, de qua iudex cogitauit. Non obstat quod eadem
sit ratio in causa appellationis: quia non est verum: quia in
causa appellationis non probatum probabo. l. per hanc. C. de
temp. app. cap. cum Ioannes. de fide instrum. Et licet talis re-
gula limitetur non habere locum in his que debent fieri ante
litem contestatam ista limitatio contra regulam non debet
extendi ad terminum prefixum ante litem contestatam ex eo,
quod supra dixi. Preterea eadem ratio esset in causa appel-
lationis, quando terminus esset statutus in causa appellatio-
nis, prout loquitur text. in clem. ij. de testib. quem Abb. addu-
cit. Sed non videtur quod terminus prefixus in causa princi-
pali, trahatur ad causam appellationis. Et ad hoc facit, quia
promissio facta simpliciter in causa principali, non porrigitur
ad causam appellationis. l. cum apud. ff. iudica. sol. Et iura-
mentum calumnie prestitum in causa principali non porrigi-
tur ad causam appellationis. c. ij. de iu. calumn. in vj. in princ. &
facit gl. in l. qui proprio. §. item queritur. in ver. queratur. in fi.
ff. de proc. cum si. vt tradit Alex. cons. xcvj. viso processu. lib. ij.
23 ¶ † Vltimo queritur an iudex post terminum opponere pos-
sit dilatorias in casibus, in quibus ex officio supplere potest.
Abb. post Ant. de But. concludit quod sic: vt in simili habe-
tur per gl. ij. q. j. c. in primis. in ver. querendum. Ad idem facit
gl. ij. q. vij. c. alieni. in ver. non possumus. quam allegant Mod.
hic, & ita resident. Sed contra istam conclusionem facit quod
not. Bart. in l. querela. in fin. C. de fal. vbi inquit quod si a statu-
to prefigitur terminus accusatori ad accusandum, ab illo ter-
4 mino etiam excluditur iudex, vt inquirere non possit [4]. Et
idem not. Bar. in l. non solum. §. quanquam. ff. de min. in l. j. §.
quod autem. ff. de aleato. cũ si. Sed responderi potest quod con
clusio doct. hic videtur bene procedere in terminis, in quibus
loquuntur, videlicet quando terminus prefigitur ab ipso iu-
dice, quia videtur quedam sententia interlocutoria, que licet:
transiuerit in rem iudicatam quo ad partem, tamen ab ipso iu
dice reuocari potest: vt not. per glo. fina. in c. querelam. de pro-
curat. in c. cum cessante. de appella. in c. venerabilibus. §. secus.
de senten. excommu. in vj. & in c. ij. de appella. eod. lib. sexto. Sed
Bartol. in locis supra allegatis in contrarium loquitur in ter-
mino a lege prefixo. Preterea, & secundo respõdetur quod con
tra Bartol. videtur communis opin. vt Alexan. concludit, qui
alios refert in l. j. §. sublata. ff. ad Trebellia. & tradunt Moder.
in c. dilecti. infra eod. & dixi in c. constitutus. in princip. de ap-
24 pella. ¶ † Postremo Abbas dicit notandum esse quod licet
post terminum pars excipere nequeat: tamẽ exceptionem pro-
positam poterit declarare: vt not. Archidiac. xiij. q. ij. in sum-
ma. Et in simili notat Spec. in titu. de teste. §. nunc videndum.
versicu. hoc etiam noto. Domin. in proem. sexti, in princi. circa
fin. versi. & nota optimum tex. cum simi. vt tradunt Mod. hic: &
idem etiam Bald. in l. j. §. huius studij. versic. & est argumentũ.
ff. de iustit. & iu. cum similib. vt Aretin. scribit in l. heredes pa-
lam. §. si quid post. ff. de testam. & idem Roma. consil. xlv. super
eodem. in princip. & in consilio lxv. viso themate. Fulg. consilio
cxlvij. visa. in fine. Andreas Sicul. consilio xviij. libr. j. Et ista
conclusio intelligitur, quando declaratio est verisimilis, & con-
sona, non faciens de nihilo aliquid: vt dicunt Moder. hic, alle-
gantes Oldradum consilio clxvij. ante omnia. Et ad hoc ad-
de Ioannem de Anania consilio lxxxiiij. videndum. vbi di-
stinguit an declaratio facta sit in circunstantijs, vel in substan-
tialibus. Et not. Paul. de Cast. in d. l. heredes palam. §. si quid
post. ff. de test. vbi loquitur notabiliter de declarationibus, que
sepe fiunt a summo pontifice, quod non valent in preiudicium
5 tertij [5]. [b] & idem Pau. de Cast. consil. clvj. viso, & examinato. &
b idem tradit Pet. de Ancb. cons. cccxcix. premitto.


¶ Additiones.

1 ¶ Statutum. Adde Deci. in c. licet causam. s. de probat.
2 ¶ Intelligitur. Vide Dec. in c. si quando. s. de offic. delega.
3 ¶ Testium. Vide eundem Dec. in c. super literis. s. de rescrip.
& in c. solicitudinem. in viij. nota. j. de appellat.
4 ¶ Non possit. Illam tamen opinionem Bart. sequuntur An-
gel. &

gel.⁊ Salic.ibi,⁊ Angel.de Aret.⁊ August.de Arimi.in tract.
malefic.in glo.hec est quedam inquisitio.⁊ Joan. Franc.Balb.
in tract.de prescrip.
5 ¶ Tertij.Uide pro declaratione Dec.in cons.cxiiij. Sil.Ald.

a ¶ Consultari.supra de consti.capitu.primo lect.j.
b ¶ Mod. Scilicet Jas.quia per Mod.in iure ciuili.Decius
intelligit Jasonem,vbi Jason scripsit: alias Socin.vbi Soci-
nus,⁊ non Jason scripsit.
c ¶ Speciale.Bald.cons.clxvij.lib.iij.Guid. Pap.con.clxxiiij.
d ¶ Tacita. Quod verum puto, si procurator habet generale
mandatum ad omes iudices, vt fieri solet: Secus si manda-
tum est limitatum ad iudices competentes:quia tunc licet pos
sit omittere declinatoriam mere, ⁊ renuntiare priuilegio fori,
non tamen prorogare iurisdictionem prorsus incompetentis,
nisi in mandato sit clausula prorogandi, quam sat est poni in
genere.
e ¶ Contestatam.Sed illa iura presupponunt tali declinatorie
enuntiari posse per litigantem: nec probant quod procurator
possit prorogare iurisdictionem prorsus incompetentis,etiam
contestando, si non habet mandatum, nisi coram competenti.
Et sic,quicquid dicat Decius,vera est opinio Panorm.⁊ com
munis, intantum quod licet dominus, qui litigauit coram
prorsus incompetēti, cuius iurisdictionem prorogare nequit.
(vt laicus coram ecclesiastico in materia profana) condemne-
tur in expensas processus volūtarij:tamen hoc casu non domi-
nus, sed solus procurator, qui carebat mandato, nomine pro-
prio condemnabitur in eas expensas.
f ¶ Mod. Scilicet Soc.⁊ bene.
g ¶ Expressis. Decius l.ij.num.xcij.de reg.iur.l.iuris ignoran-
tia. nu.15. C.qui admit.Alexan.cons.lxxv.nu.x.lib.v.vbi retigi.
Andr.Tiraq.Tract. retract.conuentio.§.iiij.glo.vij.num.xij.
h ¶ Tertij.Dec.supra de constit. c. fin. [redacted]

1 ☞ Excommunicatus potest conueniri.
2 Recusare quis potest iudicium omnium iudicum.
3 Excommunicatus potest se defendere in iudicio. 14.16.
4 Litigare coram iudice suspecto est periculosum.
5 Judicium non debet claudicare:nam in iudicijs debet seruari
equalitas.
6 Argumentum ab absurdo vitando valet.
7 Papa non videtur in dubio committere causam suspectis.
8 Papa dicitur vti certa scientia,quando hoc exprimitur.
9 Concesso vno videntur omnia similia concessa.
10 Reconuentio est impugnatio,non defensio.
11 Papa si committat causam iudicibus suspectis ex certa scien-
tia, an valeat commissio.
Et an recusatio tolli potest,12.13.
15 Reus excipiendo an proprie actor dicatur.
16 Et quis dicatur reus necessarius.
17 Excommunicatus si sit grauatus in actu extraiudiciali, non
auditur petens restitutionem.
18 Excommunicatus an agere possit contra debitorem fugitiuū.
19 An prescriptio interrumpatur,excommunicato agente.
20 Excommunicatus an possit petere sibi restitui tenutam da-
tam aduersario propter suam contumaciam.
21 Excommunicatus an possit appellare.
22 Quid in appellatione extraiudiciali.
23 Excommunicatus an eo casu, quo non potest appellare, post
absolutionem admittatur.
24 Excommunicatus an prohibeatur ingredi sacra.
25 Excommunicatus si quis sit iniuste, debet ei pre omnibus re-
stitui communio.
26 Parochianus si ab eo petantur decime, potest excipere quod
priuatus sit exhibitione sacramentorum.
27 Excommunicatus conuentus an possit debitum compensare.
28 Fideiussor an possit opponere compensationem,si eam debitor
principalis non possit opponere.
29 Excommunicatus an possit implorare officium iudicis.


Um inter. Summatur, ⁊ diuidi-
tur, vt per Abba. hic.
1 ¶ † Nota primo excommunicatum [a] posse
a conueniri. Idem text.in cap.si vere.de senten.
excomm. in capit.excōmunicamus. §. creden-
tes. de heret. alias ex tali excommunicatione
commodum reportaret: quod esse non debet. c. intelleximus.
de iud. ideo excommunicatus tenetur dicere officium: vt not.
per gl.si.xxviij.distin.in c.presbyterum. cum si.vt dixi in d.c.in-
telleximus.in ij. not. Et tali casu debet excommunicatus,qui
conuenitur respondere per procuratorem: de quo videndum
est quod dixi in d. cap. intelleximus. ad quod Abb. se refert.
2 ¶ † No.secundo, vt Abb.hic dicit,quem posse recusare iudi-
cium omnium iudicum,quando habet aliquem suspectum.Et
rationem Abb.adducit: quia sicut per mortem vnius delega-
torum iurisdictio aliorum cessat,c.vno. de offic.deleg.ita etiam
propter suspicionem vnius: quia exercitium iurisdictionis o-
mnibus delegatis simul competit: vt latius Abb.hic.Sed ad-
uertendum est: quia ratio,quam Abb.adducit, bene infert,ꝙ
si vnus ex pluribus delegatis suspectus sit, alij nequeunt pro-
cedere. Sed non bene infertur ad recusationem omnium, vt
Abb.dicit.Nec etiam hoc videtur verum in se: quia licet vnus
suspectus sit,non videtur ꝙ alij queant recusari,nisi ille suspe-
ctus esset caput aliorum:vt not.Bal.in d.l.j.C.si rector prouin.
cum si.vt dixi in c.j.de iud.Et ad tex.hic,responderi potest.ꝙ si
causa esset commissa tribus iudicibus, ⁊ sic maior pars eorum
erat suspecta: ideo iudicium omnium recusari potest, quando
maior pars suspecta sit: quia illa maior pars totum facit.l.duo
ex tribus. ff.de iud. Uel secundo dictum Abb. hic non intelli-
gitur de recusatione ratiōe suspicionis,sed largo modo: prout
est recusare,vel declinare,vel non velle coram tali iudice litiga
re: arg.l.recusari.ff.de acquir.her.l.recusare. ff. ad Treb. ⁊ in c.
3 pe.de foro comp. ¶ † Nota tertio, quod excommunicato legi-
tima defensio reseruatur:⁊ idem dicitur in c.significauerunt.j.
eo.⁊ sic nō tantum defensio naturalis,sed etiam ciuilis videtur
excommunicato competere: cum alia sit ciuilis defensio,⁊ alia
naturalis: vt not.Abb.in c.dilecti.j.eo.cum si.vt dixi in rub.de
app.Et legitima pro ciuili accipitur. l.legitima.vbi gl.si. ff.de
pact.Ideo infertur hic ad recusationē, ex quo inferri videtur
ꝙ recusatio iudicis dicatur defensio, seu exceptio legitima: de
quo videndum est ꝙ dixi in c.quoniā contra.in verbo,exceptio
4 nes.in si.de probatio. ¶ † Nota quarto ꝙ periculosum est co-
ram suspecto iudice litigare:⁊ de iure naturali est, ꝙ quis non
debeat coram suspecto iudice litigare: vt notat.Do.per illum
tex.in c.ꝙ suspecti.iij.q.v.facit tex.in c.secūdo requiris.de app.
Et de hoc videbimus in j.q.quam Abb. hic prosequitur, expe-
ditis notabilibus. ¶ No.quinto ꝙ exceptio fundatur in equi-
tate: nam exceptio defensio est,vt dictum fuit in rubr.s.eo. Et
defensio naturalis est,vt Abb.hic dicit,per cle.pastoralis.de re
iud. Sed ille tex.loquitur in citatione,de cuius intellectu dici-
tur in rub.de app. Et non videtur verū simpliciter ꝙ exceptio
sit defensio naturalis, sed distinguitur: quia alia ciuilis, ⁊ alia
naturalis est:vt no.Abb.in d.c.dilecti.infra eo.vbi videbimus.
5 ¶ † Nota sexto ꝙ iudicium claudicare non debet. In iudicijs
enim equalitas seruari debet.ca.nouit.de iud.cum si.vt dixi ibi
in vij.no.Et idem est in compromisso,quod claudicare non de-
bet:vt not.Specu.in tit.de arb.§.excipitur. in prin.versic.item
quod claudicat.⁊ est text in l.si cum dies.§.pe.ff.de arbi.cum si-
milib.in glos.ibi allegatis.Et Bald.ibi dicit quod preceptum
iudicis claudicare non debet. Facit text.in l.fina. C.de fructi.⁊
lit.expens. Sic etiam contractus claudicare non debet. Fallit
in pupillo.l.Julianus.§. si quis a pupillo.ff. de actio. emp. Et
idem in ecclesia,⁊ principe:vt not.Aretin.in c.j.de probat.⁊ ibi
dixi in primo no.Et idem est ratione doli:vt no.Ang.in l.iuris
6 gentium.§.pretor.ff.de pact. ¶ † Nota septimo valere argumē
1 tum ab absurdo vitando.1 Et hoc modo arguit tex.in l.siue he
reditaria. ff.de neg.gest.in l.nam absurdum. ff.de bonis libert.
in l.si. ff.de manumiss.vt in l.si quis ex argentarijs. §. prohibet.
ff.de edendo.in c.clericos.de offic.vica.in c.iniustum. de rerum
perm.in c.cum sit. de Judeis,cum si. Ideo lex,que generaliter
loquitur, restringitur,ne absurdum sequatur: vt no. Bar.in l.
furti.§.pactus.ff.de his, qui not.infa. Et a proprietate verbo-
rum receditur, vt absurdum remoueatur:vt not.Bart. in l. o-
mnes populi.in vj. principali. q.ver. iuxta predicta quero. de
iust.⁊ iu.Alex.cons.cxxv.attentis verbis. in si. Et vt absurdum
tollatur, statutum, quod stricte debet intelligi, largissime in-
2 terpretatur [2]:vt not.Abb.in c.cum dilectus.de consuet.versic.⁊
ex hoc tex.noto vnum.Et idem tradit Alex. in cons.ccxvj. nec
arguendi sumus.li.ij.Adde tamen ꝙ quādoque aliquid absur
dū toleratur, vt quod absurdius est euitetur. l.ita vulneratus.
§. pen.ff.ad leg.Aquil.Sic dicitur de duobus malis, ꝙ minus
eligendum sit.c.duo mala.xiij.di. c.priuilegia.in si.iij.di. xxij.q.
iiij. c.iurauit Dauid. in c.preterea. de spon. ⁊ in l.si procurator
7 rei.in si.ff.de except.doli.cum si.ibi allegatis in gl. ¶ † Nota o-
ctauo ibi: non committat, id est,non presumatur committere:
vt no.Card.hic post Host.ex quo colligitur ꝙ Papa in dubio
non videtur causam committere suspectis ex certa sciētia. Et
ratio videtur:quia hoc esset preiudiciale tertio,cui Papa non
presumitur velle preiudicare.c.super eo.de offi.deleg.cum si. vt
dixi ibi;⁊ sic non presumitur quod velit vti clausula. Ex certa

scientia. sicut etiam non presumitur quod velit vti plenitudi-
b ne[b] potestatis[3]: vt not. Inn. in c. innotuit. de elect. Bald. in l. si
3 testamentum. in princ. C. de testa. cum simil. vt tradit Alex. in l.
quanquam. in prin. C. de testa. mi. ideo confirmatio Pape, que
potest referri ad actum validum ⁊ inualidum, referri in dubio
4 debet ad validum[4]: vt not. Ant. de Bu. post Inn. ⁊ Jo. And.
in c. dudum. de deci. Bal. in l. bonorum. C. qui admi. Alex. in d.
l. quanquam. ⁊ in l. more. ff. de iurisd. om. iud. ⁊ cons. lx. visa legiti-
matione. lib. ij. ⁊ idem Alex. cons. ccxv. nec arguendi. in vij. arti.
8 eo. li. ij. † De certa autem scientia[c] Pape constare dicitur, qn̄
c exprimitur[5], vel etiam si ex narratis colligitur, vt Abb. hic di
5 cit. Primo quando exprimitur, hoc clarum est: vt not. per glo.
fi. in cle. ⁊ si principalis. de rescr. ⁊ idem not. Abb. in c. examina-
ta. in fi. de confir. vti. vel inuti. Alex. cons. xxxix. lib. iiij. facit tex.
in c. si motu proprio. de preb. in vj. vbi motu proprio fieri dici-
tur, quando exprimitur: ⁊ dixi in c. j. de confirma. vti. Secundo
quod Abb. dicit idem esse, si certa scientia ex narratis compre-
hendatur: ⁊ idem Abb. in c. ad hec. circa fin. de rescr. ⁊ in c. non-
nulli. in prin. eod. tit. de rescr. Facit gl. in c. pastoralis. §. preter-
ea. in ver. ex certa scientia. de offi. dele. ⁊ in cle. j. de iud. in eodem
verbo. cum si. vt late tradunt Mod. hic: ⁊ idem Imo. in l. qui-
dam consulebant. ver. item aduerte. ff. de re iud. in cle. ij. in fi. de
rescr. cum si. vt scribit Fran. de Curte cons. lxv. super premissa.
⁊ idem Are. in l. potest quis. de vul. ⁊ pup. Et ista cōclusio com
probatur. Primo, quia quando inseritur tenor rei confirman-
de, dicitur confirmatio fieri ex certa scientia: vt est tex. in c. pen.
de confir. vtili. vbi dictum fuit. Ergo patet pro precise non re-
quiritur quod exprimatur de certa scientia: ideo sufficit quod
ex narratis colligatur, sicut ex tenore rei confirmande collegi-
tur. Secundo hoc idem ratione confirmatur: quia in hoc solū
voluntas, ⁊ intentio Pape rescribētis attenditur: vt no. Inn.
in c. cum ecclesiastice. s. eod. cum si. vt dixi ibi. Et in tali volun-
tate declaranda non est data forma: ergo sufficit, quocunque
modo colligatur. l. certum. ff. si cert. pet. Et videmus in testato-
re, cuius voluntas etiam ex coniecturis attenditur. l. licet Im-
perator. vbi Bar. de leg. j. l. cum anno. ff. de cond. ⁊ dem. Nec pre
dicte conclusioni videntur obstare plura, que in cōtrarium Mod.
adducunt hic, videlicet quod no. Bal. in c. j. ver. accidit de facto
per quos fiat inuestitura. Old. cons. cccxxv. thema questionis.
Cald. cons. viij. de rescrip. ⁊ cons. xxij. de regular. quia in dictis
similibus locis non negatur, quin etiam ex narratis certa scien
tia probetur: nec negari potest, per supra dicta: sed ibi vel non
erat aliquid expressum, nec etiam narratum: sed querebatur
solum an certa scientia probari possit testibus. Et ita Bald. lo-
quitur. in d. c. j. Vel agitur ibi de dispensatione, que in illis casi
bus ex certa scientia simpliciter non inducitur, sed clausula,
non obstante, vel cause cognitio etiam requiritur. Et subijcit
Ab. hic quod clausula, Ex certa scientia, equipollet clausule de
plenitudine potestatis, per gl. in c. ad hec. de rescrip. vbi etiam
9 Abb. cum si. vt ibi dixi. ¶ † Nota nono ꝙ vno concesso viden-
tur omnia similia concessa. Facit tex. in c. cum dilecta. de con-
10 fir. vti. cum si. vt ibi dixi, ⁊ in c. translato. de constit. ¶ † Vltimo
nota quod recōuentio est impugnatio, non defensio: ⁊ cui pro-
hibetur conuentio, etiam reconuentio prohibita videtur: quia
reconuentio est secunda conuentio, vt Abb. hic. Sed hoc dictū
non vr̄ verum: quia reconuentio admittitur in pluribus casi-
bus, in quibus conuentio prohibetur: vt no. in c. j. ⁊ ij. de mu. pe-
ti. ⁊ in c. at si clerici. in prin. de iud. Hic vero in excommunicato
non solum conuentio prohibetur, sed generaliter excommuni-
catus prohibetur stare in iudicio, nisi vt reus necessarius. c. in-
tellegimus. de iud. ideo reconuentio prohibetur: quia habet in
se impugnationē, ⁊ ex illa tanquam reus simpliciter non iudi-
11 catur. ¶ † Expeditis notabilibus, Abb. querit, si Papa ex cer
ta scientia causam committat suspectis iudicibus, an valeat
commissio, ita quod iudices recusari nō possint. Et ex his, que
Abb. dicit, tres conclusiones colliguntur. Prima est, quod re-
cusatio tolli potest in causa, que ab eius libera pendeat potesta
te[6]. Et idem Abb. dicit in c. ad hec. de resc. in c. ex transmissa.
de foro compet. ⁊ in simili no. Abb. in c. inter quatuor. in tertio
no. de maio. ⁊ obed. cum si. vt dicunt Moder. hic. Et hoc potest
exemplificari in beneficialibus, in quibus Papa liberam ha-
bet potestatem. c. ij. de preb. in vj. in fi. cle. j. vt lite pen. ⁊ in c. pro-
posuit. de concess. preb. vel in exceptione prescriptionis vel rei
iudicate, in quibus habet plenam potestatem, quia sunt a iure
positiuo introducte: vt not. Abb. in c. dilecti. j. co. cum si. vt tra-
dunt Mod. in c. que in ecclesiarum. in quinta declaratione, vt
12 dixi ibi, verāc. quintus casus est. ¶ † Secunda conclusio Abb.
d est, quod Papa non potest[d] tollere recusationem in his, in
quibus plenam non habent potestatem: ⁊ hoc sine causa intel-
ligitur: quia recusatio est de iure naturali. iij. q. v. c. ꝙ suspecti. ⁊
in c. secundo requiris. de ap. quod quidem tolli nō potest. §. sed
naturalia. Inst. de iure nat. Et sic in effectu secunda conclusio
a prima distinguitur: quia prima procedit etiam sine causa: se-
cunda intelligitur cum causa. Et quod recusatio tolli non pos-
sit, quia sit de iure naturali, etiam tenet Dom. in c. iudex. vers.
quero quid si est datus iudex. in fi. de offic. deleg. in vj. cum si. vt
tradunt Mod. hic: ⁊ idem late concludit Andr. Sicu. in tract.
de prestantia cardinalium. in iiij. q. secunde partis. Mod. hic
conantur tollere fundamentum Abb. ⁊ concludunt quod recu
satio non dicatur esse de iure naturali: quia illud dicitur de iu-
re naturali, quod competit brutis. j. dist. c. ius naturale. ⁊ Inst.
de iure natu. in princ. Non obstat tex. in d. c. quod suspecti. quia
dicitur ibi, quodam modo naturale. ⁊ sic proprie non videtur
de iure naturali: quia dictio, quodam modo, est nota impro-
prietatis. l. in suis. ff. de lib. ⁊ posthu. Non obstat quod dicitur
in c. secundo requiris. in fi. vbi dicitur quod ratio dictat ꝙ ini-
mici non debeant esse iudices. Nam licet de ratione naturali
tex. ibi intelligatur, non tamen sequitur ꝙ sit de iure naturali:
vt no. Bar. in l. si quis a liberis. §. si vel parens. ff. de lib. agn. vbi
Bart. dicit quod educatio parentum non est de iure naturali,
licet ratione naturali inducta sit. Et idem no. Bar. in l. omnes
populi. per illum tex. col. j. ff. de iust. ⁊ iure. Tenendo opi. Abb.
videtur ad hec posse responderi quod in ista materia ius natu
rale non ita stricte accipitur, prout competit etiam brutis.
Hoc patet in clem. pastoralis. in ver. ceterum. de re iud. vbi illa
defensio, que competebat, non erat immediate de iure naturali
sed de iure positiuo, ⁊ brutis non competebat: sed quia tendit
ad defensionem, ne innocens condemnetur, dicitur de iure na-
turali, ⁊ per Imperatorem tolli non potest. Et hoc idem veri-
ficatur in recusatione, que respicit defensionem legitimam, vt
hic dicitur, ergo videtur de iure naturali. d. cle. pastoralis. Nec
obst. ꝙ ille text. loquatur vbi agitur de suspicione mortis, que
irreparabilis est, vt dicunt Mod. hic: quia ratio defensionis,
que ibi consideratur, generalis est: ⁊ quia tex. in d. ver. ceterum.
dicit illud habere locum presertim in illo crimine ita graui:
ergo generaliter videtur habere locum etiā in alijs: quia dictio
presertim, includit, sicut dictio, maxime. c. ex literis. vbi glo. de
homicidio. Finaliter tamen opinio verior videtur contra
Abb. quod recusatione remota causa cōmitti potest suspectis:
vt tenet glo. in l. apertissimi. in ver. recusare. C. de iud. Spec. tit.
de recus. §. j. vers. quid si sit. facit glos. not. l. eos. in princip. ⁊ ibi
Bald. C. de appell. cum si. vt tradit Perusin. in c. postremo. de
app. ⁊ Mod. hic. Et ista est communis opi. vt Abb. fatetur in
c. ad hec. Et hoc ratione manifesta comprobatur: quia licet tol
latur recusatio, non tamē defensio absolute tolli videtur: quia
superest remedium appellationis ab iniqua sententia iudicis,
qui non potuit recusari, vt est text. qui considerat istam ratio-
nem in l. j. in fine, ff. apud eum, a quo appellatur. Opin. Ab. sal-
uari potest in iudice suspecto propter inimicitiā manifestam:
vt And. Sicu. concludit in c. ex transmissa. de fo. comp. Et hoc
probari vr̄ in d. cle. pastoralis. ver. notorium quoq. vbi citatus
coram inimico comparere non tenetur. Nec talem defectum
Imperator tollere potest, vt ibi dicitur. Et ad hoc etiam facit,
quia videmus quod licet in crimine simonie, ⁊ lese maiestatis,
testes, ⁊ accusatores inhabiles, ⁊ suspecti admittantur, excludū
tur tamen inimici. c. licet Heli. ⁊ c. per tuas. de simo. ⁊ quia com
mittere causam inimico, in effectu est committere quod faciat
iniustitiam: quo casu non valet statutum: vt no. Bar. in tracta.
qui sint rebelles. in ver. mille librarum. Hoc enim contineret
peccatum: vt per Inn. in c. quia plerique. de immu. eccl. cui pec
cato etiam Papa subijcitur. ⁊ not. Host. Anto. de Bu. ⁊ doct.
in c. magne. de voto. Et allegata s. in cōtrarium procedunt qn̄
iudex esset suspectus absque inimicitia manifesta, prout loqui-
13 tur text. in d. l. j. in fi. ff. apud eum, a quo appel. ¶ † Tertia con
clusio Abb. est, quod in recusatione que ex causa remoueri po-
test, in dubio causa presumitur. In quo aduertendum est: quia
ista conclusio de plano procedit, tenendo communem opinio.
quod recusatio absolute tolli possit. Sed attenta opin. Abb. ꝙ
non possit tolli sine causa, ista conclusio non videtur vera: quia
ex quo non potest sine causa, vt Abb. dicit, de tali causa conte-
e stare debet[e] adeo quod non statur assertioni eius, qui actū fa-
7 cit quando sine causa illud fieri non potest[7]: vt nota. per gloss.
in l. si donatione. C. de collat. ⁊ not. Bartol. per illum text. in l. si
forte. ff. de castren. pec. cum simi. vt dixi in c. que in ecclesiarum.
14 de constitutio. † Secundo Abb. querit an excommunicatus,
qui est in iudicio vt reus, petere possit vt pro eo sententia ab-
solutoria feratur. Et Ab. in effectu contra Antonium de Bu-
trio concludit quod non: quia in iudicio nihil petere potest. c.
intellegimus. de indic. Et pari ratione excommunicatus non
potest instare contra actorem, vt causa expediatur iuxta auth.
qui se

qui semel.C.quomodo,⁊ quando iudex.quia solum stare potest in iudicio,quatenus ab actore stimulatur, ne ex malitia reportaret commodum,que ratio cessat isto casu. Mod.hic sequuntur opin. Abb.per text.in c.solet.de sentent.excommunic.in vj. dum ibi dicitur:in ceteris,que vt actor in iudicijs attētauerit, interim euitetur.Ex quibus verbis videtur quod excommunicatus repellatur non solum si sit actor verus, sed etiam si sit similitudinarius. Et iste saltē videtur similis actori in eo, quod petit pro se ferri sententiam.Et fuit ista inductio Are. in c.intelleximus.de iudic.Et ad hoc etiam adducunt dictum Pau. de Castro in l.libertus.§.ff.de in ius vocan.vbi tenet excommu-
8 nicatum intentare non posse [g] remedium.l.diffamari.C.de inge.manumiss.Et dicunt quod in isto consideratur defensio necessaria,prout in clem.j.de homic. ⁊ quod ita fuit pronunciatum in Rota de consensu omnium. Mihi tamē verior videtur opi. Anto.de But.quia in isto casu duo cōcurrunt.Ex quibus tolluntur omnia allegata in contrariū.Primo,quia iste fuit specialiter citatus:⁊ ita videtur reus necessarius:vt no.Innocen. hic,⁊ infra videbimus. Secundo,quia petit se absolui, ⁊ nihil petit sibi adiudicari. Unde in hoc reus videtur, ⁊ nullo respectu actor dici potest.Et per hoc non obstat quod Abb.dicit,quod excommunicatus nihil petere potest:quia verum est,si petat vt actor sibi aliquid dari,vel fieri:sed hic petit solum se absolui: ⁊ in tali absolutoria tractatur de defensione, que excommunicato permittitur.Et de hoc videtur tex.hic,in ver.porro.Et non videtur vera responsio Abba.quod intelligatur de absolutione ab excōmunicatione:quia in tali absolutione etiam vt actor excommunicatus admittitur.c.j.de rescrip.in vj.Et tex.hic loquitur de absolutione,in qua excommunicatus tātum vt reus auditur.Ideo videtur loqui de absolutione, eius,quod ab eo, per actorem petebatur. Et hoc patet,quia tex.cōsiderat duos casus contrarios.Primus,quando absolui debet, ⁊ potest instare quod absoluatur,vt textus dicit. Secundus,quando cōdemnatur excommunicatus, ⁊ dicitur quod appellare potest. Ut ergo secundus casus condemnationis cōtrarius sit absolutioni,de qua in primo casu loquitur, intelligi debet de absolutione a petitione. Non obstat quod excommunicatus instare non potest quod causa expediatur,secundum authen.qui semel.quia contrarium tenet Aretin.pluribus rationibus in d. c.intelleximus.Sed dato quod verior esset opin.Abbat.prout etiam tenet in d.c.intelleximus, respōderi potest quod ibi non constabat de meritis cause: ideo excommunicatus non potest instare,nisi molestetur.Hic vero de meritis cause constat,⁊ tantum superest quod sententia feratur, ⁊ iudex illam ferre tenetur.l.de qua re.ff.de iudic.Et nihil obstat quin ipse petere possit,vt pro eo absolutoria feratur.Non obstat quod nō sit stimulatus,quia imo stimulatus videtur, ex quo a principio citatus fuit,⁊ comparuit tanquam reus,⁊ nunc etiam vt reus comparet:quia solum petit absolui:⁊ in hoc nullam habet similitudinem cum actore:⁊ ideo nō obstat tex.in d.c.solet.Preterea tex. ibi videtur loqui in actore vero,⁊ illa verba, vt actor,exprimūt veritatem,⁊ referuntur ad regulam communem, que habetur in d.c.intelleximus.quia textus ibi circa hoc nihil voluit innouare.Non obstat quod dicit Pau.de Cast.quia in casu l.diffamari.actor videtur,quia prius ipse venit ad iudicium : non sic in ista questione,in qua fuit primo citatus:⁊ reus dicitur necessarius,secūdum materiam,de qua agitur hic. Et per hoc non obstat simile de cle.j.de homic.quia in casu nostro, defensio necessaria est,propter citationem prius factam: ⁊ precise non requiritur illa defensio necessaria,que in facto consistit,de qua loquitur tex.in d.cle.j. ¶ In glos.j.ibi: ignoscendum est illi, qui prouocatus voluit se vlcisci . ista ratio in ꝑposito adaptari nō potest:quia secundum boc excōmunicatus posset actorem re-
15 conuenire:cuius contrarium hic in fine dicitur. ¶ † In ea.gl. ibi:quicquid facit,ad sui defensionem facit. Abb.hic declarat quod reus in probando exceptionem actor efficitur: quia illā probare tenetur.l.in exceptionibus. ff. de probat. Non tamen proprie actor dicitur, quia nihil petit sibi dari,vel adiudicari. ⁊ text.in d.l.in exceptionibus.non dicit quod reus actor efficiatur, vt Abb.inquit,sed dicit quod fungitur vice actoris, quia grauatur onere probandi , quod regulariter actori incumbit, vt dictum fuit s.in rubr. Et ad hoc etiam facit:quia licet reus conuentus petat super petitis perpetuum imponi silentium, non tamē actor efficitur:nec propter hoc onere probandi grauatur:vt no.Ant.de But.in c.in presentia.ver.verum.in secundo notabi. de probatio. Et quia ad iudicandū reum,vel actorem,principium cause inspicitur,vt not.per glo.in c.ex insinuatione.de procurato.per gloss.iij.facit text.cum glos.in c.significauerunt.infra eodem. Ex quo confirmatur quod dictum est in questione precedenti,quod licet reus petat se absolui,nō tamen debet actor iudicari. ¶ Successiue ad declarationem materie Abb.duas questiones prosequitur.Prima,quando excōmunicatus vt reus possit esse in iudicio in causa principali.Secunda,quid in causa appellationis. Circa primā questionem late insistit: ⁊ ex dictis eius plures conclusiones colliguntur.
16 Prima, quod † excommunicatus potest esse in iudicio, si sit reus necessarius. Dicitur autem necessarius ille, qui specialiter vocatur ad iudicium,vel ille,contra quem actio expresse dirigitur.Et ad hoc est dictum Innoc.hic, quod communiter allegatur.⁊ Bart.sequitur in l.cum mulier.ff.soluto matr.in l.de pupillo.§.seruo.ff.de ope.no.nunciat.cum concordant.vt tradit ibi Alegand.⁊ idem Bald.in l.j.§.Offilius.ff.ne quis eum. Dominic.in c.vt circa.§.j.de elec.in vj.Ro.consil.ccxij.res ista. cum simil.vt prosequuntur Mod.hic. Et ista conclusio procedit in citatione nominatim facta,prout loquitur Innoc.hic,⁊ Bal.in l.ij.circa fin.C.de pact.⁊ in l.fi.ver.differunt tamen.C.de edicto diui Adria.tollen.Secus si facta sit citatio generaliter: vt dicit Inno.hic,⁊ notat Paul.de Castro in l.libertus.§.ff.de in ius voc.facit text.in c.exhibita.s.de iud.⁊ idem sequitur Innocen.in c.dilecti. infra eod.circa fin.⁊ Mod. hic. Sed tamen Bald.⁊ Imo.hic,talem differentiam non admittunt.Pro cōcordia distingui potest quod aut sunt plures generaliter citati,qui tamen certi sunt:puta omnes legatarij, de quibus constat in testamento.Et perinde videtur, ac si essent nominatim citati:quia tantum operatur genus, sicut species.l.si duo.ff.de administr.tuto.ex quo in hoc non est data forma. Aut citatio fuit facta generaliter per edictum de quocunque,qui contradicere velit: ⁊ tunc non dicitur reus necessarius ille, qui comparet virtute talis citationis:quia intentio actoris incerta est, ⁊ ad certas personas non dirigitur. Secundo predicta conclusio procedit,quando quis nominatim citatus fuit simpliciter:
f secus si dicatur,si sua putauerit interesse [f] : quia tunc videtur reus voluntarius, ⁊ non cogitur comparere, si non velit. Et not. Pau.de Cast.in d.l.libertus.in fi.⁊ Roma.in l.de pupillo. §.si seruo.in fine,de operis noui nuncia. cum simil.vt dicunt Moder.hic.Sed Alegan.in d.§. seruo. videtur tenere contrarium, dum inquit quod si citatus probet de suo interesse, erit conditio purificata: ⁊ sic pure reputabitur citatus. Et ad hoc facit,quia paria sunt quod dispositio sit pura,vel conditionalis conditione purificata.l.fina.§.j.vbi Angel.de vulga.⁊ pup. Mod.tamen hic tenent primam opi. pro qua adducunt quod notat Bald.in l.testamenta.C.de testamentis.vbi inquit,quod talis citatio conditionalis potest fieri de clerico per iudicem secularem. Et idem Angel.in l.j.§.hec stipulatio.ff.si cui plus, quam per leg. falci. Nam si probato interesse esset reus necessarius,talis citatio facta de clerico,non valeret.Per hoc tamen Moderni non respondent ad argum.Alegan.quod purificata conditione citatio remanet pura. Ideo aliter dicēdum est: ⁊ dico quod licet citatus probet de interess,non tamen dicitur reus necessarius:quia non fuit citatus sub cōditione, si eius intersit:sed,si sua putauerit interesse:⁊ sic cōditio ad voluntatem citati reducitur:⁊ sic in effectu citatus videtur,si voluerit:ideo dato quod probet de interesse,tamē voluntarius dicitur:quia conditio non refertur ad veritatem interesse, sed ad voluntatem citati,⁊ ad illud,quod putauerit citatus: ⁊ videtur quedā requisitio,que fieri potest,etiam incasu,in quo citatio fieri non queat:vt not.tradit Ant. de Butr.⁊ Abb.ibi,post Innoc.in c. cum nobis.de electio.Secundo Abb.concludit in ver.tene ergo.quod etiam reus necessarius dicatur,quando in iudicio cōparet ꝓ suo interesse,quod ex actu iudiciali ibi infertur:vt patet in appellatione,in qua non vexatur excommunicatus per iudicem:sed admittitur,solo preiudicio sententie. Et ista conclusio Ab.dupliciter potest intelligi.Primo in appellatione, quando fuit lata sententia contra ipsum excommunicatum: ⁊ tunc clarum est,quod appellare potest ⁊ appellationem prosequi.c.fina,infra eo.Et isto casu videtur loqui Ab.dum eius dictum refert ad supra dicta per Inno.qui loquitur,quando fuit nominatus ille,de cuius preiudicio agitur. Secundo intelligi potest de appellatione interposita a tertio excommunicato ꝓ suo interesse,prout loquitur Anton.de Butr.hic.versic.ex his deciditur.quem Abb. hic refert . Et tali casu non videtur verum,quod excommunicatus, vt tertius venire possit ad causam pro suo interesse: quia voluntarie venit: ⁊ licet agatur de preiudicio eius,non est curandum:sicut non curatur , quando excommunicatus spoliatus sit, qui restitutionē tamen petere potest.Et ita dicit Imo.in c.fi.§.eod.⁊ Moder.hic sequuntur. Hoc simile de excommunicato spoliato, non videtur bene procedere:quia in casu isto agitur de remouendo preiudicium futurum: quod facilius fieri potest: in restitutione agitur de remouendo preiudicium illatum:arg.l.patre furioso. de his,qui

sunt sui, vel alieni iur. ⁊ in restitutione, quam excommunicatus petit, vt actor videtur illam petere, ex quo petit sibi aliquid fieri. Sed in casu nostro videtur comparere vt reus, ne preiudicium sibi inferatur. Item excommunicatus spoliatus poterit restitutionem petere post absolutionem. Non sic in tertio excõmunicato, cui sentẽtia preiudicaret, ⁊ preiudicium esset irreparabile: quia transiret sententia in rem iudicatam, vt Abbas ipse inferius ad aliud propositum dicit. Placet tamen opin. Imo. quod tertius excommunicatus pro suo interesse nõ admittatur, quia ex quo non est reus, non potest stare in iudicio. c. intelleximus. de iudi. Et dum Imo. ⁊ Mod. dicunt non esse curandum de preiudicio, considerandum est: quia aut sententia lata cõtra alium preiudicat ratione aliqualis presumptionis, prout est regulariter: ⁊ non videtur quod excommunicatus propter hoc admittatur, contra regu. d. c. intelleximus. argumen. l. scio. ff. de in integrum restitutio. Aut talis sententia preiudicaret in totum, prout est in aliquibus casibus: vt no. in l. sepe. de re iudica. in c. pen. de re iu. ⁊ non videtur quod excommunicato preiudicet: quia tempus appellandi non currit, ex quo ipse agere non potest, licet eius culpa hoc contingat. capi. quia diuersitatem. de concessione prebend. ⁊ infra videbimus.

17 † Tertia conclusio Abbatis est quod in actu extraiudiciali, si excommunicatus grauatus sit, non auditur, etiam si petat restitutionem. Et ratio secundum Abbat. videtur, quia in actu extraiudiciali preiudicium quod infertur, reparabile est: quia habita absolutione agere poterit. Non sic in iudicio: quia si non audiretur, sententia transiret in rem iudicatã. Sed ista ratio diuersitatis non satisfacit: quia etiã in iudicio si non admitteretur, sententia non transiret in rem iudicatam: quia non valenti agere tempus non currit. l. j. in fi. C. de anna. except. ⁊ c. quia diuersitatem. de concess. preben. ⁊ habita absolutione posset agere, sicut in actore excommunicato contingit. Ideo ratio planior videtur, quia in reo sententia in eum lata transit in rẽ iudicatam, si non appellet, quia appellare potest: extra iudicium vero excommunicatus grauatus non auditur: quia tantum vt reus excommunicatus admittitur. d. c. intelleximus. ergo petendo restitutionem nõ debet audiri, quia venit vt actor,

18 ex quo ad iudicium primo ipse prouocauit. † Et ex ista tertia conclusione Abb. infertur quod excommunicatus agere possit contra debitorem fugitiuũ: licet secus sit ſm Ab. si res sit tẽpore peritura: quia excommunicatus non admittitur, vt finaliter Abbas concludit hic. Sed ista differentia non videtur habere rationem diuersitatis. Ideo considerandum est, quia videtur, quod neutro casu excommunicatus admittatur, contra regulam d. c. intelleximus. de iu. vbi excõmunicatus agere non potest: ⁊ in istis casibus adeundo iudicem actor vĩ: ⁊ preiudicium solum consideratur, qñ excommunicatus est reus necessarius. Quod tamen dictum est de fugitiuo, saluari potest in captura extraiudiciali: quia extraiudicialia non sunt prohibita excommunicatis, vt not. in capi. veritatis. de dolo, ⁊ contuma-

19 cia. † Et subijcit etiam Abbas hic, quod si excommunicatus

g de facto admittatur, prescriptio [g] non interrumpitur [9], se-

9 cundum Hostien. in c. significauerunt. infra eod. Abb. ipse dicit quod hoc coram ordinario verificari non potest: quia valet iudicium. c. j. de exceptio. Sed ad hoc respondetur quod Hostien. loquitur quando excõmunicatus de facto admissus fuit, prout etiam Abbas refert: ideo intelligitur, quando oppositum fuit contra excommunicatum: ⁊ non obstante exceptione, de facto insistit. Et non obstat text. in c. j. eod. titu. in vj. quia lo-

20 quitur, quando oppositum non fuit. † Ultimo in ista prima questione principali Abbas querit an excommunicatus petere possit restitui sibi tenutam datam propter eius contumaciã aduersario. In quo Bar. distinguit, vt Abb. refert: sed ipse indistincte concludit quod restitutionem tenute petere possit, quia est stimulatus ex facto iudicis: ⁊ sic videtur reus necessarius: sicut quando reus grauatus in iudicio appellat, vt defendat se aduersus sententiam. c. fina. infra eodem. Sed istud simile non videtur bene procedere: quia sentẽtia, a qua appellatur, nõ habuit executionem: ⁊ grauatus stimulatur ab illis decem diebus qui dantur ad appellandum, ⁊ ipse appellans est reus. Sed in tenuta non est sic: quia iam habuit effectum, ⁊ iste effectus solum petitur reuocari: ideo vt actor videtur hoc petere. Unde verior est opinio Barto. declarando latius vt dixi in c.

21 intelleximus. de iudic. † Uenio ad secundam questionem principalem: quid in causa appellationis, in qua Abbas primo cõcludit quod excommunicatus appellare potest, etiam si actor originarius sit: quia ad actum appellationis stimulatus venit ex sententia. c. significauerunt. s. eod. Sed ista conclusio dubi-

b tabilis [h] videtur, quia si reus condemnatus sit, appellare potest: quia est reus a principio: ⁊ quia nihil petit sibi dari, vel fieri: sed solum quod absoluatur. Ita ergo econtra videtur quod si actor succumbit, non videtur quod possit appellare: ⁊ quia illa appellatio tendit ad hoc vt consequatur quod petit: ⁊ sic in effectu actor videtur. Non obstat quod sit stimulatus propter sententiam: quia illa sentẽtia non facit illum reum, ex quo ipse omnia fecit ad istud effectum vt consequatur quod petit. Non obstat text. in cap. significauerunt. quia intelligitur in reo, secundum Hostien. ibi, de quo videbimus ibi. Et dum Ab. equiparationem facit, dicẽs quod semper excommunicatus potest appellare eo casu, quo non excommunicatus potest: ista equiparatione non videtur vera: quia tertius, de cuius interesse agitur, appellare potest. Et hoc tamen non permittitur excommunicato: quia non videtur stimulatus: vt s. dictum fuit. Et ad hoc etiam facit quod Abb. hic dicit de appellato excommunicato, qui non potest prosequi appellationem appellante negligente: ⁊ tamen appellatus non excommunicatus potest. c.

22 oblate. de appell. † Secunda conclusio Abb. est, quod excommunicatus ad appellationem mere extraiudicialem non admittatur: quia illa habet vim conuentionis. c. cum sit. de appel. Secus est in appellatione mista, puta in eo, qui appellat ab executore volente alicui prouidere de beneficio. Talis enim appellatio mista dicitur: quia interponitur ab executore, qui vice iudicis confert, cum habeat iurisdictionem: ⁊ ideo participat de iudiciali, vt not. Dom. in c. j. §. j. vers. nota vnum incidenter. c. tit. in vj. ⁊ ibi in ver. quid de appellatione extraiudiciali. sequitur predictam distinctionem: ⁊ idem Perusi. in c. bone. in xj. q. de appella. Non obstat quod in appellatione, que ab executore interponitur, non videtur appellans stimulatus: ideo excommunicatus non deberet admitti: quia satis est stimulatus ex facto executoris, a quo grauatur intuitu iurisdictionis. Ita dicit Perus. in d. c. bone. ⁊ Abb. in c. dilecti. in fi. de maior. ⁊ obed. Sed certe grauamen illatum extra iudicium non facit reum necessarium: vt patet in spoliato, qui agere non põt: ⁊ quia etiã excõmunicatus non appellat, licet grauatus sit iudicialiter, vt tertius pro suo interesse non admittitur, vt s. dictũ fuit. Ideo concludendum vĩ quod cõmunis opi. intelligatur, qñ excõmunicatus citatus fuit ab executore pro suo interesse: qa tũc reus necessarius videtur. Non obstat si dicatur, quod tali casu appellatio esset iudicialis: vt no. Innoc. in c. ad dissoluendum. de despon. impu. Dom. in d. c. j. §. j. ver. noto vnũ. Peru. in d. c. bone. Car. in d. c. dilecti. vbi Abb. in fi. refert, ⁊ Mod. hic, quia respondetur, quod imo talis appellatio dicitur mista: quia ab actu extraiudiciali interponitur, videlicet a collatione. c. consultationi. de app. in vj. ⁊ facit tex. in c. j. de app. ⁊ quod ibi Abb. ⁊ doc. dicunt per illum tex. Tertio Abb. concludit contra Inn. hic, ꝙ ille, q extraiudicialiter appellauit, superueniente excõmunicatione, post modũ indistincte repellit: quia appellãs tali casu vĩ tenere locum actoris, qui non admittitur, si excõmunicatus sit. c. intelleximus. de iud. ⁊ quia iudicium, licet inchoatum sit, tñ impedit ab excommunicatione superuenieñti. c. exceptionem. j. eo. Et ad hoc facit, quia res deuenit ad eũ casum, a quo incipere nõ possit, iuxta tex. qui habetur in l. si sub vna. §. j. in l. pluribus. §. ⁊ si placeat. de verb. obl. ⁊ maxime propter vitiũ persone. l. si in metallum. ff. de his, que pro nõ scrip. Sed tamen non videtur recedendum ab opin. Innoc. que communiter approbatur. Pro qua facit, quia ex quo iste iam est in iudicio, ⁊ propter grauamen illatum causa delata est ad superiorem, videtur tractari de defensione, ne repellatur ab appellatione inchoata, quam prosequitur vt reus, ex quo nihil petit sibi adiudicari, sed solum quod grauamẽ remoueatur. Et per hoc non obstat tex. in c. exceptionem. j. e. quia loquitur in actore, qui aliquid consequi intendit: quo casu est actor naturalis, ⁊ verus. Non sic videtur in casu nostro: quia solum intendit grauamen remouere. Non obstat quod a principio voluntarius venit, qa a principio non erat excommunicatus, ⁊ excommunicatio superueniens nõ debet repellere illum, qui in veritate sit reus naturalis, qui omnia facit ad defensionem, vt s. dictũ fuit in prin. gl. Et quia tempore superuenientis excõmunicationis vĩ reus necessarius, cum teneat prosequi iudicium inchoatũ. authenti. qui semel. C. quomo. ⁊ quan. iud. Et ad hoc facit text. secundum communem intellectum in c. significauerunt. j. eo. vbi actor appellare potest, licet excommunicatus sit, considerato statu cause, in quo reperitur tpe appellationis interposite, non attento principio. Ergo ita videtur in proposito, quod inspiciat statut cause, in quo reperit tẽpore excõmunicationis superuenientis: ⁊ quia videtur iste casus mistus: nã vere, ⁊ naturaliter iste dicitur reus: qa nihil petit, ꝙ sibi acquirat, sed solum vult grauamen a se remoueri: actor vero accidẽtaliter videtur, quia prius ad

iudicium

iudicium prouocauit. Unde in tali casu mixto preualet causa naturalis.l.iij.§.ɀ habet.ff.de tute. Et ista ratio saltem videtur procedere post incohatum iudicium, prout agitur in questio-
23 ne nostra hic.†Successiue Abb.prosequitur an eo casu,quo excommunicatus appellare nequit,post absolutionem admitta-
10 tur[10]. Et eadem questio formari potest in facultate agendi in causa principali.Et breuiter conclusio est quod excommunicato,etiam iuste,non currit tempus, ex quo agere non potest:vt Abb.hic dicit post Ant.de Bu.ɀ idē Abb.in c.j.in ver. sed ego formo questionem.de prescr.per tex.in ca.quia diuersitatem.de concess.preb.Et adde Host.in sum.de prescr.in §.que res. circa fi.ver.patet ex predictis.vbi inquit ꝙ quādo quis nullo modo agere potest, prescriptio ei non currit:sed si agere potest cū difficultate,currit prescriptio,sed datur restitutio.Et sequit Do. consil.cxlij.pro intellectu.ɀ facit tex.in l.j.C.de anna.exce.Et in simili casu no.Abb.consi.cj.in questione que vertitur. lib.j.ɀ in consi.xxij.quidam Jo.lib.ij.Aret.consi.cj.in causa Georgij.Et sicut non valenti agere non currit prescriptio, ita nec illi, qui agere potest,sed scit se repelli posse per exceptionem compen-
11 sationis[11]:vt no.scribit Pe.de Anch.consil.v.pro parte notabilis. Predicta conclusio limitatur, nisi excommunicatus negligens fuit in petenda absolutione:quia tunc currit tempus, ɀ non restituitur,vt Abb.hic concludit,post Ant.de Bu. ɀ idē Bal.in c.j.in fi.de prescr.ɀ est glo.in c.quia diuersitatem.in ver. suspensionis.in fi.de concess.preb.quia non excusatur tanquam
12 impeditus ille,qui potest impedimentum remouere[12].Et not. facit c.fi.de elect.l.sed ɀ si per pretorem.§.j.vbi Bal.ff.ex quibus cau.ma.ɀ in l.quibus diebus.in prin.vbi Bald.ff.de cond.ɀ demon.cum si.vt tradunt Mod.in c.j.ɀ in c.ex transmissa.de preben.ɀ dixi in c.ex ratione.ɀ in c.cum sit Romana.in prin.de ap. ɀ idem Bal.in c.ne pro defectu.de elec.Et bene facit quod in simili casu no.Ro.consi.ix.ꝙ pars condemnata.in princ.Et per ista videtur ꝙ non recte loquatur Alex.consi.lviij.viso.lib.v.v-
13 bi voluit ꝙ contra tertium possessorē non currat prescriptio[13]: quia creditor agere non potest non facta excussione,authē. hoc si debitor.C.de pign.Nā cum ipse creditor possit remouere hoc impedimentū excussionis agendo contra principalem debitorem,videtur ꝙ currat prescriptio,per supra dicta.¶ In ea.gl. ibi,potius ad damnum.ɀ ad hoc facit,quia licet excommunicatus agere non possit,si tamen hoc tenderet in odium eius,excōmunicatus agere cogeretur:vt no.Inn.in c.exceptionem.j.eo. Bal.in l.nulla.circa fi.ff.de legib.Imo.in c.significauerunt.j.e. ɀ Jo.de Ana.in c.dura.de cri.falsi. Et gesta per excommunica-
14 tum valent in preiudicium eius[14],vt no.per gl.pe.in c.pro illorum.de preb.ideo excommunicatus tenetur dicere officium:vt per gl.in c.presbyterum.xxviij.di.ɀ gl.j.ɀ in c.illud.in ver. officia.de cler.excom.mi.cum si.vt dixi in c.intelleximus. in ij.not. de iudic.Et ad rationem glo. aduertendum est:dum inquit ꝙ non licet excommunicato tangere sacra:nam ista ratio etiā videtur habere locum in excommunicato minori excommunicatione:quia etiam repellitur a sacramētis.c.si.de cler.excom.mi. ɀ tamen ipse iurare potest,cum testificari non possit: vt not.in c.decernimus.de sent.excom.in vj.Mod.respondent quod iuramentum non est de sacramentis, de quibus habetur per gl. in c.veniens.de transa.Et hoc cōfirmatur:quia excommunicatus minori excommunicatione,licet excludatur a perceptione sacramentorum non tamen excludatur a participatione diuinorum:ideo potest missam audire,osculum pacis recipere,ɀ in ecclesia officiare:vt concludit Arch.Floren.in Sum.in tract. de censuris.in c.lxiij.vbi loquitur de effectu excommunicatio-
24 nis minoris.†Secundo dicunt Mod.ꝙ excommunicatus nō prohibetur ingredi sacra,vt per gl.fi.j.q.j.c.cui studet.Sed videatis Abb.qui tenet contrarium in c.responso. de sen.excom. Et quantum ad propositum nostrum de iuramēto,communiter omnes tenent ꝙ excommunicatus non possit iurare in fauorem suum:sed in odium bene teneatur iuramentum suscipere.Et idem Abb.tradit in c.quod in dubijs.de sent.excom.Et ex hoc inferri videtur ꝙ in casu c.pastoralis.j.eo.non esset stādum iuramento excommunicati in probando exceptionem dilatoriam in fauorem eius. Mod.[i] tamē hic contrarium dicūt: quia tale iuramentum accessorie venit ad defensionem,que excommunicato permittitur.Et ad hoc bene facit dictum Inn. in c.si vero.circa fi.de sen.excom.ꝙ Abb.refert hic.Sed tamen considerandum est quod hoc videtur verum:quia venit in consequentiam necessariam, que in casu nostro non videtur: quia licet excommunicato defensio permittatur,per rationem, que in tex.hic allegatur,talis defensio permissa videtur cum probatione ordinaria,que in exceptionibus requiritur. l.in exceptionibus.ff.de proba.Non autem videtur permissa cum illa prerogatiua,vt possit probari cum iuramento, ex quo iuramentum

25 fauorabile,excommunicato denegatur:vt per glos.hic.¶†In fine glos.conclusio est, quod excommunicato iniuste in primis communio restitui debet.Et idem tenet glos.in c.nullus.ij.q.ij. ɀ Specu.in titu.de poss.ɀ pet.§.fi.versi.xxj.ɀ Rota in deci. xiiij. de senten.excommu.in antiquis.cum similib. vt tradunt Modern.hic.Ex quo Abb.infert quod quis petere potest restitutionem iurium,que possideri non possunt, nec quasi possideri, sed quodam modo concernunt statum persone.Et idem Abb. in c.querelam.in fi.de elec.ɀ dixi in consi.cxxxvj.in causa reuerē-
26 di.†Secundo Abb.infert quod parochianus excipere potest, si ab eo decime petantur, quod priuatus sit exhibitione sacramentorum:vt Lapus alleg.lxvij.quoddam monasterium.Domi.in c.fi.de rest.spo.in vj.cum si.vt per Mod.hic.Et aduertēdum est:quia dum allegatur gl.in c.omnis Christianus.de cōsecr.dist.j.que dicit quod parochianus presbyter potest diuina officia ɀ sacramenta denegare, nisi dentur ei oblationes, limitatur,nisi presbyter parochialis possit querere sibi victum ma-
k nibus[k] ex honesto exercitio,per tex.in c.clericus victum.xcj. distin.Et ita Abb.dicit in cap.veniens.j.in iiij.notab.de testi.ɀ Mod.hic sequuntur.Sed ista limitatio nō videtur vera:quia licet clericus ex honesto exercitio victū sibi querere possit. d.c. clericus.ɀ no. in cap.j.de celeb.miss.non tamen dicunt illa iura quo ad hoc teneantur:ideo videtur quod a parochianis possit indistincte oblationes petere: quia qui altari seruit, de altari viuere debet.capi.cum secundum Apostolum.de prebend. Et facit quod not.in cap.episcopus.de prebend.ɀ in capi.postulasti.de elec.cum simi.vt dixi ibi in fi.Et tali casu oblationes sunt de precepto:vt not.Abb.in cap.causa.de verborum signifi.ɀ in
27 rubi.j.de paroch.¶†In glo.fin.conclusio est secundum gloss. quod excommunicatus conuentus non possit debitum cōpen-
l sare[l].Et in hac questione doct.vario modo loquuntur,ɀ articulus esset disputabilis.Nam pro opi.negatiua,quam tenet gl. que est communis,vt Abb.hic:videtur tex.in l.amplius.in fin. ff.rem ratam hab. vbi prohibitus petere,compensare non potest:ergo videtur quod compensando dicatur petere:ɀ talis petitio excommunicato prohibetur.ca.intelleximus.de iud.ergo etiam compensatio prohibita videtur.Et ita arguit Host.hic.
15 Ant.de Bu.[15] hic respondet ꝙ ibi consideratur effectus:quia ille,cui facta fuit promissio de non petendo,damnificatur ex tali compensatione,contra intentionem partium.Voluit dicere quod partes in tali pacto cogitauerūt de effectu liberationis a debito:ɀ talis effectus non habetur facta compēsatione:quia compensatio habet effectum solutionis: sed per hoc non dicitur agere vere, nec petere ille, qui compensat. Et ad hoc facit tex.ibi: petijsse eum videri.verbum enim,videri,est nota improprietatis:vt no.in l.nemo.vbi Bartol.ff.de in integrum restitu.in l.si duo.de acquir.hered.cum simil.Sed ista solutio,que communiter tenetur, dubitabilis videtur: quia non videtur verum,quod in d.l.amplius. solum consideretur effectus solutionis:quia tex.ibi expresse dicit,quod cōmittatur stipulatio,si lis contestata fuerit: quia post litem contestatam dicitur proprie petere:ɀ sic committitur stipulatio absque effectu solutionis.Et dum postea tex. infert ad compensationem ꝙ fieri non possit:quia compensans videtur petere:ɀ hoc proprie intelligēdum videtur:vt illatio facta de compensatione conueniat dicto precedenti,a quo infertur. Sed tamen defendendo cōmunem solutionem,considerandum est quod illa stipulatio committitur primo facta litis cōtestatione in iudicio vt ibi in prin. dicitur. Secundo etiam committitur ex solutione recepta extra iudicium: vt ibi etiam expresse dicitur,declarando, vt per Pau.de Cast.ibi:quia per solutionem contrafactum videtur intentioni partium, qua cogitauerunt de liberatione debiti: postea dicitur de compensatione,que etiam fieri nequit:ɀ talis compensatio non impeditur ex eo quod dicatur proprie petere ille,qui compēsat,vt supra dicebatur,sed quia reputatur soluere.Unde sicut ibi solutio extra iudicialis non potest fieri,ita nec compensatio: quia soluere,ɀ compensare,parificantur. l.si debitor.in fi.ff.qui potio.in pign.l.si peculium.§.j.ff.de statu lib. ɀ not.Pau.de Castr.consi.cccxxviij.quod Nannes ɀ Sorus. libro primo.Et hoc modo patet quod illud, quod ibi dicitur de compēsatione,nullo modo refertur ad principium legis, ideo non bene allegatur illa lex,quod qui non potest petere,non potest compensare:sed bene probatur,ibi quod si solutio prohibetur,etiam cōpensatio prohibita intelligitur.Secundo pro ista parte negatiua facit tex.in l.quoniam Alexādrum. C.de adul. vbi seruus,qui potest defendere,se contra dominum, nō potest vti exceptione lenocinij:quasi compensatiua contra accusatorem.Sed respondetur quod ille,opponit lenocinium,non propterea excusatur: lenocinium enim mariti ipsum onerat, non mulierem excusat,vt dicitur in l.ij.§.si publico.ff.de adulte.ɀ in

d.l.quoniã.& illa exceptio habet vim noue accusationis, vt not. Bar.in l.libertus.la j.& Alex.ibi.ff.de in ius voc.& tradit Tindarus in trac.de compen. Tertio, quia exceptio compensationis videtur reconuentio: vt no.in l.neque.C.de compen. vbi cõpensatio dicitur mutua petitio, que est reconuentio, c.j.& c.ij.de mut.pe.que quidem reconuentio excommunicato prohibetur, vt hic. Et hac ratione dicit Bald.in l.cum Papinianus. C.de sent.in fi.quod exceptio compensationis non potest opponi coram arbitro. Et idem Bal.in d.l.neque.in fi.cum si. vt tradunt Mod.hic,& Alex.consi.cxviij.tit.questionis.lib.ij.& cõsi.lxxxvj. super predictis.libr.v. Sed responderi potest quod compensatio, non dicitur reconuentio, saltem proprie: vt no.Bald.in d.l.cum Papinianus. Nam qui compensat, dicit se nõ teneri,& nihil petit: sed qui proponit reconuentionem, dicit petere.d.l.cũ Papinianus. Quarto arguitur, quia ille compensationẽ opponit, qui agere potest: sed excommunicatus agere non potest, ergo videtur quod compensare non possit. Sed dic non esse verum: quia etiam ille, qui non potest agere, compensare tamen potest, l.etiam.ff.de compen. Quinto, quia non veniunt in compensationem, que per exceptionem perimi possunt. l.quecunq;. ff.de compen.sed excommunicatus agere non potest: quia exceptione repellitur.c.j.eo.tit.in vj. Ergo videtur, quod compensare non possit. Sed respondetur, secundum Anto.de Bu.hic, quod text.in d.l.quecunque.loquitur in exceptione peremptoria, non dilatoria. Ista responsio videtur contra text.in l.quod in diem.ff.de compen. vbi patet quod etiam per exceptionẽ dilatoriam compensatio impeditur. Unde responderi potest qd text.in d.l.quecunq;.loquitur in exceptione, que respicit debitũ: ista vero respicit personam. Et iste sunt rationes, que communiter inducuntur. Sexto vlterius pro ista communi opi.induco text.in l.iij.ff.de compen.dum ibi dicitur, quod fuit necessaria compensatio: quia interest nostra potius nõ soluere, quam solutum repetere: & quia frustra fit per plura, quod fieri potest per pauciora: vt no.Bald.in l.fi.col.ij.in ij.q.C.de compens.vbi ponit rationem compẽsationis, que inducitur a lege. Sed ista ratio cessat in excommunicato qui non potest petere: ergo videtur quod compensare non possit. Et hoc confirmatur: quia in compensatione lex fingit solutum ab vtraque parte gratia breuioris manus: arg.l.singularia.ff.si cer.pe.sed fictio non potest habere locum, vbi veritas cadere non potest. l. qui ad certum.ff.loc. Cum ergo excommunicatus petere non possit, non potest videri quod sibi solutum fuerit: & quia compensatio fit, vbi nõ cadit interesse. Sed in isto casu agitur de interesse: quia ille, qui agit contra excommunicatum, non potest ab excõmunicato conueniri, nec reconueniri: ergo non videtur habere locum compensatio. Sed ad ista etiam responderi potest, quod procedũt habito respectu ad debitum ipsum, q peti possit: ita loquitur tex.in d.l.iij. Facit tex.in l.quod in diem.ff.de compẽ. & sic illa iura videntur procedere data habilitate persone. Secus videtur in casu isto, vbi persona inhabilis reperitur. Secũdo responderi potest quod ratio.d.l.iij.non videtur finalis, qd patet: quia debitum naturale compensari potest. d.l.etiam.de compens.& tamen non potest peti: & sic cessant rationes omnes que s.inducuntur pro parte negatiua, quam tenet Bar. in d.l. amplius.cum si.vt tradunt Mod.hic,& Alexã.in l.libertus.la j.ff.de in ius voc.& consi.xij.viso themate.lib.ij.& Nellus in trac. bannit.in prima parte secundi temporis, in quest.lxvj. Contrarium, videlicet quod imo excommunicatus opponere cõpensationem possit, tenent plerique quos Abb.hic refert,& ipse de equitate istam opi.sequitur, quam etiam tenet Bar.Brix.in q. cxix.queritur vtrum excommunicatus. Anto.de Bu.hic, cum simi.vt tradunt Mod.& Alex.in d.l.libertus.j.ff.de in ius vo.& Tinda.in trac.de compen.ver.nũc videamus. Et pro ista opi. adducitur primo, quia cum exceptio compensationis deducatur per viam exceptionis ad istum effectũ vt actor repellatur, hoc excommunicato permissum videtur, vt hic: & licet excõmunicatus consequatur debitum,& sic impugnare videtur, hoc venit in consequentiam,& non attenditur.l.j.§.j.ff.de autho. tuto. Sed responderi potest q excommunicato solum defensio necessaria conceditur, vt dicitur hic: & opponens compensationẽ non dicitur defendere: quia non negat neque impugnat debitum petitum: sed ex eo, q sibi debetur, ex alio capite vult equiparari actori, ideo impugnare videtur: & talis impugnatio nõ venit in consequentiam defensionis: quia ex alio capite insurgit: sicut est in reconuẽtione, que prohibetur excommunicato, quia habet impugnationem: & non admittitur illa ratio, q veniat in consequentiam: vt no.in ca.j.& ij.de mut.pet. Et per hoc tollitur etiam ratio Abb.dum inquit q opponens compensationẽ, facto aduersarij impeditur soluere: quia attenta tali ratione deberet excommunicatus posse reconuenire actorem: cum ius contrarium hic dicitur. Et pro ista parte etiam allegatur: qr iste casus cõpensationis mistus videtur, ideo in tali casu misto deberet admitti: arg.c.sacris.de sepul. Sed respondetur q cum excommunicatus non possit esse in iudicio: nisi vt reus necessarius casus mistus remanet sub regula. ca.intelleximus. de iudic.& quia causa prohibitiua preualere videtur.l.iij.§.liberti. ff.de suspe.tu. Et causa, que nocet inspicitur.l.quod si vir.ff.pro solut.& qr tex.in d.c.in sacris.fundatur, ne inferatur preiudiciũ alteri, qui non est in culpa: que ratio cessat in ipso excommunicato. Ultimo pro ista opi. Tinda.in loco s.alleg. rationẽ adducit, quam dicit inconuincibilem: qr compensatio fit ipso iure a lege.l.verum.l.si ambo.l.post ea quam.ff.de compen.l.fi.eod.tit. Si ergo compensatio facta sit a iure, videtur in effectu sublatũ debitum,& excommunicatus videtur q possit allegare cõpensationem factam a iure, per quam debitum extingitur, sicut si allegaret prescriptionem vel aliam defensionem, que sibi a iure competeret. Et ista non videtur noua ratio, sed eam ponit Albe.in iiij.parte stat.q.xcij.vbi inquit q excommunicatus compensando nihil petit, sed defensione facta a lege vtitur, ex quo ipso iure compensatio fit. Alleg.d.l.post ea quam.& in §. in bone fidei.inst.de act. Et hoc etiam refert Nel.in trac.banni.in prima parte secundi temporis, in q.lxvij. Sed etiam huic rationi videtur posse responderi, q verum est q ipso iure facta sit compensatio in casibus, in quibus compensatio admittitur: sed in excommunicato non videtur q compensatio habeat locum, ex quo ipse petere nõ potest: ar.in d.l.iij.de compen. Replicari tamen potest q compensatio respicit debitum,& respectu debiti facta videtur compẽsatio ipso iure: & qr etiam compẽsatio admittitur: licet debitum peti non possit.l.etiam.ff.de cõpen. Secundo respondetur q non videtur verum, q ipso iure fiat cõpensatio, nisi ab homine talis exceptio opponatur.l.ij.ibi: si paratus est compensare.ff.de compens. Bar.in l.j.ff.eo.& in l.quod dicitur.in fi.ff.de impen.& no.per glo.in l.rei iudicate.§.j.ff. sol. mat. Et opponendo in effectu videtur agere q excommunicato non licet. Sed replicari potest q opponendo non videt agere, sed declarare quod velit vti exceptione sibi competenti de compensatione ipso iure facta a lege, sicut in alia exceptione, que non prodest, nisi opponatur. Et sic ista opin. non solum de equitate, sed etiam de iure verior videtur: qr qui compensat, retinet.l.in restituenda.C.de pe.he.& retentio, defensio est.viij.dis. c.quo iure. Et hac ratione videtur q naturale debitum cõpensetur.d.l.etiam.de compens. Unum dicit Abb.notandum esse, videlicet dictum Inn.in c.si vere.de sen.ex.circa fi. vbi inquit q ille, qui agit contra excommunicatum, tenetur excommunicato omnia dare, ad que obligatur ex illo actu, pro quo agit, p istum tex.hic. Ex quo infertur sm Abb.post Jo.And.& alios, q excommunicatus non tenetur tradere rem venditã, nisi pretiũ sibi soluatur. Et per hoc limitatur quod dicitur hic de reconuentione, vt non habeat locum, quando reconuentio insurgit ex eadem materia. Et ita Are.dicit in c.at si clerici. in prin. c.de iudi. Sed tamen considerandum est: qr non videtur q excommunicatus etiam in eodem contractu possit reconuenire actorem: qr militaret ratio text.hic: sed excõmunicatus per viã defensionis cõsequitur id, ad q actor erat sibi obligatus. Nam actor, qui petit sibi tradi rẽ venditam, tenetur offerre pretiũ.l. Julianus.§.offerri.ff.de act.em. Et hanc exceptionẽ per viam defensionis excõicatus opponere potest. Et pro dicto Inn.in d.c.si vere.facit text.in l.si duo patroni.§.si quis iurauerit.ff.de

28 iureiu. †Successiue Abb.cõcludit post Ant.de Bu.& Jo.An. q fideiussor poterit obijcere exceptionem compensationis, dato q excommunicatus principalis illam obijcere nõ possit. Et conclusionem Abb.cõmuniter doc.tenent, vt late Albe.tradit in iiij.parte statu.in q.cxij.vbi post Jac.de Are. quẽ ibi refert, ita finaliter concludunt.& idem sequitur Nellus in trac. banni. in j.parte secundi tempo.q.lxvij. Sed tamen considerandũ est, q rationes, quas Abb.inducit, euitari possunt. Nam non obstat prima ratio, dum dicitur, q ius permittit fideiussori satisfacere de bonis debitoris.l.si procuratorem.§. si ignorantes.ff. mand. ergo pariter videtur q compensare possit: qr respondetur q arg.de solutione, procedit: qr ipse reus principalis habet potestatem soluendi, non sic videtur in hoc casu, in quo reus principalis non habet potestatem compensandi. Preterea, nõ valet in isto casu equiparatio de solutione ad compensationẽ: qr principalis potest soluere,& tamen non potest compensare, vt presupponitur. Et ratio manifesta videtur: qr in solutione excommunicatus grauatur: sed in recompẽsatione releuatur. Secundo non obst.quod fideiussor videtur habere causam onerosam: qr hoc non videtur verum, ex quo repetit a principali illud, quod soluit. Tertio non obstat quod exceptio personalis non dehet nocere fideiussori: quia in effectu nõ nocet, quia ipse habet

habet regressum contra reum principalem, si soluerit non opposita exceptione compensationis, qua reus vti non potuit. l. idemque. §. generaliter. ff. mand. Quarto non obstat quod excommunicatus prohibetur propter periculum excommunicationis. Et ista ratio cessat in fideiussore: quia hoc verum est, cõsiderata persona fideiussoris, sed respectu principalis, ex quo ipse excommunicatus prohibetur vt rubore suffusus inducatur ad correctionẽ. Ista ratio etiam procedit, si fideiussor prohibeatur compensare: quia facilius inducetur ad correctionẽ, ex quo videtur quod per directum, & per indirectum non potest compensationem obijcere. Quinto non obstat quod fideiussor potest omnes exceptiones reo competentes obijcere, etiã reo inuito. l. omnes exceptiones. ff. de exce. quia hoc verum est, quando reus ipse opponere potest tales exceptiones. Secus videtur in casu isto, in quo principalis prohibetur ipsam exceptionem compensationis obijcere. Vltimo non obstat, quod innocens propter nocentem puniri non debet. arg. c. sacris. de sepult. quia respondetur, vt dictum est, quod fideiussor ponitur in tali casu, ex quo hoc totum redundat in preiudicium principalis. Ideo probabilis videtur in ista questione distinctio quorundam, quos refert Anto. de But. hic, Albe. & Fel. in locis supra allegatis, quod aut reus principalis est soluendo: & fideiussor non possit talem exceptionem opponere: quia hoc resultaret in fauorem rei. Aut reus principalis non est soluẽdo: & tunc fideiussor compẽsationem obijcere possit: tunc hoc esset in preiudicium fideiussoris. Vltimo Abb. cõcludit contra Anto. de Butr. quod excommunicatus non potest implorare officium iudicis, vt declarat exceptionem sibi competere, actore non agente. Et idem in simili concludit Anto. de But. in capi. intelleximus. versi. nunquid autem. Et idem Abb. ibi. de iudic. quod excommunicatus non potest intentare condictionem. l. diffamari. C. de ingen. & idem Pau. de Cast. in l. libertus. j. ff. de in ius voc. quia tali casu reus voluntarius videtur ex quo non est stimulatus. Et ad hoc facit, quia actor dicitur ille, qui prius ad iudicium prouocauit, c. forus. §. actor. de verb. sig. Et in proposito no. Bar. in l. libertus. j. ff. de in ius voc. Et quia excõmunicatus solum potest esse in iudicio, quando conuenitur, ne habeat reportare commodum ex malitia. d. c. intelleximus. Reperio tamen Joan. de Ana. in c. dura. de cri. fal. videtur tenere cõtrarium in casu d. l. diffamari. & etiam in terminis questionis, de qua Abb. hic loquitur. Mouetur: quia excõmunicatus non prohibetur agere ad finem defensionis: quia appellare potest. c. fin. j. eo. & potest excipere: & tamen in exceptione actor reputatur. l. ij. ff. de except. Ita ergo videtur in casibus predictis: quia intentio principalis est ad defensionem & ab eo nihil petitur, quod sibi acquiratur, sed solum quod liberetur. Sed respondetur quod talis defensio in isto casu non est necessaria: ex quo de presenti non stimulatur, & solum permissa est defensio excommunicato, quando conuenitur vel hic textu nostro: & quando ipse appellationem interponit, vel exceptionem opponit quam probare tenetur: hoc totum facit tanquam reus necessarius: quia a principio conuentus fuit & requisitus.

Additiones.

1 Absurdo vitando. Et debent verba impropriari, ne sequatur absurditas. Alex. in consi. cxxv. in fi. lib. v. & vide Bal. in consilio clxiij. in prin. lib. j. & quod in interpretandis legibus, statutis, rescriptis, & alijs sit euitanda, vide Bald. in consi. lxxxvj. in fin. libro secundo.

2 Interpretatur. Et quod fiat extensio ratione absurdi euitandi: vide Joan. Chr. in l. si is qui pro emptore. numero 83. ff. de vsucapion.

3 Potestatis. Adde Gemi. in consi. xxxvj. Cald. in consi. viij. in tit. de rescr. Cur. Sen. in consi. xx. versicu. sed ad hoc respondeo. vbi no. amplia. & vide Aret. in consi. clxv. ver. circa secundũ dubium. & quod non presumatur, vide And. Sicu. in consi. xiij. lib. iij. & hoc presertim si actus potest sustineri de iure communi. vide Lancel. Galiau. in rep. l. Centurio. ff. de vulg. & pu. presumitur tamen, vti quando alias actus valere nõ posset: vt per Lance. Galiau. ibi. nu. 120. Fel. in c. j. §. de const. Dec. in consilio cclxxix. nu. 4. Pau. de Cast. in consi. ccccxiiij. lib. j.

4 Validum. Adde Dec. §. in rub. de confir. vti. vel inu.

5 Exprimitur. Vide Dec. in c. ad hec. de rescr.

6 Potestate. Vide hec omnia posita per eundem in c. ad hec. de rescr. in dubio tamen non videtur remota, etiã stante clausula, ex certa scientia, vel motu proprio, vel in legato de latere. Dec. in c. proposuit. in j. not. de appel.

7 Non potest. Vide §. in ca. preced. vbi dicit quod vbi requiritur, consilium est quod exprimatur.

Non posse. Vide eundem in c. intelleximus. de iudic. & infra eod. cap. in fin.

9 Non interrumpitur. Adde Joan. Franci. Balb. in tract. de prescription.

10 Admittatur. Vide Dec. in c. j. in ij. lec. de iudic.

11 Compensationis. Vide Jo. Fran. Balbum in tract. de prescrip. in ij. amplia. vbi plura alleg.

12 Remouere. Adde Dec. in c. j. in ij. lec. de iudic.

13 Prescriptio. Vide Jo. Franc. Balbum in trac. de prescrip.

14 Preiudicium. Idem in c. intelleximus. §. de iudic.

15 Anto. de But. Vide Dec. in l. fi. C. de eden. Sil. Ald.

a [redacted]

b Plenitudine. Dec. §. de off. deleg. c. quoniam Abbas.

c Scientia. Bal. per quos fiat inuest. in fi. in vsi. feud. Hippol. Marsi. in rub. de prob. Jas. l. iustitia. de iusti. & iure. Alex. consi. xj. nu. 2. lib. vij. vbi dixi.

d Non potest. [redacted]

e Constare [redacted]

f Interesse. Soc. tract. de cita. artic. 20. nu. 22. Hippo. Marsi. sing. cclxiij. Matth. Afflic. decisio. Neapo. ij. & decisio. xxxiij.

g Prescriptio. [redacted]

h Dubitabilis. [redacted]

i Nod. Scilicet Fel. & bene, quicquid Dec. hic dicat.

k [redacted]

l Henr. Bohic. decisio. Tholo. j. Guid. Pap. consi. cviij.

2 Diete debent computari a fine diecesis, & non a [redacted] tationis eius qui conuenitur.

3 Miliare ex quot passibus efficitur.

4 Citatus notorie vltra vnam dietam, an teneatur comparere.

5 Citatus vltra vnam dietam si non comparet, an processus sit nullus.

6 Dieta statuta de iure, an attendatur per terram, vel per mare.

7 Citatus vltra duas dietas, si nolit comparere, iudices autẽ velint venire ad locum, qui non distet vltra duas dietas, an possit declinare eorum iudicium.



Vm. Sũmatur, & diuiditur vt per Ab. h. † No. primo ibi: Treueren. archiepiscopo, quod causa etiam ordinario delegari potest. de quo in c. licet. in c. graue. de offi. ordi. Not. secundo quod ver. respondere. ponitur hic pro litigare. Quandoque tamen ponitur pro soluere: de quo dixi in c. j. in xj. fal. de iudi. in prioribus scriptis. † Not. tertio ibi: extra suã diecesim. quod a fine diecesis debent diete computari, & non a loco habitationis eius, qui cõuenitur. Idem probatur in c. nonnulli. in prin. vbi Abb. in vlt. no. de rescr. Et a quo loco dieta debeat computari, no. Abb. in c. ex parte B. de fo. compe. & in c. dilectus filius. ij. de rescri. cũ si. vt tradunt Mod. ibi. Hodie vero quis non debet trahi vltra vnam dietam. c. statutũ. §. cum vero. de rescri. in vj. Et hoc procedit etiam si esset locus parum remotus vltra vnam dietã, secundũ glo. in d. §. cũ vero. in ver. remotus. vbi Do. Nam illa dictio vltra, verificatur in minimo, vt not. per gl. in c. cum causa. de empt. que dicit illum tex. dum loquitur de venditione vltra dimidiam iusti pretij, habere locum etiam in modico excessu [1]. Et hoc not. Bal. in l. ij. ver. sed nunquid. C. de rescin. ven. cum si. vt Alex. scribit consi. cix. viso. lib. iij. Et dieta hic, de qua tex. loquitur, accipit pro itinere vnius diei: & in d. c. nonnulli. in prin. de rescr. in d. c. statutum. §. cum vero. & in ca. ex parte B. de foro compe. Alibi dieta accipitur pro loco domus, vbi quis moratur causa recreationis. l. equissimum. §. sed si edium. ff. vsufru. l. j. §. eodem autem tecto. ff. ad Silla. & in l. ligni appellatio. §. lignis. de leg. iij. Et quantum ad casum nostrum hic, dieta de iure terminatur pro viginti miliaribus [2] pro die. l. j. §. fi. si quis cau. in l. iij. ff. de verbo. sign. & per glo. in l. si cui. §. tam diu. in versicu. prestitit. ff. ex quibus cau. ma. Et hoc procedat, nisi aliter se haberet communis vsus loquendi in loco: vt no. per glo. in d. cap. nonnulli. in verbo, duas dietas. ibi per glos. in ca. cupientes. in verbo, commode. de elect. in vj. & in c. statutum. §. cum autem. in versi. dietã. de resc. in vj. Secundo quod dictũ est de viginti miliaribus in die, habet locũ in via terrestri: secus est in mariti-

ma, in qua dieta pro quinquaginta miliaribus terminatur: vt not. Bar. in tract. de insula. Paul. de Cast. in l. insule. ff. de iud.
3 Et in istis milliaribus, que in dieta computantur, † mille passus faciunt milliare. l. mille passus. ff. de verbo. signi. vbi glos. & gl. in l. j. ff. si quis cau. Et quinque pedes faciunt vnum passum: vt not. per glo. & ibi Bart. in l. iij. ff. de verb. signi. & idem Bart. & Ang. in d. l. j. ff. si quis cau. vbi etiam Angel. dicit quod quindecim digiti faciunt vnum pedem. Et ad hoc est glos. not. in c. sicut antiquitus. xvij. q. iiij. de his no. Floria. in l. vie. ff. de serui. rusti. predic. Quot autem leuce faciant dietam not. Abb. post
4 [redacted]
quod docto. communiter contrarium dicunt in c. nonnulli. in princip. de rescrip. Sed breuiter possumus considerare duos casus. Primus est, quando ex tenore citationis colligitur quod citatus sit vltra dietam: vt quia hic Papie conueniatur clericus Bononiensis. Et in isto casu conclusio Abb. bene procedit. Et in simili casu [redacted] ff. de indic. facit glo. in c. conuenior. xxiij. q. viij. cum [redacted] si duobus. de appellat. Secundus casus est, quando ex tenore citationis hoc non apparet: & tunc debet comparere, cum de notorio dubita- [redacted] de rescript.
5 † In se[redacted] nam dietam non compareret, processus esset nullus, per c. statutum. de rescrip. [redacted] citatus etiam expresse consentiret tra[redacted] non tamen valeret processus: vt not. voluit Card. consil. lxxj. seriatim in primo dubio. per text. in d. ca. statutum. in fin. vbi apponitur clausula decreti, & dicitur quicquid contra premissa, vel eorum aliquod, contigerit attentari, sit ipso iure irritum, & inane. Cum ergo vlterius procedat annullando consensus
4 partis nihil operatur [4], vt not. per glo. in d. c. statutum. in ver. committatur. & in c. dispendia. in versi. processus. cod. tit. de rescript. in vj. & quia consensus expresse solum operatur in casu. d. c. statutum. §. in nullo. Ergo secus videtur in alijs casibus, arg. l. cum pretor. ff. de iudi. in c. nonne. de presum. & quia dispositio. d. c. statutum. videtur fundata in communi vtilitate, vt dicitur in princip. ibi: pro communi vtilitate, ergo partes renuntiare non possunt. l. iurisgen. §. si paciscar. ff. de pact. not. in c. si diligenti. de fo. compe. Et ita concludit Mod. hic. Et hoc confirmatur, quia text. in d. c. statutum. in fi. vlterius procedit annullando, quo casu videtur dare formam in illo actu: vt est doctrina Bal. que approbatur communiter in l. j. ff. de liber. & posthu. Et quando aliquid pro forma requiritur renuntiari non potest vt not. Bartol. in l. de his. ff. de transac. in l. iubemus. C. de iudic. Et in tantum hoc procedit quod licet dispositio respiciat merum fauorem partium, tamen quando apponitur clausula decreti, renuntiatio fieri non potest: vt est casus not. in c. dilecto. versi. nisi. forte & ibi Abb. de prebendis. Sed durum admodū videtur quod reus, si velit & expresse consentiat quod vltra vnam dietam trahatur extra propriam diecesim, quod
5 non valeat processus [5]: quia in fauorem rei hoc statutum fuit.
a Si ergo reus expresse cōsentiat videtur quod fauori suo renūtiare potest arg. c. ad apostolicam. de regu. l. pen. C. de pact. Et actus, qui in fauorem alicuius annullatur, illo volente validatur: vt per glo. que communiter approbatur in l. & eleganter. in princip. ff. de dolo. & probatur in l. Julianus. §. si quis colludente. ff. de act. empt. Et specialiter in proposito facit tex. in c. nonnulli. in princip. de rescrip. vbi quia nō potest trahi vltra duas dietas per literas apostolicas, nisi de partium consensu impetrate fuerint: ergo videtur quod consensus partiū in hoc principaliter attendatur. Et ad hoc videtur text. in d. c. statutum. §. in nullo. de rescript. in vj. vbi de consensu partium potest index exire diecesim, in qua deputatus fuit, & procedere ibi, & valebit processus: ergo pariter videtur dicendum quod valeat processus, quando reus consentit quod vltra dietam trahatur. In vtroque enim casu solus fauor partium considerari videtur, cui partes, vt dixi, renuntiare possunt. Non obst. allegata in contrarium. Primo text. in d. c. statutum. in fin. quia quantum ad casum nostrum procedit quando partes non consentiunt: & tunc in fauorem partis processus annullatur: ideo si pars velit, processus conualidatur, vt supra dixi per glos. in d. l. & eleganter. in princip. Et hoc confirmatur, quia in d. c. statutum. §. cum autem. dicitur quod non debet reus trahi vltra vnam dietā. Nam hoc intelligitur quando inuitus trahitur, vt
6 denotat illud verbum, traxerit [6], quod ponitur in d. §. cum autem. Et ita de isto verbo not. Bart. in l. j. C. de agri. lib. xj. cum si. vt dicam in c. dilecti. j. eodē. Non obst. quod consensus partium solum attenditur in casu, in quo loquitur §. si in nullo. quia idem videtur in casu nostro, qui similis videtur. Et exceptio facta in vno casu etiam in alio simil. habet locum. c. cum dilecti. de confirmat. vtili. cum simil. vt dixi ibi. Non obst. quod not. per glo. in d. c. statutum. in ver. committatur. quia in terminis, in quibus loquitur gloss. ibi cum si. non agitur simpliciter de fauore partis, prout Dom. ibi post Imo. declarat, & dixi in c. cum accessissent. de constit. Non obst. text. in d. c. statutum. qui fundatur in vtilitate publica: quia illud habet locum quātum ad principium capituli, sed non in omnibus casibus ipsius vt patet in dicto §. in nullo. vbi partes renuntiare possunt ita pariter in casu nostro videtur, vt s. dictum est. Non obst. quod sit data forma, cui renuntiari non potest: quia imo quando forma respicit vtilitatem priuatam, potest renuntiari: vt est text. in c. fin. §. his autem. vbi Abb. in ij. not. de offic. delega. facit text. in l. filio preterito. & quod Bart. ff. de iniusto, rup. & ita videtur in casu isto per s. dicta. Non obst. quod vbi clausula decreti apponitur, renuntiari non possit, licet agatur de fauore partium: quia hoc non est verum. Nam in d. c. dilecto. non agitur simpliciter de fauore partis, vt tradit Abb. post Innoc. in gl. in ver. hinc primū. Agebatur enim ibi de fauore ecclesie: ideo voluit ipse apponendo clausulam decreti, obuiare facilitati canonicorum in vtilitatem ecclesie: vt etiam dixi in c. cum accessissent.
6 de constit. † In iij. q. Abb. concludit quod in mensura diete via terrestris, & non maritima, attendatur: prout etiam prius hic dicit Joan. And. post Hoste. & idem Anto. de But. in d. c. nonnulli. in princip. in glo. duas dietas. & Joan. de Imo. in l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. versi. quid autem. Et ista conclusio de plano procedit tempore, quo nauigari prohibetur, videlicet a Calendis Octobris vsque ad Calend. Aprilis. l. iij. C. de naufra. lib. xj. & per glo. in l. qui petitorio. §. fin. ff. de rei vend. Similiter quando in mari esset tempestas. d. l. qui petitorio. §. fin. vbi Angel. alias vero non magis terrestris via, quam maritima attenditur: sed illa, que magis frequentatur, prout dicunt antiqui, quos Abb. in princip. hic refert. Et ad hoc facit text. in l. ij. §. fin. ibi: si tempestas in mari fuerit, terra autem venire potuit. ff. si quis cau. Cessante ergo tempestate, non minus videtur in consideratione via maritima, quam terrestris: & illa attenderetur, si esset magis frequentata: vt patet in ciuitate Pisarum versus ianuam: & si vtraque vsitata sit, securior videtur terrestris: quia in mari periculum imminet: vt not. Bald. in l. ij. C. de nautico fenore. Et ita ex predictis patet, cum queritur de distantia alicuius loci, inspicitur via, que plerunque vsitatur: vt per Bart. in l. j. versi. sed quero. ff. si quis cautio. in l. continuus. §. cum ita. de verbor. obliga. cum similibus: vt tradunt Mod. hic, Alexā. in d. l. j. in fi. ff. si quis caut. & idem Alex.
7 consil. xxij. consideratis verbis. lib. iiij. ¶ † In gl. j. ibi: & ita non faciunt contra concilium: idem latius voluit gl. in d. c. nonnulli. in ver. duas dietas. & docto. omnes ibi, & hic sequuntur. Sed ista cōmunis conclusio non videtur procedere sine dubio: quia statim quod reus, qui conuenitur, excipit, quod inspecto tenore rescripti vltra duas dietas trahatur, secundum ista tempora fundatam videtur habere intentionem, vt non teneatur respondere. d. ca. nonnulli. in princ. Nec attenditur consideratio gloss. quia ad iudicandum iustitiam vel iniustitiam citationis, consideratur illud, quod est regulariter, vt est doctrina Inno. in c. ij. de dila. quam do. sequuntur, & not. Bar. in l. iij. ff. si quis in ius vocatus non ierit. Non obst. iste text. hic, in quo gl. hic, & in d. c. nonnulli. fundamentum facit: quia, vt hic patet, ista fuit allegatio partis replicantis cōtra exceptionem propositam, vt colligitur ibi: procurator partis aduerse respōdit, merito non potest in talibus verbis fundamentum fieri: & text. hic potius videtur probare contrarium. ex quo non obstante tali replicatione facta per procuratorem, Papa hic simpliciter mandat quod ille, qui appellauit, debeat probare veritatem exceptionis proposite, videlicet quod traheretur vltra duas dietas: nā cum ex tali probatione appellatio iustificetur, replicatio reiecta videtur a sum. ponti. & hoc modo text. videtur probare contrarium. Retenta tamen conclusione glo. que communiter tenetur, bene procederet secūdum ista iura: sed hodie limitatur non habere locum, quando iudex se appropinquando exiret diecesim, quam exire hodie prohibetur. c. statutum. §. in nullo. de rescriptis. in vj. sed stando diecesi se appropinquare potest, ita quod reus nō trahitur ad vnā dietam ab eius diecesi: vt Abb. hic concludit: & in d. c. nonnulli. in gloss. in versic. duas dietas. & Moderni hic, & ibi sequuntur. Sed aduertendum est: quia sicut

sicut iudex non potest exire diocesim, in qua datus sit, ita non potest exire ciuitatem, in qua deputatus sit: nam ista duo equiparantur. d.c.statutum.§.in nullo.ibi: extra ciuitatem, vel diocesim, in quibus fuerit deputatus: ideo videtur quod iudex se appropinquare non possit exeundo locum sibi deputatum, licet non exiret diocesim. Unde quod doctor. dicunt de appropinquatione, intelligitur recedendo a loco eius solite residentie vel habitationis, quando diocesis simpliciter fuit pro loco deputata: non autem quod possit exire locum sibi specialiter deputatum vt est text. in d.§.in nullo. Uel aliter declaratur ille text. in d.§.in nullo. vt Domi. post Joan. And. ibi dicit in prima opp. Et ex predictis inferunt Moder. hic, quod hodie impetratio facta vltra vnam dietam no abbreuiabilem per appropinquationem delegati stantis in diocesi, est nulla, adeo quod nec etiam de partium consensu confirmetur, si velit exire diocesim, ex quo a principio fuit nulla. d.c.statutum. in fi. 2 not. Card. consi. lxxi. s. alleg. 2 latius idem tradunt Moder. in dicto capi. nonnulli. in princ. Et si dicatur, sicut potest se appropinquare stando in diocesi, 2 rescriptum non erit nullum, vt supra dictum est, ita videtur quod possit exire diocesim de partium consensu d.ca. statutum.§.in nullo. Mod. respondent in d.c. nonnulli. quod quando potest se appropinquare stando in diocesi, rescriptum no videtur nullum: quia ista facultas data iudici inest tempore collate iurisdictionis absque partium consensu: ideo rescriptu valet: sed partium consensus, qui requiritur in exitu diocesis. d.§. in nullo. non inerat tempore impetrationis: vnde statim impetratio fuit nulla. Sed ista differentia non videtur vera: quia sicut valet a principio rescriptum excedens dietam, propter facultatem quam habet iudex in appropinquando se intra diocesim, vt doc. dicunt, ita videtur valere, quando iudex velit exire diocesim, de partium consensu: quia in vtroque casu non considera tur forma rescripti, sed attenditur an iudex velit a seipso appropinquare, vel exire diocesim de partium consensu: quia quod operatur facultas iudicis sola non exeundo diocesim, idem videtur operari accedente partium consensu in exitu diocesis: quia in vtroque casu non consideratur forma rescripti, sed attenditur an iudex velit a seipso appropinquare intra diocesim vel exire diocesim de partium consensu. Talis enim facultas extrinsecus venit contra formam rescripti. Unde concludendum videtur quod in vtroque casu non valeat rescriptum, vel vtroque casu valeat. Et quod valeat videtur text. in dicto cap. statutum.§.in nullo.

Additiones.

1 Excessu. Uide Jas. in auth. qui rem. C. de sacr. san. eccle. Jas. in l. j. ff. si quis cau.

2 Ex. miliaribus. Uide omnino Dec. in cap. cum sit Romana. in v. not. de appel.

3 Excedat. Et quod in omni casu vbi notoriu est, quod quis non teneatur comparere citatus potest non comparere, 2 quando teneatur saltem proponere, Dec. in capit. si duobus. de appellation.

4 Operatur. Adde Felinum in capit. cum accessissent. de appellationibus.

5 Ualeat processus. Uide Dec. in l. penult. versi. secundo conclusio. C. de pac. vbi ponit multa in proposito in cap. cum accessissent. de constitut.

6 Uerbum traxerit. Uide Dec. in cap. at si clerici. de iud.

Siluest. Aldob. [redacted]

a Quod fauori. Et bene.

1 Episcopus appellatur frater a summo pontifice, cardinales vero vocantur filij.
2 Episcopus an sit maior cardinali presbytero.
3 Libellus generalis, an procedat in accessorijs.
4 Reus non debet exceptionem proponere ante quam actor fundauerit intentionem suam.
5 Rei vendicatio vtilis datur episcopo pro iuribus suis.
6 Ecclesia vna potest permutari cum pluribus.
7 Episcopus, aut alius prelatus, censentur esse loco domini.
8 Episcopus habet fundatam intentionem suam per totam diocesim.
9 Instrumentum transumptum, si discordat cum originali, statur ipsi originali.
10 Concedo, hoc verbum quam significationem importet.
11 Testes si dixerunt aliquam rem similem, que similitudo requiratur.
12 Responsio repentina, 2 indeliberata, non nocet.
13 Contractus bone fidei, 2 stricti iuris, qualiter differunt.
14 Interesse lucri cessantis an possit peti de iure canonico.
15 Obligatio rem dari, 2 rem tradi, qualiter differant.
16 Permutatio non fit, quando traditur res aliena. 17.
18 Permutantes beneficia, si vnus permutantium nullum ius habet in beneficio, nulla erit permutatio.
19 Excipiens an videatur confiteri intentionem actoris.
20 Reus accusatus de homicidio, si excipiat quod fecit ad sui defensionem, si non probet exceptionem, an debeat puniri pena mortis.
21 Causa an perdi debeat propter falsitatem, que committitur in testibus vel in instrumentis.
22 Instrumentum falsum producens, an teneatur stare tali instrumento. 26.
23 Instrumentum productum, si detegitur esse falsum, non preiudicat ignoranti tacita confessio, que colligitur ex ipsius productione.
24 Confessio semper in dubio interpretatur in fauorem confitentis.
25 Confessio si facta fuit simpliciter, nulla ratione habita de fide instrumenti, confitenti preiudicat, licet instrumentum reprobetur.
27 Instrumentum si reprobatur, non quia sit falsum vel minus solenne, sed ex eo quod non est authenticum, nec habet debitam solennitatem, confessio, que ex eo instrumento colligitur, non preiudicat.
28 Instrumentum falsum producens scienter, tenetur stare tali instrumento in omnibus, que contra ipsum faciant. fal. 29. 30.
31 Sententia si sit lata contra presentem, tenet ipso iure.
32 Quid si sit lata contra absentem.
Sententia lata pretextu falsitatis intra quantum tempus possit retractari.
33 Episcopus potest petere rationem administrationis ecclesiarum, nisi sit clericus patronus.
34 Electio pertinet ad collegium, non ad episcopum, quando ecclesia est collegiata.
35 Ecclesia si construatur in parochia alterius ecclesie, rector illius ecclesie parochialis debet presentare.
36 Ecclesia si non habet patronum, nec populus habet presentationem, ecclesia in dubio presumitur libera.
37 Sententia, que certificada est per scripturam non productam in actis, non valet.
38 Approbatus semel in vno officio, non potest in eodem, vel in simili reprobari. fal. 39. 40.



Um venerabilis. Sumatur, 2 diuiditur, vt per Abb. hic. No. primo quod episcopus a summo pontifice frater appellatur [1], 2 ita nominari debet c. qua graui. de cri. falsi. Cardinales vero filij vocantur: vt hic etiam colligitur, 2 in c. si quis ex episcopis. lxxix. dist. in cap. dilecto. in princi. de preb. in c. licet dilectus. de testi. Quando tamen simul de cardinalibus 2 episcopis Papa loquitur: omnes fratres nominantur c. j. vbi glo. in ver. fratribus. de renun. in vj. 2 in ca. fundamenta.§. decet. de elec. in vj. vbi glos. in ver. fratres suos. 2 in c. j. vbi glo. in ver. fratribus. de off. lega. in vj. 2 no. Do. in c. in nomine Domini. in x. no. xxiij. di. Et hoc est verum, nisi episcopus esset in studio, 2 a summo pontifice scribatur vniuersis scholaribus: quia tunc omnes filij dicuntur: vt colligitur s. in proe. Decre. 2 in proe. sexti. 2 cle. Nam verisimiliter no presumitur quod in studio sint episcopi: cum ipsi debeant habere literarum peritiam. cap. cum in cunctis. s. de elec. sed dato quod ibi reperiantur, dum vniuersis scholaribus scribit, illos tanquam discipulos alloquitur: vnde dignitas episcopalis non attenditur ar. tex. no. in c. a collatione. de app. in vj. Ideo episcopus in studio rectorem non precedit: vt no. Abb. in c. auditis. de elec. 2 de his And. Sic. scribit, 2 alios ibi refert in trac. card. 2 tradunt Moder. in proem. Decreta. Et cum episcopus maiori titulo, quam cardinalis decoretur [2], videtur quod maior sit, quam cardinalis. Et hoc expresse voluit glo. fin. ij. q. vij. capit. quanquam. dicens quod quilibet episcopus est maior [a] presbytero cardinali. Et idem tenet Bal. per illum tex. in c. bone. j. de postu. prel. Et hoc veru est respectu ordinis. Non enim videtur quod ea, que sunt ordinis episcopalis, vt in c. aqua. de consecr. ecc. 2 in c. legimus. xciij. dist. possunt per cardinalem presbyterum exerceri. Ideo dicit Bald. in d. c. bone. quod cardinalis non potest consecrare episcopos: sicut facit archiepiscopus: quia secundum eum, cardinalatus non est ordo, sed officium, prout dicit etia Cal. cons. j. versi. preterea. de translat. prelat. Et ex ista ratione infertur quod etiam presbyter in ordine sit maior diacono cardinali. Quantu vero ad officium, 2 administrationem, cardinalis dicitur maior episcopo: vt Abb. concludit in cap. ecclesia. ij. de electio. 2 in

cap.quod super his.in fin.de fide instrumen.Ro.consi.vlti.vos estis.ꝛ idem videtur velle Do.in cap.j.de offic.lega.in vj.Bart. in l.j.§.si quis in appellat.ff.de appella. Et post multa tandem ita residet Andr.Sicu.in tractat.card. Et cum his concordare videntur Augustinus de Anchona in trac.de potestate ecclesiastica.ꝛ Archiepiscopus Floren.qui illum refert in tertia parte Summe,titu.xxj.cap.ij.in prin.vbi tamen rationem adducunt que non satisfacit, dum arguunt a qualitate loci, ꝛ dicunt quod sicut ecclesia Romana maior est omnibus alijs xxij. dist.cap.de Constantinopo.ita congruum est,vt ecclesia,ꝛ eius ministri alijs in honore preferantur. Nam ista ratio bene procedit, data paritate gradus: vt quia Papa preferatur alijs episcopis, ꝛ sic clerici Romane ecclesie alijs preferantur. Sed non bene infertur quod cardinalis sit maior, ꝛ preferatur episcopo,qui est primus in ecclesia sua. Et maioritas ista,que erat in cardinalibus,consideratur ratione administrationis:ꝛ preponderat,vt absolute quis maior dicatur,ꝛ preferatur:ideo cardinalis precedit episcopum:vt not.Abb.in preallег.cap.ecclesia.ꝛ Domi.in dicto cap.j.Post Papam enim nulla maior dignitas reperitur,vt Card.dicit in clemen.ne Romani. §.porro.de electio.ꝛ no.Host.ꝛ Joan.And.in cap.dilectus.j.de prebend.ꝛ Roma.qui illos refert in dicto consi.vlt.Et ad predicta facit glo.not.in cap.penul.in ver.electionis.circa fin.de off.leg. in vj.in cap.in nouo.in ver.pari.xxi.dist.ꝛ glos.fin.in cap.statuimus.de maio.ꝛ obed.ꝛ facit tex.ꝛ quod ibi glo.in cap.j.de offic. archipresbyt.ꝛ quod no.per Goffr.ꝛ Host.in summa de offi.archi.Nec predictis obstat tex.noster hic, vbi absolute pro maiori habetur episcopus, dum maiori titulo honoratur. ꝛ ita hic maioritas respectu administrationis non videtur proferri:quia responderi potest quod summus pontifex ipse,dum scribit,habet pro maiori episcopum,qui sibi equalis est in ordine. xxj.dis. cap.in nouo.ideo se appellat coepiscopum.clemen.j.de pen.epistola,inter claras.C.de summa trini.ꝛ fide catho.Et ista ratione episcopi fratres vocantur:quia fraternitas equalitatem dicit.l.verum.in princip.ff.pro soc. Cardinales vero non episcopi,nullo respectu Pape adequantur:quia tota iurisdictio est apud Papam.ij.quest.ix.cap.cuncta per mundum. ideo cardinales filij appellantur.

3 ¶ †Not.secundo,vt Abb.hic dicit per tex.ibi:cum suis possessionibus ꝛ pertinentijs.quod in accessorijs libellus generalis procedit.Sed iudicio meo,hoc nō bene probatur hic: quia sunt verba narratiua summi pontificis ex quibus non arguitur:vt per glossam in capit.ij.in versicu.non teneris.de dolo ꝛ contuma.lib.vj.ꝛ in l.j.C. quando non peten. partes.cum simi.vnde tex.intelligitur cum possessionibus suis debite specificatis: quia de qualitate libelli nulla erat dubitatio,hic. Et ad hoc bene facit text.in l.is a quo fundus. ff. de rei vendi.vbi dicitur simpliciter quod fundus petebatur,non tamen inferendum est quod libellus procedat, in quo diceretur, Peto fundum.prout Abb.hic.Similiter induci potest text.in l.is a quo seruus.in l.si hominem.ff.codem titulo.vbi narratur simpliciter quod seruus,vel homo petebatur.Nam in istis,ꝛ similibus suppleri debet, ꝛ intelligi,quod legitime peteretur:quia incidenter hoc dicitur ad finem alterius dubitationis, de qua queritur.Et contra dictum Abb.est tex.in l. Marcellus.§.armamenta.ff.de rei vendi.ꝛ Bartol.ibi expresse dicit non procedere libellum,in quo dicatur, Peto domum cum massaritijs:

3 quia debent specificari, vt de armamentis nauis [3] ibi dicitur. Et illum textum contra Innocent.quem Abb.hic refert,allegat Ang.in l.si in rem.in fin.ff.de rei vendi.ꝛ fatetur ibi,nescire responsum.Et de illo tex.etiam ad dictum Innocen. opponit Pau.de Cast.ꝛ non soluit,in l.de pupillo.§.qui nuntiat.in fi.ff. de oper.no.nunt. Sed idem Paul.respondet,ꝛ distinguit in l. in summa.ff.de re iud.vbi videndum est:quia Abb.hic se remittit.ꝛ not.Barto.in l.j.in princip.ff.de edendo.cum similibus,vt Alexand.tradit in dicta l.in summa.ꝛ in l.si filius.§.j.de verbo. oblig.ꝛ in l.si marito.§.fina.ff.soluto matrimonio.ꝛ idem Alexand.consil.xc.in causa ꝛ lite.libro secundo.Et de pertinentijs, de quibus Abb.se remittit ad cap.cum ad sedem.de restitutio. spoliatorum.vbi Abb.late insistit.ꝛ Alexand.in consi.xlij.de celerrima.libro j.ꝛ Socin.consilio xlvij.in primo. ¶ Nota tertio ibi:possessionibus.quod possessio accipitur hic pro ipso predio ꝛ proprietate:idem probatur in cap.ad nostram.j.vbi Abb. supra de iureiurando.in capit.quoniam frequenter.§.quod si super rebus.vt lite non contestata.in l.possessionis.vbi gloss.C.de probationibus.Et est text.qui expresse hoc dicit in l.interdum. de verborum significatio.not.Bartol.in l.j. in princip.ff.de acquirenda possess.

4 ¶ †Not.quarto ibi:nondum episcopi intentione fundata. quod reus nō debet exceptionē opponere, nisi prius intentio actoris fundata sit.ꝛ glo.hic in ver.confessus. in fin.ꝛ ita est etiam ex parte actoris. Nā probata prius exceptione,replicatio proponitur,vt vidimus post Joannem And. in cap.secundo,supra eodem. si tamen iste ordo non seruetur, per hoc reus non repellitur:vt est textus not. secundum Baldum in princip.hic.

5 ¶ †Not.quinto, ibi:episcopus vendicare.quod licet directa rei vendicatio domino detur l. in rem. in princip. ff.de rei vend.vtilis tamen datur episcopo pro iuribus suis, licet non sit dominus,vt Abb.in secūdo notab. hic dicit. ꝛ idem Abb.in cap.cum venerabilis.in princip.post Jmol.ibi de religiosis domibus.ꝛ in cap.examinata.in sexto notabil.per illum textum supra de iudi.ꝛ facit quod Abb. tradit in cap.pro illorum.in princip.de prebendis.vbi inquit libellum procedere,in quo patronus ecclesiam tanquam suam petit: quia intelligi-

4 tur ratione iuris patronatus[4].ꝛ idem Paul.de Ca.post Baldum scribit in l.monumenta.C.de legatis.Quantum tamē ad textum hic,aduertendum est: quia licet episcopus non sit dominus:sed procurator bonorum ecclesie.cap.secundo, de dona. potuit tamen,ꝛ videtur in dubio agere nomine ecclesie. capit. olim.primo.vbi Abb.s.de restitutione spoliatorum.ꝛ in cap.litere.vbi idem Abb.late hoc prosequitur s.de dilation.ecclesia autem ipsa habet dominium in bonis temporalibus. xij.quest. prima.in cap.videntes.ꝛ isto respectu etiam directa rei vendicatio potuit hic intentari pro bonis temporalibus,pro quibus etiam hic agebatur. Vel secundo hic non dicitur de rei vendicatione,prout Abb.dicit sed quod ad se pertinebat ecclesia: vt patet in princip.hic: quod quidem verbum generale est. l.verbum pertinere.ff.de verborum significa.ꝛ not. in cap.inter dilectos.de fide instrumentorum. Non obstat dum dicitur, quod episcopus non poterat illam vendicare:quia hoc verbum intelligitur largo modo,quia refertur ad petitionem:nam quādoque etiam vendicare accipitur pro actione personali. l. per diuersas.C.manda.ꝛ gloss.ibi in versicu.sua.ꝛ eodem modo intelligitur verbum,vendicabat,quod inferius ponitur.

6 ¶ †Nota sexto ibi: pro quibusdam ecclesijs. quod vna ecclesia potest cum pluribus permutari.Permutatio enim de iure communi permissa est,clemen.prima,in princip.de rerum permutatione. Unde sicut cum vna re, ita cum pluribus potest permutatio fieri,quia litere ad permutandum non dicuntur odiose,sed potius fauorabiles:vt probat Calder.consi.j.de rerum permutatione. Et ista ratione quod permutatio concedatur de iure communi, licet pluries facta sit, per hoc fraus non arguitur: vt Oldrad. tradit consilio cciij. factum tale est. Et quando vnum beneficium cum duobus permutatur: vt hic, vno euicto permutatio retractatur:vt habetur in x.decisione Rote, in ti. de rerum permu.in antiquis.ꝛ in tertia.eo.tit.in nouis.Et ista conclusio quod permutatio possit fieri de vno beneficio cū pluribus,intelligitur quando quis plura beneficia iure communi obtinebat.Si autem per dispensationem habuisset,cum essent incompatibilia, hoc fieri non potest:quia priuilegium dispen-

5 sationis ad alios non extenditur[5],vt Abb.hic post Fed.quem refert in trac.de permu.benefi.in q.xij.Et facit quod not.Abb. de expectantibus pluribus in c.cum olim.de rer.permut. Sed aduertendum est:quia sicut dispensatio non extenditur de vna persona ad aliam,idem est in collatione beneficij: quia si facta sit vni,non porrigitur ad alium:ꝛ tamen ex causa permutationis propter authoritatem superioris in alium trāsfertur. Ita pariter dici potest in beneficijs incompatibilibus, si superior, cuius authoritate fit permutatio,super illis dispensare potest. Et hoc non videtur negare Fed.in loco preal.Similiter dicit Ant.de Bu.hic consuluisse,ꝙ si dispensatum sit cum aliquo,vt permutare possit,intelligitur cum vno,non cum pluribus,arg. c.non potest.de preb.in vj.ꝛ Mod.sequuntur per reg.l.bones. §.hoc sermone.de ver.sig. Sed aduertendum est, quia aut fuit dictum ꝙ possit permutare cum vno beneficio,prout loquitur Ant.de Bu.ꝛ videtur res clara:quia dispensatio fuit limitata: arg.l.in agris.de acqui.rer.do. Aut simpliciter dictum fuit,ꝙ possit permutare,prout Mod.referunt.ꝛ videtur quod possit

b etiam vnum beneficium cum pluribus[b] permutare,per istum tex.quia ista videtur interpretatio passiua,que etiam in materia stricta admittitur:vt no.in l.j.§.lex Falcidia.ff.ad leg.Falcid.Et quia ista videtur tātum vna permutatio, ideo nō obst. iura allegata in contrarium. ¶ No.septimo ibi:confiteri se credere. ꝙ confessio de credulitate preiudicaret, nisi aliud obstaret. Nam tantum nocet confessio de credulitate sicut de veritate, gl.fi.quam Abb.hic dicit singularem in c.ex literis.s.de iureiu.pro qua videtur tex.hic,confessio tamen de credulitate nō dicitur propria cōfessio:vt not.Bal.in l.ij.§.quod obseruari.C.

7 de iur.calū.ꝛ in l.de tutela.C.de in integ.rest. ¶ †No.octauo ꝙ episcopus est loco domini.Et idē in quolibet alio prelato,quātum ad administrationem.c.ꝛ temporis qualitas.xvj.q.j.ꝛ in c. relatio.xxj.quest.j.cum similibus, non tamen absolute est loco domini

domini respectu bonorum, de quibus libere non disponit. cap. ij. §. de donation. Nam clericis, & prelatis de bonis ecclesie viuere permittitur, non luxuriari: vt. xliij. distinctio. ca. j. Facit notabile dictum Arch. de summo pontifice. xij. q. j. in c. non liceat Pape. Similiter respectu clericorum nõ dicitur absolute episcopus esse loco domini: quia scriptum est, Non vt dominãtes[c] in clero. c. j. in fi. xj. q. iij. & tex. no. xcv. di. in c. esto subiectus. vbi dicitur, Sciant episcopi se esse sacerdotes, non dominos, & quod debent clericos vt clericos honorare. Et recitatur ibi illud dictum Domitij oratoris: cur ego te habeam in principem, si tu non habeas me in senatorem. & in ca. episcopus. eadem dist. xcv. dicitur quod episcopus sedens non patiatur presbyterum stare. & no. Abb. in c. j. de excess. prela. & in c. ad nostram. in ij. no. de app. ¶ Not. nono ibi: pro sue voluntatis arbitrio. ꝙ ista verba

d importãt hic arbitrium boni viri, & voluntatem regulatã[d]: quia non potest episcopus vti bonis ecclesie secũdum liberam eius voluntatem. c. ij. de do. & 5. dixi. Sed in contrarium est tex. quem ibi ponderauit ad hoc Joan. de Imo. in l. j. ff. de solu. vbi predicta verba simul iuncta, designant voluntatem simplicem. Et hoc videtur verius inspecta proprietate verborum. Nõ obstat tex. hic, quia procedit propter qualitatem persone, ad quã verba referuntur. Facit tex. in l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & habit. ¶ † No. decimo ꝙ episcopus in subiectione ecclesiarũ fun-

8 6 datam habet intentionem[6] in tota sua dioecesi. Idem probatur in c. omnes basilice. xvj. q. vij. facit tex. in c. cum ex iniuncto. in fi. j. de here. in c. cum episcopus. de off. ordi. in vj. & in c. ad decimas. de rest. spo. in vj. & no. Ant. de Bu. in c. fi. de cau. poss. & proprie. & Cardi. qui alia iura adducit, consil. cxviij. quo videnda sunt. in fi. Et adeo tale ius radicatur in episcopo, quod etiam ex dispo

7 sitione testatoris alterari non potest[7]: vt Bar. tradit in l. quoties. §. fi. ff. de admi. tuto. vbi inquit ꝙ testator, qui edificauit capellam, non potest illam eximere de potestate episcopi. Et de hoc allegatur dictum Inno. in c. in Lateranensi. circa fi. de pb. & no. Abb. in c. requisisti. de testa. & in c. nobis. in vj. no. de iur. patron. cum simi. Et predicta vera sunt in spiritualibus: secus est in temporalibus, vt tex. hic distinguit. & no. Card. consi. preallE. & idem Abb. in c. cum venerabilis. in princ. de relig. do. Item, & secundo predicta locum habent in iure proprietatis. Secus vero est quo ad possessionem, quam episcopus habere non presumitur, licet ecclesia sit in eius dioecesi. ca. olim. iij. de resti. spo. vbi Abb. in ij. not. ita dicit singulariter probari. & idem Abb. in ca.

9 8 cum venerabilis. in ij. not. de relig. do. ¶ † No. vndecimo, quod si transumptum discordat ab originali, statur originali[8]. & not. Bart. in l. si quis. §. pretor ait. versi. & ex hoc sequitur. ff. de edendo. & in l. Sempronius proculo. ff. de lega. ij. cum simil. vt tradit Alex. in d. §. pretor ait. & consil. cv. reuerende domine. lib. ij. & est tex. in §. illud. in auth. de tabel. & ibi Ang. & no. Jo. de Anan. in consi. xxxiij. circa primum. in princ. & Pet. Philip. de Corn. in

10 consi. xxvij. alias super hoc. libro j. ¶ † Ultimo Abb. hic prosequitur naturam verbi, concedo, & breuiter probabilis videtur cõclusio, in qua residet, quod in dubio ex tali verbo dominium transferatur, nisi aliud ex cõiecturis colligatur. Alleg. Bar. in l. vxori. §. fi. per illum tex. de leg. iij. Et hoc sequitur Alexan. qui alia iura adducit in l. a Titio. de ver. oblig. & in l. si donatione. C. de col. Et ad hoc facit, quia verbum, concedo, generale est, & accipitur secundum naturam actus, cui adijcitur. Glo. no. per illum tex. in c. j. in ver. titulo. de vsur. in vj. & Bal. in l. non ambigitur. in fi. ff. de legib. ergo in dubio intelligitur quod dominiũ transferatur, si non sit alia coniectura concessionis particularis. Ad hoc induco duo iura, tex. no. in l. si ita distrabitur. ff. de contrah. emp. in fi. vbi stipulatio in dubio continet quod dominium transferatur. Et tex. in l. j. §. pe. ff. pro dote. vbi etiam dicitur quod in dubio agi videtur quod in rebus traditis dominium transferatur. Et de isto verbo, concedo, vltra ea, que di-

e cunt Mod. etiam tradit Alex. in l. si quis ante. in fi. ff. de acqui. poss. & in l. sed si me putem. §. j. ff. de condi. indeb. Ange. in l. non solum. ff. de pecu. & in l. si mihi. in prin. ff. de ser. rusti. pred. Aret.

11 consi. cl. lõga est. ¶ † In gl. j. ibi: similem casum. similis est quo ad narrationem facti, sed dissimilis in decisione: ex quo Abb. arguit pro testibus concordandis, qui dixerunt rem aliquam

e similem, vt omnimoda similitudo non exigatur. Nam argumẽ. a simili procedit, licet in omnibus non sit similitudo. Sufficit[e] enim esse similitudinem in casu, de quo agitur: vt idem Abbas declarat in c. translato. de const. & in c. quemadmodum. 5. de iureiurand. Imo quod plus est, si sit, etiam aliqua dissimilitudo eo respectu, de quo queritur, non tollitur argu. a simili: vt colligitur in dicto capi. constitutus. ex dictis Joan. And. ibi, quem Abb. refert. Similiter quod Abb. hic dicit de testibus concordandis, putarem illud etiam habere locum, si sit dissimilitudo in materia, de qua agitur: quia dato quod argumẽt. a simili de

iure non procederet, tamẽ vt testes reducantur ad cõcordiam, sufficit quod aliqua similitudo reperiatur: argum. eorum, que habentur in cap. cum tu. de testib. & secundum hoc, ampliatur dictum Abba. & redditur not. Et secundum predicta declaratur, & distinguitur glos. in cap. non potest. in versicu. curam animarum. de prebend. in vj. dum inquit quod non potest dici si-

12 mile vbi aliqua dissimilitudo sit. ¶ † In gloss. ij. in princ. no. secundum Abb. hic quod responsio repentina, & indeliberate facta non preiudicat, per iura allega. in glo. in quibus detestatur ille, qui ex abrupto, & inconsiderate loquitur. Ad hoc idem tex. in cap. inter hec circum. de penit. distinc. iij. vbi dicitur: Virtus enim lenta est, & omnium percunctatrix: iniquitas omnia precipitat. & in cap. sciendum. xxix. distin. dicitur quod in erroris labyrinthum incidit, qui iudicat priusquã intelligat. Et ibi Do. ad propositum dicit quod confessio ex abrupto facta in iudicio potest, etiam ex interuallo, reuocari, non aliter probato errore. Quod no. est ad ea, que habentur in cap. final. 5. de confess. Et ibi etiam Domi. infert contra iudicem, cui in mane processus mittitur, & in sero iudicat: de quo est dictum Bart. in l. prolatam. circa finem, C. de sententijs. Et idem de consi. precipitato dicit Anton. de Butr. in cap. si pro debilitate. de offic. deleg. quod non sit sequendum quando interrogatus doctor statim consilium reddit. Velox enim consilium penitentia sequitur: vt not. Abb. in cap. ad apostolicam. in secundo notab. de regul. Et idem de laudo lato ex abrupto quod non valeat, tenet Bal. in cap. j. circa finem, de inuestit. in mari fac. Et idem Bald. in l. prolatam. vbi inquit quod licet factum sit compromissum cum plenaria potestate, non tamen immediate post compromissum poterit pronũtiare. Et idem de decreto iudicis interposito, ꝙ sit nullum, tradit Pet. de Ancbar. in consi. lxxxj. visis diligenter. Et quod idem Pet. de Anchar. dicit consil. clxxxviij. visis consilijs famosissimorum. & consil. cclvj. in causa & questio. Facit textus in cap. cum ex literis. vbi Anton. de But. in vij. notab. & Abb. in viij. nota. 5. de in integrum rest. Sed quantum ad conclusionem glo. Abb. dicit quod non probatur in isto tex. vt per eum hic: & nedum non probatur: sed contrarium probatur hic: quia ista confessio inconsulte facta preiudicasset, nisi aliud obstaret. Similiter iura allegata in glo. non probant intẽtionem eius, sed potius volunt quod responsio indeliberata noceat, & preiudicet. Considerandum tamen est, quia ex gl. non bene colligitur quod Abb. dicit hic. Nam de concessione, verbum, nullum, sed vim facit quod litis contestatio non esset legitima. Et ex glo. alia solutio colligitur, dum inferius dicit quod procurator sub conditione & excipiendo respondit: vnde ex glo. non debet elici quod non dicit, vt postea reprobetur. ¶ In glo. in verbo, bone fidei. ibi: pignoratitia tam directa, quam contraria vt Abbas hic dicit: & contraria non datur creditori scienter recipienti rem alienam. l. tutor. §. contrariam. ff. de pigno. actione. quem Abb. allegat hic. Hoc facit ad questionem, quod licet iudex habeat priuilegium vt rem alienam sibi pignoratam retinere queat, vt tale priuilegium non habeat locum, quãdo rem alienam scienter recipit. Et ita in terminis consuluit Joan. de Anan. consi. lxx. visis & ponderatis. vbi inducit tex. in l. seruus cuiusdam. ff. de cond. indeb. quam Bal. ibi dicit esse notabilem contra Judeos pro famulis scholarium pignorãtibus libros dominorũ. Et de hoc etiam Bal. tractat in consi. xcij. tria sunt. lib. iiij. secũdum primam impressionem. facit etiam tex. & quod ibi Bald. in l. eos. C. de furtis. ¶ In eadem glo. ibi: prescriptis verbis, & que de estimato proponitur, illa copula, Et, esse nõ debet: quia actio prescriptis verbis absolute non est bone fidei, sed tãtum in duobus casibus, videlicet qñ agitur de estimato, & in permutatione, vt probatur in d. §. actionũ. & in alijs casibus est stricti iuris: vt no. per gl. in verb. ex permutatione. in d. §. actionũ. vbi videndũ est. ¶ In ea. gl. ibi: alie vero dicũtur actiones stricti iuris. Adde tamen quod sunt quedam actiones stricti iuris, que habent similitudinem cum actione bone fidei, prout est actio ex testamento: vt not. in l. in minorum. C. in quib. causis in integrum restitut. non est necess. & idem Bal. in l. si mihi. §. si quis seruos. de legatis primo. l. continuus. §. illud. de verb. obligat. Et hoc notabiliter declarat Barto. in l. si heres. de eo, quod certo loco. & vide Aret. qui etiam hoc aliter declarat in l. iiij. §. Cato. in fin. de verborum obligat. Et quod dicitur de actione ex testamento, idem est de actione competente pro donatione cau. mor. vt est glo. nota. in l. Seia. §. j. in ver. constituto. ff.

13 de dona. cau. mort. ¶ † In eadem gloss. ibi: §. in bone fidei. Hic prima differentia colligitur inter contractus bone fidei, & stricti iuris. Et pro gloss. etiam Abb. allegat tex. in l. curabit. C. de actione emp. Sed illa lex prima facie non facit ad dictum glos.

f que loquitur, quando veniunt vsure ex mora[f]. Textus in dicta l. curabit. locum habet, quando vsure debentur, etiam sine

mora,vt ibi patet.licet nulla mora intercessit,nisi dicatur quod etiam ibi sit mora,saltem irregularis, que re ipsa contrahitur: vt ibi not.Bar.facit glo.in l.euictis.§.fin.ff.de vsur.no.per gl.z
14 docto.in l.de diuisione.ff.soluto matrimo.†Et quantum ad v-
g suras Abbas hic concludit,quod etiam de iure canonico g v-sure debentur ratione interesse, z quatenus interest: vt tenet glo.in d.l.curabit.in verbo,ratio,quam doctores sequũtur. Et idem glo.in cap.conquestus.de vsur.in cap. peruenit.in versic. indemnem.de fideiusso.in l.ij.C.de vsur.z facit quod not.glo. in l.cum allegas.vbi Bald.C.de vsur.Et istud interesse considera tur non solum ratione damni emergentis, sed etiam respectu lucri cessantis:vt Innocen.voluit in cap.sacro.de sent. excom-muni.quod Abb.hic dicit esse notabile. Et idem Abbas sequi tur in cap.P.z G.in primo notab.de offic.delega.in cap. dile-cti.in primo notab.de foro competen.z in dicto ca.conquestus. circa finem,z in consil.lxiiij. venio ad primum. libro primo.Et idem Petr.de Ancbara.consi.cxlix.in questione que vertitur. vbi allegat Cy.in authent.ad hec.C.de vsur.vbi etiam Salice. Et cum istis concordat Cuma.consi.cxxxix.P.laicus.Aretin. consil.ix.eleganter,z vere.circa finem. Et hoc verum intelligi-tur in homine solito negotiari:vt Bartol.dicit per illum text. in l.iij.§.finali.ff.de eo,quod certo loco.z in l.j.C.de senten.que pro eo quod interest. Et sic loquuntur, z intelliguntur doct.in locis supra allegatis.Et idem Alegand.tractat consil.cxc.visa scriptura priuata. in fin.libro secundo. Ideo ex parte agentis debet hoc articulari z probari quod esset solitus negotiari: a-lias non obtineret interesse lucri cessantis,vt Alegand.conclu dit consil.cxli.viso themate.in princip.libro quinto. Et licet in ista sit communis opin.quod interesse lucri cessantis possit pe-ti, per supra dicta:tamen de iure non bene probatur:quia tale interesse dicitur extra rem, de quo nulla ratio habetur, etiam si consistat in damno:vt est text.in l.si sterilis.§.cum per vendi-torem.ff.de act.emp.Nec obstat quod Barto.in locis supra al-lega.dicat illum §.procedere in non solito negotiari:quia hoc non solum diuinat,sed videtur contra rationem illius text.dũ inquit, non venire interesse ratione damni vel lucri cessantis, quia extra rem sit. Ista ratio vtique militat in solito negotia-ri:quia hoc videtur interesse extra rem,secundum quod Bart. declarat in dicta l.j.C.de senten.Preterea text.in dicto §.cum per venditorem. etiam videtur loqui in solito negotiari,dũ di cit:neque enim si potuit ex vino negotiari,z lucrum facere.Ta lia enim verba non conueniunt nisi solito negotiari. Et quod non habeatur ratio lucri,etiam in solito negotiari, videtur ca sus in l.fin.ff.de pericu.z commodo rei vend.ibi,veluti si nego-tiatus fuerit,zc.Non obstat tex.in l.iij.§.fin.ff.de eo quod certo loco.in quo fundatur communis opin. quia responderi potest quod loquitur in arbitrarijs actionib9,vt ex natura tituli col-ligitur,z etiam ex verbis litere, dum inquit, in hanc actionem arbitrariam:in quibus actionibus arbitrarijs est speciale,pro pter eorum latiorem naturam. Uerum quia materia hic nõ ca
b dit,non insisto.Sed retenta communi opi.quod in solito b ne-gotiari interesse etiam lucri cessantis consideretur,vera intel-ligitur,z procedit in primo lucro quod immediate ex mora cõ siderari potest respectu eius,quod mediate debebatur: nõ au-tem attendi debet quod si rem debitam habuisset,illam vende-re potuisset, z rursus ex illis pecunijs lucrari. Talis enim dis-cursus nõ debet fieri circa interesse:quia res procederet in infi nitum,contra l.j.C.de senten.que pro eo quod inter.Et facit ad hoc text.in l.Neratius.§.si seruo.ff.de ser.corrupt. Et quia tale interesse venit a remotis,z omnino videtur extra rem:vnde nõ debetur.d.l.si sterilis.§.cum per venditorem.ff.de act.empt.Et quantum ad cõclusionem principaliter supra factam quod in-teresse peti possit bene procedit quando ille a quo petitur in-teresse, fuit in mora regulari vel saltem irregulari,vt gloss. lo-quitur hic:secus si non sit in mora:quia sine mora vsure non de bentur.l.lecta.vbi Bartol.si certum petatur. Unde si datus sit terminus ad soluendum durante termino non dicitur esse in mora,dicta l.lecta.§.sed cum sortis.z per gloss. in l.si cum exce-ptione.§.quatenus.in verbo,tripli.ff.quod metus causa. Ergo ante terminum nõ poterit peti interesse. Et hoc expresse tenet Anton.de Butr.in cap.salubriter.de vsur. vbi concludit quod quando actum fuit a principio quod dos soluatur in certo ter mino, interim durante termino nil potest maritus cõsequi, ex quo non est in mora propter datam dilationem,quod tamẽ ite rum intelligitur,nisi actum esset inter partes quod pro interes se,quod patitur ille,qui dilationem dedit,interim aliquid sol-uatur:vt not.Pau.de Castr.in l.Julianus.§.ex vendito.ff. de act.emp.z Alegand.tractat consi.cccx.super titulo.libro secun-do.Facit quod idem Alexan.scribit in consil.cxxj.visis,z pon-deratis.lib.v.z Abb.consi.lxvj.ad claram decisionem.libro pri-mo.Tali enim casu non fuit data dilatio simpliciter,sed secun dum quid:ideo conuentio debet obseruari. l.j.§.si conuenerit. ff.depositi.l.contractus.ff.de regulis iuris.Et hoc equitatem ha bet, ne ille, qui habuit dilationem, lucretur cum iactura eius, qui illam concessit.Et hoc intelligitur verũ,vt procedat quan-do constat,z probatur de vero interesse.Taxatio vero,z cõuen
9 tio facta de certa quantitate pro interesse,non valet 9:vt no.di cit Joan.And.in dicto cap.salubriter.in prin.vbi inquit quod si maritus,cui facta fuit promissio dotis sub certo termino,cõ-uenit vt interim recipiat certos denarios pro libra, talis con-
10 uentio illicita 10 i est. Et sequuntur ibi Anton.de But.Card.
i z docto.z Laurent.de Rodulphis in repetitione capit.consu-lit.in quest.liij.circa finem,de vsur.z secundum istam decisio.cõ suluit Pe.de Ancbar.consilio cxlix.in questione que vertitur. Alegand.in dicto consi.cccx.super titulo quest. libro secundo. Et ad hoc etiam est notabilis decisio Bal.in l.rogasti.§.si tibi. versicu.quid ergo,si mutuo tibi.ff.si certum petatur. quem re-fert Joan.de Anan.in cap.fina.de vsur. z sequitur Alegan.in consi.xxvij.libro quarto. Et hoc idem eleganter tradit Alber. de Rosa.in l.j.C.de summa trinit.z facit quod voluit Paul.de Castr.in l.insulam.§.vsuras.ff.soluto matrimon.quem refert,z sequitur Alegan.in dicto consi.cccx.in fi.lib.ij.z facit quod not. Bal.in l.fin.§.preterea.C.de iure dotium.quem Alegand.sequi tur in dicta l.insulam.§.vsuras.in fin.ff.soluto matrimonio.Et secundum predicta alias consului in causa magni ponderis,vt
k patet consi.cix.k vbi vidẽdum est.Putarem tamen quod etiã certa quantitas licite promitti possit habito respectu ad in-teresse verisimile.Gratia exempli,in venditore qui prediũ ven-didit cum termino ad soluendum.Ex quo enim interim lucra tur fructus,tenetur ad vsuras pretij in recompensationem fru ctuum.l.curabit.C.de act.emp. Nam cum de vero interesse ap-pareat, quia secundum communem contingentiam ex fundo vendito tot percipiuntur fructus qui valent decem,plus tamẽ z minus secundum varietatem temporis, certe illa promissio facta a princip.iuxta illa decem parum plus vel minus,non vi detur illicita:quia ad fructus,z interesse commensuratur:z vi-detur facta quedam transactio inspecto futuro euentu, vt tol-latur difficultas probationis:vt est bonus tex.in l.fin.ff.de pre-to.stipu.bene facit tex.in cap.nauiganti.de vsur.vbi quandove risimiliter dubitatur:non debet contractus vsurarius reputa ri.Et in tali casu cessant rationes que in decisionibus supra al-
15 leg.adducuntur.¶†In eadem glos.ibi:secus si rem tradi,not. differentiam inter obligationem,rem dari,z rem tradi.Et ra-tionem diuersitatis Abbas hic adducit:quia si precise cogere-tur ad factum,z ad rem tradendam,esset quedam species serui tutis vt per eum hic.Sed dic breuiter quod Barto.quem Ab-bas allegat hic in l.stipulationes non diuiduntur.de verb.obl. in nona oppositione,reprobat istam rationem:quia haberet lo cum in facto habente causam successiuã:secus est in traditione rei,que breui tempore expeditur,sicut datio:vt per Bartolum in dicta l.stipulationes non diuiduntur. quem,dum Abb. hec scripsit,non debuit perfecte legisse. ¶ In eadem glossa ibi:sed ista omnia necessaria veniunt in bone fidei iudicijs.In hoc gl. per Abb.reprehenditur: quia secũdum eum,sequeretur quod in contractibus bone fidei dando quis interesse liberaretur: quod falsum est,re apparente,que debetur.l.si is qui.ff.commo da.l.ex empto.in princip.ff.de act.emp.Sed aduertendum est: quia ista ratio Abb.non loquitur in obligatione dandi, prout dictum glo.intelligitur:z tex.in dicta l.si is qui.ff.commoda.lo quitur in obligatione rem restitui, que est alterius nature: vt Bartol.tradit in dicta l.stipulationes non diuiduntur. Ideo contra gloss.ratio generalis videtur: quia sequeretur quod in contractibus bone fidei,in quibus quis ad dãdum obligatur, succederet obligatio ad interesse:quod quidem iure cautũ non reperitur.Nam iura generaliter loquuntur quod qui ad dan-dum tenetur,precise ad dandum debet conueniri,nec succedit obligatio ad interesse.l.si seruum.§.final.de verborum obligat. z not.Bartol.in dicta l.stipulationes non diuiduntur.in deci-ma opposit. z illud ex natura obligationis dandi, que vnifor-mis videtur tam in cõtractibus bone fidei quam stricti iuris. Et ita notabiliter in proposito Ang.dicit in l.fina.ff. si quis in ius voca.non ierit. Saluando tamen glo. dici potest quod re-gul.predicta limitetur non habere locum in cõtractibus bone fidei vt glo.hic dicit:z ita etiam tenet gl.in §. actionum.in ver. bone fidei.institu.de actio.Et glo.ibi,z hic,allegat text.in l.j.ff. de act.em.qui loquitur in obligatione rem tradi, z non in obli gatione dandi:ideo parum facit.Sed dictum glos.saluari po-test per rationem,que in fine gloss.ponitur:quia in actionibus bone fidei magis exuberat officium iudicis.z glo.in dicto §.a-ctionum.sequitur Bald.in cap.j.de controuer.inuesti.vbi dicit illam

illam non esse alibi: sed non meminit de ista hic. Et hoc idem Bal. tenet in l.j. versicu. secundo opponitur. C. de senté. que pro eo, quod interest. & Aretin. sequitur in l. si seruum. §. effectus. in princ. de verborum oblig. Et ista conclusio maxime haberet locum in contractu permutationis, de quo textus hic loquitur, in quo licet agatur de obligatione dandi, succedit tamen obligatio ad interesse. l. naturalis. §. j. ff. de prescri. ver. Et no. Bal. in dicta l. stipulationes non diuiduntur. in xj. opposit. Abbas tamen hic, qui reprehendit glos. conatur illam saluare, ponēdo subtiliter, secundum eum, alium intellectum: & dicit quod in actionibus stricti iuris si rem tradi, vel aliud factum est in obligatione, post moram venit interesse, & peti potest: vt per gloss. & Barto. in dicta l. stipulationes. sed in bone fidei iudicijs interesse non est in obligatione, vt peti possit: sed res ipsa petenda est, & interesse solum venit officio iudicis in executione, per textum. in l. ex empto. in princ. ff. de act. emp. dum ibi dicitur quod bone fidei conuenit hoc prestari, quod inter contrahentes actum est. Sed aduertendum est, quia istud, quod Abbas dicit, primo non videtur aliquo modo ex intentione glo. quia Abb. loquitur tantum in obligatione factorum, in qua glo. differentiam non facit inter contractus bone fidei, & stricti iuris: sed in omnibus fatetur quod venit interesse: sed differentia secūdum gloss. consistit in obligatione dandi, de qua Abbas non loquitur. Secundo dictum Abba. omnino est contra gloss. que vult quod facilius venit interesse in contractibus bone fidei, quam stricti iuris: cuius totum contrarium Abbas dicit. Et contra Abb. facit, quia magis conuenit quod in contractibus bone fidei succedat obligatio ad interesse propter moram, quam in contractibus stricti iuris, in quibus magis stricte proceditur. l. quicquid. de verborum obliga. Non obstat text. in l. ex empto. quem Abb. adducit, quia non loquitur in obligatione dandi. Preterea dum ibi dicitur, quod bone fidei conuenit hoc prestari, quod inter contrahentes actum est: hoc etiam habet locū in cōtractib' stricti iuris: quia semper in stipulationibus, & in ceteris contractibus sequimur id, quod actum est. l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. Tertio considerandum est: quia non videtur vera differentia in se quam Abbas facit: quia natura obligationis facti est vniformis tam in contractibus bone fidei, quam stricti iuris, vt obligatio succedat ad interesse, & debetur interesse alternatiue, vel factum, secūdum electionem actoris: vt late Bart. concludit in dicta l. stipulationes non diuiduntur. in vij. quest. Ex quibus patet Abb. hic, posuisse falcem in messem alienam, licet ipse dicat vltra alios ista decla-
16 rasse in fauorem Canonistarum. ¶ †In glo. in ver. loco domini. colligitur quod tradendo rem alienam nō fit permutatio. Et vera est ista conclusio, secundum Abbatem hic post Bart. in l.j. ff. de rerum permu. quando contrahentes vtuntur verbis denotantibus trāslationem dominij: puta, dabis, dabo, vt per eum hic. Sed tunc considerandum est quod translatio dominij veniret accidentaliter ex vi, & proprietate verborum, quibus vtuntur contrahentes, non ex natura contractus permutatio-
17 nis, de quo queritur. †Secundo Abbas concludit post Bart. in dicta l.j. quod si contrahentes permutationem, vtuntur verbis significantibus puri facti executionem: puta, trades, tra-
ii dam: tunc etiam cum non domino permutatio fieri potest [ii]: quia ex simplici traditione satisfactum erit verbis contrahentium. Sed in hoc dubitationem facit: quia cum de natura contractus permutationis sit quod dominium transferatur. l.j. in princ. ff. de rerum permu. l. cum precibus. C. eodem titu. illa verba, trades, tradam, licet de se non importent translationem dominij, tamen intelligi debet secundum naturā cōtractus permutationis, de quo agitur. l. si ita stipulatus. ff. de vsur. l. si vno. in princi. ff. loca. Unde dictum Abb. intelligi debet, quādo omnino constaret de mente partium quod dominium transferre noluissent. Sed tunc insurgit alia dubitatio: quia si non debet dominium transferri: ergo nō erit permutatio: & tale pactum in contractu permutationis valere non videtur: sicut in cōtractu venditionis non valet pactum quod dominium non transferatur. l. cum manu sata. ff. de contraben. emp. in §. si. facit tex. in l. vbi ita donatur. ff. de donat. caus. mor. & in l. cum preca. ff. de precar. cum simil. Nam talis contractus, in quo simpliciter res adinuicem traduntur, videtur potius contractus innominatus, facio, vt facias: de quo in l. naturalis. §. sed si facio. ff. de prescrip. verb. & facit tex. in l. si rem. §. si cum vnum. ff. de prescr. ver. Proprie vero nō potest dici permutatio, sed largo modo: quo casu etiam vēditio, & locatio largo modo permutatio dicitur: vt not. in rub. C. de rerum permutatione. Et in isto secundo dicto Abba. non cadit quod Abb. dicit de euictione, ex quo non esset vera permutatio: quia euictio considerari debet, quando permutatio vere agitur a contrahentibus: prout loquitur tex. in l.j. §. vnde. ff. de rerum permutatione. Tertio Abb. hic omittit vnum membrum distinctionis Bartol. in dicta l.j. ff. de rerum permutatione. scilicet quando vnus promisit dare, alter non: puta, dabo tibi Decretum, vt Decretales accipiam: nam tunc tradendo simpliciter ex illa parte, a qua dari debuit, non impleretur contractus: ex alia sic, per supra dicta. Et in isto casu etiam aduertendum est: quia Bartol. intelligi debet, quando certum esset: & de mente partium cōstaret quod ex vna parte esset dandum, & ex altera tradendū simpliciter. Si vero simpliciter dicatur prout Barto. dicit dabo tibi, & accipiam: illud verbum, accipiam, intelligeretur cum effectu, scilicet vt mihi detur, & dominium in me trāsferatur, vt sequatur equalitas in contractibus. l. Julianus. §. si a pupillo. ff. de actione empt. Et pro hoc videtur textus in l. naturalis. §. j. versicu. si autem. ibi: si autem do rem, vt rem accipiam. & dicitur ibi quod est contractus, do vt des. & sic ex vtraque parte dominium transfertur.
18 Ex † supra dictis Abb. infert ad permutationem beneficiorū, quod si duo permutant eorum beneficia, & alter non habet ius, quod nulla permutatio contrahatur. Et ita tenet Fede. in tracta. de permut. benefi. versicu. decimo queritur. vbi allegat tex. hic. & idem not. Domi. post Joannem And. in cap. j. versiculo, quid si vnus. de rerum permut. in sexto. Sed dubium est, an ex quo nō tenuit permutatio possit ille qui habebat ius in beneficio, propria authoritate ad eius beneficium redire. Abbas hic dicit, quod non. Et ita tenet Rot. in prima & tertia decisio. in nouis. Domi. in dicto capi. j. versic. sed circa premissa. Et idem concludit Petr. de Peru. in tracta. permut. benefi. in vj. quest. principali. versicul. queritur igitur. vbi primo refert Jo. And. in cap. j. de rerum permu. vbi voluit quod quis redire possit de equitate ad priora beneficia: argument. cap. si beneficia. de preben. in sexto. Sed ipse tenet contrarium: quia ex quo semel iste renuntiauit, non potest de nouo obtinere beneficium nisi iste de nouo instituatur. Non obstat capi. si beneficia. quia loquitur in casu speciali, & ad alios casus non extenditur. Et ita etiam resident Moder. hic. Et secundum istam opin. nouissime con-
l sulit Bartho. Soc. [l] cōsi. clxvj. in primis. vbi late alios refert, & conclu. istam opinionem esse magis communem. Et ad text. in dicto capi. si beneficia. respondet prout Domi. dicit in dicto
m cap. j. de rerum permu. Sed tamen opin. Joan. And. [m] fundata in equitate sustentabilis videtur, quam Federic. sequitur in d. tracta. de permut. benefic. in viij. quest. & idem videtur finaliter tenere Rota in vltima decisione, in titul. de rerum permutatione. in antiquis. & Lellus de Hugudio, quem Fede. refert consil. clvj. Petrus. licet ipse Federicus ibi in principio priorem opinionem sequatur. Et istam opinionem Joannis Andree etiam tenent Cardi. & Jmo. in cap. penult. de rerum permutatione. & idem Innocen. in cap. fin. versicu. sed iuxta predicta. eodem titu. de rerum permutatio. Et pro ista opin. bene facit tex. in dicto cap. si beneficia. qui fundatur in ratione probabilis ignorantie, ibi: ne talis ignorantia cum sit sine culpa, preiudicialis existat. Nam ratio ista etiam videtur militare in casu nostro: & quia ille tex. etiam videtur loqui in eo, qui renuntiauit, vt colligitur ibi dum loquitur de eo, qui beneficia dimisit. & glo. ibi in verbo, dimissa. Et ex his ponderationibus tollūtur responsiones que dantur ad illum textum. Non obstat quod dicitur de renūtiatione, que permutationem precedere debet: vt no. Abb. in cap. inter cetera. in princi. de prebend. & Rota in septima decisio. de rerum permut. in antiquis. & glo. in c. si propter. in verbo, vacabunt. de rescrip. in vj. & not. Card. consi. lxij. sigillatim. versi. ad tertium. quia respondetur quod talis renūtiatio non videtur libera, sed limitata casu quo permutatio habeat locum: ideo superior, in cuius manibus fuerit facta renūtiatio: ex causa permutationis, alteri tale beneficium conferre nequit, clem. j. de rerum permu. facit tex. in cap. j. de rer. permu. in vj. Et sic iste redire potest ad priora beneficia, quibus in effe-
n ctu non renuntiauit: quia talis renuntiatio cōditionalis [n] fuit
19 casu, quo permutatio haberet effectum. ¶ †In gloss. in verbo, confessis. in fin. conclusio sit, & regula que per istum tex. colligitur, quod excipiens non videtur intentionem agentis confiteri. Ad idem tex. in regu. exceptionem. in vj. & in l. non vtique. ff. eod. glos. hic, & latius in d. regu. exceptionem. vbi plures rationes adducit: & sequuntur Anto. de But. & Abb. post antiquos, quos in prima opi. hic refert. Nam intentio agentis est, vt reus condemnetur: & excipiens tendit ad excludendam intētionem actoris. l. ij. ff. eodem. Non ergo dicendum est, quod excipiens videatur fateri intentionem aduersarij: quia actus agentis vltra intentionem non operatur. l. non omnis. in princi. ff. si cert. petatur. l. obligationum substantia. §. j. ff. de act. & oblig. & inducta ad vnum finem non debent contrarium operari. l. legata inutiliter. de legatis primo. l. quod fauore. C. de legib. Et si non

valet expressum, non valet tacitum. l. iij. §. qui habet. in fin. ff. de seruit. rustic. pred. l. si sponsus. §. si maritus. ff. de donatio. inter virum & vxo. Nam quando reus excipit, cogitat quod exceptio sua habeat effectum: & quod actor excludatur: & tali casu presupponit debitum precessisse. Unde si exceptio proposita non habeat locum, vt quia non sit vera, vel non probetur, nõ remanet tacita confessio, debiti: quia ista non fuit intentio excipientis, que limitata fuit eo casu duntaxat, quo exceptio proposita locum habuisset: vnde sublata exceptione, que expresse proposita fuit, tollitur etiam illa tacita cõfessio: quia, vt dixi, si nõ operatur expressum, &c. Et quia limitata causa limitatum producit effectum l. in agris. ff. de acquiren. rerum domi. Et hoc modo declarari potest predicta conclusio, que maxime procedit: quando actor exceptionem propositam non admittit: q2 tunc actor non potest se fundare ex eo, quod impugnauit. in capi. ex eo. de reg. iur. in vj. vt no. Barto. in dicta l. non vtique. Et quia exceptio opposita in vno capit. continet, quod pro parte acceptari non potest: vt tradit Barto. in l. Aurelius. §. idem quesiuit. ff. de lib. lega. Facit tex. in l. etiam. ff. de mino. Et predictam conclusionem ponit Bald. in l. age. in ij. notab. per illum tex. C. de transac. & glo. fin. in cap. j. de testi. in vj. & in l. Julianus. in gl. magna. ff. de cond. indeb. Et predicta conclusio limitatur procedere, quando actor non negaret absolute exceptionem oppositam, sed diceret illam minus legitimam fuisse: quia tunc intẽtio actoris ex ea fundatur. Barto. concludit in dicta l. non vtique. per textum l. quoniam. ff. de his, qui notan. infamia. & idem Barto. in l. decem. de verborum oblig. sequitur Pau. de Castr. in l. j. C. de probat. & in dicta l. non vtique. Sed in hoc communis opi. est contra Bartol. que pluribus rationibus fundatur, quibus tamen Moder. in dicta l. non vtique. conantur respondere, & non bene, vt infra apparebit. Primo contra Barto. faciunt iura que generaliter dicunt, quod excipiens non videtur fateri intentionem agentis [12]. & in dicta l. non vtique. & in d. regul. exceptionem. ergo generaliter intelligi debent. l. j. §. generaliter. ff. de leg. prestan. & xix. dist. cap. si Romanorum. Ad hoc Moder. in dicta l. non vtique. subtiliter respondent, quod iura preallegata loquũtur de intentione, quam reus excipiendo non fatetur. Debitum tamen ipsum videtur fateri, qui opponit exceptionẽ solutionis, vel pacti de non petendo. Ista enim diuersa sunt, & stant simul, quod debitum reus fateatur, & intẽtionem neget. Sed replicari ad hoc potest quod licet diuersa sint debitum, vel intentionem fateri, tamen adeo ista inter se connexa sunt, quod reus ista excipiendo dicatur debitum fateri, vtique etiam intentionem videatur confiteri: quia ex debito, quod probatur precessisse, intentio actoris fundatur, cũ adhuc debitum esse presumatur, nisi liberatio probetur l. j. C. de probatio. facit tex. in l. consilio. §. fin. ff. de cur. furio. Et hoc manifeste est secundum intentionem Bart. qui arguit, actoris intentionem probari ex debito, quod probatur precessisse virtute exceptionis opposite: & sic ex debito ad intentionem actoris infertur. Ideo secundum intentionem Bart. ista separari non possunt. & Bart. in effectu presupponit quod absolute reus excipiendo videatur fateri intẽtionem actoris: quia solum actor repellitur eo casu quo exceptionẽ impugnauit. Et istud, quod presupponit Barto. est contra iura preelleg. Secundo contra Barto. hic Abb. istum tex. inducit, vbi actor exceptionem permutationis opposite non impugnauit: & tamen in ea se fundare non potuit. Moder. in dicta l. non vtique. respondent, quod hic fuit exceptio opposita conditionaliter: vt per gl. j. hic, quo casu omnes de plano fatentur quod confessio non inducitur: & ita respondebat prius Abb. hic. Nec obstat quod tex. in decisione simpliciter in ipsa exceptione fundetur, vt Abb. hic dicit: q2 replicant Moder.° in dicta l. non vtique. quod ratio debet intelligi quando exceptio conditionaliter fuit proposita. Sed responderi ad hoc potest, quod tunc non esset vis in exceptione, sed in ipsa conditione: & tamen text. videtur ponderare exceptionem simpliciter, prout Abb. dicit: & prout etiam loquitur textus in dicta l. non vtique. cum similibus. Tertio contra Barto. allegatur, quia exceptio proponebatur ad excludendũ actorem. l. ij. ff. eodem. ergo non debet operari augmentum intentionis actoris: argumen. l. legata inutiliter. de adimen. leg. Moder. in dicta l. non vtique. respondent, quod tacita confessio debiti venit in consequentiam exceptionis proposite: & inducta ad vnum finem, virtute consequentie necessarie, cõtrarium operantur. l. cum ex oratione. ff. de excus. tut. quam ita declarat Bal. in l. quod fauore. in vij. oppos. C. de legi. Et ad hoc melius facit tex. & quod ibi Bar. in l. denique. §. interdum. de pecu. leg. Sed replicari potest quod stante exceptione proposita, vera, & probata, confessio tacita debiti resultaret in consequentiá, & haberet locum illud, quod in contrariũ allegatur: sed si exceptio pacti, vel solutionis opposite non habuit effectum, illa tacita confessio cessat: quia si non valet expressum, non valet tacitum, vt supra dixi. Preterea, si ex tacita confessione rei excipientis, fundata esset intẽtio actoris, principaliter inductum ad vnum finem operaretur contrarium, & non in consequentiá: ideo predicta responsio non valet. Quarto contra Bar. arguitur: nam per confessionem, litis contestatio inducitur: vt declarat Bar. in l. j. C. de litis contesta. Si ergo excipiens videretur confiteri, induceretur litis cõtestatio, sed cõsequens est falsum: quia per exceptionem propositam non fit litis contestatio. c. ij. de li. contest. in vj. ergo & antecedens. Et fuit ratio Bal. in l. exceptionẽ. C. de proba. & sequitur Are. in d. l. decem. de verb. obli. Mod. in d. l. non vtique. respondent quod ille, qui exceptionem peremptoriam opponit, non videtur velle litem ordinare, & contestari, sed potius dirimere: vt per glo. in cap. ij. de lit. contest. in vj. ideo principalis eius intentio attenditur: arg. l. si quis nec causam. ff. si cer. pet. & actus agentis vltra intentionem non operatur. l. omnis. ff. si cert. pet. Sed replicari potest, quod ista ratio non tollit arg. quia si non inducitur litis contestatio: ergo nec confessio: prout in ar. dicitur. Nam qua ratione non fit litis cõtest. quia excipiens non videtur velle litigare, ita pariter nõ videtur in preiudicium suum velle confiteri per rationes, que supra pro regula inducuntur: & vtroque casu vltra intentionem actus non debet operari. Quinto Cuma. in d. l. non vtique. contra Bar. adducit: quia exceptio solutionis vel facti intelligi potest, & debet, quod opposita sit, casu quo de debito cõstaret: & ita secundum intentionem rei exceptio interpretari debet: vt not. in l. si quis intentione. ff. de iudi. & fuit opinio Nicolai de Matarellis, quam Bal. refert in dicta l. exceptionem. vbi inquit ꝙ reus excipiendo simpliciter intelligitur cõditionaliter, si assertio actoris prius probata fuerit. Sed Mod. in dicta l. non vtique. respondent quod si hoc voluit reus, debuit conditionaliter excipere, vt no. in dicta l. si quidem. C. eod. Alias si exceptio simpliciter opponatur, nulla conditio intelligitur, considerata proprietate verborum, que in dubio attenditur. l. non aliter. in princ. de leg. iij. facit tex. in l. j. §. si quis simpliciter. ff. de verb. obl. Ad hoc etiá potest replicari, quod cum iura expresse dicãt intentionem actoris non fundari per exceptionem rei, vt hoc verificetur, consonat vt dicamus exceptionem oppositam conditionaliter, casu quo de debito constaret: & talis conditio tacita intelligitur ex natura exceptionis, que opponi debet post fundatam intentionem actoris, vt probatur hic: & quia in dubio verba intelliguntur in fauorem rei: vt not. Bart. in l. inter stipulantem. §. j. de verborum oblig. Anto. de But. in cap. ex literis. primo. in fi. j. de spons. Ultimo pro opinione Bar. Mod. in dicta l. non vtique. inducunt dictam l. quoniam. hoc modo: nam sicut reus excipiendo videtur velle actorem repellere, ita transigendo quis videtur velle litem euitare. l. j. ff. de transa. Et qua ratione in transactione, que fit partibus volentibus, probatio delicti presumptiue colligitur, d. l. quoniam. pari ratione si reus solutionem opponit, quam etiam actor fatetur, ex tali exceptione solutionis tacita confessio delicti haberi debet. Et hoc confirmari potest: quia transactio fieri potuit ex eo ꝙ lites sit execratus: vt dicitur in l. item si res. §. fi. ff. de alien. iud. mut. cau. fac. & tamen inducitur tacita confessio: a fortiori idem videtur in excipiente. Ad hec etiá responderi potest quõ tex. in d. l. quoniá. procedit stante transactione: prout loquitur: & ita esset etiam in excipiente, si exceptio haberet locum: & ita procedunt allegata in contrarium. Sed quando exceptio non habet effectum, prout in casu isto loquimur, excipiens non videtur fateri: quia si non valet expressum, non valet tacitum: & quia iura absolute dicunt, quod excipiens non videtur fateri, vt hic, cum simili. & ad dictam l. quoniam. etiam aliter respondet Baldus in l. furti. §. pactus. ff. de his, qui not. infa. Et ita ex omnibus supra dictis patet quod verior sit opinio communis cõtra Barto. & ista est communis opinio, & vera, vt Bald. dicit in dicta l. exceptionem. & in l. Polla. C. de his, quibus vt indig. cum simil. vt tradunt Alexan. & Aretin. in dicta l. decem. Et retenta hac communi opi. quod excipiens non dicatur fateri intentionem agentis, limitatur non procedere, quando contra excipiẽtem presumptio iuris insurgit: vt quia inquisitus de homicidio, excipiẽdo dicat se fecisse homicidium ad sui defensionem: nam nisi de ipsa defensione probetur, erit fundata intentio contra eum, vt de homicidio puniatur: quia cõtra eum est presumptio: vt not. Barto. in l. Aurelius. §. idem quesijt. ff. de lib. leg. & Alexan. simpliciter hoc sequitur in dicta l. decem. in iij. limit. & Abb. idem tenet in cap. bone. ij. in fi. de postul. prela. & in ca. cum venissent. in viij. notab. per illum textum j. de institu. & Bal. no. in l. j. C. de confess. Sed in ista limitatione aduertẽdum est: quia confessio homicidij in isto casu expressa videtur, & non venit cõ

secutiue

secutiue inclusa ad exceptionem propositam: & tali casu quādo expressa confessio habetur, semper fundatur intentio cōtra excipientem, vt omnes fatentur hic, per tex. in cap. preterea. ij. de transac. vt videmus in glos. j. hic. Unde respectu regule, de qua agitur hic, ista limitatio conuenire non videtur: nisi dicamus quod tex. in dicto capi. preterea. habeat locum, quando confessio fuit facta in capitulo separato ab ipsa exceptione: sed doct. in locis preal. loquuntur quando in eodem capitulo quis confi

20 tetur. †Et retenta ista limitatione, quod nō probata defensione inquisitus debeat puniri, notandum est singulariter: quod

p non debet[p] pro tali confessione ordinaria pena mortis puniri, vt voluit Abb. in cap. auditis. col. pe. versi. puto tamen. de prescrip. quia in criminalibus clariores probationes requirūtur: quod non est hic: quia non fuit simplex confessio, sed qualificata, nec ex vehementi presumptione quis debet tam grauiter cōdemnari. c. literas. §. de presum. & quia quando iudex super delicto procederet ex presumptionibus, debet penam temperare: vt not. Inno. in c. quia verisimile. de presump. Et in simili casu tradit Alex. in l. j. ff. si cer. pet. versic. ad vnum. Contra istud dictum Abb. insurgunt Mod. in d. l. non vtiq3. & dicunt quod videtur contra mentem Bar. in d. §. idem quesijt. & Bald. in d. l. j. C. de confess. dum allegant l. j. C. de sicar. vbi sufficit talis presumptio ad imponendum penā legis Cornelie de sicarijs. Nec absolute est verum quod ex probatione presumpta non imponatur grauis pena corporalis, per ea, que ponit Joan. An. in addit. Specu. in titu. de proba. §. xiij. vt no. Bal. in l. fi. ff. de hered. inst. cum sim. Nam ex presumptione approbata expresse a lege, ordinaria pena delicti imponitur: vt not. Bald. post Nicol. de Mata. in l. fin. C. de proba. & talis est presumptio de qua agitur in d. l. j. C. de sicar. Facit quod not. Bar. in d. l. j. §. idem Cornelio. ff. de quest. Postremo contra Abb. Mod. adducunt in d. l. non vtique. doctrinam Bar. in l. eum qui. ff. de iureiuran. & contra Abb. etiam arguunt nouissimi in d. c. auditis. quia si ex presumptione deberet pena mitigari, nūquam haberet locum pena ordinaria: quia semper constat de homicidio solum ex presumptione d. l. j. C. de sicar. Et quia in isto casu videtur constare de homicidio ex propria confessione, non per presumptionē, vt Abb. dicit. Et contra dictū Abb. sentit Bal. in c. dudum. ij. in fi. §. de elec. Et per hoc respondetur ad rationem Abb. que locum habet, quando tantum ex presumptione constat de maleficio: sed hic constat per confessionem. Uel secundo respondetur quod ratio Abb. procedit in presumptione, que residet in arbitrio iudicis: & a lege approbata non reperitur, prout loquitur Inno. in d. c. quia verisimile. secus si presumptio approbata sit a lege, prout in casu d. l. j. C. de sicar. Et hoc modo ipse Abb. distinguit in cap. accedens. de accu. Sed tamen pro defensione Abb. considerandū est quod ista confessio de qua agitur, non est simplex confessio homicidij, sed qualificata, adeo quod plerique tenent quod virtualiter, & in effectu dicatur negare homicidium, qui hoc modo confitetur. Cy. in l. j. in xiij. quest. C. de cōfess. & in l. exceptionem. C. de proba. Bal. in l. j. C. de edil. act. cum simi. vt tradit Aret. in l. j. in princ. ff. de vulg. & pup. vbi efficaciter hoc probat: quia qui dicit fecisse ad sui defensionē, effectualiter negat accusationem, siue inquisitionem: & videtur responsio negatiua, quibuscunque verbis concipiatur. glos. in l. fi. §. fi. in fi. ff. de doli excep. & tradit Bar. in l. inter stipulātem. in prin. de verborum oblig. facit regula hic, quia excipiens nō videtur fateri intentionem aduersarij: ergo non videtur confiteri delictum: & quia hoc dicit in vno & eodem capitulo, quod regulariter diuidi nequit, nec debet pro parte acceptari: vt per Bar. in d. l. Aurelius. §. idem quesijt. Si ergo predictis non obstantibus Barto. & docto. volunt quod nō probata defensione, inquisitus condemnetur propter iuris presumptionem, videtur cōdemnari ex sola presumptione, non ex confessione: ideo consonat quod pena debeat mitigari: quia hic nō sunt probationes clare, prout in criminalibus requiruntur. Et facit illud dictū Innocen. in dicto cap. quia verisimile. vbi Bald. pro not. illud refert, & probatur in illo text. quem Abb. ibi, inducit, & sequitur Old. consi. cxcix. viso diligenter. Pe. de Anch. in reg. semel malus. in v. q°. circa finem. Et sic secundum predicta non videtur constare de maleficio ex confessione, sed tātum ex presumptione: nec videtur ista presumptio approbata a iure, prout in casu l. j. C. de sicarijs. quia in iure de hoc nihil cautum reperitur. Et absurdum videtur quod ex tali confessione qualificata deberet puniri, sicut ex cōfessione simplici. Ex quibus tolluntur omnia allegata in contrarium. Non obstat quod Barto. dicit in dicta l. eum, qui. quia licet dicat quod iste non incidit in penam statuti, ex quo aduersarius onere probandi non grauatur, quod tamen in isto casu pena non minuatur, in ista questione Bart. ibi hoc non dicit. Non obstat quod si ex presumptione pena deberet mitigari, nunquam haberet locum pena ordinaria: vt dicūt Mod. in c. auditis, quia hoc non est verum: nam haberet locū pena ordinaria in presumptione iuris, prout loquitur text. in dicta l. j. C. de sicarijs, & Abb. distinguit in dicto cap. accedēs. de accu. Non obstat dictum Bald. in cap. dudum. de elect. quia simpliciter dicit istum sic confitentem debere puniri, non tamen negat quin pena debeat mitigari, prout Abb. dicit, cuius dictum in maxima equitate fundatur. Et ista opi. Abb. potest habere locum, quando inquisitus explicite prius non confitetur, sed vnico verbo dicit se fecisse homicidium ad sui defensionem in eodem constructu verborū. Alia opinio videretur pro-

q cedere, quando prius explicite videtur homicidium, deinde[q] addit se fecisse illud ad sui defensionem: argumen. ca. preterea. ij. de transact. declarando vt dictum fuit in glo. j. Et opi. Abb. maxime procederet, quando inquisitus negatiue diceret se nō commisisse homicidium, nisi ad defensionem sui: vnde cautela

21 esset quod ita responderet. ¶ †In glos. in ver. per vitium. in fi. communis opinio est contra glos. quod propter falsitatem, que in testibus, vel instrumentis committitur, causa nō perdatur, per textum in l. diuus. ff. de re iud. & no. Barto. in l. in fraudem. §. quoties. ff. de iure fisci. Abb. hic, & alij in locis infra allegandis, & in hoc communiter doctores cōueniunt. Non obstat tex. in cap. olim. allegato in glo. quia Abb. respondet quod ibi fuit priuatus beneficio propter delictum falsitatis: pro quo etiam clericus deponi potest. 50. distin. cap. si episcopus. Sed ista solutio non satisfacit: quia ibi non agebatur criminaliter, prout loquitur text. in dicto capi. si episcopus. & quia ibi non dicitur quod priuetur beneficio, sed quod imponitur perpetuum silentium super ecclesia, de qua agebatur. Et ista verba videntur respicere priuationem cause. Unde aliter responderi potest quod ibi loquitur in corrumpente literas iudicis, & sic in actis: quo casu communiter docto. tenent quod in actis quis perdat causam, si falsitatem commiserit. Et secundum hoc conclusio predicta limitatur: vt non habeat locum in actis: vt not. Bartol. per illum textum in dicta l. in fraudē. §. quoties. Abb. tamen hic contrarium tenet, & generaliter concludit quod sicut in testibus, vel instrumentis, ita etiam in actis propter falsitatem quis nō perdit causam, quia iure cautum non reperitur: nam tex. in dicto §. quoties. in causa fisci specialiter loquitur, vt etiam voluit gloss. in l. j. C. de formulis. Ergo in contrarium videtur esse ius commune, vt latius Abb. prosequitur hic. Opi. tamen Barto. in dicto §. quoties. communiter tenetur: & idem Bart. dicit in l. j. §. penal. in fi. ff. de calum. Bal. in l. fi. versi. vltimo quero. C. de pena iudi. qui male iud. Ange. in l. j. ff. de his, que in testament. delen. cum similibus. vt Alexan. tradit in dicta l. diuus. versic. item noto. Pe. de Anch. hoc idem sequitur in consi. ccclxxxix. in casu premisso. versicu. preterea. & Joan. de Ana. consi. xij. primo ad intellectum. & idem Imo. consi. cxix. ad primum. ver. ad secundum. Non obstat ratio Abb. quod tex. in dicto §. quoties. loquatur specialiter in causa fisci: quia imo etiam in alijs priuatorum causis videtur procedere. Nam dum ibi dicitur quod apud fiscum causa agebatur, intelligitur secūdum gl. ibi apud procuratorem fisci, qui etiam inter duos priuatos consentientes cognoscit. l. cum vendente. C. vbi cau. fisc. & sic tex. videtur generaliter procedere. & ita dicunt Moder. hic: & prius hoc idem Alexan. dixit in dicta l. diuus. Sed ista responsio non satisfacit: quia per eam non tollitur quin speciale sit in causa fisci, prout Abb. dicit, & natura tituli hoc suadet, de iure fisci, argu. l. Imperatores. ff. de in diem addict. Et verba litere satis indicant, dum limitate textus loquitur, & dicit, quoties apud fiscū causa agitur. Et ita etiam Bal. hic, intelligit illum §. quoties. in causa fiscali. Nec obstat quod iurisdictio procuratoris fisci prorogari possit ad priuatos litigantes: quia hoc non facit quod dispositio illius §. generalis sit: nam tātum seruabitur in ipsis prorogantibus: quia videtur facta prorogatio secundum qualitatem iudicis, cuius iurisdictio prorogatur. text. not. in l. episcopale. vbi Bartol. C. de episcop. aud. Preterea textus in d. §. quoties. nihil dicit de falsitate actorum, licet ita allegetur: nam ibi simpliciter quod quando quis vtitur actis agitatis apud fiscum talia acta manu commentariensis annotanda sunt: & si aliter producantur, a causa cadat, qui exhibuit: licet enim non seruetur quod ibi dicitur, vt quia acta non sint scripta manu commentariensis, non tamē sequitur quod acta falsificata sint, nec quod in eis falsum committatur: nec videtur quod ille propter hoc pena falsi puniatur, sed tantum cadit a causa: quia illa forma non seruatur: sicut etiam in §. precedenti. eodem modo cadit a causa, qui vtitur actis contra fiscum, a quo illa accepit. Et per illum textum in dicto §. quoties. dicit Guil. de Cu. in l. j. §. Editiones. & Alber. ibi, sequitur ff. de edendo. quod editio actorum debet fieri authoritate iudicis: aliter eis fides non

adhibetur. Ideo opi. Abb. verior de iure videtur: quia non videtur ratio diversitatis in isto casu inter acta, & instrumenta.
22 ¶ †Successive Abb. post Inno. late prosequitur an producens instrumentum falsum, vel minus solenne, teneatur stare tali instrumento. In quo calcando eius vestigia prima conclusio ge-
r neralis sit, quod producens[r] instrumentum, videtur fateri omnia, que etiam contra se in instrumento continentur. Inn. hic, & Abb. post Barto. in l. post legatum. ff. de his, quibus vt indi. & Bal. sequitur in l. scripture. in princ. C. de fide instru. in l. cum precum. ver. extra quero. C. de lib. cau. & Bal. in l. alia. in prin. C. de his, quibus vt indig. Card. consi. lvi. in lucidatione. vbi allegat bonum tex. in l. si filius. §. fi. ff. de interrog. act. Bal. consilio clxxxi. omnis assessor. libro ij. secundum primam impressionem. Abb. consi. xxxviij. in questione. lib. ij. & Bal. in cap. presentium. versi. quid de illo. §. de testi. vbi allegat gloss. quam dicit singularem in l. j. §. editiones. in glo. ff. de edendo. & Lapus in alle. cxix. quero, pone. Pe. de Ancha. consi. xxiij. subtiliter, & ad plenum, in princ. Roma. consi. cccxxix. presens consultatio. circa fi. & consi. cccl. in casu proposite. Alexan. consil. clxij. viso processu. libro secundo. Andr. Sicu. consil. viij. libro secundo. & consil. lix. eod. libro secundo. Et quod dictum est de instrumento, idem est in eo, qui libellum producit iudici: quia omnia videtur fate-
s ri, que in libello[s] [13] continentur. l. cum precum. vbi Bald. C. de
13 liber. cau. Et idem in libello in quo principi supplicatur. l. ij. vbi Alexand. post alios. C. de institu. & substitu. Et hoc procedit, etiam si rescriptum impetratum surreptitium sit, secundum Ioan. Andr. in cap. cum in positionibus. de iureiurando in vj. Abb. sequitur hic, & in capi. examinata. in iiij. notab. de iudic. & consi. xxxviij. lib. ij. supra alleg. Et idem est in reo, qui exceptionem opponit, vt notat Barto. in l. j. per illum tex. in fi. C. de his qui poten. nom. Idem Barto. in l. certu. §. si quis absente. in fi. ff. de confess. Roma. consi. lix. ad discutiendum. & consi. cccxxv. quo ad primum. in penul. dubio. Et hec locum habent, etiam si
t parte absente[t] producantur, vt declarat Bartol. in d. §. si quis absente. idem Barto. in l. secunda, §. fi. in fi. ff. de iure fisci. Predicta conclusio procedit in verbis dispositiuis instrumenti; secus est in verbis enuntiatiuis, secundum Baldum hic, allegat l. Aurelius. §. fina. ff. de liber. lega. Et sequitur Alexand. consi. xvj. in causa, & lite. lib. v. Et idem in verbis enuntiatiuis libelli: vt Bal. in l. predia. C. de pred. mi. Ant. de Bu. cap. j. §. de confes. cum simi. vt Alexan. tradit in l. edita. in princ. C. de edendo. Et idem in verbis enuntiatiuis excipientis: vt not. Bald. in l. his. versi. extra scias. C. de test. mil. Sed contra istam limitationem videtur tex. in l. optimam. C. de contrah. & commit. stip. vbi verba enuntiatiua probant inter personas inter quas proferuntur: ergo verba enuntiatiua instrumenti videntur facere fidem pro parte, contra quam instrumentum producitur. Et idem probari videtur in cap. cum olim. in fi. de censi. Moder. hic respondent quod tex. in dicta l. optimam. habet locum in contrahente, qui scripturam facit, & aliquid enuntiatiue affirmat: puta promittendo alicui vt heredi: nam probatur, illum esse heredem: vt per Alex. tradit consi. xvij. ponderatis his. in prin. li. iij. per d. l. optimam. Et pro dicto Alex. est tex. de quo ipse non meminit, in l. si vt proponis. §. si hereditatem. vbi Bal. & Angel. ff. de inoffi. test. Secus dicunt Moder. esse in producente scripturam per supra dicta. Ista differentia non sapit: quia producendo scripturam, illam approbat vt per Inno. hic. Nam sicut in eo, qui scribit, vel contractum facit, statur verbis enuntiatiuis propter consensum, talis consensus vtique colligitur ex productione instrumenti. Et hoc videtur velle Barto. in auth. si quis in aliquo. C. de edendo. dum limitando ibi illum text. allegat d. l. optimam. Unde aliter respondetur ad contrarium supra formatum, & dico quod text. in dicta l. optimam. procedit, quando illud, quod per verba enuntiatiua profertur, erat necessarium
24 in illo actu, de quo agebatur [14], prout exemplum ibi colligitur: secus quando illud necessario non requireretur: quia tunc verba enuntiatiua non probant, etiam inter partes contrahentes: vt notab. declarat Anto. de But. in cap. illud. de presump. & sequitur Mathe. in no. suo lxxx. nota quod quoties. Idem Bal. in l. ad probationem. C. loca. Alexand. consi. cxxxvj. viso libello. lib. j. & consil. ccj. super causa, & lite. libro secundo. Et hoc modo declaratur quod supra dictum est de verbis enuntiatiuis, quod non probant, nisi necessaria sint in tali actu, prout loquitur d. l. optimam. quia respectu illius actus duntaxat faciunt fidem. Secundo supra dicta conclusio limitatur non procedere, quando producens instrumentum protestatur quod tantum producit in partibus pro se facientibus: vt no. Specu. in titu. de instr. edi. §. videndum. versicu. quid si produco. quem refert Pau. de Castr. in l. j. §. editiones. ff. de edendo. & Alber. de Rosa. ibi, ver. ex premissis. hoc idem tenet, dicens quod in iudicijs inualuit talis cautela. & Bald. in l. j. C. de confess. vbi loquitur in libro rationum, & dicit quod caute litigantes protestantur, & dicunt, produco talem librum rationum inquantum facit pro me, & non aliter. Facit quod not. Bald. in cap. cum dilectus. versicu. oportet ergo. §. de consuetud. & idem Bal. dicit per glo. ibi in l. si quidem. C. eodem. & in capi. j. §. denique. circa finem. que fuit prima cau. benefi. amit. & tradit Alexand. consi. cxxxvj. in causa, & lite. in fi. lib. secundo. & consi. clxxxv. visis. eo. lib. ij. Sed tamen quod talis protestatio non iuuet, tenet Bal. in cap. presentium. versi. sed quid si producens. de testibus. quia cum semel instrumentum exhibitum fuerit, non curamus de verbis protestatis. Et idem Bal. in l. j. versi. ex hoc pone. C. vt que desunt aduo. vbi inquit quod licet vna pars dicat, Produco acta inquantum faciunt pro me: iudex tamen potest adhibere fidem, etiam quatenus faciant contra producentem: quia ei constat vt iudici. Idem Bal. in l. si aduersarius. versicu. ego dico. C. de fide instrument. vbi concludit, quod quantum ad effectum tollende probationis, protestatio nihil operatur. Et sequitur Roman. consilio ccccxxxiij. quo ad primum. circa finem. Pau. de Castr. consilio lxxix. in causa Syluestri. col. ij. versicu. nec prodest illa protestatio. Et hoc idem volunt domini de Rota in iij. decisio. de fide instrumen. in nouis. Facit quod not. Areti. in l. decem. versicu. secunda cautela. de verborum oblig. & quod not. Innocen. in c. cum olim. de censi. quod iudex potest adhibere fidem instrumento in fauorem partis, que illud impugnauit. cum simil. vt tradunt Moder. in capit. capitulum. de rescrip. Dicatis breuiter quod prima opin. procedit quando aduersarius non contradicit protestationi: sed aduersario contradicente protestatio non iuuaret: & hoc casu habet locum secunda opi. Et ista concordia colligitur ex his, que Fulg. tradit consi. clxxvij. publicato processu. Facit quod Alber. dicit in dicta l. j. §. editiones. ff. de ede. dum inquit quod cautela protestationis tollitur, quando aduersarius, contra quem instrumentum cum protestatione producitur, dicat se velle vti dictis instrumentis, non obstante protestatione. Et idem voluit Anto. de Butr. in cap. cum olim. j.
23 de censi. versicu. nota quod ex hoc sumitur. ¶ †Secunda conclusio, si instrumentum productum falsum esse detegatur, producenti ignoranter, non preiudicat tacita confessio, que ex eius productione colligitur, nec expressa, que ad instrumentum referatur. Abb. in primo, & secundo casu hic post Innocent. hic, & Barto. in dicta l. post legatum. & no. Pau. de Castr. in consilio cccvj. alias cviij. aduertendum. cum similibus, vt tradunt Moder. hic, & Alexan. consi. cviij. viso processu. lib. v. Sed in ista conclusione considerandum est quod de plano procedit quantum ad tacitam confessionem, que ex productione instrumenti elicitur: argumen. eius, quod dicitur quod vitiato expresso, etiam tacitum vitiatur. l. iij. §. qui habet. in fi. ff. de serui. rusti. predio. Sed quando expresse quis confitetur id, quod continetur in instrumento, quod producit, videtur dicendum quod illa confessio preiudicet, sicut preiudicaret nulla facta relatione ad instrumentum: vt in tertio casu Abb. hic dicit: quia de tenore instrumenti producti apparet: & relatio, que habetur ad instrumentum, potest dupliciter intelligi. Primo quod referatur ad instrumentum limitate quatenus probat, prout docto. intelligunt in locis preallegatis. Secundo intelligi potest quod referatur ad tenorem instrumenti assertiue, vt appareat illud, quod confitetur: & melius consonat quod isto secundo modo intelligatur: quia tunc non cogitabat de falsitate instrumenti, ex quo ignorabat falsum esse instrumentum: & quia verba dubia contra proferentem interpretari debent. l. veteribus. ff. de pactis. l. Labeo scribit. ff. de contrah. emp. Secundo contra istam conclusionem facit: quia Abb. hic in secundo casu, & doct. loquuntur, quando producens instrumentum confitetur omnia, que in eo continentur. Licet ergo appareat falsum instrumentum, non tamen debet confessio vitiari, que fuit facta de contentis in instrumento: cum aliud instrumentum sit, & aliud sit quod in instrumento continetur: not. Bal. in l. Labeo. §. j. ver. quid si quis. ff. de pac. sicut aliud est statutum, aliud quod in statuto continetur, vt Bald. tradit in prelu. feu. versi. item nos dicimus. & est dictum Inno. in cap. dilecto. de preben. cum simi. Tertio contra istam conclusionem arguitur: quia iste, qui confitetur, referendo se ad instrumentum, potuit simplici confessione sibi preiudicare: sed quando relatio fit ab eo, qui potest principaliter actum de nouo fa-
15 cere, sufficit constare de mente eius [15], & relatio non attenditur: vt not. Barto. per illum textum in l. si donatio. in fi. C. de dona. facit quod not. glo. in cap. si Romanorum. xix. distinct. & glo. j. & quod ibi Barto. & docto. in l. admonendi. ff. de iureiuran. Predictis tamen non obstantibus sequor communem opinionem: quia quando quis ignorabat falsitatem instrumenti, prout conclusio supra facta, & docto. loquuntur, credebat vera que continebantur

nebantur in instrumento, ductus authoritate instrumenti: vn-
de satis videtur error probari, ex quo apparet falsum instru-
mentum. argumen. l. si post diuisionem. C. de iur. & fac. ignoran.
facit text. in l. in testamento. la j. ff. de cond. & demon. & quod no.
Bal. in l. ij. C. de errore aduo. & late Ro. consi. ccxciiij. hec confes
sio. Nam producens instrumentum non videtur adeo confite-
ri ea, que continentur in instrumento, quin possit errorē suum
corrigere: vt not. Bal. in l. cum precum. versicu. extra quero. C.
24 de liber. causa. †Non obstant allegata supra in contrariū: quia
pro responsione considerandum est quod cōfessio in dubio sem
v per in fauorem confitentis[v] interpretatur: vt not. dicit Anto.
de Butr. in cap. ex literis. j. in fin. de spon. facit quod not. Bar.
in l. inter stipulantem. §. j. de verborum obli. Unde ad primum
respondetur quod licet relatio facta ad instrumentum dupli-
citer possit intelligi, vt supra dicebatur, debet in fauorem rei
interpretari. Non obstat tex. in dicta l. veteribus. ff. de pac. cum
similibus: quia illud, quod ibi dicitur, in contractibus proce-
dit: secus est in iudicijs: vt per Bartolum in dicta l. inter stipu
lantem. §. j. & not. in l. si quis intentione. ff. de iudicijs. Secundo
non obstat quod aliud sit instrumentum, & aliud quod contine
tur in instrumento: quia ista consideratio in isto casu non ca-
dit, ex quo falsum apparet instrumentum in his, que non in eo
continentur. Non obstat quod iste confitendo potuit sibi pre-
iudicare: quia illud verum est, quando constaret absolute de
voluntate eius: sed in dubio non videtur hoc voluisse, arg. cap.
super hoc. de renunt. & confessio sua suspenditur, quatenus va-
25 leat instrumentum, per supra dicta. ¶ †Tertia conclusio Ab-
batis est, si confessio fuit facta simpliciter nulla habita mētio-
ne instrumenti preiudicat confitenti, licet instrumentum repro
betur, vt Abb. in tertio casu hic dicit, post Innocen. & Bartol.
in dicta l. post legatum. Et ad hoc Modern. simile adducunt
de eo, quod voluit Innocen. in cap. dilecto. de prebend. & quod
not. Bal. in prelu. feud. cum similibus. Sed ista conclusio clara
redditur, & verificatur ex communi regula, que habet quod cō
fessio probat cōtra confitentem. c. cum ad sedem. §. nos prioris.
de restitut. spoliatorum. l. cum te. C. de transac. l. j. ff. de confessis.
cum similibus. Predicta tamen cōclusio limitatur, nisi iste, qui
fuit confessus, vellet reuocare confessionem pretextu erroris, al
legando quod instrumentum reprobatum fuit causa illius con
fessionis, vt Abb. hic dicit post Bart. in d. l. post legatum. facit
quod no. Bal. in dicta l. cum precum. versi. extra quero. C. de li-
bera. vbi inquit quod producens instrumentum licet videatur
confiteri, potest tamen errorem corrigere. Allegat l. si aduersa
rius. C. de fide instrumentorum. & dicit Bal. in rub. C. de consti.
pecu. versi. deinde venio. quod contractus inualidus non con-
firmatur per confessionem erroneam. Allegat l. fina. de consti.
pecun. Et ista limitatio procedit secundum communem regu-
lam, que habet quod confessio erronea reuocari potest. cap. fin.
ē. de confess. l. de etate. §. ex causa. ff. de interrog. act. l. non fate-
tur. ff. de confess. etiam si confessio erronea pluries repetita sit:
vt no. Bal. in l. j. per illum textum in primo notab. C. de errore.
calcu. etiam si confessio esset iurata: tamen pretextu erroris re-
uocari potest: quia periurus nō dicitur, qui iurat falsum quod
credit verum. xxij. quest. ij. cap. omnis. & in cap. quanto. de iure-
iurando. & not. Anto. de Butr. in cap. fin. de confess. Bal. in l. de
tutela. C. de in integrum restitut. Roma. in l. si vero. §. de viro.
in xxxj. fallen. ff. soluto matrimo. & consi. cccxcj. vt proposita con
sultatio. Similiter licet confessio deliberate fuisset facta, tamē
reuocatur: vt not. Bal. in l. error. C. de iur. & fac. igno. & in l. iusiu
randum & ad pecunias. in princi. ff. de iureiurando. Roman. in
26 dicto consi. cccxcj. & in dicto §. de viro. ¶ †Quarta conclusio, si
instrumentum reprobatur, non quia falsum, sed vt minus solē
ne, producenti ignoranter preiudicat tacita confessio, que ex
eius productione colligitur. Abb. in quarto casu post Innoc.
& alios hic. & facit text. in authent. ex causa. C. de liber. preter. se-
cundum Anto. de Butr. Car. & Moder. hic, vbi licet testamen
tum non sit solenne, tamen debentur legata que in eo continen
tur. Et istam conclusionem sequitur, & probat Roman. consilio
ccxciiij. hec confessio. quia, secundum eum, licet contractus tol
latur propter defectum solennitatis, nihilominus instrumen-
tum, quod est in seipso validū, manet in suo robore. Et ad hoc
allegat quod no. Bart. in l. si quis ita. de ver. obli. Bal. in l. si ab-
sentis. C. si cer. pet. & idē Bar. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogo-
nus. de verborum obliga. vbi concludunt, instrumentum de se
validum continens contractum nullum, probare tamen cōfes-
sionem, & ea, que in dicto instrumento continentur. Sed tamen
ista conclusio non videtur procedere sine dubio: quia non pro-
batur iure. Nam illa confessio, que respectu instrumenti facta
fuit de actu, qui in ipso instrumento continetur, debet interpre
tari, & limitari quod facta sit eo casu, quo ille actus esset vali-
dus de iure, & haberet effectum secundum intentionem produ-
centis, per ea, que superius dicta sunt de excipiente: quod si nō
valet expressum, non valet tacitum. l. iij. §. qui habet. de seruitu.
rusti. pred. Volūtas enim, que ex facto colligitur, stricte inter-
pretatur, & non extenditur plus, quam ex ipso facto inferatur.
l. fin. C. ne vxor pro marito. not. Barto. in l. j. §. si quis hoc inter-
dicto. in fi. ff. de itinere actuque pri. & in l. Titium. §. altero. ff. de
admi. tutorum. Et ille actus productionis non infert quod produ
cens debeat stare tacite confessioni eius, ex quo instrumentum
non valet secundum intentionem producentis. Nam etiā con-
fessio expresse relata ad instrumentum erronea esse videtur, ex
quo actus, qui continetur in instrumento, est nullus, & instru-
mentum ignoranter productum fuit: vnde contractus inuali-
dus per confessionem erroneam non confirmatur: vt Bal. in-
quit in rub. C. de consti. pecu. versicu. deinde venio. Facit quod
no. Bal. in l. si absentis. C. si cer. pet. dum allegat l. fi. ff. de consti.
pec. & idem Bal. in l. etiam. C. de execu. rei iudic. Et in terminis
huius conclusionis dicit Bal. in l. alia. C. de his, quib. vt indig.
quod si confiteor testamentum verum esse, quod non est solēne,
talis confessio non preiudicat: quia non sufficit veritas sine so-
lennitate. Et ibi ad dictum Innocē. respondet quod intelligi-
tur, quando solennitas respicit ipsum instrumentum, nō nego
tium principale. Et de hoc inferius dicam in sequenti conclu-
sione. Non obstat tex. in authen. ex causa. quia ex noua disposi-
tione legis ibi illud introducitur, & lex vlterius procedit ita di
sponendo: alias autem secus esset. l. si nemo. ff. de testa. tu. l. eam,
quam. C. de fideicom. Non obstat dictum Bar. in d. l. j. §. si quis
ita. cum simi. ē. alleg. quia Bar. & doc. in locis prealleg. loquun-
tur in alijs terminis, quādo scilicet cōfessio facta in instrumē-
to non pendebat ex inutili cōtractu stipulationis, sed habebat
aliud fundamentum: & ibi non agitur de aliquo errore: nec ille,
qui confitetur, ibi remanet deceptus, prout esset in casu nostro
hic. Et per hoc etiam aliter respondetur ad tex. in dicta auth.
27 ex causa. ¶ †Quinta conclusio, si instrumentum reprobatur,
non quia falsum sit, vel minus solenne, quod in eo continetur,
sed ex eo quod non est authenticum, nec habet debitam solen-
nitatem, que in ipso instrumento requiritur, confessio tacita,
que ex productione instrumenti colligitur, vel expressa, que ad
instrumentum referatur, non preiudicat. Innocent. hic prout
Abb. declarat hic, in secunda concordia. in quarto casu: & hoc
sequitur in dicto cōsi. ccxciiij. vbi rationem adducit: quia pars
confitetur prout continetur in instrumento: intelligitur de in-
strumento effectuali: sed in effectu in instrumento nihil conti-
netur, ex quo propter defectum solennitatis non probat. Ista
ratio Romani bene facit contra conclusionem precedentem, &
pro his, que ibi dixi. Sed contra istam quintam conclusionem
tenet Bal. in dicta l. alia. C. de his, quibus vt indign. ibi conclu
dit quod si confiteor verum esse instrumentum, quod caret die
x & consule: mihi preiudico[x] ex vi confessionis adiuncta scriptu-
ra. Et hoc magis placet: quia cōfessio purgat defectum instru-
menti ad effectum probationis, sed non defectum solennitatis
actus contenti in instrumento, per supra dicta: quia aliud est
instrumentum, aliud quod in instrumento cōtinetur: vt decla-
28 rat Barto. in l. si quis legatum. ff. de falsis. ¶ †Sexta, & vltima
conclusio est, quod qui falsum instrumentum scienter produ-
cit, tenetur stare tali instrumento in omnibus, que faciunt con
tra ipsum producentem: vt Abb. hic in quinto casu post Inn.
quem refert. Sed contra istam conclusionem facit: quia ex quo
aduersarius impugnauit instrumentum ratione falsitatis, vi-
detur quod ex eo aduersarius contra producentem se fundare
non possit. reg. ex eo. de reg. iu. in vj. Ideo dicit Bal. in l. si quis
testibus. versi. sed nunquid. C. de testi. quod licet producens in-
strumentum videatur confiteri contenta in instrumento, tamē
talis productio non nocet, si per aduersarium impugnetur.
Moder. hic laborant in isto arg. & in effectu respondent quod
aduersarius videtur impugnare instrumentum, & non confes-
sionem, que colligitur ex tacita voluntate producentis. Sed
ista responsio non satisfacit: quia si impugnatur principaliter
instrumentum, etiam tacita confessio, que insurgit ex produ-
ctione instrumenti impugnari videtur. Et ista diuidi posse nō
videtur, per supra dicta. Et ita Bal. sentit in dicta l. si quis te-
stibus. Unde dicendum est quod hoc toleratur in odiū produ-
centis scienter falsum instrumentum: sicut etiam iudex ex offi-
cio suo potest se fundare in instrumento in fauorem eius, qui il
y lud impugnauit[y]: vt no. Innoc. in cap. cum olim. de censi. cum
29 similibus, vt per Moder. in cap. capitulum. de rescrip. †Pre-
dicta conclusio limitatur dupliciter. Primo, quando tantum
agitur de preiudicio ipsius producentis: secus vero si tracta-
tur de preiudicio alterius: vt dicitur in ecclesia hic. facit tex. in
l. j. §. si procurator. ff. si quis ius dicen. non obtemperau. & tradit

Joan.de Anan. consilio xij. primo ad intellectum. in septimo
30 dubio. †Secundo limitatur non procedere, quādo esset vnum
capitulumindiuiduum: quia tunc si aduersarius vtitur, etiam
proderit producenti: vt per Abb.hic, & in dicto capi.cum olim.
de cēsi. Sed aduertendum est: quia licet vnicum sit capitulum,
videtur tamen quod quatenus respicit commodum producen
tis, non probet in odium producentis falsum instrumentum:
sicut diuiditur vnum capitulum propter presumptionem iu-
ris: vt not. Bartol.in l.Aurelius.§.idem quesiit.ff.de liber.leg.
Saluari tamen potest quod Abbas dicit, quando capitulum
esset vnicum, & haberet connexitatem ex eodem contractu: pu-
ta, si in instrumento dicatur, producentem vendidisse fundum
pro centum, & cōueniatur ad traditionem fundi, videtur quod
etiam ipse pretium petere queat: prout in simili in excommuni
cato voluit Inno.in cap.si vere.de senten.excommu. Abb.post
Joannem Andr.in cap.cum inter.§.eodem. & ibi dictum fuit,
& quod no. Abb.in dicto cap.cum olim.& facit tex.in l.si duo pa
31 troni.§.si quis iurauerit.ff.de iureiurando. ¶ †In glo.in ver.
comperta.in fi.circa istam glos. Abb.primo concludit quod si
16 lata sit sententia contra presentem, mero iure [16] valet sentētia.
l.diuus.ff.de re iudi.ibi: in integrum restituas.& in l.penul. C.si
ex falsis instru.& tex.hic, ibi: retractari. nam ista verba arguunt
validitatem actus.l.nam & si sub conditione.§.& post defectum,
ff.de iniusto, rupto. Non obstat tex.in l.qui agnitis. quem gloss.
in contrarium adducit: quia intelligitur quantum ad effectū,
videlicet quod exceptio rei iudicate in effectu nō obstabit, im-
petrata scilicet restitutione in integrum. Et ita etiam respon-
dent docto.in dicta l.qui agnitis. Sed contra istam responsio-
nem facit textus in dicta l.qui agnitis.ibi, dum inquit ꝙ exce-
ptio opponi non potest. Ista enim verba denotant quod ipso
iure sententia non valeat. Et tenendo hoc, prout videtur tene
re glo.hic, ad iura supra alleg. poterit responderi quod senten-
tia retractatur, licet nulla sit, quatenus de facto processit.capi.
accedens.j.vbi glo.§.vt lite non contest.l.j.vbi gloss. ff.de feriis.
not.in cap.cum Bertoldus.de re iud. Nam magis conuenit ꝙ
verba ista ita intelligantur, quam econtra, quod verba, que si-
gnificant actum ipso iure nullum, intelligantur ope exceptio-
nis: vt in conflictu quarundam legum. Aret.dicit in l.j.ff.de te
32 stament. †Secundo Abbas concludit quod talis sententia sit
nulla, quando lata fuit contra absentem, per textum l.si pretor.
§.Marcellus.ff.de iudic. Sed tamen tex.ibi videtur vti verbis
significantibus validitatem actus, dum dicit debere admitti
querelam.l.vt liberis.C.de collat.in princip.ibi: rescisso quere-
la mota. Et pro hoc facit, quia in dicto §.Marcellus. ponitur
exceptio ad regulam que habetur in princip.legis, vt Alb.ibi
declarat.& regul.ibi loquitur de iniquitate sententie; vt per gl.
ibi in ver.cognoscere. ergo ita pariter exceptio intelligitur vt
conueniat regule, iuxta not.per Dynum in rub.de regu.iur.in
vj. Moder.tamen in dicta l.qui agnitis.de excep.pro commu-
ni opin.inducunt dupliciter text.in dicto §.Marcellus. Pri-
mo sic: quia si ibi valeret sententia, minor non cognosceret de
iniustitia superioris: vt not. Innoc.in cap.de cetero.de re indi.
Sed responderi potest, illud dictum Innocen.non procedere,
quando agitur de falsitate: argumen.eorum, que not.in cap.su-
per eo.de crimi.falsi. Facit enim quod not.per Bartolum in l.
Macius.ff.ad Turpillianū. Multa enim specialia sunt in cri-
mine falsi, vt tradit Domi.in cap.in memoriam.xix.dist. Secū
do ponderatur, quia in dicto §.Marcellus.dicitur quod sciēs
vsus fuerit falsis probationibus: ergo videtur quod sententia
fuerit nulla. Nam etiam si ignoranter vsus fuisset, deberet re-
tractari; vt per glo.ibi. Et fuit ista originaliter ratio Joan. de
Imo.in l.qui Rome.§.duo fratres.vbi Alex.refert ff.de verb.
oblig. Sed responderi potest quod scientia ibi ponderetur si-
mul cum falsitate: quia alias iudex inferior non potest cogno-
scere de iniustitia superioris: vt habetur in dicta l.si pretor.
Sed quando quis falsitatem scienter commisit, tūc inferior co
gnoscit: prout ibi textus dicit: & de his etiam dictum fuit in ca.
33 licet causam.de proba. †Intra quantum tempus autem sentē-
tia pretextu falsitatis lata debeat retractari, prōsequitur Ab-
bas hic: & latius Joan.de Anan.in cap.super eo.de crimi.falsi.
Unum tantum notandum est, quod secūdum canones de isto
crimine falsi semper cognosci potest: quia crimina non tollun-
tur tempore; vt not.per glossam in cap.admonere.xxxiij.q.ij.in
ver.penitentia. De quo dicendum est vt dixi in dicto ca.licet.
de proba.& no. Joan.de Anan.in dicto cap.super eo. ¶ Extra
glo.in prima oppo.ex dictis Innoc.per Abb.quatuor notabi-
lia colliguntur. Primo, quod episcopus petit rationem admi
nistrationis ecclesiarum, nisi sit clericus patronus.cap. in La-
teranensi.de prebend.& in cap.cum & plantare. §.in ecclesiis. de
priuilegiis. In hoc ergo melioris conditionis est patronus cle
ricus, quam laicus, qui non exigit talem rationem: vt no. Abb.
in dicto cap.in Lateranensi.in iij.notab.& in capi.ex literis. de
iure patro.& in cap.cum ad sedem.de rest.spo. Sic etiam in cu-
stodia ecclesie vacantis, que conceditur patrono clerico, & non
laico.cap.cum vos.de off.ord.notatur in cap.bone. de appella.
vbi dixi: & talis clericus patronus rationem exigit temporaliū
priuatiue ad episcopum: quia in hoc episcopo prefertur: vt in-
nuit tex.in dicto cap.in Lateranensi.dum loquitur aduersatiue
ad ius episcopi, & dicit: ipsis vero rationem reddent. Et eo-
dem modo loquitur tex.in dicto cap.cum & plantare.§.in eccle
siis. Et hoc videtur procedere in his, que competunt ratione
iuris patronatus: alias vero si inferior habet iurisdictionem
in parte diecesis, cum episcopus concurrit, & est locus preuen-
tioni: vt not.in cap.pastoralis.in glo.j.vbi Abb.de offi.ord.in c.
fi.de capel.monach.vbi Abbas, in primo notab. Et in simili in
agendo pro iuribus ecclesie sibi subiecte episcopus concurrit
cum rectore ecclesie: vt not. Innoc.in cap.olim causam. de rest.
34 spo.& refert, & sequitur Abb.in cap.cum deputati.de iudi. †No
ta secundo per Abb.hic, ex dictis Innoc. quod vbi ecclesia est
collegiata, electio pertinet ad collegium, non ad episcopū. Et
idem Abb.in cap.significauerunt, in secundo notab.j.eodē.vbi
inquit quod episcopus non habet intētionem fundatam in ec-
clesia collegiata. Et idem Domi.in c.in appellationis.in prin.
in iiij.notab.de iuramen.calum.in vj. Feder.consi.xxxiiij.queri
tur ad quem. Similiter patronus non eligit in ecclesia colle-
giata.cap.nobis.de iure patro. Abb.in cap.de hoc.de simo.& in
cap.si.in princip.de concess.prebend. vnde ecclesia non potest ef
fici collegiata. Adde Abb.in cap.nobis.in fi.de iure patro. nisi
de consensu patroni: vt no. Abb.post Host.in cap. suggestum.
de iure patro. habet tamen episcopus confirmationem in eccle
sia collegiata: vt Abb.hic dicit, per tex.cum gloss.in cap.j.xviij.
questio.j. Nam confirmatio proprie in electione requiritur: vt
not. Abb.in cap.authoritate.de inst.facit tex.in cap.fin.de elec.
in vj.& not. Card.in clement.quia contingit.§.vt autem. in iiij.
notab.de religio.domi. Fallit in summo pontifice, in cuius ele-
17 ctione confirmatio non requiritur [17]. cap.licet.de vitanda.vbi
glo.fin.& Abb.in v.notab.de elec. Et de effectu confirmationis
not. Abb.in cap.j.de confir.vti.cum similibus, vt dixi ibi in gl.
ij. Et quando dicatur ecclesia collegiata, Abb.tradit in ca. no-
bis.de iure patronat.& in cap.dilecta.de excess.prelat. Oldrad.
consi.cxlvj.factum tale est. Card.in clement.quia contingit. §.
vt autem.in iiij.notab.de relig.domi.& in clement.j.§.ad hec.in
35 iiij.quest.de prebend. And.Sicu.consi.xvij.lib.j. †Tertio colli-
gitur, secundum Abbat.quod si ecclesia construatur in paro-
chia alterius ecclesie, rector illius parochialis ecclesie habet
presentare, & episcopus non habet fundatam intentionem in
tali ecclesia. Et idem Host.hic per cap.ad audientiam.j.de ec-
5 cle.edi. Sed secundum Abb. [3] hoc non est verum, & bene: quia tex.
in dicto capi.ad audientiam.loquitur quando ecclesia edifica-
uit, vel dotauit ecclesiam: ideo illi ius patronatus acquiritur:
iuxta no.in cap.pie.xvj.quest.vij. Et ista ratione hoc idem esset
in alio, etiam laico, qui edificaret ecclesiam. Et idem Abbas la
tius in dicto ca.ad audientiam.post Ant.de Bu. Et ita etiam
illum text.declarat Feder.consi.ccxxxiiij.super primo puncto.
in fi. Et hoc refert, & approbat Card. consi.lxv. pro discussione
puncti.& Card.in clementi.j.in princ.versi. solutio pro declara
36 tione questionis.de supplen.neglig.prelat. † Quarto, & vltimo
colligitur, quod vbi ecclesia non habet patronum, nec etiā po-
18 pulus habet presentationem [18]: & ita in dubio ecclesia libera [a]
a presumitur, non ius patronatus. Innocen.hic in fine. Et dicit
Archid.in cap.decernimus.xvj.quest.vij. quod cum ius patro
natus in ecclesia odiosum sit, pro eo non presumitur, nisi quate
nus probetur. Debet tamen conari episcopus, vt populo gra-
tificetur. Abbas hic, & not. Archid.in cap.hortamur. lxxj. dist.
Abb.per illum textum in cap.quod Dei timorem. j.de sta.mo
nach. An autem populo ex prescriptione ius patronatus ac-
19 quiratur [19]. Abb.hic se remittit: & communis opin.est quod sic:
quam tenet Joan.And.in cap.querelam.& ibi Anto.de Butr.
§.de elect. Feder.consi.ccxxxiiij.super primo puncto. Card.cle.
ij.in v.questio.de iure patronatus.& consi.lxix.quo ad primum.
in secundo dubio. Et istam communem opinionem fatetur
Abb.in dicto cap.querelam. vbi dicit quod seruaretur in pra-
ctica: licet ipse in puncto iuris contrarium dicat esse verius.
Et ita latius Abbas tradit in disputatio.incipient. Angerio.
in primo dubio. Et secundum predictam communem opinio-
nem ipse Abb.consuluit in consil.lxxvi.plura sunt examināda.
in primo dubio. libro secundo. Et de hoc dixi in consilio cxvii.
37 & consilio cxxxiiij. ¶ †Extra gloss.in secunda oppositio. quam
Abb.facit, finaliter videtur in hoc residere, quod non valeat
b sententia, que esset certificanda per scripturam [b] non produ-
ctam

etiam in actis,secundum Joā.And. in add.Specu.§.qualiter. ver. quid si iudex. Inn.in c.ij.de libel.obl.quos Abb.hic refert. Sed contrarium voluit Innocē. hic prout Abb. ponderauit. Et hoc tenet Bald.in l.iij.versi. sed quid si iudex. C.de sentent. que sine cert. quanti.ꝛ idem videtur velle Bald.in l.j.in fi. C.de senten.ex breuic.reci. Et istam opin. firmauit Alex.post alios, quos ibi refert, in l.ait pretor.§.si iudex.ff.de re iudic.per text. hic,ꝛ in d.§.si iudex.vbi relatio fit ad testamentū, quod tamen non apparet fuisse productum in actis.Et illum textum etiam ad hoc ponderauit Bal.in d.l.iiij. Et ad quedam, que faciunt pro contraria opin.respondet Alexand.in d.§.si iudex.que omnia transferuntur per Moder.hic.Et istam etiam opin.videtur tenere Rapha. Cuma. consil. vij. visis compromisso. dum allegat d.l.ait pretor.§.si iudex.Sed prima opinio magis placet,quam sequitur in c.illa. in fin.de accusa.ꝛ sentit Bar.in d.l. ait pretor. C.si iudex. Idem tenet Anton.de Butr.in cap.cum venerabilis.j.de relig.dom. Inno.in l.si conuenerit. de re iudic. ꝛ Aretin.dicit istam communem esse opin.in l.j.§.si quis ita.de verbor.oblig.quam etiam sequitur, ꝛ subtiliter probat Angel. in §. curare, ver. querit Bald. Institu.de actio. Et secundum istam opin. Alexand.sibi contrarius consuluit consil.cix.viso processu.lib.v.ꝛ idem Alexand.consi.lxxxvij.viso. in fin.libro ij. ꝛ consi.clxxxiiij.viso.eodem lib.ij. Non obstat text.hic,quia respondetur vt per Anton.de Butr.quem Abb. hic refert. Non obstat tex.in d.§.si iudex.quia intelligitur quod esset testamentum productum in actis. Nam presupponitur quod vigore dicti testamenti peteretur: ergo videtur quod esset productum: c cum actor in eo fundaret intētionem suam.Vel distingui[c] potest quod aut iudex refert se pro simplici declaratione: ꝛ talis declaratio etiam haberi potest ex eo quod productum nō fuit: aut sententia fundatur in tali relatione,ꝛ non valet: quia non potest iudex fundare se super eo, quod non est productum in actis: quia illud non constat sibi vt iudici: vt latius declarat Angel.in d.§.curare.Instit.de actio. Ex supra dictis infertur ad questionem de consultore, qui in consilio detulit reum esse condemnandum: ꝛ redacto in actis consilio iudex simpliciter pronuntiauit prout in consilio:an valeat talis sententia. Abb. hic concludit quod sic,post Pet.Cyn.ꝛ Bald.in l.j.C.si aduer. liber. Et ista est communis opin.quam etiam tenet Bald. in l. cum iudex.C.de sentent.ꝛ in l.testamēto.ff.de here.instit ꝛ idem Ange.in l.qui se dicit.ff.de iudi.cum concord.ꝛ Alexan. tradit in l.j.§.si quis ita.ff.de verbo.oblig.ꝛ Moder.hic contra istam communem opi.arguit Aret.in d.§.si quis ita.quia secundum istum modum pronuntiandi, in sententia debet suppleri verbum, condemno: quia nec in sententia nec in consilio reperitur:ꝛ cum sentētia sit stricti iuris,non videtur quod talis suppletio admittatur,per ea,que not.Bart.in l. Julianus verum debitorem.in prima lectura.ff.de condi.indeb. ꝛ idem Bart.in l.si expressim. ff.de appell.dum allegat l.diui fratres. circa medium.ff.de lib.cau.Facit etiam text.in l.j.quod ibi Bartol.C.si plures vna sentent. vbi non suppletur sententia ex tacita confessione,que habetur ad libellum.Ad hoc tamen potest responderi quod virtualiter in consilio cōtinetur quod iudex debeat condemnare.Et licet consultor vtatur verbis futuri temporis, dum dicit, reum condemnandum: verba referuntur ad iudicem, qui habet pronuntiare de presenti: vt per Bald.in l.j.C.si aduer. lib.quem Abb. hic refert. Unde si iudex pronuntiauit, prout in consilio dicitur,videtur in effectu condemnare de presenti:arg.d.c.in his.de verbor.signi. Preterea, dato quod verbum,condemno, deberet suppleri, non per hoc minus diceretur sententia lata in scriptis,ex quo necessario tale verbum intelligitur,propter alia verba, que expressa reperiuntur: vt in simili est tex.no.in l.j.§.qui neque.ff.de hered.inst. Et ita in dubio dicendum videtur,vt actus valeat, per ea, que Abb. dicit. facit gloss.in l.ꝛ puto.ff.fami.erciscun.Sed in casibus allegatis per Aret.in contrarium sententia omnino remanet valida,licet stricte interpretet. Predicta conclusio bene procedit,quando simpliciter iudex pronuntiauit vt in consilio,prout Abbas loquitur,ꝛ supra dictum est:secus si formaliter dicat, pronūtio absolutionem,vt in cōsilio:nam tali casu cum vtatur iudex expresse verbis futuri temporis, communis videtur opin. quod sententia non valeat:vt per Bart.in d.l.j.C.si aduers.liber.quia aliud est condemnare,aliud quem condemnandum pronūtiare.glo.pe.in c.frater.xvj.q.j.ꝛ in c.super eo.de off.deleg.ꝛ Joan. Andr.quem Abb.hic refert,idem tenent cum concor.vt Alex. tradit in d.§.si quis ita.Aret.tamen ibi dicit ꝙ imo valet talis sententia: quia non videtur inconueniens quod verba futuri temporis ponantur pro presenti,sicut econtra verba presentis temporis pro futuro.Nam si iudex dicat, Mitto te in possessionem talis predij:ꝛ illud non sit presens,intelligit te mittēdum: vt not.Bal.in l.ne quicquam.§.vbi decretum.ff.de off. procon. ꝛ lega.Sed potest dici quod illo casu talis expositio necessaria est: quia iudex solo verbo non mittit in possessionem: vt dicit Bal.in loco prealle.ꝛ illa verba respiciunt executionem,vt infra dicam. Sed in questione nostra non subest illa necessitas, vt omnino a proprietate verborum recedatur.Secundo Aret. allegat tex.in l.si accusatoribus.C.de accu.vbi verba futuri temporis designant actum de presenti,ibi:liberandum existimaui. Sed respondetur quod illa sunt verba Imperatoris referētis factum iudicis:ipse tamen iudex de presenti liberauit. Tertio allegat tex.in l.post legatum.§.an libertas.ff.de his, quibus vt indig.ibi:diuus pius iudicauit libertate esse priuandum. Sed ille tex.vt patet,loquitur in sententia principis, in quo speciale est,vt in l.Emilius.ff.de mino.vt tradunt Ro.ꝛ Alex.in d.§. si quis ita.Quarto adducit tex.in l.testamento.ff.de here.insti. ibi: libertatem mereri decreuit. Sed dic quod ibi ex illis verbis non consequitur libertatem, sed a lege, que in illo casu in premium libertatem seruo concedit,statim facta declaratione quod libertatem meruit.Facit in simili tex.no.in l.j.in princ.ff. ad Turpil.Quinto allegat tex.in l.si miles Titio.ff.de test.mi. ibi:liberandum fore dico. sed illa verba Jurisconsulti videtur directa ad iudicem:ꝛ sic non sunt verba iudicis.Postremo adducit tex.in c.cum Bertoldus.de re iud.vbi dicitur processum esse irritandum:ꝛ tamē intelligitur quod de presenti irritetur. Sed potest responderi quod ibi sunt alia verba,que actum denotant de presenti,ibi:duximus irritādam. Et talia verba respiciunt executionem,quatenus sentētia de facto processit. Et quia talis executio est de futuro,merito conueniunt verba futuri temporis:vt in c.ecclesia sancte Marie.in fi.ibi: possessiones restituendas sententialiter diffinimus.s.de const.Et retenta prima conclusione, limitatur quando illa verba, pronuntio prout in consilio:sunt scripta:alias non valet sententia:qꝛ non esset lata in scriptis,prout requiritur. Ita Angel. consi.ccxlix. primo videndum.Similiter iudex,cui presentatur consiliū,debet illud aperire,ꝛ legere:alias sententia non valeret:vt notat Bal.in l.j.in glo.ij.C.de senten.ex breuicu.recit. Pro quo facit, quia si non sit iustum consilium,non debet illud sequi, secundū Bar.in l.j.§.si plures.in iij.q.ff.de exerc.Bar.ꝛ doc.in l.si conuenerit.ff.de re iud.Abb.in c.si pro debilitate.circa fi.de offi.dele. Ideo bene consonat quod consilium aperiatur, ꝛ legatur per iudicem.Et hoc verum intelligitur, nisi iudex adstringeretur propter instantiam, que perimitur: quia tunc iudicare poterit,referendo se ad consilium futurum:vt no.Bald.in l.cum in
38 dex.versi.quero quid si iudex.C.de sententijs. † In tertia opp. Abb.post Inno.concludit quod semel approbatus in vno of
20 ficio,non potest in eodē,vel in simili reprobari[20]:vt latius per eum hic:ꝛ est bonus tex.cum glo.in cap.accepimus.s.de etate ꝛ qualit.Et cum doctrina Inno.hic transit Pet.de Ancbar.in c[redacted]Abb.in cap.scri [redacted] Ana.in c.nulli.in prin.de accu. Facit quod no[redacted] quod obseruari.C.de iuramēt.calum.vbi inquit quod quis debet esse cautus,ne litiget cum curatore alicuius tāquam mino[redacted]Bald. [redacted] ciij.visis scriptis.li[redacted] xi in consi.lxxxvj.[redacted]oponas.§.si hereditatem.ff.de inoffi.test.vbi ille,qui contrahit cum aliquo tanquam herede,videtur approbare illum esse heredem, vt cōtra
39 [redacted]o fallit primo ex causa superuenienti: quia approbatus po[redacted] ꝛ reprobari.in prin.de execu.tut.vbi Bal.in principio[redacted] collateralis Potestatis, qui imperitus reperitur reprobari possit. Et idem dicit Abb.de Doctore, qui apparet non ido[redacted] re,secundum Abb.hic,qui allegat ad hoc tex.in ca.in caus[redacted] in c.scriptum.s.de elec. Sed certe data paritate terminorum idē [redacted] ꝛ econtra reprobatus in vno officio in eodem vel simili[redacted] non admittitur:vt no.Bar.in l.Cassius.in fi.ff.de senato.Bal. in c.j.§.si duo.in fi.de pace tenenda.nisi ex causa superuenienti: vt not.Bald.in cap.post translationem.de renun.versi. vltimo

not. vbi inquit per illum textum, quod reprobatus in examine, si postea bene studuit, potest approbari: Etiam quando quod semel reprobatum est, approbari possit, not. Barto. in l. Pomponius. versicu. sed quero quid econuerso. ff. de neg. gest. Et ad supra dicta notandum est quod non dicitur approbatus in aliquo actu, qui in subsidium admittitur: vt notat Angelus in l. j. in ver. item nota ex hac lege. post Bartolum ibi. C. qui, & aduersus quos.

¶ Additiones.

1 ¶ Appellatur. Adde idem esse de archiepiscopis. Dec. in ca. cum sit Romana. in j. not. j. de appel.
2 ¶ Decoretur. Vide Dec. in cap. ad presentiam. in fin. infra de appellationibus.
3 ¶ Armamentis nauis. Idem in cap. in presentia. in ij. notab. s. de probationibus.
4 ¶ Patronatus. Amplia, & declara vt per eundem in ca. bone. in princi. j. de appel.
5 ¶ Extenditur. Vide Decium in capi. at si clerici. §. de adulteriis. de iudic.
6 ¶ Intentionem. Vide Decium in consi. cxxi. in prin.
7 ¶ Non potest. Adde Deciũ c. cum M. versic. tertia conclusio abb. s. de const. in consi. cxxi.
8 ¶ Originali. Vide Dec. & que ibi addidi in cap. quoniam contra. s. de proba. in x. not. in fi.
¶ Vide Deci. s. de constitutionib. in cap. ecclesia sancte Marie. colum. xi.
9 ¶ Non valet. Idem ponit Dec. in consi. cxvi.
10 ¶ Illicita. Vide tamen Deci. in consil. cxi. vbi declarat quod istud non habeat locum quando maritus esset solitus negotiari.
11 ¶ Fieri potest. Vide Fortun. Hispan. in l. iurisgentium. ff. de pactis.
12 ¶ Agentis. Adde Dec. in c. j. in x. not. de postu. prelat.
13 ¶ Continentur. Adde Dec. in l. ij. qui ista repetit. C. de instit. & substi. & adde quod idem est in positionibus. Dec. consi. lvij.
14 ¶ Agebatur. Idem in ca. per tuas. de proba.
15 ¶ Mente eius. Idem Dec. consi. lxiij.
16 ¶ Mero iure. late s. de prob. in c. licet causam.
17 ¶ Non requiritur. Adde Dec. in c. postquam. in primo nota. de electionibus.
18 ¶ Presentationem. Adde Dec. in consi. cxvij.
19 ¶ Acquiratur. Idem Decius in dicto consil. cxvij. vbi idem dicit & disputat.
20 ¶ Reprobari. Vide s. hoc eod. tit. c. ij. vbi hec eadem, quamuis breuius, ponit. Siluest. Aldob.

a ¶ Maior. [redacted]
b ¶ Cum pluribus. Et placet, quia de iure hoc est indifferens, nec vllam exigit dispensationem.
c ¶ [redacted]
d ¶ Regulatam. [redacted]
e ¶ Sufficit. Decius s. de constit. cap. translato. lect. j. in rubri. de probationibus.
f ¶ Ex mora. [redacted]
g ¶ Canonico. [redacted]
h ¶ Solito. Imo etiam quandoque in non solito, vt dixi in tra- [redacted]
i ¶ [redacted]
k ¶ Consilio cix. Sic habent omnes libri: sed error est, & legi debet consilio cxix. [redacted]
l ¶ Socinus. Consilio clxviij. libro secundo. Stepha. Aufre. in additio. ad quest. Tholo. cclxi. Ioan. Selua. in trac. benefi. par. iij. quest. xxiiij. & male.

m ¶ Opin. Ioan. Andr. Idem Imol. capit. quesitum. de rerum permutatione. Geminianus consilio xlv. in fine. & videtur textus in cap. cum pridem. iuncta glossa vltima, in tertia lectura, supra de pactis. quod etiam velle videtur Butrius & Panormit. & quamuis Panor. ibi non firmet. Tamen in cap. cum inter R. de elect. hoc expresse firmat. faciunt iura allegata per gl. in d. c. cum inter R. in verbo, consensu. & firmat Alexan. de Butilla. in repetitione cap. j. de rerum permuta. in sexto. Stephanus Bertran. in consilio cxxxiij. viso processu. numero 24. lib. ij. & est veritas.
n ¶ Conditionalis. Idem per eadem prius tenuit Bonifac. de Vitalinis in clementina vnica, versiculo, ex istis infertur. de rerum permutatione. & ita obseruatur, vt ait, & probat Nicolaus Boerius decisione Burdegalen. nonagesimaseptima, & quotidie in hoc regno iudices seculares restituunt, & conseruant huiusmodi deceptos resignantes in priori possessione, sine noua collatione.
o ¶ Modern. Scilicet Socinus numero primo, & per totum contra quem Decium hic tuetur opinionem Bart. & communem, que etiã verior est, & tenetur in iudiciis, & praxi, nisi quod ex tali exceptione oritur adminiculum ad confirmandam & iuuandam probationem actoris, vt iudex arbitrabitur. Sed actore aliter non probante, simpliciter vera est cõmunis opinio.
p ¶ Non debet. Idem Andr. Iser. de pace tenenda & eius viola. in vsibus feudorum. Felinus hic, Decius l. j. numero xvi. si certum petatur. Alciat. de verborum obliga. l. j. §. si quis simpliciter. numero lxxvi.
q ¶ Deinde. Adde ex notabili interuallo, & postquam simpliciter, libere fassus est homicidium, & adhuc inspecta qualitate persone, & aliis circunstantiis.
r ¶ Producens. Dixi in consilio Parisi. §. quinto. numero trigesimosexto.
s ¶ Libello. Alexan. consilio nonagesimosecundo, numero primo. vbi dixi, libro quinto. consilio septuagesimooctauo, numero primo, libro septimo.
t ¶ Absente. Idem Decius l. cum te. ad finem. C. de transactionibus. l. secunda, numero octauo. C. de institutionibus & substitutionibus. Bellamera decisione ccccccxxj. fallentia tertia. Carolus Ruinus consilio quadragesimoprimo. in fin. libro quarto. nec reuocari potest. Guido Pape cap. denique. numero 2. supra eodem.
v ¶ Confitentis. Decius supra de probationibus. cap. in presentia. numero 24.
x ¶ Preiudicio. Verum est si aduersarius concedat: secus si neget. Et in effectu breuis resolutio est quod productio instrumẽti, sicut & confessio, non nocent, quatenus per aduersarium reprobantur.
y ¶ Impugnauit. Sed tunc impugnatio nõ expugnat, sed expugnatur, & caret effectu. Et Deci. merito reprobat opinionẽ Panor. hic in dicto quinto casu.
z ¶ Abb. Vide Roch. Cur. tract. de iure patrona. versicu. ecclesiam fundauit.
a ¶ Libera. Roch. Cur. trac. de iure patrona. in ver. construxit questio. xx.
b ¶ Scripturam. Fel. hic nu. xlj.
c ¶ Vel distingui. Et bene. [redacted]

1 ¶ Excommunicati, & periuri possunt se opponere electo, & ei crimina obiicere, quibus ipsi sunt irretiti. 3.
2 Excommunicatus, periurus, & irregularis, an sit priuatus beneficio ipso iure.
4 Replicatio quando elidit exceptionem, debet eius probatio admitti.
5 Canonicus excommunicatus, etiam non requisitus, potest se opponere contra electum petentem confirmationem.
6 Replicatio doli, vel criminis an admitti debeat. 7. 10.
8 Statuto cauetur quod non soluta gabella contractus sit ipso iure nullus, si neuter contrahentium soluat, ille, qui agit ex tali contractu, repellitur exceptione non solute gabelle, nec admittitur replicatio.
9 Statuto cauetur quod bannitus possit impune offendi: si bannitus offendat bannitum, an admittatur replicatio.
11 Statutum, quo cauetur quod bannitus nõ audiatur excipiendo, an valeat.
12 Statutum quod bannitus possit impune offendi, an valeat.
13 Testis, cui opponitur crimen cum infamia, non habet replicationem.
14 Exceptio alterius criminis non admittitur, vbi agitur criminaliter.

Compen

15 Compensatio non admittitur, si agatur ciuiliter de crimini-
bus habentibus diuersum effectum.
16 Legem offendens non priuatur beneficio aliarum legum, vel
eiusdem legis, in casibus diuersis.



Ilecti. ¶ In tex. ibi: traxisse in cau-
sam. natura huius verbi vide-
tur suadere quod isti essent rei necessarij: quia
hoc verbum dirigitur in inuitum. l. j. cum glo.
in verbo, trahatur. C. de agricol. & censi. libro
xj. & ibi Bartolus in fine, facit textus in capit.
ij. de rescriptis in sexto, in capitulo, Romana. §. contrahentes.
de foro competen. eodem lib. ibi: trahere inuitos. cum similib.
que tradit Alber. in verbo, trahantur. in suo Dictionario. &
notat Baldus in l. non est nouum. in principio, ff. de legib. Ro
manus consilio cxcvij. Franciscus. idem Baldus in l. si quem.
C. de testibus. & vide quod notat Aretinus in capitulo, nulli. ad
1 finem. de accusatio. ¶ † Nota primo quod etiam excommu-
nicati, & periuri possunt se opponere contra electum, & illi obij
cere crimina, quibus ipsi tenentur: vt notatur per glossam in
capitulo, cum ecclesie. supra eodem. Facit glos. in cap. vt circa.
in principio, in ver. aliqui. de electio. in sexto. Et ad hoc facit,
quia vbi agitur de interesse publico, verba generalia intelligũ
1 tur ita, quod etiam inhabiles admittantur [1]: vt no. per Bar.
& Bald. per illum textum in l. si in graui. §. videtur. ff. ad Sena-
tusconsultum Sillanianum. cum similib. vt tradit Alexander
in l. si filiusfamilias. C. si certum petat. & est bonus textus & ibi
Baldus in l. si longius. §. j. ff. de iudicijs. Et ita videtur in isto
casu: quia vbi agitur de interesse ecclesie, de publico interesse
tractatur. l. j. §. huius studij. ff. de iustitia & iure. & per gloss. xxiij.
quest. quarta, in c. ipsa. in §. quid ergo. Et quia isti comparue-
runt tanquam canonici pro interesse ecclesie, Abbas infert
2 quod † excommunicatus, & periurus ipso iure non est priua-
tus titulo sui beneficij. Et nõ mirum, quia etiam irregularis,
ratione homicidij, ipso iure non priuatur beneficijs. c. clericis.
vt notat Abbas in primo notabi. ne cleri. vel mona. vbi etiam
allegat text. in cap. ex literis. de excess. prelat. & notat Innocen.
in c. cum nostris. de concessio. preben. cum similib. vt tradunt
Moderni in c. inquisitionis. de accusa. Et hoc procedit in be-
neficijs querendis: quia non valet collatio, vel electio facta de
excommunicato. cap. postulastis. vbi Abbas in princ. de cleric.
a excommu. mini. etiam si sit minori [a] excommunicatione nota-
tus. cap. fina. eodem titu. imo etiam a dignitate seculari repel-
litur. c. venerabilis. vbi Abbas. de elect. & notat Cardin. c. per-
pendimus. in gl. opposi. de sentent. excommuni. Et de periuro
notat Abbas in c. querelam. de iureiuran. & in c. ex parte. infra
de rescriptis. Fede. consilio quinquagesimo, queritur. & genera
2 liter de criminosis [2] notat Abb. in d. c. cum nostris. ¶ † Nota
3 secundo quod electo petenti confirmationem obstat exceptio
periurij, vel excommunicationis. Nam si tempore electionis e-
rat excommunicatus, etiam minori, electio non valet. c. fina. de
cleric. excommu. ministr. Et periurus non solum priuatur illo
beneficio, in quo fuit periurus, sed etiam ad futura inhabilita-
tur. cap. tua nos. j. in secundo not. de iure iuran. cum similib. vt
dixi in cap. ij. j. de rescrip. Si vero superuenerunt, opponi pos
sunt ad effectum vt electio cassetur. c. super his. de accus. Et est
mirabile quod per viam exceptionis debeat priuari beneficio:
& istud ex ratione connexitatis: ideo non priuatur alijs benefi-
cijs: vt dicitur in d. c. super his. vbi Abbas in j. notabi. ¶ Ter
tio nota a speciali, quod periurium repellat ab agendo. Com-
munis est conclusio quod periurus non repellatur ab agendo,
3 nisi in causa in qua periurus [3] reperitur, vt Abbas hic dicit, &
Antonius de Butrio in singu. ccccxciij. tu sai. cum similib. vt
tradunt Moderni hic, & idem Antonius de Butrio in ca. in-
telleximus. in fine, de iudic. Alexander in dicta l. si quis maior.
C. de transactio. & idem Alexand. consilio xvij. ponderatis his.
4 libro tertio. ¶ † Nota quarto quod vbi replicatio exceptio-
nem elidit probatio eius admitti debet. Secus si nihil releua-
ret: quia tunc non deberet talis replicatio admitti, nec proba-
ri, vt hic dicitur. Et ad hoc facit, quia iudex non debet articu
los impertinentes admittere: vt notat Bartol. per illum text.
in l. si duo patroni. §. idem Julianus. ff. de iureiurand. & notat
Bald. in l. ad probationem. j. in ij. not. C. de probatio. & in l. si de-
fensor. §. qui interrogatur. ver. summatim. ff. de interrogat. act.
Et predicta conclusio procedit, quando omnino impertinen-
b tia sunt capitula. Si vero aliquid conferunt, admitti [b] debẽt:
quia quelibet positio, que faciat ad causam quoquo modo, siue
4 directe, siue indirecte, pertinens [4] dicitur: vt not. tradit Bald.
in d. l. idem Julianus. in fi. versi. vltimo nota. & positiones, que
aliquod adminiculum conferunt, dicuntur pertinẽtes: vt not.
Bald. in l. ad probationem. j. in iij. not. in fi. C. de proba. Et mo-
dicum conferentia ad causam, dicuntur pertinentia: vt notat
Bald. in cap. quoniam. de testib. per illum tex. in ver. aliquid. &
idem Bald. in l. cum virum. in j. not. C. de fideicomm. in c. licet
causam. vers. ex predictis apparet. de probat. vbi allegat Jaco.
Butr. in l. incerti. C. de interdic. Cuius dictum etiam sequitur
Bal. in l. ordinario. C. de rei vendi. Et quando dubitatur, po-
test iudex admittere cum protestatione: vt not. Hostien. Joan.
Andr. Anton. de But. & Abb. in c. cum contingat. de offic. de-
leg. Bart. & Bald. in d. §. idem Julianus. Ange. in l. in speciali.
ff. de rei ven. Bal. in l. fi. in fi. C. qui legi. pers. habent. stan. in iud.
cum simil. vt Alexan. tradit in d. §. idem Julianus. Et licet ta-
c li cautela vti possit, melius est tamen prius discutere [c], ne par-
tes vexentur litibus, & expẽsis: ideo talis cautela non seruatur
Rome, vt dicit Card. in d. c. cum contingat. & Andr. Sicul. ibi
in glo. pen. ad fin. Et nota quod si iudex admisit articulos tan-
quam pertinentes, etiam factis probationibus posset illos re-
ijcere: quia talis admissio potest reuocari: quia fuit sententia
interlocutoria. Ita Cardi. in clemen. sepe. §. & quia. in vij. nota.
5 de verbo. signific. ¶ † In glo. j. Abb. extra glo. oppo. & finali-
ter concludit secundum opin. Hostien. contra Inno. quod ca-
nonicus excommunicatus, etiam nõ requisitus, opponere po-
test se contra electum confirmationem petentem. Et idem no.
Abb. in c. exhibita. de iudicijs. quia cum agatur de suo interes-
se, vt bonum habeat prelatum. viij. q. j. c. audacter. ad finem. nõ
videtur reus voluntarius. Et idem tenet Domi. in c. vt eccle-
sia. §. j. de electio. in vj. & Ang. Areti. institu. de except. in princi.
ver. ceterum aduertas. cum similib. vt tradunt Mod. hic, qui
tamen sequuntur opin. Inno. & dicunt illam veriorem, conclu-
dentes quod nullo casu admittatur excommunicatus ad op-
ponendum contra electum, nisi specialiter vocatus fuerit, per
istum tex. hic, in verb. illo, traxisset. quod de inuito intelligitur.
l. j. C. de agric. & censi. lib. xj. cum simil. vt dixi in notabilibus. Et
ad hoc facit text. hic, dum loquitur per verba presentis tempo
ris: & dicit, se opponant: vt dicunt Moder. hic. Ex quo datur
intelligi, quod ante, quam traherentur, se prius non opposue-
runt. Et pro ista opinio. etiam Moder. rationem adducunt:
quia excommunicatus virtute edicti generalis non dicitur vo
catus: ideo non audiatur, secundum Inno. & doc. in c. cum in-
ter. s. de excep. & tamen excommunicatus pretendere potest tã-
tum interesse in materia edicti generalis, quantum canonicus
in confirmatione electi. Sed tamen communis opinio defen-
di potest per text. hic, vbi generaliter dicitur quod non sunt a
defensione ecclesie repellendi. Et ad hoc facit, quia textus vide
tur ponere specialitatem pro interesse ecclesie. Nam si citati
fuissent, non obstante excommunicatione potuissent esse in iu-
dicio in qualibet causa: quia essent rei necessarij: vt dictum fuit
in c. cum inter. s. e. & tex. hic non faceret vim in defensione eccle-
sie. Ideo necessarium est fateri quod specialiter admittanꝫ pro
defensione ecclesie, put tex. dicit. Nõ obst. ꝙ hic trahanꝫ coram
iudice: quia ista vocatio ostendit ꝙ prius se opposuissent ante
impetrationẽ rescripti: alias vocati nõ fuissent. Prius eñi op-
posuerunt se corã ordinario: & nũc trahũꝫ corã iudice delega-
to, corã quo licet trahanꝫ inuiti, tñ sufficit quod prius se spon-
te opposuissent corã alio iudice. Et p hoc etiam rñdetur ad il-
lud, ꝙ dicit de verbo p̃sentis temporis, se ostendũt: quia non p
hoc excludiꝫ, quin etiã prius añ impetrationẽ se opposuissent,
put arguũt ex eo ꝙ citati fuerũt p tali oppositione corã indi-
ce spãliter delegato. Non obstat ꝙ excommunicatus põt p̃ten-
dere interesse in edicto gñali, & tñ non admittiꝫ: ita non dꝫ ad-
mitti pro interesse in cõfirmatione electionis: quia rñderi põt
quod licet nõ admittaꝫ p suo interesse simpliciter, prout loquũ
tur doc. in d. c. cum inter. admittitur tñ p suo interesse, & eccle-
sie, vt est casus hic. ¶ In gl. fi. ibi: ne alter de dolo suo cõmodũ
habeat. In isto dicto, gl. reprehendiꝫ, quantũ ad tex. hic: quia si
actor hic admissus fuisset non obstante excõmunicatione, non
lucraretur ex sua excõmunicatione; sed ex ipsa electiõe, in qua
se fundabat. Et ita Ang. dicit inst. de excep. in princ. versi. sed &
doctrina. & Mod. hic sequuntur. Sed tamẽ gl. defendi potest:
quia se ipsam declarat in verbis sequentibꝰ, dũ inquit quod in
p̃senti casu non daꝫ replicatio actori excõicato: qa sic admitte-
reꝫ ad agendũ: & in hoc haberet cõmodũ: qa excõicatus agere
non potest. c. intelleximus. de iud. ¶ In ead. gl. ibi. hic admitti
tur replicatio mulieris. In hoc etiã glo. reprobatur per Ang.
in loco preallegato: quia vxor replicans, ex sua malitia lucra-
tur: quia non obstante eius adulterio, consequitur commo-
ditatem matrimonij: quia cogitur maritus illam affectione
maritali tractare. Et idem dicunt Mod. hic. Sed responderi
potest, quod in tali casu non agitur de lucro mulieris, sed
potius de damno eius vitando tractatur: quia petit in effectu

6 vt in pristinum statum restituatur. ¶ † In fine glosse, ex glossa ⁊ doctrina Bartoli quam Abbas hic refert, due conclu-
d siones colliguntur. Prima, quod replicatio doli, vel criminis admittitur, ne excipiens cum damno actoris lucretur. Secunda conclusio est, Replicatio doli, vel criminis rei reijcitur: ne actor in preiudicium rei lucretur. Circa primam conclusionem, que fundatur in l. cum mulier. ff. soluto matrimoni. aduertendum est: quia dicit Joannes de Anania in capitulo, intelleximus. versic. sed contra doctrinam. de adulterijs. quod ille textus in contrariũ adduci potest: quia mulier, que ibi replicãdo de adulterio mariti admittitur, videtur lucrari, vt cõsequatur impunitatem adulterij quo ad dotem. Sed respondetur vt supra dixi, quod ille, qui non patitur penam, non dicitur per hoc lucrari: vt etiam ipse Joan. de Anania ibi fatetur ⁊ facit text. in l. iij. ff. de dam. infe. Ideo predicta conclusio bene probatur in dic. l. cum mulier. ⁊ in d. cap. intelleximus. de adul. Et predicta conclusio limitatur non procedere, quando in replicatione illud idem dicitur, quod in prima petitione continetur: quia tunc replicatio reijcitur: vt notat Bartol. in d. l. cũ mulier. in princip. in ij. oppo. per legẽ secundam, ⁊ l. mercalem. C. de conditio. ob tur. causam. Et hoc sequuntur Alex. in dic. l. cum mulier. ⁊ Moder. hic. Sed certe fundamentum conclusionis est, quia replicans tractat de dãno euitando. Nam ista ratio videtur etiam procedere, licet in replicatione deductum sit quod in prima petitione dicebatur. Talis enim differẽtia videtur verbalis potius, ꝙ realis, contra l. ij. C. communia de leg. ideo magis placet responsio Bald. in d. l. cum mulier. in v. oppo. vbi inquit ꝙ in iuribus preallegatis licet tractetur de dãno euitando, replicatio tamen non admittitur: quia erat facta executio facti, ⁊ solutio erat secuta rei turpiter promisse. Et ratio videtur secundum Salic. ibi: quia ista est compensatio delictorum, ⁊ compensatio non habet locũ facta traditione, ⁊ executione. Alexand. tamen in dic. l. cum mulier. reprehendit istã rationem: quia licet compensatio fieri nõ possit secuta solutione: repeti tamen potest, quod solutum fuit. l. si ambo. §. si quis igitur. ff. de compensa. l. quod dicitur. §. penultimo. ff. de impẽsis. Ergo secundum eum, deberet habere locum repetitio in casu d. l. ij. ⁊ l. mercalem. cum similibus. Sed responderi potest ꝙ non habet locum repetitio propter delictum. d. l. ij. ⁊ d. l. mercalem. ⁊ in l. si ob turpem. ff. de cond. ob turpem causam. Nam per ista iura limitatur quod dicitur de repetitione in d. l. si ambo. §. si quis igitur. ⁊ in d. l. quod dicitur. §. penultimo. Et predictã solutionem Bald. sequitur Roma. in d. l. cum mulier. ⁊ Ange. Aretin. Institu. de exceptio. in princ. vbi etiam illam comprobat. Secundo predicta cõclusio limitatur procedere, quando replicatio agentis de dãno euitando respiceret merita cause. Secus si ad personam referatur: quia tunc replicatio indistincte non admittitur: vt Abb. hic dicit, post Bartol. ⁊ probatur per istũ text. qui ita proprie loquitur, vt dicunt moder. hic. Et huius limitationis ratio duplex assignatur: quia ex quo actor vocauit reum videtur reus habilitatus: ideo per replicationẽ excommunicationis non repellitur, vt Abb. hic declarat. Et quia replicatio debet directe tollere exceptionem, quod non esset hic: quia dato quod persona rei esset criminosa, eius exceptio non perimitur: vt notat Bald. in c. j. de statutis contra liber. eccles. Et ita resident Moder. hic. Et adde Bar. qui idem in terminis dicit in l. seruos. ff. de accusat. per illum tex. ⁊ Bald. in l. si creditoribus. circa fin. vers. preterea licet. C. de communi seruo pig. dato manu. ⁊ in c. intelleximus. versic. quero si ambo. de iudic. Et in rationibus s. allegatis aduertendum est. Nam prima ratio, dum dicitur quod reus vocatus ad iudicium habilitatur, non videtur bona: quia non videtur quod approbatio partis possit habilitare excommunicatum, saltem quo minus a iudice possit repelli: vt in c. exceptionem. j. eod. ar. l. quos prohibet. ff. de postulando. Et talis ratio etiam cessaret, si excõmunicatio superuenisset: argu. c. insinuante. de offi. deleg. Alia etiam ratio de replicatione non videtur procedere sine dubio, per ea, que dicta sunt in c. a nobis. s. e. Ideo ratio melior videtur illa, que in textu dicit: quia omnis legitima defensio excommunicato reseruatur, siue sit realis, siue personalis contra partem, vel iudicem: vt hic, ⁊ in c. significauerunt. j. eo. Et quod supra dictum est, replicationem actoris non admitti contra personam excipientis, limitatur non habere locum in episcopo, contra quem agit eius familiaris: vt est tex. in c. nulli episcoporum. de accusa. Et ita Abb. hic: ⁊ idem glo. ⁊ doct. communiter tenent in d. ca. nulli. Sed Aretin. ibi in fine, videtur reprobare istum intellectum: quia secundum eum, duo specialia concurrerent circa idẽ, videlicet quod criminosus, ⁊ familiaris admittatur ad accusandum, contra notata in l. j. C. de dotis promiss. Sed responderi potest quod tantum sit vnum speciale, quod criminosus admittatur propter familiaritatẽ: quia alius criminosus non familiaris repelletur. Et cautela est, secundum Marianũ. in d. c. nulli. quod episcopus opponat de sola familiaritate contra accusantem, ⁊ repelletur. l. iniquum. ⁊ l. si quis ex familiaribus. C. qui accusare. Mod. hic dicunt quod talis cautela non videtur sustentabilis: quia est contra generalitatẽ tex. in dicto capitulo, nulli. ⁊ contra reg. cum quid. de reg. iuris in sexto. Sed ad ista responderi potest quod text. in dicto c. nulli. non videtur obstare: quia in eius generalitate non dicitur ꝙ familiaris episcopi admittatur, sed quod criminosus admittitur, si sit familiaris. Et per hoc etiam respõdetur ad reg. cum quid. quia hic non conceditur, quod alia via prohibetur: nã hic disponitur ꝙ episcopus possit accusari a criminoso familiari: ⁊ sic in d. c. nulli. non repellitur familiaris simpliciter, sed criminosus familiaris: ideo limitatio Mariani videtur
7 procedere. † Secunda conclusio fuit, quod replicatio doli, vel criminis reijciatur, ne actor in preiudicium rei lucretur. d. l. apud Celsum. §. Marcellus. de doli except. vbi etiam Ange. prout refert Joannes de Anania in dic. c. intelleximus. versic. adde etiam. Ang. concludit ꝙ in tali causa prefertur reus: sed vbi vnus tractat de lucro, alter de damno, prefertur qui certat de damno euitãdo. Et facit tex. in l. si seruũ. §. sequitur. de ver. obligatio. in l. cum par. in princip. de reg. iuris, ⁊ in l. si per emptorem. in princip. ff. de actio. empti. Et plura iura pro ista cõclusione allegat Bald. in l. acceptam. in xxij. questi. C. de vsuris. Et ad hoc facit, qđ dicitur de pluribus priuilegiatis, quia prefertur ille, qui tractat de dãno euitãdo, ⁊ ceteris paribus reus l. verum. §. fina. vbi Barto. ff. de minori. ⁊ no. Bald. in aut. perpetua. in fine. C. de sacrosan. eccle. Pet. de Ancher. consi. xxxvi. contra Joannem Paul. de Cast. consi. xxxvij. lib. ij. vt bene at-
8 tingatur. in fi. † Ex predicta cõclusione infertur per Abbatem hic ad questionem post Barto. in l. cum mulier. ff. soluto matri. de statuto, quo cauetur ꝙ cõtractus ipso iure sit nullus, gabella non soluta, si neuter ex contrahentibus soluit gabellã, agẽs ex tali contractu repellitur exceptione gabelle nõ solute, ⁊ replicatio nõ admittitur, vt Abb. hic concludit. Et quia de ista questione obscure, ⁊ vario modo doc. loquũtur, ad clariorem intelligentiam habemus considerare tres casus. Primus quãdo contractus venditionis fuit ex toto perfectus, ita ꝙ venditor pretium, ⁊ emptor rem sit consecutus: ⁊ isto casu si venditor repetat rem venditam ab emptore possidente, ex eo quod non fuerit soluta gabella, repellitur: quia in tali casu venditor tractat de lucro, ⁊ emptor de damno. Et ita loquitur Bart. in d. l. cum mulier. Abbas hic. Ange. Areti. qui dicit istam esse veritatem, instit. de excep. in princi. versi. quo ad tertiã questionem. Secundus casus est, quando non fuit res tradita, nec pretium solutum, sed simplici consensu venditio facta fuit: ⁊ tunc similiter agens ad rem vel pretium repellitur exceptione non solute gabelle, ⁊ non datur agẽti replicatio: quia in pari causa melior est conditio rei, per supra dicta: ⁊ isto casu etiam procedit quod dicit Bartolus in dicta l. cum mulier. ⁊ Abbas hic. Tertius casus est, in quo agens impleuisset contractum ex parte sua, vt quia emptor soluto pretio agit ad traditionem rei, vel venditor facta traditione pretium petit: ⁊ in hoc casu agenti non obstat exceptio gabelle non solute: quia datur replicatio actori, qui tractat de damno euitando. Et isto casu loquitur Bartolus in l. fina. §. penultimo, ff. de eo, per quem factum est. Modo in predictis casibus ita distinctis aduertendum est: nam in primo casu, dum dicitur, quod si venditor repetit rem venditam ab emptore, repellitur: quia tractat de lucro, ⁊ emptor conuentus de damno. Istud esset verum, si vellet recuperare rem venditam pretio nõ restituto: sed ex quo allegat nullitatem contractus, intelligi debet quod velit pretium restituere: argumento. l. cum venditor. in principio, ff. de rescindenda venditione. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minorib. ⁊ rem venditam repetit tanquam datam ex causa nulla: vt l. finali, ff. de condi. sine causa. ideo videtur quod deberet obtinere, quando contractus omnino per statutum annullatur. Et eodem modo in tertio casu dicendum est: quia si emptor soluto pretio agit ad traditionem rei, vel venditor facta traditione pretium petit, dictum est supra quod debet obtinere, quia tractat de damno euitando. Nam hoc esset verum, si conuentus vellet retinere rem, ⁊ pretium. Secus videtur, si allegaret nullitatem contractus, offerendo illud, quod habuit. Nec obstat si dicatur quod dato quod agens offerat pretium, nõ tamen debet audiri: quia in tali causa potior est causa rei. Et ita subtiliter vnus vestrum dicebat: quia respondetur hoc non habere locũ, quando contractus fuit nullus: vt est text. in l. fi. ff. de cond. sine cau. In secundo casu conclusio s. facta videtur bene procedere: quia, vt dixi, in pari causa melior est conditio rei.

Nam

Nam omnis audientia incipit ab actore: quia ipse primo loco debet se fundare in iudicio: vt notat Baldus in l. si creditoribus. versiculo, ex hoc arguitur. C. de seruo pign. da. manum. Et ad predicta notandum est, quia si gabella soluta non fuit, imputandum videtur actori, qui illam soluere tenetur. l. debet. in fi. ff. de edil. edic. & notat Bal. in l. si predium. post Cyn. ibi. C. de edili. act. Roma. in singu. cccccl xxxij. incip. per Italiam. & habetur in tractatu gabellarum. in vij. parte. in princi. & late scribit Barto. Socin. consil. cclxvij. circa primum.
9 ¶ † Ex supradictis etiam Abb. infert quod stante statuto, quod bannitus possit impune offendi, Titius accusatus quod Sempronium percussit, excipere potest quod Sempronius erat bannitus, &
e non admittitur replicatio [e], quod etiam ipse Titius esset bannitus: quia Titius est reus, qui potest omnē exceptionem proponere ad repellendum accusatorem, per istum textum hic. Et ita Bartolus concludit post Jacobum de Aretio in dicta l. cum mulier. cum similib. vt tradit Alex. ibi, & Mod. hic. Sed in ista questione aduertendum: quia dato quod replicatio contra Titium accusatum admitteretur, quod etiam ipse esset bannitus, hoc nihil releuaret in isto casu: quia licet Titius ipse esset bannitus, licite potuit Sempronium offendere: quia dictāte statuto quod bannitus impune offendi potest, etiam per alium bannitum offendi potest: quia tale statutum respicit vtilitatem publicam: ideo late interpretatur: vt Bald. in l. libertas. circa fin. ff. de statu hom. in l. j. C. de precib. Imper. offer. facit text. in l. si quis in graui. §. vtrum. & quod ibi Bart. ff. ad Sillania. & quod notat Guliel. de Cun. in l. filiusfam. ff. si cert. peta.
10 cum simi. vt Alex. ibi, & in l. cum mulier. ff. sol. mat. ¶ † Successiue secundum Abb. infertur quod si statuto cauetur quod bānitus non audiatur agendo, nec excipiendo, si actori opponatur quod bannitus sit, & reo etiam replicetur de bāno, vterque repellitur propter statutum: & licet reus nō possit actorem repellere, iudex tamen ex eius officio agētem repellere potest, vt Abb. hic concludit post Bart. in d. l. cum mulier. cum simili. vt tradunt Mod. hic. Sed aduertendum est, quod imo videtur quod reus possit in hoc casu agentem repellere: quia in pari causa reus fauorabilior est, vt supra dictum fuit. Non obstat statutum prohibens bannitum excipere, quia debet intelligi quādo conueniretur ab alio, quam a bannito; alias melioris conditionis esset actor, quam reus, si non posset repelli. Nisi dicamus quod in tali questione potius fauendum sit actori, quam reo: quia tractat de damno euitando, vt consequatur quod sibi debetur. Et pro actore concludit Nellus in tracta. bannitorum. in ij. quesl. secundi temporis. post Bal. quem ibi refert, & in d. l. cum mulier. Sed dato quod reus nō posset excipere, iudex tamen ex officio agentem repellere potest, vt Abbas hic dicit. Idem Abbas in c. nulli. de accu. Bald. in l. quos prohibet. per illum text. ff. de postbu. cum simi. vt tradunt Mod. hic, & in d. c. nulli. Alex. in d. l. cum mulier. facit text. in l. filiusfam. §. veterani. de procurato. Sed huic conclusioni obstare videtur dictum Bart. in l. non solum. §. quanquam. ff. de iniur. vbi inquit quod si ex forma statuti non auditur ille, qui non soluit collectas, si il-
5 li iniuria inferatur, iudex etiam inquirere non potest [5]: quia ex quo ipse non auditur, ita nec Respublica conqueri potest. Moder. hic respondent quod communis opin. est cōtra Bar. vt Alex. concludit in l. j. §. sublata. ff. ad Trebellia. Alex. tamen aliter respondet in d. l. cum mulier. Dicit enim quod in casu, in quo loquitur Barto. in d. §. quanquam. delictum redditur impunitum: merito etiam inquisitio prohibetur. Sed in casu isto reus non potest actorem vel accusatorem inhabilem repellere: quia etiam ipse inhabilitatur a statuto: sed per hoc non excluditur iudex, quin inhabilem repellere possit: argu. d. l. quos prohibet. Et ita dictum Bart. etiam intelligit Ang. in d. l. non solum. §. quanquam. & idem Bald. in l. j. versic. solet tamen dubitari. C. si a non compet. iudi. cum si. vt tradit Aretin. in d. c. nulli. Sed tamen aduertendum est: quia Bart. in d. §. quanquam. videtur loqui quando persona inhabilitatur, dum dicit quod nō audiatur, qui non soluit collectas. Areti. respondet in d. c. nulli. quod ista verba intelliguntur taliter, quod delictum impunitum sit. Et ad hoc inducit tex. in l. j. §. item notandum. in fi. ff. de aleator. Sed dato quod hoc esset verum, idem esset dicēdum in terminis nostre questionis: quia eodem modo dicitur quod non audiatur: vnde ista verba non debēt aliter intelligi, quam in casu, in quo loquitur. Barto. in d. §. quanquam. ex quo sunt eadem verba, que diuersimode intelligi nō debent: ideo distinctio predicta est vera in se, sed nō adaptatur ad verba, quibus
11 vtuntur docto. in locis preallegatis. † Et quia supra dictum est de statuto, quod bannitus non audiatur excipiēdo, dubitari potest, an valeat statutum, quod tollit defensionem. Et notabilis est distinctio Abb. hic, quod defensio naturalis tolli non potest: vt in l. vt vim. ff. de iustit. & iur. & in clem. pastoralis. de re iudica. Sed ciuilis tolli potest, vt exceptio prescriptionis, vel rei iudicate. & idem Abb. dicit de appellatione. Et sic Abb. manifeste vult quod appellatio dicatur defensio ciuilis. Quod cōfirmari potest ex his, que dixi in rubri. de appella. vbi multa dicta sunt, que ad propositū conferunt: sed gratia breuitatis non repeto. Et vltra ea, que dicunt Moderni limitatur quod dictum est de iure naturali, vt nō habeat locum ex causa, quia ius naturale ex causa tolli potest. Ita in proposito Alexander dicit in d. l. cum mulier. versicu. & pro confirmatione. & idem quod Alexand. Angel. dicit in l. si sit. de lega. j. vbi allegat. l. si seruus. C. de his, qui ad eccl. confu. Et hoc idem tradit Gabriel de Orselletis in trac. de fama. circa finem, quem refert, & sequitur Alberic. in l. omnes, qui. C. de episcopis & clericis. & idem Nellus
12 in tracta. bannitorum. in ij. quest. secundi temporis. † Ex predictis Abb. infert secundum Bart. in l. omnes populi. ff. de iust. &
f iur. valere statutum [f], quod bannitus possit impune offendi. Idem Bal. in l. Gracchus. C. de adulte. cum simi. vt per Mod. in c. que in ecclesiarum. de constit. & ibi dixi. Et occidenti talem bannitum premium constitui potest: vt not. Alex. qui alios refert in l. si plagij. in princ. de verb. obl. Et tale statutum conferens premium occidenti bannitum, late debet interpretari, vt dixi in no. casu cons. lxv. Et cum permittatur quod offendi possit, etiam occidi poterit: vt no. Bart. cons. clxxxviij. statuto castri plebis. cum si. vt Alex. tradit in l. in suis. ff. de lib. & posth. & late Alber. in iiij. parte statu. q. xviij. Nellus in secunda parte secundi temporis, q. vij. Pau. de Castr. consil. xxxiij. super primo quesito, in fi. Corneus cons. lviij. placet. lib. j. Et tale statutū
6 etiam haberet locum [6] in eo, qui fecisset pacem, & promisisset non offendere sub pena: vt no. Bart. in l. qui seruum. ff. de ver. obl. cum si. vt ibi tradit Alex. & Corneus cons. ciiij. licet. lib. j. Et predicta conclusio non habet locum de iure canonico: vt not. Bal. in l. j. ver. & per predicta. C. si a non compe. iud. vbi ad hoc allegat Host. in c. fi. de consuet. quod tale dictum non procedit sine dubio: quia statutum fundatum ex iusta causa, etiam seruari debet in foro conscientie: vt per gl. in c. que in ecclesiarum. de const. cum si. vt dictum fuit in c. j. de constit. Item statutum tale non habet locum in eo, qui procurasset aliquem banniri: vt no. Abbas in c. postulastis. ver. sic etiam videtur dicendum. de concess. preb. Et hoc idem in terminis in notabili casu tradit Pet. de Anch. cons. cccclx. probata tanti viri scuitia. Item statutum non habet locum in muliere: vt no. Ang. cons. lxvij. ex themate. in princ. Et hec addenda sunt ad ea, que dixi in c.
13 que in ecclesiarum. de constit. † Penultimo Abb. concludit quod testi, cui opponitur crimen cum infamia, non datur replicatio contra opponentem: prout etiam concludit Bart. in d. l. cum mulier. ff. solu. matr. in fine, & idem glo. in cap. testimonium. in gl. fi. de testi. cum si. vt per Mod. hic. & in d. c. testimonium: & prius Alexan. in d. l. cum mulier. Et adde Alb. Malletam, qui late hoc tradit in tract. de testib. in tertia parte prime partis principalis. vbi tractat, quando testes repel-
14 luntur ratione criminis, vel infamie. † Finaliter Abbas ponit distinctionem, ex qua tres conclusiones colliguntur. Prima, quod vbi agitur criminaliter, exceptio alterius criminis non admittitur. l. neganda. C. qui accu. cum simil. Et idem Abb. concludit post Innoc. & alios in c. intelleximus. de adult vbi etiam Joan. de Ana. & latius hoc idem Bald. tradit in d. l. cum mulier. in xij. opposit. quem Ang. Aret. refert instit. de except. in princi. ver. quarto fuit in hac materia. & idem Paul. de Castro in l. viro. versicu. secundo obstat. ff. soluto matrimonio. Et hoc est, quod dicit Baldus in l. finali, in quinta oppositione, C. de compen. quod in penis delictorum non fit compensatio. Et idem Baldus in peculio eius, in versiculo, compensatio. vbi allegat Innocen. in capitulo, sicut. in vltima questio. de iureiurando. Et ad hoc facit, quia pena respectu fisci remitti nequit: vt notat Bartolus in l. j. §. si ea. de ventre in possess. mitt. & per glossam & doctores in l. ij. ff. ad Senatusconsultum Sillanianum. sicut econtra etiam pena, que parti debetur, remitti non potest per fiscum: vt notatur per glossam in l. ij. C. de in ius vocan. Et hoc idem comprobatur: quia compensatio est solutio. l. si debitor. ff. qui potio. l. amplius. ff. rem ratam habe- r[illegible]tio non potest fieri, nisi creditori. lege, hoc iure. ff. de solution. & creditor in veritate est fiscus: vt in proposito tradit Tindarus in tractatu de compensat. dum loquitur quan-
15 do compensatio fiat in delictis. † Secunda conclusio, si ciuiliter de diuersis criminibus habentibus diuersum effectum agatur, non fit compensatio. l. quemadmodum. §. si nauis. in fine, ff. ad legem Aquiliam, per quem ita dixit Innocentius in capitulo, intelleximus. de adulter. quem Joannes de Anania refert ibi, ideo pro furto, vel iniuria lata adinuicem, nō fit

compensatio, sed vterque agit: vt not. Specula. quem Abb. hic refert, τ sequitur Angel. in l. vt vim. versic. extra queritur. ff. de instit. τ iur. τ Abbas in ca. j. in princip. de iniur. Jo. de Ana. in capitu. significasti. de homicid. Et dum Abb. reprobat opin. illorum, quos refert Spe. τ concludit quod licet quis sit prouocatus, non excusatur a delicto. τ Mod. late prosequuntur, respondentes quod text. in l. j. §. cum arietes. ff. si quadrup. paup. fec. dic. loquitur in animali irrationali, cuius iram ratio compescere non potest ad limites moderate defensionis. Sed considerandum est quod illorum opin. non videtur vera, quando quis sit prouocatus taliter, quod dicat se defendere: quia tunc non punitur. Et ita loquitur tex. in d. l. j. §. cum arietes. ibi: aggressus esset. Et tali casu etiam ille text. videtur habere locum in hominibus: quia licite potest quis se defendere, etiam alium offendendo. l. vt vim. ff. de iusti. τ iur. l. scientia. §. qui cum aliter. ff. ad legem Aqui. Et predicta secunda cõclusio limitatur non habere locum, quando non apparet quis primo ceperit iniuriari: quia tunc neuter tenetur, secũdum Rom. in d. l. cum mulier. ff. solu. matr. per l. scientiam. §. cum stramenta. ff. ad legem aqui. τ Moder. hic sequuntur. Sed aduertẽdum est quod stante conclusione quod vterque teneatur, quando adinuicem delinquunt, vt s. dictum est, videtur quod si cõstet de delictis, puta de furto inuicem facto, quod vterque teneatur, licet ignoretur quis prius inceperit. Sed quando tenetur tantum ille qui primo incepisset, hoc dictum esset verũ, prout loquitur textus in d. §. cum stramenta. Et de rumpentibus pacem not. Barto. in l. cum pater. §. libertus. de lega. ij. cum simili. vt Alex. in l. semel mora. in fi. ff. solu. matri.
16 † Tertia conclusio est, quod committens contra legem, non priuatur beneficio aliarum legum, vel eiusdem in diuersis casibus: vt Abb. hic concludit post Innoc. in d. c. intelleximus. Ad quod bene facit quod tradũt Pe. Cyn. Sal. Fulg. τ Alex. in l. cum proponas. C. de pact. vbi concludunt quod non seruanti fidem debet tamen fides seruari in
7 diuersis casibus, quando obligationes nõ sunt correspectiue[7]. Et not. Anto. de But. τ Abbas in c. iij. de iureiur. facit glos. in duo. ff. de dolo. τ tex. xxxiij. q. in c. quod Deo pari. Ex quibus alias consultum fuit, quod licet ille, qui sumit a Repub. securitatem pro delictis preteritis, si committat nouum delictum, propter quod Respubli. offenditur, non tamen propter illud securitas prius data rumpitur: quia ista sunt circa diuersa. Et ita consuluit Anto. Rosellus in consil. incip. duo dubia ex hoc facta. Reliqua per Abb. τ Mod. hic.

¶ Additiones.

1 ¶ Admittantur. Vide que addidi ad l. quemadmodum. C. de agric. τ censit. lib. xj. τ pro declaratione vide Alex. in l. ab hostibus. ff. solu. mat. in l. si filius. ff. si cert. pet. vbi Dec. in iij. notab. τ Jas. in l. non solum. §. morte. ff. de oper. noui nunciat.
2 ¶ Criminosis. Idem in c. cum non ab homine. s. de iud.
3 ¶ Periurus. Idem in c. intelleximus. de iud.
4 ¶ Pertinens. Vide aliquid per Dec. in c. in presentia. de probation.
5 ¶ Non potest. Vide Dec. in c. pastoralis. hoc eod. tit. in c. constitutus. el ij. in j. not. de appellat.
6 ¶ Locum. Declara sing. vltra omnes alios per Fort. Hyspa. in l. conuentionum. ff. de pact.
7 ¶ Correspectiue. Vide Dec. in c. constitutus. el j. in ij. notab. j. de appellat. Sil. Ald.

a ¶ Minori. Scilicet quantum ad electionem tantum.
b ¶ Admitti. Deci. c. in presentia. nu. 34. s. de probatio. Guido Pape decisio. Delphina. cccxlvij. Alexan. consilio clxvj. nu. 7. li. vj. vbi dixi.
c ¶ Discutere. Franc. Purpura. l. j. nu. 60. si certum petat. Sed hoc raro fieri expedit, τ rarius fit.
d ¶ Doli. Henr. Bohic. hic.
e ¶ Replicatio. Idem Hippo. Marsil. in sua practica. §. egredior. nu. 53.
f ¶ Statutum. Deci. late s. de constit. c. que in ecclesiarum. nu. 14. Jas. l. omnes populi. nu. 47. de iusti. τ iur. l. si plagij. de verb. oblig. Alex. in consil. cxiiij. nu. 1. vbi dixi. lib. j. Anto. Rubri. repetitio. §. morte. in l. non solum. numero 640. de operis noui nunciatio. [redacted]

1 ☞ Absolutio ad cautelam conceditur pro interesse ecclesie.
2 Absolutio ad cautelam conceditur non solum ab excommunicatione, sed etiam a sententia suspensionis.
3 Suspensio operatur ad limites suspensionis.
4 Suspensus a beneficio, τ officio, non potest agere pro iuribus sui beneficij.
5 Suspensus a beneficio an possit eligere. 6.



Apostolice. Summatur, τ diuiditur vt per Abbat. hic.
1 ¶ † Nota primo quod absolutio ad cautelam pro interesse ecclesie vacantis hic conceditur. Nam non est parui momenti interesse vacantis ecclesie. c. ne pro defectu. de elect. τ in c. postquam. 50. distinct. Et quando ecclesia vacare dicitur, not. per gloss. in cle. j. vt lite penden. in verbo, collatio. Hostiens. in summa, ne sede vacan. §. quot modis. cum sim. vt tradunt Moder. in c. j. de prescript. τ late Franc. Pauinus in tract. ne sede vac. versic. vlti. premitto. Et sub verbo, vacationis, quilibet modus vacandi intelligitur, etiam in materia odiosa: vt not. per Do. glo. ibi in c. si propter. in verbo, vacabunt. de rescript. in vj. Ad idem glo. in c. cupientes. in verbo, vacantibus. de electio. in vj. cum simi. vt tradunt Moder. in c. in nostra. in xxxvij. corollario. de rescriptis. Et quod hic dicitur de interesse ecclesie vacãtis, idem esset, si de alio interesse ecclesie agatur: quia iudex tali casu ex officio supplere potest, vt Abbas hic dicit: τ est glos. in c. constitutus. in ver. exceptionem. de appella. vbi Ant. de Butrio. τ in c. cum nobis. in ver. ex officio. de election. τ in c. prius quam. 50. dist. Et etiam de consuetudine Romane curie absolutio potest fieri ad tempus ex causa cõcernente priuatum interesse: quia quandoque quis absoluitur, vt testificari possit: vt notat Hostiens. in c. veniens. ij. de testib. vbi Abb. post Anton. de Butr. τ alios: τ notat Oldrad. consil. cclxxviij. licet. in tertio dubio. Et in predictis casibus absolutio conceditur in fauorẽ alterius, τ non excommunicati. Sed tamen etiam Rome practicatur quod talis absolutio concedatur ad tempus in fauorem excommunicati, ad hoc vt impetratio sortiatur effectum[1] in fauorem eius. Et talis absolutio in effectu videtur suspensio: quia illo actu expedito, statim ipso iure reincidit in excommunicationem: vt notat Hostiens. τ doct. in d. c. veniens. Et idem est in suspensione facta ad tempus, que finito tempore cessat: vt notatur in clem. j. in ver. donec. de decim. Inn. in c. bone. τ Anton. de But. ibi, de eta. τ quali. Abb. post alios in c. fi. de matri. contract. contra interdic. ecclesie. ideo absolutus cũ reincidentia intra decem dies, elapsis illis decem diebus remanet excõmunicatus: vt dixi late consil. cxlv. queritur in effectu. Sic etiã interdictum fieri potest sub certo modo, videlicet aliquo morante in ciuitate, τ illo recedente interdictum cessat. c. dilectus. de appella. τ dixi ibi in vj. not. Et secundum supra dicta limitatur regula, que dicit quod absolutio non conceditur nisi petenti. c. significasti. in fi. de eo, qui duxit in mat. Et nusquam sub sole auditum est, quod detur venia, nisi correcto: vt habetur in c. legebatur. xxiiij. q. ij. facit tex. in reg. peccati venia. de regu. iur. in vj. Nam secundum Abb. non habet locum in hoc casu, quando iudex ex officio hoc facit pro interesse ecclesie. Vel secundo, vt s. declaraui, generaliter dici potest quod dicta regula non habeat locum quando absolutio fit propter interesse alterius, quam excommunicati. Tertio Moder. hic respondent, quod regula intelligitur respectu culpe, que tolli non potest, nisi excommunicatus corrigatur. Secus est quo ad penam, que tolli potest, licet excommunicatus non emendetur. Et not. Abbas post alios in c. ab excommunicato. de rescript. cum similibus, vt tradunt Moderni hic. Et ad hoc est glossa in capitulo, denique. quarta distinctione, in verbo, consuetudine. τ Petrus de Ancharano in regu. peccati. in tertia oppositio. de regu. iu. in sexto. Quarto responderi potest, vt supra dixi, quod regula procedat in vera absolutione: sed in casibus supra dictis videtur potius suspensio, quam absolutio. Vltimo predicta regula non procedit in Papa: vt not. tradit Alber. in l. a procedente. C. de dilatio.
2 ¶ † Nota secundo quod absolutio ad cautelam conceditur non solum in sentẽtia excommunicationis. cap. veniens. ij. de testib. cap. cum similibus allegatis in glo. sed etiam in sententia suspensionis[2]: quia secundum Abba. est eadem ratio. Secus tamen est in interdicto generali, c. presenti. de sent. excom. in vj. Sed in speciali interdicto idem est, quod in excommunicatione, vel suspensione: vt no. per glos. in c. presenti. in verbo, generaliter. τ Domi. ibi, Cald. in tract. de ecclesiastico interdic. versic. sed quero. cum similib. per Moder. hic: nam in his tribus consistit censura ecclesie. capitu. querenti. de verborum significatio. ideo regulariter a pari procedunt. Differunt tamen in pluribus: vt late prosequitur Joann. de Ana. in rub. de cler. excom. mi. Et ex predicta equiparatione suspensionis, τ excommunicationis, Abb. infert quod cautio, que requiritur in absolutione excommunicationis ad cautelam, c. solet. de sen. exc. in vj. etiã requiratur in suspensione, τ est text. in c. venerabili. de sentent. excom. Et hoc intelligitur, quando ipse excommunicatus hoc petat, vt Abb. hic dicit. Et ita loquitur tex. in d. c. solet. Secus videtur, quando absolutio ad cautelam conce

conceditur non petenti: vt quia absoluitur, vt dicat testimonium: & illo actu expedito, reincidit in excommunicationem: & talis absolutio, potius suspensio videtur, vt doct. dicunt in d.c. veniens. ff. de testib. & tali casu non videtur necessaria cautio: nec etiam in casu huius decretalis, vbi absolutio conceditur non petenti ex officio iudicis: licet aliter Abbas hic dicat.

3 ¶ † Circa materiam suspensionis, quam Abb. hic post alios
a prosequitur, prima eius conclusio est, quod suspensio [a] operatur ad limites suspensionis. Et est regula communis, quod limitata causa limitatum effectũ producit. l. in agris. ff. de acqui. rer. domi. cum sim. vt late Moder. tradunt in c. cum ordinem. de rescr. Et ad hoc specialiter facit, quia suspensus in vna ecclesia, non videtur suspensus in alia. gl. not. per illum tex. in c. cupientes. §. ceterum. in ver. in ipsa ecclesia. de elect. in vj. & in c. si compromissarius. in gl. fi. eo. tit. & lib. & not. Imo. post gl. in c.
4 pastoralis. §. verum. de app. † Secundo Abb. concludit quod suspensus ab officio, & beneficio agere non potest proprio nomine pro iuribus beneficij, prout voluit gl. hic. Et Abb. hoc comprobat: quia pro tempore suspensionis tantum operari debet, sicut perpetua, arg. l. que de tota. ff. de rei vend. Sed ista ratio euitari potest: quia non semper valet arg. de toto ad partem. l. si quis aliam. ff. de sol. l. tutor vigentibus. ff. de min. Et ad hoc plures instantias ponunt Moder. in c. fin. de maio. & obed. Et specialiter in proposito facit: quia suspensio perpetua equiparatur depositioni: vt not. in c. si quis. vbi Do. lxxxiij. dist. ideo suspensio perpetua non debet fieri, nisi pro graui crimine, sicut depositio. c. tue. de penis. Et suspensio temporalis fit pro leui crimine: vt not. Abb. in d. c. tue. de penis. & dixi in c. at si clerici. in princ. de iud. Unde pro conclusione Abb. melior ratio adduci potest: quia facultas agendi videtur competere habenti administrationem: vt notat Abb. post alios in c. edoceri. de rescrip. dum allegat l. fi. ff. quod cuiusque vni. Sed iste suspensus ab officio & beneficio non habet administrationem: quia suspensus etiam a beneficio tantum, non videtur habere administrationem. c. j. §. qui vero. de elect. in vj. & in c. cupientes. §. ceterum. eod. tit. & lib. Et facit quod not. Abb. in d. c. pastoralis. §.
5 verum. iij. de appella. vbi videndum est quod dixi ibi. † Tertia conclusio Abbat. est quod suspensus a beneficio eligere potest. Ita glo. in c. cupientes. §. ceterum. in ver. beneficijs. de elect. in vj. vbi ad hoc inducit tex. in c. cum in cunctis. §. penult. de elec. quod vbi qui suspenditur a beneficijs, etiam priuatur potestate eligendi: ergo videtur quod suspensus nõ esset priuatus potestate eligendi nisi hoc exprimatur. Et idem glos. in c. cũ Vintoniensis. in ver. amiserunt. de elec. & Abb. ibi in ver. noto singulariter. sequitur glo. per illum text. vbi quis admittitur ad eligendum durante suspensione. Et ita doct. hic omnes sequuntur. Sed tamen aduertendum est: quia si ius eligendi competeret ratione beneficij, videtur quod suspensus a beneficio non haberet potestatem eligendi. Gratia exempli, in canonico si suspenditur a canonicatu: quia ius dandi vocem competit ratione canonie: vt glo. in c. cum M. in ver. receperunt. de constitu. non videtur quod canonicus eligere possit: quia suspensio facta in principali, videtur facta in accessorio: vt per glos. & Abb. in l. latores. de cleric. excommu. mini. facit quod not. Abb. hic de negotijs pertinentibus ad beneficium. Si vero ius eligendi separatum sit a beneficio, & competeret ratione officij, conclusio Abbatis & doctor. bene procederet: quia suspensio fuit limitata respectu beneficij. per supra dicta in prima cõclusione. Et ista tertia conclusio non bene probatur in iuribus, que Abbas adducit. Nam primo textus in d. c. cum in cunctis. parum facit: quia ibi fuit facta expressio: quia erat priuatus tantũ pro vna vice: vt habetur in d. c. cum Vintoniensis. ideo fuit necessaria expressio: quia alias videretur quod fuisset priuatus potestate eligendi pro toto tempore suspensionis. Et eodem modo respondetur ad dictum c. cum Vintoniensis. quia ibi priuatio erat limitata pro vna vice, & suspẽsio facta fuerat per trienniũ. Secus videtur, si absolute debuisset priuari potestate eligendi durante suspensione: quia tunc expressio non fuisset necessaria. Et ita ad dicta iura responderi potest: ideo conclusio predicta
6 firmata solum remanet in ratione s. allegata. † Quarta conclusio est quod suspensus ab officio non possit eligere: vt hic, & in c. cum dilectus. de consuet. cum sim. nec alia exercere potest, que ordinem respiciunt: spectantia vero ad officium exercere potest. xxviij. distinct. c. presbyterum. & 50. distin. c. studeat. Sed aduertendum est, quia text. in d. cap. presbyterum. videtur probare contrarium, dum ibi priuatus officio retinet beneficium per dispensationem: ergo videtur quod de iure etiam fuisset priuatus beneficio. & ita Domin. ibi inducit illum tex. in ff. not. Et eodem modo induci potest text. in d. capi. studeat. Sed tamen responderi potest quod in dictis iuribus propter delictũ eque principaliter ille erat suspensus ab officio, & beneficio simul: sed in beneficio dispensatur: quia facilius in beneficio dispensari potest, vt not. Innoc. in c. ij. de cleri. non ordi. mi. Abb. in c. at si clerici. §. de adulterijs. cum similibus, vt ibi dixi, de in dic. Sed in casu nostro doctores loquuntur, quando suspensio fuit limitata ab officio, que nõ trahitur ad beneficium. Secundo contra istam conclusionem facit: quia si sit suspensus ab officio, in consequentiam videtur suspensus a beneficio: quia propter officium datur beneficium. c. fina. de rescript. in vj. Unde priuatus officio, & beneficio priuatus intelligitur. ca. eos. lxxxj. distin. cum similibus. vt tradit glo. in d. c. fina. in verbo, datur. Et ita arguit glo. in cle. cupientes. de penis. & Abb. in c. vestra. de vita & honesta. cler. Sed potest responderi quod non sit suspensus ab officio, quo minus teneatur dicere officium diuinum priuatim: vt per gl. in c. presbyterum. xxviij. dist. in gl. fina. & per gl. ij. in c. ij. & in c. illud. in verbo, officia. de cler. excommu. mini. Et in hoc distingui potest, vt Cardi. tradit in d. clem. cupientes. versicu. quod si. in iij. quest. de pen. Reliqua per Abb. & Moder. hic.

¶ Additiones.

1 ¶ Effectum. Uide ad hoc Paris. consil. xxviij. nu. 45. lib. iiij.
2 ¶ Suspensionis. Adde Paris. consil. xxix. nume. 24. lib. iiij. Sil. Ald.
a ¶ Suspensio. Deci. l. certi iuris. C. de testa. mil. decis. Tholosa. ccxcviij. dixi in consue. Pari. §. xxvij. nume. 5. [redacted]

¶ De appellationibus. Rubrica.

¶ Difficile est his temporibus vt scribendo quis laudem assequatur. Nam si ea que maiores nostri varijs in locis tradiderunt: in vnum colligere quis velit hoc olim quidem laboriosum fuit. In presentiarum vero admodum facile est, adeo quod nulla penitus cõmendatione dignum videatur. Si quis vero ingenij subtilitate ac proprijs inuentionibus famam sibi vendicare contendit, difficilimum est post tot antiquorũ exquisita ingenia aliquid noui promere quod laudem mereatur: ac illud non omnibus contingit: sed paucis, quos equus amauit Jupiter: a quibus me longo interuallo alienum esse plane intelligo. Accedit quod assiduus lectionum cursus non patitur eam diligentiam in singulis adhiberi: que in scribendo requireretur. His rationibus ab hoc scribendi munere libenti animo me continuissem. Sed tamen vt vobis aliqua ex parte satisfaciam: quibus ex merito nihil quod mee qualiscunque facultatis sit denegare possum. Pauca quedam sub breui compendio reponam ad interpretationem dũtaxat eorum que Do. Abb. hic scribit. Non quod velim verbosos commentarios facere: sed paucis quandoque additis in his precipue insistam, in quibus dubitari contingit.

2 ☞ Consuetudo an possit minuere substãtiam appellationũ.
3 Et que dicantur esse de substantia alicuius rei.
4 Consuetudo quod de maiori iudice appelletur ad minorem non valet.
5 Quid si consuetudo facit minorem maiorem.
6 Appellatio diffinitur: & quis eius effectus. 7.
8 Iudices presumuntur esse boni & honesti.
9 Appellatio quo iure sit inuenta, & an tolli possit. 10.
11 Appellationis iudicis officium. quale sit. 12.
13 Appellationis iudex si deficit ad quem erit appellandum.
14 Appellari ad quem debet quando appellatur a rectore alicuius collegij vel vniuersitatis.



Acturus itaque principium in hoc celebri titulo de appellationibus, pro solito more hec rubrica secundum Joan. Andr. & doct. precedentes sic
1 continuatur. † Nam s. dictum fuit de sententia, & re iud. Et quia si a sententia non appelletur, in rem transit iudicatam, appellatio vero impedit effectum rei iudicate: ideo de illa videndum est: & sic transeunt Abb. & Mod. Ista continuatio prima facie videtur dubitabilis: quia si appellatio impedit ne sententia transeat in rem iudicatam: ergo videtur quod prius in ordine titulus de appellationibus poni debuisset, & postea de re iudicata, quia res iudicata dicitur proprie quando appellari non potest: vt per gloss. in c. non solum. in verbo, innouata. eodem tit. in vj. Facit text. in c. cum dilecti. in fi. s. de elec. & in c. cum inter. s. de re iudic. & in l. post rem. ff. de re iudic.

τ in notabili questione Roma.tradit in consilio cccxxiiij.circa
a primum a. Et hoc presertim in proposito dicendum est, vbi prius fit mentio de sententia,τ postea de re iudicata.Et hoc fatentur doct.hic,dum dicunt quod appellatio impedit, ne sententia transeat in rem iudicatam. Unde donec agitur de appellatione, non videtur tractandum esse de re iudicata. Et sic ordo titulorum prepostertatus videtur,attenta ratione doctorum.
1 rum. Sed tamen saluari potest predicta continuatio 1, supplendo hoc modo. In isto enim titulo agitur non solum de appellationibus,que admittuntur, sed etiam de appellationibus, que in quibusdam casibus prohibentur: vt in c.ad nostrã. τ in c.consuluit.j.eod. Unde cum supra dictum sit de sententia, a qua regulariter appellari potest, τ de re iudicata,que appellationem excludit, merito nunc ponitur iste titulus de appel-
B lationibus recipiendis,vel non admittendis B. ¶ † Domi-
2 nus Abb.hic, cuius vestigia sequar, per introductionẽ materie septem formauit questiones. Et in prima insistit circa diffinitionem appellationis, in qua primo incidenter dicit notandum esse gl.in c.ij.de consuet. in vj.in verbo, officiali. dum voluit quod consuetudine induci non possit id,propter quod ap-
3 pellationis substantia immutetur. † Ad cuius confirmationẽ facit,quia substantialia proprie illa dicũtur, sine quibus actus consistere non potest: vt est pretium in contractu venditionis. l.pacta conuenta.ff.de contrab.empt. not.Bart.in l.prolatam. in [redacted]ent.τ idem Bart.in l.si quis.§.si initium.ff.de eden. Bald.in l.in ementis.C.de contrab.empt. Ang.in cons.lxxxvij. pro decisione. Abb. in c. fin.in vltimo not.j.de cond. appo. τ in cons. lxxij. circa primum. lib.j. Alibi tamen substantia pluribus modis distinguitur: vt prosequitur Bald.in l.si ex pretio.
C in fin. τ Sal.ibi,vltimo not.Bal.C.si cert.pet.Et substantia C a solennitate distinguitur: vt not.Bal.in l.etiam.col.j.C.de exec. rei iud. cum si. vt tradit Alex.in l.de pupillo. §.qui nuntiat.ff. de ope.no.nunt. Et ideo in proposito ista conclusio bene iustificatur, quod non valeat consuetudo contra substantiam appellationis: quia si substantia remouetur, actus consistere non potest. Facit tex.in l.cum precario. ff.de preca.τ in l.ij.de vsufr. ea. re.que vsu cons. Et ex ista conclusione alia conclusio infer-
4 tur, secundum gl.in loco preallegato,†videlicet quod non valet consuetudo, vt ad minorem iudicem appelletur. Nam non
D valet consuetudo D, vt minor habeat iurisdictionem in maiorem:vt tradit Archid.xxi.dist.in c.inferior. no.in c. irrefragabili.in princ.s.de offic.ord. Appellatio enim imperitiam, vel iniquitatem corrigit iudicantis. l.j.in princ. ff. eod. Et absurdum videtur quod pater a filio, magister a discipulo, τ generaliter superior ab inferiore corrigatur.cap.cum inferior.s.de maio. τ obed. xcvj.dist. in c.quis dubitet. τ in §.si vero.in auth. de nup. Merito ergo Nathan propheta regem redarguebat; cum esset ipso rege superior: vt dicitur ij.q.vij. c. nos si incompetenter. Hoc enim repugnare videtur rationi naturali, que authoritate legis, vel consuetudinis immutari non potest: vt dicit text.in d.l.ij.ff.de vsufr.ea.re.τ quod ibi Bald. Uel saltem negari non potest, quin talis esset consuetudo irrationabilis, ideo non valet.c.fi.de consuet.viij.dist.in c.mala.τ in c.veritate. τ in l.ij.C.que sit lon.consuet. Limitatur tamen conclusio glo. preallegate, nisi consuetudo minorem iudicem faceret maio-
a rem a in isto articulo appellationis: quia tunc bene valeret consuetudo, secundum Jo.de Ligna.in d.c.ij.vbi Dom.sequitur.Et ad hoc alleg.etiam Jo.And.in c.Romana.eo.tit.in vj. τ Perus. τ alij posteriores hic sequuntur. Et in simili ad hoc facit: quia licet Papa non possit dispensare cum monacho super castitate,c.cum ad monasterium.in fi.de sta.mona.potest tamen facere de monacho non monachum: vt per Inn.in c.fi. in fi.s.de sacra. non reiterand. Jo.And.in regula, semel Deo. de reg.iur.in vj.in Mercu. Et ideo in proposito licet non valeat consuetudo,vt ad minorẽ iudicem appelletur, potest tñ facere cõsuetudo,quod iudex,qui erat minor, maior efficiatur in illo articulo appellationis: τ ita sufficit quod appellatio deferat ad maiorem iudicem ẽm quid, videlicet respectu appellationis,licet alias minor sit. Nã vnus iudex vno respectu pôt esse maior,τ alio respectu minor: vt per Bar.in l.j.§.si quis.ff.eo.
5 † Alibi tñ dominus Abb.vĩ hoc restringere, τ limitare in ca. fin.in ij.not.de dila.vbi inquit valere consuetudinem de appellando ad parem,reputando eum maiorem: sed non de appellando ad minorem:quia esset consuetudo irrationabilis,quod minor haberet corrigere factum superioris. c. cum inferior. de maio. τ obed. Fel.hic olim honorandus collega meus Pisis, dicit quod eadem irrationabilitas videtur esse in pari, per c. innotuit.supra de elect.vbi dicitur quod par in parem non habet imperium.Ad idem text.in l.nam τ magistratus.ff.de arb. l.ille, a quo.§.tempestiuum.ff.ad Trebel.ideo inter ista,secundum eum,non videtur differentia. Sed tamen ad hoc responderi potest, quod in minori est maior disparitas ad maiorem, quam de pari ad parem: vnde facilius toleratur quod appellari possit virtute consuetudinis ad parem, quam ad mino-
2 rem, vt Abbas dicit. Pro quo facit text.in l.j.§.si quis ergo 2. ff.eo.vbi si per errorem ad maiorem iudicem,vel parem appel-
E letur,error non nocet:secus si ad minorem E. Ex quo datur intelligi quod nature appellationis magis repugnat quod ad minorem appelletur, quam ad parem. Differentia tñ, quam Abb.facit inter parem τ minorem iudicem, ex alio capite non videtur mihi procedere in terminis, in quibus ipse loquitur: quia ẽm Abbat.valet consuetudo quod appelletur ad parem, quando maior in articulo appellationis reputatur. Certe attenta hac ratione,idem videtur in minori, si maior reputetur: ex quo enim maior reputatur, appellatio bene procedit,τ nulla videtur irrationabilitas tam in minori, quam in pari, per supra dicta. Ulterius etiam aduertendũ est,dum omnes communiter concludunt valere cõsuetudinem,vt ad minorem appelletur,quando consuetudo illum facit maiorem respectu appellationis: certe secundum istam conclusionem inferri videtur quod glos.in d.c.ij. verificari non possit:quia eo ipso quod consuetudo defert causam appellationis ad minorẽ iudicem, videtur illo respectu maiorem illum facere ex natura appellationis: quia qui vult consequens, videtur velle omne necessarium antecedens ad illud. c.preterea. s.de offic.deleg.l.ij. ff.de iurisd.omn.iud.Et in consuetudine ita arguit,τ probat Rom. in cons.cxliij.ad predictorum. Confirmatur hoc:quia consuetudo iurisdictionem tribuit.ix.q.iij.in c.conquestus. τ in c.cum contingat.s.de foro comp.adeo quod mulier, cui munus iudicandi interdicitur, l.ij.ff.de reg.iur. tamen a consuetudine habilitatur.cap.dilecti.s.de arb.ergo a fortiori iudex, licet minor sit, poterit in causa appellationis habilitari,quia iurisdictionem habere reperitur: τ in habentibus symbolum facilior est transitus.l.an inutilis.§.acceptolatum.de accepti.l.si vnus.§.j.
3 de pact. Sed tamen saluando 3 gl.τ illud, quod doct.communiter dicunt, responderi potest negando quod non sit verum, quod iudex minor efficiatur maior ex eo duntaxat quod ad illum appellatio deferatur:quia regula illa, qui vult consequẽs, τc. non videtur habere locum,quando quis maior iudex efficeretur: vt Bart.in simili dicit in d.l.ij. de iurisd.omn.iud. quod
F sub illa regula non veniunt ea, que F maioris sunt iurisdictionis,quam illud,quod principaliter demandatur. Facit text.in l.fin.C.de necess.ser.here.instit. τ quod not. per illum text. dicit do. Abb.in c.prudentiam.in §.sexta.supra de offic. deleg. dum inquit quod sub illa regula non veniunt reseruata principi, quamuis commissio aliter effectum habere non possit. Et ideo licet appellatio deferatur ad minorem iudicem, non per hoc efficitur maior, licet aliter de causa appellationis cognoscere non possit: quia non apparet quod ista sit intensio consuetudinis. Unde potius quodam errore ad talem iudicem appellatio delata videtur,reputãdo illum maiorem, cum esset minor: quo casu consuetudo non valet,si errore inducta sit.l.quod non ratione.ff.de leg.τ isto casu gl.in d.c.ij.intelligitur.Secus ergo videtur, si probetur quod hoc factum sit ex certa scientia: quia
6 tunc valeret consuetudo, per supra dicta. ¶ † Circa diffinitionem appellationis Abb. refert diffinitionem Bart.τ dicit quod non bene euacuat naturam appellationis. Et illam etiam impugnant Ang. τ Imo. in rubr. ff.eod.quorum tamen rationibus respondet ibi Angel. de Areti. τ Preposi.noster Mediolanensis hic, τ viua voce retulimus. Sed transcribendo non insisto, quia superuacuum esset. Aliam diffinitionem Abb. hic tradit, quam dominus Preposi. reprehendit: quia Abbas presupponit quod appellatio suspendat sententiam. Nam imo, secundum eum, illam extinguit. l. j. in fine, ff. ad Turpillia.not.in c.pastoralis.§.preterea.supra de offic.delega. Sed in hoc non est vis:quia licet extingnat,hoc verum est, considerato presenti statu,vt j.videbimus. Sed propter futurum euentum in effectu sententia suspenditur. Et isto respectu Ab-
4 bas loquitur.Alia tamen ratione diffinitio 4 Abb.videtur mihi dubitabilis:quia in appellatione legitima restringitur:τ tamen idem videtur in qualibet appellatione,que suspẽdit,τ causam deuoluit ad superiorem,dummodo non sit manifeste friuo-
G la G: vt not.in capi.pastoralis.infra eodem.τ ij.quest.vj. in c.ad Romanam. τ presertim si iudex a quo, detulit appellationi: quia tunc ab eo tota iurisdictio adiudicatur, dato quod appellatio friuola sit.cap.cum appellationibus.eo.titu. in sexto. ergo non requiritur precise quod appellatio legitima sit, put Abb.dicit.Unde diffinitio Bart.magis satisfacit.Abb.etiam ponit diffinitionem extraiudicialis appellationis: τ sic colligitur quod duplex sit appellatio, iudicialis, τ extraiudicia-
lis

lis.Extraiudicialis tamen nō proprie dicit appellatio, sed pro
uocatio ad causam.c.cum sit Romana.j.eod.vbi Ant.de But.
5 τ Abb.inferunt ad statutum 5 quod loquitur in appellatione,
quod non habeat locum in appellatione extraiudiciali in ma
teria odiosa.Et idem Lap.in allegatione xxxix.an valeat ap
pellatio.ponit formam prouocationis ad causam,τ dicit quod
proprie non dicitur appellatio.Et ideo Abb.in c.fin. in primo
not.s.de sequestr.possess.τ fruc. dicit quod omnis appellatio est
prouocatio ad causam,sed non econtra: nam non omnis pro
uocatio ad causam,appellatio est: de quo videbimus in d.c. cū
sit Romana.j.eod.Et hec quo ad primam questionem domini
7 Abb. ¶ † Secundo principaliter queritur de effectu appella
tionis. Et breuiter Abb. concludit quod operatur duos effe
6 ctus, suspensiuum, τ deuolutiuum 6 : vt per eum hic.Et ex hoc
idem Abb.infert in c.ad reprimendam.s.de offi. ord. quod vbi
appellatio prohibetur, quo ad vtrunque effectum prohibita
intelligitur.Et quod dicitur hic,sententiam suspendit per ap
pellationem,procedit inspecto futuro euentu. Sed quo ad pre
D sentem statum sententia extinguitur D ,prout Abb. hic distin
guit. Et hoc modo contrarie opiniones ad concordiam redu
3 cuntur. Et fuit hec distinctio Bald.in rubr.C.eodem 3 .quam
Perus.τ Moder.hic sequuntur: τ idem Ant.de Butr.Imo.τ
Abb.in fi. in c.venientes.s.de iureiur.τ Bal. in l.tale pactum.
§.qui prouocauit.versi.ego dico.ff.de pact. vbi in simili allegāt
bonum text. in l.sed τ si quis.§.interdum.ff.de vsufruc. τ Imo.
in l.j.ff.de re iudic.cum concor.vt tradit ibi Alex. τ idem Alex.
in l.si causa cognita.C.de transact. Et predicta distinctio pro
cedit respectu sententie: sed quantum ad litis contestationem
illa indistincte non extinguitur, nec suspenditur per appella
tionem. Ita Bart.no.per illum tex.dicit in l.ita demum. vers.
deinde conclude. C.de proc.τ Abb.post Ant.de Butr.in c.ex
ceptionem. vers.item scias.s.de except. Bald.in l.per hanc. C.
de temp. appell. τ tradit Paul. de Cast.in consil. lxxiij. quod
in causa appellationis. Unde exceptiones dilatorie, que pro
hibentur opponi post litem contestatam, non possunt opponi
R in causa appellationis. d. l. ita demum. C. de procurat. R Ex
quo infertur ad notabilem questionem per Bar.in l.j. in princ.
in pen. questione. ff. de act. emp. Et aliam questionem tradit
Pau.de Cast.in d.consi.lxxiij.quem sequitur Alex. in l.si causa
cognita.circa fin.C.de transact.τ in consi.lxxij.in causa vertente
inter Petrum. lib.j. Et aliam questionem prosequitur idem
Alex.in consi.xxxiiij.consultus alias in causa principali. in iiij.
libro. Et ista cum similibus bene procedunt in causa appella
tionis, prout loquitur text. in d. l. ita demum. Secus esset in
2 restitutione in integrum impetrata contra sententiam: quia
tunc omnia 2 reponuntur in pristinum statum. glo. not. vbi
Bart.in l.fin. C.si aduer.rem iud. Item supra dicta locum ha
bent retento communi intellectu ad d. l. ita demum. videlicet
quod ibi non esset lis contestata in causa appellationis. Sed
alius fuit intellectus Fulg. ibi, quod imo in causa appellatio
nis lis contestata fuisset: vnde merito exceptiones dilatorie
excluduntur, sicut esset in causa principali. Et istum intelle
ctum tenet Rom. in l. si insulam.ff.de verbo. oblig. τ sequitur
Anton.de Alex. in d.l. ita demum.τ verior videtur in puncto
b iuris. Et sic erit dicendum b ꝙ etiam litis contestatio suspen
datur in causa appellationis,τ exceptiones dilatorie opposite
in causa principali poterunt opponi in causa appellationis,
AD dummodo in ipsa appellatione lis non sit contestata AD 7. Et
7 ita non derogatur in aliquo regulis iuris communis: quia re
gula,que ponitur in l.per hanc.C.de temp.appell.τ in cap.cum
Joannes. de fide instrum. generaliter habebit locum. Et ad
hoc facit, quia regulariter causa appellationis naturam cau
se principalis sequitur. l.j.in fi. vbi Ang.τ doc.ff. an cause app.
8 τ in authent.vt cum de appell.cogn.in princ.Et dum Abb.hic
subijcit quod inter alios effectus 8 suspensionis est,quia appel
latio tollit presumptionem sententie, vt dictum est: Inno.in c.
bone.de elec.probatur in c.cum ad sedem.de rest. spol.vt latius
per eum hic. quem alij posteriores omnes sequuntur. Sed hoc
tamen non procedit sine dubio: quia text.in c.in presentia. de
renunt. loquitur pendente appellatione, secundum glo. ibi: τ
probatur hoc ex ratione, que ibi ponitur, dum dicitur, quod
tanta est iudicialis authoritas, vt semper pro ipso iudice pre
sumi debeat,donec contra eum legitime probetur.Et ideo tex.
infert esse standum sententie, nisi aduersarius ostendat illam
esse irritandam: ergo videtur quod sola interpositio appella
tionis non tollat talem presumptionem, sed probatio expecte
8 tur. † Confirmatur hoc: nam pro iudice presumitur,propter
qualitatē eius:quia sunt literati cōmuniter,vel saltem prouidi
τ honesti:vt dicitur in c.in nostra.de procur.bonus tex.in c.nisi
essent. j. de preb.no.in c.sciscitatus.de rescrip.Et ex quo maior
est iudex, magis pro eo presumitur.l.j.ff.de off.pref.pret.Si er
go ex qualitate persone talis presumptio causatur, non debet
tolli ex appellatione simpliciter interposita. Et ad hoc vide
tur text.in c. bone. el j. de elect.vbi dicitur quod pro iudice pre
sumitur: τ text.tamen loquitur appellatione pendente. Facit
textus in c.fi. vbi Abb.post Joan. And.de sequest. pos. τ fruc.
N Et istam opin N. attentauit Imo.in d.c.in presentia. de renun
ciat.vbi etiam allegat textum in l.j.C.de offi.ciui.iud.ibi: quod
arbitramur.Et reperio quod Bal.expresse hoc tenet in c. cum
9 super.de re iudic.per illum textum. Non obstat text. 9 in c.cum
ad sedem. quia ibi constabat de contrario: ideo a tali presum
ptione receditur. Sic in c. in nostra. de proc. illa presumptio
9 non attenditur: quia contrarium probatum fuit. ¶ † Tertia
principalis est questio, quo iure appellatio inuenta sit. Abb.
concludit quod substantia appellationis sit de iure naturali,
O licet formalitas O a iure ciuili introducta sit: vt latius per eum
hic,quem posteriores sequuntur. Et eodem modo de exceptio
ne Abbas distinguit in rubr. s. de except. in ij.questione. Ab
solute tamen appellatio,defensio ciuilis dicitur,secundū Pet.
de Anch. in l.j. in princ.quem refert Ang. Aret. ibi in vltimo
no.ff.eod.Et hoc idem voluit Dom.in c.non solum.in ij.no.eo.
tit. in vj. dicens quod appellatio est defensio de iure positiuo.
Et idem Abb. in c. dilecti.de except.vbi inquit quod est quedā
defensio ciuilis: vt est exceptio prescriptionis, vel rei iudicate.
Et similiter dicit esse in appellatione. Et quod appellatio sit
P defensio P ciuilis, τ non naturalis, probatur duplici ratione.
Q Prima est, quia Q appellatio tollitur per pactum. l.fin.in fin.
C.de temp.appell. Defensio autem naturalis per pactum tol
li non potest: vt per glo.τ doct.in l.pactum.ff.de pactis.Facit
text.in clem.pastoralis.de re iud.Secunda est: nam appellatio
introducta est ad retractandum sententiam, l.j.in princ.ff.eod.
sed sententia est de iure ciuili, vt not.in l.Julianus. ff.de cond.
indeb. l. ex hoc iure. ff. de iust. τ iure. ergo appellatio videtur
esse de iure ciuili. Probatur ista consequentia in l. manumis
siones.ff.de iust.τ iure. Et isto modo arguendi vtitur Bart.in
d.l.ex hoc iure. circa fi.dum probat exceptionem esse de iure ci
uili:quia excludit actionē,que introducta est a iure ciuili.Tex
tus tamen in cle.past.arg.prestat,τ probare videtur ꝙ appella
tio absolute dicatur de iure naturali: nam ibi dicitur quod ci
tatio est de iure naturali:τ hoc non videtur alia ratione, nisi
quia ordinatur ad futuram defensionem: de se enim citatio nō
continet defensionem: ergo videtur idem in appellatione,que
directo respicit defensionem, dum ab illato grauamine recla
matur. Sed potest ad hoc responderi quod remota citatione
prout loquitur tex.in d.clem.pastoralis. magis precise tollitur
defensio: quia ille nō auditur:vnde merito citatio dicit esse de
iure naturali.d.clem.pastoralis.τ declarat Barto.in tracta.ad
reprimendum. in verbo,sine figura. Sed in appellatione non
est sic:quia licet tollatur appellatio,saltem in causa principali
defensio fieri potest.Unde quāuis appellatio prohibeatur,de
fensio non tollitur,sed modus defensionis limitatur,τ restrin
gitur ad causam appellationis. Et ideo Domi. in d.c.non so
lum. dicit quod apppellatio est forma defensionis. Et licet de
R fensio tolli non possit R, modus tñ defensionis potest variari:
vt dicit Ange.in l.si sic.de leg.j.τ ad hoc facit ꝙ statim inferius
10 dicam. † Ex predictis infertur quod princeps appellationem
S tollere S possit b: vt Abb.hic concludit,τ probatur in l.j.§.in
b terdum.ff.a quib.appel.non licet.debet tamen princeps hoc ex
primere:alias nūquam videtur tollere appellationem, nisi no
minatim dicat:vt not.Bald.in l.ij.versic.sed pone.C.eod. Non
obstat quod princeps nō possit tollere defensionem, cum sit de
iure natural:vt in d.clem. pastoralis. quia secundum Abbat.
10 hic,non tollit defensionem 10, quia non videtur competere,cū
presumatur pro principe,quia causa cognita processit. Hanc
responsionem pungit Fel.hic:quia attenta illa ratione genera
li, quod presumatur pro principe, dicendum esset quod omnis
actus principis contra ius naturale valeret: quod absurdum
videtur.Sed aduertendum est:quia Abb.cū ministerio loqui
tur, videlicet quando princeps causa cognita procedit: prout
habetur in d.l.si.de leg.per Bal.quē ipse adducit. Et adhibita
cause cognitione valeret actus principis contra ius naturale:
τ in hoc dictū Ab.videtur no. Unde ex dictis Ab. absolute nō
infertur ꝙ Fel.dicit.Preterea τ secūdo respōdetur ꝙ licet tol
latur appellatio, nō fit cōtra ius naturale,cū appellatio dica
tur defensio ciuilis,vt s.dictū fuit.Et istā differentiā inter na
turalem defensionē, τ ciuilē, tradit Bal.in l.cum mulier.ff.sol.
mat. Abb.in d.c.dilecti.doct.in d.c.non solum.Pet.de Ancb.τ
Ang. Aret.in d.l.j.in prin.ff.eod.facit ꝙ not. Bal.in c.a nobis.
11 in fin.s.de except. Tertio,ad arg.de naturali defensione 11 ali
ter respondit Ang.Aret.in l.j.§.interdum.ff.a qui. appell.non

licet. vbi inquit quod si remouetur appellatio per rescriptum principis, defensio non tollitur, nec appellatio, que nõ est in re-
r rum natura: sed potius impeditur, ne nascatur r, quod est facilius: argum. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. Sed ista solutio, que videtur subtilis, non satisfacit, quia non tollit difficultatem: cum vtroque modo, siue tollatur appellatio, siue impediatur, videtur sublata defensio: et licet tempore rescripti appellatio non sit in rerum natura, tamẽ remotio appellationis confertur in tempus habile, quando erit lata sentẽtia: et tunc remota videtur appellatio, que competeret: argum. l. quod sponse. C. de donatio. ante nup. cum si. Quarto circa hoc alia responsio colligitur per Alb. in l. vt vim. ff. de iust. et iu. et in l. omnes, qui. C. de epis. et cler. dum dicit quod defensio iudicialis tolli possit: licet secus sit in extraiudiciali. Sed hoc videtur contra tex. in d. clemen. pastoralis. que loquitur in defensione iudiciali: et tamen ibidem dicitur quod tolli non potest: quia est de iure naturali. Quinto secundum Barto. in l. defensionis facultas. C. de iure fisci. lib. x. defensio iuris non potest tolli, dicta clem. pastoralis. sed defensio facti bene tollitur. Ista differentia, quam Bart. facit, reprobatur per Mellum in ij. q. secundi temporis, in tra. bannitorum: et merito, quia eadem ratio videtur in vtraque defensione, et etiam defensio facti videtur esse magis naturalis, de qua loquitur text. in d. l. vt vim. et in l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil. in c. ij. de sent. excom. in clem. j. de homicid. cum sim. Sexto dicebat Bald. in l. iij. §. si is, pro quo. ff. quod quisque iur. quod in causa criminali defensio tolli non potest: secus in causa ciuili. Postremo respondetur
12 quod etiã naturalis defensio tolli potest ex causa [12]. Ita Angel. expresse dicit in l. si sic. ff. de leg. j. vbi allegat tex. in l. seruus. C. de his, qui ad eccle. confu. Et ita etiam respondet Mellus in loco s. allegato. Et ideo valet statutum, quod precise tollit defensionem, et facit quem immediate posse condemnari. Ita tz Gabri. de Obsoletis in tra. de fama. et sequitur Alb. in d. l. omnes, q. quia iura in pluribus casibus cõcedũt quem posse puniri, nulla data defensione. l. si de sic. in l. in adulterij. C. de adult. Et in l. sancimus. C. de fideiuss. Et idẽ dicit Alex. in l. cum mulier. ff. so-
11 mat. vbi tñ de predictis nihil dicit. ¶ † Quarto Abb. querit quod sit officium iudicis. Et primo concludit quod sufficit iudicem ad quem, simpliciter pronunciare bene vel male appel-
13 latum [13]. Et adeo generaliter hoc procedit, quod licet sententia absolutoria procedat, tamen satis erit pronũtiare iuste fuisse appellatum, vt intelligatur iniuste condemnatus: vt est glo. per illum text. in l. eas. in princ. in verbo, iniustam. C. eod. vbi Bart. et alij sequuntur. Et ista est communis opinio, vt patet ex concordantijs adductis per Alex. in l. in summa. ff. de re iudic. Et hoc latissime disputat Ang. Aret. in l. si expressim. ff. eo. et ibi finaliter concludit non esse recedendum a predicta communi opinione, pro qua ipse adducit: quia in appellatione incorporatus esse videtur libellus productus in causa principali: vt no. Bar. in l. j. C. de erro. cal. Et ideo si actor petijt reum in certa quantitate condemnari, et sit lata absolutoria, licet simpliciter dicatur bene appellatum, hoc sufficit: quia resultat condemnatio, habita relatione ad ipsum libellum. Et ideo reprehendit gl. in l. Offidius. ff. de leg. iij. que tenet quod si absolutoria sit sententia, non sufficit simpliciter in causa appellationis pronuntiare bene appellatum: sed iudex debet reum condemnare. Et idem videtur voluisse Barto. in l. cum apud. ff. iud. sol. et sequitur Perus. hic. Nam hoc non videtur necessarium, ratione supra dicta, quam ad maiorem declarationem fieri possit: sic etiam not. declarat, et concludit Abb. in c. cum causa. supra de re iud. Ubi tamen in versic. do tamen vnam limitationem. limitat hoc non procedere, quando parti nõ esset satisfactum: vt puta, si actor petijt rem sibi adiudicari, et reus contradicebat, et petijt se dominum declarari, et dominium probauit. Si enim iudex actori rem adiudicauit, cum deberet pro reo pronuntiare, tali casu non sufficit iudicem appellationis pronunciare bene appellatum, et sententiam reuocare: quia per hoc reus dominus non declaratur, prout petijt se declarari, et
12 de dominio probauit: quod notandum est. † Secundo Abb. hic concludit, iudicem appellationis, si opus fuerit, posse sentẽ-
u tiam reformare u c. Pro quo est tex. not. vbi Bartol. et Bald.
c idem dicunt per illum text. in l. Titianus. ff. quod cum eo. et illum tex. etiam ad hoc allegat Barto. in l. si expressim. ff. eodem. et idem Abb. per illum tex. in c. Raynutius. in no. versi. cum autem. infra, de testam. Ang. in l. eos. in prin. C. eodem. vbi allegat dictum c. Raynutius. et idem dicit Roma. in consil. cclxxxj. in re presenti. Et idem si per viam nullitatis causa ad superiorem
14 deferatur [14]: vt notat Bart. in l. si vt proponis. la j. C. quomodo, et quando iudex. cum concordan. vt prosequitur Alexan. in consi. lxxix. perspectis verbis. lib. ij. Et predicta conclusio pro-
15 cedit, nisi processus ineptus [15] fuisset: quia tunc non habet locum tex. in d. l. Titianus. vt dicit Bal. in l. ij. q. xiiij. C. de rescin. vend. et idem Abb. in c. dilecti. per illum tex. in vlt. not. infra, de empti et vendi. de quo etiam tradit Bald. in l. j. in vltima oppositio. C. de condictio. indebi. cum simillib. vt tradit Alexand. in d. consi. lxxix. in secundo libro. Et quod dictum est de iudice appellationis, habet etiam locum in iudice ad quem recurritur, vt laudum latum ipse reformare possit, secundum Abbat. hic:
x quia petitio reductionis est quedam species appellationis x l. non distinguemus. §. cum quidam. in fine, ff. de arbitris. Et ad hoc facit, quia talis iudex etiam de nullitate laudi cognoscit. Bald. in c. dilecto. in fine, infra eod. vbi Anto. de Butr. et Abb. idem dicunt. Ratio tamen, quam Abb. hic adducit, equiparã-
r do reductionem appellationi, non videtur vera r: quia talis equiparatio non videtur procedere: quia in pluribus differunt: vt probat, et tradit Lanfranc. Brix. in suo tractatu de arbit. in vltima parte, xxij. q. facit text. in c. de appellat. infra eod. iuncta l. vnde si Nerue. ff. pro soc. Considerandum tamen est, quod ad hoc vt tollatur argumentum a simili, non sufficit dare similitudinẽ simpliciter, sed requiritur dissimilitudo eo respectu, de quo agitur: vt declarat Abb. in cap. translato. de const. et in
13 cap. quemadmodum. de iureiur. ¶ † Quinto queritur, si deficit iudex appellationis, ad quem appellandum sit. Et breuiter secundum Abb. prima conclusio est, quod si desit iudex appellationis, propter qualitatem primi iudicantis, qui superiorem non habet, vt in principe, tunc appellari non potest. l. j. in prin. ff. a quibus appell. non licet. Et hac ratione dicit Bald. in l. fin. in princ. C. communia de leg. quod a sententia sortis non ap-
16 pellatur, quia superiorem non habet [16]. Quod est notandum
z ad questiones, que dirimuntur sorte z. Sed in contrarium videtur dictum Host. in c. cum Joannes. de fide instrum. quod ibi refert, et sequitur Abb. in gl. iij. vbi inquit quod deficiente superiore, ad Papam poterit appellari. Et idem Abb. sequitur in c. si duobus. in §. denique. in v. nota. infra eo. et in c. j. s. de prob. cum concord. vt ibi dixi. Opinio tamen Abb. in appellatione, prout loquitur hic, verior videtur, quam tenet gl. in cap. quoniam. x. dist. et Card. in c. nouit. s. de iud. vbi expresse dicit, de Imperatore non posse appellari ad Papam. Et ad hoc facit textus in d. c. nouit. vbi Papa protestatur quod non velit perturbare iurisdictionem regis Francie, sed tantum ratione peccati se intromittit. Et ad idem textus in c. per venerabilem. qui filij sint leg. et xcvj. dist. in c. cum ad verum. in c. si duobus. in §. denique. j. eod. Dictum Host. saluari potest, quando iniusti-
17 tia esset notoria [17], prout etiam Abb. hic fatetur, et tradit Are. in c. j. de prob. vel causa esset ardua, et dubia: arg. c. per venerabilem. j. qui filij sint legitimi. Secundo in hac quinta questione Abb. concludit quod si superior reperitur, sed in loco non sit
18 deputatus specialis [18] iudex appellationis, vt contingit, quando ciuitas elegit sibi Potestatem, et non prouidet de iudice appellationis: nam tunc appellabitur ad ipsum superiorem, qui Potestatem eligit. Allegat Bart. in quibusdam locis, vt per eum hic. et idem Bart. in l. ij. ff. ad muni. vbi infert in ver. et per hoc dixi, quod a Potestate appellari potest ad priores ciuitatis, arg. l. vbi absunt. ff. de tuto. et curato. vbi recurritur ad decuriones ciuitatis deficiente ordinario magistratu. Et hoc idem sequitur Bald. in auth. habita. versic. sed dubitatur. C. ne fil. pro patre. et in l. ij. ver. sed nunquid. C. quando fil. vel prima. Sed predictam illationem reprobat Roma. in cons. ccccci. vt declarationem. circa fi. vbi inquit quod dictum Bart. de prioribus nostri temporis non probatur iure: nam text. in d. l. vbi absunt. qui principaliter allegatur, loquitur in decurionibus, qui habent potestatem sicut totum consilium: vt per glos. in l. nulli. ff. quodcuiusque vniuersita. nom. Facit text. in l. pupillus. §. decuriones. ff. de verb. signifi. sed priores nostri temporis habent limitatam potestatem, quam egredi nõ licet: vnde similitudo non videtur bona. Confirmatur hoc: nam magistratus nostri temporis nullam habent iurisdictionem, nisi quatenus per statuta eis conceditur: vt dicit Jac. Bu. et Bald. sequitur in authenti. cassa. C. de sacrosanc. eccle. Sed tamen pro defensione Bart. considerandum est quod dictum suum intelligitur de vniuersitate habente iurisdictionem: alias secus: quia si vniuersitas non haberet iurisdictionẽ, multo minus illa competeret prioribus. Ita not. declarat Bald. in l. j. in xix. quest. ff. de officio consul. et non sufficit habere simpliciter iurisdictionem, imo requiritur merum et mistum imperium: vt Rom. tradit in rubri. de arbitr. Facit ad hoc, quod no. Bartol. in l. j. §. solent. ff. quando app. sit. vbi probat, appellationem esse misti imperij: et ideo non potest interponi apud defensorem ciuitatis, secundum eum. Sequitur Bald. in l. eos. in princip. C. eod. tit. et Ang. Aret. in rubr. ff. eod. tit. in fin. Sic ergo dictum Bart. intelligi

telligi debet de prioribus,qui ipsum elegerūt,prout ipse loqui-
tur in l.j.§.si quis.versi.quero tamen.ff.eo.dum dicit ꝙ deficiē-
te iudice appellationis ipse populus,vel ordo, qui ipsum offi-
cialem fecit,habebit cognoscere. Vel intelligitur dictum Bar.
de prioribus alias habentibus iurisdictionem vniuersalē, pro-
ut Bald.etiam expresse dicit in c.j.versi.ad hec.versi.pone, capi
taneus.de pace iur.firman.Et si non essent priores tales, appel
landum esset ad consilium generale. Et breuiter conclusio est,
ꝙ ad proximum superiorem recurratur.c.si is,cui.de offi. dele.
In vj.⁊ prosequitur Roma.in consi.prealleg.in fin.vbi allegat re
gulam,quam ponit Inno.in c.licet ex suscepto.de foro compet.
ꝙ deficiente rectore in aliquo municipio, ad proximum supe-
riorem iurisdictio deuoluitur,Facit ꝙ not.Bart.in l.si vacan-
14 tia.C.de bon.vac.lib.x.¶ †Sexto queritur,secundum Abb.hic
ad quem sit appellandū a rectore alicuius collegij, vel vniuer
sitatis.Et conclusio est,ꝙ ad rectorem ordinarium ciuitatis ap
pellatur.cui collegia subijciuntur:vt not.Bart. in l.j.§. si quis.
versi.quero an in aliqua ciuitate.ff.eod.Facit dictum Inno. in
c.dilecta.j.de exces.prelat.⁊ latius prosequitur Abb.hic. Et dū
infert ad rectorem scholarium,⁊ vltimo concludit,ꝙ in vniuer
sitate,in qua pro maiori parte sunt laici,si rector clericus iudi-
cet contra laicum,appellandum sit ad superiorem laicum,quia
qualitas clericatus,que in rectore reperitur,isto casu nō est ne-
cessaria,quia iudicat,vt laicus,merito ad superiorem laicū re
curritur:sicut in episcopo iudicante in causa feudi,ad superio-
rem feudi appellatur.c.Romana.§.debet.cum glo.eod.titu. in
vj.Ubi Do.in fi.⁊ not.Bart.in d.l.j.§.si quis.in fi.⁊ in l. si quan-
do.C.eo.titu.Facit quod not. Bald.in authen. si quis litigan-
tium.in vlt.not.C.de episcop.aud.vbi inquit,quod ab episcopo
delegato iudicis secularis ad delegantem laicum appellatur,⁊
non ad superiorem episcopi. Pro quo est glos.xxiij.q. viij.in c.
sepe.in verbo,supplicijs.Et hoc idem,ꝙ dictum est de rectore,
latius tradit d.Abb.in dispu.que incipit, Sandulphus cleri-
cus.in ij.dubio.versicu.iiij.⁊ vltimo,⁊ sequuntur Moder. om-
19 nes hic.Ista conclusio dubitabilis[19] videtur: quia in appella-
tione conqueritur de sententia,⁊ de ipso iudicante l.j.in princi.
ff.eo.⁊ ideo appellandum est ad superiorem eius,qui iudicauit.
ca.Romana.§.debet.eod.titu.in vj. Et cum rector sit clericus,
ad ecclesiasticum superiorem eius appellandū erit, ⁊ qualitas
litigantium non attenditur.Ad hoc bene facit,quod not. Bar
to.in l.ij.C.vbi ⁊ apud quem.vbi in fine cōcludit quod in recur-
su,qui petitur aduersus sententiam, conqueror de ipsa senten-
tia,que me ledit,⁊ ideo ad superiorem eius, qui iudicauit, re-
currendum est:⁊ qualitas partium non consideratur. Et hoc
dictum communiter tenetur.Bald.ibi sequitur Abb.in c.cum
dilectus.de arbi.Roma.in consil.xxv.in casu proposito.Nō ob-
stat quod no.in d.§.debet.in d.c.Romana.quia loquitur in cau
sa feudi,in qua clericus etiam laicum superiorem recognoscit.
c.ex transmissa.de foro compet.c.solite.de maiori.⁊ obed.Et do
minus feudi iurisdictione sua fraudari non debet:⁊ hoc tolera
tur in fauorem ecclesie. Quia si ecclesiasticus laicum non reco-
gnosceret in superiorem ratione feudi, retraherentur secula-
1 ¶Appellans potest sibi terminum restringere, licet habeat annum ad prosequendam appellationem.

2 Iudex potest appellanti prefigere terminum competentẽ ad prosequendam appellationem.3.

4 Appellatio censetur remota, si sit remota contradictio.

5 Terminus, qui statui potest appellanti, est duplex: est enim terminus ad prosequendum, & terminus ad se presentandum.7.

6 Appellatio dicitur deserta per lapsum termini hominis, sicut per lapsum termini iuris.

8 Terminus si statutus sit appellanti a iudice, ad prosequendũ appellationem, an sufficiat iter arripere, vel aliquo modo prosequi.9.10.

11 Terminus ad finiendam appellationem, an possit prefigi appellanti per iudicem a quo.

12 Terminus si prefigitur appellanti a iudice ad petendum apostolos, si non comparet in termino assignato, appellatio est deserta.

13 Iudex a quo sicut potest terminũ appellanti assignare, ita potest terminum a se assignatum prorogare.

14 Appellatio licet sit deserta per lapsũ termini prefixi ab homine, potest tamen appellãs prosequi appellationẽ in casu, vt hic.



1 Personas. ¶†Primo nota, ꝙ licet appellanti de iure detur annus ad prosequẽdũ appellationẽ: vt c. prox. §.e.in cle.sicut.e.tit.potest tamẽ appellãs terminũ sibi restringere: vt hic, & in c.oblate.§.e. cũ si. & hoc modo pars se per indirectũ ab appellatione excludere potest. Et cũ appellatione defensio sit c.suggestũ.§.e.infertur, secundũ Bal.hic, ꝙ poterit quis sibi terminum prefigere ad faciẽdũ defensiones, ita ꝙ post terminũ a defensione excludatur.& Mod.hic sequũtur. Sed aduertẽdum est, q2 in appellatione, prout tex.loquitur hic, hoc nõ est mirũ: q2 etiã immediate quis põt appellationi renũciare l.si.in fi.C.de tẽ. ap. q2 appellatio est defensio ciuilis, vt dictũ fuit §.in rub.in alijs vero defensionibus, quibus quis renũtiare nõ põt, ex illo tex. non bene infert ꝙ Bal.dicit. Dictũ tamẽ eius videt not.& verũ ꝓpter aliã rationẽ, quã ipse adducit: q2 ista nõ est nuda renũtiatio sed vestita per negligẽtiã eius, qui se nõ defendit: & tacita est renũciatio, que ex dispositiõe iuris insurgit, cũ qua negligẽtia
A partis cõcurrit: vnde magis nocet, & preiudicat, quã expresse A Sl.Bar.& doc.in l.j.per illũ tex.C.qui admit.& no.Bald.in l.iij. in not.C.de iur.& fac.ign.cũ si.vt dixi in d.l.j.facit tex.in l. aduersus.C.de vsuca.iũcta l.preses.C.de trãsac.& in c.de quarta. & in c.
2 veniẽs.de prescri.iũcto c.ij.de dona. ¶†Secũdo nota, ꝙ si appellãs nõ prefixit sibi terminũ, potest iudex cõpetẽtẽ illi cõstituere: & sic videt ꝙ talis potestas tribuatur iudici in subsidiũ, & parti prius cõpetat. Facit tex.in d.c.oblate. vbi dicit ꝙ nõ solũ parti, sed et iudici hoc cõceditur. Et secũdũ Abb. hic, istud est in facultate iudicis: & iudex ad hoc nõ necessitat, per tex.in c.ad hec.el iij.§.e.ibi, fas tibi sit. loquitur tñ ille tex. nõ de prefixione termini, sed respectu appellatiõis simpliciter, vt patet ibi: appellationẽ interpositã ꝓsequatur. ꝙ Ab.dicit, melius ꝓbat in d.c.oblate.vbi dicit ꝙ terminus restringi põt a iudice: ergo iu
3 dex nõ tenet l.nõ qcquid.ff.de iu. ¶Tertio† no.ꝙ potestas data parti, vel iudici, vt possint restringere, & moderari tẽpus statutũ a iure ad prosequẽdũ appellationẽ, intelligit de moderatiõe cõgrua & cõpetẽti, s3 locorũ distãtiã, & personarũ, & negotij qualitatẽ: vt dicit in c.prox.§.e.& in c.j.§.post hoc.e.titu.in vj. fa
4 cit tex.in l.si cui.ff.de seruil.ti.generali. ¶†Quarto not. ibi: sine
B contradictione. ꝙ remota contradictione B, remota videtur appellatio. Ita ꝓbatur hic, iuncto fine secũdũ Fnt.& Imo. Et hoc licet verũ sit in se, absolute tamẽ nõ infertur per istũ tex. q precise loquit, dũ dicit, sine cõtradictione aliqua. verbum enim

aliqua, verificatur in qualibet minima cõtradictione: iuxta gl.
in cle. j. de fo. compe. Et ꝙ dictum est de contradictione, idez est
si querela remota sit, vt tollatur appellatio, secundum Bald. in
l. j. §. j. ver. sed an remota. ff. de offi. prefec. pret. Secus tamen cõ
5 tra: vt not. Abb. in c. querelam. in glo. j. š. de procu. ¶ † Quinto
nota secundum Abb. hic, duplicẽ terminum, qui appellanti cõ
stitui potest: nam quandoque statuitur ad prosequendum, quã
doque ad presentandum: vt per eum hic. De termino tamẽ ad
prosequendũ necessario hic non colligitur, quia primo simplici
ter dicit de termino prefixo appellationi: & videtur ꝙ esset ter-
minus prefixus ad se presentandum, ex quo datur potestas iu-
dici, vt ipse terminum restringat: & ꝙ assignet conuenientẽ ter
minum ad se presentandum. Consonat enim ꝙ ita etiam fuis-
set statutum ab ipso appellante: cum in eodem casu videatur
loqui [illegible]ice. Nec obst. tex. in fi. dum dicit: nec ad diem appel-
tionis fuerit prosecutus: quia etiam non presentando se, dici-
tur non prosequi. c. cũ causa. š. ti. prox. & de his in gl. videbimus.
6 ¶ † Sexto, & vltimo no. ꝙ sicut deserta appellatio intelligitur
per lapsum termini iuris, vt in c. proxi. j. e. in cle. si appellationẽ
eo. ti. ita etiam per lapsum termini hominis: qua secũdũ Abb.
hic, terminus hominis succedit in locũ termini iuris: vt not. in
c. ex ratione. j. e. Sed ista ratio prima facie non videtur bene p-
cedere: quia terminus iuris ad prosequendum & diffiniendum
appellationem, constituitur. cle. sicut. e. tit. Terminus vero ab
homine, ad diffiniendum appellationem, constitui non põt. ca.
ex insinuatiõe. j. e. Et si ab homine prefigatur terminus ad iter
arripiendum, vel ad se presentandum, per lapsum huius termi
ni non videretur deserta appellatio: quia in hoc terminus iu-
ris nõ reperitur, cui terminus hominis adequetur. Et ideo nõ
videtur ꝙ ratione surrogationis desertio appellationis indu
catur. Sed tamen responderi potest, ꝙ licet terminus iuris sta
tuatur ad prosequendum, & finiendum appellationem d. cle. si-
cut. respectu tamen appellantis sola prosecutio consideratur:
cum non sit in potestate partis causam appellationis finire: et
respectu appellantis negligentia consideratur in termino iu-
ris: que negligentiã etiam in termino hominis considerari po
test. Et isto respectu surrogatio facta intelligitur, vt per lapsuz
termini hominis appellatio deserta videatur. Et hoc melius,
tamen probatur per istum tex. hic, ibi: ex tunc sententie tue &c.
Et tenet hoc In. & Abb. inferius post alios hic: & idem Fed. in
consi. xxviij. pũctus questionis. vbi allegat istũ tex. & tex. in c. li-
cet. de sen. exc. in vj. quẽ etiã Abb. adducit: vbi in hoc terminus
hominis, & terminus iuris equiparantur. Et pro ista conclusio
ne facit: quia terminus iuris restringi potest ab homine vt hic,
& c. oblate. j. e. ergo debet restringi cum illa qualitate, & virtute,
quã haberet terminus iuris nõ restrictus: quo elapso deserta
appellatio intelligitur. Et hoc idem probatur in l. preses. vbi
Bal. post Pe. hoc declarat. C. e. Et hoc pcedit nõ solũ in appel
latiõe a diffinitiua, sed etiã ab interlocutoria: vt pbatur hic: et
in c. sepe. j. e. Et idẽ est in appel. extraiudiciali: vt no. in cle. sicut
e. ti. & videbimus in c. bone. j. e. Similiter ampliatur ista conclu
sio, etiã si secũda appella. interposita fuisset: nã nõ prosequendo
primã cadit a cã, vt hic: & in c. cũ sit. j. e. & sic eo ipso fuit ius que-
situm appellato, ꝙ per secundã ab eo auferri põt. c. ab eo. de ele.
in vj. Ita Rot. cõcludit in deci. xxiij. appellatũ est. in antiquio
ribus. Sed tñ cõsiderandũ est: quia nõ videtur ius quesitũ ap-
pellato, ex quo secunda appellatio interposita fuit, ante, quam
prima appellatio deserta esset, per ea, que infra dicã de proro-
gatione termini prefixi a iudice. Dictũ tamen Rot. verũ in se
videtur, tenendo ꝙ secũda appellatio fieri non possit: vt Bar.
concludit in l. cũ procurator. §. si dominus. de ope. no. nun. cum
concor. vt Alex. ibi prosequitur: & tenet Car. in cle. ij. ver. veruz.
in fi. e. tit. & late tradit Ro. in consi. xij. in presenti cõsultatione,
ꝙ maxime procedit, si prime appellationi delatum sit a iudice,
ante, quã secunda interponatur: vt no. Bal. in l. eos. §. apposto-
los. ver. quero nunquid. C. e. Cuius dictũ pro nota. refert, & se-
quitur Ang. Aret. in l. j. §. libelli. in fi. ff. e. & Barth. Veronensis
cautela. cxciiij. vbi quis potest. Et de hoc videbimꝰ in c. dilecto.
j. eod. Et retenta dicta conclusione, ꝙ per lapsum termini ho-
minis deserta sit appellatio: hoc primo limitatur, nisi aliud col
ligatur ex modo, & forma termini prefixi: puta si dicatur, quod
post terminum appellatus prosequi appellationem possit: non
obstante negligentia appellantis: vt tradit Do. per illum te-
xtum in capitulo j. §. j. de elect. in vj. Et ad hoc facit quod not.
Bald. in l. ij. in principio, in ij. not. per illum textum. C. de temp.
app. de quo dicam in capitulo. ex ratione. j. eo. Secundo fallit
vt per Bald. in l. preses. versiculo, pone, iudex. C. eo. Cuius di-
ctum pro singulari tradit Ro. in notab. clxv. hoc nesciunt Le-
giste, de quo latius statim videbimus in quarto casu, qui consi-
deratur per Abb. hic. Tertio conclusio predicta non habet lo

cum in beneficialibus, in quibus nec etiam per lapsum termini
iuris deserta est appellatio, cum alia pena imponatur. capit. j.
§. j. & quod ibi Dom. de elect. in vj. per illum textum. hoc voluit
Lap. & sequitur Imo. in cle. j. circa fi. eod. titu. Sed aduerten-
dum est, quia idem esset in termino hominis, & in termino iu-
ris, in qualibet alia materia non beneficiali, quando terminus
sub illa forma constitueretur, per ea, que supra in prima limita
tione dicta sunt: vnde data paritate terminorum nulla vide-
tur specialitas in beneficialibus. Et dato quod etiam in benefi
cialibus terminus constitutus a lege per iudicem alterari pos
sit: de quo videbimus in capitu. proxi. j. eod. not. Lap. Petr. de
Ancha. Car. & Imo. in cle. j. in fi. eod. titu. habemus considera-
re duos casus. Primus est, quando a iudice terminus prefigi-
tur aliter, quam de iure communi constitutum sit: & videtur de
serta appellatio, per illum textum, cum simillib. Et hoc tenent
Lap. & Imol. in d. clemen. j. eod. titu. qui isto casu bene loquun-
tur. Secundus casus est, quando iudex constitueret terminum
secundum dispositionem iuris puta terminum mensis ad iter
arripiendum, prout dicitur in d. cap. j. de elect. in vj. & tali casu
non videtur deserta appellatio: vt tenet Petr. de Ancha. in d.
cle. j. circa fin. quia terminus iudicis recipit intellectum a iure
communi l. miles. §. decem. ff. de re iud. & sic videtur terminus
prefixus, secundum quod dicitur in d. cle. j. de elec. Aliter tamẽ
dicit Car. in d. cle. j. in fi. quod quanuis idem terminus assigne
tur a iudice, appellatio deserta videtur: quia mitius agitur cũ
lege, quam cum homine l. Celsus. ff. de arb. & sequitur Peru. in
ca. proximo. j. eod. circa finem. Sed in isto casu verior videtur
opi. Pet. de Ancha. quia cum iudex terminum iuris imitetur
prefixio termini facta intelligitur secundum dispositionem iu
ris. arg. cap. cum dilectus. de consue. & suppletur quod deest, se-
cundum quod dicitur in d. cle. j. de elect. arg. l. iiij. §. si quis con-
demnatus. ff. de re iud. Et quia terminus iuris reputatur: sicut
de statuto habetur per glos. in c. j. de const. in vj. Et quia expri-
mitur ꝙ tacite inest: quo casu expressio nihil operatur l. iij. de
legat. j. Et videtur iudex potius admonere, quam de se aliquid
statuere l. muto. §. sub conditione. ff. de tute. Non obst. text. in d.
l. Celsus. quia loquitur in arbitro. Secus est in iudice, in quo
terminus legalis esse reputatur: vt not. Bartol. in l. si ar roga-
tor. in fi. ff. de adopt. & in d. l. iij. de lega. j. cum concor. vt in simili
questione prosequitur ibi Alexand. preterea in d. l. Celsus. tem
pus legale non exprimitur, prout fit in nostra questione. Et ita
ad illum textum respondet Cyn. in d. l. si arrogator. Ange. in l.
si insulam. de verbo. oblig. Et in simili questione tradunt Bal.
& alij, quos refert, & sequitur Alexand. in d. l. iij. de lega. j. ¶ Ex-
peditis notab. opponitur de superfluitate: quia tex. in secundo
dicto videtur repetere, quod fuit dictum in primo. Abb. respõ-
det quod in tribus differt primum dictum a secundo. In pri-
mo enim loquitur de termino ad se presentanduz. In secundo
de termino ad prosequendum. Sed ista differentia tollitur ex
his, que dixi supra in v. no. Secundo differt: quia primo de ter-
mino incompetenti loquitur per iudicem restricto: secundo de
termino competenti. Et ista bene procedit. Incidenter tamen
hoc colligitur: quia intentio decretalis principaliter non ten-
dit ad hoc. Tertio differt: quia in primo loquitur de appella-
tione ante sententiam: in secundo post sententiam. Et ista vide
tur principalis differentia, que hic consideratur. Sed tamen
etiam dici potest quod vtroque casu loquitur post sententiam:
quia illa verba, iudicio tuo, sepe pro sententia ponuntur l. epi-
scopale. & authen. si quis. C. de episcop. aud. in capitulo, in cau-
sis. de re iudic. Et hoc consonat, quia ex quo diuersificat casum
respectu termini competentis, et incompetentis, in alijs vide-
tur procedere retento eodem themate. Non tamen recedendũ
est a predicta differẽtia, pro qua facit, quia in ista materia, quã-
do loquitur textus ante sententiam, isto modo loquendi vtitur
videlicet, iudicio. &c. vt probatur in capitulo, cum sit. versiculo,
si autem ante sententiam. j. eod. ¶ In glo. j. Abb. concludit ꝙ
appellatus terminuz appellanti prefigere non possit. quod vo
luit Spe. eod. titu. §. qualiter. versi. hoc autem. Oldr. consi. lx. est
tempus. & Rot. xxx. deci. appellatus. in nouis. & sequitur Imol.
7 in cap. oblate. j. eo. Do. in cap. j. §. post. eo. titu. in vj. ¶ † In glos.
ij. Abbas prosequitur materiam decretalis, & in effectu conside
rat quinque casus, quibus varijs modis a iudice prefigitur.
Primus est in termino constituto ad iter arripiendum: quo
casu satisfactum termino videtur, si appellans intra terminuz
iter arripuit: vt Abb. hic concludit, per text. in cap. j. in princi.
de elect. in vj. & Do. ibi hoc tenet in versi. sed si pars. in prin. per
illum textum dicens ꝙ terminus datus ad iter arripiendum,
non arctat ad se presentandum, per illum tex. ibi: datur alia di
latio ad se presentandum. & sequitur Imo. in c. ex insinuatione.
j. e. Peru. & Mod. hic. Sed tamen ille tex. nõ multũ facit, imo
potius

potius contrariũ probare videtur, dũ presupponit partes debere se presentare intra terminum datum ad iterarripiendũ: ⁊ illa pars, que nõ venit, expectatur per viginti dies: ergo datur intelligi ꝙ terminus datus ad iter arripiendũ, intelligatur etiã ad se presentandum: vel saltẽ illud clarũ est, ꝙ ille terminus viginti dierũ nõ datur ad se presentandũ, prout doc. dicũt, sed ad aliũ effectũ, vt puniatur contumacia, ⁊ postea procedatur contra absentẽ. Et in hoc nõ bene ponderatur per doc. hic. Cõclusio tamen vera videtur, attenta forma verborum: ⁊ probatur in c. cupientes. in princ. de elec. in vj. vbi post terminũ datũ ad iter arripiendũ, datur alius terminus ad se presentandũ, nisi respõdeatur vt supra dixi ad tex. in d. c. j. de elec. in vj. nã predicta iura
8 eodem modo loquuntur. † Secundus casus in termino prefixo ad prosequendum appellationẽ in quo Abb. concludit ꝙ sufficit iter arripere, vel aliquo alio modo prosequi. c. cum causa. s. ti. prox. ⁊ ita se habet cõis opi. quam Spe. tenet. e. ti. §. nũc breuiter. ver. item quid si pars. ⁊ sequitur Rot. e. tit. in deci. xiij. item si iudex. in nouis. ⁊ idem Rota in antiquis. e. tit. in dec. xl. nota si iudex in partibus. ⁊ xlviij. nota si certus terminus. ⁊ in decis. 50. nũquid intra terminũ. in antiq. ⁊ idẽ reperitur in xvj. deci. ⁊ xx. in antiquioribus. quas Ber. de Bisig. colligit. In quibus omnibus precipue adducitur tex. in d. c. cũ causa. de re iud. vbi etiam Abb. sequitur ⁊ But. in c. ex insinuatione. j. eo. Ioan. And. tamen in addi. Spe. in d. §. nũc breuiter. tenet ꝙ termino constituto ad prosequendum appellationem, non sufficiat iter arripere: quia plus importat: ideo requiritur ꝙ vlterius aliqd faciat, videlicet se presentet, ⁊ libellum producat. Et istã opi. veriorem dicit Imo. in d. c. ex insinuatione. licet prima cõmunis sit, ⁊ in practica preualet. Peru. tamen dicit hic, ꝙ etiaꝫ verior est communis opi. per text. in d. c. cum causa. Sed potest respõderi vt Oldr. dicit in d. consi. lx. s. allega. ꝙ in d. c. cum causa. nõ dicitur, ꝙ sufficiat iter arripere, licet enim arripiendo iter, prosequi dicatur, nõ tamen in sola arreptione itineris prosecutio appellationis verificatur. Et vlterius considerandũ est quod tex. in d. c. cum causa. loquitur negatiue dum inquit, quoniã intra terminum ad eam prosequendum, prefixum iter non arripueras. Unde fateor ꝙ ille, qui non arripit iter, non dicitur prosequi, prout tex. ibi dicit. Et ista negatiua vera est. Sed per hoc non sequitur, ꝙ iter arripiendo dicatur prosequi: nam prosecutio videtur habere causam successiuam, ⁊ plures actus respicere. c. ex insinuatione. j. e. Unde licet ille, qui arripit iter, dicatur prosequi, non sufficit vnum actum prosecutionis facere, sed successiue requiritur ꝙ non desistat: nam statim ꝙ desistit, dicitur non prosequi. l. eos. §. j. C. eo. c. si duo. de procu. in vj. ⁊ est tex. in §. omnem. ver. si vero propositis. in auth. de liti. Et Ang. ibi expsse dicit ꝙ non dicitur prosecutus causam, qui solum venit ad iudicem. Unde infert, ⁊ dicit not. esse pro questione statuti dicẽtis ꝙ appellans intra vigintidies causam appellationis prosequi teneatur. Nã non dicitur prosequi solum veniendo ad iudicium, sed opus est ꝙ faciat citationem, ⁊ ad vlteriora procedat vt probatur in d. §. omnẽ. ver. si vero. vbi dicitur, nisi fuerit causam prosecutus intra annum, iudex eo absente poterit in causa procedere. in ver. si vero intra. postmodum dicitur ꝙ non sufficit ꝙ veniat ad iudicium, ⁊ desistat. Et sic non dicitur prosequi quando quis comparet, ⁊ ad vlteriora non procedit. Et not. etiã Ang. in auth. de iud. §. audient. Ergo in proposito si arripuit iter, ⁊ desistat, non videtur prosecutus appellationem. Et hoc etiam expresse probatur in cle. sicut, eo. tit. vbi datur annus de iure ad prosequendũ appellationem. Et clarum est ꝙ non sufficeret iter arripere intra illum terminum: ergo idem videtur in termino hominis, qui in locum termini iuris surrogatur, vt
C supra dictum est. Ex quibus omnibus verior videtur opi. C Io. And. in puncto iuris. Communis opi. posset procedere, quando appellans intra terminum faceret plures actus prosecutionis, ⁊ non desisteret. Secus si postea desistit, per supra dicta. Et hoc colligi videtur in xvj. causa, in dubijs Rote, in dubio xxxvij. Uel communis opi. haberet locum, quando ex modo, ⁊ qualitate termini prefixi colligeretur, quod terminus prosequendi verisimiliter solam arreptionem itineris respiceret: puta si esset terminus adeo breuis quod propter loci distantiam nõ posset quis se presentare. Ad hoc facit quod docto. hic communiter ecõtra dicunt, ꝙ si in curia Romana sit terminus prefixus ad prosequendum, non sufficit tunc iter arripere: quia verisimile est quod iudex non cogitauerit de sola arreptione itineris, ex quo iudex appellationis in loco reperitur: vt tradit Ab. hic But. ⁊ Imo. in d. c. ex insinuatione. Rot. decis. xxv. in nouis. et
9 xxxviij. in antiquis. † Tertius casus est, quando terminus statuitur ad se presentandum iudici appellationis: ⁊ tunc non sufficit iter arripere, sed debet se presentare, ⁊ corporaliter exhibere, iuxta glos. in cle. dudum. in versic. presentandi. de sepul. de quo videbimus in capit. cum parati. j. eod. Et si non potest, protestetur in valuis palatij: vt per Abb. hic. ⁊ idem Rota decisio. xlviij. in antiq. ⁊ xx. in antiquioribus. ⁊ tradit Imo. in d. capitulo, ex insinuatione. Et sufficit presentare se coram auditore contradictarum: vt tenet Feder. in consi. cviij. punctus questionis habet enim ordinariam iurisdictionem: vt per glos. in clemen. auditor. de rescript. no. Spec. ⁊ Hostien. in titu. de offic. ordi. in princip. Et hoc intelligitur in his, in quibus talis auditor cognoscit sine speciali commissione: de quibus per Rotã in decisio. xlij. item si a iudice. in nouis. Secus est in casibus, in quibus sine speciali commissione cognoscere non potest, quia tunc non sufficit comparere coram dicto auditore: vt Rot. tradit decis. xvij. nunquid autem. in antiquiorib. ⁊ in xx. deci. si certus. in fin. in eisdem antiquioribus. ⁊ 50. deci. nunquid. in antiquis. ⁊ not. Anto. de Butr. ⁊ Imo. in d. capitulo, ex insinuatione. j. eodem. Peru. ⁊ Moder. hic. Et in tali termino ad se presentandum sufficit etiam comparere per procuratorem, iuxta regulam, que ponitur in l. fina. C. de procu. vt probatur in capitu. penulti. de iur. calum. in capitulo, quanuis. §. si autem. de offic. ord. in vj. et in capitulo. j. in princ. de elect. in vj. quod declaratur per glos. ibi. in versi. per se. que allegat text. in capitulo, cupientes. §. j. eo. titu. ⁊ lib. Et casu quo iudex velit, et dicat expresse appellanteꝫ debere personaliter comparere, requiritur quod causa exprimatur: vt Bald. not. dicit in l. j. §. vsus. ff. de procur. Et dum in isto quarto casu Abb. subijcit, quod si appellatus instaret pro confirmatione sententie, tunc per indirectum appellans prosequi compellitur, secundum dictum Spe. in d. §. nunc breuiter. hoc reprobat Peru. hic, in versiculo, sed queritur. quia libelli contrarij non admittuntur. s. eodem, vt per Innoc. in capitulo, cum contigat. de offic. deleg. not. Angel. in l. in tribus. ff. de iud. ⁊ ideo non videtur quod appellatus admittatur producẽdo libellum contrarium libello appellantis. Sed responderi potest quod ratio ista haberet locum, si appellans causam prosequeretur, prout loquitur Innocen. in d. capitulo, cum contingat. sed eo negligente, in odiuꝫ eius contrarius libellus admititur: vt patet in capitulo, oblate. ⁊ in cap. sepe. j. eodem. Et hoc saltem videtur procedere, si appellatus vellet sententiam reformari. Nam quando reus aliquid consequi intendit, quod sub simplici defensione non potuisset, petitio contraria admittitur et non procedit dictum Innocen. vt not. Bald. tradit in l. edicta. C. de eden. versiculo, vndecimo queritur. ⁊ in capitu. in pre-
10 sentia. in v. not. s. de probat. † Quartus casus est, quando terminus fuit constitutus ad se presentandum iudici appellationis, ⁊ ad faciendum fidem iudici a quo, de presentatione. Nam si in veritate appellans se presentauit, licet de presentatione fides facta non fuerit iudici a quo, non per hoc deserta dicitur appellatio. Feder. in consi. xxviij. punctus questionis. ⁊ Rot. in decis. xiij. in nouis. ⁊ xl. in antiquis. Bald. in l. preses. C. eo. ⁊ Ro. in singul. cxlv. hoc nesciunt legiste. Butr. ⁊ Imol. in dicto capitulo, ex insinuatione. Petr. de Ancharã. in clemen. j. ⁊ Car. ibi. q. xxiij. eod. titu. Abb. ⁊ Moder. hic. Operatur tamen dicta prefixio termini, vt iudex a quo, cui fides facta non fuit, ad executionem procedere possit, secundum docto. in locis omnibus supra allega. Quod videtur intelligendum interueniente citatione, ex eo quod not. Barto. in l. j. ff. nil inno. debet ap. pen. per l. si contra maiorem. C. eod. titu. ⁊ tradit Abbas in capitulo, ex ratione. in vltima questione cum concor. vt ibi dicam. j. eodem. Item hoc intelligitur, quando pars huic termino sic prefixo non contradixit: vt Abbas hic dicit post Feder. in consi. supra alleg. facit quod not. Barto. in l. j. C. de relat. cum similibus, vt dixi in capitulo, quoniam contra. s. de probat. ⁊ quod not. Bal. in l. certi condictio. §. quoniam. ff. si certum peta. cum concord. vt ibi per alexand. ⁊ Moder. ⁊ dixi in capitulo ij. s. de probat. ⁊ quod not. Innocen. in capitulo, in causis. de testi. gloss. in clemen. ij. de test. in versicu. producere. cum similib. vt prosequuntur Moder. in capitulo, pastoralis. circa finem, de exce. ⁊ quod not. Barto. in l. post mortem. §. finali. ff. de adopt. in fi. ⁊ in l. filiusfami. §. veterani. ff. de procur. Ex quibus patet, quod multa valent parte non contradicente, que alias non valerent. Et ideo cautela est, quod quando iudex aliquid facit parte presente, quod pars, cui displicet, semper cõtradicat: vt nota. instruit Bartol. in dicta l. j. C. de rela. versiculo, vltimo noto. ⁊ prosequi
11 tur Barth. Ueronensis. in cautela lxxxvj. est dubium. † Quinto, ⁊ vltimo, secundum Abbat. hic, terminus constituitur ad finiendum appellationem: de quo videbimus in c. ex insinuatione. j. e. ad ꝙ Abb. hic se remittit. Et communiter tenetur quod tali modo terminus prefigi non possit: quia esset imponere legem superiori: vt dicitur in d. cap. ex insinuatione. Finis enim appellationis consistit in sententia, que est in potestate iudicis appellationis; vt Rota tradit in decis. xxv. nota ꝙ vbi aliquis.

eod.tit.in antiquis.⁊ in j.deci.postquam fuit conclusum in eadu
sa.in antiquioribus.eo.tit.Videtur tamen ꝙ etiam talis termi
nus ad finiendum,per iudicem a quo prefigi possit,vt intelliga
tur ad finiendum,quantum in parte sit,vt petat ferri sententiã
⁊ vt diligentia vtatur.Nam ita est in termino iuris, qui datur
ad prosequendum,⁊ finiendum.cle.sicut.eod. titu. Intelligitur
enim ad finiendum, id est ad faciendum quantum est in appel-
lante,vt instet,⁊ procuret causam finiri:⁊ si per partem non ste
tit,non erit deserta appellatio:vt videbimus in c. ex ratione.j.
eod. Et hoc modo intelligendo superior arctari non videtur.
Istam difficultatem mouet,⁊ pro insolubili reliquit Feli.olim
honorandus collega meus,in cap.proximo.Sed potest respon
deri, declarando ꝙ proprie terminus ad finiendũ respicit sen
tentiam,que liti finem imponit l.j.ff.de re iudic. ⁊ tradit Rota
in locis supra allegatis.Et quo ad istum effectum, ⁊ sub ista cõ
sideratione loquuntur doct.de termino ad finiendum , ⁊ dicũt
quod per iudicem a quo prefigi non potest:⁊ bene:quia hoc es-
set imponere legem superiori:vt dicitur in dicto cap.ex insinua
tione.Sed licet nõ valeat prefixio talis termini respectu finis:
vt verba sonant,valet tamen eo modo quo potest, ⁊ interpreta
tio fit vt videatur cõstitutus terminus ad appellationem pro-
sequendam.Ita est text.in d.c.ex insinuatione.vbi Innoc. ⁊ do
cto. communiter hoc dicunt. Unde isto respectu idem videtur
esse in termino hominis,quod in termino iuris.Et docto. hoc
non negant,vt intelligatur ad finiendum,quatenus est in par
te. Et hoc modo difficultas tollitur:⁊ conclusio doctorum be-
12 ne procedit.†Sextus casus vltra Abbatem consideratur in ter
mino,qui prefigitur a iudice ad petendum apostolos,prout ha
betur in cap.ab eo.eod.titu.in vj.Nam si in termino appellans
non comparuit,appellatio deserta intelligitur,adeo quod con
trarium probari non potest, nisi appellans impeditus fuisset:
vt declarat Card.in clemen.ij.eod.tit.in ver.in vltima questio-
D ne. Est tamen differentia [D] in modo constituendi terminum:
quia aut dicit iudex quod compareat intra terminũ:⁊ sufficit
appellanti in quacunque parte termini comparere. Aut dici-
tur quod in tali termino compareat :⁊ tunc debet in fine termi
ni comparere:⁊ si non compareret,licet prius venisset , deserta
esset appellatio.glossa nota.in d.clemen.ij.in versi.interdictũ.
quam sequuntur ibi Petr.de Ancha.Card.⁊ Imo.Et ex hoc
cantela sumitur in perniciem appellantis,quod iudex dicat,in
a vltima die termini tali hora[a] compareas.Nam si ante, vel po-
stea comparet,⁊ non in hora termini,deserta appellatio intelli
gitur,vt instruit Mathesil.in not.xxj.nota practicam.in prin.
Quod bene procedit in terminis,in quibus loquitur glo. in d.
clemen.ij.videlicet quando non erat dies termini apposita sim
pliciter in fauorem illius,qui debuit cõparere. Secus si in eius
fauorem dies apponatur : quia tunc licet precise dicatur quod
compareat in tali die,vel termino, tamen etiam prius compa-
rere potest:quia quod certa die promissum fuit,statim solui po
test l.stipulatio ista.§.inter certam.ff.de verbo. obligat. vbi ita
declarat Alexand.⁊ idem Alexand.in l.qui ante Calendas. eo
dem titu.de verbo.obligat. Reperitur etiam alia cautela, per
quam iudex potest excludere illum,contra quem lata est senten
tia,a facultate appellandi,videlicet qđ iudex ipse moneat par-
tem ad audiendum sententiam.Nam talis monitio, sine iussus
iudicis habet vim peremptorij , ⁊ monitum in vera contuma-
cia constituit,ita quod non poterit appellare , nisi comparue-
rit.Ita not.glo.dicit in l.ij.secundum vnam lecturam. C. quo-
modo ⁊ quando iudex. quod Angel. dicit ibi esse menti tenen-
dum.Et propter hoc admonet illum,qui credit habere contra
se sententiam,vt sit cautus: quia si non comparet , non poterit
appellare:quia verus contumax non appellat l. ex consensu.§.
fina.ff.eod.l.⁊ post edictum.§.sciendum.⁊ quod ibi not. Bald.⁊
Paul.de Castr.ff.de iudic.Dictum tamen Angel.in dicta l.ij.
per glo.ibi non videtur sine dubio procedere in terminis,pro-
ut ipse loquitur,videlicet,quando fuit quis citatus ad audien
dum sententiam.Nam illa contumacia que committitur in nõ
comparendo,quando sententia profertur,appellationem non
tollit:vt voluit Cuma.in d.l ex consensu.§.fina.ff.eo.titu.⁊ idẽ
Fulg.tenet in l.properandum.in §.⁊ si quidem.C.de iudi.⁊ Ale
xan.illum refert in d.l.properandum.§.sin autẽ reus ei. in viij.
conclusione.dicit tamen se contrariũ tenuisse in l.sepe.ff. de re
iudi.⁊ ita tenet ibi:quia imo cõtumacia, que committitur quã
do sententia diffinitiua pronuntiatur,est illa, que impedit ap-
pellationem,secundum Bal.in l.si ideo. in reportatis antiquis
ff.de euic.⁊ idem Bald.in l.eos.§.j.in princip.C.eod.titu.cum si
milib.vt prosequitur ibi Alexand.ex cuius dictis dictum An-
13 gel.in d.l.ij.saluari potest.†Ulterius in terminis supra dictis,
qui vario modo per iudicem prefigi possunt,notandum est qđ
sicut iudex potest appellanti terminum constituere, ita pote-
E rit terminum ab eo prefixum prorogare [E]. Hoc videtur velle
glo.in clemen.ij.in verbo,videtur.eod.titu.vbi loquitur in ter-
mino assignato ad petendum apostolos.⁊ per illam glos. idem
dicit Do.in dilatione data ad prosequendũ appellationem, in
c.cum appellationibus.in fi.eo.titu.in vj.Et ibi refert ita deter
minatum fuisse in Rota , ⁊ sic reperitur in decisione xxxv. not.
vtrum in antiquis.⁊ in xiiij.decisione.vtrum iudex in antiquio
ribus.eod.titu.Facit quod not.Card.in clemen. j. questione ix.
de vita ⁊ honest.cle.Et ista conclusio procedit , quando proro-
gatio fit ante finem termini:prout natura prorogationis requi
rit l.sed si manente.ff.de prec.sed elapso termino non posset iu-
dex hoc facere in preiudicium appellati,cui esset ius quesitum:
vt est glos.not.in ca.sepe.in verbo,peremptorij.quam ibi Abb.
poderauit ad hoc.j.eod.Sed durante primo termino non po-
test dici esse ius quesitum,vt etiam tenet Petr.hic.Ad quod be
ne facit ꝙ not. Angel. in l. fina. ff.de fer. vbi inquit quod licet
noua dilatio dari non possit, tamen dilatio data potest proro-
gari.Et sequitur Pau.de Castr. ibi , allegando Specul.idem
voluisse text.in tit.de dila.§.nunc videamus.versicu.⁊ sunt hec.
in argumen.⁊ idem Pau.de Castr.in l.j.C.de dil.vbi rationem
diuersitatis adducit:quia finita dilatione est ius quesitum alte
ri parti,sed in prorogatione , que fit durante prima dilatione,
14 non dicitur esse ius quesitum.† Ultimo Abb. circa istam glos.
concludit quod licet per lapsũ hominis deserta sit appellatio,
potest tamen ille qui appellauit,appellationem prosequi eo ca
su,quo appellatus instaret pro confirmatione sententie vigore
literarum quas ipse impetrauit.Et ita tenet Rot. in decis. xlv.
F si appellatus.eod.titu.in antiq.quia rescriptum commune [F] est
vtrique parti:vt not.Innocen.in capitu.ex conquestione.de re
sti.spo.Et ista conclusio procedit, quando ipse appellatus vti-
tur rescripto,⁊ in hoc satis erit quod rescriptum presentetur,se
cundum Butr.in capitulo,ex parte decani.de rescrip. versicu.
item not.secundum hunc intellectum Abb.tamen in d. capitu.
ex conquestione.videtur velle quod sola presentatio rescripti
G non sufficiat,sed citatio [G] partis requiratur. Et idem tenet ⁊ p
bat Ro.in consil.cccxliij.ex themate.⁊ Areti. consi. xxxiij. con-
sultatio premissa. Sicut ergo ex impetratione sola vti quis
non cogitur,vt not.Do.in capitulo hi,qui.in vj.not. de immu.
eccle.in vj.item not. ex presentatione rescripti, per supra dicta.
¶ In glossa fina.circa ea,que Abb.post alios hic scribit,notã-
dum est quod dum text.precise loquitur,⁊ dicit,extunc,ista ver
I ba denotant extremitatem temporis:vt per glo.[I] in clemen.j.in
ver.ex tunc.de iure patro.⁊ in clemen.j.versicu.ex nunc.de con-
cess.prebend.⁊ est text.in l.iiij.§.fina.ff.de condi.⁊ demonst. cum
H concord.vt tradunt ibi Moder. Ex quo [H] infertur secundum
Abbat. post Joan.Andre.⁊ alios hic,quod finis termini prefi
xi ad prosequendum appellationem, expectari debet ante quã
iudex a quo procedere possit:⁊ non sufficit certum esse quod in
termino,qui superest , appellatio expediri non possit.Et idem
Card.tenet in clemen.sicut.in iij.questione,eod. titu. facit text.
in c.commissa.⁊ ibi Do.in prin.de electio.in vj. Et per hoc limi
tatur doctrina Barto.in l.cum stipulatus sim.ff.de verbo.obli
gat.vbi concludit quod quando pena apposita est ab homine,
si intra certum tempus aliquid factum non fuerit,statim quod
constat illud fieri non posse in tempore,quod superest,pena cõ-
mittitur,non expectato fine temporis. Nam ista conclusio non
habet locum,quando ista verba in contractu apponuntur , et
dicatur quod tunc pena committatur:quia tunc tali casu finis
termini precise attenditur.Et ad hoc est bonus text. in l. vxori
vsumfructum ville.ff.de vsufruct.leg.⁊ ibi Bartol. ⁊ facit text.
in d.l.iiij.§.finali. ff. de condi. ⁊ demonstr.Uel secundo dictum
Barto.non procedit, quando terminus hominis in locum ter
J mini iuris surrogatur [J], vt hic:quia surrogatum assumit natu-
ram eius,in cuius locum surrogatur l.si eum. §. iniuriarum.ff.
si quis cau.cum similib.Postremo per istum textum in vers. ex
tunc.infertur , ⁊ videtur probari , quod elapso termino statim
sit deserta appellatio, ⁊ quod iudex a quo immediate possit p-
cedere absque eo quod feratur sententia super desertione ap-
pellationis.Et ita videtur textus hic,pro dicto Ange.in l.si cõ
tra. C.eod. vbi voluit , quod deserta appellatione iudex a quo
statim sententiam exequi possit , nec opus est quod iudex ad
quem pronuntiet appellationem desertam : de quo late scribit
Peru.in c.ex ratione.j.eod.

¶ Additiones.

A ¶ Quam expressa.Adde quod due rationes assignantur qua
re tacita renunciatio magis preiudicet quam expressa , quarũ
vnam ponit Joannes Andre.in rubrica.de prescript.in addi.
Specul.vbi inquit,quod sicut pactum perficitur consensu mo
mentaneo , ita renunciatio expressa: sed tacita renunciatio
que ex lapsu temporis procedit, habet consensum successiuum,
qui

qui quidem est potentior, probatur in l. si mulier. la ij. C. ad velle. alteram rationem posuit Bal. in l. j. in ij. oppo. C. qui admit. vbi dixit rationem differentie inter expressam & tacitam renunciationem esse, quia tempus habet exclusionem legalem cuius virtus potentior est quam virtus hominis. vide multa que in hoc posuit Fely. in c. cum ordinem. de rescri.

B ¶ Contradictione. Adde quod quando diceretur simpliciter sine contradictione appellatio non esset exclusa, per not. per glo. in c. pro illorum, de preben. quia intelligitur de contradictione facti non iuris. vt in d. glo. & appellatio est de iure permissa. ca. de appellationibus. j. eo. sed hic ideo videtur exclusa appellatio, quia dicitur sine aliqua contradictione &c. facit quod not. Fely. in c. causam, que. de rescri. ver. similiter dicit Oldradus.

C ¶ Verior videtur opinio. Adde quod adducta per Decium hic non videntur stringere contra communem opin. nam ex quo appellans prosequitur postea alios appellationis actus, ex hoc deprehenditur quod iter arripuit animo prosequendi appellationem. arg. tex. in l. sed iulianus. §. proinde. ff. ad macedo. Item ex dictis Decij hic, sequeretur quod si j. terminum appellans impetrasset rescriptum, vel aliquid aliud fecisset circa appellationem: vt puta libellum produxisset, & postea nil aliud fecisset, quod isto casu non esset satisfactum termino: cuius contrarium tenent hic omnes. Preterea non ob. text. in cle. sicut. de appel. quem Decius adducit pro se: quia terminus de quo in illo text. erat datus insimul ad prosequendum & finiendum appellationem: & ideo sola arreptio itineris non sufficeret j. illum terminum: comprobari potest etiam communis opi. ratione ista, videlicet, nam qui iter arripit, ad prosequendum appellationem se preparat, ergo illam prosequi dicitur: quia facere dicitur qui se ad aliquid faciendum preparat l. j. §. cepisse. ff. de polli. facit etiam quia accingendus de proximo habetur pro accincto l. pe. ff. de mili. testamen.

D ¶ Est tamen differentia. Adde tamen quod non videtur, quod sit aliqua differentia fienda inter casum & casum, vez si dicatur, compareas infra terminum, vel in tali termino: cum vtroque casu j. terminum comparere possit, & libellos petere: nam qui comparet ante tempus, dicitur mandatum adimplere in ampliori forma, & per consequens mandatum formaliter adimpletum dicit l. si quis mihi bona. §. sed si mandauit. ff. de aquir. here. l. cum in testo. ff. de verbo. sig. & ita est in conditione que licet in forma specifica adimpleri debeat si pleniori modo adimpleatur, vere adimpleta dicitur. tex. est in l. iij. ff. de statu libe. comprobatur & ista opinio arg. l. stipulatio ista. §. inter certam. ff. de verbo. obl. vbi debitor ad certam diem, ante tempus soluere potest.

E ¶ Prorogare. Adde quod ista communis opinio non videtur vera de iure: nam cum iudex terminum statuit appellanti ad prosequendum appellationem, statim acquiritur ius appellato, saltem spe, quod elapso illo termino sententia per se firma maneat si appellans appellationem non fuerit prosequutus: hoc probatur arg. text. in c. quamuis. de rescri. in vj. & vide Bal. in l. si constante. C. de don. ante nupt. & Are. multa adducentem in consi. vij. Bar. tamen in l. cum stipulatus sim. ff. de ver. ob. tenet quod arbiter si dedit terminum parti ad aliquid faciendum, quo elapso non faciens incideret in aliquam penam iuris, tunc arbiter potest dictum terminum prorogare. cogita super istis.

F ¶ Commune. Vide omnino d. Alex. circa hoc in consi. xxxiiij. incipien. viso themate suprascripto. in j. vol.

G ¶ Citatio. Vide Philip. de peru. in cap. vt debitus. in glo. in verbo, assignate. j. eo. tit.

H ¶ Ex quo. Adde quod in casu nostro non est expectandus finis termini, propter dictionem ex tunc. nam idem esset si illa dictio non esset apposita: nam quotiens per lapsum termini incurritur pena iuris, semper finis expectatur. ita Bart. in d. l. cum stipulatus sim. ff. de ver. ob.

3 ¶ Surrogatur. Adde quod ista limitatio, licet Deci. non dicat, fuit Andree Barbatie, vt est videre i eius apostilla ad Bar. in d. l. cum stipulatus. de verbo. obligat. in vltimis verbis vltime apostille. Hiero. Sig.

1 ¶ Et sic videtur. Hoc verum quando admisit appellationem, alias secus, vt per Deci. in c. seq. in iiij. not.

2 ¶ Termini hominis. Et an per lapsum termini dati ad prosequendu appellationem censeatur deserta appellatio, vide Decium in c. directe. in j. not. de appel.

3 ¶ Per glo. Sequitur idem Dec. in l. iij. in fi. C. de instit. & substit. in c. pastoralis. in iij. nota. de except. Siluest. Aldob.

8 ¶ Tali hora. [redacted]

[redacted] Adde Guid. Pap. deci. Delph. xxv. [redacted]

1 ¶ Archiepiscopus appellatur frater a Papa.
2 Appellari potest ante sententiam de iure canonico.
3 Appellans vt habeat biennium ad prosequendam appellationem, duo requiruntur.
4 ¶ Iudex potest terminum a iure statutum restringere.
5 Nisi, dictio habet naturam vt excipiat.
6 Iudex a quo potest terminum iuris moderari appellanti. quando appellationem recipit: secus quando eam non admittit.
7 Iudex quando prefigit terminum appellanti, debet habere rationem locorum distantie, & personarum. 8.
9 Appellatio extraiudicialis non dicitur proprie appellatio.
10 Appellatio extra iudicium est permissa de iure canonico.
11 Appellatio habet locum etiam in criminalibus.
12 Appellatio est prohibita in notoriis.
13 Iudex potest omnem terminum iuris alterare, iusta causa subsistente.
14 Princeps potest alterare omnem dilationem, etiam sine causa 15. 16. 17.
18 Terminus quando prefinitur instantie, tunc iudex talem terminum alterare non potest, nec alias. 19. 20. 21. 22. 23. 24.
25 Terminus prefixus a iure si alteratur per iudicem, debet causam exprimere.
26 Appellatio iudicialis si sit deserta, appellans non audietur amplius: secus est in appellatione extraiudiciali.
27 Appellatio extraiudicialis si sit deserta, an appellans audiatur per viam querele.
28 Appellatio extraiudicialis, an debet continere causam.
29 Appellatio extraiudicialis, que a parte interponitur, non habet vim citationis: quapropter appellans venire non tenetur.
30 Cause cognitio an requiratur in notoriis. 32. 33.
31 Qualitas adiecta verbo, regulatur secundum tempus verbi.
34 Citatio in sententia excommunicationis requiritur indistincte.

1 Um sit Romana. † Primo nota ibi: fraternitati tue. quod archiepiscopus frater appellatur: & ista est consuetudo Romane curie, vt dicitur in c. quam graui. j. de fal. de quo dixi in ca. cum venerabilis. de except.

2 ¶ † Secundo no. ibi, ante sententiam vel post, quod appellari potest
1 non solum post, sed etiam ante sententiam[1]: & hoc de iure canonico: secus est de iure ciuili. c. super eo. el ij. j. eo. Et ex hoc ratio colligitur, quare de iure canonico instantia triennio non perimitur: de quo
3 videbimus in d. c. super eo. ¶ † Tertio nota, quod ad hoc vt conce
a datur bienium[a], duo requiruntur. Primo quod causa fuerit necessaria. Secundo quod sit euidens: & in effectu probari debet quod per ipsum appellante non steterit: vt dicitur in l. fi. §. illud. C. de tem. app. & in §. j. in auth. de his, qui ingre. ad app. facit tex. in l. diui fratres. ff. de libe. cau. Causa enim debet esse necessaria, ita quod euitari non possit d. §. j. de his qui ingr. ad app. facit tex. in l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satis. cog. & quod ibi gl. & in l. ij. §. si quis in iudicio. ff. si quis. cau. Si enim impedimentum potest remoueri, appellans
2 non excusatur[2]: quia causa non est necessaria: vt est tex. not. in c. fi. j. de elec. & in l. quibus diebus. in prin. ff. de condit. & demon. Et ibi Bal. dicit quod quando impeditus non facit quod impedimentum remoueatur, cum possit, volens dicitur illud pati. Et infert ad prosecutione appellationis, de qua hic no. etiam Bal. per illum tex. in l. sed & si per pretore. §. j. ff. ex qui. cau. maio. quod non dicitur impeditus ille, qui potest remouere impedimentum, & non facit. Et cum requiratur quod causa sit euidens, vt hic, & in d. l. fi. §. illud. infertur secundum Abb. hic, quod non statur assertioni appellantis, sed causa debet
3 probari. Secus tamen videtur in indice, cuius assertioni standum est, si de impedimento attestatur[3]: vt no. tenet d. Signor. de Homod. in consi. ccliiij. in questione vertenti. Sed tamen etiam in iudice videtur procedere quod Abb. hic dicit: vt in isto casu assertioni
B eius non sit standum[B]. Ad quod bene facit: quia quando non potest aliquid fieri, nisi ex aliqua causa, assertioni non statur: quia de facili posset fraus fieri, sed debet de veritate cause probari l. si forte. vbi Bar. ff. de castren. pec. Facit tex. in l. qui testamentum. ff. de probat. & per gl. & doc. in l. si donatione. C. de collat. & in notabili questione tradit Jo. And. in addi. Specu. in rub. de dona. inter virum & vxo. Nec obstat si dicatur, quod ratio predicta videtur non habere
4 locum in iudice[4], ex eo quod not. dicunt Gul. de Cun. Alberic. & Alexand. in l. j. in princip. ff. de officio eius. vbi tenent, quod credatur presidi asserenti se esse impeditum, & propter hoc causam meri imperij potuisse delegare. Et ad hoc facit glo. in c. pastoralis. in ver. exonerare. de offi. delega. Quia hoc dictum non videtur verum, cum ratio preallegata etiam in iudice videa-

tur procedere: quia ex quo etiam ipse non potest sine causa: ergo talis causa debet probari. Et licet alias pro iudice presumatur, ca. in presentia. de renun. hoc non videtur habere locum in tali casu, in quo non habet potestatem, nisi causa probetur. Et
B videtur hoc velle [B] Bald. quando causa sit necessaria, alias secus: quia standum esset assertioni, vt ipse tradit in rub. s. de offic. deleg. versi. sed ego statim quero. Debet ergo talis causa probari, et euidenter: vt hic dicitur, et in d. l. fina. §. illud. Et euidens probatio dicitur etiam presumptio iuris: vt per glos. in l. licet Imperator. ff. de legat. j. de quo dixi in rub. s. de probatio. Et quomodo probetur tale impedimentum, dicam in c. ex ratione
4 j. eod. ¶ †Quarto nota, quod iudex potest terminum a iure constitutum restringere, vt sonat verbum, moderatus. capit. fin. vbi text. j. de verbo. signifi. c. statutum. vbi glo. de preben. in vj. Sic etiā verbum rescissum, vt probatur hic, et in l. ij. ff. de ter. mo. Ampliare vero terminum non potest: vt est text. in c. oblate. j. eod. Et talis potestas moderandi terminum iuris conceditur iudici, non solum respectu primi sed etiam respectu secundi anni: vt videtur probari hic in versic. nisi. quia omnia supra dicta videtur respicere. Et subijcit Abbas hic, quod terminus, qui prefigitur a iudice, respicit prosecutionem, et non finem appellationis. In quo aduertendum est: quia si consideramus finem proprie pro expeditione cause, clarum est quod isto respectu iudex a quo non potest prefigere terminum ad finiendum. c. ex insinuatione. j. eod. et dictum fuit supra c. proxime preced. et tali casu Abbas verum dicit. Si vero consideramus finē, prout in parte considerari potest, videlicet vt instet pro executiōe cause, et non desistat, prout in termino iuris consideratur in clemen. sicut. e. ti. hoc idem videtur dicendū in termino hominis, per text. hic, vbi regula ponitur, quod a iure datur annus ad prosequendum, et finiendum appellationem: vt in clemen. sicut. eod. titulo. Ab ista regula excipitur casus, quando iudex tem-
5 pus moderatur, vt hic in versicu. nisi. †Nam de natura dictionis nisi, est excipere: vt not. in regula, peccatum. de regul. iuris. in vj. et in l. actione. C. de transact. Et exceptio facta intelligitur in terminis, in quibus regula loquitur: vt not. per Dynum, in rubri. de regul. iuris. in vj. per Barto. in l. j. ff. eo. tit. Confirmatur hoc: quia terminus, qui a iudice constituitur, surrogatur in locum termini iuris: vt hic, et tradunt Innocen. et docto. in c. ex ratione. j. eod. ergo videtur terminus prefigi a iudice, etiam respectu finis: quia surrogatus assumit naturam eius, in cuius
6 locum surrogatur l. si eū. §. qui iniuriarū. ff. si quis. cau. †Subijcit etiam Abb. quod iudex a quo intelligitur habere potestatem moderandi terminum iuris, quando appellationem recipit, saltem tacite, non procedendo ad vlteriora. Secus tamen est, quando appellationem non admittit: quia tunc terminum prefigere non potest: vt voluit singulariter Innoc. in c. fin. j. de accu. In quo pro declaratione breuiter tres casus considerari possunt. Primus est, quando iudex detulit appellationi: et isto casu licet etiam sint varie opin. tamen communiter tenetur quod iudex appellanti, etiam ex internallo sint, terminum prefigere potest. Ita post longam disputationem tenet Ioan. And. quē ibi post alios Do. sequitur in c. cum appellationibus. §. j. versic. sed quero. eo. titu. in vj. Et hoc approbant do. de Rota. in decis. cl. item si appellatur. eod. titu. in nouis. et probatur in ca. j. §. post hoc. eod. titu. in vj. Secundus casus est, quando iudex non detulit appellationi, sed illam reiecit verbo, vel facto, procedendo ad vlteriora. Et Abb. hic concludit quod terminum prefigere non possit, prout voluit Imo. in d. c. fi. de accu. Idem Rot. in xvj. decisione. in antiquis. Specul. in titu. de remis. §. nunc vidēdum. vers. verum. et Ro. sequitur in singul. clxviij. iudex a quo, vbi inquit quod illud dictum Innoc. Rome in consistorio Pape sicut Euangelium tenetur. Et pro hoc dicto Abb. hic rationem adducit: quia ex quo iudex appellationem reijcit, quod tunc habetur pro facta. argu. c. eum qui. de dolo et contu. in vj. Et pro dicto Innoc. Abb. ponderauit text. in c. peruenit. el j. j. eod. vbi quando Papa mandat appellationem recipiendam, etiā cōmittit terminum prefigi. Sed quando in fine dicit appellationem non recipiendam, de termino nihil loquitur. Sed contrarium, videlicet contra Innocen. tenet Ioan. Andre. in d. c. cum appellationibus. et sequitur Domi. post alios ibi in versicu. sed quid econuerso. vbi alleg. etiam Specul. hoc tenere eod. titu. in §. sequitur. Et ad hoc facit text. in c. j. in princi. et §. j. eod. titu. in vj. vbi text. loquitur, quando appellatio non fuit admissa per iudicem: et tamen subijcit de assignatione termini: et quia appellatio potest esse iusta, licet ei per iudicem non deferatur: vnde non deferre, appellationem legitimam non tollit. Et per istam
c rationem veriorem [c] esse istam partem dicit Dom. in d. c. cum appellationib. et idem tenet Imola et Ioā. de Ana. in d. c. fi. et Card. in clemen. j. q. xxviij. eod. tit. et sequuntur Peru. et Mod.

in c. proximo. s. eod. per istum textum cum simili. vbi generaliter, et indistincte potestas ista datur iudici a quo: ergo generaliter intelligitur l. j. §. generaliter. ff. de leg. prest. Non obstat ca. peruenit. quia non negatur, quin iudex potuisset terminum assignare: sed ibi consideratur quod appellās frustratorie, cuius appellationi non defertur, termino indigere non videtur. Preterea text. ibi non loquitur de termino prefixo, sed simpliciter dicit quod cogatur appellationem prosequi. Non tamen finaliter puto recedendum esse ab opinione Inno. que videtur communis, et defendi potest: quia non videtur quod iudex vti possit authoritate sua in appellatione, quam impugnauit. regula, ex eo. de regu. iur. in vj. Et ideo qui negat appellationem aduersarij, ex illa se fundare non potest: vt Spec. dicit eod. titu. §. nunc breuiter. versic. sed pone, appellatus. et sequuntur Car. et Imo. in cap. ex parte S, s. de testi. vbi cautelam tradunt quod petens attentata post appellationem reuocari, fateatur appellationem, quatenus pro eo facit. et not. Cardi. in clemen. sicut. eod. titu. Unde quantum ad iudicem a quo, qui appellationem reiecit, appellatio habetur pro non facta, vt Abbas hic dicit, arg. c. eum, qui. de dolo et contu. et quod not. per glo. in c. iij. vbi Abbas de eo, qui mit. in poss. Non obstat text. in d. c. j. eod. tit. in vj. quia dum subijcit de assignatione termini, intelligitur eo casu, quo appellatio fuit admissa: de quo supra proxime immediate dixi. Non obstat quod appellatio iusta esse possit, quamuis illi non sit delatum: quia fateor hoc, sed per hoc non infertur quod iudex a quo in illa se intromittere possit, prefigendo terminum: quia reijciendo illam omnem potestatem a se abdicauit, per supra dicta. Et erat hoc in potestate eius: quia nō cogitur terminū prefigere, licet possit. c. oblate. j. eo. et dictum est in c. personas. s. e. ti. Non obst. text. hic, cum simi. qui generaliter loquitur, quia intelligi debent, quando non impugnauit appellationem, per supra dicta. Uel locum habent, prout loquuntur supra in tertio casu, quando iudex simpliciter prefigit terminum non admittēdo appellationem, nec reijciendo: et in tali tertio casu contraria opinio procedere potest. Nec dicatur quod prefigendo terminum simpliciter, videatur appellationem admittere. Et sic sumus in primo casu: quia ex moderatione termini, quam iudex facit, non infertur quod appellationem videatur admittere. Glos. no. in c. cum appellationibus. in versi. remittenda. quam sequuntur ibi Arch. et Domi. eo. tit. in v. no. in c. oblate j. eo. vbi
7 videbimus. ¶ †Quinto nota ibi: locorum distantiam. quod in prefixione termini, distantia loci consideratur. Nam interdum
5 aliquorum locorum vicinitas minus exigit [5], aliquorum distantia prolixius tempus exposcit: vt dicitur in c. cupientes. in princip. de elect. in vj. bonus text. in l. si cui. §. tandiu. ff. ex quib. cau. mai. Et maior terminus in via terrestri, quam in maritima requiritur: quia quinquaginta milliaria per mare sunt minus vna dieta: vt not. Barto. in tract. de insula. in versicu. nullus. in princ. per terrā autem singulis viginti miliaribus datur vnus dies l. j. ff. si quis caut. Et in qualibet hebdomada datur vnus
b dies quietis [b]: vt per glo. in d. c. cupientes. §. j. versic. commode. de elect. in vj. et in c. quamuis. in versi. continuatis. de offi. ord. in vj. De quo tamen aliter tenet Areti. in l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. oblig. Nam his consideratis iudex habebit terminum prefigere: sed post terminum, vel tempus determinatum a iudice vlterius nihil querēdum est, nisi quod in termino compa-
8 reat. Ita declarat Imo. in d. §. cum ita. de verbo. oblig. ¶ †Sexto nota ibi: personarum etc. quod in termino constituendo appellanti qualitas personarum, et negotij inspicitur. Nam temporis etatis, sexus, et valitudinis ratio habenda est d. l. continuus. §. cum ita. facit l. plenum. §. equitij. ff. de vsu et habit. Negotij qualitas attenditur, vt quia causa sit minima, vel que celeritatem desiderat: vt declarat Barto. in l. ij. ff. de re iudi. in authen. qui semel. C. quomodo et quando iudex. Aut. in c. preterea. de dila. et Abb. in c. j. eod. tit. et quod not. Bart. in tract. ad reprimendum.
9 in versiculo, sine strepitu. ¶ †Septimo not. quod appellatio extra
6 iudicialis proprie appellatio [6] non dicitur. Quod notandum
c est ad statuta [c]. Nam in odiosis sub nomine appellationis extraiudicialis appellatio non continetur. Secus in fauorabilibus, vt Abb. hic dicit, et in c. bone. j. eo. et idem Lap. allegatione xxxix. an valet. Et quod not. Abb. in c. fi. in j. not. de sequest. poss. et fruct. Putarem tamen quod si statutū loqueretur in casu, in quo de iure facta reperitur equiparatio appellationis iudicialis et extraiudicialis, quod etiam statutum haberet locum in extraiudiciali. Gratia exempli, quod debeat appellatio interponi intra tres dies, vel quod intra quatuor menses expediatur. Nam cum tēpus appellandi, et prosequendi appellationem, sit pariter statutum. c. concertationi [illegible] tit. consonat quod statutum etiam intelligatur de appellatione extraiudiciali: vt in simili est glo. et docto. in l. [illegible] C. de fur. et quod notat Bart.

10 Bart.in l.j.§.lex Falcidia.ff.ad legem Falci. ¶ † Octauo nota quod de iure canonico appellatio extra iudicium permittitur. Et ita videtur sentire tex.hic, secus esset de iure ciuili. Sed hoc non videtur verum: quia etiam secundum iura ciuilia appellatio extraiudicialis permissa est.l.j.§.si quis tutor.in fi.ff. quando appell.sit.l.j.ff.si tut.vel curat.l.nominationes.C.eod.& & tradit Barto.in l.fina.ff.de appell.recip. Non obstat text.hic: quia argum.a contrario sensu non colligitur contra alia iura. arg.l.conuenticula.C.de episcop.& cler.not.in l.ij.C.de cond.inserti. Et non valet consequentia, Hoc permittitur de iure canonico: ergo non valet de iure ciuili: vt patet in pluribus, que vtroque iure permittuntur. Vel dici potest quod arguatur hic ex regula generali: quia canones passim appellare permittunt extra iudicium, & ante sententiam: non sic leges: quia ita passim appellare non permittunt: vt videbimus in capit. bone. infra
11 eodem. ¶ † Nono nota in versi.preterea. quod etiam in causa criminali appellatio permittitur. Nam in qualibet causa regu-
D lariter appellatio D conceditur.glos.not.in l.qui restituere.ff. de rei vendicatio.vbi Angel.& illam Bal.sequitur in l.j.C.si de momen.possess.fuer.appel. Et ideo in causa libertatis appella-
E tur.l.illud.ff.eod. Et in causis pijs E: vt per glo.in c.tua nobis. de deci. Et in causa lese maiestatis glos.not.in l.Pantonius.§. rei perduellionis.in ver.suspensa.ff.de acqui.her. vbi Areti.illam defendit ab his, que in contrarium Rom.adducit: de qua etiam scribunt Angel.Aret.Mod.in tracta.maleficiorum.in
12 ver.presente Caio, & appellante. ¶ † Ultimo no.quod in notorijs appellatio prohibetur. Sic etiam in notorijs reus potest defensionibus suis renunciare, etiã in causa criminali. Et isto casu est bona practica, qua assessores vtuntur, qui faciunt reum renunciare. Ita Angel.dicit in l.pactum inter heredem.ff.de pact. Abb.in c.ij.de re iud. Nam quoniam delictum notorium est, iudex nõ statim data dilatione potest ad executionem procedere: vt Bal.dicit in d.l.a procedente.in vltimo not.C.de dilat.& idem Bald.in c.significante.j.eod. & in l.si accusatoribus. ver.& per hoc patet.C.de accusatio.in l.fina.ff.de ferijs.in rubr. §.de pactis.& in c. quoniam contra. de probat. ¶ Glos.in ver. tempus, profundam questionem aggreditur, in qua studendo breuitati, quantum materia patitur, ex his, que per Abbatem referuntur, conclusio sit, & regula secundum opinionem Bar-
13 toli, in d.l.ij.ff.de re iudica. quod † iudex ex causa omnem ter-
7 minum iuris alterare 7 possit: vt colligitur ex pluribus iuribus, que Bart.inducit: & sequuntur Anto.de Butr.& Abb.hic per istum tex.cum sim idem But.in c.ij.de dila. Et istam regulam facit glo.hic, & in auth.de exhib.reis.in §.sancimus.in ver. hoc est ex. Et sentit glo.in regula, indultum. prout Abb.hic illam inducit de regu.iur.in vj.& ad idem facit glo.in §.omnem. in ver.cautione.in fi.in authen.de liti.facit tex.in c.si tibi absenti.de preb.in vj.in l.si is, a quo fundus. vbi gl.& Ang.ff.de dam. infec.in c.cum venisset.de eo, qui mitt.in poss.quem text.pro singulari Rom.adducit in not.cccvj. Ille, contra quem. Et istam regulam facit Abb.inferendo, ad notabi.questionem in consil. xl.venio ad primum.lib.j.& Rom.in consi.cccccxvij.diligenter perscrutatis. Ubi inquit, quod ista cõclusio maxime procedit in terminis suis in dilatione data cũ ministerio iudicis, iuxta glo.in dicta regula, indultum.de regu.iur.in vj. Secundo ma-
F xime locum habet, quãdo magna causa subesset: quia iudex ex magna causa a dispositione iuris communis F recedere potest: vt est dictum Inn.approbatum communiter in c.j.de constit. in vlti.gl.facit text.in l.si hominem.ff.man.in l.diui fratres.§.j. ibi: nisi magna causa sit.ff.de lib.can.in l.iiij.§.ait pretor.in fi.ff.
14 de re iudic.cum si.vt tradunt Moder.in d.c.j.de const.† Tertio maxime locum habet in principe, qui etiã sine causa omnẽ dilationem alterare potest, secundum Pet. de Ancbar.in c.ex ore.& sequitur Imo.ibi.ver.not.secundum Petr. j.de his, que fiunt a maio.parte cap.per illum text.vbi Papa mãdat quod prepositura, que vacabat, intra mensem cõferatur: & sic restringitur tempus sex mensium, quod de iure communi cõceditur. c.ij.de concess. preb. Sed responderi potest quod ratio specialis ibi manifesta videtur, quia Papa habebat potestatem conferendi: quia concurrit cum quolibet ordinario, & omnes collatores preuenire potest: vt tradit Fed.in tract.de permut.benefic.in iiij.q. Et quia in beneficialibus ampliorem habet potestatem.c.ij.de preb.in vj.clem.j.in fi.vt lite pend. Dictum tamẽ verum videtur, propter supremam eius potestatem: & quia nõ seruato iuris ordine procedit: vt not.in capi.in causis. supra de re
15 iudica. † Predicta conclusio ampliatur tribus modis. Primo, etiam si lex dicat, dilationem debere dari a iudice viginti dierum, & non minus: non poterit tamen ex causa illa dilatio moderari: vt probatur in l.ad peremptorium. cum l.sequen.in ver.non minus.iuncta l.nonnunquam.ff.de iud.glo.in §.omnẽ. in authen.de litig.Cyn.in l.j.C.de dila.Bart.in authen.qui semel.C.quomodo, & quando iud.versic. quero an iste dilatatur. Alexan.in d.l.ij.& Paul.de Castr.in l.ad peremptorium. Sed tamen in contrarium facit, quia si lex de certo tempore loquatur, & dicat non minus tempus dari debere, quod iudex illud
G moderari non possit G, per ea que infra dicam in ij.& vij.limitatione. Et quia illa verba, Non minus, debent aliquid operari.arg.l.si quando.ff.de lega.j.in c.si Papa.de priui.in vj. Non obst.tex.in d.l.ad peremptorium.cum l.seq.ibi: nõ minus. quia illa verba non referũtur ad iudicem, sed ad partem, que debet petere secundum edictum per interuallum non minus decem dierum: quia agitur de preiudicio aduersarij absentis. Non ergo mirũ, si talis dilatio a iudice ex causa moderari potest. Secus videtur quando talia verba ad iudicem dirigũtur, per ea, que inferius dicam. Uel secũdo dici potest quod illud sit ex eo, quod lex vlterius procedat, prout Bald.distinguit in auth.offeratur.vers.ego dico. C.de lit.contest. Dictum doctorum saluari potest, quando esset magna causa, iuxta not.per Inno.in
16 d.c.j.de constit. Secundo † ampliatur, vt etiam habeat locum in criminalibus: vt est dictum Inno.in c.ad petitionem.de accusatio.& tenet Bald.in l.ij.per illum text.versi. an in criminali.C.vt intra cert.temp.cum concor. vt prosequitur Alexan.in d.l.ij.vbi concludit, istam opinionem veriorem: licet aliter dicat Cy.in l.j.C.de requi.reis. quia in criminalibus proceditur, sicut in ciuilibus.l.absentem.ff.de penis. Et ista conclusio bene procedit in dilatione ad comparendum, prout loquitur Inn. in dicto cap.ad petitionem.quia tunc eadem est ratio, sicut in ciuilibus. Secus videtur in dilatione, que respiceret defensionem: quia non videtur quod illa alterari possit, vel saltem maior causa requiritur, cum agatur de maiori preiudicio.argum. l.fina.C.de probat.& quod not.glo.& doct.in l.pactum inter he-
17 redem.ff.de pact. † Tertio ampliatur, vt procedat in extraiudicialibus, in quibus etiam iudex videtur habere potestatem ex causa mutandi terminum datum a lege ad aliquid faciendum. Ita sentit Bart.in d.l.ij. dum loquitur de termino dato heredi ad adeundum. Allegat l.si quis instituatur.ff.de hered. inst. Facit tex.in l.j.ff.de iure delibe.bonus tex.in l.si curatoris. in fi.C.de iure delib.ibi: si tempus ad deliberandũ petierit, moderatum statuet.& in l.si seruus.vbi Ang.ff.de bo.autho.indic. possi.quod declaratur, vt prosequitur Alexan.in rub. C.de successedic.& in cons.iiij.videretur inspectis.lib.ij. Sic etiam tempus duorum mensium, quod datur vxori volenti introire monasterium, iuxta cap.ex publico.de conuer.coniug.arbitrio iudicis limitari potest, secundum gloss.ibi, in ver.duorum.quam doctores sequuntur, & quod voluit Joan.Andr.in c.cum olim. de maior.& obed.& quod not.Archid.x.q.ij. in c.hoc ius porrectum.& quod not.Archid.& Jo.And.in c.cum ex eo.de elect.in vj.glo.in ver.septennium.cum simi.& late prosequitur Rom.in
H d.l.ij.ff.de re iudica H. & quod not.Abb.in consil.xl.supra allega.de tempore dato ad implendum volũtatem defuncti, quod ab episcopo potest prorogari. Nunc conclusio predicta pluri-
18 bus modis limitatur. † Nam primo fallit, quando terminus prefigitur instantie, vt illum excedere non possit.l.properandum.in prin.C.de iud.vbi dicitur non esse iudici cõcedendum vlterius lites, quam triennij spatio excedere. Et adeo hoc pro-
I cedit, quod nec vigore alicuius generalis arbitrij iudex potest instantiam prorogare I: vt not.dicit Bartol.in l.si in lege. per illum tex.ff.loc.sequitur Bal.in l.j.§.j.ff.de iure delib.in l.obseruare.§.proficisci.in xi.quest.ff.de offic.procons.& leg.cum simili. vt tradit Alexand.in l.milites.C.de testam. mili.& idem Alex. in consil.50.visis actis.lib.ij.& in l.qui Rome.§.Callimachus. de verborum oblig.& idem tenet Pet.de Ancb.in clem.j.in ij. not.de restitut.in integ.Roma.consilio cccxxij.in casu proposi-
19 te. † Secundo fallit in termino constituto eo respectu, vt prorogari non possit, quia prorogatio fieri non potest: vt est casus in c.oblate.j.eo.vbi ex causa conceditur vt terminus prosequẽdi appellationem datus a iure restringi possit: vt hic. Et absolute prohibetur prorogari, vt ibi dicitur, ergo videtur quod etiam ex ea prorogari non possit: quicquid glo.ibi dicat. Et ad hoc facit, quia in tempore dato ad prosequendum appellationem, prout loquitur textus in d.c.oblate.est facta prouisio a lege, si appellans esset impeditus, vt hic, & in c.ex ratione.j.eo.ergo videtur, quod iudex nullo modo ex se habeat authoritatem prorogandi. Nam cum tale tempus in odium negligentis ad eius exclusionem constitutum sit, non potest prorogari: vt concludit Paul.de Castro in l.ij.ff.de re iudica. Et hoc intelligitur, nisi cessaret negligentia: quia tunc tanquam a cessante ratione dispositio iuris non haberet locum. Et hoc modo tollit quod contra Paul.de Castr. Alexan. dicit in d.l.ij.de re iudi. per l.inter vtile.ff.de minor.& l.petende.C.de temp.in inte.rest.

Et ibi illa prorogatio non fit a iudice, sed a lege. Et ex predictis infertur quod tempus decem dierum datum ad appellandum, prorogari non possit: quod tenet Bald. etiam accedente partium consensu, in autben. ei, qui. in ver. quero nunquid tempus. C. de temp. app. & idem Bald. in autben. hodie. vers. quero quid si est appellatum. C. eod. titu. Secus tamen si authoritate statuti, vel consuetudinis facta sit prorogatio glo. not. in l. prescriptione. in ver. iuris. vbi Bald. vers. ex predictis apparet. C. si contra ius vel vtili. publi. Et hoc intelligitur, dummodo nõ agatur de preiudicio superioris: vt declarat Bald. in l. penult. in fi. C. commi. vel epist. Poterit tamen tale tempus ad appel-
K landum ex causa restringi K: vt Abb. hic dicit contra glos. hic, que procedit, quando fieret sine causa. Nam ex causa iusta iudex executionem preuenire potest. l. si quis filio. §. hi autem. ff. de iniusto rup. test. Et quia eadem ratio videtur, sicut in tempore ad prosequendum: vt per Abba. hic. & idem tenet Bartol. & Roma. sequitur in d. l. ij. ff. de re iudica. Sic etiam instãtia in causa principali poterit moderari: quia cessat ratio, que in d. l. properandum. in princip. consideratur. Et quia instantia appellationis restringi potest, vt hic, in qua de maiori preiudicio tractatur, quia ius partis perimitur: a fortiori idem in causa principali dicẽdum est, in qua ius saltem remanet in causa appellationis. Et ita concludit Rom. in d. l. ij. cum concor. vt tradit Alexan. in l. properandum. in princ. C. de iudic. Tertio fallit, quando parti esset ius quesitum: vt per glo. in c. sepe. in ver. peremptorie. infra eod. vbi Abb. de quo dixi supra in c. proximo. ad fin. Et not. Bald. hoc. in auth. ei, qui. C. de tempo. appel. ver. quero nunquid partes. facit quod not. Dom. xxviij. distin. in c. de his. Et ideo tempus septennij, quo dispensatum fuit, prout dicitur in c. cum ex eo. de elect. in vj. non potest alterari: vt per gloss. ibi in ver. septennium. & Oldrad. tradit in consilio cciij. factum tale est. in iij. quest. & sequitur Pet. de Ancbar. in dicto capitulo cum ex eo. Romanus in dicta l. ij. ff. de re iudi-
20 cata. † Quarto fallit in actu parui preiudicij: quia prorogatio per iudicem fieri non potest: vt voluit Domi. in c. j. post glo. in ver. octo dierum. de exceptio. in vj. dicens quod vbi ius statuit certam dilationem in actu parui preiudicij, non potest iudex, etiam ex causa, illam ãpliare. Archidiac. tamen ij. q. vij. cap. testes. tenet contra gloss. in d. c. j. Allegat Innocent. & glo. Ber. in c. solet. §. j. de sent. excommu. in vj. & idem tenet Roma. in d. l. ij. per tex. in d. capi. j. in fi. vbi si propter iustum impedimentum exceptio probata non fuit in termino octo dierum, iterum opponi potest, & noua dilatio conceditur: ergo a fortiori videtur
21 quod prima dilatio ex causa prorogari possit. † Non obstat quod agatur de paruo preiudicio: quia ista ratio videtur facere in contrarium. Nam cum agatur de leui preiudicio, facilius debet posse terminus alterari. autbent. nisi breuiores. C. de sent. ex breuic. reci. & not. in cap. j. de dilatio. Sed tamen pro defensione glo. considerandum est, quod iusta causa videtur, vt tẽpus minuatur, quando de modico preiudicio tractatur: prout habetur in d. autbent. nisi breuiores. cum simil. Non autem iusta causa videtur vt tempus prorogari possit, prout loquitur glos. in d. c. j. quia tempus statuitur eo respectu, ne prorogetur, per ea, que supra dicta sunt. Non obstat argumentum Ro. quia quando iterum exceptio excõmunicationis proponitur, & noua dilatio conceditur, illud tantum respicit processum futurum: & processus prius agitatus non annullatur, prout distinguitur in d. c. j. Secus esset in prorogatione: quia in totum vitiaretur processus. Unde propter diuersitatem rationis, que ibi colligitur, noua dilatio cõceditur, & prorogatio termini prohibetur. Et quia ibi subsistente causa, & impedimento, facta est prouisio per legem, vt noua dilatio concedatur, merito non videtur quod
22 prima dilatio per iudicem prorogari possit. † Quinto fallit, quando alterando terminum iuris tãgeret preiudicium superioris: vt quia vellet arctare tempus ad finiendum appellationem: prout Abbas hic dicit, per cap. ex insinuatione. j. eod. vbi videbimus not. Barto. Angel. & late Alexand. in d. l. ij. ff. de re indica. & idem Alexand. tradit in l. Titia. versic. quarto fallit. ff. solu. matri. & in l. de die. §. tutor. ff. qui satisda. cog. facit quod notat Abbas post Cardi. in c. ij. circa fin. de eo, qui mit. in pos-
23 sessio. † Sexto fallit, quando vellet in totum tollere tempus datum a lege: quia non potest glos. not. in l. quod iussit. in fine, glo. mag. ff. de re iudica. Spec. in titu. de citatio. §. nunc de temporum. versic. fin. facit quod Abb. hic dicit, quod licet appellatio non possit tolli in preiudicium superioris. c. venientes. de iureiuran. potest tamen moderari tempus prosequendi appellationem. Quod pro no. Alexand. refert in d. l. ij. Et patet hoc in alia materia, quod licet aliquid tolli non possit, limitari ta-
24 men potest: vt not. in c. que in ecclesiarum. de constitut. † Se-
L ptimo L fallit, quando datur dilatio ad aliquid faciendum & casu, quo illud non fiat, pena imponitur: quia tunc dilatio formaliter seruari debet. Unde si statutum dicat quod si bannitus non comparuerit intra octo dies, habeatur pro confesso: illud tempus abbreuiari non potest, secundum Bald. in l. j. circa fin. vers. vnde si statutum. C. de requirend. reis. sequitur Joann. de Ana. in c. ad petitionem. in fi. de accusatio. & idem Bald. in l. iubemus. circa fin. C. de iudic. cum concord. vt per Alexan. in d. l. ij. ff. de re iudica. & idem notat Bal. in l. fina. §. & hec quidem. C. de iure deliber. Roma. in consil. lxxvj. in causa nobilis viri. in fine. Nam non obseruando tempus datum a statuto, non di-
D citur formam D seruare, secundum Bald. in autbenti. que supplicatio. circa fin. C. de precib. Imperat. offerend. & in l. omnes populi. ver. item ex forma statuti. ff. de iustit. & iur. & not. Paul. de Castro in l. qui Rome. §. Callimachus. in fine, ff. de ver. obli. Et hoc intelligendum videtur in casu supra dicto, quando statutum procedit, dando ordinem, & modum procedendi: alias
M non videtur verum simpliciter M, quod non obseruãdo tempus statutum a lege dicatur quis formam nõ obseruare: vt patet in d. l. ij. ff. de re iudi. & in l. iiij. §. si quis condemnatus. eo. tit. de re iudi. Et notandum est quod si in casu predicto per errorem iudex assignaret minorem terminum, suppletur secũdum formam statuti: vt not. Bald. dicit in l. si ea. circa fin. ver. pone,
25 statuto cauetur. C. qui accusa. † Ultimo conclusio supra dicta declaratur, dummodo iudex exprimat causam moderationis: prout Innocen. consuluit in d. c. ad petitionem. de accusa. cum concord. vt per Alexand. in d. l. ij. & declarat do Abb. in cap. j. §. de dilatio. facit quod dictum est in c. ad nostram. §. eod. Si tamen causa non exprimatur, non per hoc alteratio termini iuris alteratur, sed posset appellari: quia etiã in his, que simpliciter arbitrio iudicis committuntur, appellari potest, si male arbitratur: vt Abbas hic concludit, iuxta gloss. in c. super his. de accusat. Secus tamen esset, si libero arbitrio, vel volũtati iudicis aliquid committatur: quia tunc appellari non potest: vt est dictum Innoc. quod ita intelligitur in c. fina. §. de fer. Et sic declarat, & concludit Alexan. post alios, quos ipse refert in l. j. ff. de leg. ij. & idem Abb. in clem. sepe. in ver. valeat. de ver. signi. Et hec satis sint: quia principaliter materia hic non cadit.
26 ¶ † Glos. in ver. ante litis. intelligit quod tex. hic, in versicu. si vero. de appellatione iudiciali loquitur: & hoc communiter approbatur. dom. Abbas tamen hic contrarium dicit, quod imo ver. si vero. de appellatione extraiudiciali intelligitur: & concludit quod licet in appellatione iudiciali, deserta appellatione ille, qui appellauit, nullo modo vlterius audiatur, vt in ver. proxime precedenti dicitur, tamen in appellatione extraiudiciali, quamuis deserta fuerit appellatio, auditur appellans: vt dicitur in ver. si vero. ibi: huiusmodi audietur appellans. Et auditur per viam querele: vt in c. concertationi. eod. titu. in vj. Sed Perus. hoc dictum Abbatis conatur impugnare per regulã, que ponitur hic, in c. precedenti. quod per lapsum termini iuris, vel hominis, deserta fit appellatio, & sententia firma remanet. Et hoc idem est in appellatione extraiudiciali. clem. sicut. eod. titu. Non obstat tex. in c. concertationi. in quo fundamentum Abbatis consistit: quia respondetur dupliciter. Primo, secundum eum, intelligitur, & procedit, quãdo a principio quis non appellauit. Nam elapso tempore dato ad appellandum, poterit prosequi per viam querele. Secus videtur, quando a principio appellauit, & appellationem deseruit: nam postea nõ auditur per viam querele: quia via, quam elegit, sibi pateat. l. si cum exceptione. §. fina. ff. quod met. cau. Secundo, quia deserẽdo appellationem tacite videtur consentire: arg. l. ab eo. C. quo modo, & quando iudex. Sed dato consensu, etiam tacito, grauatus non auditur, etiam per viam querele, vt dicitur in d. c. concertationi. & ibi glo. pen. Dominus Prepo. hic opin. Ab. sequitur, & dicit quod impugnatio Perusini est contra tex. hic, vbi text. solum excludit istum per viam appellationis, ibi: non audietur appellans. ergo per viam querele admitti debet secundum eum: quia vnius inclusio, alterius est exclusio. & contra argum. l. cum pretor. ff. de iudic. in c. nonne. de presump. Ista ponderatio facile euitari potest, intelligendo hoc modo, non audietur appellans, id est, persona, que appellat. Comprobatur hoc, quia talia verba negatiua ponuntur in appellatione iudiciali post sententiam, vt patet in text. ibi: nec amplius super eo negotio audietur appellans. Quo casu etiam a querela excluditur ille, qui appellationem iudicialem deseruit, secundũ Abbat. hic. Ergo non est dicendum, attenta opinione Abb. quod illa verba limitata excludãt remedium appellationis, sed pro persona appellantis accipiuntur, cui, deserta appellatione, audientia denegatur. Preterea quantum ad istum text. hic, nullo modo probatur quod Abb. dicit: quia dum text. in ver. si vero, inquit quod auditur appellans, non potest intelligi p viam quere-

querele, vt Abb. dicit, sed necessario intelligitur per viam appellationis, vt demonstratur ex ratione, que statim subijcitur ibi: quoniam sacri canones, ꝛc. Nam ratio ista manifeste arguit quod appellando audiatur. Similiter ex predicta ratione patet quod text. in d. versi. si vero. dum dicit, audietur appellans. non loquitur de illo, qui appellationem interpositam deseruit, vt iterum audiatur: sed prima appellatione, que generaliter per canones admittitur, vt textus dicit. Et ita si recte textus consideretur, intellectus Abbatis non procedit. An autem remoto isto tex. in se verum sit quod ille, qui appellationē extraiudicialem deseruit, admittatur per viam querele. Peru. contra Abb. vt s. retuli, tenet quod non.
27 † Cuius opin. prima facie suaderi potest: quia differentia, quam in isto casu Abb. facit inter appellationem iudicialem ꝛ extraiudicialem non probatur iure. Et regulariter appellatio extraiudicialis ita remanet deserta per lapsum termini iuris, vel hominis, sicut appellatio iudicialis: vt est casus in clem. sicut. eod. titu. Unde quemadmodum in appellatione iudiciali deserens appellationem omnino excluditur etiam in querela, vt Abb. fatetur, ꝛ videtur probari hoc, ibi: a causa sua cecidisse videtur. ꝛ ibi: nec amplius super eodem negotio audietur. ergo ita erit dicendum in appellatione extraiudiciali. Iste enim effectus causatur ab ipsa desertione appellationis, que vniformiter habetur tā in extraiudiciali, quam in iudiciali. d. clem. sicut. Et ad hoc bene facit quod voluit Cardin. in clem. quamuis. ver. verum. in fi. eod. tit. dicens quod ille, qui appellationem primam deseruit, non potest prosequi secundam appellationem, quam etiam in tempore dato ad appellandum interposuisset: quia in prima videtur omne ius suū deduxisse: ꝛ ideo illa deserta extinguitur. Et etiā dicit se tenuisse in c. significauerunt. de testib. Et ad hoc est dictum Innoc. in c. in sollicitudinem. s. eod. quod refert, ꝛ sequitur Dom. in d. c. concertationi. eod. titu. in vj. versicu. sed pone quod appellationi. in fi. Et idem tenet Rota xxiij. deci. appellatum est eod. tit. in antiquioribus. Et ideo in proposito videtur quod deserta appellatione nullo modo per viam querele audiatur: quia omne ius suum in prima appellatione deduxisse videtur. Et qui renunciat appellationi, videtur etiam renunciare nullitati, secundum Bald. in l. j. C. de sent. prefec. pretor. in quibusdam lecturis. quem refert, ꝛ sequitur Perusi. in c. interposita. §. si. ver. quanto queritur. s. eod. facit quod not. Bald. in l. j. ver. ex hoc noto. C. quando prouoc. non est neces. Sed tamen his non obstantibus, contrariū videtur verius, videlicet quod non obstante desertione appellationis per viam querele, ꝛ nul-
n litatis [n] audiatur, qui appellationem deseruit: ꝛ hoc non solū in extraiudiciali appellatione, prout Abb. hic dicit: sed etiam
c in iudiciali [c]. Nam de hoc est tex. in c. licet. de senten. excomm. in vj. vbi expresse dicitur quod ille, qui appellauit, ꝛ appellationem interpositam deseruit, non prohibetur prosequi viam nullitatis, ꝛ querele. Et licet ille tex. loquatur in sententia excommunicationis, idem est in qualibet sententia, que nulla sit, vt gl. ibi concludit in ver. excommunicationis. ꝛ Do. ibi sequitur. Et idem tenet Ang. in cons. clxxvij. in facto proposito. Et probatur hoc in l. si expressim. in fi. ff. eod. titu. ꝛ ibi Bart. versi. quero quando ista duo. ꝛ idem Bal. in l. j. vers. tertio quero. C. quando prouoc. ꝛ in l. tale pactum. §. qui prouocauit. q. xiij. ff. de pac. vbi arguit quod sicut deserens appellationem interponendā non excluditur, quo minus dicat de nullitate, vt est text. in d. c. concertationi. idem dicendum est in appellatione interposita. Et de his videbimus in c. dilecto. s. eo. Non obstant allegata in cōtrarium: quia fateor non esse differentiā inter appellationem iudicialem, ꝛ extraiudicialē. Sed dico quod in vtraque appellatione, licet deserta sit, remanet querela nullitatis, per supra dicta. Non obstat text. hic, vbi videtur probari quod totaliter excludatur, qui appellationem iudicialem deseruit, dum dicitur quod a causa cecidisse videtur: quia intelligitur a causa appellationis. Similiter dum dicitur quod super eodem negocio non auditur appellans, intelligitur super eodem negocio appellationis, de quo agebatur. Et ad hoc facit illud verbum, eodem, quod relationem facit, ꝛ in negocio appellationis verificatur. Uel intelligitur text. iste, ꝛ procedit quando sententia duntaxat erat iniqua, ꝛ duntaxat competebat remedium appellandi, iuxta l. j. in princ. ff. eod. titu. Secus autē quando sententia erat nulla: quia deserta appellatione nō excluditur querela nullitatis: sunt enim contraria remedia appellationis, ꝛ nullitatis, ꝛ differunt essentialiter, ꝛ in effectu: vt Ang. dicit in cons. clxxvij. s. alleg. vnde de vno ad aliud non infertur. l. Papinianus. ff. de minor. Et desertio appellationis plus non debet operari, quam si a principio appellatum non fuisset, prout dicit Bal. in d. §. qui prouocauit. Et per hoc tollitur prima responsio Per. dum dicit tex. in c. concertationi. procedere, quādo a principio nō appellauit. Nam pari ratione locum habet, quando appellauit a principio, ꝛ postea appellationē deseruit per supra dicta. Non obstat secunda responsio, quod deserendo appellationem videtur tacite consentire: quia quantum ad appellationem hoc bene procedit, vt appellatio tollatur de medio: sed propter hoc non habetur consensus absolute, ita quod etiam a querela nullitatis excludatur. Patet hoc in d. c. concertationi. vbi qui non appellauit, admittitur ad remediū nullitatis: ꝛ tamen non appellando ita videtur tacite consentire, sicut deserendo. l. ab eo. C. quomodo, ꝛ quando iud. Sed limitatus videtur consensus respectu appellationis, ꝛ nullitas non excluditur. Non obstat quod dicit Car. in d. cle. quamuis. ꝛ alijs in locis s. alleg. quia loquuntur quantum ad remedium appellationis. Sed per hoc non infertur ad nullitatem, que diuersa est, ꝛ contrarie qualitatis, ꝛ nature. Ultimo nō obstat quod renuncians appellationi, videatur etiam nullitati renunciare: quia Bald. in d. l. j. hoc non dicit: ꝛ dato quod non vellet, habet locum quando etiam fuit cognitum de nullitate, vel quando nullitas venit accessorie: vt declarat Bal. in d. l. j. C. quando prouoc. secus si principaliter, per supra dicta. Et quia deserēdo appellationem, non videtur renunciare nullitati, ex quo diuersa remedia sunt, vt dictum est. Ex quibus patet quod Peru. non bene dicit: ꝛ Ab. etiam in aliquibus merito reprobatur. Quātum vero ad intellectum text. hic, in ver. si vero. verior videtur communis intellectus glo. ꝛ doc. hic, quod loquitur de appellatione iudiciali: vt sonant illa verba, ante litis ingressum. Et in dubio a proprietate verborum non est recedēdum. l. non aliter. in prin. ff. de leg. iij. Et probatur hoc in ratione, que assignatur, dum dicit: quoniam sacri canones, ꝛc. Ista enim ratio demonstrat, quod ver. si vero. loquitur duntaxat de appellatione iudiciali, ex quo per viam rationis text. de appellatione iudiciali loquitur: ꝛ colligitur etiam in illa implicatiua, etiā. Nec responsio Abba. satisfacit: quia literā destruit, ꝛ tex. iste in ver. si vero. hoc modo adaptatur: quia tex. in principio cōsiderat duos casus. Primo, quando appellatur post sententiam. Secundo, qñ ante sententiam. Primo casu, quando post sententiam appellatum fuit, dicit tex. quod deserta appellatione prima sentētia remanet firma. Secundo casu, quando appellatū fuit ante sententiam prius, quam Papa respondeat ad quesitum de appellatione deserta, remouet tacitam obiectionem ibi: huiusmodi, ꝛc. que formari potuisset quod ante litem contestatam non appellat: quia non videtur adhuc inchoatum esse iudicium. l. j. C. de iudic. Et ad hoc respondetur quod imo appellari potest de iure canonico: quia canones passim appellare permittunt, ꝛ sic ante litis ingressum, ꝛ etiam extra iudiciū. Postea in ver. si aūt a sentētia, ad principale quesitum respōdetur, quod deserta appellatione ante sententiam: ꝛ sic fine ante fine post litem contestatam, cogitur qui appellationē deseruit, illius stare iudicio, a
o quo appellauit [o]. ¶ In gl. in verbo, passim. Primo aduertendum est quod declaratio gl. respicit modum ꝛ formam proponendi appellationem, que hodie aliter, quam olim, proponi debet. Sed text. hic, videtur considerare facultatem appellandi, que generaliter per canones cōceditur in iudicio, vel extra iudicium, ante, ꝛ post litem contestatam: ꝛ hoc hodie, sicut olim,
28 procedere videtur. † Secundo tractat Abbas post alios hic, an in appellatione extraiudiciali causa requiratur: ꝛ dum concludit quod ad validitatem appellationis extraiudicialis, que a parte interponitur, quod causa non exigitur, sed quo ad effectum, vt attētata possint reuocari, causa necessaria sit. In hoc dubitationē facit: quia si appellatio extraiudicialis valida sit, ꝛ legitima, ergo videtur quod attentata possint reuocari: quia iste videtur effectus, qui mediate sequitur, etiam ex appellatione extraiudiciali. c. cum a nobis. de elec. c. bone. s. e. Unde si appellatio valet sine causa, ergo sine alia causa attentata post ꝛ cōtra appellationem poterunt reuocari: quia appellatio sola sufficit. Ideo indistincte verior conclusio videtur, quod in appel-
p latione, etiam extraiudiciali causa requiratur [p]. Et ita ipse Abbas concludit in c. consuluit. el ij. s. eo. ꝛ probatur in d. c. j. in prin. ꝛ ibi Do. per illū tex. ꝛ idem voluit gl. in c. consideramus. s. de elec. in c. j. in gl. j. de postu. prel. in c. vt debitus. in verbo, ex rationabili. s. e. in c. causam. in gl. fi. s. eo. tit. Inn. in c. ad aures. de temp. ord. Nec obst. quod text. in d. c. j. eo. ti. in vj. loquatur de apostolis: quia illud refertur ad iudicialem appellationem, de qua etiam tex. in princ. loquitur: sed per hoc non tollitur, quin text. in prin. generaliter procedat, etiam in extraiudiciali appellatione. Et ad hoc bene facit tex. nota. in l. regula. §. ꝛ licet. ff. de iur. ꝛ fac. ign. quem in simili casu allegauit Imo. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de ver. ob. facit tex. in c. indēnitatibus. §. pe. de elect. in vj. Et maxime hoc in isto casu procedit: quia text. in d. ca. j. in prin. de appellatione extraiudiciali expresse loquitur. Et cum

generaliter dicat de appellatione extraiudiciali, intelligitur etiam de illa, que a parte interponitur: quia generalis disposi
a tio [a] omnes casus includit, etiam quod in vno casu maior[f] ra
f tio quam in alio videatur, l.j.§.quod autẽ.ff.de alcato.l.in fran
29 dem.in fi.ff.de milit.testa. ¶ † Glo.in ver.solent.precipue allegatur ꝙ appellatio extraiudicialis, que a parte interponit, non habet vim citationis: ideo appellatus venire non tenetur. Et in tantum ista conclusio procedit, quod licet creditor propria authoritate debitorem fugiẽtem capere possit, iuxta l.ait pretor.§.si debitorem.ff.de his, que in frau. credi. tamen verbis non poterit debitorem fugientem citare, vt preueniatur iurisdictio: quia talis citatio est iuris non facti. Ita not. dicit But. ⁊ Abb. sequitur in c.j.§.de iud.ver.an autem. Allegat glos.hic. ⁊ idem Abb. dicit in c.proposuisti.in iij.not.de fo.compe.⁊ sentit etiam Abb.hic. Sed contra hoc facit: quia si permittitur realis captura in casu fuge, a fortiori videtur esse permissa verbalis. Non obst.gl.hic: quia non loquitur in casu fuge. Nisi saluando dicatur quod realis permissa sit: quia hoc modo consulitur indẽnitati creditoris. Non sic vꝫ in verbali: quia illo fugiẽte parum operatur. Tamen quantum ad effectum, quem potest operari verbalis, idem esset in verbali, quod in reali in casu fuge ratione predicta. Non obstat quod realis sit facti, ⁊ ista verbalis iuris: quia vtraque vꝫ facti, ex quo factum in vtraque requiritur. Sed in casu fuge ordo iuris relaxatur: ⁊ ita relaxatio ista videt habere locum in citatione verbali, sicut in reali, quo ad effectum, qui cõsiderari potest, vt dixi. ¶ In gl. in ver. cogitur. ibi: debet compelli alternatiue. glo. bene dicit penden te appellatione, prout loquũtur iura, que allegat: sed in isto casu, cum sit deserta appellatio, precise cogitur ille, qui appella-
30 uit, stare iudicio illius, a quo appellauit. ¶ † In glossa finali,
g ibi: quia crimen notorium erat, non vocauit [g] eum. ista solutio approbatur per Abbatem hic: quia ex quo factũ erat notorium, non requirebatur cause cognitio. capitu. quoniam. de fil.presby. vt latius per eum hic, quẽ posteriores sequunt. Sed in contrarium facit illud, ꝙ ipse idem Abb. concludit circa fi. hic, dicens quod in sententia excommunicationis semper citatio necessaria est, licet de facto notorio agatur. Et ad hoc dictum Inn. in c.sacro. in gl.ij. de sent.excom. vbi expresse dicit ꝙ etiam in facto notorio non precedente monitione quis excommunicari non potest. Idem Host. ⁊ But.hic. ⁊ Abb. in consilio xxiij. videtur primo.lib.j. Unde dictum glo. ⁊ quod Abb. dicit hic, intelligitur, ⁊ saluari põt, quando ipsa cõtumacia, pro qua fertur excommunicatio, notoria esset: tunc enim alia monitio non requiritur: vt Abb. dicit per illum tex. in c.j. de iudi. ⁊ in c. fi. de iuram.cal. ⁊ not. Lap. alleg. lxxiij. prelatus regularis. cum si. vt dixi in d.c.j. in gl.fi. ¶ In ea gl. ibi: irrequisitum illa vice. ⁊ sic non fuit requisitus tempore late excommunicationis: ⁊ probatur ibi, dum text. dicit quod irrequisitum excommunicauit.
31 Nam † qualitas adiecta verbo, regulatur secundum tempus verbi. l.in delictis.§.si extraneus.ff.de noxal. in l.si Titius. vbi Bart.ff.de testa.mili. prius intelligitur quod fuerit contumax ex prioribus citationibus, secundum mentem gl. hic: quod non caret diuinatione. Et hoc etiam attento idem esset dicendum in non notorijs. Cuius cõtrium videtur velle tex.hic, designando specialitatem in notorijs. ¶ In fi.gl. hec vltima solutio etiã diuinat, ⁊ videtur contra tex.hic, qui dicit, irrequisitum excom
32 municauit. † Postremo an in notorijs [k] citatio requiratur:
k ex his, que Abbas hic scribit, tres eliciuntur cõclusiones. Prima est, quod in notorijs citatio non requiratur, quando constat absenti defensionem non competere. Et ita intelligit text. hic, in c.bone.el j.§.de elec. vbi Abb. in c.cum olim.§.de re iud. ⁊ ibi Abb. ⁊ idem Ab. in c.ex insinuatione. circa fi.j.eo. in c.causam, que. de rescri. cum fi. Et ratio huius cõclusionis manifesta videtur: quia non fit citatio, nisi ad istum finem, vt citatus possit se defendere. Si ergo nulla defensio competit, citatio nõ requiritur. Et ita istam conclusionem sequitur, ⁊ declarat Bald. in l.ea, que. ver.tertio queritur. in princi. C.de accus. Et pro ista conclusione facit quod no. Rom. in consi.cccclxxxiij. dubitatur primo. in fin. vbi concludit quod quando constat possessori ius non competere, eo non citato beneficium conferri potest, ⁊ possessio in alium transfertur. Idem Ro. in consi.ccccxcix. in premissa. ⁊ notat Lap. in allegatione cxxvij. Anastasius canoni-
33 cus. † Secunda conclusio est, quod etiam in notorijs citatio necessaria est, quando dubitatur an absens habeat defensionem. Abbas hic, ⁊ in locis §.allegatis. Et probatur in c.fi. iuncto c.j. de offi.deleg. in vj. ⁊ hoc idem Abb. dicit per illum text. cum gl. in c.sepe.j.eo. facit tex. in l.iij.§.si a die. ⁊ quod ibi Barto.ff.de re mili. ⁊ late probat hoc Are. in consi.clxv. sicut Joãnes dicit. Et circa hoc notandum est quod in dubio presumẽdum videtur, quod aliqua defensio competere possit: vt no. Abb. in c.vestra. de coha.cler.⁊ mu. vbi inquit quod regulariter in notorio videtur defensio competere: ⁊ per consequens in dubio erit citatio
g necessaria [g]. Et idem videtur sentire Abb.hic. Sed contrariũ expresse tꝫ Ant.de But. in c.quanto. ver.circa hanc partem.§. de transla.episc. dicens quod sufficit notorium esse, vt effectus notorij sequatur, ⁊ aduersarius onere probãdi grauetur, quod aliqua defensio competat: quia illud est ex accidenti, per illum text. ⁊ idem videtur tenere Jo.And. in d.c.vestra. dum concludit quod quando factum est adeo notorium, quod celari nõ potest, ordo iudiciarius non requiritur, nec etiam requirit quod excusari nõ possit: alias vix posset dici delictum esse notorium. Et breuiter concordando opiniones, dicendum est quod respectu citationis illa semper in dubio erit necessaria, licet factum notorium sit, nisi cõstet, nullam defensionem competere: sed quo ad alium ordinem iuris, vt non debeat obseruari, sufficit quod appareat aliquid notorium esse. Et ita not. Bal. distinguit in
34 d.l.ea, que. ver.tertio queritur. post principium. † Tertia conclusio Abb. est quod in sententia excõmunicationis citatio indistincte requiratur: quia non fertur contra aliquem etiã pro facto notorio absque monitione: vt Ab. not. hic concludit, ⁊ sequuntur posteriores hic. Sed prima facie hoc vꝫ contra istũ text. vbi ex delicto notorio, in quo appellatio non admittitur, nec citatio requiritur, infertur ad excommunicationem: vt colligitur ibi: sicut ille, quem, ⁊c. Ergo isti casus videntur parificati, quod sicut in notorijs citatio non requirit, ita nec in excõmunicatione, prout in apostolo casus occurrit. Potest responderi quod ille non fuit excommunicatus per apostolum absq; citatione ex eo immediate quod delictum esset notorium: quia notorietas delicti non excludit citationem in sententia excommunicationis: vt dictum est in princ. gl. ⁊ Abb. hic dicit: sed intelligitur quod notoria erat contumacia illius, quem apostolus excommunicauit. Et hoc modo equiparatio adaptatur: quia pro contumacia notoria, absque alia citatione quis excõmunicari potest: vt not. in c.j. per illum text. vbi Abb.§.de iud. cum si.§.alleg. Et sic habetur limitatio ad istam cõclusionem, quam simpliciter Abb. tradit hic. Secundo etiam limitatur ista conclusio, vt procedat in sentẽtia excommunicationis. Secus vero est in facto notorio, si feratur declaratoria excommunicationis a iure incurse: quia non erit citatio necessaria: vt declarat Abb. in c.peruenit. el j. infra eod. no. in c.reprehensibilis. infra eod. titu.

¶ Additiones.

B ¶ Non sit standum. Adde quod videtur dicendum contrariũ quia si iudex potest aliquid facere stante impedimẽto, si illud faciat, presumitur impedimentum subesse. gl. est no. in c.pastoralis. in verbo, exonerare. de offi.dele. preterea pro iudice presumendum est semper. l.ij. C.de off.ciu.iudi. nec obst.tex. in l.si forte.ff.de cast.pec. quia non habet locum in iudice.

B ¶ Velle. Uide egregie per Jaso. Mar. in l.j. in v.no.ff.de off. eius cui man. est iurisd.

C ¶ Veriorem. Adde quod ista pars vltimo adducta per doct. comprobari potest ista ratione: videlicet, si licitũ est iudici qui detulit appellationi: ⁊ sic causam a se abdicauit talem terminũ assignare, vt per doct.hic, multo fortius hoc poterit iudex qui appellationem non admisit: quia in causa adhuc procedere potest. text. est in c.eum qui. de dolo ⁊ contu.lib.vj.

D ¶ Appellatio. Regula appellationis admittende est permissiua: ⁊ vbi non reperitur casus expresse exceptuatus, censenda est semper omnis causa cuiuscunque conditionis sit, appellabilis: doctrina est glo. in l.qui restituere. hic alle. ⁊ eam commendat etiam d.Phi.Dec. in rub.§.e. ⁊ ibidem Fel. in fi. ⁊ Perusi. ibi latius, vbi multa alia adducit. facit text. vulgatus in l.⁊ in maioribus. C.de ap. ⁊ innoleuit illud vulgatum, quod iudex in dubio potius debet inclinare in opinionem, quam appellatio sit admittenda: quia per hoc non tollitur ius alterius partis, secundum quod declarant Pau.de Cast. Alex. ⁊ Mod. in l.j. ff.si quis cau. ⁊ vide elegan. per do.Bar.Soci. in cons.cxcv. ⁊ vide eundem d.Phil.Deci. in cons.xxiiij.

E ¶ Et in causis pijs. Adde quod in causa dotis si feratur sentẽtia in fauorem mulieris, appellare non potest quo ad impediẽdum executionem illius sententie: ⁊ hoc fauore dotis. ista decisio fuit domini Bal.nouelli in tra.suo de dote, in nona parte, in vij. priuilegio. que tamen decisio dubia videtur propter regulam de qua hic: ex qua habetur quod in omni casu appellatio est permissa, nisi expresse in aliquo casu prohibeatur. d.glo. in l. qui restituere.ff.de rei vend.

F ¶ Juris. Tu vide And.Sic. in solenni rep.rub.C.qui admitti. vbi accumulat ad istud dictum gl. dicta lõge plenius quam Fel. ⁊ Mod. in c.j. de const. ⁊ alibi sepe.

G ¶ Non possit. Ista opi. vltra ea que adducunt doct. ⁊ Deci.hic com

comprobari potest hac ratione, quam alias adducebam post lectionem, conferendo cum excellentissimo preceptore meo d. Anto. Burgos Hispano in studio Bononien. nam lex dicendo dandam esse dilationem tanti temporis, et non minorē, precise loqui videtur, verum quando lex precise loquitur, tunc dicitur habere clausulam derogatoriam: ita dixit Jaco. de Arena in l. omnes populi. ff. de iust. et iu. quem refert Abb. in c. ij. de rescr. verum ubi lex clausulam derogatoriam habet, eo casu cēsetur inferioribus adempta facultas contrarium faciendi. gl. est in cle. ut hi qui in verbo, nullo modo. de eta. et qua. probatur etiam hoc in l. fi. C. de mili. test. additis dictis Ang. et Imo. in l. si queramus. ff. de testa. ubi dicunt statuto caveri non posse ut pupillus possit testari.

h ¶De re ind. Adde videndum dominum meum post alios, d. Vincentium Perusinum in d. l. ij. ubi hanc materiam totam copiose refert.

i ¶Prorogare. Adde quod hoc comprobatur ista ratione, videlicet terminus est prefixus instātie favore publice utilitatis, ad hoc ut lites non sint immortales, ut dicitur in l. properandum. in princ. C. de iud. ergo iudici non videtur data potestas in preiudicium publice utilitatis prorogare hunc terminum. l. iubemus nullam. ubi Bal. C. de sacrosanc. eccles.

k ¶Restringi. Tu vide omnino circa ista do. Geor. Nattam in repet. clem. sepe. ver. v. quero. ubi late de hoc. de ver. sig.

l ¶Septimo. Adde quod ista fall. est sane intelligēda in termino iuris: secus tamen esset in termino hominis: nam si arbiter statuat terminum parti ad aliquid faciendum, quo elapso pena committatur, tunc si sumus in pena conventionali, arbiter terminum prorogare non poterit, secus erit si sumus in pena legis: quia tunc prorogatio facta per arbitrum bene suffragatur: ita voluit Bart. in l. cum stipulatus sim. in priori. ff. de verbor. obligat.

m ¶Simpliciter. Confirmo ex no. per Pan. in consi. xciiij. inci. statuto civitatis. et vide copiose per do. Fel. in c. cum dilecta. in ver. viij. signum. de resc.

n ¶Nullitatis. Vide Raphael. Cuma. consil. xliiij. et tradit not. Alex. in cons. lix. iiij. vol.

o ¶Appellavit. Adde quod retēto isto communi intellectu ex eo inferri pōt: quod appellatio que a iudice interponitur ante litem contestatam, appellatio proprie non dicitur, sed potius dicetur quedam provocatio: et hec illatio probatur, quia iudicium proprie non dicitur ante litem cōtestatam: ut notant doctor. in rub. ff. de in ius voc. et est glo. in l. fi. §. illud. C. de temp. appell. et in l. iudicium solvitur. ff. de iud.

p ¶Causa requiratur. Adde quod ista communis cōclusio, que habet, quod in appellatiōe extraiudiciali que a parte interponitur, causa exprimi debeat, iure est dubia his rationibus: quia causa exprimenda est in appellatione, ut iudex videre possit an iuste appelletur ad hoc, ut appellationem admittat, vel repellat. gl. est in c. j. in verbo, appellationis, de app. in vj. verum hec ratio non subest in adversario a quo fuit interposita appellatio: nam ad eum nō pertinet appellationē admittere, vel excludere facit etiam ad hoc: quia nunciatio novi operis que vim habet appellationis extraiudicialis, ut dicunt Bar. et doc. in l. in provinciali. §. j. ff. de no. oper. nun. causam non requirit, nisi quando a parte petitum fuerit. ita Bar. et doc. in l. j. in princ. ff. de no. ope. nun. Reliquum est respondere ad tex. in d. c. j. et dico quod ille tex. non obstat: nam loquitur tantummodo de appellatione extraiudiciali, que a iudice interponitur: quod patet dum dicit, apostolos petat, in quibus appellationis causam exprimat: que quidem verba non conveniunt appellationi que a parte interponitur: ergo tali appellationi non convenit dispositio illius tex. quia cui non conveniunt verba cōstitutionis, ipsa constitutio non convenit. l. quod constitutū. ff. de mil. test. Nec obstat quod ille tex. generaliter loquatur, ut inquit Deci. j. quia respōdetur quod generalitas restringitur ad terminos habiles. l. ut gradatim. de mu. et hon. ff. sed appellatio extraiudicialis, que a parte interponitur, non est habilis comprehendi ex verbis illius tex. ut dixi, ergo, etc.

q ¶Generalis dispositio omnes casus includit etiam quod in uno casu maior ratio quam in alio videtur. vide an per hanc doctr. suam inferat signanter idem Dec. in no. q. in cons. v. inci. in causa domine Marie.

r ¶In notoriis. Vide d. Fran. de Cur. in cons. xx. et in cons. xxi.
Hiero. Sig.

2 cit tex. hic, in fi. dum dicit, non esse aliquatenus[2] procedendum. Ista enim verba videntur precisa, vt per gl. in auth. si qua mulier. C. ad Velleia. ⁊ in cle. j. de sequest. pos. ⁊ fru. ergo indistincte ante citationem videtur habere priuilegium. Tertio etiam videtur aliter probari hic: quia isti duo casus videntur hic a pari procedere in terminis suis ante citationem vel post: sed post citationem indistincte denegatur priuilegium, etiam si iste non sit in dolo: ergo ante citationem etiam indistincte videtur habere locum priuilegium: ar. eius, quod habetur in l. j. ⁊ ibi Bar. ff. de reb. du. Predictis tamen non obstantibus opinio prima gl. ⁊ Abb. hic videtur verior pro qua in simili est bonus tex. in l. ignorare. C. de rest. mi. vbi datur priuilegium absentibus causa Reipublice, quando sine dolo absentes sunt. ⁊ in l. sed ⁊ qui data opera. ff. ex qui. cau. ma. ⁊ in l. j. C. ex qui. cau. maio. Bene facit tex. in c. postulastis. in fi. ⁊ quod ibi Abb. j. de concess. preben. Et ideo si quis Romam peteret, non ob aliam causam, nisi vt euitaret iudicium, ⁊ aduersarium deluderet, non debet habere priuilegium per supra dicta. Non obstant allegata in contrarium, ⁊ primo tex. in c. suggestum. quia distinctio, que ibi habetur, videtur respicere facultatem probandi dolum. Nam quando post notitiam literarum recedit, vt vadit Romam, videtur esse in dolo, ⁊ satis contra eũ dicitur esse probatus dolus: prout gl. ibi, ⁊ doc. illũ tex. intelligũt. Sed si ante notitiã literarũ Romã properaret, non diceret esse in dolo, nisi per aduersariũ hoc probetur. Secundo nõ ob. tex. hic, in verb. aliquatenus: qr intelligitur quando sine dolo iter arripuit, per supra dicta. Vltimo nõ obst. ꝙ post citationem indistincte priuilegium denegatur: quia non per hoc ante citationem priuilegium tribuitur indistincte. Nam illi duo casus non parificantur: cum ratio differẽtie manifesta sit: quia facilius tollitur priuilegiũ, quam detur: arg. l. eius militis. §. militia missus. ff. de test. mi. Et quia vno casu receditur a iure communi, odiosum est, regu. que a iure. de regu. iu. in vj. Altero vero casu habetur regressus ad ius commune, quod quidem fauorabile est: vt per glos. in c. statutum. in verb. numerandum. de preb. in vj. facit tex. xxxv. di. in c. ab exordio. Vltimo, quia post citationem, licet non sit in dolo ille, qui recedit, est tamen in culpa: quia debuit procuratorem dimittere, vt supra dictum est. Sed quãdo ante citationem dolose iter arripuit, nulla ratio subesse videtur, vt debeat habere priuile-
5 gium. † Postremo Abb. in fi. hic post alios cõcludit quod episcopus potest subditum suum in curia Romana citare, etiam realiter: vt Bald. hic dicit. Et ratio videtur secundum Peru. hic, quia Roma est communis patria. l. Roma. ff. ad municip. c. fina. de fo. compe. Sed ista ratio non multum facit: quia licet Roma sit communis patria, ⁊ ibi quilibet possit cõueniri: hoc intelligitur coram Papa, vel eo, qui habet ibi iurisdictionem. Vnde in ista questione dicendum est vt habetur in c. fi. de foro compe. ad quod Abb. se remittit. Et circa tex. in d. l. Roma. notandum est quod hodie non videtur habere locũ, cum sit in dominio Pape. ca. fundamenta. de elect. in vj. Et ideo laicus non subditus Pape hodie Rome non poterit conueniri: vt no. voluit Ant. de Bu. in d. c. fi. ver. ad primum. de fo. comp. Joan. de Imo. in dicto cap. fina. in ij. nota. dicit ꝙ ex quo illa lex non reperitur expresse correcta, ꝙ etiam hodie remanet incorrecta. Et videtur sequi Peru. hic: ⁊ hoc sentit Bald. in l. rescripta. C. de prec. Imper. offer. dum inquit ꝙ vbi est Papa, ibi est cõmunis patria. ⁊ in d. l. ij. §. legatus. ff. de iud. Et quilibet de Imperio Romano est ibi ciuis: vt no. Bar. in d. l. Roma. ⁊ glo. in l. cines. C. de incolis. li. x. facit quod no. Cy. post Pe. in l. fi. C. de pe-
6 tere. qui dicit ꝙ † hodie vnicus senator, qui Rome creatur, habet illam authoritatem, quam olim omnes senatores habebãt. Et ad hoc allego bonum tex. in l. j. circa fi. C. de ve. iure enu. vbi dicitur ꝙ omnes alie ciuitates debẽt sequi cõsuetudinem Rome que est caput orbis. Et Romam intelligimus nõ solũ veterem, sed etiam regiam nostram, ⁊c. ergo patet ibi ꝙ Roma antiqua retinet antiquas prerogatiuas: ergo etiã ibi quilibet poterit conueniri. Reliqua dicatis vt per doc. hic.

¶ Additiones.

A ¶ Papa. Facit l. cum in diuersis. ff. de relig. ⁊ sump. fune. vide Inn. in c. exposuit. de dila. ⁊ glo. in verbo, sedem. in c. ij. de priui. in vj. que voluit, ꝙ studẽs Viterbij donec ibi est curia Romana gaudeat priuilegio illius c. ij. ⁊ vide Bald. in sua margarita in versi. curia. ⁊ ad hoc est bonus tex. in cle. ne Romani. de elec. idem no. Card. in cle. auditor. de rescr. ⁊ in cle. j. de magist. in x. no. imo plus dicit Abb. ⁊ Fel. in c. ego N. de iureiu. ꝙ vbi est papa, ibi censetur esse Roma. dicas tamen circa hoc ꝙ vbi esset cancellaria ⁊ audientia pape, etiam ꝙ ibi non esset papa, diceretur esse curia Romana: imo plus dico, ꝙ vbi esset papa sine audientia ⁊ cancellaria, ibi non diceretur esse curia Romana. ⁊ hec probantur per text. in dicta clement. ne Romani. in §. sane. versicu. eo tamen adiecto. ⁊ vide Card. in dicta clement. auditor. de rescriptis. Hiero. Gig.

1 ¶ Fraudulenter. Vide Decium j. eodem. capit. suggestum. in primo notab.
2 ¶ Aliquatenus. Vide Fel. in c. Rodulphus. ver. aliquatenus. de rescr. Pe. Rebuff. in c. postulastis. de cler. exco m. mi. Andr. Tiraquel. in repe. l. si vnquam. C. de reuoc. don. in verbo, reuertatur. num. 185.

Appel

1 ¶ Appellatio si interponitur, debet supersederi ab articulo, siue a causa principali, secundum quod appellatio interponit.

1 
Uper eo. ¶ In tex. ibi: & nihilominus supersedeat ei, s. causae principali. Ita Io. & doc. omnes intelligunt. Et sic duo dicta principaliter ponuntur hic. Primum est quod supersedet articulo, in quo appellatum est. Secundum, quod etiam supersedetur in causa principali, ut ex summario do. Abba. colligitur hic. Sed puto aduertendum esse, quia text. non loquitur de causa principali, sed potius loquitur in illo verbo, ei, de articulo exceptionis, de quo in princ. loquitur. Nam supra dixit quod debet supersederi exceptioni, a qua appellatum fuit. Deinde in versic. & si principalis, ampliatur quod dictum est, & dicitur quod licet processus causae principalis impediatur, ei nihilominus supersedeatur: intelligitur, ut dixi, ei, scilicet exceptioni, quod patet ex verbo, nihilominus, quod remouet dubitationem, ampliando dictum, quod praecesserit in cle. i. §. volumus. in fi. de foro compet. ibi procedant nihilominus, prout superius est expressum, facit tex. insti. quib. non est permiss. fac. test. in princ. Nam secundum intellectum doctorum diceret etiam, ei supersedeatur. Et istud quod dixi, notandum est, quia magni ponderis est. Nam ex eo remouetur arg. a cōtrario sensu, quod colligitur per gl. & doct. hic. de quo infra dicam. ¶ In glossa in verbo, terminari. circa istum tex. Anton. de Bu. notabilem habuit intellectum, & dicit quod quando ab vno articulo causae appellatur, & iudex a quo non detulit appellationi, nec facta fuit sibi inhibitio, iuxta ca. non solum. eod. titu. in vi. si causa principalis habet connexitatem cum articulo appellationis, tūc in principali causa supersedendum est. Secus si causa principalis separata sit ab articulo appellationis: quia iudex a quo procedere poterit in causa principali pendente appellatione: & sic iurisdictio eius suspensa non videtur per tex. a contrario sensu hic. Domi. Abb. pluribus mediis conatur impugnare istum intellectum, ut per eū hic. Et ad istum tex. prout glo. etiam hic, principaliter respondet quod argu. a contrario sensu non procedit, quia esset cōtra alia iura, quae ipse inducit. Et hanc opinionem domini Abb. videtur approbare do. Alex. in consi. lxxxix. diligenter considera tis. lib. i. Sed tamē Peru. & alii posteriores hic, sequuntur An
a to. de But.[a] quia dicunt nihil obstare, quo minus argu. a contrario sensu summatur hic: quia iura allegata per do. Abb. habent locum quando causa principalis est connexa cum articulo appellationis. Iste tex. loquitur, quando articulus appellationis nullam habet connexitatem cum causa principali: ut late hic per eos deducitur. Et vlterius pro opinione Anton. de Bu. magis formaliter responderi potest ad illud quod dicunt glo. & Abb. hic, quod argu. hic a contrario sensu omnino procedat, quia alias verba, quae ponuntur in tex. hic, nihil operarentur: quo casu etiam contra iura antiqua colligitur argumen. a contrario sensu, quando alias verba vacua redderentur, & sine effectu. glo. not. quae allegatur in l. nulla. C. de episcop. & cler. pro qua est tex. quem ibi ad hoc ponderauit Ro. in authen. ex testamento. C. de collat. Mihi tamen videtur alia ratione, quod argu. a contrario sensu hic, de quo Anto. de But. & isti potissimū faciunt fundamentum, non bene colligatur hic. Considerandum est enim quod in versi. & si principalis, ut dixi in textualibus, non immediate dicitur quod in causa principali supersedeatur, nec ibi ponitur nouum dictū, sed ibi ampliatur illud, quod in princ. dixit, & verbū, ei, intelligitur, scilicet exceptioni, ut demōstratur per illud, verbum nihilominus, & est sensus, quod in articulo exceptionis, de quo appellatio pendet, omnino supersedetur, licet ex hoc causa principalis impediatur, ut supra dixi. Et secundum istam declarationem, quae videtur ex mente literae, argu. a contrario sensu nullo modo cadit: quia tex. procedit ampliādo quod dictum est: & in ipsa exceptione, prout tex. loquitur, supersedetur in vtroque casu, siue causa principalis impediatur, siue non: cum super illa exceptione pendeat appellatio. Et ita euitari potest iste tex. qui pro magno fundamento allegatur. Sed tamen sustinendo intellectum domini Anton. de Butr. qui magis placet, pro eo aliter iste text. induci potest. Nam dato quod text. in ver. & si principalis. loquatur de exceptione, ut supra dixi, negari tamen non potest quin tex. presupponat, & velit quod pendente appellatione ab vno articulo, quandoque supersedeatur in causa principali, quandoque nō: dum loquitur conditionaliter, & dicit, si causa principalis sine illa terminari non poterit, ut quia sit praeiudicialis. Modo sic, si vera esset opinio domini Abba. quod indistincte iurisdictio iudicis a quo in tota causa suspensa esset, quando ab vno articulo appellatur, causa principalis semper impediretur: & text. non consideraret quod quandoque impediatur causa, & quandoque non. Ut ergo talis distinctio verificari possit necessariū est fateri quod dicit Anto. de But. ut distinguatur vtrum causa principalis connexa sit, vel non, cum articulo appellationis. Confirmatur hoc, quia suspensio causae principalis, quādo causa est connexa, non causatur immediate ab ipsa appellatione, sed ex natura exceptionis praeiudicialis: & ideo non videtur quod appellatio habeat immediate suspēdere causam principalem, sed accidentaliter venit illa suspēsio ex natura exceptionis. unde si exceptio non impediat causam principalem, appellatio, quae fuit limitata ab illo grauamine, non videtur suspēdere causam ipsam principalem. Et sic bene probatur opinio Anto. de But. quam etiam comprobo hac ratione. Nam videmus iudicem a quo, quando in vna causa appellatur, posse in alia causa cognoscere: ut in cap. proposuit. s. eod. & in ca. ad haec. s. eodem. & hoc nō est propter aliud, nisi quia causae sunt separatae: ergo idē dicendum est in vno articulo separato a causa principali: puta si appellatur ab expensis, in quibus quis fuit condemnatus ratione contumaciae. Nam nihil obstat, quin pendente tali appellatione, in causa principali procedatur: ad quod bene facit tex. in l. etiam. §. ex causa. ff. de minori. Fateor tamen quod iudex a quo, recusari poterit per illum, qui appellauit, prout dicitur in d. c. ad haec. & in d. ca. proposuit. sed non facta recusatione, iudex poterit procedere in causa principali non connexa articulo appellationis. Reliqua dic ut per doct. hic. Postremo notādum est dictum Inno. in c. post electionem. in fi. s. de concess. praeben. quod Abb. ad fi. hic refert: dicit enim Inno. quod quando iudex praesumit vehementer contra excipientem, quod malitiose[b] excipiat, non debet illū admittere: nec de appellatione eius
b curandum est. Et idem Abb. in d. c. post electionem. in versicu. secundus intellectus. & in cap. constitutus. s. de fideiusso. & in ca. nullus. s. de praesump. cum simil. sequitur Bald. in l. peremptorius. C. senten. rescindi non poss. Anto. de But. in c. super hoc. de renun. Pet. de Anch. consil. clvii. ex narratis in facto. Alex. consi. clxv. habita super contentis. lib. i. Et ex hoc confirmatur quod voluit Ange. consil. cxxxvi. in quaestione vertente. vbi inquit, statutum, quod requirit consilium sapientis, non habere locum, quando illud malitiose peteretur causa litem differendi. Sic etiam dicimus in statuto, quod praecipit cōpromissum fieri in aliquibus causis. Nam si calumniose petatur, tale compromissum per iudicem non debet admitti. Ita Bal. in l. cum quedam puella. §. quoties. ff. de iurisd. omnium iudi. in lectura antiqua. & idem voluit Ange. in l. ampliorem. §. fin. C. de appel. Pau. de Cast. in consil. lxv. visis, & consideratis. in fin. & idem in consi. lxiii. quod in causa appel. vbi alleg. tex. & quod ibi Bal. in l. satis aperte. C. de falsis. Praedicta conclusio limitatur quādo praesumptio esset magna, & vehemens, prout Inno. loquitur: secus si leuis. Ita Abb. per illum textum in cap. licet causam[c].
c in v. notab. s. de probat. Uidendum tamen est circa illum text. in dicto cap. licet causam. quod And. Sicul. scribit in c. ex parte. el ii. de off. deleg. vbi aliter illum tex. intelligit. Secundo conclusio praedicta locum habet, quando est praeiudicium reparabile. Secus si praeiudicium esset irreparabile, quia tunc non repellitur quis ex quacunque praesumptione calumniae. Ita Bal. no. in l. i. C. qui accu. quem sequitur, & comprobat Aret. in dicto c. licet causam. in vii. notab. & idem Alexā. in consi. xvii. requisitus in causa. libro i. vbi refert Bald. & plura adducit, ex quibus dictum eius comprobatur.

¶ Additiones.

a ¶ De Butrio. Quod iustius & vtilius est, & iuri ciuili conformius.

b ¶ Malitiose. Extende hoc ut per do. Feli. post do. Signor. in cap. decetero. de re iudic.

c ¶ Licet causam. Et latius Felin. ibi in quarto no. subiiciens, debere iudicem exprimere, & scribi facere in actis causam propter quam mouetur ad reiiciendum. Allegat dictum Bartol. in l. Lucius. ad finem. ff. de infam. & idem Felin. in dicto cap. de cetero. & facit ratio, quia non praesumitur pro iudice, nisi quatenus ex actis appareat. cap. quoniam contra. de prob. Et alias allegando dicebam, quod non videretur tacite reiecta per processum ad vlteriora: & dicebam non obstare regulam. l. a procedente. C. de dilation. cum per statuta nostra sit prouisum quod omnes exceptiones sint saluae in fine litis, non habet locum regula praedicta, ut declarat Feli. in cap. suborta. in vii. fallentia. de re iudicata. [redacted]

1 ¶ Appellatio admittitur, etiam in minimis causis.
2 Attenditur regulariter quod est minimum. 3. 4. 5. 6.

7 Minimum attenditur in his,que iure communi competunt:
ſecus eſt in extraordinariis.



E appellationibus.

1 ¶ † Primo nota ex iſto text. quod etiam in
minimis cauſis appellatio admittitur. Et ra
tio eſt, ſecundum Abbatem hic, quia in his,
ſicut in maioribus, iniquitas contingere po-
teſt,vt gloſ.hic dicit. Sed tamen attenta hac ratione iniquita-
tis,ſequeretur quod propter imperitiam iudicis, grauatus in
1 minimis cauſis non appellaret [1],contra text.hic,qui generali-
ter loquitur. Nam quantum ad facultatem appellandi ſolum
grauamen conſideratur,ſiue ex iniquitate, ſiue ex imperitia pro-
cedat.l.j.in princ.ff.eod.tit.ꝛ gloſ.hic ſimpliciter de grauamine
loquitur,ꝛ non de iniquitate, vt Abb. dicit. Et quod hic dici-
tur poſſe appellari in minimis, hoc intelligitur , ꝛ procedit de
iure canonico. Secus vero eſt de iure ciuili:quia pro cauſa mi-
nima appellare non poterit.ij.queſtio.vj.can.anteriorum.§.il-
lud.qui textus,originaliter habetur,in authent.de appella.§.il
lud.ꝛ ita concludunt Abb.ꝛ doc.hic. Sed mirandum eſt quod
doct.ſimpliciter ita dicant:quia in contrarium eſt text.in l.ꝛ in
maioribus. C.eodem. vbi de iure ciuili expreſſe dicitur quod ꝛ
in maioribus,ꝛ in minoribus negotiis facultas appellandi cō-
petit:ꝛ ſpeciale eſt vbi agitur de momētanea poſſeſſione, quod
A non appellatur [A]:vt no.per gloſſam in l.j.C.ſi de momen.poſſ.
fuer.appel. Non obſtat tex.in dicto §.illud.quia ibi appellatio
abſolute non prohibetur, ſed dicitur quod talis appellatio a
decem libris infra ad maiores iudices deferri nō debet. Quod
tamen docto.hic dicunt, ſaluari poteſt, conſiderando diligen-
ter tex.hic,qui loquitur de appellatione interpoſita, pro cauſa
minima,non quod ipſa cauſa,de qua principaliter agitur mi-
nima ſit. Sed cauſa hic conſideratur ad iuſtificandum appella
tionem. Et in hoc de iure ciuili appellatio non permittitur:qr
regulariter ante ſententiam prohibetur: ſecus eſt de iure cano
2 nico:vt in cap.ſuper eo.j.eodem. ¶ † Secundo ex iſto text.col-
ligitur quod etiam de minimis ratio haberi debet. Materia
brocardica eſt,ꝛ certa doctrina dari non poteſt:vt dicit Anto.
de But.in capi.ſi proponente.in fine.ſ.de reſcript. Inherendo
tamen his, que traduntur per domin. Abb. hic ꝛ ſubordinan-
B do varia dicta doctorum que ſimpliciter [B] allegantur,conclu
2 ſio ſit quod regulariter attendatur quod minimum [2] eſt , per
iſtum textum hic,ꝛ in cap.maioribus.j.de prebend.in cap. non
poteſt.eodem titul.in vj.ꝛ in dicto cap.ſi proponente. Ad idem
tex.in l.ſi proprietarius.in princ.ff.de damno infecto.in l.j. §.il-
lud.de coniun.cum emanci.lib. Et ideo dicit Bal.in dicto cap.
ſi proponente. per alium textum , quod dotata mulier dicitur
etiam ſi in minimis dotata ſit. Et per ſolutionem vnius num-
mi [1] preſcriptio interrumpitur,ſecundum Baldum in ca.illud.
de preſcrip.verſic.ſed an per ſolutionem.argumen.l.j. §.cepiſſe.
C de polli. Et iſta concluſio etiam procedit in penalibus [C] vt pa
tet in furto,vbi actio furti,competit etiam pro vno ouo.§.gal-
linarum.inſtitut.de rerum diuiſio.vbi glo.in verbo,lucrandi.ꝛ
D xiiij.queſt.vlt.cap.fin. Et de modica [D] iniuria no. Abb.in cap.
cum te.de re iudica. Et ideo dicit Bal.in l.j.§.de exercitoribus.
per illum textum.ff.nau.caupo.ſtabu.quod pena, que imponi-
tur comburenti domum,habet locum etiam in domuncula. Et
quod no. Bal.per illum textum in l.j.C.que res expor.non poſ.
Et quod idem Bal.dicit in l.furti.§.pactus.ff.de his,qui notā.
infa. Et in ſimili aliam queſtionem Bal.ponit in l. etiam. circa
finem.C.ad legem Falcidiam.de quo tamen aliter Alexand.lo
quitur in l.ex facto.§.fin.circa finem.ff.de vulg.ꝛ pup. Et predi
3 cta concluſio de plano procedit in quatuor caſibus. † Primus
eſt,quando diſpoſitio loquitur per verbum,aliquid. Nam tunc
clarum eſt,quod ſemper in minimo verificatur,propter preci-
3 ſam naturam illius dictionis,aliquid [3].l.ſi ſeruum.§.pretor ait,
ff.de acquiren.hered.vbi Barto. Ange.ꝛ Moder.facit gloſ. in
4 clement.j.in ver.aut earum parte.de foro compet. † Secundus
caſus eſt,quādo diſpoſitio loquitur conditionaliter : tūc enim
preciſe attenditur conditio,que apponitur : ꝛ ſi deficiat,etiam
E in minimo [E] non habet locum diſpoſitio.glo.not.in l.res bona
fide.ff.de contrahen.emp,no. Bal.in rub.C.de contrahen.emp.
in x.queſt.ꝛ in l.quandiu.C.de diſtr.pig.ꝛ Oldra.in conſil.xix.
de rigore iuris.ꝛ idem in not.q. Bal.tradit in l.cum ſit.in fin.C.
de ſepul.vio. Et hoc idem in pulchra, queſtione conſuluit An-
gel.in conſi.clxviij.ex iſto dubio.in ij.queſt.vbi concludit quod
prohibitus alienare bona hereditatis ſub pena priuationis ho
norum,alienando vnam rem, etiam minimam,tota heredita-
te priuatur:quia preceptum teſtatoris loquebatur conditiona
liter,ꝛ conditio indiuidua eſt.l.in executione.§.penul.ff.de ver-
borum oblig.ꝛ idem Angel.in l.ſi ſeruus.§.j.ff.ſi quis caut. Fa-
cit quod not. Barto.ꝛ docto.in authent.qui rem.C.de ſacroſan
ctis eccle. Bal.in l.cum allegas.in vij.oppoſi.C.de vſur. cum ſi-
milibus. Nam conditio formam inducit:vt not. Bal.in authēt.
matri ꝛ auie.C.quando muli.tut.officio. Et ſi forma non ſerue-
4 tur,etiam in minimo,actus erit nullus,vt ſtatim dicam [4]. Ter
5 tius † caſus eſt,quando illud minimum pro forma requiritur:
quia de forma nihil omitti poteſt:ꝛ forma potius,quam ratio,
conſideratur,ſecundum Baldum in l.j. ff. de liberis ꝛ poſthu-
mis. Et forme nihil addi vel detrahi poteſt : vt Bartol. inquit
in l.fin.verſicu.ex hoc colligitur.C.de ſuis ꝛ legitimis. ꝛ ideo ex
modico defectu incidit quis in magnam penam:quia non ſer-
uat formam,que in integritate conſiſtit:vt Bal. dicit in l.cum
adeo.verſicu.item ex paruo defectu.ſ.de reſcriptis. Et vbi agi
tur de forma,attenditur leuis ſolēnitas,licet parui ſit effectus:
vt not. Romanus tradit in conſil.cccci j.in propoſita conſulta-
tione.facit textus in cap.j.j.de baptiſm.ꝛ quod not.gloſ. in cle-
ment.j.in verbo,reuocari.de ſupplen.neglig.prelatorum. Abb.
in conſi.cxvj.in preſenti queſtione.lib.j. Bal.in cap.j.de preſcri.
ꝛ quod not. Bal.per gloſſam ibi in cap.j.de mil.vaſal. qui con-
tu.eſt.cum ſimilibus.vt tradit Alexand.in conſi.xlij.ſuper pre-
miſſo themate.in verſicu.preterea.l.j. Hoc tamen videtur pro-
cedere,quando apparet aliquid ſtatutum eſſe pro forma ſubſtā
tiali, vt quia vlterius procedatur diſponendo, quod actus ſit
5 nullus [5],iuxta doctrinam Bal.in dicta l.j.ff.de liberis ꝛ poſthu
mis. Tali enim caſu potius forma, quam ratio conſideratur:
vt Bal. ibi dicit:ꝛ tunc in effectu non videtur leuis ſolennitas.
Secus ſi aliquid ſimpliciter requiratur,ꝛ id parui momēti ſit:
quia videtur leuis ſolennitas,que omiſſa actum non vitiat.l.j.
§.fin.vbi Bart.ff.de ventre inſpic.ꝛ not. Bartolus in l. cum hi.
§.j.ſi pretor.ff.de tranſact. Barto.in l.fin.C.de iure deliberandi.
Ange.in dicta l.j.de liberis ꝛ poſthumis.cum ſimilibus,vt tra-
dit Alexan.in conſi.cxlj.viſo teſtamento ꝛ conſiderato thema-
te.li.ij. Vel dicamus quod forma debet obſeruari ad vnguem,
niſi iura vlterius procedant , declarando quod omiſſio alicu-
6 ius partis non habeat vitiare.d.l.j.§.fi.ff.de ven.inſpi. † Quar-
tus caſus eſt, quando illud minimum requiritur ad integran-
dum certum maiorem numerum,vel quantitatem. Nam tunc
6 illud minimum ſemper attēditur [6]:quia facit quod numerus,
vel quantitas requiſita non verificatur.l.quandiu.vbi Bal. C.
de diſtractio.pigno.l.ſi.C.debito.vend.pign. Et ideo qui debet
ſoluere decem non ſufficit,ſi nouem ſolueret : vt in notab. que-
ſtione Bal.tradit in l.j.C.de his que pene nomi.in xiiij.queſtio-
ne.ꝛ in l.cum ſit.in fin.C.de ſepul.vio.in l.diuus.in fin. ff.ad Sil
lanianum. vnde res vendita etiam pro vno nummo deficiente
7 pretio,a venditore retineri [7] poteſt:vt not. Bal.in l.fin.C.com-
moda.per l.hereditatis.ff.de hered.vel actione vendi.ꝛ ſi vnus
nummus deficeret,non dicitur facta reſtitutio : vt not. Bal. in
cap.conquerente.de reſtitutione ſpoliatorum. ꝛ qui non poteſt
habere fidem de pretio,non transfert dominium deficiente pre
tio,etiam in vno nummo:vt not. Baldus in l.inciuile.C.de rei
vendicatione.in ver.ſed pone.facit quod no.gloſſ.in dicta l.res
bona fide.ff.de contrahenda emptione.cum ſimilibus, ſupra al
legatis. Et iſta omnia locum habēt,niſi per errorem omiſſum
fuiſſet:vt eſt textus not.in l.quamuis.ff.de conditio.ꝛ demonſt.
7 Extra † iſtos caſus, in quibus regula indiſtincte procedit, re-
gula ꝛ concluſio ſupra facta limitatur,vt habeat locum in his,
que de iure communi competunt. Secus eſt in extraordina-
riis,que contra regulas iuris communis conceduntur,in qui-
bus non conſideratur quod minimum eſt : vnde pro minimo
damno non datur reſtitutio in integrum.l.ſcio.de in integrum
reſtitutione. Ita Abb.hic, ꝛ docto. communiter dicunt.ꝛ not.
Bartolus ꝛ alii in l.ſi proprietarius.in princ.ff.de damno infe-
cto. Ex quo infertur ſecundum Innocentium in cap.coram.ſu
pra de in integrum reſtitutione. quod minor non reſtituitur
aduerſus ſententiam interlocutoriam,in qua exceptio dilato-
ria modici preiudicii perimitur. Et ſequitur Bald.in l. perem
ptoria.col.iij.C.ſentent.reſcind. non poſſ. ꝛ in dicta l.ſcio. de in
integrum reſtitutione. Aduertendum tamen eſt,quod iſta pri
ma limitatio non videtur vera ſimpliciter , prout hic loquun-
tur, ſed intelligitur, ꝛ procedit prout loquitur textus in l. ſcio.
videlicet ſi maiori rei, vel ſumme preiudicetur, prout ibi dici-
tur. Secus ergo dicēdum videtur in minimo damno propter
quod non inferatur preiudicium maiori rei, vel ſumme : puta
in re,que abſolute de ſe minima ſit:nam tunc reſtitutio in inte-
grum competere non videtur. Ita gloſſ.tenet in dicta l.ſcio. ꝛ
Andr.ꝛ Alber.de Roſa.ibi illam l.ſcio,ſic intelligunt, ꝛ decla-
rant. Et pro tali concluſione arguunt:quia minor etiam ad lu-
crum reſtituitur.l.denique. §.ſi quid minor. l.ꝛ ſi ſine. §. primo.
ff.de minoribus. ergo a fortiori in damno reſtitui debet,argu-
men.

men. l. fi. §. licentiam. C. de iure deli. Hoc arg. satisfaceret, si in lucro minimo restitutio concederetur: quod quidem isti non pro
f bant[f]. Unde pro conclusione predicta adduco tex. in l. minoribus xxv. ann. ff. de mino. vbi dicitur ꝙ minoribus xxv. ann. succurritur. cum de bonis eorum aliquid minuitur. verbum enim aliquid, verificatur in minimo. l. si seruum. §. ait pretor. ff. de acquir. here. vbi Bart. ergo videtur tex. ibi, ꝙ pro minimo dam
8 no etiam detur restitutio[8]. Secundo conclusio s. facta procedit, quãdo in minimo proportionabiliter eadem ratio sit, que in magno. Secus vbi ratio dispositionis cessaret: quia tũc non inspicitur minimum: vt Abbas hic dicit per text. in c. & si questiones. j. de simo. facit c. ex parte. s. de fide instru. & xij. quest. ij. in c. terrulas. in l. j. §. si. ff. de vent. inspi. in l. senatus. §. Marcellus. ff. de leg. j. in l. j. §. sed sciendum. ff. de edil. edic. in l. ij. §. fin. ff. quod cum eo. Nam isto casu paruũ, & nihil, equiparantur: vt in not. questione Bald. dicit in authentica preterea. circa fin. C. vnde vir & vxor. Et ideo si statutũ, quod imponit penam pro
9 vulnere, non habet locum in leui vulnusculo, vt not. Bart.[9] in l. si predium. C. de edi. act. cum si. vt tradit Rom. in l. si vero. §. de viro. in iij. fal. ff. solu. ma. facit glo. in authent. minoris debitor. C. qui da. tuto. vel cu. pos. & quod no. Bal. in authen. sed iam necesse. C. de do. ante nupt. cum si. vt habetur in trac. de debitoribus fugitiuis. in iij. q. Alexã. in d. l. senatus. §. Marcellus. de leg. j. And. Sicu. in rub. de reb. eccle. non alie. in repet. in vj. limita. & Moder. in l. sciendum. ff. qui satis. cogan. Alex. in consi. ciiij. quod statutum. in fin. lib. j. vbi infert ꝙ statutum de falsifi
a cante monetam, non habet locum in moneta minima[6]. Ex quibus non videtur procedere sine dubio quod Bald. dicit in dicto cap. si proponente. & in dicta l. j. §. de exercitoribus. Nam in omnibus predictis casibus erit diligenter perscrutandum, an eadem ratio dispositionis procedere videatur. In quo probabiliter dici potest ꝙ si regula permissiua sit, videtur quod etiam in minimis habeat locum. Si vero talis materia sit, in qua regula prohibitiue procedat, non videtur cõsiderari quod minimum est. Plura potuissent cumulari: sed ex magno pelago hec dicta breuiter sufficiant. ¶ In gloss. in verbo, minimis. conclusio est secundum Abb. & doct. hic, quod causa dicatur minima, magna, vel parua, secundum qualitatem perso
10 narũ[10]. Et cum hoc precise determinari non possit, arbitrio iudicantis relinquitur. Sic glo. concludit in cap. fin. in verbo, illustrium. de re iudic. in vj. & Bart. ita tradit in l. admonendi. ver. sed est aduertendum. ff. de iureiu. & in authen. minoris debitor. C. qui da. tut. poss. in l. diuus. ff. de bo. dan. cum si. Et ideo
h causa ducentorum aureorum inter principes parua[h], erit magna inter ciues, inter alios inferiores erit maxima. Sic not. Albe. dicit, in l. in bone fidei. C. de re. credi. Et pro primo dicto de regibus, est bonus text. vbi gloss. & Bartol. in l. sed & si susceperit. §. j. ff. de iudic. pro alio dicto, de inferioribus, bene facit glos. in l. illicitas. §. ne tenuis. in verbo, lumine. ff. de offic. presi. Facit ad predicta quod tradunt Innocen. Hostien. Abbas, & alij post glo. ibi in capit. cum illorum. de sentent. excom. & quod not. glo. & doctor. in authentic. preterea. C. vnde vir & vxor. & in dicta l. ij. §. fin. ff. quod cum eo. Ultimo circa hoc notandum est quod Bartol. dicit in dicta l. admonendi. in loco preallegato, quod causa non dicitur magna, quando vertitur tantum que
11 stio possessionis alicuius rei magne[11]: cum enim non agatur de proprietate ipsius rei, sed duntaxat de possessione, causa parua dicitur, arg. l. j. C. si de momen. poss. fue. appellat. Et hoc sequitur Anton. de Butr. in capit. fin. de iureiu. & pro not. hoc tradit Mathes. in tertio not. notat quod in iudicijs. & idem domini de Rota in prima decisione. in titulo de officio archidiaconi. in antiquioribus.

¶ Additiones.

a ¶ Non appellatur. Ratio quare non appelletur a sententia super momentanea possessione est, quia talis causa dicitur causa modici preiudicij. vt not. Mathe. in suis not. notabili j. & ita expresse dixit Bart. in l. ij. in versi. quero que est ratio. ff. de appellat. recipiend. Et ex hoc sequitur quod in omnibus causis leuis preiudicij appellatio erit prohibita de iure ciuili. nam vbi est eadem ratio, debet esse eadem iuris dispon. l. illud. ff. ad l. aquiliam. l. milites agrum. in princi. ff. de re milit. & ideo sicut in casu momentanee possessionis de iure ciuili non appellatur ratione de qua supra: ita erit in omnibus alijs causis minimis. Nec obstat tex. in l. in maioribus. allegatus hic per Decium, quia loquitur in causis minoribus, & non in minimis: & sic communis opinio vera videtur.

b ¶ Simpliciter. Adde multa que ponit d. Jas. in aut. qui rem. C. de sac. sanc. eccle. & vide etiam Bart. Bal. consi. xxxvi. in fin. in secundo volumi. & in consil. xl. in primo volu. in contrarium tamen est tex. in l. scio. ff. de in integrum restit. & pro concordia ad illam l. scio. vide tex. quem reputo mirabilem in ca. & si questiones. de simo. & de hac materia. vide etiam Imo. in ca. quia nonnulli. post glossam ibi, de rescr. Et recordare vnum in ista materia quod in actu practico, soleo magnifacere ad multa, scilicet quod Bal. in l. pacta conuenta. de contrahen. emp. quam legit post §. quinimo. dicit, quod propter vnum quodque capitulum, licet minimũ non obseruatum etiam si non respiciat substantialia contractus, repellitur quis ab agendo.

c ¶ Penalibus. Et pulchre per Jasonem in dicta authentica qui rem.

d ¶ Modica. Uide vnum not. dictum d. Anton. de Butr. relatum per d. Jas. in l. turpia. ff. de leg. j.

e ¶ Minimo. Et per ista & alia similia alias dicebã, ꝙ si aliquis in aliquo cõtractu impleuit in aliquo minimo capitulo, nõ impleuit: vt puta emphyteuta colonus soluit pensionis partem, & in aliquo non soluit, vel in termino non impleuit, nunquid habeat locum dispositio l. si quis maior. C. de transa. vt cadat a tota inuestitura: dicebam quod sic: per text. in authen. qui rem. C. de sacrosanct. eccle. & ibi habetur quod qui deficit etiam in vno nummo, deficit etiam a toto, prout specialiter ad propositum comprobat ibi d. Jas. vbi vide: nam qui in vno peccauit omniũ factus est reus, vt de penit. dist. v. cap. consideret. & in c. que episcopus. xxxvij. dist. & per Barb. in consi. xxxvj. in ij. vol. & in cõsi. xl. j. lib. & idem Barb. in d. consi. xxxvj. ꝙ conductor male versatus in vna re, potest priuari tota cõductione: per multa de quibus ibi per eum. preterea etiam quando quis iurat, dicebã vniuersaliter omnia singularia fore vera, & attendere, & obseruare si contrauenniat in vno reddit rationem in totum falsam, per regulam l. si is qui ducenta. §. vtrum. cum simi. ff. de rebus dub. ergo &c. & ita per multa concludit Alexan. consi. lxvij. iij. lib. vbi respondet ad aliqua que faciunt ad oppositum.

f ¶ Non probant. Dicas quod imo hoc probant, per text. in d. l. deniq. §. si quid minori. ibi, si legatum sit aliquid. ff. de min. que dictio etiam in minimo verificatur. l. si seruum. §. pretor ait. vbi Bar. ff. de acqui. her. aduertendum est tamen, ꝙ ista conclusio, ꝙ minor restituatur in integrum, confundi videtur ista ratione: certum est ꝙ ecclesia & minor equiparantur: imo ecclesia pupillo par est. ita inquit glo. in l. libertos. in verb. administrauerunt. C. de excu. tuto. sed ecclesia non restituitur ex leui damno, nisi sit enormiter lesa. c. pe. de reb. eccl. non alien. ergo idem erit in pupillo siue minore. & iura que hic in contrarium allegãtur, intelligi debent quando minor erat lesus enormiter. & hoc vt iura iuribus concordentur. ca. cum expediat. de elec. in vj. l. j. C. de inoff. do. nam regula est, ꝙ restitutio in integrum non datur leso in re minima. l. scio. ff. de in integ. restitut. tit. generali. Et pro ista opinione est text. iuncta gl. in verbo, detrimentum. in c. j. de rest. in integ. dum dicit ꝙ ecclesia iure minoris restituitur, & tamen in leui damno ecclesia non restituitur. d. c. pe. & not. d. glo.

g ¶ Minima. Adde quod pro modica iniuria illata clerico absolui quis poterit ab episcopo: nec ire cogetur ad pontificem. tex. est in c. peruenit. de sen. excom. quem ad hoc singularem dicit Roma. in suis sing. in not. quod incipit, incidens in excommunicationem. & vide ad hoc Dec. j. in c. peruenit. in princi. hoc eod. titu. & que dicatur hoc casu leuis iniuria, vide Lap. in suis alleg. alleg. lxxxvj. Item pro defensione rei modici valoris aliquem occidere non est licitum. Bal. in l. j. C. loc. l. si ex plagis. §. si tabernarius. ad leg. Aquil.

h ¶ Parua. Uide de istis per Jas. in repe. l. admonendi. ff. de iureiurando.

Hier. Sig.

1 ¶ Nõ appellaret. Uide Pet. Gherar. de Petrasanal. in sing. xix. & que ego dixi in §. gallinarum. insti. de rer. diui. in gl.

2 ¶ Minimum. Uide que dixi in §. gallinarum. insti. de rer. diui. in vlt. not. & alias dicebat Deci. in c. j. in iij. not. de indi. quod licet actus in quo impẽsa requiritur, presumitur factus ab eo, qui facere tenebatur, tamen hoc non procedit vbi expensa esset modica.

3 ¶ Aliquid. Adde latissime And. Tiraquel. in l. si vnquam. in ver. omnia, vel partem aliquam. nu. 14. 15. & 20. C. de reuo. do.

4 ¶ Statim dicam. Uide Fel. late in c. cũ dilecta. in j. & x. amplia, de rescr. in c. si. de rescr. §. si. de off. dele. Jas. in consi. clxv. circa fi. lib. ij. idem Dec. in auth. qui rem. ver. & pro modica. C. de sa. san. eccl. in c. prudentiam. in iiij. not. s. de off. deleg.

5 ¶ Nullus. Uide Dec. in c. nouit. de iudic.

6 ¶ Attenditur. Adde in proposito Jas. in auth. qui rem. C. de sac. san. eccle. in l. sancimus. vers. viij. extende. C. de iudic. Dec. in consi. xxxiiij. in l. edita. C. de eden. Jas. in consil. clxij. statutum. libro quarto.

7 ¶ Retineri. Adde Ias. in d. auth. qui rem. ⁊ in consil. xlj. lib. iij. in consi. cxj. magnifi. lib. iiij. facit glo. in l. res bona fide. ff. de contrahenda emptione.

8 ¶ Detur restitutio. Adde ꝙ communis opin. est in contrarium. Bar. ⁊ alij in l. si proprietarius. in fi. ff. de dam. infec. Abb. ⁊ alij hic. idem Dec. in c. quoniam. s. de testi. post princ. in l. cum quid. in prin. ff. si cer. pe. in l. j. §. si quis. ff. quod quisque iur. And. Tiraquel. in repe. d. l. si vnquam. C. de reuoc. don. in ver. omnia, vel partem aliquam. nu. 15.

9 ¶ Ut no. Bar. Adde Hippol. in pract. §. ⁊ quia. in prin. Albe. Bru. in tract. de statu. ꝙ stantibus masculis in q. artic. princ. in xij. q. ⁊ in trac. de statutis, in versi. vulnus.

10 ¶ Personarum. Uide eundem in cap. si pro debilitate. de offi. deleg. in cap. sedes. de rescrip. Alexan. in consil. xxxij. viso. versi. si ergo apparet. lib. j. multa similia adducit And. Tiraquel. in l. si vnquam. C. de reuoc. dona. in versicu. omnia vel partem aliquam. numer. 30.

11 ¶ Rei magne. Uide Dec. in c. causamque. de iudi. Sil. Aldo.

1 ☞ Appellari potest a sententia diffinitiua, etiam dum legitur.
2 Appellans in ipsa prolatione sententie excommunicationis: an excommunicatus postea videatur.
3 Et an presumatur sententia precessisse appellationem, vel appellatio sententiam, super hoc nota quatuor casus. 4. 5. 6.
7 Appellatio non admittitur de iure ciuili ante sententiam diffinitiuam.
8 Secus autem de iure canonico.
9 Sententie appellatione intelligitur de diffinitiua. 10.
11 Tempus statutum iudici ad decisionem cause, non currit ante presentationem literarum.
12 Iudex delegatus non habet iurisdictionem ante presentationem rescripti.
13 Argumentum de appellatione ad recusationem non valet.
14 Appellatio si tollatur per rescriptum, an videatur sublata recusatio. 15.
16 Tempus currit de momento ad momentum regulariter.
17 Dies termini an computetur in termino.
18 Iudex si post datam rescripti sit excommunicatus ante receptionem literarum an tempus appositum in termino currat a die receptionis.
19 Superior si prefigit tempus delegato, intra quod causa expediatur, vel si ipse delegatus prefixit terminum breuiorē de consensu partium, quam sit terminus iuris, cui debeant dari dilationes, que conceduntur a iure communi.
20 Iudex potest dilationes iuris abbreuiare, cum instantia iuris communis sit abbreuiata, seu restricta.
21 Terminus, qui prefigitur a superiore, vel a iudice delegato, de consensu partium ad cause decisionem, dicitur esse peremptorius respectu probationis.
22 Dilatio si sit data, ⁊ impedimētum interueniat, debet dari restitutio vel alia dilatio, dummodo instantie tempus non excedatur.
23 Causa si non est liquida in fine termini, iudex debet prorogare instantiam de consensu partium, vel remittere causam ad superiorem.
24 Terminus si prefixus sit ad instantiam vnius partis, sententia non debet differri, vt parti alteri maiores dentur dilationes.
25 Mandatum fuit iudici vt instruat causam ⁊ instructam ad superiorem remittat, licet non sit instructa causa in termino prefixo, debet tamen eam iudex remittere.



1 Uper eo. ¶ † Primo no. ibi in prolatione sententie, quod a sententia diffinitiua appellari potest, dum legitur. Ita Bal. hic, post Io. Andr. ⁊ sequūtur Imo. ⁊ Moder. Et hoc etiam videtur habere locum de iure ciuili cum ista appellatio a diffinitiua sententia sit: quo casu appellatio permissa est: ⁊ quia iura ciuilia tantum prohibent appellationem ante sententiam diffinitiuam, vt hic: ergo in ipsa sententia appellatio permissa videtur. Nam quod fit in ipsa prolatione sententie, nō dicitur fieri ante sententiam: vt probatur in l. si quis id quod. §. quod si dum proponitur. ff. de iurisdi. om. iud. Et clarum hoc videtur: quia in effectu talis appellatio virtualiter confertur post sen-
2 tentiam. † Et ex premissa conclusione infertur ad questionem de excommunicato qui appellauit in ipsa prolatione sententie excommunicationis, an excōmunicatio reddatur nulla, quasi lata videatur post appellationē, iuxta c. per tuas. j. de sen. excō. Et cōclusio breuiter est, ꝙ attēdatur verbū, quod prius profertur appello, vel condēno: ⁊ ex tali altero verbo, qd̄ precedit, preoccupatio facta intelligitur: vt, in simili habetur in c. si duo. de proc. in vj. Ita Io. An. concludit reg. cum partiū iura. de reg. iur. in vj. in Mercur. In dubio vero presumitur ꝙ excōicatio precedat, ⁊ appellatio sequatur ſm Io. And. in reg. preallegata, ⁊ sequuntur But. ⁊ Imo. hic, ad qd̄ est gl. no. in c. venerabilibus. in glo. pe. de sen. excō. in vj. Bal. tamen hic contrariū tenet s. ꝙ in dubio ante excōmunicationem appellatum videat̄. Sed prima opi. Io. And. approbatur cōiter, ⁊ illam sequitur Butr. in c. cū tu. circa fi. de testi. Do. in c. j. in prin. ver. sed pone ꝙ subditus. in fi. eo. ti. in vj. Ro. in l. in illa. ff. de verb. obl. ⁊ idem Bal. sibi contrarius in l. ampliorē. §. fi. C. eo. vbi inquit ꝙ quando eo tempore quis excommunicatus fuit, ⁊ appellauit, prius presumitur lata sententia excōmunicationis. Et ita tenet etiā Rot. in deci. xxvij. nota ꝙ vbi aliquis e. ti. in antiquis. vbi rationem adducit, qꝛ pro sentētia presumitur c. bone. s. de ele. Nā presumptio est, ꝙ iudex non protulisset sententiā, si appellatio precessisset: ⁊ ideo excōmunicato probatio incūbit. Ad quod bene facit: qꝛ ita videtur presumendum vt valeat sententia excōmunicationis, cum in dubio presumatur precedere illud, quod facit actum valere: vt no. Bal. in l. cum in testamento. §. hec verba. ff. de here. inst. Ang. in l. si vnus. §. fi. ff. de pac. Bal. in j. in ij. q. C. de lib. preter. facit tex. in l. quoties. ff. de reb. du. cū si. Pro declara-
3 tione tamē cōsiderari possunt, ⁊ distingui quatuor casus. † Primus est, quando excōmunicatus instat, ⁊ dicit sententiam excōmunicationis nullam, ex eo ꝙ post appellationem pronuntiatum sit: ⁊ tali casu clarum est, ꝙ ipse debet probare appellationem precessisse: qꝛ in hoc fundamentum intentionis eius consistit. l. ij. ff. de prob. l. actor. C. de prob. ⁊ hoc modo loquitur ⁊ procedit gl. in d. c. venerabilibus. Similiter si aduersarius diceret sententiam excommunicationis prius latam fuisse, teneretur hoc probare. l. ei qui. ff. de prob. ⁊ in simili no. Bar. in l. j. C. si ad-
4 uer. cred. † Secundus casus est, quando appellatio respicit ipsam sententiam excommunicationis, a qua appellatur: ⁊ tunc presumitur quod sentētia excommunicationis precesserit. Ita loquitur Bal. in d. l. ampliorem. §. fi. dum inquit, ꝙ per appellationem sententia eliditur. Unde presumitur ꝙ excommunicatio precedat, quasi dicat, priuatio presupponit habitum. ca. ad dissoluendum. j. de despon. impub. l. manumissiones. ff. de iust. ⁊ iure. Nam secundum ordinem nature, priuatio posterior esse semper intelligitur: vt not. Bal. in j. constit. Cod. in §. quibus. versi. septimo not. vbi per hoc infert ad no. questionem. ⁊ idem not. Bald. in cap. sane. el j. in princ. de offic. deleg. Et ad hoc facit, quia illud presumitur precessisse, quod debuit premitti: vt no. Bal. in l. cum in testamento. §. hec verba. ff. de here. inst. cum simil. vt tradit Alex. in l. ij. §. prius. ff. de vulg. ⁊ pupil. ⁊ in consi. cxij. super eo. lib. v. ⁊ idem Alexā. in consi. lxxxij. lecto, ⁊ discusso.
5 libro tertio. † Tertius casus est in foro conscientie. Nam presumitur quod sententia prius lata fuerit: ⁊ sic excommunicatus sit: quia tali casu via tutior eligitur pro salute anime, cap. iuuenis. j. de sponsa. gloss. in cap. j. in verbo, estimari. supra de seruti. ⁊ in notabili questione tradit Pe. de Anch. in consi. clxxix. prima facie. not. Abb. in c. ij. per illū tex. j. de obser. ieiu. ⁊ idē Abb. in c. fi. in not. j. de his qui fil. occi. Et do. Car. in cle. j. q. xv. in fi. de sepul. Ubi cōcludit ꝙ tali casu excōmunicatus presumitur. Et
6 in predictis tribus casibus cōis opinio bene procedit. † Quartus, ⁊ vltimus casus est, quando appellatio etiam cadebat ante sententiā excommunicationis: vt qꝛ lis pēderet, ⁊ aliquod grauamen illatum fuisset: ⁊ in ipsa prolatione sententie excōmunicationis appellatio interponatur: in dubio in isto casu probabilior videtur opin. Bal. hic, vt presumatur quod prius appellatio facta sit fauore rei, vt excommunicatio euitetur: arg. ca. ex literis. s. de probat. in cap. inter dilectos. s. de fide instru. Non obstat quod presumatur pro iudice, vt dicit Ro. in loco preallegato. quia istud verum est, quantum ad rectitudinem sententie, que iuste lata presumitur. ca. in presentia. s. de renunt. l. Decennius. §. Caia. ff. de euic. Secus vero est quantum ad ordinē, ⁊ solennitatē: quia non presumitur ꝙ sententia rite lata sit, nisi quatenus ex processu colligitur. c. quoniam contra. s. de proba. Et talis est casus noster: quia agitur de solēnitate, ⁊ ordine sententie, vt excommunicatio post appellationem nō proferatur: vt in c. per tuas. j. de sentē. excom. Nam obst. ꝙ ad hoc vt valeat sententia excommunicationis, presumatur quod illa precesserit, vt supra dicebatur: quia potest respōderi quod illa presumptio, vt actus valeat, non habet locum in preiudicium tertij. Nam potius toleratur quod actus sit nullus, quam quod tertio preiudicium inferatur: vt not. Fulg. per illum tex. in l. ij. §. si
7 quis insulam. ff. de eo quod cer. lo. ¶ † Secundo no. ꝙ regula-
A riter de iure ciuili ante sententiā appellatio nō admittitur A 1.
1 Ex quo infert̄ ꝙ ille, qui appellationi cōtradicit ante sentētiā, funda

fundatam habet intentionem: cum regula sit pro eo: vt per gl. in l.omnis diffinitio.ff.de regulis iuris.⁊ in rubrica,de regulis iuris in sexto.Facit quod notat Bartol.in l.quoties.ff.si quis caut.⁊ in l.ij.ff.si quis in ius voc.vbi allegat Innocen.in capit. preterea.de dilatio.Et hoc pro not.Matheull.tradit in nota. xix.not.quod sententia.Et ex predicta conclusione declaratur
2 quod dici solet, in dubio appellationem esse admittendam [2] [a]
a vt notat glos.ibi,⁊ Angel.in l.qui restituere.ff.de rei vendicat. ⁊ per gloss.⁊ doctor.in capit.vt debitus.infra eod. vt procedat, quando appellatio est secundum regulam: sed q̄n in illa materia appellatio prohibetur, puta de iure ciuili ante sententiā, vt hic: videtur quod in dubio appellatio debeat prohiberi. Unde cum in possessorio regulariter non appelletur, in dubio iudicandum erit quod appellatio non admittatur secundum re
8 gulam, pro qua presumitur: vt dictum est. ¶ † Tertio nota q̄ regulariter de iure canonico appellatio est permissa a quolibet grauamine: secus de iure ciuili. Ex quo Abbas dicit hic colligi rationem, quare de iure canonico non perit instantia triennio: in c.pen. de iudic. quia plerunque instantia periret ex eo, quod a qualibet interlocutoria appellari potest. Non sic de iure ciuili: quia causa principalis non impeditur, cum ante sententiam appellari non possit. Et idem Abb. latius dicit in d.c. penulti.de iud. Sed ista ratio non videtur vera, duplici ratione. Primo, quia instantia appellationis causa, finitur de iure canonico.cap.cum sit Romana.supra eo.⁊ ibi etiam potest appellari ab interlocutoria. Unde attenta ratione Abb. instantia non deberet extingui: ⁊ ita Romanus dicit in l.ij.ff.de re iudica. Secundo, quia si in causa principali iudex non posset procedere pendente appellatione ab interlocutoria: ergo non deberet currere tempus propter impedimentum iuris.l.j.in fine, C.de annali exceptio. ergo ratio Abb. non videtur procedere. Et de ratione diuersitatis cause principalis, ⁊ cause appella
9 tionis, not.Bald.in c.fina.in princ.de dolo ⁊ cont. ¶ † Quarto no. quod appellatione sententie in dubio de sententia diffiniti
3 ua intelligitur [3] vt per Abba.hic.⁊ idem voluit glos.in l.j.§.biduum.in verbo, sententie.ff.quan.app.sit. ⁊ probatur in l.quod iussit.cum glos.fina.de re iudic. in c.venientes.in princip.de iureiur.cum concord.vt late prosequitur Alexand. in rubri.ff.de re iudic.⁊ idem Alexand.in consilio 50.visis actis cause.lib.ij. Et vltra dicta per eum probatur in l.ante sententiam. vbi glo. ff.de appell.recip.⁊ in l.ante sententie.C.quomo.app.non. Do. per illum tex.in c.cum appellationibus.§.si vero.in quarto no. eod.tit.in vj. Abb.in cap.fin.§.de sequest.poss.⁊ fruc.⁊ do.Car. in consil.xxij.in ij.dubio. Et hoc pro not.dicto posuit Mathe.
10 nota.xciij.no.quod sub hoc vocabulo. † Ex quo bene infertur ad statutum quod simpliciter loquitur de sententia, vt intelli
B gatur de diffinitiua [B]. Et ita Bald.dicit in l.j.§.his cunabilis. in prin.ff.de offic.prefec.preto.⁊ sequitur Abb. in c. pastoralis. §.eod. Cardin.in consil.preallega.⁊ plura ad hoc Alex.dicit in locis preallegs. Predicta conclusio procedit, nisi eadem esset ratio in sententia interlocutoria, que in diffinitiua. Nam tūc dispositio, que loqueretur simpliciter de sententia, vtique haberet locum in interlocutoria.glos.not.in c.j.in verbo, sententias. de re iudica. vbi Abb. ita concludit: ⁊ idem Abb.in c.causam matrimonij.§.de offi.deleg. Imo quod plus est, etiam si statutum precise loqueretur de sententia diffinitiua, extenderetur ad interlocutoriam, in qua eadem ratio haberet locum: vt not. tradit Paul.de Cast.in consil.xxiij.viso puncto.⁊ sequitur Alex. qui tamen ista non adducit, in consil.preallegato. Et idem Alexand. post Salicet.in l.j.in princip.ff.quod quisque iur. Et ita tenendum est: licet aliter loquatur idem Alexand. sibi contrarius in rubri. preallegata, de re iudica. vbi leuibus rationibus
11 ab ista limitatione videtur recedere. ¶ † Quinto nota quod tempus datum iudici ad decisionē cause ante presentationem rescripti non currit. Quod verum est, nisi certum tempus apponatur: puta quod in paschate futuro causa expedita sit. Nā tunc tempus statim currit: secundum Joann. Andr.⁊ alios omnes hic. Et idem sequuntur But. Imo.⁊ domi. Abb.in capi. de causis.in glo.j.§.de officio ⁊ potesta.iudic.delega. facit quod not.Bald.in rubri. C. de contrahen. empt. versicu. xxiij.quero. vbi inquit quod quando debitori impenditur tempus ad soluendum gratia exempli, vsque ad pascha proxime venturum, statim tempus currit sine intermissione. ⁊ idem Bald. in l.fin. §.emptor.ff.de rescinden.ven.in lectura antiqua. sequitur Alexan.in l.si cui.ff.de legatis j. Et hoc in pulchra questione Bartol.tradit in l.senatus.§.finali.ff.ad Senatusconsul. Turpillianum, quem refert ⁊ sequitur dominus Abb.in capi.cum in cūctis.§.j.supra de election. Bene facit quod singulariter scribit Anton.de Butr.in consilio lvij.in questione surgente ex testamento Christophori. vbi mirabiliter concludit quod quando testator exprimit certum tēpus, puta de mense Januarij proxime futuro, ad aliquid faciendum, tale tempus currit statim, etiam viuente testatore, licet illud, quod erat faciendum, eo viuente nullo modo posset fieri: ⁊ hoc cōtingit propter precisam
C naturam temporis [C] quod in specie apponitur. Et idem not. Baldus in l.j.in nona questione, in fine, C.de institutio.⁊ substitutio. Et ad hoc videtur bonus text. in l.si in diem. in princip.
12 ff.de condition.⁊ demonstratio. † Ultimo notandum est quod
b ante presentationem [b] rescripti iudex non habet iurisdictionem. Et hoc tenet Innocentius in cap. ex conquestione. supra de restitutione spoliato. ⁊ sequitur Baldus in l.j. vt lite pend. in l.falsus.versicu.sed pone.C.de furtis.vbi inquit quod iurisdi
3 obstat quod † auditores habeãt ordinariam: quia illud locum habere potest in auditoribus,quibus vniuersitas causarũ committitur:vt in auditore generali alicuius principis , prout loquitur Bar.ꝛ alijs in locis preallegatis. Sed auditores vnius cause videntur delegati simpliciter.Et ita loquitur tex.hic.Et de auditoribus Rote an habeant ordinariam,no.Ant.de Bu. in c.fina.de re iud.ꝛ Rota in xij.decis.in eo.ti.de re iudi.Mod. in c.j.s.de offi. deleg. Et ex predictis notandum est,quod quis absoluit excommunicatum ad cautelam absque speciali commissione:ꝛ hoc ratione connexitatis cause procedit: alias vero si alicui absolutio committatur ab excommunicatione, nunquam commissio intelligitur de absolutione ad cautelam, nisi exprimatur. Glossa not.in capitulo , capitulum . ꝛ ibi Abbas circa finem,supra de exception.ꝛ ibi quando dicatur absolutio
4 ad cautelam.Et de materia † vltimo hic videtur probari quod episcopus dignior sit cardinali,ꝛ quod preferatur,ex quo episcopus prius nominatur,iuxta glossam in capitulo,bene quidem.nonagesima sexta distinctione,in verbo, Mediolanẽsem. que ita arguit a priori nominatione de episcopo Mediolanensi. Et quod episcopus maior sit cardinali,est glos.finalis in capitulo , quanquam.secunda questione secunda. Et hoc verum est,quantum ad ordinem: secus vero quo ad officium, ꝛ administrationem:quia cardinalis est maior. Innocentius in capitulo,in ecclesia.el secundo,supra de election. ꝛ Abbas in capit. quod super his.de fide instrumentorum. Bartolus in l.prima. §.si quis. ff. eodem. Et ideo cardinalis episcopum precedit:vt Abbas concludit post Cardina.in dicto capitu.in ecclesia. Et post Papam nulla maior dignitas reperitur: vt inquit Cardina.in clement.fina.§.porro.in tertio not.de electio.Et eorum officium est de iure diuino. Abbas in capitu.per venerabilem. qui filij sint legiti. Et ista late prosequitur And.Sic.in tracta. de presta.cardi.

¶ Additiones.

a ¶ Sed tamen. Idem Decius hic,ꝛ infra eodem.c. vt debitus. numero 24.Alberic.parte quarta statu.quest.lxxij.in fine,facit Ias.l.j.

Jas.l.j.in princi.C.de transact.& est casus supra de offic.delega. c.prudentiam.§.sexta.& ita practicatur, & bene, quamuis aliter s[redacted]Dec.S.de off.deleg.c.preterea.Idem Dec.in d.c.prudétiam.in fi.ampliat ad ordinarium. [redacted]

1 ¶ Appellatione pendente an aliquid sit innouandum.
2 Jurisdictio iudicis a quo non suspenditur intendentibus ad faciliorem expeditionem appellationis.
3 Appellans si petat a iudice a quo reuocari attentata, an per hoc, videatur renunciare appellationi.
4 Appellatione pendente quis non debet in sua possessione molestari: & si ille, qui appellauit, spoliauit aduersarium, appellationi renunciare videtur.
5 Attentatorum reuocatio per quem iudicem debet fieri.
6 Attentata a tertio an reuocentur per iudicé a quo, vel per iudicem ad quem.

1 um teneamur. ¶ † Primo nota q licet appellatione pendente nihil innouandum sit.l.j.in princ.ff.nil no.appell.pen.& in c. non solum.eod.tit.lib.vj.hoc verum[a] intelligitur in preiudicium appellátis: sed in fauorem eius qui appellauit, bene innouari potest: & iurisdictio iudicis a quo, suspésa non videtur, dummodo de articulo appellationis non se intromittat.tex.not.hic.Sic etiam pendente dilatione officium iudicis quiescit.l.siue pars. C.de dila.& tamen in fauorem eius cui data fuit dilatio, iudex se intromittere potest.l.si quis instituatur.ff.de hered. instit.quem tex.pro not.ad hoc ibi ponderauit Imo.facit quod no. Bald.in l.quod fauore.C.de legib. ¶ † Secundo per do.Abba.hic colligitur, quod intendentibus in faciliorem expeditionem appellationis, iurisdictio iudicis a quo non suspendatur. Facit tex. cum glo.in c.ij.de matri.contrac.contra interdi.eccles.vbi appell.penden. super matrimonio iudex a quo precipit ne partes contrahant de nouo: vt per Abb.hic, & alij posteriores sequuntur. Hoc dictum in se verum videtur, per ea, que vidimus in c.personas. in c.cum sit Romana.s.eod.& not.glos.in c.non solum.eod.tit. in vj.in verbo, quicquid.& facit ad hoc, quod Fed.tradit in consil.xcviij.c.Nicolutius.Sed tamé tex.hic non videtur considerare faciliorem expeditionem cause appellatióis, sed potius respicit communem regulá, que dicit quod appellatione pendente nihil innouandú est. Nam cum appellatus turbaret appellantem in possessione eius, iudex ad obseruationem regule se intromittit, reuocando quod fuit attentatum pendente appellatione: & ita immediate hic iudex a quo pro faciliori expe-
3 ditione appellationis non se interponit. ¶ † Tertio no.quod licet attentata pendente appellatione petantur reuocari per iudicem a quo per ipsum appellantem, non tamen per hoc appellationi renunciatú videtur: vt per Abb. hic. Nam cú istud, quod petitur non contradicat appellationi, appellans nó videtur illi renunciare: vt tradit Rota decis. lxij.item si ille.eo. tit.in nouis.Anto.de Bu.Imo.& Abb.in c.gratum.s.de offic. deleg.Et ista cóclusio procedit, quando per viam simplicis informationis appellans comparet coram iudice a quo: secus si compareat coram eodem iudice: quia tunc vi renunciatum appellationi. Ita intelligitur, & declaratur glo. in c.si a iudice: in verbo, teneris.que allegatur per Abb. hic fm Jo. de Fantu.& Domi.in d.c.si a iudice.in gl. preallegata.in fi. Sed tamen ista limitatio vi contra text.hic, dum dicitur, in ordine iudiciario tibi licebit.Et hoc latius deducit Perusi. hic, & in c.sollicitudinem.in ver.tertia limitatio.j.e. Pro respósione ɔsiderandum est quod tex.hic loquitur, quando petitur grauamen illud reuocari: quo casu licet ab eo petatur vt a iudice, ex quo non agitur de articulo appellationis, non vi renunciatú etiam appellationi, cú hic nulla sit ɔrietas, fm gl.& Dom.in d.c.si a iudice. loquuntur qñ coram iudice a quo agitur de articulo appellationis: tunc bñ distinguitur an iudex a quo, aditus sit tanquá
4 iudex, vel per viam simplicis informationis. ¶ † Quarto no. quod pendente appellatione quis nó dz in sua possessione mo-
x lestari: & si ille, qui appellauit, spoliauit aduersarium, vi appellationi renunciare. Inn.in c.ex parte.s.de rescri.refert, & sequitur Ang.in l.si.§.illud.C.de temp.appel.Bald.in c.ex parte.de testib.& pro no.tradit Mathes.no.xxvij. nota quod si actor allegat istum tex.fm veram lectu.& dixi in c.an sit.j.e. Sic etiam in causa principali pendéte lite quis in possessione tenetur, etiam si possessio sit ɔ ius commune, & competat ratione priuilegij.c. j.vbi Abb.in iij.no.vt lite pen.& Card.in cle.ij.in ij.oppo.vt lite pen.Ro.cons.xxxvij.in fi.de quo not. Bal.in c.j.§.sancimus. in prin.quo tem.mil.in vsi.feu.Et predicta procedunt, nisi causa suspicionis aliud postularet. Ná pendente appellatione propter suspicionem superuenientem saltem perceptione fructuú quis poterit priuari.l.Imperatores.vbi Bar.ff.eo.Facit text. in l.de pollicitationibus.& quod ibi Bar.ff.de pollic.Abb.in c. fin.in iij.not.per illum tex.de sequest.poss.& fruc. Unde si timetur de fuga, etiam appellatione pendente debitor capi potest, s[redacted] Ang.in l.nemo carcerem. C. de exact.trib.li.x.ad fi. Sic etiam pendente dilatione debitor capi potest propter suspicionem, secundum Bald.post Cy.in l.siue pars.C.de dila.fa-
5 cit glo.in l.quesitum.ff.de pig. ¶ † Quinto, & vltimo no.ibi: ordine iudiciario. Facit text.& quod ibi Bald.& doc.in l.si pacto, quo penam.C.de pact. Ex quo ergo proceditur seruato ordine iudiciario, non videtur hic fieri reuocatio per viam attentati: quia in reuocatione attétatorum proceditur summarie: vt per glo.in cle.ij.vt lite pen.Et ad hoc facit secundum Inno.& doc. hic, quia reuocatio attentatorum debet fieri per iudicem ad quem.c.non solum.e.tit.in vj.ibi: per appellationis iudicem reuocari.Sed tamen dicendum est, attentata pendente appellatione reuocari posse per iudicem, a quo: quia dicútur attentata lite pendente. Ita Innoc.& Imo.hic.& est tex.quem ibi not. Abb.in c.si.in iij.not.s.de sequest.poss.& fruc.Facit etiam quod not.Lap.& Do.in d.c.non solum.§.illa vero.ver.sed attentata. in fi.Et sic iudex hic, habebit procedere summarie, iuxtá glo.in d.cle.ij. Non obstat tex.quia potest intelligi quod ordo iudiciarius sit iste, quod iudex a quo possit cognoscere. Et est sensus, Habeas facultatem secundum ordinem iuris: quia isto casu iurisdictio non est suspensa. Non autem intelligitur tex.quod in
6 reuocatione ordo iudiciarius debeat obseruari. † Circa intellectum huius decretalis plura referuntur per Abb.hic, & inter alios intellectus vnus videtur notandus, quod tex.hic loquatur, quando tertius turbaret possessionem appellantis: quo casu de plano procedit quod hic dicitur: quia appellatio interposita inter aliquos respectu tertij iurisdictionem iudicis a quo non suspendit. Ita Bald.hic, qui allegat glo.in l.creditores.in prin.ff.mand.& idem gl.in d.c.non solum.in verbo, reducendú. Facit tex.in c.Romana.§.in alium.e.ti.in vj.Nec obst.quod iudex appellationis videatur habere iurisdictionem in tali casu, quasi turbetur per istum tertium in iurisdictione eius, arg. c.sane.& c.preterea.de off.dele.quoniam respondet Perusi.hic, quod iura preallegata non habent locum in causa appellationis, per tex.hic: sed procedunt in causa principali, prout loquútur.Sed tamen ista limitatio non videtur vera: quia non probatur iure.l.illam.C.de coll.Et in contrarium facit text.in d.c. non solum, vbi per iudicem appellationis reuocantur attentata, & hoc, quia istud videtur esse de pertinétibus ad causam appellationis. Preterea, si in iudice delegato cótrarium tenet locum d.c.preterea.& c.sane.a fortiori, idem dicendum in ordinario iudice appellationis, in quo omnino eadem ratio videtur. Ad tex.d.c. Rom.§.in alium.responderi potest quod non habeat locum, quando innouata per tertium, iurisdictionem iudicis appellationis impedirent, prout gl.ibi dicit. Facit quod dicunt Lap.& Do.in d.c.non solum.§.illa vero.supra alleg. Et iste intellectus de tertio verus est in se. Ad quod in simili facit quod dicitur de clausula, appellatione remota.que tantum
b operatur inter partes, nó autem quo ad tertium[b]: vt no. Bar. in l.j.§.interdum.ff.a qui.appel.non licet.& tex.in c.super eo.de offi.deleg.vbi Abb.& alij. Et in simili dicitur quod si statutum tribuit executionem paratam instrumento, publice intelligitur inter personas nominatas in instrumento, non autem con-
2 tra tertium[2]: vt eleganter Bal.dicit in l.j.C. communia delega. Quod dictum extollit Alexan. in l.j.§.heres.ff.ad Treb. & idem Alex.tradit in cons.lxxxij.viso themate.lib.iij. Sed tñ intellectus predictus diuinationem cótinet, ad text.hic, in quo non apparet q per tertiú turbatio possessionis fieret. Preterea vana fuisset dubitatio, dum dicitur hic, eo de quo appellatio interposita est, pretermisso. Ná ista verba essent sine aliquo ministerio, ex quo articulus appellationis nihil habet cómune quo ad tertiú.Est ergo alius intellectus principalis, in quo resident Abb.& Mod.qui declaratur & procedit secundum ea, que dixi in ij.no. Reliqua per doc.hic.

¶ Additiones.

1 ¶ Molestari. Uide Deci.in c.an sit.in j.no.j.eo.in cons.ciij.
2 ¶ Contra tertiú. Adde Pe.de Anch.in c.canonú statu. vers. circa extensionem alibi.de const.refert & seq. Jas.in l.certi condictio.§.quoniam.super glos.j.ff.si cert.pet.& in l.si vnus.§.ante omnia.ff.de pac.Alex.in con.lxxxiiij. li.iij.in l.a diuo Pio.§.si super rebus.ff.de re iud.Jas.in l.iurisg.§.pretor ait.ver.v.noto. ff.de pac.Bene.de Barzis in tra.guarétigie.q.vij.ver.his adductis.Dec.in c.sup eo.in v.no.s.de of.dele. Pau.de Ca.in ɔs. lxvij.viso.lib.j.Deci.in cons.cxcviij. Sil.Ald.

a ¶Hoc verum. Vide extense per Dom. Vitalem de Sabanis
in tractatu clausularũ, in clausula nil nouari appellatione pen
dente, ꝛ eundem Philip. Decium in consi.xcvij. ꝛ in consil.ciij.
ꝛ extende vt per do. Jas. ꝛ Moder. in l.j.C.de bonorum posses.
secundum tabula.

b ¶Tertium. Deci. supra de offic.deleg.cap.super eo. vbi dixi. [redacted]

1 ☞Appellare quis potest a iudice respectu vnius grauami-
nis, a quolibet grauamine futuro.
2 Appellatio dicitur generalis, que respicit tantũ vnã causam.
3 Appellatio ab interlocutoria debet continere causam.
4 Forma quando in aliquo actu requiritur, nõ sufficit quod fiat
per equipollens.
5 Attentata post appellationẽ iudicialem, vel extraiudicialem
qualiter petantur reuocari.
6 Attentata post appellationem an sint ipso iure nulla.



1 Onsuluit.ij. ¶†Primo nota ꝙ respectu vnius gra-
uaminis a iudice quis appellare potest pro
quolibet grauamine futuro in eadem causa.
Et secundum Abba. hic videtur bonus text.
pro his, que dixi in ca.super eo.el j.supra eo.ꝙ
appellatio in vno articulo quo ad totam causam, iurisdictio-
nem iudicis suspendit. Et ita transeunt Moder. hic. Sed ta-
men iste text. ad hoc non multum facit. Primo, quia fuit hic
appellatum vniuersaliter ab omni grauamine, quod sibi pos-
set in tota causa inferri: non ergo mirum, si tota causa comple
ctitur. Sed in c.super eo.loquuntur doc. quando ab vno arti-
culo cause simpliciter appellatur: vnde in alio articulo separa
to eiusdem cause iurisdictio non suspenditur, vt ibi diximus.
Secundo considerandum est quod appellatio porrigitur hic
ad totam causam, quando successiue quis grauatur. Sed in c.
super eo. Abb. voluit quod ex vno grauamine tota causa suspẽ
datur absque alio grauamine: vnde patet quod iste tex. parum
2 facit. †Secundo probatur hic quod generalis dicitur appella
tio, que vnam tantum causam respicit, in qua pluribus modis
quis grauari potest. Quod facit ad iudicandum quando dica-
tur speciale, vel generale mandatum. De quo Bartol. in lege,
filiusfamil.§.si.ff.de dona. Bal. ꝛ docto. in l.j.C.etiam per proc.
causam in integ.restitu. ꝛ Paul.de Cast. in consi.lxv. super du-
bio primi quesiti. cum simili. Et quando dispositio dicatur ge-
neralis, not. declarat dominus Abb. in ca.ex parte.el.j.in gloss.
fin.s.de offi.delega. ꝛ in c.pastoralis.§.quoniam.in princ.supra
3 de rescrip.not. Bartol. in l.si domino.ff.deleg.j. †Circa intelle-
ctum huius decretalis Abbas concludit quod loquatur secũ-
dum antiqua iura: sed hodie iste text. non habet locum, quia in
appellatione ante sententiam causa requiritur: vt in c.vt debi-
tus.infra eod. Dicunt tamen Jo. And. ꝛ dominus Abb. quod
etiam hodie iste text. procederet, si in appellatione vna causa
grauaminis exprimeretur ꝛ post modũ generalis clausula sub
ijciatur, ꝛ dicatur. Et alijs rationibus, ꝛ causis suo loco propo
nẽdis. Istud dictũ dupliciter intelligi potest. primo ꝙ valeat
talis appellatio respectu cause grauaminis expresse. Et hoc vi
detur clarum, ꝛ sine dubio: quia appellatione causa expressa re
peritur, prout requiritur in d.c. vt debitus. Secũdo potest in-
telligi quod valeat appellatio respectu generalis clausule, que
subijcitur: quia illa generalis clausula coadiunatur ex causa il
la precedente, que specialiter exprimitur. Ad hoc bonus text.
in arg. in c.qui ad agendũ. de procu. li.vj.in §.j. Et hoc tolerari
potest, ꝛ verum videtur quãtum ad dispositionẽ c. vt debitus.
infra eo. vbi alias simpliciter requiritur qꝺ in appellatiõe ãte
sententiam probabilis cã exprimatur. Nã satis expressa dicitur
ex illa causa generali, que cõiungitur cũ vna causa nominatim
expressa: vt in simili dicitur in d.c. qui ad agendum §.j. ꝛ ita lo-
quitur, ꝛ intelligitur Abb. hic. Sed nouissime hodie istud non
haberet locũ per cle.appellanti.e.ti. vbi requiritur vlterius qꝺ
a causa nominatim[a] exprimat, ꝛ nõ licet alias cãs appellationis
prosequi, quã in appellatione nominatim duntaxat expressas:
vt in d.cle.appellãti.ad literã dicitur. Et istud de plano Abb.
hic fatetur, ad finem. Et ex tali declaratione remouẽtur quedã
que traduntur per Mod.hic. Et ita ex predictis notandũ est
quod in terminis cle.appellãti.nõ sufficeret, vnam causam gra
uaminis exprimere cũ clausula generali, iuxta c.qui ad agẽdũ.
de procu.in vi. Ita Abb.hic, ꝛ in c.cũ causam.circa finem.s.eo. ꝛ
idem tenet Car. in d.cle.appellãti.in iiij.q. vbi dicit qꝺ ita tenet
Rota. ꝛ sic reperitur in ij.decisione. Item si appelletur.in eod.
tit.in nouis. ꝛ in decisione.xliij.item si appelletur.eo.titu.in an
tiquis. Sic etiam in simili non sufficeret quod in appellatione
ab interlocutoria causa grauaminis exprimeretur generaliter
per relationem ad acta: vt no. Ang. in l.vbi autem.§.illud.ff.de
ver.obliga.cum pluribus concor. vt per Alex. ibi, que tradunt
p Mod.hic. Et idẽ Alex. plura adducit in l.j.ff.de lib. ꝛ posth.
[redacted] prin.ff.de no.ope. nun. ꝛ in consi.lxxx. viso.lib.j. Et
hoc verum intelligitur, quando simpliciter appellans ad acta
relationẽ facit. Secus si specialiter nominet, in qua parte acto
rum grauamen illatum colligitur: vt voluit sing. Bald. in l.mi
noribus.C.de his, qui.vt indign. ꝛ sequitur Perusi.hic. Et hoc
valde extollit Ange. Are. in §.si minus. ver. ad vnum tantum
aduerte.inst. de actio. Sed tamen non videtur hoc dictũ Bal.
sine dubio procedere: quia illa specialis relatio ad acta, prout
Bald. loquitur, non videtur ad alium finem considerari posse,
nisi vt habeamus omnimodam certitudinẽ: sed in proposito,
in casu dicte clemen.appellanti. potius forma consideratur, vi
delicet quod causa nominatim expressa sit: vnde nõ sufficit ha-
bere certitudinem, sed precise debet saluari quod dicitur in d.
clem.appellanti. Ad hoc quod not. Bal. ꝛ doc. in l.j.ff. de libe. ꝛ
4 posthum. †Nam quando aliquid pro forma requiritur, non
sufficit quod illud fiat per equipollens. l. Meuius. l. qui here-
di.in prin.ff.de cond. ꝛ demonstr. facit gloss. in c.j.de baptis. Et
plura ad hoc allegat in d.l.j. de lib. ꝛ post. Comprobatur: quia
ratio, que assignari potest: quare regulariter non sufficit, cau-
sam grauaminis exprimere per relationẽ ad acta, est illa, quia
tunc causa non dicitur expressa nominatim in appellatione,
prout requiritur. d.clemen.appellanti. Et ista ratio etiam con
cludit, quando relatio specialiter fit prout Bal. dicit: quia non
est verum dicere quod nominatim in appellatione expressa sit.
Ad hoc etiam facit, quia licet causa grauaminis notoria sit, de
bet tamen causa exprimi: vt concludit Cardin. in dicta clemen.
appellanti. in v.q. ꝛ no. Jo. And. ꝛ Abb. ꝛ alij in c.accedens.el j.
supra, vt lite non conte. Unde concludendum videtur quod il-
la certitudo manifesta, que colligitur ex clericali relatione ad
acta, non sufficiat, sed debeat causa nominatim exprimi: vt dici
5 tur in d.clemen.appellanti. ¶†Extra gloss. queritur de pra-
ctica, quomodo attentata post appellationẽ petuntur reuoca-
b ri. Et breuiter cõclusio est[b] quod in appellatione iudiciali suf-
ficit quod dicatur, illa attentata fuisse post appellationẽ: sed in
appellatione extraiudiciali non solum requiritur quod post
appellationem, sed etiam contra ipsam appellationem atten-
tata sint. Jta do. Ant. ꝛ Abb. hic. Et talem differẽtiam posuit
Jnnoc. in c.propter.s.de electio. de quo dictum fuit in c.j.s.eo.
Sed in appellatione iudiciali considerandum est quod tali ap
pellatione pendente non reuocantur attentata a parte: sed il-
la tantum, que per iudicem innouata sunt: vt not. voluit Jnn.
in c.dilecte.s.de excep. vbi Cardi. ꝛ do. Abb. sequuntur. ꝛ Bal.
ꝛ Jmo. in l.si quis filio.§.hi autem.in princ.ff.de iniu.rup.testa.
Et tenendo istam opin. esset dicendum, dum petuntur attenta
ta reuocari, quod per ipsum iudicẽ innouata fuissent. Et hoc
verum est, quando reuocatio petitur, tanquã attentata sint ap
pellatione pendente, iuxta titulum, nihil inno.appell.pen. Se-
cus vero esset, si reuocatio peteretur ex titulo, vt lite penden.
quia tunc etiam innouata a parte debent retractari: vt decla-
rat Cardi. Abb. in d.c.dilecte. Et notandum est quod innoua-
ta pendente lite, statim debẽt peti reuocari, ante quam quis vl
tra procedat. Sed si vltra procedatur, debet finis litis expecta
ri: vt no. Bald. in l.j.C.de appella. dum allegat l.chirographis.
§.j.ff.de admin.tuto. vbi Bart. Et predicta procedunt quo ad
validitatem attentatorum: sed quantum ad libellum Abb. hic
concludit quod libellus, in quo generaliter petuntur attenta-
ta reuocari, bene procederet: quia illa generalitas interpreta-
retur secundum subiectam materiam, ꝛ in fauorem libellãtis,
etiam verba impropriando. c.constitutus. cum glos.j. infra de
relig.dom.cum simi. vt per Abb. ꝛ Moder. Nam quilibet libel
a lus, si fieri potest, tolerandus est[a]: vt Bal. dicit in l.ij.ver. que-
ritur ergo.C.qui accus. vbi allegat Jnnocen. in c.examinata.s.
de iudic. Et simplicitas loquendi non nocet in libello, qui gros
so modo, loquendi saluari potest, vt Bal. inquit in l.fin.in prin.
C.de compen.cum simi. vt prosequitur Alexan. in consi.lxiij. vi-
so, ꝛ perlecto.lib. v. Sed tamen contra cõclusionem predictam
facit, quia procedunt que supra allegata sunt, quando dubita-
tio insurgit circa proprietatem verborum, ꝛ in iure cõsistit. Se
cus vero quando ambiguitas in facto consistit: quia tunc non
fit interpretatio in fauorem libellantis, sed requiritur declara-
tio, ꝛ expressa interpretatio agẽtis, vt Bal. no. dicit in l.si quis
intentione.in ij.not.ff.de indic. per l. Pomponius scribit.§.fi.
ff.de rei ven. Et hoc sequitur Alexan. in consil.lv. quoniam cau
sa.lib.v. Et talis videtur casus noster: quia quãdo generaliter
attentata petuntur reuocari, dubitatio in facto cõsistit, an sint
attentata contra appellationem, vel non: vnde libellus absque
declaratione nõ videtur procedere. Et istud verum putarem,
quando

quando a parte opponitur[1]. Et sic dictum Bald. intelligitur. Nam tunc generalis libellus nō admittitur: quia aduersarius non redditur certus l.j.in princ.ff.de eden. Et tali casu aduersarius non tenetur respondere: vt no. Abbas in c.ij.in ij.not.de libe.obla. Et idem Bald.in l.fi.versi.secundo opponitur.C.de codicil. Sed dictum domini Abb. hic procedit parte non ponente: quo casu libellus indistincte generalis admittitur l.fin.C.de anna.excep.capitu. Abbate sane.de re iudi.in v.not.Bart. & docto.in l.prima.in prin.ff.de eden. Et hoc, dummodo ex narratis comprehendi possit quid actor velit: vt not. Bart. tradit in
6 tract.ad reprimendum.in verbo,figura iudicij. † Postremo ex supra dictis infertur ad questionem, an attentata post appellationem sint ipso iure nulla. Et Abb.post Ant.de But.concludit quod sic in appellatione iudiciali. Et idem Abb. dicit in extraiudiciali, siue a iudice interponatur, vt in capitu.ad audientiam.in c.delicti.infra eod.siue a parte: vt in capit.primo supra eo. Et hoc prius voluit Lapus in allegatione prima.in hac allegatione.in fi. Rota in decisione xx.item si post.eo.tit.in nouis Ad hoc facit text.in c.j.de resti.spo. Et idem no.Bald.in consi. cxiij.proponitur.in j.lib.ver.sciendū est. Et ista conclusio adeo
c procedit, quod licet appellatio deserta[c] sit, non tamen attentata reconualescunt, vt dicit Peru.hic, per tex.in ca.cum venissent.§. de eo, qui mit.in pos. Facit text.in c.licet.de senten.excom.in vj. per quem text.hoc firmat Car.vbi etiam alia adducit in consi. cl.super premisso.in fi. In hoc tamen vltimo dicto aliter sentit Oldr.in consi.cc.orta materia. Sed in questione principali cōsiderandum est quod iura §.allegata non probant intentionē Abbat. imo potius contrarium videntur dicere, dum text.in c.nō solum.dicit attentata debere reuocari. Et idem dicitur in c.j.§. eo.in fi.ibi: reuocatis. Naz si debet reuocatio fieri, ergo videtur quod attentata valerent: quia quod nullum est, non dicitur rūpi, nec reuocari l.nam si sub conditione.§.post defectum.ff.de iniust.rupto test. Facit text.in c.ad dissoluendum.j.de despon. impu. Et licet Lapus in allegatione predicta videatur respondere quod reuocatio sit quatenus de facto processerunt: & sequuntur Moder.scribentes hic, iuxta glo.in l.j.ff.de fer.& in cap. accedens.el j.§.vt lite non contest.ista responsio posset tolerari, et procedere, quando ex alijs iuribus liquido constaret quod attentata essent nulla: sed quod hoc probetur in dictis iuribus, nullo modo dicendum est. Nam licet dici possit quod nō obstant, non tamen in illis opin. Abb.fundari potest. Et profecto non sine ministerio iura communiter ita loquuntur, & dicunt attentata post appellationem debere reuocari, in d.c.non solum.vbi in duobus locis colligitur, in c.j.§.eo.in c.significauit.ad finem ibi: reuocato in irritum, quicquid post appellationem.& in ca.significantibus.in fin.j.eod.in c. Rodulphus.in fin.§.de rescript. Preterea textus in d.c.non solum.§.j.dicit attentata pendente appellatione ante inhibitionem factam iudici a quo non debere reuocari, donec appellationis causam veram esse constiterit: ergo non videntur nulla. Ad hoc tamen responsio habetur in decisione Rotes.allega.quod licet retractatio differatur, tamen probata veritate cause, attentata sint nulla. Sed ista responsio non satisfacit: quia si attentata essent nulla, ad quid retractatio ibi deberet fieri. Confirmatur hoc: quia si causa appellationis vera non probetur, non debent attentata reuocari, vt ibi dicitur: ergo patet quod valeant. Et si dicatur, hoc habebit locum tantum in appellatione ab interlocutoria, prout text.ibi loquitur in §.j. Secus ergo videtur in appellatione a diffinitiua, prout tex.ibi distinguit, & differentiam facit in principio. Potest responderi quod attentata pendente appellatio-
b ne a diffinitiua, debeant indistincte reuocari[b]: ideo statim in illis ante omnia reuocatio fit. Sed in appellatione ab interlocutoria, in qua causa exprimitur, expectatur quod veritas cause probetur. Unde concludendo probabilis videtur conclusio, quod attentata pendente appellatione valeant regulariter: fallit in sententia excommunicationis. Sic loquitur text.in c.dilecti.in cap.ad audientiam.§.eo. Secundo fallit post inhibitionem factam iudici a quo d.c.non solum.§.fi. Et in predicta conclusione residet Alexand.in consi.lxxxviij.lib.j.diligenter consideratis.vbi tamen allegat vnum textū c.quoties.ij.q.vj.vbi videtur probari opin.Abbatis in fi.ibi, nihil erit. De quo videbimus in ca.bone.vbi Peru.late hoc prosequitur.j.eo.

Additiones.

a Tolerandus. Adde eundem Decium in consil.xxviij.in versic.nam verba intelliguntur. & Jasonem in §.omnium.& Sozinum in consil.xxxix.versic.verum licet.in j.volu.& in consil.cclx. in versi.ij.concludo.in ij.volu.

b Reuocari. Adde eundem Decium in consil.xxxiiij.& in cōsilio xcviij. & vide etiam Fely.in capitu.dilecti.de maior.& obedien. Hiero.Gig.

1 Opponitur. Vide Dec.in c.dilecti.§.de iud. Siluest. Aldo.

a Nominatim. Hec est perpetua sententia Philip.Deci.vbique, & ipsa veritas, vt dixi ad Decium in l.certum.si cert. peta. quamuis aliquando Decius consulendo, & cause seruiendo citet dictum Bal.vt in consi.ccccclxxxvij.in fi.adde que dixi ad Alexand.consil.xxxvj.nume.ij.lib.vj.quod dummodo facta sit expressio facti, potest maior declaratio & iustificatio fieri per acta, & sat est nudum factum grauaminis exprimere, & ita obseruatur.

b Conclusio est. Vide pulchre per Soci.in consi.xlv.incip. visa appellatione.

c Appellatio deserta. Vide circa hoc pulchre per Ias.in l.j.C. [redacted] de bono.pos.secundum tab.

1 Excommunicatus an repellatur ab eo, quod petit extra iudicium.
2 Excommunicationis exceptio potest opponi a tertio, etiā cuius non interest.
3 Nuntium mittens dicitur se presentare.
4 Statutum si requirit presentiam aliquorum, an sufficiat mittere procuratorem.
5 Factum per nuntium non dicitur fieri in propria persona.
6 Citatio sine termino an valeat.
7 Legato an sit obediendum, sicut Pape.
8 Superiores duo si aliquid precipiant, maiori est obediendum.
9 Confederatus si sit aliquis primo cum rege Francie, & postea cum rege Anglie, tenetur prius obedire regi Francie quaz regi Anglie.
10 Nuntio, an parti, magis sit credendum.12.
11 Nuntio an magis credatur, quam notario.
13 Nuntio si committatur quod creditorem mittat in possessionē bonorum Titij, creditur nuntio non solum quod miserit, sed etiam quod bona illa sint Titij, in quorum possessionem misit creditorem.
14 Nuntio creditur, si dicit se non inuenisse citatum, ideo citationem factam fuisse ad domum.



1 Um parati. † Primo nota etiā excommunicatum repellendum esse ab eo, quod petitur extra iudicium. Ita colligitur per Abb.& doct.hic. Sed tamen hoc non videtur concludenter probari quia dato etiam quod excommunicatus habilis fuisset ad impetrandum, potuisset tamen summus pontifex induci ad non concedendum, & retrahi propter excommunicationem. In hoc enim attenditur voluntas summi pontificis, iuxta ea, que habentur in c.postulasti.§.de rescript. Dictum tamen in se verum est, secundum quod habetur in cap.j.de excep. lib.vj.in c.veritas.§.de dolo, & contu.cum similib. Sunt tamen quedam, que excommunicatis non denegantur. Nam contractus, qui per excōmunicatum celebrantur, valent: vt tenet Innocen.& domi.Abbas in c.si vere.j.de sen.excom. Et excommunicatus matrimonium contrahit.c.significasti.j.de eo, qui duxit in matr.quam pol.per adult. Idem religionem ingreditur in capitu.cum illorum absolutio.in v.not.j.de sentē.excommu. Quod tamen declaratur, vt per Cald. in consil.xl.non valet in titu.de rescript. Et de alijs, que permittuntur excommunicatis, notat Bald.in l.j.C.de iur.& facti igno.& late Cardi.in c.per
2 pendimus.in repet.de sent.excom. † Secundo nota quod tertius, cuius non interest, admittitur ad opponendum exceptionem excommunicationis. Et hoc ideo est, secundū Imo.quia iudex ex officio suo excommunicatum repellere potest.capitu. j.in fi.j.de except. Ex quo infertur notabiliter, quod vbicunque iudex potest ex officio supplere, ita tertium, cuius non in-
1 terest admittere potest[1]. Textus est hic not. secundum Imol. Et ad hoc est decisio Car. in terminis in c.exceptionem. in vj. q.§.de except. Et in simili Barto.tradit in l.vbi pactum. versi. & ideo de facto dixi.C.de transact.facit quod dicunt Hostien.& Joan.Andre.& Do.in d.c. j.§.fina.de except.in vj. Et predicta conclusio procedit de volūtate iudicis. Si vero iudex cōtradiceret, bene repelleretur tertius, cuius non interest. Et hoc modo intelligitur, & procedit quod voluit Compost. quem Anto. de Butr. & alij referunt in capitu.nonnulli.§.j.versiculo, Dicit enim obtentum.§.de rescript. Et not.Spec.in titu.de rescript.presentata.§.ratione forme.versi.sed pone, tu es.& Do.illud sequitur post Archi.in c.j.versi.quid tu es.de rescript.in vj. Nam in locis proxime alleg.docto.simpliciter dicunt quod tertius, cuius non interest, non potest opponere exceptionem excommunicationis. Sed dictum eorum intelligitur, iudice contradicē-

3 te: alias secus, vt supra dictum est. ¶ † Tertio nota quod ille, qui nuntiũ destinavit, dicitur se presentare: sed tamen proprie ille videtur presens, qui corporis sui presentiam facit: vt est gl. not. in cle. dudum. in verbo, presentari. de sepul. Et pro illa glos. videtur text. in c. si pro debilitate. §. de offi. deleg. ꝛ in l. ij. §. simili modo. ff. si quis cau. facit text. in capit. in nostra presentia. supra de testi. in l. j. §. qui presens. cum similib. de verbo. oblig. Ad tex. hic Abb. respondet ꝙ tex. vltra procedit: alias nisi vltra textus processisset, presentia intelligitur pro eo, qui esset presens corporaliter: vt dictum est ibi. Ista tamen responsio non satisfacit: quia attentata sequeretur ꝙ si hoc vlterius non processisset, sed citatio fuisset facta simpliciter, debuisset personaliter comparere: quod falsum est, per l. fi. C. de procu. cap. pen. de iur. calum. in [redacted]n vj. Nisi dicamus quod in materia ista citationis iura vltra procedunt, declarando quod sufficiat presentare se per procuratorem. Et hoc modo adaptari potest quod Abbas dicit. Secundo tamen etiam clarius potest responderi quod text. hic non loquitur de presentia simpliciter: sed dictum fuit, per idoneos nuntios te representes. Non ergo mirum, si presentia corporalis non requiritur. Vel tertio non loquitur text. hic de presentia, sed dicit textus, representes. que quidem representatio per alium fieri dicitur: vt est text. not. xciiij. distin. ca. j. qui ad supra dicta bene facit, dum inquit: Ubi nos presentes esse nõ possumus, nostra per eum, cui precipimus, representetur autho
4 ritas. † Et ex predictis infertur ad statutum, quod presentiam
a in aliquo actu requirit, vt proprie de presentia corporali[a] intel
2 ligatur: vt per Abb. hic, ꝛ idem Abb. in d. clem. dudum. Unde merito Bald. in l. j. in fine. C. qui admit. concludit quod vbi presentia alicuius in contractu requiritur, non poterit ad illum actum procuratorem constituere. Et late hoc prosequitur Perusi. hic: ꝛ idem not. Abb. in c. fi. de dila. Areti. in l. si quis mihi bona. in §. iussum. ff. de acqui. heredi. vbi allegat Archi. l. xv. distinct. in cap. ij. Sed tamen ista conclusio limitatur dupliciter. Primo, nisi iustũ esset impedimentum: quia poterit actus expediri per procuratorem constitutum ab eo, cuius presentia requiritur: vt not. Ange. dicit in l. Pomponius. in prin. ff. de procur. ꝛ sequitur Aret. in cap. licet ex quadam. in viij. not. in fin. §. de testi. Et hoc verius videtur, licet aliud videatur velle Bal. in d. l. j. in fin. C. qui admitti. Vel distingui potest an ille, qui cõmittit, sit plene informatus: ꝛ potest: alias secus. Facit quod notat Bald. in l. si quis mihi bona. in §. iussum. ff. de acquir. hered. Facit textus in c. si episcopus. §. j. de preben. in vj. Secundo predicta conclusio procedit, vbi presentia alicuius persone particularis requiritur. Secus vero si requiratur presentia capituli: quia capitulum potest aliquos constituere, qui nomine capi
3 tuli actum expediant. Ita not. Abb. dicit in capitu. non potest
o §. de re iud. versicu. ex quo potest inferre: vbi hoc dicit ex dicto
5 Archi. in capitulo, episcopus. xv. questione vij. ¶ † Ultimo colligitur ibi: in persona propria, vel per nuntios. quia illud, quod fit per nuntium, dicitur fieri in persona propria, ex quo ista hic ponuntur vt diversa. Sic de eo, quod debet fieri manibus propriis: vt probatur in capitulo, licet. vbi Abbas §. de deci. facit textus in l. iubemus. ꝛ quod ibi Barto. C. de ero. mili. anno. lib. xij. ꝛ in l. j. §. de autem. C. de cadu. tol. cum similib. vt late Mod. dicunt in capitulo fina. §. de offic. deleg. Que omnia procedunt quando in materia, de qua agitur, aliquod preiudicium considerari potest. Secus vero si preiudicium non cadit: vt singulariter voluit Card. in clemen. j. §. nos itaque. in xxj. not. de iure
6 iuran. per illum textum, vbi exemplum colligitur. ¶ † Postremo allegatur iste text. quod valet citatio sine termino. Et ita Abbas hic concludit post alios, quos ipse adducit hic. Et idẽ tenent Anto. de Butr. Joan. Andre. ꝛ Imol. hic: ꝛ idem volũt Bald. in l. hec conditio. la ij. ff. de condi. ꝛ demon. Angel. in l. vt perfectius. C. de anna. except. per textum in capitulo, cos. in fin. de sent. excommu. in vj. Contrarium tenet Cy. in l. fi. C. de fer. et probatur in l. ij. C. vbi in rem actio. ibi: certo dierum spatio a iudice diffiniendo. ꝛ in l. fi. ibi: requisierit certo tempore. C. de iure do. imp. Et ita aperte sentit Barto. in l. liber homo. §. decem. ff.
b de verbo. obligat. vbi inquit citationem incertam [b]nullam esse. Alleg. textum in l. aut qui aliter. §. j. ff. quod vi aut clam. Et hoc sequitur Bald. in capitulo fina. §. de fer. ꝛ in l. si ea. C. qui accus. non poss. Pro concordia Angel. in d. §. decem. distinguit quod citatio sine termino valet, quantum ad hoc, vt pro contumacia citatus puniatur. Et ita procedat opi. docto. hic. Sed talis citatio non valet quo ad effectum, vt in causa principali procedatur, ꝛ aliquid fiat contra citatum ad instantiam partis aduerse: ꝛ habent locum iura ciuilia, que allegantur. Et hoc modo saluatur opin. Cyn. ꝛ aliorum. Et idem Angel. dicit in l. per interuallum. ff. de iudic. ꝛ in l. fina. C. de iure domi. impetr. Et cũ ista distinctione transeunt Peru. ꝛ alij posteriores scribentes hic. Rom. in l. j. §. nũtiatio. ff. de no. ope. nun. Raph. Cu. Paul. de Cast. in d. §. decem. Sed Areti. nouissime ibi dicit quod ista distinctio confunditur per text. nostrum hic in fin. vbi text. loquitur quo ad hoc vt in causa procedatur: ꝛ valuit citatio sine termino. Pro responsione considerandum est quod semper videtur citatio fieri ad istum finem, vt vlterius in causa procedatur. Sed distinguendum est quod aliquando facta est citatio vt aliquid fiat determinate contra citatum ad instantiam partis aduerse, ꝛ dies certa requiritur, prout loquuntur iura ciuilia: ꝛ isto casu opin. Cy. ꝛ aliorum procedit. Aliquando simpliciter facta est citatio ad comparendum: ꝛ tunc licet talis citatio ordinata sit ad finem vlterius procedendi: iste finis vlterius procedendi est indeterminatus. Unde citatus pro contumacia simpliciter punitur, vt hic, ꝛ in d. capitulo, dilecti. Et hoc modo declarando distinctio Ang. bene procedit. Et de isto articulo no. Maria. in titu. de dila. in arti. xix. in vj. questione, vbi dicitur limitare doctrinam Ange. nisi sit facta citatio ad actum, qui certo tempore solet expediri: quia de illo tempore citatio intelligitur secundum subiectam materiam: argum. l. si vno. in princip. ff. loc. ꝛ vt actus valeat capitulo, Abbate sane. extra. de verborũ signific. ꝛ quia ita est respectu loci, vt citatio facta intelligatur pro loco solito l. si loc⁹. ff. de iud. ꝛ per glo. ꝛ docto. in capitulo fina. de rescrip. Et isto argum. vtitur Ro. in l. j. §. nuntiatio. versiculo, quantum ad tertium. ff. de ope. no. Et istud in hora dicit Bald. in l. si vt proponis. C. quemodo, ꝛ quando. versiculo quid ergo. in fine, ꝛ idem Abbas in capitulo, consuluit. supra. de offic. delegat. ꝛ Bald. in capitu. j. versiculo, quero vtrum. de milit.
7 vas. qui contu. est. ¶ † In glos. ij. primo secundum Abb. colligitur quod legato obediendum est tanquam Pape, per iura allegata in glos. hic. Sed istud dictum domini Abbat. reprehenditur: quia videtur contra text. hic, vbi presupponitur quod si in veritate episcopus legatus regis fuisset, iusta excusatio eius fuisset. Bald. tamen, ꝛ Imol. hic sequuntur gloss. pro qua facit textus in capitulo, si Abbatem. de elect. in vj. ꝛ in capitulo, hi, qui. §. fi. de prebend. in vj. Non obstat textus hic, prout Abb. inducit: quia pro responsione considerandum est, quod glo. loquitur in terminis, quando citatus nõ erat in loco: ꝛ sic nõ poterat obedire precepto. Unde hic non simpliciter ad excusationem allegatur quod esset in legatione regis, sed quod venire nõ poterat. Et istud sentit text. hic, ibi: ꝛ ideo non potuisses: quo casu si impossibile erat quod compareret, ꝛ excusatus etiam fuisset a precepto summi pontificis. Et ita a pari procedunt Papa ꝛ legatus. Et si iste fuisset presens in loco, quamuis destinatus fuisset legatus, debuisset, omnibus pretermissis, obedire Pape sic etiam pariter legato eius. Et in tali casu non haberet locum
8 text. hic. ¶ † Secundo circa materiam, que principaliter tangitur in glos. ꝛ prosequitur domi. Abb. hic, clarius procedendo regula, ꝛ cõclusio firmari potest, quod ex duobus superioribus
c aliquid precipientibus, maiori[c] obediendum [a] sit xj. questione
a iij. capit. qui resistit. l. contra pupillum. §. is qui ad maius. ff. de re iudica. Et per illum textum not. Barto. in l. ij. §. fina. ff. de custo. reo. Bald. in l. senatus. C. qui accusare. Oldr. consil. cccxxiij. factum tale est. Facit quod not. Archid. in capitulo, per hoc. de here. in vj. ꝛ quod voluit domi. Abbas in capitulo, extirpande. §. quia vero. in iiij. not. §. de prebend. vbi inquit, quod habẽs plura beneficia ex dispensatione, maiori personaliter tenetur deseruire. Et maior, quantum ad propositum, intelligitur in eodem territorio. Secus si maior sit in alio: quia talis maioritas nõ attenditur: vt Bald. dicit in l. iij. §. si cum omnes. ff. ad Sillan. Itẽ maior intelligitur quantum ad illum, cui precipitur. Unde Hostien. ꝛ docto. hic dicunt, quod clericus potius prelato eius, quã regi, debet obedire: quia rex non dicitur maior respectu clerici Et ideo clericus potius tenetur obedire proprio episcopo, quã metropolitano. x. questione iij. per totum. ꝛ monachus potius Abbati, quam episcopo lviij. distinct. capitulo j. ꝛ ij. ꝛ traditur per glos. in dicto capitulo, qui resistit. x. questione iij. Predicta conclusio procedit ceteris paribus. Secus vero vbi adesset qualitas in maiori iudice, que potentior esset, faceret preceptũ eius preualere. Et hoc pluribus modis exemplificari potest. Primo, vt dicunt Innocen. Hostien. ꝛ docto. omnes hic, de clerico qui haberet feudum a principe. Nam ratione obligationis feudi potius domino seculari obedire tenetur. Hoc secundũ Abbat. ampliatur etiam habere locum in summo pontifice: quia obligationem laico quesitam ex iusta causa, sine causa tollere non potest: vt per eum hic. Quod tamen verum intelligo, quando Papa vel superior ecclesiasticus vocaret pro leui causa: quia cetera paria non sunt: vt etiam Abb. ipse dicit, ꝛ infra videbimus. alias vero si pro causa vrgenti superior ecclesiasticus vocaret clericum, deberet illi obedire: quia maior est, ꝛ absolute superior, per regulam supra dictam. Non obstat iuramentum, quo adstri

adstringitur ratione feudi: quia in tali iuramento authoritas superioris exceptuata intelligitur. capitulo, venientes. ṡ. de iureiuran. ⁊ quod ibi Abbas l. ij. in princip. vbi Bartol. ff. ad mu. ⁊ quod not. Joan. And. in regula, in malis. de regul. iur. in vj. de filio, qui iurauit non recedere de studio, nisi solutis creditoribus. Nam si vocatus fuerit a patre, cui obedire tenetur, non incidit in periurium. Et idem Fede. in consi. cxcj. questio talis est. cum simi. Nec obstat quod papa non tollit obligationem in ratam: quia illud verum est in illis, que ad illum non pertinēt: in talibus enim authoritas eius exceptuata non videtur. Secus vero est in spectantibus ad eum, per ṡ. dicta. Et ita not. declarat domin. Abb. in capit. quanto. in iij. q. versi. quis autem te poterit absoluere. ṡ. de iureiur. do. Anto. ⁊ Jmo. in c. constitutis. ṡ. de rescript. Secundo exemplificatur, quando minor iudex prius vocaret: quia esset locus preuentioni: vt Inno. ⁊ Abbas dicunt hic. Sed in contrarium videtur probare text. in l. contra pupillum. §. is qui ad maius. ff. de re iudi. vbi vocatus a maiori deserit litem incboatam coram minori. Sed tamen qđ dictum est tenet Bald. in d. l. senatus. in versicu. ⁊ ideo. C. qui accusa. ⁊ sequitur simpliciter Alexand. in d. l. contra pupillum. §. fina. Et ista conclusio probatur in simili ex eo, quod not. Abb. post alios in capitulo, cum iam dudum. j. de prebend. vbi inquit quod beneficiatus in duobus locis debet primo episcopo obedire, in cuius loco primo habuit beneficium: ⁊ ita locus est preuentioni. Et in simili questione facit quod Abb. voluit post Innocen. in capit. fin. in glo. fi. ṡ. de postu. ⁊ plene disputat Jo. Andre. in regula, contractus. de regul. iur. in vj. in Mercu. facit glo. ij. in l. ciues. C. de inco. lib. x. ⁊ bonus text. in capitulo, veniens. ṡ. de iureiuran. ⁊ in l. in operis. ff. loca. cum pluribus similibus questionibus: vt late prosequitur Ro. in consil. xlvij. visis
9 necessarijs. † Ex quibus ipse concludit quod ille, qui habuit prius confederationem cum Rege Francie, quam cum Rege Anglie, in primis tenetur obedire Regi Francie: quia cum secundo contrahitur saluo iure primi. Tertio exemplum ponitur, quando in minori maior esset necessitas: vt per Innocē. et Abb. hic. Nam causa magis necessaria preponderat. Et idem dicunt Innocen. ⁊ Abb. in capitulo, cum iam dudum. dum volunt primo episcopo obediendum esse, nisi in secundo magna sit necessitas. Sic in aduocato obligato duobus monasterijs, inspicitur quod meliorem causam foueat: vt per Joan. Andr. in d. regula, contractus. Spe. in titu. de aduo. §. j. ⁊ Ro. in consil. prealleg. facit quod Bald. dicit in l. ij. §. j. ff. si quis cau. de eo, qui vocatus a minori iudice ad producendum testimonium, et coram superiori vocatur simpliciter: quia propter qualitatem dicendi testimonium coram iudice inferiori personaliter tenetur comparere. Et sequitur Alexand. in d. l. contra pupillum. §. fina. Sic etiam dicit Barto. in d. §. j. quando esset periculum in mora in causa, pro qua vocatur coram inferiori. Hec tamen Bald. intelligit in paribus magistratibus. Et idem Bartol. in l. ij. §. fina. de custod. reo. pralle. Sed tamen idem dicendum videtur in maiori ⁊ minori iudice, per supra dicta. Jmo etiam qualitas cause preponderat preoccupationi, ⁊ prioritati temporis: vt volunt Joan. Andre. in d. regula, contractus. ⁊ docto. in locis preallegatis. Quarto exemplum ponitur, quando a minori citatus detineretur. Nā excusatur non comparendo coram superiori: vt probatur in l. ij. §. penulti. ff. si quis cau. notat Baldus in l. ij. §. j. eodem titu. Et ista conclusio bene procedit, quando quis est citatus personaliter, vel est causa, in qua procurator non admittitur: alias vero deberet comparere per procuratorem, secundum Baldum hic. Et hoc modo procedit quod not. Barto. in l. is, qui reus. in fine. ff. de public. iudic. per Barto. in l. ij. ff. de in ius vocan. cum similib. vt ibi tradit Alexand. not. in l. ij. ff. ex quibus cau. maio. Et ista declaratio accommodari potest in omnibus similibus casibus supra dictis. Nam cum vtrique teneatur obedire, ⁊ coram vno adstringatur personaliter, conuentus ab altero debet procuratorem constituere et sic alteri superiori obedire debet eo modo, quo potest. Facit quod notat domi. Abbas in capitu. extirpande. §. quia vero. in iiij. not. ⁊ quod voluit Barto. in l. ij. §. fina. ff. de custo. reo. vbi inquit quod cessante necessitate, que facit quod primo vni obediēdum sit, postea alteri obediendum est: vt per glo. ibi, ⁊ per l. qui
10 de crimine. C. de acc. ¶ † In glo. in verbo, nuntius. In materia nuntiorum plura tradunt Peru. ⁊ Mod. hic. ⁊ late insistit Maria in repet. rub. ṡ. de dilatio. in x. articu. principali. Ego pro so-
4 lito more duntaxat prosequar + ea, que traduntur per do. Abb. hic, qui considerat tres casus. Primus est, quando contentio
B insurgit inter nuntium, ⁊ citatum, respectu citationis B. Et concludit quod in arbitrio iudicis sit, vtrum magis nuntio, quam parti, credendum sit. Et hoc etiam tenet Bald. in capitu. quoniam contra. versicu. quero an relationi. ṡ. de proba. ⁊ Salice. in l. absentem. in v. questione. C. de accu. ⁊ in l. tres denuntiationes. versic. sed an credatur nuntio. C. quomodo, ⁊ quando iu. ⁊ Maria. in d. rub. de dila. art. xvj. residet in ista opinione post alios, quos late refert. Sed tamen opin. glos. hic, quod simpliciter in
D dubio nuntio D credatur, firmauit Barto. in tract. ad reprimendum. in verbo, per nuntium. ⁊ Specul. in d. §. sequitur. versicu. hoc autem. ⁊ sequitur Jmo. ⁊ Moder. hic. Bald. in d. §. illud. alleg. in glos. vbi refert credendum esse familie Potestatis, que vadit rimando pro armis. ⁊ Barto. hoc idem voluit in l. fin. §. fin. circa finem. ff. de offic. prefe. vrb. in l. diuus. la ij. ff. de cust. reo. ⁊ Ro. qui plura adducit in consil. ccccxcvij. diligenter perscrutatis. Bald. in l. j. §. si quis neget. circa fine. ff. quemad. test. ape. Ange. Aret. in §. quadrupli. versiculo, quero an credatur nuntio. Insti. de act. Ex quibus omnibus colligitur quod ista videtur magis communis opi. Sed tamē pro concordia distingui potest quod in dubio credatur nuntio referenti se citasse, nisi qualitas persone citate aliud suaderet. Et quādo qualitas persone videatur aliud suadere, arbitrio iudicis relinquitur. Et conclusio predicta, quod nuntio credatur, bene procedit in his que explicite refert. Sed tamen non presumitur pro his, que ipse non dicit. Unde cum citatio debeat fieri ad domum in subsidium, quando personaliter non reperitur, si nuntius referat
C simpliciter se citasse ad domum C, non intelligitur in subsidiū: quia non presumitur pro nuntio, sicut pro iudice. Ita voluit Barto. in l. iiij. §. pretor ait. versic. sed quid debet nuntius. ff. de damn. infe. ⁊ sequitur Anto. de Butr. in capitulo, causam. ṡ. de do. ⁊ contu. Alexand. late in consil. ij. consideratis his. lib. iij. et Abb. consi. lxxxiij. arbitror in dubio. in lib. ij. Ro. in consil. ccccliiij. in re presenti. Et istud verum intelligitur, nisi nuntius dicat se citasse ad domū prout habuit in mandatis: ex eo, quod not. Bald. in l. properandum. §. si quidem. C. de iu. domin. Car. in clemen. j. de do. ⁊ contu. ⁊ Alexand. in §. pretor ait. ⁊ Ro. in d. consilio ccccxcvij. ⁊ sentit Bart. in d. §. pretor ait. dum in principio dicit: Nuntius refert se citasse secundum formam commissionis. Ex hoc declaratur vt procedat, quando in commissione, ⁊ mandato erat specialiter expressum quod citaret personaliter: ⁊ si non inueniret personaliter, citaret ad domum. Secus vero est, si hoc non exprimatur in commissione: quia licet ita intelligatur secundum intellectum iuris, ad illud tamen, qđ intelligitur de iure, ⁊ expressum non reperitur, relatio nuntij non refertur: vt not. Alexand. tradit in consi. ij. ṡ. alleg. ⁊ secundum Abbat. in consil. lxxxiij. ṡ. alleg. Nec sufficit quod nūtius dicat, omnia se fecisse, ad que tenebatur de iure, ⁊ secundum formam statutorum: sed relatio debet fieri ad id, quod sibi commis-
11 sum est. † Secundus casus est, quando altercatio oritur inter nuntium, ⁊ notarium: ⁊ conclusio est quod notario magis credatur, quam nuntio: nisi notarius esset suspectus: vt per Abb. hic. Et idem tenet Angel. in l. j. §. j. ff. quemad. testa. ape. ⁊ sequūtur Jmo. Peru. ⁊ Moder. Et pro confirmatione in simili bene facit illud, quod dicitur de teste, qui negat dixisse illud, quod notarius scripsit Nam potius notario creditur, quam testi, nisi notarius esset suspectus, ⁊ nisi de pena falsi ageretur: vt Spe. concludit in titu. de teste. §. j. versi. sed pone, ecce iudex. ⁊ in titu. de instru. edi. §. restat. versi. quid si dum attestationes. sequitur Abbas in capitu. ad audientiam. in v. not. ṡ. de prescript. cum similib. vt Alexand. tradit in consil. lxx. viso processu. lib. j. ⁊ idē Abbas in capitulo, cum causam. ad fin. ṡ. de testib. Card. ⁊ Jm.
12 in clemen. j. ad fi. de heretic. † Tertius, ⁊ vltimus casus est, quando etiam inter nuntium, ⁊ citatum discordia occurrit, non respectu citationis facte, sed respectu responsionis, quā citatus fecit. Et in hoc breuiter illa videtur vera opinio, quod nuntio
nõ deferant signum, per quod publice a Christianis dignoscã
t[illegible]isponitur in ca. nonnullis. infra de Iudeis. Ubi ta
men in loco esset aliqua consuetudo, quod Iudei non deberent
portare aliquod signum, etiam hodie deberet seruari. Et si hoc
etiam impetraretur a summo pontifice, valeret priuilegium:
cum istud sit de iure positiuo: vt not. Fulgo. tradit in consilio
4 clv. proponitur quod in ciuitate Ferrarie. ¶ †In glos. fina. cir
ca questionem, ad quam Abbas infert, conclusio sit quod ap
D pellari [D] potest, si statutum fiat in preiudicium alicuius parti
4 cularis persone expresse, vel tacite [4]: vt per Bartolum in locis
allegatis per Abbatem hic, ⁊ idem Bald. sequitur in l. j. in prin
cipio. ff. de lega. in l. quisquis. C. quorum appel. in l. iudicibus. in
principio. C. eodem titu. de appel. vbi per hoc infert appellari
posse, si statutum fiat quod filia Titij dotata non succedat. Sic
etiam in statuto, per quod quis particulariter cogeretur ad cõ
promissum. Baldus dicit in §. j. in prima constitu. Codic. ⁊ no
tat Angelus in l. finali. C. sententiam rescindi non posse. Ale
xand. in consilio cxix. visis his que in themate. in ij. libro, ⁊ con
silio cxc. mature. libro ij. Et talis appellatio interponitur
ad illum superiorem, qui statutum possit corrigere, secundum
Baldum in capitulo, ad nostram. circa finez. supra eodem. Pre
dicta conclusio non habet locum, quando statutum esset gene
rale: quia tunc appellari non potest: vt Barto. concludit, ⁊ Bal
dus in locis omnibus supra allegatis. Domin. Abbas tamen
hic talem differentiam non admittit: quia secundum eum, vis
tota consistit in hoc, an statutum iniquitatem contineat: ⁊ indi
stincte per vnum poterit reclamari, per ea, que habentur in ca
pitulo j. infra de his, que fiunt a maio. part. capituli. Sed in ef
fectu quod Abbas dicit, non discrepat ab opin. Barto. quia ad
istum finem videtur loqui Barto. dum distinguit in statuto ge
5 nerali, vel particulari. †Nam de statuto vniuersali non potest
quis conqueri: sicut nec a dispositione iuris appellatur l. si qua
pena. ff. de verbo. signific. facit textus in l. ij. §. exactis. el j. versic.
postea. ff. de origi. iur. ⁊ ibi Bald. quem text. Bart o. adducit in
dicta l. finali. ff. de appel. reci. ⁊ ideo Baldus dicit in l. acceptã.
C. de vsu. circa finem, quod statutum, licet durum sit, seruari de
bet l. prospexit. ff. qui, ⁊ a quib. licet enim statutum non habeat
F equitatem in his, que sunt iuris positiui [F], sufficit quod habeat
voluntatem, ⁊ authoritatem statuentium: vt Bald. inquit per
illum textum in l. lege duodecim tabularum. C. de legi. here. Nã
tali casu in statutis est pro ratione voluntas: vt not. Bald. in l.
j. §. initium. ff. de postul. Sed quando statutum respicit preiudi
cium alicuius tantum, videtur continere iniquitatem. Et non
est proprie statutum: quia natura legis vel statuti est, quod cõ
mune sit l. j. ⁊ ij. ff. de legi. ⁊ iiij. distin. in §. erit autem lex. ⁊ decla
rat Bald. in d. l. iudicibus. in principio. ⁊ ipse do. Abb. hoc idez
dicit in capitulo fina. s. de consti. Nam tale statutum in effectu
videtur potius preceptum: vt Abbas hic dicit, a quo precepto
bene appellatur: vt s. capitulo proximo. Secũdo conclusio pre
dicta procedit, quando statutum specialiter fit contra aliquem
sine causa: secus si factum fuit cum iusta causa, ⁊ rationabiliter:
quia tunc tenet irreuocabiliter in preiudicium eius. Ita Bald.
in dicta l. j. in principio. ff. de legi. alleg. text. in l. amissione. §. qui
deficiunt. ff. de capit. dimi. vbi Bald. dicit per reformationem
ciuitatis pronuntiari posse aliquem rebellem esse. Et idem
Baldus in Peculio suo, in versiculo, statutum. dicit posse sta
tutum fieri ex iusta causa contra singularem personam. Alleg.
glossaz in dicta l. amissione. ⁊ hoc idem Ang. tradit in consilio
lxiij. si prouisio facta. Antonius de Butrio in capitulo, cum
omnes. versiculo, an autem valeat statutum. s. de consti. ⁊ Ale
6 xand. in consilio cxix. supra allegato. in ij. libro. †Postremo cõ
siderandum est quod de iniquitate statuti non solum agitur
per remedium appellationis, vt Bartol. ⁊ Doctor. dicunt in lo
cis s. allega. sed etiam post tempus constitutum ad appellan
dum, per viam querele poterit reclamari: vt est text. in dicto ca
pitulo, cum omnes. vbi Abbas post alios declarat in v. notab.
Et hoc est, quod Bald. dicit in l. j. §. similique modo. in fin. C. de
Latin. lib. tol. quod sententia iudicis fortior est, quam statuti:
quia sententia, etiam iniquissima, vt ipse dicit, transit in rem iu
dicatam. Sed ab iniquitate statuti semper supplicari potest:
imo videtur quod de nullitate statuti dici possit: quia secundũ
Abbat. in dicto capitulo, cum omnes. statutum nullum vide
tur: quia lex debet esse iusta: ⁊ communis iiij. distinctione, erit
autem. ergo si continet iniquitatem, videtur nulla. Sed tamen
in hoc contrariũ communiter tenetur: quia dolus in statuẽdo
non facit statutum ipso iure nullum: vt notat Ange. per illum
textum in l. ij. ⁊ ibi Alexander. ff. quod quisque iur. ⁊ idem Ale
xand. in l. j. ff. eodem titu. quod quisque. facit textus in l. j. §. fina
li. ff. de do. except. Et quia statutum est stricti iuris, prout ar
guit Baldus in dicto capitulo, cum omnes. ergo actus ratione
doli non annullatur: prout de contractibus stricti iuris habe
tur in l. si quis cum aliter. de verbor. obligat. Non obstat text. in
dicto capitulo, erit autem. quia in casu isto apparenter lex est
iusta, ⁊ communis in sui forma, cum generaliter loquatur. Uel
secundo in isto casu, quando respicit particularem personam,
in effectu non reputatur lex, sed potius preceptum videtur.

Patet, quia appellatur: quod est contra naturam legis, vt supra dictum est. Vel tertio dici potest q licet lex debeat esse rationabilis, ⁊ iusta, non tamen sequitur quod sit nulla, si iniusta sit: hoc patet in sententia, que iusta esse debet, ⁊ tamē licet
7 iniusta sit, non est nulla. †Et vltimo notandum est, q licet post tempus appellandi, ab iniquo statuto reclamari possit, vt su-
5 pra dictum est, talis facultas solum per annum durare⁵ videtur: vt singulariter tradit Bar. in l. ambitiosa. ver. quero intra quantum tempus. ff. de decret. ab ordi. fac. per text. in l. qui grauatos. C. de censi. libro xi.

¶Additiones.

a ¶In potestate. Vide Soci. in consi. lxvi.
b ¶Iudeis. Vide in no. q. Barba. in consi. xxix. iij. lib.
c ¶Offendi. Et vide semper Oldra. in consil. lxxxvij. incip. quia an princeps sine peccato. vel etiam dicit quod princeps non potest de ciuitate eos expellere sine iusta causa immo peccat mortaliter, vide etiam Barb. consi. xv.
d ¶Et canonicis. An iudei ⁊ sarraceni ligentur canonibus ⁊ legibus, vide s. de consti. in ca. j. vbi per Decium post alios ⁊ ibi etiam ponit qua pena puniatur iudeus qui cognoscit carnaliter christianam, ⁊ concludit vt hic.
e ¶Tenetur. Vide pro hoc not. q. quam refert Socin. in consil. lxij. ⁊ in consi. lxx. ⁊ domi. Andre. Sic. in consil. lxxv. iij. vol.
f ¶Iuris positiui. Videad ista multa notabilia aggregata per d. Fely. in c. si quando. de rescri. ⁊ alibi sepe. Hiero. Hig.

1 ¶Habere. Amplia etiam ex dispensatione principis. j. eod. capitu. j. iij. no.
2 ¶Canonicis. Vide Deci. omnino, ⁊ que ibi addidi in c. j. in j. lectu. de consti.
3 ¶De his que foris. Vide deci. in l. ij. in ij. no. C. de insti. ⁊ substi.
4 ¶Tacite. Adde Deci. in c. cum omnes. in j. lect. in v. no. de consti. vbi dicit, q etiam non interposita appellatione licet reclamare, ⁊ quanto tempore duret hec facultas, ⁊ ibi, in ij. lec. ampliat etiam si esset facta lex vel statutum a principe.
5 ¶Durare. Vide Deci. in d. c. cum omnes. in j. lectu. in v. no. de consti. Siluest. Aldob.

a ¶Iudei. Deci. supra de proba. c. j. nume. 20. Socin. consil. lxij. lib. j. Alexand. consi. xiij. lib. vij. dixi ad Alexand. consi. vj. lib. vj.
b ¶Beneficium. Dixi ad Alex. consi. lxxv. lib. v. Aymo. cōsi. lxxiij. nu. xxvj. Fran. Rip. l. si insulam. de verb. oblig.
c ¶Oldra. Late Nicol. Boeri. decisio. Burdegal. cccxvj. nu. v.
d ¶Appellari. Decius supra de constitu. capitulo, cum omnes. not. v. [redacted]



Ad hec. ¶In text. ibi: sicut asseris. Ex isto modo loquendi cautela colligitur: Si quis non velit videri approbare dicta aduersarij, que refert, vt dicat, prout asseri-
1 tur¹. Et no. Anto. de But. in c. ad hec. per illū text. de rescrip. ibi: vt asseruit. Facit text. in ca. iij. ibi: sicut asserit. de eo, qui mit. in posses. ⁊ idem no. Cald. in cōsi. viij. de rescrip. Cardi. in consi. lxviij. quo ad primum. circa fi. ⁊ Rota in decisione lx. de rescrip. in antiquis. Alia hic non occurrunt, per ea que diximus supra in capit. meminimus. ⁊ in c. suggestum.

¶Additio.

1 ¶Asseritur. Adde Dec. in capitulo, iurauit. in princip. vbi de veritate. Siluest. Aldob.

1 ¶Iudex tenetur deferre appellationi iuste interposite: alias puniri debet, nisi in interlocutoria.²

1 

De priore. ¶†Ex isto textu principaliter colligitur, q iudex appellationi legitime deferre tenetur: alias punitur, vt hic, ⁊ in l. quoniam iudices. ⁊ in l. iudicibus. C. eod. Secus si appellatio iniusta sit: vt Bal. distinguit. in d. l. iudicibus. in prin. Abb. hic, ⁊ Perusi. qui hoc latius prosequitur. Nec sufficit q iudex parti dicat, Ego admitterem appellationem, si ostenderes mihi causam q debeat admitti: vt not. Bal. ⁊ Salic. in l. quoniam iudices. in fi. supra alleg. Nā ad ipsum iudicē spectat discernere, vtrū iusta videatur appellatio: vt per gl. in c. vt debitus. j. eo. in ver. rationabili causa. Quantū vero ad partē, ad hoc vt appellatio admittatur, sola allegatio iuste cause sufficit. Sed postea ad obtinendū in causa appellationis, causa debet probari. c. vt debitus. j. eo. Et in simili est doctrina Bar. in tract. ad reprimēdū. in ver. asseratur. in gl. no. in cle. dispendiosam. in ver. vsuris. de iudi. Pau. de Cast. in l. cū quedā puella. §. si. ff. de iurisd. om.
1 iudi. Et in dubio appellatio semper debet admitti¹, secundum gl. prealleg. in d. c. vt debitus. Est dictū Inn. in c. dilectus. el ij. de rescri. Sequit Bal. in l. de statu. ff. de testa. vbi allegat Spec. ad hoc, eo. tit. §. nūc tractemus. ⁊ idē Bal. in l. properandum. §. sin autē. C. de iudi. Ang. in d. l. qm iudices. ⁊ Card. in cle. j. in ij. q. de dolo ⁊ cōtu. Alex. in consi. cxvij. viso themate. ad fin. in iij. lib. Sic etiā qn dubitatur an deserta sit appellatio, pronuntiari debet in dubio, appellationem non esse desertam: quia hoc est minus preiudiciale. Ita no. Pau. de Cast. in l. j. per illū tex. ff. si qs cau. ¶In gl. j. notandū est, q subditus, etiā si religiosus sit ap-
2 pellare pōt a correctione², qn superior in corrigēdo modū excedit. Idē gl. in d. c. licet. ⁊ no. do. Abb. hic, ⁊ in d. c. ad nostram. in [redacted]. Nā moderata debet esse correctio: alias ad superiorem [redacted] alie. iur. per quē etiā dicit Bal. in d. c. [redacted] q [redacted] seuiente in monachos, eis licet fugere de monasterio, nec dicuntur apostate. Et quando Abbas odio haberet monachum, ⁊ illum grauaret, monachus potest pro defensione arma accipere: vt no. Card. tradit in cle. j. §. prefate. de statu mona. Ad istū tex. tamen alius intellectus fuit, q hic, canonicus non appellauit, ex eo q ipse grauatus esset, sed simpliciter propter delicta, ⁊ enormitates prioris contra eum, extraiudicialiter prouocauit. Nam licet secundum Abb. hic, non cogatur prior accedere ad superiorem propter huiusmodi appellationem, vt not. in c. cum sit Romana. s. eod. debuit, tamen prior huic appellationi deferre. Et secundum istum intellectum dicunt Doct. verba litere correspondere. Sed tamen huic litere aduersatur tex. dū dicit, de tanto excessu satisfacturus. Nō enim videtur q magnus fuisset excessus, si prior non detulit appellationi extraiudiciali, propter quam non tenebatur ire ad superiorem, vt do. Abbas hic dicit arg. eorū, que habetur in l. quanuis. ff. de in ius voc. Unde postremo alius fuit intellectus, qd canonic⁹ iste appellauit, allegādo enormitates manifestas prioris. Nā cū ipse esset notorie criminosus nō poterit alios corrigere iij. q. vij. c. iudicet. Sed iste intellectus reprobat cōiter: qr licet iudex notorie sit criminosus, pōt tamē exercere iurisdictionē an-
a te quāº priuatus sit. viij. q. iiij. in c. nōne. cū sim. vt late post alios do. Abb. hic adducit: ⁊ idē tenet Archi. in d. c. nōne. sequit Bal. in l. ij. §. miles. ff. de infa. in l. Cassius. ff. de serui. cū si. vt tradunt Mod. in c. sciscitatus. s. de rescrip. Saluari tamē pōt iste intellectus, qn cōtra iudicē, excipit q sit cōdēnatus de crimine infamāte ipso facto: qr statim administrationē perdit: vt do. Abb. cōcludit in d. c. sciscitatus. in gl. in ver. Primū tamē dictū alibi allegat tex. in l. ij. §. miles. cū gl. ff. de infa. Et in tali casu videtur loqui text. hic, vt colligitur ibi, enormitates manifestas: que
2 ipsum notabilē reddunt. ¶†In gl. si. notandū est q iura, que penā imponūt iudici nō deferēti appellationi, locum habent in appellatione a diffinitiua: secus est si appelletur ab interlocutoria: quia iudex non tenetur deferre, nec supersedere, donec sibi per iudicem ad quem inhibeatur. c. non solum. §. illi dicitur. eo. tit. in vj. Ita no. Ang. dicit in d. l. quoniam iudices. C. eo. titu. sequuntur simpliciter Moder. hic. Et prima facie pro ista conclusione facit text. in d. l. quoniam iudices. qui videtur loqui in appellatione a sententia diffinitiua: vt colligitur ibi aduersus sententiam, intentionē, iurgiumque terminantem. Nā verbū terminantem, videtur sententiā diffinitiuā respicere. Sed tñ ista limitatio dubitabilis videtur. Primo, qr tex. in c. decreto, allegato in gl. videtur loqui in appellatione ab interlocutoria: cum ibi in prin. accusationis pro parte epi appelletur, ⁊ causa cognoscenda ⁊ decidenda ad summū pontificem deferatur virtute appellationis interposite, ⁊ pena imponitur non deferenti illi appellationi: prout gl. ⁊ communiter doc. illum text. intelligunt. Secundo facit, quia si appellatur ab interlocutoria cum iusta causa, prout requiritur, iuxta c. vt debitus. j. eod. iurisdictio deuoluitur ad iudicem ad quem, ibi: superior de appellatione cognoscat. in d. c. vt debitus. ergo videtur q iudex teneatur huic appellationi deferre. Non obstat tex. in c. non solum. cum simil. quia non est verum q ante inhibitionem iudex, a quo appellatur ab interlocutoria, procedere possit. Nā si procedit, bene verum est, q attentata non reuocantur, sed reuocatio duntaxat differtur, donec veritas cause appellationis probetur: ⁊ probata veritate, omnino reuocantur attentata. Ex quo datur intelligi q iudex non debuit, nec potuit procedere. Et ita illum tex. declarat Lap. in allega. prima: ⁊ dixi in c. consuluit. ibi, circa fi. s. eod. Postremo aduertendum est ad d. c. decreto. quod principaliter allegatur in materia. Nam non videtur q pena dispositionis ibi imponatur ex eo simpliciter, quod iudex appellationi non detulisset, sed potius quia cum causa esset ad Papam pelata per appellationem interpositam ad summum pontificē,

probibet ibi summus pontifex quod nullus in tali casu, preter eum iudicare presumat. Postea in versic. si autem. post talem probibitionem dicit, si a quoque secus presumptum fuit, ille deponatur. Et sic patet quod talis pena non imponitur simpliciter ex eo quod appellationi delatum non fuerit. Ex quo infertur quod absolute de iure canonico pena erit arbitraria. Reliqua vt per doc. hic.

¶ Additiones.

1 ¶ Admitti. Limita in interlocutoria. j. eod. capitulo, in glos. finali.

2 ¶ Correctione. Vide Deci. in c. iij. in j. notab. s. eo. ⁊ in c. nouit. j. eodem. Siluest. Aldob.

a ¶ Antequam. Joan. Gerson in trac. de potesta. eccle. [redacted]

1 ☞ Clericus an propter infamiam priuetur beneficijs quesitis.
2 Infamia publica, ⁊ quod quis sit conuictus de infamia, procedunt a pari.
3 Abbates dicuntur prelati.



Qvia nos. ¶ In tex. ibi resperfi sunt. Hoc modo loquendi etiã vtitur tex. in capi. fi. j. de furt. in c. insinuatum. infra de simo. in c. accedẽs. j. de accus. 1 ¶ † Primo nota quod hic videtur probari dictum Innoc. in ca. per inquisitionem. s. de elect. vbi inquit propter infamiam quem debere priuari etiam beneficijs quesitis. Et licet hic per Abb. ibi reprobetur. ⁊ idem Abb. latius tradit in c. olim. s. de rescript. tamen saluari potest in isto casu; in Abb. videlicet publice infamato, qui remouetur ab administratione: vt est text. hic secundum intellectum Inno. de quo j. dicetur. Et cum plures sint species infamie, vt per glo. vj. q. j. c. omne. videtur text. hic habere locum in qualibet infamia, quia dicit, de aliqua publica infamia: arg. glo. in clemen. j. in ver. aut earum parte. de foro compet.
2 ¶ † Secundo nota quod a pari procedunt ꝙ infamia publica sit, vel ꝙ de infamia quis sit conuictus. Idem probatur in c. de hoc. j. de simo. facit tex. in c. cum desideres. §. ij. j. de sen. excõ. in c. j. j. de vsur. in vj. in ca. j. de diuor. cum simil. Et in text. hic requiritur ꝙ Abbates resperfi sint publice de infamia publica: ⁊ sic requiritur ꝙ infamia publica sit: nec soluz sufficeret ꝙ quis esset publice infamatus: quia per hoc non infertur ꝙ infamia esset publica. Nam ab vno vel duobus posset quis publice infamari, ⁊ tamen nõ esset infamia publica: sicut alibi docto. volunt ꝙ fama non probetur, quando testes deponunt ꝙ publice aliquid dicatur: vt per Bart. in l. iij. §. eius quoque. in fi. ff. de testi. ⁊ in l. de minore. §. tormenta. in versic. qualiter probetur. in fin. ff. de questio. cum sim. vt tradit Alexand. in consi. xx. in causa appellationis. lib. iiij. ⁊ dictum fuit in c. j. s. eodem.
3 ¶ † Tertio not. ibi: prelationi ecclesie. ꝙ Abbates dicuntur prelati. Ita colligitur hic. Ad idem text. in cap. j. vbi Anto. de But. in vltimo no. s. de etate ⁊ quali. in c. decernimus. vbi Abb. in ij. not. s. de iudic. Et Abb. dicitur habere dignitatem: vt probatur in c. si quis deinceps. xvj. questione vij. facit textus in c. apostolice. de priui. in vj. ⁊ text. in c. indemnitatibus. §. verum. de elec. in vj. no. in clemen. ij. de rescript. ⁊ Domi. tradit in c. ij. in glo. ij. in fi. de preben. in vj. dixi in d. c. decernimus. de iudi. ¶ In glo. ij. ibi: purgare se nequeunt. Iste est primus intellectus, qui non bene conuenit litere: quia in tex. de purgatione nullum verbum dicitur: ⁊ ideo diuinationem continet, contra ea, que habentur in c. vnico. j. vt eccle. bene. Item tex. hic innuit hoc esse speciale in religiosis. Sed attento tali intellectu esset idem dicendum in secularibus prelatis. Unde aliam lect. posuit Innoc. hic, ꝙ speciale sit in prelatis religiosis, ꝙ ex sola infamia remoueri possint, arg. ca. qualiter, ⁊ quando. el ij. in fi. infra. de accu. Sed contra istum intellectum Abb. insurgit, dicens quod iure non probatur: ⁊ text. in d. c. qualiter, ⁊ quando potius in contrarium facit quia ibi propter infamiam non remouetur prelatus, sed tantum prestatur occasio, vt ad inquisitionem procedatur: vt colligitur. in princ. ibi. Nec obstat ꝙ ibi dicitur in fine, religiosum prelatum ex leuioribus causis, quam secularem, administratione priuari posse: quia per hoc tamen non sequitur, nec infertur necessario, ꝙ sola infamia sufficiat. Et ad hoc bene facit: quia etiam in ciuilibus sola fama non plene probat: vt per glo. in c. j. supra eo. no. in ca. veniens. el j. supra de testib. ergo a fortiori non facit plenam probationem in criminalibus, vbi clariores probationes requiruntur l. fi. C. de probã. Et ꝙ sola infamia non sit causa potens vt religiosus prelatus remoueatur, do. Abb. duo iura adducit, text. scilicet in d. c. per tuas. ⁊ in c. licet Heli. infra de simo. vbi text. de Abbate loquitur, ⁊ tamen contra eum, cum infamia esset publica per inquisitionem proceditur. Et sic ibi videtur casus ꝙ ex sola infamia publica immediate non remoueatur Et cum istis rationibus transeunt posteriores scribentes hic, qui sequuntur tertiũ intellectum: quem etiam approbat do. Abbas: quia secundum eũ, magis cõuenit litere vt dicamus tex. procedere non attento iure communi, sed attenta consuetudine quorundam religiosorum, vt latius per Abb. hic. Intellectus tamen Innocen. a rationibus supra dictis defensari potest. Et probabilior videtur in terminis, in quibus loquitur Innoc. ⁊ tex. hic. s. quando infamia adeo publica esset, vt probatione non indigeat, vel ꝙ fama legitima in iudicio probata sit. Nam istis casibus de prelatis regiosis, probabilis videtur conclusio, vt ab administratione remoueantur ex tali infamia: quia ipsi ex leuioribus causis remouentur. cap. per tuas. ad fin. infra de simo. ⁊ d. c. qualiter, ⁊ quando. Nec obstat ꝙ Abb. dicit contrarium ibi probari: quia mediante fama publica ad inquisitionem tantuz proceditur: quia considerandum est quod in principio tex. loquitur ibi de prelatis secularibus: sed in fine generaliter dicitur, ꝙ ille ordo non seruatur in religiosis: quia facilius, ⁊ liberius a suis administrationibus possunt remoueri. Nam dum textus considerat faciliorem remotionem, satis dici potest quod sola infamia publica sufficiat immediate ad remouendum religiosos, absque alio ordine, ⁊ sic non sit opus vt contra eos procedatur ad inquisitionem. Vel secundo responderi potest ꝙ illa fama publica, que consideratur ante inquisitionem, accipitur etiam extra iudicium ad instructionem ipsius iudicis, vt tradunt Innoc. ⁊ docto. in c. cum oporteat. j. de accus. Et talis fama non sufficit. Et ita etiaz respondetur in c. per tuas. de simo. Sed textus hic intelligitur de fama legitime probata in iudicio: vel quando omnino esset notoria, ⁊ publica, vt probatione non indigeret: prout loquitur text. hic, dum requirit quod abbates publice infamati sint, ⁊ quod infamia publica sit. Nec obstat regula, ꝙ fama nõ probet in ciuilibus: ergo a fortiori nec in criminalibus: quia hic dum agitur ad priuationem administrationis, causa dicitur ciuilis, ⁊ non criminalis. c. per tuas. circa fin. j. de simo. ibi: sed ciuiliter, vt ab administratione amoueretur. Et quamuis regulariter in ciuilibus fama non sufficiat, tamen hoc fallit in religiosis, qui facilius remouentur. Ultimo non obstat ꝙ iure nõ probatur: quia imo est textus hic, nec alius intellectus bene procedit: quia in dubio text. intelligitur, vt ponat ius cõmune: ⁊ non consideratur localis consuetudo, iuxta glo. in c. cõsultationis. s. de tem. ordi.



Ad aures. ¶ Nota istum textum quod etiam delegatus potest appellanti terminum prefigere ad prosequendũ appellationem ⁊ deserta appellatione reassumit iurisdictionem: ⁊ sic per appellationem iurisdictio delegati non extinguitur. c. cum cessante. j. eo. Imo etiam si delegatus appellationi detulerit, iurisdictio ab eo non abdicatur, si appellans non prosequatur appellationem: vt per Abbat. hic. Ad quod notabiliter bene facit ꝙ voluit Bald. in l. si diuersa. ver. veniamus ad questiones. C. de transact. vbi inquit quod si quis facit compromissum renuntiando sententie, que in rem iudicatam transiuit si non sequatur laudũ, renuntiatio non preiudicat Et sequitur hic Alexand. in consi. xxxi. viso instrumento. lib. j. Sic ergo in proposito abdicatio iurisdictionis, que fit a delegato deferenti appellationi. c. cum appellationibus. eod. titu. lib. vj. intelligitur casu quo appellatio habeat effectum: ⁊ ideo deserta appellatione, nimirum si delegatus iurisdictionem reassumit: vt per glo. in d. c. cum appellationibus. ⁊ doc. hic.

1 ☞ Appellari potest per verbum, appello, vel equipollens.
2 Simplicitas aliquem excusat.
3 Receptus sub alicuius protectione, non eximitur a iure quo alteri tenetur.
4 Iudex an possit cognoscere vtrum sua sit iurisdictio.
5 Sententia excommunicationis lata sine cause cognitione an teneat.



1 Ad audientiam. ¶ † Primo nota, ꝙ nõ solum dicitur appellatio interposita, quãdo formaliter verbum, appello, exprimitur, sed etiaz quando ex circunstantijs, ⁊ ex effectu rei demostratur ꝙ appellatum fuerit, quibuscũque verbis rec

bis reclametur. Et hoc per istum text. not. Spec. eod. tit. §. qualiter. in fi. Et est regula communis in qualibet materia, quod actus, & quelibet dispositio potius ab effectu, & a re ipsa iudicatur, quam ex verbis prolatis, vt not. Bald. tradit in l. ij. C. com mo. vbi ad hoc allegat textum in l. Lucius. ff. de donat. & idem Bald. in rubri. C. de iure emphyt. & est tex. not. in c. constitutus. & ibi Abb. j. de relig. domi. facit text. in l. insulam. ff. de prescrip. ver. in l. si vero. in princ. ff. locati. in l. vbi ita donatur. cum simi.
2 ff. de donat. cau. mor. ¶ † Secundo no. quod propter simplicitatem quis excusatur. Ad idem tex. in c. super literis. vbi glos. plura adducit s. de rescript. & in c. pen. vbi glo. infra de rerum permuta. Et quando reprobetur, vel commendetur simplicitas, tradit dom. Abb. in c. dilecti. in glos. j. s. de indic. in c. ex studijs. in vlt. not. s. de presum. glos. xvj. q. j. in c. si cupis. xxxix. dist.
3 in c. Petrus. cum sim. ¶ † In glo. ij. ibi: de generali protectio
a ne, nota quod receptus sub protectione [a] alicuius, non eximitur ab aliquo iure, quod alteri prius competeret. d. c. ex parte. & in c. accepimus. eod. tit. de priuileg. vbi Abbas in vltimo not. infert ad dominos temporales, qui aliquem sub eorum protectione recipiunt. Et notabilem questionem ponit Ange. in l. j. C. de excusat. mu. lib. x. de capitulis pacis factis cum archiepiscopo nostro Mediolaneñ. Et inter alia ibi dicit quod ille, qui recipit aliquem sub protectione, tenetur, & debet illum cum armis defendere. Allegat gl. que bene facit in rubr. C. de domest. & prote. lib. xij. Ad quod est bonus tex. in l. desertorem. §. fina. ff. de re milit. not. Barto. in §. omnem. in proem. Digestorum. Et secundum predicta intelligitur quod notat Bald. per illũ tex. in l. j. C. si quacunque predi. potesta. ¶ In glos. in verbo, cognitione. Abb. concludit quod istud, quod dicitur de cause cognitione, non ponitur in textu cum ministerio iuris: quia etiam si cognitio interuenisset, non tamen valuisset sententia, quia lata post appellationem: sed ista verba ponũtur ad maiorem exaggerationem, vt factum episcopi magis detestetur. Sed tamen durum videtur quod ista verba summi pontificis ponãtur sine ministerio, & effectu iuris. Unde planius illa verba intelligi possunt de cause cognitione, que incidẽter debuit adhiberi circa hoc, vtrum talis summissio protectioni sedis apostolice, haberetur pro appellatione, an talis appellatio deberet admitti. Nam hoc etiam pertinet ad iudicem a quo, vt sciat an debeat deferre appellationi: vt voluit Inn. in c. pastoralis. §. preterea. supra de offic. deleg. Abb. hic, circa fin. not. in c. vt debitus. j. eo. Nam si adhibuisset cause cognitionẽ, & noluisset admittere appellationem tanquam friuolam, valuisset processus. Sed non
4 valuit, quia ita ex abrupto, & incõsiderate processit. ¶ † In ea. glo. ibi: An haberet iurisdictionem in ipsum. Not. glo. quod iudex non potest cognoscere an sua sit iurisdictio. In cõtrarium tamen videtur communis opin. vt probatur in l. ij. ff. si quis in ius voca. non ierit. & in c. super literis. vbi dom. Abb. rationem ponit, supra de rescript. Quod etiam procedit, quando iudici opponitur quod nulla penitus iurisdictio sibi competit: vt declarat do. Abb. in c. ex parte decani. in iij. not. s. de rescript. Do. in c. si a subdelegato. in fi. de offic. deleg. in vj. Et hoc etiam locum habet in arbitro, qui potest cognoscere de quibus rebus ipse habeat potestatem vigore compromissi: vt not. Abb. in c. cum dilectus. in glo. fi. in prin. supra de arbit. Glo. tamen hic secundum docto. saluari potest in duobus casibus. Primus est, quando est questio subiectionis, vt quia allegatur priuilegium exemptionis. Nam tunc non agitur de nudo exercitio iurisdictionis: & ideo iudex suspectus redditur, & iudicare non potest, secundum Anton. de Butr. hic, & in c. super literis, vbi Abb. sequitur, vers. quarto casu. supra de rescript. & idem tenet Ang. in d. l. ij. ff. si quis in ius voca. Sed tamen contra hoc videtur tex. in c. cum persone. de priuileg. in vj. quem Abb. adducit hic. Respondetur communiter quod ibi episcopus nõ procedit vt iudex, prout Abb. hic refert: & hoc idem dicit in c. venerabili. infra de censi. Ista tamen responsio videtur contra illum textum dum loquitur de prescriptione, que probatur testibus quo ad possessionem. Unde episcopus ibi videtur cognoscere tanquã iudex. Et ibi hoc not. Domin. in glo. in verbo, ordinarijs. Ad quod bene facit text. ibi, dum dicitur, debet facere fidem. Nam fides, & probatio fit iudici. l. quinquaginta. ff. de probat. Facit etiam text. ibi: ordinarijs, vel delegatis. Ex quo ergo qualitas iudicis consideratur, videtur ibi cognoscere vt iudex. Et pro ista opin. facit text. in c. super literis. supra de rescript. vbi agitur de ordinatione iurisdictionis iudicis delegati, & tamẽ ipse iudex cognoscit. Et sic iste primus casus secundum regulam procedit: poterit tamen in isto casu iudex recusari, vt Abb. hic concludit. Et ista recusatio generaliter considerari potest in pluribus casibus, in quibus regula non procedit. Secũdus casus est, quando commodum, saltem in consequentiam, applicatur iudici: vt est glos. in l. de iure. in ver. prouincie. quam Bart. ibi mirabilem dicit, ff. ad mun. Et idem Bart. in d. l. ij. sequitur Ange. in l. j. C. ne quis in sua cau. Anto. de But. in c. ceterum. de iudic. & idem Bald. in c. literas. de presumptio. & in c. j. in tit. an apud iud. vel cur. in vsib. feu. Sed Imo. in hoc contrarium voluit in l. quidam consulebat. ff. de re iudica. quia non consideratur commodum, quod venit in consequentiam. l. j. §. fin. ff. de bonis authorit. tuto. & patet hic in legatario, qui potest esse testis in testamento, ex quo legatum sibi debetur. §. legatarijs. instit. de testa. Et quia delegatus habet sportulas, in §. neque autem. in authenti. de iudi. & tamen non obstante tali cõmodo, cognoscit an sua sit iurisdictio. d. c. super literis. Et idem tenet Bald. in d. l. ij. cum sim. vt tradit Alexand. in d. l. quidam consulebãt.
b in glo. j. Et ista secunda opin. verior [b] videtur: vt patet hoc in prelato, qui in causa ecclesie cognoscit: vt no. in c. cum venissent. s. de iud. & tamen in consequentiam vtilitatem habet. ¶ Glos. in d. l. de iure. saluari potest, quantum ad hoc quod poterit iudex recusari, attenta qualitate emolumenti, & ipsius iudicis, prout Abb. declarat hic. Reliqua, quia materia hic non conuenit, dicatis vt in d. l. quidam consulebant. in d. l. ij. & in prealleg.
5 c. super literis. ¶ † Ultimo dom Abb. ad fi. hic dicit quod iste textus loquitur in excommunicatione, que lata, etiam sine cause cognitione, tenet vt not. in c. sacro. j. de sent. excommu. Nam ista responsio ad contrarium formatum per do. Abb. hic, non conuenit verbis huius litere ex quibus patet quod sententia erat nulla, ibi: denuncies non tenere. Et probatur hoc: quia talis sententia lata fuit post appellationem quo casu excommunicatio est nulla c. per tuas. j. de sen. excom. Unde alia responsio Abb. videtur melior, vel dicatis vt s. dixi in glo. in ver. cognitionem. in princ.

¶ Additiones.

1 ¶ Competit. Uide que alias scripsi Florentie in causa illorũ de Lutianis super incompetentia procõsulis. Adde tamen ꝙ vbi quis habet iurisdictionem in vna causa ipsemet cognoscit de qualitate cause ad videndum an sua sit iurisdictio, necne. Dec. in c. cum in ecclesia. in j. notabi. j. eod. Sil. Ald.

a ¶ Sub protectione. Uide Do. An. Sic. in consilio j. in iiij. vo. & ibi quid importet recipere aliquem sub sua protectione.

b ¶ Uerior & bene. Idem Imo. In d. c. cum venissent. quicquid [redacted] in c. j. de iudicijs. Et Stepha. Aufre. tract. de recusat. ver. quarta species. vide Alex. consil. j. lib. v. [redacted]

1 ☞ Iudex a quo est appellatum, qui grauauit, non debet cognoscere de causa appellationis.
2 Hec regula fallit quatuor modis. & nume. 3.4.&5.

1  Ccepta. ¶ † Primo nota quod iudex, qui grauauit, a quo appellatum fuit, non debet de causa appellatiõis cognoscere. Appellans enim arguit iniquitatem iudicis: & de iniquitate ꝓpria quis iudex esse non potest: vt no. Bal. per illum tex. in l. in cause. §. nũc videndum. quẽ legit cum l. seq. que incipit, prefecti. ff. de min. vbi Bal. in ij. no. Secus tamen est in restitutione minorum, vel in causa nullitatis, de qua ipse iudex, qui iudicauit, cognoscit. d. §. nunc vidẽdum. in fi. & in l. si preses. C. quomodo, & quando iudex. not. glo. Bart. & doc. qui rationem adducunt in l. eos. in princ. C. eo. tit. ¶ Secundo nota regulam, que principaliter hic ponitur. Iura concordantia in glo. sunt. Et ratio videtur, quia iudex a quo omnino suspectus est, quasi illata videatur sibi iniuria per appellantem. l. fina. in fi. C. quando prouo. non est neces. facit c. ad hec. & c. proposuit. s. eo. † Ista regula
2 primo fallit, quando appellatio iniusta pronuntiatur: quia tunc causa ad iudicem a quo remittitur. c. vt debitus. j. eo. l. infra vtile. ff. de mino. ita Bal. & doc. hic. Quod tamen verum intelligitur, si appellatus velit: alias non, vt Bart. no. declarat in dicta lege, eius, qui. ad fin. ff. de appell. recip. de quo. j. † Se
3 cundo fallit, quando cum primo iudice alius de nouo esset adiunctus: quia causa appellationis ad illos potest remitti: vt dixit not. Anto. de But. in capitu. dilecto. s. de testi. per illum text. secundum vnum intellectum. Sed Areti. ibi hoc reprobat: quia supicio adhuc durat pro parte eius, qui grauauit. Et pro eo allego text. in capitu. causam. s. de offi. deleg. vbi qui potest solus recusari, etiam dato coadiuncto tamen recusatur. facit tex. in capitu. super eo. eod. titu. † Tertio fallit,
4 quando iudex a quo grauauit errando in iure, non deciso tẽpore grauaminis: quia tunc non potest sibi imputari: vt est text. in capitu. dilecto. secundum intellectum, quem sequuntur ibi Abbas antiquus, Joan. An. de But. ad fin. & Areti. Ex

quo idem videtur dicendum,quãdo appellatum fuisset a grauamine illato re ipsa, et appellatio ex nouis probationibus, et productionibus deberet iustificari,iuxta text.in l. per hanc.C. de temp.appel.in c.cum Joannes.de fide instr.Nam in isto casu nihil potest imputari iudici:et videtur cessare ratio suspicionis.Ultimo fallit,quando causa committeretur per summum pontificem iudici a quo ex certa scientia:vt glos.et doctor. in dicta l.eos.in princip.facit glos.in verbo,cognitione. supra c.proximo. ¶ In gloss.fin.ibi : id est, pars.et sic numerus pluralis
a singulariter resoluitur [a].Ad idem in simili est textus, in cle. sepe.circa fi.vbi glo.in ver.partibus.de verb.sig.facit tex.in l.iij. §.negotia.et quod ibi Bart.ff.de nego.gest.in l.ij.§.sed si vnius. et ibi Bart.ff.vi bo.rapto.cum simi.que procedunt,quando eadem ratio concurrit. Secus vbi esset diuersa ratio:vt in casu not.quem ponit Bart.in lege prima.ff.de op.lega.ita declarat Bald.in l.iubemus.§.si autem.C.ad Treb.et late prosequitur Alex.in lege, qui quartam.in §.j. ff.de lega.j.et idem Alex. post alios in l.si seruus.§.si plurium.ff.si quis cau.et not.Ange. in consilio.cclxv.dictum legatum.et in notabili questione Abb. tradit in consilio lxv.casus, quidam Raynerius. ver. venio ad secundum dubium.in secundo, lib.et plura late cogerunt
5 Moder.in capitul.omnes leges prima distinc.in princ.†Ultimo dum Ab.differentiam facit inter appellationem a diffinitiua, vel ab interlocutoria, non videtur:quod recte loquatur:quia etiam in appellatione ab interlocutoria non potest appellans renunciare appellationi,et redire ad iudicem a quo, contradicente,et inuito appellato,de cuius etiam interesse agitur: vt expresse Bart.tenet in lege, si quis libellos.C.eod.titu. et Bart.in lege,eius, qui. ad fin.ff.de appel.reci.sequitur Alex. in consilio xxxvi.viso themate.lib.iiij.Non obstat text. in capi.
1 interposita [1] quia loquitur re existente integra ante,quam appellans incipiat appellationem prosequi: vt ibi colligitur in prin.Et de hoc latius ibi videbimus.

¶ Additiones.

1 ¶ C.interposita. Uide Decium in capitulo, ex parte. supra de rescript. Sil.Ald.

a ¶ Resoluitur. Uide multa extense scripta in consilio, anno superiore edito per collegium nostrum in ciuitate Cesene,et vltra ibi copiose allegata,vide etiam Nattam in repeti.c.quã [redacted].in vj.in iiij.q.

1 Recusari potest iudex, licet delegatus appellatione remota.
2 Recusari potest iudex propter consanguinitatem.
3 Recusari potest iudex,qui fuit aduocatus in illa causa.
4 Recusatio an videatur remota,si causa committatur suspecto.
5 Recusari si potest iudex propter consanguinitatem, vsque ad quem gradum possit recusari.
6 Recusari potest iudex propter familiaritatem.
7 Quid in domestico.
8 Consanguineus impetrantis an possit recusari in causa ecclesie.
9 Prelatus iudicans in causa ecclesie an possit recusari.
10 Consanguineus vt recusari possit, an qualitas persone sit consideranda.



1 Postremo. ¶ †Primo nota quod remota appellatiõe, nõ tamen tollitur facultas recusandi iudicem ex iusta causa.Ex quo infertur p Ab. et alios hic, quod a pari non procedũt recusatio,et appellatio: vt per Abb.hic, qui tandem se remittit ad ea, que dicit in c.super eo.el ij.s.eod.ibi aliter dictum fuit, quod imo regulariter per illum textum appellatio et recusatio equiparantur.Et ad istum text.responderi potest quod hoc, etiam si causa fuisset commissa expresse, recusatione remota, non tamen intelligitur remota recusatio, que fundatur in iusta causa,sed tantum friuola recusatio tolli videtur: vt tenet Specul. in titul.de recusatio.§.j. ver. quid si sit causa.per cap.ex parte.el secundo, supra de officio et potestate iudicis delega.et idem tenet Dominic.in c.iudex.versicu.quero quid si est datus.de officio legati in sexto. Et ad hoc videtur textus hic: et idem isto tempore fuisset in appellatione:quia remota appellatione, de friuola intelligitur: licet aliud hodie sit, vt videbimus in cap. pastoralis.j.eod.Et sic bene a pari procedunt appellatio,et recusatio. Quod etiam videtur sentire text.hic,dum dicit,quod causa erat commissa appellatione remota, quasi velit quod etiam recusatio esset remota, que appellationi equiparatur.d. cap.super eod.Sed tamen non tollitur recusatio ex legitimis causis,que ponuntur hic. Reliqua dicatis vt in d.c.super eo.
2 vbi etiam aliter ad istum textum responsum fuit.¶ †Secundo nota quod propter consanguinitatem iudex recusari potest.Sed tamen propter consanguinitatem testis non repellitur:vt per gloss.que rationem diuersitatis adducit in c.insinuante.in glo.j.et idem in gloss.secunda in c.cum R.s.de offic. deleg.in ca.accedens.el j.in verbo,subesse.s.vt lit.non conte.et xiiij.q.ij.in cap.super prudentia.in glo.j.in fi.Et dicunt Abb. et Moder.hic,post Tancre.Joan.Andr.et alios,quod ex qualibet causa, qua mediante,procurator,vel arbiter possunt remoueri,ex illa etiam poterit iudex recusari.Sed tamen istud dictum non videtur verum,prout doct.dicunt. Econtra bene procedit quod quelibet causa sufficiens ad remouendum iudicem, a fortiori erit sufficiens ad remouendum arbitrum, procuratorem,notarium,et consultorem: quia huiusmodi persone ex leuioribus causis recusari possunt,cum alius de facili surrogari possit.Ita not. concludit Pet.de Ancha.in consil. cclxiiij.subtiliter, et ad plenum.et sequitur Ale.in consili.ciiij.
3 circa primum.lib.v.¶ †Tertio nota quod ille, qui fuit aduocatus,potest recusari vt suspectus.Facit tex.et quod ibi videbimus post gloss.in cap.ex insinuatione.j.eo.Et idem in eo, qui fuisset testis:vt prosequitur Peru.hic,in viij.causa recusationis.et idem Areti.in consilio xx.in questione.Abb.in c.dilecto. s.de testi.Et ista procedunt, quando allegatur suspectus ab illa parte,contra quam aduocatus fuit,vel inductus in teste. Secus vero si ab altera parte,pro qua patrocinium prestitit: vt per gloss.in capi.fin.in verbo, testem.de testi.lib.vj.Et hoc de aduocato dicit Imol.in dicto capit.dilecto.de testi.Secundo limitatur quod dictum est de aduocato, vt habeat locum, quando animum suum declarauit: vt Abb.hic dicit: et idem Abbas in capit.irrefragabili.§.excessus.de offic.ordin. Adeo quod non sufficeret,quod secreta cause intellexisset, secundum glo.in d.c. dilecto. in ver.recusatio.sequitur Alexand.in lege, pretor.ff.de iurisdic.omni.iudi.Perusi.hic in versic.septimo. Sed tamen hoc non videtur sine dubio:quia incontinenti qui habuit salarium,videtur applicare animum,et habere affectionem ad causam:merito suspectus videtur:et ex leui causa iudex recusatur:vt per gloss.hic.Ad predicta facit glo.in l.fin. ff.de testi.Tertio quod dictum est de aduocato, in eodem negotio procedit prout tex.hic loquitur. Secus ergo esset in alio
4 negotio:vt Ab. declarat hic.¶ †Quarto et vltimo colligitur, quod si causa committatur suspecto,non tamen videtur recu-
1 satio remota [1] quod etiam procedit in notorie suspecto,secundum gloss.nota.in capit.ad hec.s.de rescri.Et Abb.per illum text.hoc dicit in cap.accedens.el j.in v.not.s.vt lit.non conte. Et hoc etiam haberet locum,si causa committeretur motu proprio:vt voluit d.Abb.in cap.cum olim.el ij.in fin.s.de off.del.
5 ¶ † In gloss.j.ibi:vsque ad illum gradum,in quo posset ei succedere. sequitur Hostien.hic,et Bald.dicit quod hoc non debet esse in arbitrio iudicis: quia agitur de interpretatione vocabuli. Allegat text. not. in l.item legato.§.parui. ff.de legatis et fideicommissis tertio. Et sic precise vsque ad gradũ succedendi inclusiue iudex semper poterit recusari. Nam si coniunctio consideratur quantum ad effectum successionis, ergo a fortiori quantum ad propositum debet attendi: quia pro causa leui iudex recusatur, vt glossa hic dicit: post gradum vero succedi non poterit iudex precise recusari, sed erit in arbitrio iudicis: vt in simili Abbas concludit post antiquos, quos ipse refert in c.nonnulli.§.sunt et alij. circa fin.supra de rescriptis. Et ita intelligo quod Joann.And.et Abb.hic dicunt de stirpe masculina,in qua,secundum eum, indistincte habet locum recusatio. Nam hoc puto esse in arbitrio iudicis post gradum successionis,vt dixi.Nec obstat ratio,quam Abb.facit de compatriota, qui absolute recusari potest:quia hoc non est verum simpliciter,sed tamen procedit in quibusdam casibus, qui videntur esse in arbitrio iudicis,vt per gloss.et doctores in dicto cap. accedens.allegato per Abbat. hic.et supra, vt lite non contesta. Et ideo concludo istud esse in arbitrio iudicis:alias vero quando dicantur consanguinei in alia materia,Bartolus tradit,et late prosequitur Alexand.in l.cum quidam.§. quod dicitur.ff.de acquiren.heredit.Aliquid Bal.in consilio lxiiij. punctus questionis.in secundo libro. Et quomodo debeant testes deponere ad probandum consanguinitatem,late Alexand.instruit in
6 consilio lxxxij.in causa vertente.lib.j. ¶ † In eodem gloss.ibi: puta familiaritas. Nota quod familiaritas est iusta causa recusandi iudicem. Sed tamẽ leuis, et modica familiaritas,non sufficit:vt per gloss.in dicto capit.insinuante.supra de officio et potestate iudicis delega.vbi Abb.post Hostiens.hoc declarat. Et ideo ad recusandum iudicem non sufficit simpliciter allegare familiaritatem alterius partis,sed qualitas familiaritatis ex

tis exprimi debet:vt tradit Alexand.in consilio cliiij.viso the-
7 mate,in principio,libro quinto.† Et quod dicitur de familia-
ribus,idem est dicendum de domesticis: quia familiaris τ do-
mesticus synonyma sunt,τ idẽ important:vt late probat Aret.
in c.in literis.s̄.de testi. τ Abbas in c.cum dilectus.in secundo
not.de cleri.non residen.Et familiaritas quatuor modis consi
deratur:vt magistraliter Bald.distinguit in l.j.C.de episcop.τ
2 cleric. ¶ In eadem glossa ibi:par affectionis causa[2]. facit tex.
in l.sed τ milites.§.j.ff.de excusatio.tuto.ibi:coequalitas enim
honoris.τ quod per illum text.voluit Bald.in capit.j.supra de
probatio.Et quod in glo.dicitur de iudice,idem est dicendum
in testibus,vt voluit glos.in c.j.in versi.prodeuntes.iij. questio.
v.not.Bartol.in d.l.non solum.cum similib.vt per Alexand.in
consil.clvj.viso processu. lib.ij. Et predicta procedunt,quando
partes sunt in eodem gradu coniunctionis: secus vero si alte-
ra pars esset propinquior,vt dominus Abb.declarat hic:quia
maior affectio presumitur ad illum, qui in propinquiori gra-
du reperitur. Pro quo bene facit text. in l.cum ita.§.fina.ff.de
legatis secũdo. vbi proximior in gradu vocatus videtur prius
ad fideicommissum.not.in l.peto.§.fratre. ff. eodem titu.de le-
gat.ij.in l.fina.ff.de verbo.significa. Sic etiam quis magis pre-
sumitur institutum,quam substitutum diligere:vt no.Barto.
per illum textum in l.Publius.§.Titia.ff.de condit.τ demon-
8 stratio. ¶† Extra glos.Abb.post alios docto.quos ipse addu
cit,primo concludit quod consanguineus impetrantis etiam
a in causa ecclesie[a] poterit recusari,precipue per tex. in cap.insi
nuante.supra de officio delega.τ per textum in dicto c.accedẽs.
el ij.supra vt lite non contesta.Et ista videtur communis opi-
nio τ tenet Anton.de Butr.in d.c.insinuante.Archidiac.in c.
iudex.τ ibi Dominic.versicu.quero quid si prelatus. de officio
b delega.in vj.τ prosequitur Perusi[b]. hic in versic. quarto que-
ritur.τ idem tenet Joann.de Jmo.in c.j.circa princ.versic.τ ex
predictis no.supra de postu.Et licet ita tenendum sit, iura ta-
men preallegata, in quibus fundatur ista opinio non multum
vrgent. Nam text. in dicto c.insinuante. loquitur in familiari,
qui bene repellitur in causa ecclesie. Sed argum. non valet ad
consanguinitatem,de qua loquitur hic:quia causa familiarita
tis potentior est, quod patet: quia familiaris etiam repellitur
a testimonio.l.ij.C.de testib.c.in literis. supra de testib. τ tamen
consanguineus non repellitur a testimonio:vt per gloss.in d.c.
insinuante.τ dixi in notabilibus.Similiter text.in d.c.accedẽs.
non multum facit:quia ibi non recusatur iudex ex eo quod es-
set consanguineus inimici rei, sed quia nimis fauebat aduersa
9 rio.† Secundo dominus Abbas concludit quod licet prela-
tus in causa ecclesie iudicare possit,poterit tamen tanquam su
spectus recusari rationibus, de quibus per eum hic. Jmo.ta-
men in c.cum venissent.ad quod do.Abbas hic se remittit,con
trarium tenebat: quia, secundum hoc, parum seruirent iura,
que dicunt prelatum posse in causa ecclesie iudicare. Et istud
etiam sequitur And.Sicul.in c.insinuante.supra de officio de-
lega.vbi arguit vlterius: quia prelatus non repellitur a testi-
monio in causa ecclesie:vt not.in c.insuper.supra de testib.ergo
non debet recusari in iudicando. Sed ista ratio parum valet:
quia,vt supra diximus,minor causa plus repellit iudicem a iu
dicando,quam testem a testimonio.Similiter ratio Jmo.non
obstat,quia Abb.respondet hic circa fin.Unde verior videtur
opin.Abb.hic,que etiam communis est.vt patet ex his,que tra
dit Peru.hic,ver.quinto queritur.Et vltra allegata per eum,
idem sequitur dom.Abb.in c.j.in ij.not.s̄.de iudi.in c.cum con
tingat.vers.aut queritur nunquid.s̄.de foro compet. in c.j.j.de
malefic.τ in c.dilectus.j.de penis. Et ex rationibus quas Ab-
bas inducit in locis preallegat.infertur quod idem esset dicen-
dum in alijs casibus, in quibus conceditur vt in facto proprio
quis iudicare possit. Nam semper poterit fieri recusatio, nisi
expresse prohiberetur,vt quia factum esset notorium:argum.c.
proposuit.s̄.eod. vel qualitas persone aliud suaderet: puta in
Papa,qui recusari non potest:vt not.domin. Abb.post alios
in c.querelam.in glo.j.de electio.Postremo non omitto vnam
rationem que prima facie cõtra communem opinionem strin-
git ad dicendum, quod prelatus non possit recusari: est enim
considerandum quod regulariter in causa propria quis prohi
betur iudicare.l.j.C.ne quis in sua causa. Et istud alia ratione
non contingit, nisi propter suspicionem: τ tamen conceditur
prelato vt in causa ecclesie iudicare possit: ergo datur intelligi
quod suspicio,que cadit in prelato respectu ecclesie, non consi-
deretur a iure:quia in eo seruaretur regula d.l.j.Potest respõ
deri quod minor suspicio sufficit ad recusandũ iudicem:quam
ad faciendum quod in aliqua causa ipso iure non sit iudex: vt
probatur in c.proposuit.s̄.eo. Uel secundo respondetur quod
causa ecclesie non dicitur propria prelati.c.ij.j. de donat. vnde
regula d.l.j.non poterit habere locum in prelato:non ergo mi
rum,si potest iudicare in causa ecclesie,secũdum regulam com-
10 munem:propter suspicionem tamen recusari poterit. † Ulti-
mo ad fin. Abb. concludit quod non quilibet consanguineus
impetrantis recusari potest, sed qualitas persone considerari
debet:quia si esset persona valde religiosa, non haberet locum
recusatio:vt Spec.dicit in loco allegato per Abb. hic:τ ita te-
nent Anton.de Butr.τ alij hic. Et Alexand. hoc dictum sim-
pliciter sequitur in l.qui iurisdictioni.ff.de iurisd.omn.iudic.τ
facit quod notat Angel.per illum tex.in l.si bone fidei.ff.de rei
vendicatio. Et in simili de persona religiosa Hostiens. Joan.
Andr.τ Anton.de Butr.in c.finem litibus.de dolo τ contu.di
cunt quod si in causa succumbit,excusabitur ab expensis: quia
in tali persona calumnia non presumitur. Sequitur hoc Ale-
xand.in l.properandum.§.sin autem alterutra.C.de iudi. Acce
dat etiam in simili quod Specul.dicit in titul.de instrum.edi.
§.fina.ver.sed quid si debitor. vbi inquit quod licet alias testes
non debeant admitti,recipiuntur tamen, si sint multum lega-
les, τ magne integritatis. Quod dictum sequitur Anton. de
Butr.dicens illud procedere de equitate canonica in c.ij.s̄.de
probatio.τ idem Alexand.in authent.iubemus.versicu.vltimo
c dicit.C.de iudic[c]. Et predicta bene procedunt,quando agitur
de suspicione,que propter qualitatem persone purgatur: vt in
predictis casibus.τ notat Bald.in c.iurauit.versic.item esto.de
probatio. Secus dicit ibi Bal. si alia regula iuris offendatur:
quia propter qualitatem persone a communi regula non rece
ditur. Facit quod not.idem Bald.in c.j.in fi.s̄. vt lite pen.vbi
inquit,quod propter meritum vite non est recedendum a dis-
3 positione iuris[3], per illum text. vbi impetratio que fuit surre-
ptitia,non tenet,licet esset sanctus ille, qui impetrauit. Facit
quod not.per gloss.in c.sicut.de senten.excom.τ not.And.Sic.
cons.xvij.in ij.lib. Reliqua vt per doct.hic.

¶ Additiones.

1 ¶ Remota. Uide Deci. τ que ibi addidi in c. proposuit. in j.
notab.s̄.eod.
2 ¶ Causa.Uide Hippoly. Marsil.in l.de minore.§.tormenta.
versicu.item vltra.ff.de questi.
3 ¶ Juris.Uide Dec.in c.ij.s̄.eod. Sil.Ald.

a ¶ Ecclesie.Stepha.Aufrer.tracta.de recusat.versicu. quinta
species.
b ¶ Perusi.Jd est,Philip.Franc.hic amplians, etiam si liti-
get per procuratorem.
c ¶ C.de iudic.Uide multa similia per Jaso. eleganter in auth.
iubemus.C.de iudic.τ latissime per Fel.in cap.cum contingat. [redacted]
de rescript.

1 ¶ Excommunicari quis non potest post appellationem.
2 Sententia excommunicationis non suspenditur per appella-
tionem post interpositam,nec interdictum.3.4.8.
5 Episcopus an possit dare licentiam quod celebretur in eccle-
sia interdicta.
6 Episcopus potest interdictum suspendere ad tempus.
7 Judex non potest tollere effectum iuris, nisi in casibus iure
expressis.
9 Excommunicatio non potest suspendi,sed absolutio est omni-
no necessaria.
10 Interdictum latum in aliquem propter suum delictum, non
potest ad tempus suspendi.

1  D hec. v. ¶† Primo nota quod post appellationem quis excõmu-
nicari non potest: τ talis excommunicatio es-
set nulla.c.per tuas.j.de sentent.excommunic.
c.cum contingat.s̄.de offic.dele.τ c.ad audien
tiam.s̄.eod.in c.dilecti filij.j.eod. ¶† Secun-
2 do nota quod sententia excommunicationis non suspenditur
per appellationem.Et idem probatur in c. pastoralis.ad fin.j.
eod.Et licet appellatio isto casu non suspendat, deuoluit ta-
men negocium ad superiorem.d.c.per tuas. vbi Abb.in primo
not.τ idem dicit,τ declarat d.Abb.in rubri.s̄.eo.dum ibi loqui
tur de effectu appellationis. ¶† Tertio nota quod a pari pro
3 cedunt excommunicatio τ interdictum,quãtum ad hoc, quod
neutro casu per appellationẽ sententia suspendatur.Ad idem
text.qui clarius loquitur in c.is,cui.de sentent. excommuni.in
sexto.Et hoc intelligitur de interdicto a diuinis in respicien-
tibus animam, secus in interdicto in rebus temporalibus:
quia tale interdictum bene suspenditur per appellationem.
glos.est notab.que ita concludit in d.c.is,cui. in glo.fina. quam
multum notant Abb.τ docto. hic. Unde Bald.circa finem hic

dicit, quod suspensus ab ingressu ciuitatis, vel doctor a le-
ctura, per appellationem sententia suspenditur: quia ista tem-
poralia sunt. Allegat Inno. in c. finali, infra de penis. Et istud
verum intelligitur, nisi illud temporale esset connexum, et habe-
ret dependentiam ab excommunicatione, vel interdicto in di-
uinis: quia tunc etiam in tali iure temporali non haberet lo-
cum suspensio: vt est tex. notab. in c. pastoralis. circa finem. j. eo.
4 vbi domi. Abb. declarat. ¶ † In glo. j. ibi: per appellationem
subsequentem non suspenditur. Ista equiparatio, siue illatio,
quam glos. facit, non videtur vera: quia attenta ratione ex pri-
mo dicto, nunquam appellatio deberet suspendere sententiam.
Nam regulariter verum est quod appellatio precedens suspen-
dit iurisdictionem iudicis, vt post appellationem iudicare nō
possit. c. si a iudice. c. non solum. eodem titu. in vj. et tamen appel-
latio, que sequitur sententiam, illam suspendit. c. venientes. s.
de iureiu. et declarat d. Abb. in princ. gl. hic. Unde ista similitu-
do non videtur procedere. Et ideo dominus Abbas post alios
hic, ad tollendum hanc difficultatem dicebat in tex. dum dici-
tur ibi: excommunicari non possunt. debere suppleri hoc mo-
do: nec excommunicatus per appellationem suspēdere potest
sententiam iam latam. Et tūc bene sequitur similitudo, quam
tex. videtur facere de excommunicatione ad interdictū. Ista
est declaratio, siue intellectus, cum quo docto. transeunt. Pri-
mo maximam diuinationem continet, vt de se patet. Secun-
do, etiam si verba suppleantur, vt Abb. dicit, alia verba, que in
textu sunt, dum dicitur, post appellationem excommunicari
non possunt: essent posita sine ministerio. Nihil enim ista verba
conferunt ad equiparationem excommunicationis et interdi-
cti respectu suspensionis: quia equiparatio colligitur ex ver-
bis, que subintelligūtur. Et profecto iste intellectus nullo mo-
do conuenit. Unde planius intelligi potest tex. prout litera lo-
quitur, vt dicamus in excommunicatione lata post appellatio-
nem illud est constitutum in fauorem excommunicati, quod
sententia excommunicationis sit nulla, in cap. ad audientiam.
supra eod. in c. dilecti filij. infra eod. Alia vero attentata post
appellationem mero iure valent: vt dictum fuit in c. consuluit.
supra eod. secundum magis communem opinionem. Cum er-
go illud in fauorem excommunicati statutum sit, vel interdi-
cti, etiam aliud in preiudicium ipsius excōmunicati, vel inter-
dicti statuitur, quod talis sentētia excommunicationis, vel in-
terdicti non suspendatur per appellationem. Conuenit enim
quod qui in vno alleuiatur, in altero debeat grauari. l. eū, qui.
ff. de iureiur. Et sic ista similitudo respicit diuersos casus prin-
cipaliter: incidenter tamē equiparatio colligitur inter excom-
municationem et interdictum, ex quo promiscue de vtraque sen
ten[illegible] loquitur. Sentit enim quod a pari procedant. Et
istud videtur tolerabilius: quia intellectus communis peni-
tus literam destruit. ¶ In ea. glos. ibi: et econuerso. Habetur
ergo et similitudo inter excommunicationem et interdictū, sunt
etiam alie plures conformitates, et in quibusdam etiam diffe-
runt: vt prosequuntur Abbas et Moderni hic: et latius tradit
Domin. in c. j. versic. et hec. de sentent. excommunic. in vj. et Cal-
der. de eccles. interdict. in primo effectu. et late tradit Joann. de
Ana. in rubri. de cleric. excommunic. vel interdi. min. ¶ In fi-
ne glos. glos. non bene aperit mentem suam, vt Abb. hic dicit: et
ipse etiam Abb. confuse procedit. Ex omnibus tamen, que ha-
bentur in gl. vt ipse dicit, eliciuntur quinque cōclusiones, in qui-
5 bus instandū erit. Prima conclusio, quod † episcopus non po-
test dare licentiam quod in ecclesia interdicta celebretur. Nam
ad Papam hoc pertinet: vt in glo. hic, ad fin. et sequitur simpli-
citer Perus. hic in vlt. quest. Predicta conclusio de plano pro-
cedit, si interdictum latum sit a superiore: quia tunc episcopus
non debet se intromittere: argum. in c. pastoralis. §. preterea. s.
de offic. deleg. sed in interdicto lato per ipsum episcopum con-
clusio videtur dubitabilis: quia ex quo potest episcopus inter-
dictum suum suspendere, secundum communem opin. de qua
statim dicam: ergo videtur quod etiam possit licentiam dare
vt celebretur ex aliqua causa: argum. cap. veniens. el ij. in fi. s. de
6 testib. † Secunda conclusio est, quod episcopus potest interdi-
ctum ad tempus suspendere. Ita Joann. Andr. post glos. hic.
Et ista est communis opin. quam sequuntur Butr. Cardina. et
Imol. Sed Calder. tamen et Joann. de Ligna. contrarium te-
nent, quos Abb. hic refert, comprobando eorum opinionem,
quam de iure dicit veriorem: vt per eum hic. Perusi. sequitur
communem opinionem quia sententia censure ligat ad nutum
superioris: vt not. in c. veniens. el ij. supra de testib. et in c. signifi-
casti. de eo. qui duxit in matrim. Non obstat contrarium, quod
Abb. adducit: quia illud procedit in his, que nō sunt in potesta-
te iudicis. Et sic loquitur tex. in d. l. non potest. quem Ab. indu-
cit. Et ipse Ab. circa fi. hic in quibusdam lecturis hoc modo re-
spondet. Nouissimi scribentes hic conantur defendere opi. Ab.
quia dicunt quod fundamentum, quod sit in cap. veniens. cum
simi. lib. supra de testib. procedit tantum in illo casu: quia ita est
7 expressum in iure. Alias ergo secus: quia † iudex non potest
tollere effectum iuris cōmunis, nisi in casibus, qui sunt expressi
in iure. Innocen. in c. dilectus. de tempo. ordin. not. in c. at si cle-
rici. §. de adulterijs. supra de iudic. Sed ad hoc responderi po-
test, quod ex quo in d. cap. veniens. episcopo hoc conceditur in
excommunicatione, vt ibi, hoc etiam videtur habere locum in
interdicto: quia a pari procedunt, vt hic. Et illud dictum In-
nocen. in c. dilectus. non ita de plano procedit. Nā contrarium
dicit idem Innocen. in capi. cum ad monasterium. de sta. re. de
a quo longa habetur altercatio in d. §. de adulterijs a. Aliter ta-
men euitari potest fundamentum, quod Perusi. hic facit in d.
c. veniens. quia ille text. non dicit aliquid de suspensione, sed lo-
quitur in excommunicatione, que non potest suspendi: vt di-
cunt omnes doct. hic: sed in totum excommunicatio ibi tolli-
tur ad tempus mediante absolutione. Et in questione nostra
etiam hoc posset dici: cum etiam ab interdicto concedatur ab-
solutio ad cautelam. cap. venerabili. j. de sent. excommu. et tunc
non diceretur interdictum suspendi: et cessarēt rationes, quas
Calde. et Joann. de Ligna. inducunt. Et in terminis questio-
nis in suspensione interdicti alia ratio videtur, vt talis suspen-
sio non habeat locum, per ea, que Calder. et alij hic dicunt: et ad
tex. in cap. dilectis. §. quia vero. in quo precipue fundatur com-
munis opinio, responderi potest vt dicam statim in sequenti
8 questione. † Tertia conclusio, posito quod interdictum suspen-
di possit, si post suspensionem factam ad tempus, vel sub condi-
tione appelletur, per talem appellationem suspenditur inter-
dictum latum durante causa appellationis. Ita respondet gl.
hic: et finaliter sequitur d. Abb. per tex. in capi. dilectis. §. quia
vero. infra eodem. vbi videtur casus. Sed tamen in contrariū
facit text. hic, vbi interdictum latum simpliciter, non suspen-
ditur per appellationem: et quamuis interdictum postmodum
suspendatur ad tempus, vel sub conditione, non tamē dicitur
noua sententia interdicti: prout arguit glo. hic secundum vnā
opinionem: sed finito tempore suspensionis continuatur inter-
dictum primum. Et ita tenet Innocent. in ca. cum inter. supra
de consuetud. Et hoc Bal. hic pluribus medijs probat, quem
refert, et sequitur Perus. in ij. quest. hic. Et addatis Bald. in l.
cum alijs. C. de curato. furio. vbi dicit hanc questionem fuisse
de facto Bononie tempore domini Joan. de Eulogio. et ipse se-
quitur Innoc. in c. cum inter. et concludit, quod non sit nouum
interdictum. Ex quo infertur quod non potest per appellatio-
nem suspendi, per tex. hic, cum similib. Et idem Bald. sequi-
tur in l. fina. versicu. et circa hoc fuit dubium. C. si a non compe-
ten. iudice. et in d. capitu. cum inter. et not. Anto. in l. si vnus. §. si
cum reo. ff. de pactis. in l. puto. ff. de postula. Et pro ista opinio-
ne arguitur: quia inducta ad diminutionem non debent ope-
rari augmentum. l. legata inutiliter. ff. de lega. j. l. municipia. ff.
de fundo instruct. Unde suspensio, que inducitur ad diminu-
tionem, non debet operari, quod interdictum de nouo induca-
tur: sed finita suspensione remanet interdictum primum. Et ad
hoc bonus tex. in l. aliquando. ff. de conditio. et demonstratio:
prout illum tex. cum simi. in notabili questione declarat Ale-
xand. in l. si mihi. §. in legatis. ff. de legat. j. Non obstat tex. in d.
§. quia vero. ad quem textum doct. non respōdent: quia dici po-
test primo quod ibi tantum queritur de appellatione respectu
valitudinis interdicti: et dicitur quod non valuit interdictum
decani: quia prius appellatum fuit per episcopum, non obstan-
te quod decanus diceret appellationem factam post interdi-
ctum, cuius effectum postea suspendit. Nec dicitur ibi quod
post suspensionem esset appellatum, prout agitur in questione
nostra hic. Secundo respondetur quod illa erat allegatio par-
tis, que ibi tanquam non vera reijcitur: vnde in ea non potest
fieri fundamentum. Nec his obstat, quod ibi subijcitur: dum di-
citur. Cum interim appellatione interposita procedere non
debuerit ad sententiam exequendam. Ista enim ratio arguit
quod per appellationem executio interdicti esset suspēsa. Sed
responderi potest, vt colligitur ex precedentibus, ibi, et ideo sen-
tentiam ipsam, et quod executio sentētie capitur pro ipso inter-
dicto, de quo erat ibi contentio, an esset latum post appellatio-
nem. Confirmatur hoc: quia executio interdicti non distingui-
tur, nec separatur ab ipso interdicto: cum sententia interdicti
secum executionem trahat. capitulo, pastoralis. infra eodem. in
9 fine. † Quarta conclusio, quod excommunicatio non potest su-
spendi, secundum Joann. Andr. et dom. Abba. hic: vnde requi-
ritur absolutio, iuxta formam. c. cum desideres. in princ. de sen-
tent. excommun. Et idem dicunt Hostiens. et Joann. Andr. et Ab-
bas in c. veniens. el ij. in fin. s. de testib. vbi tenent excommuni-
cationem

cationem non posse relaxari, sed quod absolutio precise requiratur. Ad quod bene facit, quia excommunicatio, etiam si sit facta ad certum tempus, tamen finito tempore non tollitur: sed absolutio omnino necessaria est. glos. not. in clem. j. in verbo, declarari. de decim. Innoc. ⁊ ibi Anto. de But. in c. cum bone. de
10 eta. ⁊ qual. dixi in quest. §. eod. † Quinta, ⁊ vltima conclusio est, quod interdictum latum in personam alicuius propter delictum suum, non potest suspendi ad tempus: vt per Abbat. hic in fi. dictum Inn. in c. vt priuilegia. infra de priuileg. vbi Ab. rationem adducit: quia aut interdicta persona corrigitur, ⁊ eã penitet: ⁊ in totum debet relaxari. Aut non penitet: ⁊ non debet celebrare, ex quo est in peccato. Non ergo datur tertius casus, scilicet quod suspendatur. Sed tamen ista ratio non videtur generalis: quia ad alium effectum posset relaxari, ⁊ suspendi interdictum ad tempus: vt in excommunicato dicitur, qui absoluitur ad tempus. in c. veniens. el ij. §. de testi. nec in eo ratio preallegata attenditur. Preterea consideratio diuersitatis, que fit de dolo ad personam, non procedit sine dubio: quia semper respectu personarum locus interdicitur: quia locus ipse non deliquit.

¶ Additio.

a ¶ De adulterijs. De hoc dicto Innoc. vide eundem Deci. in d. c. de adulterijs. Hier. Sig.

1 ¶ Iudex habens iurisdictionem in aliqua causa, de qualitate illius cause cognoscit, vt sciat si habeat iurisdictionem.
2 Papa cognoscit, an causa sit talis, propter quam possit derogare consilio.
3 Appellatus si non vult producere sententiam latam pro se, iudex appellationis potest pronunciare, quod si vnquam postea producatur talis sententia, non habeat vires.
4 Appellatio si sit iniusta, causa debet remitti ad iudicem a quo.
5 Iudicij appellatione quid contineatur.

1 **Cum in ecclesia.** ¶ † Primo nota quod
a iudex, qui tãtum habet iurisdictionem in aliqua causa, ipse de qualitate cause cognoscit[a], ad videndum vtrum habeat iurisdictionem. Facit quod not. Ant. de But. in c. ceterum. §. de iudi. in c. inter dilectos. j. de donat. ⁊ not. Bartol. in l. j. circa medium. ff. si quis ius dicen. non obtempera. Lap. in allegatione lix. prelatus ecclesie. ⁊ domi. Cardi. hoc idem tradit in clem. presenti. in vj. q. de censi. cum simil. ⁊ ideo Ro. in consil. ccccxxxij.
2 quo ad primũ. in fi. concludit quod Papa, qui non potest † derogare statutis cõcilij, nisi ex causa, an talis causa subsistat, ipse cognoscit. Allegat glo. in c. pro illorum. j. de sen. excom. Glo. tamen in contrarium facit in c. accusatus. in verbo, manifeste. de accusat. in vj. de quo alias dicetur. ¶ Secundo no. quod appel
b latio non recipitur, nisi probetur[b] quod rite interposita sit. Et idem not. Bart. ⁊ alij per illum text. in l. hi, qui. C. eod. Debet enim appellans tria probare ad fundamentum iurisdictionis iudicis appellationis. Primo, se appellasse: secundo, ex causa legitima: ⁊ sufficit quod ista causa allegatur, ad hoc vt appellatio admittatur. de quo tractatur in c. vt debitus infra. eo. Tertio requiritur quod probetur quod intra decem dies interposita sit. capitu. Romana. §. si vero. eo. titu. in vj. Et vt istud appareat, tenetur appellans sententiam contra se latam producere: vt tradit Cyn. in lege per hanc. in iiij. q. C. de tempo. appell. ⁊ latius prosequitur Peru. hic ⁊ hoc, quod dictum est de sententia, verum intelligitur, si apud se habet, vel de facili illam habere potest. Alias vero poterit ab aduersario, qui sententiam obtinuit, petere vt sententia exhibeatur: vt not. voluit Inno. in capitu. G. perpetuus. supra de fide instru. vbi Abb. hoc modo declarat. Imo, quod plus esset, si appellatus recuset edere sententiam, negando ipsam habere apud se, iudex appellationis poterit pronunciare, quod si in
3 futurum vnquam producatur, nullum habeat effectum. † Sed in hoc vltimo Innocentius reprehenditur per Federicum in consilio ccij. audiui sepe. vbi inquit, quod iudex appellationis non potest sic pronunciare: quia cum non habeat fundatam iurisdictionem, nisi producatur sententia, ex qua apparebit intra tempus legitimum fuisse appellatum, per ea, que superius dicta sunt: cum ergo iurisdictionem, non habeat, non videtur quod sic pronuntiare possit. Do. Abb. in dicto capi. G. perpetuus. conatur huic rationi respondere, ⁊ dicit, quod cum iudex appellationis habeat iurisdictionem in causa principali, ita habebit iurisdictionem in preparatorijs. argu. lege secunda. ff. de iurisdictio. omnium iudic. ⁊ in capitulo preterea supra de officio deleg. Sed ista responsio non conuenit: quia non agitur de preparatorijs, sed de tota causa principali, dum pronunciatur quod sententia in futurum nullam vim habeat. Dictum tamen Inno. approbatur communiter. De quo late scripsi in capitu. primo. ad fin. supra de probat. ⁊ in lege secun-
4 da, C. de eden. vbi videndum est. ¶ † Tertio nota quod si appellatio iniusta sit, causa debet remitti ad iudicem a quo, nec poterit isto casu recusari: alias parum operaretur decisio summi pontificis hic. Et ratio videtur, quia cum declaratũ sit, appellationem frustratoriam, illata non videtur iniuria iudici. Consulitur enim honori iudicis, ⁊ appellantis iniquitas, ⁊ calumnia detegitur. Et facit ad ea, que dicta sunt in c. ad hec. in
5 c. proposuit. supra eo. † Vltimo colligi potest hic in principio,
1 quod iudicium pro cognitione cause [1] accipitur. Circa finem vero probatur quod appellatione iudicij, etiam sententia includatur. quod tenet Bal. in l. j. in iiij. notab. C. si aduer. rem iudic. Abb. in c. vnico. de plus peti. glos. ⁊ Domi. in c. statutum. §. insuper. in verbo, iudicium. de rescr. in vj. ⁊ in c. j. in §. si vero. in verbo, iudicij. de excep. in vj.

¶ Additiones.

a ¶ Cognoscit. Adde Abbatem in c. si clericus laicum. §. de foro comp. ⁊ adde bonam gl. in c. j. in verbo, conseruatores. de offic. deleg. in vj. que voluit quod conseruator datus a sede apostolica qui cognoscere habet tantum de iniurijs manifestis, si negatur iniuriam manifestam esse, ipse super hoc cognoscit.

b ¶ Probetur. Appellans nõ potest obtinere coram iudice ad quem nisi probet appellationem fuisse per eum interpositam ⁊ debito tempore, vt probatur hic in tex. ibi, in verbo, constiterit. ⁊ dicit Perus. hic, in vlt. nota. quod alias non est deuoluta iurisdictio ad iudicem ad quem, per tex. in capitu. romana. §. si vero. de ap. in vj. Et ideo sepe allegando dicebam quod hoc procedit siue appellans prosequatur appellationem siue nullitatem deductam in appellatione. vt in capitu. exhibita. in verbo si constiterit appellatum extra de iudi. vbi d. Abb. in pe. no. Et ideo Bald. in consilio cccviij. in v. parte, dicit iudicem ad quem esse incompetentem, ⁊ iurisdictionem non habere quando non est coram eo appellatio probata. Ad probandum autem appellationem non sufficit etiam producere instrumentum appellationis, nisi de certa copia ⁊ termino ad opponendum contra appellationem productam. ita in terminis Femi. in dicto capitu. romana. §. si vero. in prima not. Et facit ratio euidens, quia pro fundamento iurisdictionis iudicis ad quem, requirunt iura constare debere de appellatione, ⁊ vtuntur illis verbis, si constiterit. vt patet in iuribus preallegatis que verba requirunt veram ⁊ perfectam probationem secundum Ioan. de Ana. in capi. si constiterit. de accus. alle. Bald. in lege in bonefidei. ver. expedita est secunda pars. C. de reb. credi. ⁊ sequitur Fely. in dicto capitu. si constiterit. Hiero. Sig.

1 ¶ Cause. Vide supra in rub. de iudic. in j. lect. Sil. Aldo.

1 ¶ Iudex si prefixerit terminum ad prosequendum appellationem, an lapso illo termino appellatio sit deserta.
2 Libere quid fieri si concedatur, intelligitur secundum iuris terminos.
3 Causa matrimonij dicitur esse fauorabilis.
4 Appellationes quot possint interponi super eodem articulo.

1 **Directe.** ¶ † Primo nota quod videtur hic probari quod per lapsum termini prefixi ad prosequendum appellationem, nõ sit appellatio deserta. Quod patet: quia dicitur quod elapso tali termino postmodum renuntiauit appellationi: ergo datur intelligi quod non esset deserta appellatio. Nec obstat quod intelligatur textus de renuntiatione de facto: quia verba in dubio proprie recipiuntur. lege non aliter. ff. de leg. iij. Similiter non obstat illud, in quo Abb. residet, quod renunciatio facta fuit ipso facto: comparendo coram iudice a quo, vt per eum hic: quia hoc videtur contra istum textum vbi ponderatur quod ista mulier non fuit prosecuta appellationem in termino: ergo appellatio videtur deserta. capitu. personas. §. eod. cum simi. Et textus dicit quod postmodum mulier renuntiauit appellationi. Cum ergo postmodum facta fuerit renuntiatio, comparendo coram iudice a quo, non fuit per talem cõparationem sublata appellatio, que iam non erat in rerum natura. Ut ergo ista omnia verba adaptentur, habemus exemplificare text. hic, eo modo, quo potest, scilicet tali casu, quod per lapsum termini non intelligatur appellatio deserta: quod est, quando istud colligitur in intentione prefigentis terminũ, qui noluit appellationem desertam esse, sed quod vlterius

procederetur in causa: vt est tex. vbi Domi. declarat in cap. j. in
2 princ. de elec. in vj. ¶ †Secundo nota. ibi: libere. quod quando aliquid conceditur alicui vt fieri libere possit, intelligitur se-
1 cundum terminos iuris [1], ita quod alteri preiudicium nõ inferatur. Et hoc dicit Bald. in milites. in fin. C. de testa. mili. in l. dotalem. ad finem. ff. de testa. mili. Et idem Ange. tradit in cõsilio cxxxix. visis omnibus statutis. & quod not. Bald. in lege, Labeo ait. ff. hec autem clausula. ff. de arbi. Et de verbo, Libere, facit quod dixi in capitu. questioni. supra eo. ¶ †Tertio not. ibi: bis appellare, rationem quare secunda hic concedatur: ex qua infertur quod tex. hic loquatur de eodẽ grauamine: alias ratio ista non conueniret: quia si de nouo grauaretur, non solum bis, sed millies poterit appellari: vt per glo. hic. Et istud, quod dixi, ponderandum est ad intellectum huius decretalis, que secundum omnes intelligitur de secundo grauamine il-
3 lato. ¶ †Ultimo notandum est quod causa matrimonij fauorabilis est: nam multa specialia sunt in matrimonio: vt per gl. & doc. in capitulo primo, in princ. vt lit. non contesta. Et inter alia illud notãdum est opinio singularis doctoris preponitur communi opinioni fauore matrimonij: vt Host. dicit, & Abb. post alios sequitur in capit. si vir. infra. de cogn. spiri. quod tamen declarandum est, vt dixi in capitu. j. de constitu. Et fauor iste, qui prestatur matrimonio, in ea parte intelligitur que stat pro matrimonio, vt matrimonium habeat locum: vt declarat Joan. and. in cap. series. supra de testi. & sequitur Abb. in c. iurauit. supra de proba. De quo latius dixi in capitulo primo, supra de probationibus. ¶ Circa istum tex. formatur contrarium de capit. personas. supra eo. in quo docto. multum laborant: & inter alias responsiones, probabilis videtur illa solutio, quod iste hic loquatur quãdo ille qui appellationem deseruit, iterum grauatur: merito ex nouo grauamine ad appellandũ admittitur: secus si vellet admitti ex eodem grauamine, pro quo semel appellauit, & appellationem destituit, vt in d. ca. personas. Do. Abb. hic conatur istam responsionem impugnare. Primo, quia sine dubio hoc videtur procedere: quia clarum est quod dato nouo grauamine quis debet posse appellare. Secundo dicit ipse quod text. in dicto capi. personas. generaliter loquitur: ergo indistincte debet intelligi. Sed rationes iste de facili remoueri possunt. Nam secunda ratio tollit primam: quia cum tex. in capitu. personas. generaliter dicat, deserentem appellationem non posse appellare: ex hoc ratio probabilis dubitandi insurgit: quia etiam dato nouo grauamine ipse non debet admitti: quia cum iste semel appellationem deseruit, videbatur quod non deberet vlterius admitti ad appellandum: vt in simili habetur in lege, si cui. §. si tamen. ff. de accusa. Et istud dicit Bal. hic. Et sic prima ratio Abb. tollitur. Non obstat altera, quod tex. loquitur generaliter in d. c. personas. quia non inconuenit quod illa generalitas declaretur & distinguatur, vt per illum tex. hic, cum simi. Abb. tamen refert alium intellectũ Jo. An. in quo docto. resident, vt Abb. & Moder. prosequuntur hic. Sed difficultas insurgit, quia intellectus communis Jo. An. & omnes alij, qui dantur ad istum tex. presupponunt hic appellatum esse ex secundo grauamine: sed, vt dixi in notab. textus hic contrarium manifeste sentit in ratione, in qua fundatur hic. Et in tex. de secundo grauamine nihil dicitur: sed simpliciter quod pars mulieris iterum appellauit. Et sic ab eodem grauamine appellari videtur: cum bis possit appellari, vt in tex. dicit hic. Et si hoc dicatur, obstant iura, que precise dicunt non debere audiri illum, qui appellationem deseruit. capitu. personas. cum similib. supra eod. Nisi dicamus quod ista iura procedunt quando deserens appellationem postea causam non reassumit: secus vero si postmodum causa per eum reintegretur: vt dicunt Jo. An. & doc. hic quod periculosum est: & ideo cogitandum. ¶ †In glo. in verbo, appella-
4 re notandum est quod Joan. And. & Abb. post alios hic dicũt quod tertia appellatio prohibetur in eadem causa ab eadem parte, que appellauit. Sed tamen alia pars etiam bis poterit appellare, & sic super eodem articulo quatuor appellationes poterunt fieri: vt Abb. hic declarat post Spe. in eo. tit. §. quoties. & idem Bar. in lege. j. C. ne lib. tertio prouo. do. Abbas & alij in capitu. sua nobis. j. eod. Et secundum istam interpretationem declaratur, & intelligitur statutũ, quod tãtum semel ap-
a pellari [a] permittit, vt est hic Pisis. Semel enim intelligit ab vna parte, & postmodum semel ab altera, si prima sententia reuocetur. Et ista declaratio, seu interpretatio suadetur, vt seruetur equalitas in iudicijs: argum. l. fina. C. de fruct. & lit. expen. & quia iura, que appellationem prohibent, stricte debent interpretari: vt minus tollatur appellatio, quam fieri potest: vt no. Bartol. in l. ij. C. quor. appel. Ange. in cons. cvij. Jac. & Lucas, & Bartol. in consil. clxv. in questione. istam tamen interpretationem Senis nõ admittunt, vbi viget tale statutum: & ita ex quadam consuetudine erronea, que ibi inoleuit, hoc non obseruatur. Et quod dictum est de tertia appellatione, que prohibetur, intelligitur quando tres sententie sunt conformes. Secus
b si in aliquo [b] discrepant: vt tradit Ange. in l. j. C. ne lic. tert. prouo. & Peru. in iij. questio. hic: & sequitur Alex. in consilio lxx. in causa, & lite. in ij. lib.

¶ Additiones.

1 ¶ Juris. Adde Deci. in c. dilecti. de iudic. Sil. Ald.

a ¶ Semel appellari. Vide Phil. Dec. in cons. suo xlix. inci. prestantissime doctor.

b ¶ In aliquo. Pro hoc addo bene facere optimũ simile: quia videmus quod vbi petitur, & fit executio alicus sententie, si secunda contineat aliquid plus, quam contineat prima, super hoc pluri non est nisi vna sententia, & potest appellari ab eo, quod continet plus secunda, quam prima, licet per secũdam fiat executio prime. Et in casu isto non habet locũ regula quod ab executis non appelletur. Ita voluit pulchre Ang. in l. si cum exceptione. §. hec autem actio. ff. quod me. cau. & allegat dictum Innocen. in capi. fina. extra quod met. causa. sequitur, & commendat Fel. Moder. in c. quod ad consultationem. vers. limita secundo. extra de re iud. [redacted]

1 ¶ Nisi, hec dictio posita in sententijs, & in vltimis voluntatibus, reddit dispositionem conditionalem.
2 Excommunicatio potest ferri sub conditione, ita vt si in termino non satisfecerit debitor, sit excommunicatus absque alia monitione. 10.
3 Satisfacere qualiter dicat debitor creditori suo, & quot modis.
4 Debitor sub conditione, si non satisfecerit tali die, sit excommunicatus: an si creditor proroget eidem terminum, sit excommunicatus.
5 Quid si debitor iurauit.
6 Conditio an, & qualiter retrotrahatur, vel non.
7 Sententia excommunicationis si feratur sub conditione, an semper possit appellari conditione pendente, vel an sit appellandum intra decem dies.
8 Medium capitur pluribus modis.
9 Sententia an possit ferri sub conditione.
11 Excommunicatio potest ferri viua voce, & per literas.
12 Mittens literas ad excommunicatum, an incurrat excommunicationem, sicut si loqueretur cum eo.
13 Judex si dicat excommunico te, si appellas, vel elegeris: an statim sit excommunicatus postquam appellauit, vel elegit.

1 Preterea. ij. ¶ †Primo no. quod dictio, nisi: apposita in sententijs, dispositionem reddit conditionalem. Et idem est in vltimis voluntatibus. l. quibus diebus. §. quidam. vbi Bart. ff. de condit. & demonstra. Secus tamen est in contractibus. vt not. in l. ij. ff. de in diem addic. Ita dicunt Imo. & Perusin. hic. Sed tamen quantum ad terminos huius decretalis, idem esset dicendum in contractibus. Nam si debitor promitteret penam, nisi satisfecerit intra mensem: ista talis promissio esset cõditionalis. Et istud voluit Barto. in l. j. ff. de condi. & demonst. dum inquit quod quãdo dictio, nisi, respicit futurum tempus, idem est in contractibus, & in vltimis voluntatibus: vt latius ibi per eum. Et natura huius dictionis, Nisi, est aduersari precedentibus: ideo negat, si oratio affirmatiua precedat, & affir-
1 mat, si oratio negatiua sequitur [1]: vt not. Bart. & late post alios Alex. in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. & idem Bar. & omnes in l. actione. C. de transac. Et vltra allegata per Alexan. in locis prealleg. hoc idem tradit Sali. in l. ij. circa fin. C. de accus. Bal. in c. cum accessissent. §. de consti. in c. cum olim nobis. de elect. in l. athlete. §. dat remissionem. ff. de excu. tut. in c. ij. per quos fiat inuest. Ang. in consi. lxxxij. huic parti. & idem Do. in c. ij. in ij. no. de libe. obla. in vj. & in c. ad decimas. in v. no. de resti.
2 spoli. in vj. ¶ †Secundo no. quod excõmunicatio potest fieri sub conditione, & purificata conditione, ita quod debitor in termino prefixo viginti dierum non satisfecerit, statim erit excommunicatus absque alia monitione: quia dies interpellat pro homine. Ita istum tex. declarat Lap. allegatione lxxij. prelatus regularis. Alleg. Inn. ad hoc in c. sacro. j. de sen. exc. & Jo. An. in c. P. & G. §. de offi. dele. facit tex. in c. potuit. j. de loc. & gl. in c. cupientes si vero. in verbo, contempserint. in si. de ele. in vj. & in cle. j. in verbo, annis singulis. de reli. do. cum si. Et secundum Bal. hic, iste tex. bene procedit, prout loquitur, quando apponitur tẽpus certum: secus si dicatur simpliciter, nisi satisfecerit: quia ta

quia talis conditio negatiua haberet nimis longum tractum, donec debitor viueret.alleg.no.in l.fideiussor obligari.§.fi.ff.de
a fideiuss. Ita Bal[a].hic in pen.vers.quero an hodie.Sed tamen dici potest quod etiam isto casu valeret excommunicatio:quia cum iste obligatus sit, non tantum expectaretur. Nam quod Bal.dicit,haberet locũ,quando aliquid simpliciter esset in conditione:τ ad illud quis non teneretur,iuxta l.si quis sub conditione dandorum decem.ff.si quis omis.cau.test. Secus videtur in proposito,quando debitor est obligatus: in tali tamen casu esset necessaria interpellatio: quia cum pena excommunicationis pendeat ex facto negatiuo,monitio requiritur,iuxta dictũ Inn.in c.extirpande.§.quia vero.de preben.de quo late Alex. scribit.in l.ita stipulatus.ff.de ver.obl.τ in l.si mora.ff.solu.ma
3 trimo.C† In glo.j.ad id,quod Abb.dicit per text.allegatum in glo.idem etiam Abb.per illum tex.tradit in c.preterea.j.de vsur.in c.inter alia.j.de immu.eccl.τ conclu.glo.τ do. Abb.procedit,creditore volente:sed eo inuito, non dicitur quis satisfacere,nisi soluat:vt not. Bal.in l.j.ff.qui satisd.cog. Et hoc verũ est in contractibus,secus in dispositione legis, vel statuti: quia sufficit dare fideiussorem,vel pignus: vt tradunt Bal. τ Alex.
4 in d.l.j.ff.qui satisd.cog.C† Successiue Ab.post alios hic querit,si creditor in terminis decretalis prorogauit terminum viginti dierum,an debitor excommunicatus sit nõ obstante prorogatione termini,si non soluit intra terminũ viginti dierum, prefixum in sententia excommunicationis.Et conclusio est,secundum eũ,quod non sit excommunicatus. Et ista opi. vĩ verior,τ magis communis,quam sequuntur Bald. τ Imo.in l.j. §.τ post operis.ff.de ope.no.nunc. Facit,quia idem est in pena conuentionali,que euitatur facta prorogatione.l.cum stipulatus sim mihi a Proculo.ff.de verb.oblig.vbi glo.τ Bartol. Et comprobatur ista conclusio:quia sicut si creditori in totum remitteret debitum, debitor euitaret penam excommunicationis. Ergo idem dicendum est,si prorogatio facta sit: quia videtur ista remissio particularis,cum tempus, vt dies dicant parsumme.l.j.§.diem.ff.de eden.Et ita tenet do.Car.in cle.j.§.nos [illegible].sexto quero.de iureiur. Et retenta hac conclusione non obstant iura,que pro contraria opi.Inn.τ aliorum adducuntur,videlicet tex.in l.Labeo.la ij.ad fi.ff.de arbi. τ in l.item queritur.§.qui impleto.ff.loca.cum si.quia loquuntur respectu tertij,τ in his,que non sunt in potestate partium prorogantiũ. Nam prorogatiõe facta per creditorem debitori,fideiussor, qui
a in primo termino erat obligatus, liberatur[a], nisi de nouo in
2 termino prorogationis consentiat[2]. Sic loquuntur iura preallegata.τ not.hic Bald.per illum tex.in l.si cum Hermes. C.locati.τ Bal.post Bart.in d.l.Labeo ait.§.fi. Archid.xj.q.j.in c. te quidem.Abb.post alios in c.constitutus. ad fi.j.de fideiusso. Pau.de Cast.per illum tex.in l.iiij.in prin.ff.de dam.inf. Sed in nostra questione hic agitur tãtum de preiudicio ipsius prorogãtis,qui potuit sibi preiudicare,rationibus s.allegatis. Si tamen debitor postea non soluat in termino prorogato inci
b dit[b] in excommunicationem[3]: vt tenet Inno.hic,τ Bal. fina
3 liter sequitur hic ad finem.τ Bart. τ Imo.in l.j.§.τ post ope.de oper.no.nun.cum concor.vt prosequitur ibi Alex.quia videtur facta prorogatio cũ omnibus qualitatibus precedentibus.Ad quod facit quod idem Alex.tradit in d.l.cũ stipulatus sim mihi a proculo.in glos.in verbo, proficeret. τ in pulchra q.consu
c luit Paul.de Cast. in consil[c]. cxiiij. si consideremus tenorem prorogationis.Et quod dictum est de excommunicatione pa
d ri ratione idem videtur in periurio[d] quia qualitas periurij repetita videtur in termino prorogato:vt Bal. concludit in c.
5 venerabilem.s. de elect.† Sed tamen in iuramento aliter voluit Bal.qui late consuluit contrarium in consil. clxviij.queritur,si factum sit.in iij.li.quia in iuramento ratio specialis videtur,cum illud debeat formaliter prestari,per tex.in c.penulti.τ quod ibi habetur.de iniu.Et hoc idem tz Cardi. post aliquos, quos ipse refert in d.§.nos itaque.ver.quero.Pro resolutione huius articuli est cõsiderandum, nunquid,facta prorogatione dicatur idem terminus cum primo.De quo in notabi.q.Bar. tradit,τ late Alex.in l.iij.ff.de dam.infec. Bal.no.in l.si a te.circa fin. C.de pac.inter emp.τ vend.in l.obseruare.§. proficisci.in fin.q.ff.de offi.procon.τ idem Bal.in c.j.s.de iudi.glo.fin.τ ibi
6 Domi.in c.hi, qui.de preb.in vj.cum similibus.C† In glo.ij. ibi.l.potior.circa istud contrarium laborant doc.hic.Et illa cõsideratio extremorum,quam Abb.hic facit, τ alij sequuntur, non satisfacit:quia si recte aduertatur, extrema habilia sunt, vt conditio trahatur retro in ista fictione translatiua de tempore ad tempus. Petet in extremo a quo,in quo conditio reperitur purificata:ergo extremum dicitur esse habile: cum in veritate sit illud,quod medio tempore perfectionem inducere debet.Idem est in extremo ad quod, in quo sententia reperitur τ tempore ipsius sententie non reperitur appellatio eodẽ instanti interposita:τ ideo etiam hoc extremum habile videtur.Unde ad tex.in dicta lege, potior.responderi planius potest,τ dico quod loquitur in conditione casuali,que trahitur retro:secus est in conditione potestatiua,que retro non trahitur lege, qui balneum.vbi tex.τ ibi Bar.ff.qui potio.in pig.τ idem Bar.in d.l.potior.τ in lege,si is,qui pro emptore.ff.de vsuca.Et sicut in contractibus conditio potestatiua retro non trahitur, sic etiam dicendum est in sententia. Istam equiparationem specialiter ad propositum nostrum in not.questione, que fuit Pisis,facit Bart.in dicta lege,si is, qui pro emptore.versicu. quidam propter maleficium fuit condemnatus. vbi inquit quod condemnatus in centum, τ si non soluerit intra decem dies,amputetur sibi manus,quod purificata conditione, quia non soluit intra dicem dies:illa conditio non trahitur retro: quia potestatiua est: sicut in contractibus contingit.Ita ipse arguit.Et sic proprie videtur in isto tex.dicendum: quia conditio potestatiua est,nisi satisfeceris intra viginti dies.Et in terminis proprijs in excommunicatione Bald.hoc dicit in capitulo,quod translationem.vers.quero nunquid.supra de offi
e cio deleg.τ idem Petrus de Ancharano[e] in consilio clxvij. Ex narratis. Secundo principaliter responderi potest ad legem,potior.quod sit speciale hic in sententia excommunicationis,vt non trahatur conditio retro:quia extremum, ad quod, non videtur habile:τ declarando tamen aliter,quam dicat dominus Abbas hic.Etenim bene considerando,excommunicatio non fertur, nisi propter contumaciam xj.q.iij.c.nemo.Et ideo quando excommunicatur debitor, nisi satisfecerit intra mensem,purificata conditione post mensem, extremum a quo est habile:quia in veritate reperitur contumax, sed talis conditio purificata trahi non potest ad tempus sentẽtie:quia illo tempore non fuit contumax:τ sic fundamentum excommunicationis defuit.Ita colligitur ex his,que dicunt Card.τ Imo. ibi,versi.querit hic Gul.in capitu.pastoralis.de re iud.τ Bald. expresse hoc dicit in authẽ.contra cum rogatus.C. ad Trebel.
7 C† In ea.gl.appellatum est ante diem conditionis.Glo.differentiam facit inter sententiam excommunicationis, τ alias sententias.Et ista opin.approbatur communiter,quod specia le sit in excommunicatione conditionali,quod semper ante euentum conditionis appellari possit: in alijs vero sententijs a tempore prolationis tempus appellandi computatur.Do. Abb.tamen indistincte tenet,quod etiam in excommunicatione,sicut in alijs sententijs, a tempore sententie appellãdum sit intra decem dies,rationibus,de quibus per eum hic.Perusi. τ Moder.hic dicunt quod rationes Abb.procedunt bene in alijs sententijs, sed non sic in sententia excommunicationis, que habet tractum successiuum:τ in ea conditio retro non trahitur.secus vero est in alijs sententijs.Sed tamen ratio ista di
4 uersitatis[4] tollitur ex his,que supra dixi respondendo ad l.potior.quia conditio hic non trahitur retro,ex eo quod potestatiua est.Idem in qualibet alia sententia, in qua conditio potestatiua apponeretur.Nec talis sententia excommunicationis magis videtur habere tractum successiuum quam alia sententia,que sub simili conditione proferatur.τ ideo opinio d.Abb. probabilis redditur. Non tamen recedendum est a communi opinione,pro qua bene facit ratio specialitatis, que consideratur in excommunicatione,scilicet propter contumaciam,vt s. dixi ad contrarium.l.potior. In excommunicatione enim contumacia requiritur,que reperitur tempore conditionis purificate: sed tempore sententie in terminis huius decretalis non erat contumacia:merito conditio non trahitur retro, declarãdo vt dixi.Et ex dictis do.Abba. que s.retulimus,notandum est quod medium , capitur pluribus modis. Nam primo me
5 dium, dicitur quod clauditur inter duo extrema[5]: vt tradit Abb.per illum textum in c.consuluit.in secundo nota.supra de offic.deleg.τ probatur in l.iij.§.inter medias.vbi Are.ff.de lib. τ posthum.τ sic accipitur hic secundum intellectum communẽ. Et ita istum text.declarat Domi.in c.non solum. in princip.in vj.notabi.eod.titu.in sexto.Facit quod not.Joan.Andr.in c.j.
8 per illum tex.τ ibi dixi s.de proba.† Secundo accipitur medium, quod equaliter distat ab extremis.Et ita his duobus modis Bal.distinguit in lege,qui sella.§.fi.in fin.ff.de ser.rusti. predio.Tertio modo medium,dicitur illud quod occupat tertiam partem.Ita dicit Joan.And.hic, secundum vnam expositionem.Et hoc Bald.tradit in lege prima, in princ.ff.de orig.iur.Et in statutis,quomodo medium dicatur, in nota
9 bili quest.Bart.tradit in lege tertia, in prin.ff.de fur.C† Successiue Abb.hic tradit,quando valeat sententia sub conditione:τ distinguit inter conditionem intrinsecam,τ extrinsecam, vt per eum hic.Fuit doctrina Bart.in lege prima.§. biduum.

ff.quando app. sit. quam etiam Abb.sequitur in capitu. quod ad consultationem.in secunda not. de re iudic.Sunt tamen tres casus in quibus indistincte sententia conditionalis non valet:vt tradit Alexan.in additionibus suis in d.§.biduum. & prosequuntur Mod.in d.cap.quod ad consultationem:& licet in sententia distinguatur, laudum tamen arbitrorum sub qualibet conditione proferri potest, ad similitudinem contractuum:vt not.Pet.de Ancb.in consi.ccix.index primo de iure

10 iudicaturus.¶†Extra gloss.primo Abbas concludit in terminis huius decretalis, quod etiam si iudex dicat, Nisi satisfecerit creditori intra mensem,ex nunc excommunicatus sis: erit tamen idem effectus:quia non per hoc videtur excommunicatus a tempore sententie sed nunc demum post conditionem completam.& ista conclusio probatur ratione: quia tempore sententie debitor non erat contumax.Unde illo tempore non potest intelligi quod excommunicatus sit.Ita Bald.in auth.contra rogatus.C.ad Treb.& sequitur Peru.hic in iij.q.

11 †Secundo Abb.concludit quod sicut viua voce iudicis, ita per literas excommunicatio fieri potest:vt probatur in capit. nullus.iij.q.iiij.& prosequitur Peru.in vltima q.hic.Non obst. tex.hic in verb.protulerit.quia etiam mediantibus literis sen-

6 tentia profertur.[6] Abb.respondet hic.Facit tex.in epistola,inter claras.C.de sum.tri.& fid.cat.in prin.dum inquit,quod scripture loquuntur.Sic ergo cum literis satis dicitur iudex proferre.& in fim.glo.in capit.constitutionem.de sen.excom.in vj.

12 in verbo,participationem, † dicit quod quis in excommunicationem incidit non solum quando alloquitur excommunicatum,sed etiam quâdo literas ad eum transmittit.Ad quod bo.tex.in cap.vbi periculum.§.nulli.de elect.in vj.Et regulariter paria sunt,quod aliquid fiat verbis,vel literis lege prima, in fin.ff.de contrahen.empt.l.qui autem.in fin.de consti.pecu.

13 ¶† Postremo Abb.post alios querit, Si Ab.dicit,excommunico te si appellaueris,vel elegeris:an statim excommunicatus sit,& in instanti,quo eligit vel appellat,ita quod excommunicatio videatur appellationem vel electionem precedere. Et post varias opi.tandem sequitur Inn.qui tenet quod inspecta mente proferentis talem sententiam,videatur iste excômunicatus in ipso actu appellandi vel eligendi:quia intentio eius fuit prohibere appellationem,vel electionem.Et si aliter diceremus,excommunicatio redderetur nulla: quia lata esset post appellationem:quo casu non valet capi.per tuas.infra de sent.excom.Et istam opi.etiam sequitur Bald.hic.& Petr.de Ancha.qui latius refert,& declarat Inno.hic in regula accessorium.de re.iur.in vj.Et ista opi.procedere potest in foro conscientie,vt dicit Peru.hic.Nam tali casu semper tutior via eligitur.ca.iuuenis.ij.de spon.Et ideo in dubio presumitur quod excommunicatio procedat.vt per gl.in ca.primo supra de scruti.Sed in foro iudiciali contrarium videtur verius: vt tenent Host.& Anto.de But.quos Abb.hic refert.Et pro ista conclusione est bonus tex.in cap.cum tu.§.de testi.quem adducit Perusi.hic.vbi in dubio in foro iudiciali interpretatio fit, ne quis videatur excommunicatus.Faciunt plura,que dixi in cap.super eo.el ij.§.eod.Et in terminis nostre questionis hoc idem Bald.tenet in lege,Arethusa.ver.item no.argu.ff.de sta.ho.& Pau.de Cast.idem sequitur in lege,filiusfam.§.diui.el ij.versi. item opponitur.ff.de leg.j.vbi inquit quod electio redditur nulla,quando superior dicit, quod eligentes excommunicati sint statim quod incipiunt eligere.Secus si dicat, si elegerint: quia tunc electio valet,sed ipsi excommunicati sunt.Alleg.tex. in lege,interdum.in verbo,incipiête.ff.qui.mod.vsusf.amit.Facit quod no.Abbas post alios in capi.dilecto.infra de preb.in ver.extra gloss.oppo.vbi concludit quod si statuentes iurauerunt non recipere aliquem vltra numerum, si veniunt contra iuramentum,sunt periuri recipiendo aliquem vltra numerû: valet tamen receptio vltra numerum facta,quia precedit ante quam dicantur periuri.Et in simili questione tradunt Bar.& alij in lege,si quis id, quod.ff.de iurisd.omn.iud.vbi late Alex. prosequitur.Nam cum agatur de implemento actus penam imponendo,actus debet esse consummatus capitu.perpetuo. vbi Joan.Andr.& Do.de elect.in vj.& Bald.per illum text.in lege,qui autem.ff.de infa.not.do.Abb.in capitu.cum in cûctis. §.clerici. supra de cle.cum fi.Non ob.quod intentio proferentis excommunicationem,in primis debeat attendi: quia non constat de tali intentione,& in dubio presumitur quod talis intentio fuerit,qualiter verba sonant lege,labeo.§.id Tubero. ff.de sup.leg.capitu.is autem.xxij.q.ij.Non obst.quod secundum hanc interpretationem excommunicatio redderetur nulla,vt Abb.hic dicit: quia lata esset post appellationem:quia hoc nô videtur verum,cum talis excommunicatio appellationem precedat, licet conditio videatur purificata post appellationem interpositam:ideo videtur quod talis appellatio valeat: ar. text.hic. Secus vero quando post appellationem pronuntiatio excommunicationis sequitur:prout loquitur text.in capitulo,per tuas.quem d.Abb.adducit hic. Et ista addenda sunt ad ea, quam Per.hic scribit.in ver.v.queritur.

¶Additiones.

A ¶Liberatur.Adde hic eundem Dec.in consil.xxiij.vbi multa notabilia circa hoc ponit, & in terminis decidit, quod is qui promisit non contrauenire laudo ferendo sub certo tempore,si compromissum prorogetur vltra illud tempus eo ignorante contrauenire poterit. Hiero.Gig.

1 ¶Sequatur.Et quomodo hoc procedat vide Ludo.Gomes. inst.de act.Dec.cons.cxxxiij.in prin.in cons.dxxxij. vbi addidi, & quod excipiat a dicto precedenti vide Dec.in c.iij.de offi.deleg.in c.consultationibus.in fi.eod.tit.

2 ¶Consentiat.Uide Jas.in l.j.C.de iudi.

3 ¶Excommunicationem.Uide ad hec omnia Dec.in c.de causis.de offic.deleg.

4 ¶Diuersitatis.Uide de ratione quare statim appellandum sit a setêtia conditionali And.Tir.in trac.de retractu lignagier.§.j.in gl.x.nu.48.& seq.

5 ¶Extrema.Uide Dec.in c.j.in iiij.not.de appell.

6 ¶Profertur.Adde Dec.in c.ij.in ij.no.de excep. Sil.Ald.

a ¶Ita Bal.Et bene quicquid dicat Dec.

b ¶Incidit.Et vt tenet Fran.Cur.iuni.l.vlt.si cert. pet. Petr. Rebuf.super concor.in rub.de prorog.dila. glo.j.quamuis contrarium velit Bal.cons.cccclxxxvj.queritur lib.j.Clauas.versic. excommunica.§.xxj.& male.

c ¶In cons.Quod est cons.ccclxxxix.lib.j.in nouis.dixi in consuet.Paris.xxiij.nu.48.

d ¶Periurio.[redacted]

e ¶De Ancha.cons.clviij.in libro meo. [redacted]

1 ☞ Uerba regulari debent secundum mêtem, rationemque disponentis.

2 Clausula posita in vno articulo, porrigitur ad alios.

3 Clausula generalis ad omnia refertur.

1 
Ecundo requiris.¶†Primo not. quod verba regulantur secundum mentem, & rationem disponentis: vt per Abba. hic.Ad idem bonus tex.in lege, adigere.§.quamuis.de iure pat.& in lege milites agrum.in princ.ff.de re milita. Mens enim,& ratio legis, anima legis dicitur:ideo mens potius attenditur,quam verba, que sunt tanquam corpus:vt Bal.dicit in lege,si quis seruo.C.de fur.Et sicut statutû disponit in his,de quibus expresse loquitur,ita ratio statuti pariter dispositionem inducit:vt Bal.inducit in c.dilectus filius.§.de rescri.Allegat tex.in l.emptor.§.si.ff.de rei vend.Et lex est,quicquid in ratione côsistit:vt no.Abb.in c.nulla ratio. j.de preb.alleg.gl.j.dist.in c.côsuetudo.& Bal.idem dicit in c.j. §.de consti.& ideo vbi mens,& omnimoda ratio concurrit,non

1 dicitur fieri extensio: [1] vt voluit gl.no.in c.j.de temp.ord.in vj. in ver.Italie.in c.si postquam.in verbo, mente.de elec.in vj.& in clemen.j.in verbo,eligatur.de elec.& Bal.in d.l.si quis seruo. ver.& adde.Nam quando in pluribus casibus est eadem ratio, tunc vna & eadem ratio decidit omnes casus,non per extensionê,imo sicut genus comprehêdit species,sic ratio generalis di-

a uersas species casuû emergêtiû complectit:vt no.dicit[a] Pau. de Ca.in consi.cccxxxiiij.presens casus.vbi alle.Bal.in l.de quibus.ff.de leg.Et hoc idê no.Bal.in auth.post fratres.C.de leg.here.in ver.itê frater.Et predicta bene procedût in mête legislatoris:aliter videtur in rône.Nam ista inter se differunt:vt singulariter colligitur ex his,que Bar.tradit in l.iij.§.si.ff.de leg. tut.dum inquit aliquam tutelam esse legitimam ex ratione legis duodecim tabularû,non tamen ex mente: & sic differentiâ facit inter rationem,& mentem.Quod notandum est: qr idem Bar.alibi in l.cû mulier.ff.so.mat.dicit q mês,& ratio idê sunt.

2 ¶†Secûdo no.q clausula posita in vno articulo,ad alios articulos porrigit,ex quo limitatio habet ad illud q solet dici q vnius inclusio,alterius exclusio intelligit l.cû pretor.ff.de iud. c.nône.§.de presum.Nam illud intelligit,qn in altero non est eadem ratio.Secus si eadem ratio reperit, vt hic: qr inclusio vnius,ad aliud extêdit.Ad idem tex.in l.j.vbi Bar.& Bal.C.de diue.resc.facit gl.i l.côsilio.§.quesitû in ver.solui.ff.de cur.fu.in l.si

l.si res.C.fami.erc.& probatur in l.eius, qui.ff.si cert.peta. Ter-
b tio not.quod ratio naturalis[b] in decisione causarum, licite alle
gatur: vt per Abb.hic. Facit textus in l.cum ratio. in princip.
ff.de bon.dam. Et ideo Bald.dicit in l.j.§.in primo. C.de cadu.
tol.quod ad rationem naturalem recurrendum est, que est opti-
mus legis clypeus. Et Bald.ita arguit in consil.xxxviij.domi.
Thomas.li.iij.dicens quod licet lex aliqua non dicat, ratio ta-
men naturalis hoc dictat, que cuncta recte disponit. Alleg.l.si
me,& Titium.ff.si cert.pet. Et alibi glo.in l.in hac. in glo.mag.
circa medium.ff.de tritic.&c. dicit quod conscientia remordet,
quando fit contra rationem naturalem. Talis tamen allega-
tio probabilis videtur, non necessaria, nisi quatenus authorita
te legislatoris comprobatur, ita quod de ratione naturali fit fa
cta lex vt de dictis authorum not. Pau.de Cast.post Jac.Bu
tri.in l.j.ff.si cert.peta. Abb.in cap.j.§.de prescript. ¶ In glos.
ij.in ista materia, quam Abbas post alios prosequitur hic, fir-
Alex.Jas.l.iiij.in princi.de re iudic.
b ¶Non est respondendum.Uide late per Mod.in rubri.supra
de const.per do.Franc.de Cur.in tracta.suo positionum,inser
to in §.quod obseruari.in l.ij.C.de iuramen.calum. in xiiij.bre-
uiloquio.
c ¶Cum facto. Et pro intelligentia est aduertẽdum ꝙ questio
facti,est dubitatio solum consistit in facto , ⁊ exiguntur proba-
tiones facti.l.triticum.⁊ ibi Ang.ponderat.ff.de ver.oblig.Et
questio iuris dicitur, quando partes conueniunt in facto , sed
discordant in iure.Tex.est ⁊ ibi glo.Bal.⁊ Ang.in l.eum quem
temere.in fi.ff.de iudi.Et de questione mista,vide etiam Jas. in
l.si quis in conscribendo.C.de pact.⁊ vide etiam Soc.in rub.ff.
de rebus dubijs.
d ¶Juris ordo.Facit Phil.Franc.c.j.fal.xj.de lit.contest.in vj.
Alex.consi.lxij.lib.ij.vbi dixi.Soc.consi.lix.nu.3.lib.iij. Sed ta
men quicquid dicant Dec. ⁊ alij,citatio est necessaria,⁊ de sub-
stantia, imo etiam dilatio deliberatoria, vt sepe de facto obti-
nui,⁊ ita practicatur.
e ¶Tenetur.Uide omnino per do.Jas.in d.l.si quis in conscri-
bendo.C.de pac.ad fin.
f ¶Quod sic.Et bene,quicquid dicat Dec.vide q.Tholosa.cxj.
Gui.Pape decisi.Delphi.ccccv.
g ¶Cause.Hoc falsum,vt sentit Fel.c.significauerunt.de exce.⁊
contrarium practicatur,⁊ bene.
h ¶Non potest.Dic aut non fit condemnatio specialis,sed in ge
nere,in consequentiam victorie principalis:⁊ non potest appel
lari,nisi tãquam ⁊ pront a principali. Aut vere fit condẽnatio
specialis,vt sentit Dec.⁊ male fit,⁊ põt appellari [illegible].

1 ☞ Judex supplet ex suo officio in causa electionis parte ab-
sente.
2 Argumentum a simili est validum.
3 Capituli pars potest committere electionem in aliam partem
capituli.
4 Et an debeant omnes in tali actu consentire.
5 Collegialis an potest vocem suam committere alicui, qui non
sit de collegio,collegio contradicente.
6 Cardinalis si aliquid asserat,an sibi sit credendum in alterius
preiudicium.
7 Nuntius ⁊ procurator,an ⁊ qualiter differant.
8 Capitulũ, vel vniuersitas possunt statuere, quod nullus actus
valeat,nisi fiat de consensu omnium .

1 CONSTITUTUS. ¶†Not.primo ꝙ in causa electionis
ex officio suo iudex supplet, parte non existẽ
te:vt prosequitur do.Abb.hic,⁊ est glo.no.in
c.cupientes.in §.ceterum.in verbo, contuma
cia.que etiam dicit hoc generaliter procede-
re,vbi agitur de periculo animarum.Sic etiam in simili Abb.
dicit:Deficiente accusatore iudex ex officio procedit:vt per eũ
a hic.Sed in contrarium videtur no.decisio Bar.[a] in l.nõ solũ.
in §.quanquam.ff.de iniu.vbi per illum tex.dicit ꝙ si statutum
dicat ꝙ ille,qui non soluit collectam,nõ audiatur ciuiliter,nec
criminaliter, ⁊ talis vulneratus sit iudex, nõ poterit ex officio
inquirere pro tali delicto:q: sicut ipse non potest conqueri , ita
1 nec respublica[1].Sed contra Bar.est communis opi.vt colligi-
tur ex his,que Alex.tradit in l.j.§.si sublata.ff.ad Treb.de quo
vltra eum late Ro.scribit consil.ccxiiij.venerabilis dñe. Facit
quod no.Aret.in consi.lxxxv.considerata diligenter.vbi alleg.
Bal.in auth.statuimus.C.de epi.⁊ cle.⁊ Jo.de Ana.in rub.j.de
2 accu.dum Bal.adducit in l.j.C.si tu.non ges. ¶†Secũdo nota
ꝙ valet arg.a simili:vt colligitur hic,dum arguitur de nuntio
ad procuratorem,⁊ regula ponitur in l.non possunt. ff. de legi.
facit tex.in §.huic simile.inst.man.⁊ in c.j.§.porro.vbi Bal. que
fue.pri.cau.benefi.amit.gl.⁊ doct.in l.si quis id quod.ff.de iuris.
om.iud.Et hoc procedit,licet absolute similitudo non verifice-
tur:q: sufficit ꝙ similitudo reperiatur eo respectu, de quo agi-
tur:vt per Abb.hic,⁊ idem Abb.latius hoc declarat in c.trans
lato.s.de cõsti.in c.quemadmodum.s.de iureiu.Tollitur ergo
arg.a simili tunc demum,quando est dissimilitudo in eo,ad qđ
comparatio fit.Nec procedit gl.in c.non potest.de preb.in vj.in
verb.curam.dum inquit,ꝙ non dicitur simile,si sit aliqua dissi-
militudo : imo etiam si aliqua dissimilitudo reperiatur in eo,
de quo agitur,non tollitur tamen argumẽtum, vt patet hic de
nuntio ad procuratorem,prout declarat Jo. Andr.⁊ do.Abb.
hic:q: satis est ꝙ pro maiori parte similitudo reperiatur : arg.
l.queritur.ff.de stat.ho.Et hoc idem Bal.tradit in l.curatoris.
C.de neg.ge.⁊ de hoc late dixi in c.translato.s.de const.vbi vidẽ
2 dum[2].¶†Tertio nota vnam partem capituli in aliam posse
committere super electione:⁊ in tali actu omnes debent cõsen-
tire,nec maior pars sufficit:quia de iure singulorum agitur,vt
priuentur facultate dandi vocem,prout Abb.hic dicit,per c.q:
propter.s.de elec.ibi:eligendi potestas aliquibus viris cõmit-
tatur,qui vice omnium,⁊c. Sequuntur Mod.hic,gl.⁊ Abb.in
b d.c.quia propter.Archi.xvj.q.vij.in c.episcopus.Sed tamen[b]
hoc dictum non bene videtur iure probari. Et regula in con-
trarium est:quia sufficit ꝙ actus fiat a maiori parte.iuxta l.qđ
maior.ff.ad munic.⁊ per gl.in c.j.in verb.tractatus.j.de reb.ec-
cle.non alie.in c.cum omnes.s.de cõsti.Confirmatur hoc:quia
si maior pars sufficit immediate in ipsa electione,idem pariter
videtur dicendum in compromisso de eligendo. Nam eligẽtes
virtute compromissi executores sunt:⁊ electio facta videtur ab
illis,qui potestatem dederunt.l.item eorum. §.si decuriones. ff.
quod cuiusq; vniuersi.l.vnũ ex familia.§.si de Falcidia.⁊ quod
ibi Bar.ff.de leg.ij.facit tex.in c.mulieres.j.de sent.excom.cum
si.Non obstat tex.in c.quia propter.ibi:vice omnium.quia dato
etiam ꝙ sufficiat maior pars,tamen actus virtualiter,quãtum
ad interpretationem iuris, vice omnium expeditur. Jta ergo
dicendum est in illis , in quos compromissum fit de electione.
Nam vice omnium dicuntur eligere , quantum ad interpreta-
tionem iuris.Et sic ex talibus verbis nõ infertur quod omnes
nullo discrepante,in tali compromisso debeant cõsentire. Uel
secundo dici potest ꝙ in c.quia propter. ita actum fuisset inter
illos de collegio,vt de consensu omnium fieret compromissum,
vt sonant illa verba,Committatur vice omnium.Facit illud,
4 quod doc.hic dicunt in gl.in verb.omnium.j.eo.†Et notãdum
est quod in quarto not.Abb. dicit in fi. ꝙ alicui extraneo a col
legio vocem quis suam committere non potest, contradicente
collegio:vt sentit Jo.And.in regula,quod alicui.de regu.iur.
in vj.in Mercu.⁊ in isto casu requiritur consensus collegij nul
lo discrepante:⁊ vnus solus contradicens impediret,vt voluit
Compost.in cap.scriptum.⁊ ibi Abb.in ij.notab.s.de elect.Et
hoc pro singu.Ro.tradit in notab.xliiij. quia heri fecistis con-
c siliarios.De quo tamen aliter[c] dixi in cap.cum omnes.de con
5 stitutio. ¶†Quarto nota quod statur assertioni cardinalis[d]
d etiam in preiudicium alterius.Quod procedit de consuetudi-
ne Romane curie,secundum Joan.Andr.⁊ domin.Abba. in-
ferius hic:alias cessante consuetudine,non creditur etiam car-
dinali

dinali in preiudicium alterius: vt per glo. in cap. sicut. j. de sen-
tentia excommunicatio. vbi Abb. ⁊ idem Abb. in cap. quod su
per his. §. de fide instrumentorum. in cap. cum olim. el primo. j.
de priuileg. cum concordant. vt late prosequitur, ⁊ plene discu-
tit And. Sicu. in tracta. de prestan. Card. in j. questio. ij. partis
6 principalis. ¶ † Ultimo colligitur hic quod differunt nūtius
⁊ procurator. Et differentiam notab. Barto. declarat in l. mul-
tum interest. versicul. modo querendo reuoco. C. si quis alte. vel
sibi. Barto. in l. qui autem. in §. j. ff. de constitu. pecu. ¶ In glo.
in verbo, omnium. ibi: non valuisset appellatio. Abb. post alios
concludit quod imo appellatio valuisset, quando actum esset
inter illos de vniuersitate, vel collegio, vt Episcopus non eli-
geret, nisi de consensu omnium: ⁊ ita dicit Abb. probatur hoc
ibi, vel predictum episcopum processisse. Et sequuntur Mod.
hic. Sed tamen iste intellectus non conuenit huic litere: quia
ad hoc constituendum erat opus quod maior pars collegij cō
sentiret in tali forma compromissi. Textus vero hic contrariū
innuit, dum inquit: Quidam canonici vota sua in episcopum
transtulerunt. Non ergo videtur quod maior pars in tali com
missione interuenisset. Preterea hoc non caret diuinatione: q2
non colligitur quod in commissione trāslata in episcopum ali
quid dictum fuerit. Et ideo illud, quod dicitur in appellatio-
ne interposita per illos vndecim canonicos, ne quis eligeretur
preter assensum omnium. Ista verba dicuntur immediate in
ipsa appellatione: ideo referri debent ad intellectum iuris cō-
7 munis. † Dictum tamen in se verum est: ⁊ est notandum quod
e illi de vniuersitate constituere possunt[e] quod aliquis actus nō
valeat, nisi de consensu omnium: ⁊ tali casu, cum requiratur cō
sensus omnium, non sufficit maior pars, licet interpretatiue in
maiori parte videatur esse omnium consensus. Glos. no. ad hoc
in cap. vbi periculum. §. idem quoque. in ver. singulis. de elec. in
vj. ¶ In glo. in verbo, delegauit. Anto. de Bu. ad contrarium
respondet, quod ideo legatus hic de ista appellatione se intro-
mittit, quia hoc tendit in faciliorem expeditionem cause appel
lationis, per ea, que vidimus in cap. cum teneamur. §. eodem. ⁊
not. in cap. ij. de matrimo. contrac. contra interd. eccle. Et istud
magis placet: licet aliter dicat Abb. hic per cap. si a iudice. eo-
dem titu. in vj. quia ille tex. locum habet respectu cognitionis,
⁊ decisionis cause appellationis. Secus vero quo ad instru-
ctionem cause, in qua iudex a quo se intromittit: vt no. in d. ca.
cum teneamur. ⁊ hoc modo iste tex. procedit non solum in lega
to de latere, sed in quolibet alio inferiore.

¶ Additiones.

1 ¶ Et: ⁊ respublica. Idem Decius in capi. dilecti. supra de ex-
ceptionibus
2 ¶ Uidendum. In prima lectura. vbi plura addidi. Sil. Ald.

a ¶ Bart. Ang. Aret. trac. malefic.
b ¶ Sed tamen. Ut dixi ad Dec. §. de constitu. cap. cum omnes.
versi. tertio fallit.
c ¶ Aliter. Et male.
d ¶ Cardinalis. Quest. Tholos. cccclxiij. Ias. consil. ciiij. lib. j. A-
legan. consi. cvj. nu. 19. lib. ij. vbi dixi.
e ¶ Possunt. Contra Decium supra de constitu. cap. cum om- [redacted]
nes. lectu. ij.

1 ¶ Electio debet fieri secundum Deum, ⁊ conscientiam.
2 Canonici debent eligere magis idoneum. Sed ⁊c. nu. 5.
3 Scholaris, qui est cognitus sciens, potest promoueri sine exa-
mine.
4 Iudex potest ex officio repellere exceptionem irrationa-
bilem.
6 Potentior, ⁊ ditior preponitur, ceteris paribus.
7 Doctor in vtroque iure preponitur, habenti tantum vnum
gradum.
8 Scientia an preponatur potentie in eligendo prelatum.



Onstitutis. ij. ¶ Primo nota illud, quod Ab-
bas hic dicit de patronis. Nam quando esset
suspicio, ne patroni ad presentandū mouean-
tur non propter vtilitatem ecclesie, sed carna
li affectione, episcopus illos adstringere po-
test iuramento: vt in simili hic dicitur. Et istud verum intelli-
go, nisi contra patronos esset presumptio periurij: quia tunc
non deberet abiuratio fieri, vel iuramentum deferri. cap. cle-
ricos. ⁊ quod ibi Abbas dicit, de cohabit. clericorum ⁊ mul. de
1 quo dixi in capit. questioni. §. eodem. ¶ † Secundo nota quod
electio debet fieri secundum Deum ⁊ conscientiam. Nam talis
conscientia regulari debet secundum iudicium rationis. capi.
non solum. de regu. iur. in vj. ⁊ prosequitur do. Abb. hic, ⁊ idem
Abb. per illum textum in cap. ⁊ si questiones. in primo notab.
j. de simo. Facit ad hoc, quod de conscientia iudicis Bal. dicit
in l. ij. versicu. scias tamen. C. de sentent. ex breuicu. recip. vbi in-
quit quod conscientia debet esse coniuncta cum scientia, ⁊ do-
ctrina. Facit textus in cap. qualiter. el primo. j. de accu. vbi con
a scientia secundum iura[a] debet conformari. Et ista est vna spe-
cies cōscientie, que ligata est rationibus iuris. Sunt ⁊ alie due
species, vt Bal. distinguit in l. fin. versicu. non tamen. C. de pen.
2 iud. qui ma. iud. ¶ † Tertio nota quod canonici debent elige-
re magis idoneum. Ad idem text. viij. quest. j. in cap. licet ergo.
vbi eligitur prestantior, sanctior, ⁊ doctior. Facit lxiij. distinc. in
fin. in cap. metropolitano. vbi optimus ordinari debet. ⁊ in au-
thent. de mona. §. fin. de quo post glo. hic videbimus. ¶ Quar-
3 to † nota quod ille, qui est notus, promoueri potest sine exami-
ne. Ex quo infertur ad scholarem, cuius peritia notoria sit, vt
doctorari possit absque examine. Et idem Bal. hoc dicit: quia
secundum eum, rei demonstrate frustra fit demonstratio. l. j. ff.
de do. preleg. Bene facit gloss. xxij. distin. cap. qui episcopus. in
gl. ij. dum inquit examinationem debere fieri circa ignotos. Et
ad idem glo. xlvij. distin. in cap. de Petro. in verbo, ignota. Et
ista procedunt, nisi examinatio esset pro forma, vt in examinan
dis pro licentia doctoratus: quia forma dat esse rei, ⁊ omitti nō
potest, secundum Baldum hic. Et secundum hoc intelligitur
quod idem Bal. dicit in cap. scriptum. supra de elec. vbi inquit
quod ille, qui inter auditores Rote assumitur, quamuis notus
sit, debet tamen iterum examinari. Et sic dicit ipse Rome ser-
uari. Si tamē esset doctor valde excellens, ⁊ supremus, talis de-
beret admitti absque tali forma, ⁊ sine vllo examine: argumen.
l. sed ⁊ reprobari. §. amplius. versic. valde tamen disciplinatos.
ff. de excus. tutorum. ⁊ ibi Bald. per illum textum, dicit recedi a
statuto propter eminentem scientiam alicuius: vel saltem ista
esset iusta causa dispensandi: ⁊ ita quandoque fit Rome. ¶ Ul
4 timo † nota ibi: consistit euidenter, quod quando constat, exce-
ptionem rationabilem non esse, vel quod animo calumniandi
opponitur, iudex ex officio illam repellere potest. Ita Innoc.
hic, ad idem allegatur dictum Innoc. in cap. post electionem.
ad finem. j. de concess. prebend. de quo late dictum fuit in capi.
5 super eo. el primo. §. eodem. ¶ † In glos. in verbo, vtilem, ad fi-
nem. conclusio habetur quod licet non eligatur melior, satis est
quod idoneus sit. Et sequitur hanc conclusionem domi. Abb.
post alios hic. Ad idem glo. in cap. ij. in verbo, sanctiores. §. de
offic. custo. ⁊ glos. in cap. iij. in verbo, maioribus. ⁊ ibi Abb. j. de
iure patrona. Et idem tenet Barto. in l. cum quidam. versic. ex
hoc nota diligenter. ff. de legatis secundo. Et secundum hanc
conclusionem pulchram questionem consulendo decidit And.
Sicu. in consi. xix. illud afferam in medium. Predicta conclu-
sio limitatur, nisi appellatum sit, ne electio fieret nisi de melio-
ri: quia tunc electio facta tanquam pendente appellatione, ⁊
contra appellationem, deberet reuocari, vt per Abbatem hic.
Facit textus in cap. cum nobis. §. de elect. Contrarium tamen
expresse tenet glo. viij. quest. j. scilicet quod non obstante appel-
latione electio facta valeat, nec possit retractari. Et hoc sequū-
tur Imo. ⁊ Peru. hic: quia appellatio nō debet cassare electio
nem legitime factam. Et videtur tex. hic, vbi non reputatur le
gitima appellatio ex hac causa, q2 alius esset magis idoneus.
Sed tamen opin. Abb. defendi potest: quia text. hic loquitur,
quando appellatio interponitur post factam electionem: quo
casu electio fuit legitima, ideo non attenditur appellatio, que
postmodum sequitur. Secus vero in questione, in qua Abb. lo
quitur: q2 appellatio electionem precedit: merito electio facta
pendente appellatione reuocatur. d. c. cum nobis. Non obst. q2
appellatio non debet cassare electionem legitimam, vt per gl.
arguitur in d. c. licet ergo. quia nō videtur legitima, ex quo an
te electionē iura clamant quod melior eligatur: ⁊ pendente ap
pellatione nihil sit innouandum: ⁊ per appellationem res con
seruatur in eo statu, in quo reperitur tempore interposite ap-
pellationis. Secundo conclusio glos. limitatur non habere lo-
cum in foro conscientie: vt Abbas hic concludit post Anto. de
Butr. ⁊ Feder. quos ipse adducit. Sed in contrarium arguit,
⁊ tenet Perus. hic: quia ex quo in foro iudiciali electio tenet, e-
tiam videtur bona conscientia procedere: quia ius canonicum
nunquam alicui inijcit vinculum. xxvij. q. ij. in c. de viduis. ⁊ ius
canonicum non defendit scienter in peccato: vt in c. literis. su-
pra de restitutio. spoliat. Et cum hic authoritate canonis pec-
catum non committitur. xxiij. q. iiij. in cap. qui peccat. ⁊ videtur
text. hic, vbi dictum fuit quod electio fieret secundum Deum,
⁊ conscientiam, ⁊ tamen dicitur quod valet. Nam intelligitur
etiam in foro conscientie. Et ex his notanter infertur quod il-
lud, quod valet de iure canonico, valet etiam regulariter in fo-

ro conscientie. Opinio tamen precedēs tenetur communiter, ⁊ etiam de iure verior videtur: quia iura dicunt, meliorē, ⁊ magis idoneum debere eligi, d. c. licet ergo. viij. q. j. cum simil. Unde si hoc non fiat, conscientia vulneratur: ⁊ quanuis toleretur, ⁊ valeat electio facta de idoneo, est ex eo quia multa facta tenent, que fieri prohibentur. l. ij. §. biduum. ff. quando appell. sit. Et hoc in foro canonico ꝓcedit, in quo satis est quod idoneus eligatur. Sed per hoc non sequitur quod bona conscientia fieri possit: cum iura absolute hoc non disponant, sed dicunt meliorem esse eligendum. Rationes ergo, que adducuntur per Imol. ⁊ Perus. hic haberent locum, quando lex canonica principaliter hoc disponeret. Et consequentia, quam facit Perus. non valet: quia non omne, ⁊c. idem Abb. in c. cum causam. de testib. col. iiij. facit c. si egressus. de iniurijs. quod licitum est in foro canonico contentioso, est licitum in foro conscientie: vt not. Ant. de Butr. in c. inquisitioni. per illum text. de senten. excommunica. in iiij. ⁊ vj. not. ⁊ habetur in c. j. de constitu. Non obstat text. hic, vbi secundum conscientiam videtur facta electio: quia textus loquitur de magis idoneo, ibi: quem ecclesie magis vtilem, ⁊ idoneum reputaret. Et not. text. quem Abb. hic inducit, in c. penulti. de electio. in vj. vbi qui habet vocem nomine proprio, ⁊ nomine alterius, nō potest voces diuidere. De quo not. etiam Abbas post Bald. ibi in c. quanuis. de officio delega. in c. cum olim. de re iudica. Et illum pro singulari alleg. Roma. in not. lxxix. scholaris. Et ideo qui habet mandatum a pluribus ad presentandum non potest diuersos presentare: vt tradit Lapus allegatione xxij. an sufficiat. ¶ In glos. in verbo, impotentiam. ibi: si alie omnes circunstantie pares essent. No-
6 tandum est, quod † ceteris paribus potentior, ⁊ ditior preponitur. Facit id, quod in simili notat Bald. in l. nemini. ad fin. C. de aduoc. diuers. iudic. vbi dicit quod data paritate in scientia prehonoratur, qui est de meliori sanguine. Et Barto. in l. j. ff. de obseq. liber. dicit quod quando eodem tempore aliqui doctora-
7 ti sunt, tunc etas, ⁊ alie conditiones debent considerari. † Sic etiam Doctor in vtroque iure prefertur habenti vnum gra-
a dum[a]: vt doctores tradunt in c. clerici. supra de iud. Nam hoc intelligitur ceteris paribus, vt Cardina. expresse dicit in d. c. clerici. Joan. de Ana. hoc idem voluit in capit. quanto. infra de magistr. quod declaratur vt dixi late in d. cle. Et circa istam glos. Hostiens. hic, ⁊ omnes dicunt quod attenditur illa qualitas, que magis expedit ecclesie. Et idem Hostiens. quem alij sequuntur, in c. j. de consangui. ⁊ affinita. concludit quod electis duobus ad episcopatum, quorum alter theologus sit, alter canonista, prefertur ille, cuius ecclesia magis indiget. Et istud adeo procedit, quod si alter, qui nō expediret ecclesie, eligatur, non valeret electio: vt sentit Hostien. hic, ⁊ Abb. declarat. Sed Imo. ⁊ Moder. hic contrarium in hoc tenent, quod non retractetur electio alias facta de idoneo, ꝑ ea, que supra dicta sunt. Tamen probabilius videtur illud, quod Hostiens. ⁊ Abb. dicunt: quia quando ecclesia indiget tali qualitate, que in electo non concurrit, non videtur idoneus ille, qui eligitur: quia per eum vtilitati ecclesie non consulitur, contra istum textum hic,
8 cum similib. † ¶ Ultimo notandum est, quod Abbas hic dicit quod scientia preponitur potētie. Quod intelligitur, quādo ecclesia non indiget potentia, secundum ea, que supra dicta sunt: ⁊ potentia non supplet defectum literarum in clericis: vt Bald. inquit in l. in dando. ff. de tutor. ⁊ curato. dat. ab his. Sic etiam forme ⁊ pulchritudini corporis scientia preponitur: vt in rectoribus scholarium Bald. dicit in proem. Decret. versic. sed pone. vbi inquit quod si duo electi sunt in rectores paribus suffragijs, ⁊ alter parum scit, sed pulchram habet personam, alter vero gibbosus est, sed doctus: secūdum eum, doctus gibbosus preponitur. Et in materia illud notandum est, quod ille, qui fuit malus, ⁊ nunc emendatus de crimine, bonus sit, preponitur illi, qui semper bonus fuit. gloss. not. 50. distinct. in cap. fi-
b delior.[b] de quo Ro. scribit in nota. cccccxxiij. sunt electi duo doc. ¶ In gloss. fin. ibi: presumitur calumniose. Hic colligitur prima solutio ad contraria formata in glo. scilicet quod speciale sit hic propter presumptionem calumnie ortam cōtra istum excipientem, qui in causa appellationis succubuit. Idem glos. precedens ad finem voluit: ⁊ hoc finaliter approbare videtur Abbas hic. Sed ista solutio non videtur vera: quia si propter presumptionem calumnie iste repellitur ab excipiendo, a fortiori deberet repelli ab accusando: quia propter calumniam facilius actor repellitur, quam reus: vt no. in l. in summa. in prin. ff. de condi. indebi. Nec obstat quod succubuit in appellatione: quia per hoc tamen de calumnia non arguitur: quia probabilis videbatur causa appellationis: cum iura dicant meliorem esse eligendum. viij. quest. j. in capit. licet ergo. ⁊ hac ratione admissa fuit appellatio. Et quanuis text. dicat causam appellationis irrationabilem fuisse, hoc intelligitur respectu victorie, sed non quod appellatio calumniosa fuerit. Unde alia responsio datur principaliter, quam Innocen. ⁊ communiter docto. sequuntur quod exceptio hic non admittitur, quia nō proportionatur ad possessionem, quam electus, ⁊ confirmatus consequi intendit: cum possessio sit quid facti. l. denique. ff. ex quib. causis maio. exceptio tēdit ad exclusionem iuris: quia est actionis exclusio. l. j. ff. de excep. insti. eod. in princ. Sed contra istam solutionem insurgit dom. Abb. ⁊ dicit quod actio competit ad petendum possessionem, quam quis nunquam habuit, ⁊ datur interdictum adipiscende: vt not. in cap. accedens. j. de accu. Et contra tale interdictum exceptiones plures opponi possunt, vt sequitur Abb. hic: ergo exceptio videtur proportionabilis: quia licet agatur ad possessionem, tamen reperitur remedium iuris, quod mediante exceptione excludi potest: ⁊ ita secūdum eum, ratio communis confunditur. Sed tenendo communem opinionem pro responsione considerandum est, secundum Imolam ⁊ Perusi. hic, quod ideo hec exceptio repellitur, quia non erat talis, que concerneret defectum proprietatis: sed opponebatur exceptio, propter quam ipsa electio, ⁊ confirmatio erat cassanda: ⁊ talis exceptio, etiam si probetur incontinenti, non impediret acquisitionem possessionis: quia interim habet ius proprietatis ante quam electio cassetur: vt tradunt Compost. ⁊ Jo. And. in c. quod sicut. in glo. pe. §. de elec. Secus vero quando opponeretur exceptio, que ipso iure concerneret defectum iuris de presenti: vt quia dicatur, collationem factā per literas falsas, vel electionem per illum, qui non habet potestatem eligendi. Nam si incontinenti ista exceptio probetur, impeditur acquisitio possessionis. Et hoc casu procedunt que domi. Abb. hic inducit. Ista distinctio non tollitur formaliter argu. quod Abb. facit. Item non caret diuinatione, dum tex. qui loquitur generaliter restringitur vt intelligatur de exceptionibus, que non concernunt ipso iure defectū proprietatis. Preterea dictum in se non videtur verum: quia quanuis exceptio non excludat ius proprietatis de presenti, debet tamen admitti ad impedimentum ne quis consequatur possessionem. Nam
c fideicommissarius[c] possidens rem hereditariam potest se opponere heredi petenti se mitti in possessionem, iuxta l. fin. C. de edi. diui Adr. tol. vbi gl. hoc tenet in verbo, legitimo. Ad idem gloss. in l. filiam fratribus. ff. ad Trebel. quia cum ipse fideicommissarius sit, retinere potest ex quo restitutio debet sibi fieri: argu. l. dolo. ff. de doli exce. Postremo non videtur verum quod text. in terminis in quibus loquitur, non habeat locum, quādo opponitur exceptio criminis, ex quo nullitas tituli ipso iure inferatur. Nam in contrarium est tex. in c. accedens. dum loquitur de homicidio. Et ibi ponderauit do. Abb. in ij. not. j. de accus. Et sic ex pluribus patet quod predicta distinctio non procedit. Unde tutior via videtur, vt dicamus istum tex. procedere in spiritualibus, prout loquitur. Sic etiam loquitur text. in dicto cap. accedens. Secus vero fit in temporalibus, prout allegata in contrarium loquuntur. Item tex. hic loquitur in possessione: que non erat apud excipientem: vnde facilius iste electus vel confirmatus illam consequitur. Secus quando possessio esset penes excipientem, prout loquitur regula, cui damus actionem.

¶ Additiones.

A ¶ Uide circa hunc articulum ea que tradit idem Deci. in dicto cap. clerici. ⁊ in l. cum quid. ff. si certum petatur. ⁊ vtrobique dixi in apostil. Hier. Sig.

a ¶ Secundum iura. Unde qui habet procedere secundum conscientiam, non potest leges transgredi: quia intelligitur de cōscientia legibus munita, ⁊ secundum leges regulata. Ita Bal. in dispu. sua inci. statuto cauetur quod fenerator. quem refert, ⁊ sequitur Jas. in l. nec quicquam, §. vbi decretum. ff. de off. procon. ⁊ leg. Et ideo allegando dicebam, ⁊ ita obtinui quod si sit facta commissio ad conscientiam, non potest talis omittere solennitates statutorum: ⁊ quod probatio, que prohibetur ex statuto Papien. contra instrumentum publicum, nisi per aliud instrumentum, ⁊ non per testes debet seruari: confirmabam ex duobus. Primo quia licet Bal. in l. ⁊ si inutiliter. C. de fideicō. dicat quod commissum ad conscientiam videtur commissum ad veritatem: tamen habens commissionem secundum veritatem non potest omittere tramites iuris, tenet Bald. in l. nemo. C. de sent. vbi dicit quod commissio de veritate, intelligitur de veritate, cui ius patrocinatur: ⁊ ideo non poterit condemnari ex nudo pacto: cum ius ciuile ei non assistat. Secundo cōfirmabam: nam statuta ciuitatum sunt seruanda etiam in foro conscientie, prout vult glo. no. j. quam no. ibi Bal. ⁊ dicit non reperiri alibi, in c. que in ecclesiarum. de const.

¶ In

b ¶ In c.fideliori. Vide de hoc Panor.in c.at si clerici.§.de adulterijs.circa fin.de iudi.& copiose habes per Fel.in cap.eam te. versic. limita tertio. extra. de rescrip. vbi plura Doctor. dicta ad hoc.

c ¶ Fideicommissarius. Contra Alex. consil.lxxxij.lib.ij.vbi tetigi.Dec.in l.fi.nu.25.C.de edic.diui Adr.tollen.consil.lxxxiiij. Nicol.Boer.decis.Burdeg.clvj.

1 ¶ Locus debet esse tutus, in quo quis conuenitur.
2 Et non tantum domino, sed etiam omnibus pro eo interuenientibus.
3 Citatus ad locum non tutum, toties quoties poterit appellare: quia grauamen est successiuum.
4 Locus iudicij debet esse tutus omnibus, qui venturi sunt ad iudicium, in fauorem partium.
5 Citatus ad locum non tutum, an teneatur mittere procuratorem idoneum.
6 Literis salui conductus an quis credere teneatur, si locus non sit tutus.
7 Citatus ad locum non tutum an possit immediate appellare, an vero debeat primo opponere exceptionem.

1 Ex parte. ¶ † Primo nota, quod locus, in quo quis conuenitur, debet esse tutus: argu.text.in cle.pastoralis.in §.esto igitur.de re iud.& in c.venerabilibus.§.& hoc ipsum.de sent.excom.in vj. Facit text.in c.accepimus.de fide instr.in c.cum persone.de priuileg.in vj. Et ideo licet quis promiserit quod possit conueniri vbicunque fuerit inuentus, tamen non poterit in loco non tuto conueniri: vt not.Ang.dicit in l.cum res.& ibi Alex.ff.de
2 lega.j. ¶ † Secundo nota quod locus iudicij debet esse tutus non tantum domino, sed etiam alijs pro eo interuenientibus: vt hic, de quo in glo.j. videbimus. Et sicut partibus, ita etiam iudici locus esse debet tutus. in c.statuimus. vbi Domi.de offic.deleg.in vj.facit tex.in clem.j.de foro compet. Unde si locus non sit securus, index debet alium locum idoneum, & tutum eligere.c.dilecta.§.de confir.vti.vel inuti. Et not. Joann. Andr.& Domin.in d.c.statuimus. Sic etiam mutatur locus in eo, qui certo loco soluere promisit. Nam si locus ille efficiatur non tutus, vt quia forte creditor a tali loco bannitus sit, poterit alibi debitorem conuenire: vt est tex.no.cum gl.ibi in lege vsuras. C.de solutio.quem pro sing. Ro.tradit in not.lxxiiij. Senensis. & quod idem Roma.voluit per illum text.in consil.ccclij.que-
3 ritur primo. † Tertio nota quod quoties quis est citatus ad locum non tutum, toties poterit appellare, licet prima, vel secunda vice non appellauerit: quia hoc grauamen reiteratur, & successiuum est: & a grauamine successiuo semper appellatur: vt per Abb.hic.& hoc tenet Spec.eo.tit.§.restat.& Bald.in l.ij. in ver.secundo queritur.C.de episc.aud.& prosequitur Peru. hic, in quinta illatione.& vltra eum idem sequitur Cardi.in cle. prima, in princ.circa fin.q.xxxiij.de fo.compe. Pau.de Cast.in consi.xxv.super primo. Et ad hoc bene facit quod not.Arc. ij.q.vij.in capitu.hortamur.vbi inquit quod licet exceptio loci non tuti.dilatoria sit, qua tamen grauamen reiteratur & successiuam habet causam, etiam post litem contestatam quandocunque opponi potest. Et Bald.hoc idem tenet in lege peremptorias.ver.pone aliquis.C.senten.rescin.non poss.cum simil. vt tradit Alexan.in lege, de etate.ver.& scias.ff.ad Trebel. Et idem in simili de ferijs dicunt Bald.& Ang.in lege j.§.sed excipiuntur.vbi Alexand.sequitur.ff.de fer. Et quamuis ista sit communis opi.vt colligitur ex precedentibus, non tamen concludenter videtur probari in isto tex.in quo Abb.potissimum fundamentum facit, dum dicitur hic, quoties: quia ista dictio, quoties, potest dici quod ponatur respectu diuersorum iudicum, & sit sensus, quolibet iudice faciente citationem ad locum non tutum appellari potest. Et hoc suadetur: quia loquitur text.in numero plurali, ibi: quoties ad illos iudices vos vocari contigerit. Nam inductio communis bene procederet, si illa dictio, quoties, ad eundem iudicem referretur. Retenta tamen communi opinione, primo declaratur vt procedat in isto grauamine loci non tuti: quia, vt dictum est, licet in prima vice vel secunda citatus non appellauerit, poterit tamen postea, quando citatio reiteratur, appellare. Secus in eo, qui comparuit coram iudice suspecto: quia si a principio illum non recusauit, vlterius postmodum non auditur capitulo, inter monasterium. supra titulo primo. Et rationem diuersitatis tradit Anto.de But.in c.dilectus filius.versi.nota bene supra.de rescript. Secunda communis opi.procedit, quando appellatur a grauamine illato per nouam citationem, & nõ est lapsum tempus appellationis. Secus vero si a grauamine de preterito appellaretur: nã appellatio non procederet. Ita notãter declarat Jmo.post Anto.de But.in cle.causam.de elect.ver.aduertat tamen appellans. Quod dictum valde extollit Perusin.hic. Et hoc de plano videtur procedere, quando a grauamine presenti appellatur, prout isti loquuntur: sed in dubio quando appellatio simpliciter interponeretur, idem putarem dicẽdum, cum grauamen sit successiuum, in quo appellatio fundatur: & in dubio interpretatio fit, vt actus valeat lege quoties.ff.de reb.dub.& in l.iiij.ff.de test.mi. Tertio, communis cõclusio limitatur, nisi index expresse pronuntiaret locum esse tutum: tunc enim debet appellari intra decem dies, secundum Bal.in addi.Spec.eod.titu. Et simpliciter hoc sequitur Perusi.hic: & idem voluit Rota in iiij.decisione.nota quod vbi dicit, in titu. de resti.spol.in antiquis.vbi concludit spoliatum post longum tempus posse appellare: quia grauamẽ successiuum est, nisi inferatur grauamen per sententiam diffinitiuam, vel interlocutoriam.& ita sentit expresse quod Bal.dicit. Sed tamen in hoc aliter sentit Jmol.in d.cle.causam.dicens quod licet expresse non pronuntietur, nihilo minus citatio facta per iudicem dicitur sententia interlocutoria: quia omnis vox iudicis faciens ad causam, interlocutoria est. Non tamen recedendũ est ab ista limitatione, que videtur habere bonam rationem in terminis, in quibus isti loquuntur, quia quando expresse declaratur, locum esse tutum, si non appellatur, hoc pro veritate habetur: quia sententia transit in rem iudicatam.c.quod ad cõsultationem.§.de re iudic.ideo non potest appellari, quia nullum grauamen de presenti esse reputatur, ex quo declaratum fuit, locum esse tutum. Sed quando simpliciter quis citatus fuit, non est sic, si non appellauit pro illo grauamine illato, & sibi preiudicabit: sed per hoc preiudicium nõ fit in alijs: quia vnus actus citationis non extenditur ad alios, qui sequuntur: arg.l.voluntate.C.de exe.tut.in l.fin.C.ne vxor pro ma. Tota vis ergo cõsistit, qualiter verba concipiantur. Nam si simpliciter citatio facta sit, habet locum communis opin. Si vero sit facta citatio & dictum sit, locum citationis esse tutum, procedit ista limita-
4 tio. ¶ † In glos.ibi: omnes sui. Nota quod locus iudicij debet esse tutus omnibus, qui ad iudicium in fauorem partium venturi sunt. Ad hoc est bonus text.in authent.habita.C.ne fil.pro pat.ibi: tam ipsi, quam eorum nuncij veniant, & habitent in eis secure. Et Bal.ibi in v.notab. Et ex hoc Abbas infert, quod si locus non sit tutus procuratori, sed domino, non tenetur tamẽ dominus comparere: vel si tutus sit procuratori, non domino, non cogitur dominus procuratorem constituere, per text.hic, qui alternatiue loquitur: vnde sufficit quod in altero sit timor. Et ita Abb.tenet opi. Hostien.contra Innocen.quam etiam Jmol.& Perus.hic sequuntur. Sed tamen opin. Jnnocen.videtur probabilis, pro qua videtur tex.in c.olim.§.de testib.ibi: ad locũ idoneum, & securum conuocatis partibus, si fieri potest, vel procuratoribus earum, Sufficit ergo quod procuratores vocati sint ad locum tutum, quando dominus vocari non potest. Facit tex.in l.Papinianus exuli.ff.de minori.& in l.sed & si per pretorem.§.j.ff.ex quib.caus.ma.licet. Jmo.his iuribus conetur respondere in c.querelam.§.de procurat.& in l.quesitum.
5 ff.de re iudic. † Et ista opin. Jnno.comprobatur ex eo, quod not.Ange.in dispu.incip.Bononien.in quarto dubio.vbi con[...] citatus ad locum non tutum tenetur mittere pro[...] habere idoneum potest. Et sequitur Alexand.in d.l.de etate.ff.ad Treb. Non obstat tex.hic, qui pro maximo fundamento ponderatur pro opin. Hostien.dum loquitur alternatiue: quia verba illa, tu, vel tui: hoc modo intelligi possunt, quod si tu citatus sis ad locum non tutum, non teneris comparere, & poteris appellare: & idem in procuratoribus citatis ad locum non tutum. Nam nec ipsi comparere tenentur, & in eis pariter habebit locum dispositio huius tex. Non autem intendit dicere quod dominus excusetur, si locus non sit tutus procuratoribus. Et ita hoc modo text.iste euitari potest. Alie etiam responsiones non obstant: & ad primam, dum dicitur, quod personaliter quis comparere non cogitur, dici potest quod ex causa arctari quis potest ad personaliter comparendum, quãdo imminet aliqua necessitas.c.j.in fi.de iudi.in vj. Et causa iusta videtur, quando locus non est tutus procuratori. Non obstat alia rõ, dum dicitur, quod in arduis quis non tenet procuratorem constituere: vt no.in c.querelam.§.de procur. Nam fallit ista conclusio, quãdo locus non sit tutus domino principali. Jta probatur in d.c.cum olim.§.de testi. Jn ista tamen questione probabilem distinctionem tradit Maria.Soci.in trac.
6 de dilatio.ar.xvij.q.v. ¶ † In fi.glo.notandum est quod quis
a non tenetur credere literis salui conductus: [a] vt dicitur in c.accedens, allegato in glo. Et hoc verum intelligitur, quando

locus nō est tutus propter inimicitias. Secus si propter guerram: quia tunc bene credendum erit literis salui conductus, que concedi,ꝛ obseruari solent: vt tradit Rota in deci.xij.item licet guerre.in tit.de do.ꝛ contuma.in nouis.Sequitur Anto. de But.in c.cum dilecti.§.de dolo ꝛ contuma.Facit quod not. Joan.Andr.ꝛ docto.in c.cum non liceat.de prescript.Et istud quod proxime dictum est,bene procedit,quando secūdum morem patrie talis saluus conductus omni respectu redderet illum securum:secus vero vbi timeret vim inferri cause,propter aduersariorum potentiam.Nam tunc nec talibus literis debet se committere:vt tradit Joan.And.in titu.de accus.in ij.parte.§.fin.in versic.quid si bannitus.Ang.in disput.incip.Bononienses.in iiij.dub.ꝛ in l.j.§.quod diximus.ff.si quis cau. Petrus.circa fi.hic,ꝛ Alex.in l.nam quod.ff.ad Trebel.Hoc tamē vltimum dictum reprobatur per Maria.in d.tracta. de dila. in loco prealleg.§.in xviij.arti.in v.q.in versi.sed tu aduerte. Dicit enim quod cum respectu persone sit tutus,debet comparere personaliter:ꝛ si timet ne vis inferatur in causa, poterit iudicem recusare,nisi,secundum eum,esset contentio de aliqua re,que ad locum citationis deberet portari.Nam tunc posset sibi offerri.Et tali casu saluari potest,ꝛ procedit quod Joann.
7 Andr.ꝛ Ang.dicunt.¶ † Extra glo.dominus Abb.late discutit an citatus ad locum non tutum immediate appellare possit,an vero prius debeat exceptio proponi.Et post alios notab.distinguit, vt per eum hic.Et eandem distinctionem in effectu posuit Jmo.in d.l.de etate.quem refert, ꝛ sequitur ibi Alex.ff.ad Trebel.Et subijcit ibi Alex.veriorē esse opi. Pau. de Eleaza.in cle.quia contingit.de relig.domi.qui tenet indistincte quod possit appellari,per tex.hic,qui generaliter loquitur.Bene facit verbum libere,quod ponderatur per do.Abb. hic.Et comprobatur ratione: Nam tale preceptum grauat: ergo potest appellari.c.vt debitus.j.eo.Et sufficit grauamen re ipsa:vt no.in c.cum causam.in capi.dilecto.§.eod.Nec placet limitatio Cal.quam Abb.sequitur, dum dicit appellationem non iustificari ex grauamine illato re ipsa,quando index probabiliter putabit se non grauare:quia tunc non committit iniquitatem,que in appellatione consideratur.c.interposita.in §. fin.j.eo.ꝛ quando non deferretur honori iudicis, si ab eo absq culpa eius recederetur,contra illud,quod dicitur in c. vt debitus.j.eod.Et ita incidenter Abb.hic tradit,dum opin.Joan. Andr.hic refert.Sed ista conclusio,vt dixi,non videtur procedere:quia imo sufficit generaliter probare grauamen illatum esse re ipsa,ꝛ quod index probabiliter errauit. Quod patet: qa appellatio iustificatur ex nouis probationibus, cum in causa appellationis non producta producam, non probatum probabo,in c.cum Joannes.§.de fide instrum.l.per hanc.C.de temp. app.Non obstat quod tali casu non arguatur iniquitas iudicis:quia est iniquitas re ipsa,que sufficit,vt dictum est: ꝛ probatur in c.cum causam.j.eod. vbi Abb.in vltimo not. Facit text. in l.j.in prin.ff.eod.titu.Similiter non obstat quod non consulatur honori iudicis,ex quo ab eo receditur absque culpa eius: quia sufficit quod ex causa recedatur a iudice, licet culpa sibi non adscribatur:vt in dicto capit. vt debitus. vt patet ex predictis.

¶ Additiones.

a ¶ Conductus.Felin.c.accedens.vt lite non contesta. [redacted] consilio lj.

1 ☞ Procurator potest constitui per literas priuatas constituentis.
2 Sigilla plura quis habere potest ad actus diuersos.
3 Litere secunde non valent non facientes mentionem de primis.
4 Tradens rem aliquam sub signo noto excusatur. fallit numero 5.6.7.8.9.

1 Significauit. ¶ † Primo nota procuratorem pos-
A se constitui per literas priuatas [A] constituentis:vt Abb.declarat hic.Ad idem text.in l.j.§. procuratorem.ff.de procur.in c.contingit.§.de transact.ꝛ in c.cum dilectus.j.de relig.dom.debet tamen probare quod sint litere manu constituentis scripte Et ad probandum hoc, nō sufficit quod simpliciter testes hoc dicant,vel quod de literarum comparatione attestētur:sed debent dicere se fuisse presentes,quando scripte fuerunt: vt Bar. not.tradit in l.scripturas.C.qui potio.in pig. hab.in l.nuda ratio.ff.de donat.Anto.de Butr.in c.ij.§.de fide instr.cum simili. vt prosequitur Alex.in cons.cxxiij.discussis hesitationibus.li.j.
2 ꝛ in consi.lxxx.viso processu.lib.iiij.¶ † Secundo colligitur hic,quod quis potest habere plura sigilla destinata ad diuer-
a sos actus: ꝛ sigillum [a] deputatum ad vnum actum, in alio actu fidem non facit. Et ideo Are.per istum tex.in c.post cessionem.§.de proba.arguit,ꝛ concludit quod sigillum ordina-
B rij [B] non facit fidem,nisi in pertinentibus ad officium. Licet [redacted] dicant Anto.de But.ꝛ Abb.Ad hoc facit, quia limitata causa limitatum effectum producit.l.in agris.ff.de acqui.rer.do.l.fi.ꝛ quod ibi Bal.C.ad Maced.l.fi.ꝛ ibi Bald.C. de iurisd.om.iud.cum simil.Conclusio predicta limitatur, nisi ex causa: vt per Abba.hic,qui simile adducit:quia etiam annulo alterius signari potest testamentum.§.possunt.Instit.de testa.Hoc tamen simile,ꝛ fundamentum non videtur esse tutum, tenendo illud,quod voluit Joan.Fab.in d.§.possunt.ꝙ speciale sit in testamento, quod annulo alieno signari possit. Secus vero in alijs dispositionibus. Et rationem diuersitatis ibi adducit:ꝛ sequitur Alexand.in lege,si vnus. C.de testa.
3 ¶ † Tertio nota quod secunde litere non valent, quando sunt impetrate,non facta mentione de primis.Concordantia iura in gloss.sunt.Et nedum de primis literis,sed etiam de clausula eleganti,que in primis inserta fuisset,mētio fieri debet.Textus est no.in c.ij.§.de do.ꝛ contu.Et de his plene habetur in c.
4 ceterum.§.de rescrip.¶ † In gloss.j.in fin.per istam gloss.inferunt Ant.de But.ꝛ alij, quod excusatur ille, qui rē aliquā tra-
b dit alicui venienti cū signo [b] noto illius,cuius nomine se venire refert.Et ita quotidie fit.Idem etiam Bar.dicit in l.si quis vxori.§.item apud Labeonem.circa fin.ff.de fur.vbi in bidello loquitur tradente librum scholaribus.Et a fortiori hoc procederet, quando conuentum esset de signo dato: vt not.Ange. in lege prima.ff.de eo,per quem fa.erit.Et ita alias de facto cōtigit in quodam hospite in ciuitate Lucañ.Et idem dicendum est,quando nuntius esset consuetus:vt not.Bart.in d.§. apud Labeonē.ꝛ probatur in l.argentum.ff.commod.Bald. in lege,si is,cui.ver.quero nunquid.C.de fur.facit tex.in capit. significante.ꝛ quod ibi Abb.infra de pigno.Et considerandū est in predictis casibus,quod nedum a dolo, sed etiam a culpa iste videtur excusari,ꝛ ita vt nullo modo teneatur,etiam si culpa leuissima sit: vt colligitur in dicta lege, argentum.ff.com-
5 mod. Et † conclusio predicta procedit in his, que sunt leuis preiudicij. Secus est in rebus magni ponderis : quia nullo modo credendum est,vt Abb.hic dicit. Hoc suadetur ratione:quia alias cum leui signo posset petere rem magni valoris. Nam signum bene probat quod veniat nomine illius, sed non quod petat hoc,vel hoc.Bene facit quod not.Bar.in lege,Lucius.ff.de fideius.Putarem tamen hoc limitari posse, nisi vltra signum,quod attulit, etiam rem petitam in loco aliquo vel speciali demonstratione designaret:nam tunc etiam in rebus preiudicialibus esset credendum, argumento eius, quod dictum est de signo dato. Nam in signo conuento indistincte credendum videtur:quia partibus sic placuit:argu.l.j.§.si con
6 uenerit.ff.depo.† Secundo conclusio predicta limitatur,quando ille,cuius nomine nuncius venit,erat consuetus talia signa mittere:vel si talis consuetudo esset in loco:vt per Abb.hic.In quo tamen aduertendum est: quia etiam absque alia consuetudine persone vel loci,quod dictum est,videtur procedere: quia per signum,quod transmittitur, voluntas mittentis satis arguitur.Sed dictum istorum saluari potest in his,que sunt ma-
7 gni preiudicij,in quibus regula supra dicta nō procedit.† Tertio fallit,quando esset presumptio,vel coniectura cōtra portantem tale signum,quod illud abstulisset. Do. Anto. ꝛ Abb.hic,
8 argum.l.j.§.ille autem.C.de lati.liber.tollen. † Quarto fallit,nisi actum esset specialiter de persona,per quam res deberet trāsmitti.Nam tunc a forma conuentionis recedendum non est:vt not.Bald.in d.l.si is, cui. C. de furtis. Bonus textus in l.eum, qui.§.si.ff.commod.Facit quod tradit Pau.de Cast.in consi. cccxiiij.viso supra scripto puncto. Et in istis limitationibus nō excusatur iste, qui credidit,a culpa,quo minus teneatur secūdum qualitatē contractus: excusari tamen videtur a dolo: quia leuior credulitas sufficit, vt presumptio doli remoueatur, ex eo,quod not.Fulgo.voluit, ꝛ Alexan.sequitur in lege,
9 Polla.C.de his,quibus vt indig.† Quinto, ꝛ vltimo, regula procedit in debitore alicuius rei in specie.Secus est in debito-
c re generis:[c] quia indistincte periculum ad ipsum debitorem pertinet.dicto §.apud Labeonem.vbi Bar.per illum tex.hoc dicit Abb.hic,ꝛ Bal.in d.l.si is, cui.

¶ Additiones.

A ¶ Priuatas.Formam literarum priuatarum quibus procurator constitui potest,vide per Abb.in sua pract.in rub.de forma procu.sub sigil.constit.

B ¶ Ordinarij. Adde eundem Deci. in c. post cessionem.supra de probatio. Hiero.Sig.

Sigil

a ¶ Sigillum. Dixi in consue. Paris. §. v. nu. 12.
b ¶ Signo. Ias. l. j. de eo, per quem fac. erit. Deci. l. cum fundus. §. j. nu. 14. si cert. peta.
c ¶ Generis. Sublimito, vt dixi ad Deci. l. contractus. nu. 8. de [redacted]



Significantibus. Hec verba ad literam ponitur s. in titul. de libell. oblat. Nec obstat argum. de superfluitate: quia respondetur vt per Abb. hic: & idem Abb. in titul. de libell. oblat. in ca. significantibus. Nam
A per ista iura concludit quod non sit superfluum [A] quando idem reperitur diuersis respectibus. Et hoc idem not. Domin. in c. quoniam. x. distin. Ro. in l. quanquam. in princ. in vltimo not. ff. de aqua plu. arcen. Facit ad hoc tex. in l. si a Titio. ff. de rei vendicat. in l. apud Celsum. §. si a Titio. ff. de except. do. Nam istis
1 tribus locis ad literam idem casus ponitur [1]. Ex isto tex. colligitur quod ille, qui rem aliquam petit, illam taliter demonstrare
B re debet, vt reus certus reddatur [B]. Facit tex. in l. si in rem. in prin. ff. de rei ven. Sic enim libellus porrigi debet, vt aduersarius certus sit, an velit cedere, vel contendere. l. j. in princi. ff. de eden. Et ideo Cyn. in authen. offeratur. C. de lit. contest. in diffinitione libelli dicit, quod est scriptura breuis claram continens intentionem agentis. Refert Abb. in rubr. de libell. oblat. & latius in c. j. in j. no. eodem titu. Et si libellus non declaretur, non tenetur reus respondere, vt Abb. dicit in c. ij. in penulti. not. de libell. oblat. & idem Bald. prius voluit in l. fina. col. iiij. versi. opponitur. C. de codicill. Et predicta vera sunt, si opponitur per eum contra petitionem generalem: alias vero generalis procedit parte non opponente. l. fin. C. de anna. exceptio. Et hoc verum est, dummodo ex narratis colligi possit quid actor velit: vt notab. Bartol. dicit in tract. ad reprimendum. in verbo, figura iudicij. Et cautus debet esse reus, qui contra generalem libellum opponit, vt non petat libellum declarari: quia sic actor instrueretur: sed dicat absolute libellum non procedere, & petat se absolui ab obseruatione iudicij. Nam tali casu si actor ante litem contestatam non declarat, nulla esset sententia, que pro eo ferretur. Ita Specu. docet in titu. de libell. concep. §. fin. versicu. cautus. Anto. de Butr. in c. fina. in j. q. s. de libel. obl. Pau. de Cast. in l. edita. C. de eden. Alex. in l. j. in princi. ff. de eden. Et talis exceptio obscuritatis ante litem contestatam opponi debet, secundum Bald. in l. exceptionem. versic. deinde dico. C. de prob. quem sequitur Alex. in d. l. j. in princ. ff. de eden. Reliqua dicatis vt per docto. hic.

¶ Additiones.

A ¶ Superfluum. Vide Franc. Cur. consi. lxxviij. incipien. dom. Francisc.
B ¶ Reddatur. Vide Ias. in §. curare. inst. de act. Hiero. Sig.

1 ¶ Ponitur. Ad idem est tex. in l. si quis in conscribendo. C. de epis. & cle. & in l. si quis in conscribendo. C. de pac. Sil. Ald.

1 ¶ Iudex a quo potest assignare terminum appellanti in subsidium.
2 Impedimentum proueniens appellanti ex facto principis, non impedit cursum termini prefixi ad prosecutionem appellationis.
3 Iudex inferior non potest legem imponere superiori.
4 Terminus prefixus ab homine, dicitur terminus legitimus.
5 Iudex an possit recusari, si habeat aduocatum alterius partis commensalem.
6 Terminus constitutus a iudice ad prosecutionem appellationis, an possit preueniri.
7 Notorium dicitur, quod ex actis cause colligitur.
8 Iudex supplet ex officio suo in notorio, quod ex actis colligitur, etiam nemine opponente.



1 Ex insinuatione. ¶ † Primo nota quod iudex a quo, potest terminum prefigere appellanti: & hoc in subsidium, prout innuit tex. hic, &
2 dixi in c. personas. s. eod. ¶ † Secundo nota quod impedimentum proueniens ex facto principis, impedit cursum termini prefixi ad prosequendum appellationem: vt colligitur ibi: lis intacta permanet. & ibi: absque damno more. & ideo non dabitur secundus annus, ex quo primus non currit. Sed tamen iste tex. euitari potest, intelligendo quod lis hic ponatur pro causa. Nam licet secundus annus concedatur, verum est dicere quod causa intacta permanet, & absque damno more. De quo late dixi in c. ex ratione. s. eodem.

¶ Tertio no. secundum communem intellectum, quod terminus constitutus ad finiendam appellationem, si non valet respectu finis, valet vt valere potest respectu prosecutionis: argum. c. j. de desponsa. impub. in vj. Et ideo dicit Bal. generaliter hic circa fi. quod si dilatio non valet vt agitur, valet vt valere potest: per istum tex. hic. Facit tex. in capit. cum dilecti. de dolo, & contu. in l. Celsus. de arbitr. Nam generaliter in iudicijs actus valet vt valere potest, vt dicunt Dy. Ray. & Imo. in l. j. §. si quis ita. ff. de verborum oblig. argumen. l. sed & si possessor. §. item si iuraucro. ff. de iureiur. & quod voluit gl. in l. puto. ff. fami. ercis. bonus textus in l. j. & ibi Bar. C. de neg. gest. cum concor. vt tra-
3 dit Areti. in d. §. si quis ita. ¶ † Quarto nota quod inferior iudex non potest legem superiori imponere. Concordantia iura in gl. sunt. Et per istum textum inferunt doc. quod iudex a quo non possit terminum prefigere appellanti ad finiendum appellationem: quia finire appellationem pertinet ad iudicem superiorem appellationis, vt dictum est in c. personas. in v. casu. s. eod. & no. Card. in cle. j. q. xxij. eod. titu. Et per istum tex. dicit Bart. in l. ij. ff. de re iud. in princ. quod si coram iudice seculari opponitur exceptio cognoscenda coram ecclesiastico, non poterit secularis terminum prefigere, intra quem debeat proponi, & pro-
a bari exceptio coram ecclesiastico [a]. Et sequuntur Ang. & Imo. ibi, Bal. in l. quoties. C. de iudi. & idem Bar. in l. preses. C. eo. Et per istum tex. dicunt Card. & Abb. in c. ij. circa fi. de eo qui mit. in poss. non valere statutum, quod qui obtinuit inhibitionem ab ecclesiastico, debeat intra certum terminum se expediuisse. Quod
1 declaratur [1], vt tradit Alex. post Salic. quem refert in l. Titia. ff.
4 so. matr. idem Alex. in l. de die. §. tutor. ff. qui satisd. cog. ¶ † Vltimo nota retento communi intellectu, quod terminus legitimus dicitur esse terminus, qui prefigitur ab homine: vt hic, ibi: ad terminum legitimum. Quod notandum est ad ea, que haben-
5 tur in l. iij. ff. de lega. j. † Glo. j. concludit quod iudex non possit recusari, licet commensalem habeat aduocatum alterius par-
2 tis [2], per textum in c. j. s. de offi. iud. vbi hoc videtur probari: & ibi But. in princ. Et in hoc gloss. communiter approbatur. Et sequitur Peru. in c. postremo. s. eo. in glo. in ver. aduocati. vbi infert quod iudex non poterit recusari, licet filius eius aduocatus sit alterius partis litigantis coram eo. Sed ista illatio non bene infertur: quia in filio vltra familiaritatem concurrit consanguinitas, & affinitas, & affectio paterna, que iudicem magis suspectum reddunt, argumen. l. fin. in princ. C. de cur. fur. & l. si quidem. ff. quod metus cau. Preterea contra gl. hic facit: quia potest iudex recusari si habet familiaritatem cum inimico aduersarij: vt tenet Io. And. in c. legitima. eod. titu. in vj. Bald. in l. sciendum. ff. de lega. cum concord. vt tradit Peru. in c. postremo. s. eod. in xliiij. causa recusati. Ergo videatur a pari dicendum quod sicut aduocatus potest recusari, ita etiam familiaris, & domesticus aduocati. Non obst. textus in d. c. j. de off. iud. quia dici potest quod loquatur in aduocato dato ex officio iudicis, qui prius noluit patrocinium suscipere: vnde non videtur talis aduocatus habere tantam affectionem ad causam, sicut ille, qui a principio propria sponte patrocinium suscepit. Sed tamen a communi opi. recedendum non est. Et ad rationem, que in contrarium allegatur, potest responderi, quod in amico, vel familiari inimici maior ratio videtur: quia amicus, & familiaris inimici, inimicus esse presumitur: vt not. Bal. in d. l. sciendum. & ratio presumptionis inimicitie magis intensa videtur. Non sic in amico, vel familiari aduocati: quia aduocatus non tractat propriam causam: & cum non agatur de proprio interesse, illa affectio, quam ad causam habere presumitur, non ita communicatur, & extenditur ad familiares eius. Et retenta conclusione gl. secundum Ant. de But. limitatur, nisi iudex, qui cum aduocato partis familiaritatem habet, esset nimis fauorabilis alteri parti, per istum text. hic. Nam ex eo solo quod iudex vni parti nimis gratiosus sit, suspectus redditur: vt probatur in c. accedens. vt lite non contest. Et si dicatur, ex quo ista causa sola sufficit, familiaritas aduocati nihil operatur. Potest dici quod stante familiaritate cum aduocato aduersarij, ex leniori fauore, redditur iudex suspectus: & totum videtur esse in arbitrio iudicis. Et etiam attenta qualitate aduocati, & maxima familiaritate iudicis cum aduocato, posset iudex recusari, per ea, que tradunt Host. & Ant. de But. in d. c. j. de off. iudi.
6 ver. econtrario. in fi. ¶ † In glo. in verbo, expectato. conclusio glo. communiter approbatur per Io. And. & alios, quod text. intelligatur de termino prefixo ab homine, qui preueniri non potest. c. sepe. s. eod. Nam si textus intelligeretur de termino iuris, prout dicebat Io. glossator, & sequitur Inn. ab ipso camerario appellante, de quo tex. loquitur, terminus preueniri simpliciter potuisset. vt Abb. dicit post Ioan. And. & alios hic. Dicit etiam, do. Abb. quod ex alio lectura Innoc. non procedit: quia

in termino iuris etiam appellatus quādocunque prosequi potuisset, & terminum preuenire, dummodo faciat appellātem citari in prosecutione appellationis: vt per eum hic. Sed ista ratio non multum facit: quia ea attenta etiam terminus hominis per appellantem potest preueniri, dummodo narretur, appellationem interpositam fuisse, & terminum ab homine cōstitutum esse: vt probatur in dicto cap. s. eodem. Et retento communi intellectu, quod text. loquatur de termino prefixo ab homine, intelligitur quod prefixus fuerit terminus ad prosequēdum, & finiendum appellationem. Sed in hoc Abb. discrepat: quia dicit ipse, si iudex terminum prefixisset ad finiendum appellationem in curia, partes nō impetrassent literas extra curiam. Unde, secundum eum, text. intelligitur, quod terminus prefixus fuerit ad prosequendum appellationem respectu impetrationis literarum, & ad redeūdum ab impetratione. Sed tamen verba litere repugnare videntur, dum dicitur quod iudex appellationis terminum prefixit, & quod vtraque pars esset ab appellationis prosecutione reuersa. Ista enim verba nō videntur solam impetrationem literarū respicere: sed ad expeditionem totius cause appellationis referuntur. Et idem videtur probari, dum tex. dicit, vt eam teneamur intra dictū terminum expedire. Non obstat ratio, quem Ab. contra communem intellectum adducit, quod extra curiam impetratio facta non fuisset, vt s. dictum est: quia licet appellatio ad curiam deferatur, non tamen causa ibi deuoluit, vt ibi agitetur: sed istud est in electione appellantis, vt causa committatur, vel ibi decidatur. vt per gl. in c. j. §. post hoc. in ver. petierit. in fi. eod. tit. in vj. & probatur in c. qua fronte. s. eo. Unde nihil obstat quin causa
7 extra curiam committi potuerit. ¶ † In glo. fin. postremo ex dictis Inn. quem Abb. hic refert, tria colligūtur. Primum
b est, quod notorium dicitur esse illud, quod ex actis b colligitur Innoc. hic, probat in c. cum olim. vbi Abb. j. de verbor. signific. not. Bal. in auth. ad hec. versi. quero nunquid ille. C. de vsu. vbi allegat tex. in l. qui sententiam. C. de pen. Ang. in l. fi. ff. de peti.
3 hered. in gl. fi. Et quod ex actis notorium fiat 3, etiam not. Angel. in consi. x. in causa predicta. & in cons. cclix. Primo videndum. circa fi. & idem Ang. in l. ij. in fi. C. de tempo. appel. Ro. in cons. cccxxvij. specialis. vbi allegat Inn. hic: & idem Abb. in consil. xij. & si copiosior. in ij. libr. Quicquid enim in iudicio probatum est, notorium esse dicitur, secundum Anto. de But. in c. fi. in vj. not. per illum text. de temp. ordi. Similiter euidens dicitur, quod patet ex actis: vt Bar. dicit in l. fin. ff. de public. iudic. Pro quo est text. in c. pe. in prin. de cau. poss. & propriet. Et predicta conclusio procedit quantum ad hoc, vt iudex ex officio suo supplere possit, prout statim dicam. Sed quo ad decisionē cause acta non faciunt rem notoriam, vt iudex debeat, secundum illa pronunciare, nisi sit conclusum in causa: vt tradunt d. de Rota in decis. cccxx. quam refert, & declarat domi. Abb. in d. c. cum olim. Et ad hoc est glo. not. in c. significauerunt. in verbo, liquere. vbi Abbas post alios s. de testib. Similiter, & secundo, predicta conclusio limitatur non habere locum in materia stricta: quia appellatione notorij in statuto, non venit notoriū, quod ex actis colligitur. Ita Abb. per illum text. dicit in c. du-
8 dum. el j. in nouis. de election. † Secundo notandum est, quod in notorio, quod ex actis colligit, iudex supplet ex officio suo,
c etiam nemine petente c. sequitur Ant. de Butr. in c. ex tenore, ver. nota hoc dictum. de rescrip. & in c. cum dilectus. vers. pridie dicebatur. de consue. vbi infert iudicem posse repellere testem consanguineum, quando constat ex actis. Et idem Anton. de Butr. in c. bone. el j. versic. procedunt hec, quando factum non est notorium. de postu. prelat. Et idem Angel. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. tradit Alexan. in l. j. C. vt que des. aduoca. Roma. in consil. cccxxvij. in fi. Et isto casu non requiritur quod notorium allegetur: vt voluit Ant. de Butr. in clem. appellanti. eod. titu. sequitur Rota eod. titu. in ij. decisione in nouis. in additionibus. Et predicta conclusio procedit, nisi causa exigeret formalem petitionem, vel exceptionē: vel quia inhabilitas non esset ipso iure, sed parte volēte: quia tunc iudex non supplet, nisi petatur: vt no. declarat Ant. de But. in d. c. bone. & in d. ca. dilectus. in locis preallegatis. Et dicitur pars petere, quando colligitur ex libello, vel exceptionibus, secūdum Bar. in l. si adulterium cum incestu. §. idem Pollioni. circa fin. vers. vltimo possemus. ff. de adult. Sequitur Rota in titul. de libell. obla. in vlt. decis. item si in libello. in nou. Tertio, & vltimo notādū est, quod qū ius partis redactū est in actis, iudex procedit etiā parte absente, tanquā super notorio. Et hoc intelligit quādo cōstat, absenti nullam defensionem competere: vt per Abb. hic. De quo dictum est in c. cum sit Romana. in fi. s. eod.

¶ Additiones.

1 ¶ Declaratur. Adde Dec. in c. ij. de iudic.

2 ¶ Partis. Vide eundem Dec. in c. postremo. j. eod.

3 ¶ Fiat. Adde Dec. in c. si quando. de offic. delega. & in c. pastoralis. s. de except. Sil. Ald.

a ¶ Ecclesiastico. [redacted]

b ¶ Ex actis. Vide Barba. in cons. xxxviij. incip. prelare scripsit Psalmista, secundo volu. vbi multa allegat, & ibi etiam consuluit quod lex, vel statutum prohibens aliquando dici de nullitate, intelligitur de nullitate notoria, seu euidenti, prout etiam vult Bal. in l. j. C. ne lic. tertio prouoc. Pan. in cons. xliiij. incip. in presenti questione. j. vol. & in consil. aiij. incip. in causa, que ad presens vertitur. in ij. vol. & nullitas cōstans ex actis dicitur euidens. in l. si pars. ff. de inoff. testa. & doct. in locis proxime allegatis, maxime per Barb. multa vbi s. alleg. & vide eundem Deci. in c. pastoralis. s. de except.

c ¶ Nemine petente. Adde quod iudex, etiam parte non petente, tenetur repellere actorem carentem actione, quādo constat ex actis. gl. est ordi. in l. vbi pactum. per quam doct. inferunt in specie ad multas questiones, maxime ibi Jas. C. de transac. Et istud procedit, & extenditur, etiam si competat actio, sed inefficax. Ita Fel. in c. ad aures. j. col. vers. stantibus istis. vbi declarat postea tripliciter hanc decisionem. extra. de rescrip. [redacted]

1 ☞ Pertinere, hoc verbum in quibus possit verificari.
2 Patronus ecclesiasticus debet habere curam ecclesie vacātis.
3 Possessio acquiritur Abbati per Monachos, sicut per seruum domino.
4 Possessio semel acquisita per aliū, potest acquiri per seipsum.
5 Appellatio potest geminari super vno articulo.
6 Appellatio extraiudicialis deuoluit negocium ad superiorē, si fuerit interposita ex causis probabilibus.
7 Remedium attentatorum competit etiam cōtra tertium, qui successit in re attentata.
8 Et per hoc remedium cogitur quis ad restitutionem fructuū, quos medio tempore percepit.
9 Appellatio extraiudicialis iustificatur ex causis verisimilibus: sed in iudiciali debet esse causa vera. item differunt, vsque ad num. 18.
19 Appellatio si interposita fuerit ab vno articulo separato a causa principali, an iurisdictio in causa principali suspendatur in totum.
20 Custodia ecclesie cathedralis, vel collegiate vacātis, ad quem pertineat.
21 Quid si sit ecclesia non collegiata.
22 Solutio pensionis an probet possessionem.
23 Causa verisimilis que, & qualis dicatur.
24 Appellatio extraiudicialis vt reputetur legitima, requiritur quod sit probabilis, & verisimilis copulatiue.

1 

one memorie. ¶ † In textu ibi: asserit pertinere. hoc verbum verificatur etiam in eo, ad quem tantum pertinet ratione iuris patronatus secundum Bal. hic arg. tex. not. in l. talem. §. fin. ff. de here. inst. Et videtur probari hic, intelligendo quod Abb. peteret ecclesiam ratione iuris patronatus. Et hoc idem in terminis voluit Archidia. per illum text. in ver. pertinet. in c. si apostolica. & sequitur Do. ibi, versi. quero de quibus. de preb. in vj. Si etiam ratione iuris patronatus libellus procedit, in quo patronus ecclesiam suam dicit, secundū Abb. in c. pro illorum. in j. not. infra de preben. Et hoc etiam locum habet in patrono laico: quia verba libelli intelliguntur se-
1 cundum capacitatem agentis 1: vt inquit Anto. de But. in c. querelam. in ij. not. de elect. Et ideo, secundū eum, si laicus narrat ad se spectare ius eligendi, intelligitur pro iure presentandi, quod etiam in laicum cadit. Iste tamen text. pro dicto Bal. parum facit: quia Abb. hic, non ecclesiam ipsam, sed possessionem ecclesie dicebat ad se pertinere: & ideo in sola possessione verbum, pertinere, verificatur: vt not. Ant. de But. in d. c. querelam. vers. nota quarto. cum si. vt tradit Alex. in cons. cxvij. visis his. lib. v. Et hoc isto casu clarum est, quia text. specialiter se restringit ad possessionē ecclesie, quam Abb. ad se dicebat pertinere. Et ad predicta facit gl. in c. inter dilectos. in verbo, pertinere. de fid. instru. & in l. si quis intentione. vbi Bar. & alij. ff. de
2 iud. cum si. ¶ † Primo no. secundum vnum intellectum, quod patronus ecclesiasticus debet habere curam ipsius ecclesie va-
3 cantis. de quo in gl. ¶ † Secundo no. quod Abbati per mona

chos

chos possessio acquiritur, sicut domino per seruũ, ⁊ patri per
filium in potestate.l.j.§.item acquirimus.ff. de acquir. possess.
Et ideo quantum ad istam acquisitionem non refert an mona
chus seruo equiparetur: vt per Inn.in c.cum olim.de priuile.
not.Bart.in l.j.ff.de stipu.seruo.in l.cum heredes.ff. de acquir.
poss.cum simil.vel filiofamilias: iuxta not.per Bart. in l.j.ff.de
vul.⁊ pupil. Et equiparatio hic non cadit, ex quo text.expresse
dicit, quod Abbati per monachos possessio queratur: licet pos
sit considerari quantum ad rationem, qua potuit moueri sum
4 mus pontifex hic. ¶ † Tertio nota quod possessio semel acqui
sita ex persona alterius, iterum ex propria persona acquiri po
2 test.[2] Quod nota ad ea, que habentur in l.iij.§.ex pluribus.ff.
5 de acqui.posses. ¶ † Quarto nota quod super eodem articulo
quis appellationem geminare potest. De quo videbimus in
3 fine, per do.Abb.hic. Nam quandoque actus reiteratur[3] ad
maiorem cautelam. Unde institutus, qui reperitur in posses-
sione beneficij, potest petere de nouo se institui, ⁊ ex vtraque in
stitutione poterit se tueri. Et isto casu non habet locum quod
dicitur in capitu.eum, qui duas.de elect.in vj. Ita no.Card.di
cit in cap.post electionem.de conces.preben.vbi refert pro di-
cto singulari, ⁊ sequitur Inno.versi.vltimo.per istum textum.
Idem Abb.ibi in iiij.not.⁊ in cap.cum olim.el ij.de priuileg.
Lapus allega.cxxxij.in ver.ad secundam questionem. Cal.in
consi.vij.in titu.de electio. Roma.in consi.ccccxxxiij.quo ad pri
mum.in secundo dubio. Domi.in dicto cap.eum, qui duas.
Quod declaratur vt per Rom.in consi. cccl.in casu proposito.
in ij.dubio.⁊ per do.Abba.in c.cum olim.in glos.in ver.exclusio-
nem.de re iud. Et de hoc not.Calder.in consil.vij.in titu.de ele
ctio.Domin.in d.c.eum, qui duas. Sic etiam quis pluries legi
4 timari[4] potest: ⁊ ex pleniori, ac validiori legitimatione se tue-
ri poterit: vt tradit Pau.de Cast.in cons.ccxxij. viso testamen
to.circa fin.vbi allegat in simili notata per Innocentium in c.
6 cum ex officij.de prescrip. ¶ † Quinto no.quod licet appella-
tio extraiudicialis dicatur prouocatio ad causam, c.cum sit.s.
eod.tamen deuoluit negocium ad superiorem, si ex verisimili-
bus, ⁊ probabilibus causis interponatur. Ita Abb.hic post a-
lios per istum tex.not.per gloss.in c.concertationi. in ver.gra-
uatum.in fi.eod.tit.in vj.tradit ibi Dom.post Archid.⁊ prose-
7 quitur Peru.hic, in xxij.⁊ xxiij.q. ¶ † Sexto not.quod via at
tentari etiam competit contra tertium, qui in re attentata suc
cessit: vt patet hic in archidiacono, qui non spoliauit, ⁊ tamen
pretextu appellationis conuenitur. Et in hoc remedium attẽ-
tati plenius prouidet, quam interdictum recuperande posses-
5 sionis[5]: vt dicit Inn.in c.dilecti.de ma. ⁊ obe.Old. sequitur in
consil.cxcix.pro fundamento.in prin.⁊ tradit Rota in ij. decis.
item fuit dubitatum.de restit.spol.in nouis.Cardi.in cons.x.in
8 themate premisso.de quo inferius dicam. ¶ † Septimo nota
quod per remedium attentati condemnatus cogitur ad resti-
tutionem fructuum, quos medio tempore percepit. Et secun-
dum Bald.hic debent fructus restitui expensis illius, qui attẽ
tauit, per text.hic, dum dicit, fructus assignandos. Nam si fru-
ctus assignare tenet, ergo intelligitur suis expensis: quia quan
do quis tenetur aliquid facere, expensis eius intelligitur, nisi
aliud dicatur: vt est doctrina Archid.x.q.iij.in c.cauendũ. Fa-
cit quod de decimis not.glos.in vers.in horrea. in c. reuertimi-
ni.xvj.q.j.⁊ quod not.Ant.de But.in c.proposuit. de consecra.
eccle.vel alta.de eo, qui ecclesiam polluit: quia debet suis expen
9 sis reconciliari. ¶ † Ultimo no.secundum Abb.quod appel-
latio extraiudicialis ex verisimilibus ⁊ probabilibus causis iu
stificatur. Secus est in iudiciali: quia causa debet esse vera: vt
in c.vt debitus.j.eod. Et ratio diuersitatis, secundum Abbat.
hic, videtur quia in appellatione iudiciali fit iniuria iudici, si
ab eo sine causa vera recedatur.d.c.vt debitus. Sed in extraiu-
diciali appellatione hoc cessat, quia non fit alicui iniuria: ideo
sufficit habere causam verisimilem appellandi. Sed ista ratio
dubitabilis videtur: quia si causa verisimilis, ⁊ pbabilis, in ap-
pellatione extraiudiciali sufficit ad hoc, vt attentata cõtra ap
pellantem reuocentur, vt in c.cum nobis.de elec.⁊ ita facultas,
que parti competit iure proprio, iniuriam eius impedit: ita de
beret impediri officium iudicis in appellatione iudiciali ex
causa sola verisimili, ⁊ pbabili, que a principio considerat. An
de melior ratio videtur, quia text.hic, loquitur quantũ ad hoc,
vt attentata reuocentur: ⁊ isto respectu sufficit, appellationem
interpositam fuisse ex causa verisimili, ⁊ probabili. Et idem est
in iudiciali: quia interim suspẽditur iurisdictio iudicis, a quo
appellatur, ⁊ nihil innouandum est. c. venientes. s.de iureiur.
⁊ in tit.ff.nil no.appel.pen. Sed quantum ad hoc vt appellans
obtineat in causa appellationis, debet causa appellationis es-
se vera, ⁊ probari. Ita videtur loqui text. in d.c.vt debitus. Et
idem isto respectu dicendum est in extraiudiciali: quia ad hoc
vt iustificetur appellatio, grauamen debet probari.c.concerta-
tioni.vbi Do.in vj.not.eod.tit.in vj.facit tex.in cle.sicut. eod.ti
tu. Et hoc modo non videtur differentia inter appellationem
iudicialem, ⁊ extraiudicialem, retenta conclusione quod appel
latio extraiudicialis, ex causa verisimili ⁊ probabili iustificetur:
vt hic dicitur, ⁊ declarat Abb.in cap.cum nobis.ver.item est
alius effectus.de elect.ponendo exemplum secundum dictum
Inno.ibi: si appello, ne fiat electio in tali loco propter timorẽ
impressionis: ⁊ canonici non obstante appellatione eligunt in
tali loco nulla interueniente impressione: debet tamen talis ele
ctio retractari, cum tempore appellationis interposite, de im-
pressione verisimiliter timeretur, per istum tex.hic: ⁊ no. etiam
Abb.in ca.primo in tertio intellectu.supra eo.vbi tamen hoc,
secundum eum, limitatur non procedere, quando presumptio
esset contra appellantem: quia tunc appellatio non iustifica-
tur, vt attentata reuocentur, nisi de veritate cause probetur.
Allegat decisionem Rote, item si rector est.xxxv.eod.tit.in no
uis. Nam tali casu non videtur appellatio verisimilis, nec pro-
babilis: quia ius commune resistit.cap.ad decimas.de restitu.
spolia.lib.vj. Facit quod notat Rota in decisio.vj.item si quis
petit.de senten.excommu.in nouis.vbi allegat Innocen.in ca
pitu.solet.de senten.excommu.in vj. Et de his videbimus in gl.
10 fin. † Secunda differentia est in nomine, vt Abb.hic tradit, cu-
ius ordinem more solito prosequar. Nam proprie appellatio
in iudicio dicitur, extra iudicium prouocatio ad causam ap-
6 pellatur[6].c.cum sit.supra eo.vbi dictum fuit.not.Bartol.in l.
fin.ff.de appella.reci.Lapus allegatione xxxix.an valeat.Car
di.in cle.sicut.in princip.eod.titu. Ex quo Abbas hic, ⁊ in d.c.
cum sit.infert quod in materia odiosa sub nomine appellatio-
nis, appellatio extra iudicium non venit: in quo tamen puta-
rem quod subiecta materia deberet attendi: que si ita conueni-
ret appellationi extra iudicium, sicut in iudicio, vtroque casu
statutum haberet locum: quia in pluribus conueniunt appel-
latio iudicialis ⁊ extraiudicialis, vt dicit Anto.de But.post
Inno.in dicto cap.cum sit. Quid enim si statutum prohibe-
ret ne a grauamine posset appellari post quatuor dies. Certe
etiam hoc videretur habere locum in appellatione extraiudi-
ciali: cum in hoc a lege parificentur.c.concertationi.eod.titu.
11 in vj. † Tertia differentia est, quia appellatio iudicialis per
oblationem probationis exceptionis proposite iustificatur.c.
interposita.infra eod. Secus est in appellatione extraiudicia-
li: quia iudex ibi non reperitur, qui probationes recipere pos-
sit: vt Abb.concludit hic post Inn.in pluribus locis, quos re-
fert idem Abb.in d.c.interposita.⁊ in capit.j.supra eod.in cap.
cum inter canonicos.circa fin.de elect.Anto.de Butr.⁊ Imo.
in cap.j.de his, que fiunt a ma.par.cap. Ista differentia vide-
tur dubitabilis: quia non potest bene verificari. Aut enim cõ-
sideratur appellatio extraiudicialis secundum regulam, que
hic ponitur: ⁊ appellatio iustificari videtur ex oblatione pro-
bationis: quia talis oblatio videtur facta ex abundanti, ex quo
veritas cause non debet probari. Aut consideratur appellatio
extraiudicialis quod habeat presumptionem iuris contra se:
quo casu requiritur quod veritas cause probetur, secundum su
pra dicta in prima differentia: ⁊ tali casu si dicatur quod ex so-
la oblatione probationis appellatio non iustificetur, idem erit
in iudiciali appellatione: quia quando presumptio est contra
appellantem, etiam appellatio iudicialis ex sola oblatione
probationis nõ iustificatur, ⁊ nõ habet locũ.c.interposita.vt di
cũt notãter Ant.de Bu.⁊ Imo.in c.j.per illũ tex.de his, que fi.
12 a ma.par.cap. † Quarta, ⁊ quinta differentia est de apostolis,
vt per Abbatem hic. Nam apostoli, dicuntur litere dimisso-
rie, vt declarat Abb.hic, ⁊ est text.in l.j.ff.de libell.dimissor.ibi:
quas literas dimissorias, siue apostolos appellant: ⁊ colligitur
in rub.j. de libell.dimiss. qui dicuntur apostoli. Απόςελοι enim
Grece, Latine dicuntur missi: vt not. per gloss. in l.preses.vbi
Albe.C.eod.titu.Archid.in c.fundamenta.de elec.in vj.⁊ idem
Alber.in dictionario, in ver.Apostoli. Et licet in appellatio-
ne extraiudiciali proprie non cadant apostoli, vt declarat Do
min.c.j.in glo.in verbo.vel extra.eod.titu.in vj.tamen etiam in
extraiudiciali appellatione tutius est quod apostoli petantur,
si quis sit, qui illos dare possit.secundum Ioann. And.in d.c.j.
13 ⁊ est glossa in c.vt super.in verbo, iudex: eod.titu.in vj. † Sexta
differentia est, quia extra iudicium appellatio generalis, ⁊ in-
certa admittitur respectu personarum, ⁊ grauaminis, vt hic:
sed in iudicio debet esse certa, ⁊ specialis.c.vt debitus. infra eo.
Hoc videtur procedere in appellatione, que a futuro graua-
mine interponitur, vt hic loquitur. Secus videtur quando
extra iudicium appellatur a grauamine preterito: vt no.in cle.
sicut.eod.tit. Preterea etiam quando a futuro grauamine ap-
pellatur, non procedit generalis appellatio, ⁊ incerta, prout

verba sonant. Primo, respectu personarum: quia debet fieri in presentia illius, de quo suspicatur c. cum nobis. de electio. vel saltem illi debet intimari: vt dicunt Anto. de Butr. et Moder. hic. Facit text. in clem. j. eod. tit. alias propter probabilem ignorantiam attentata contra appellationem non essent reuocanda: vt tradit Rota in decisio. xxxiij. item quod attentata. eod. titu. in nouis. Item respectu grauaminis specificatur, scilicet respectu possessionis, vt hic dicitur. Et licet textus generaliter dicat de verisimilibus, et probabilibus causis, tamen intelligitur quod causa exprimatur, et nominetur: quia textus dando doctrinam procedit. Sic etiam in d. c. vt debitus. simpliciter dicitur quod causa probabilis debet allegari, et proponi corā iudice, et tamen intelligitur quod nominatim exprimatur. De septima differentia Abb. se remittit ad c. quod proxime sequi
14 tur, vbi videbimus. † Octaua differentia est de excommunicato. qui extra iudicium non appellat: de quo diximus in c. cum
15 inter. de except. et prosequitur Perus. hic in versicu. xj. † Nona differētia est, quia extra iudicium appellatio interponitur ratione cause de futuro, quando verisimiliter quis timet grauari, vt hic: et declarat Barto. in l. fina. de appel. recip. sed in iudicio ex causa tantum de preterito, d. c. vt debitus. Ista differentia videtur dubitabilis: quia etiam in iudicio a futuro grauamine ex causa verisimili et probabili videtur posse appellari. Hoc patet in capitulo, cum cessante. infra eod. vbi appellatur a grauamine comminato per iudicem. Et idem videtur probari in c. j. de oblat. ibi: timente se grauari a iudicibus. Nam in talibus causis appellatio admitti videtur, quia verisimilis est: et eadem videtur esse ratio, que est in appellatione extraiudiciali. Et hoc videtur tenere do. Abb. in c. significauerunt. de testi. quia appellatio a futuro grauamine conditionalis est, et in effectu confert post grauamen illatum. Facit text. in l. quod spōse. de dona. ante nupt. Si vero causa non esset verisimilis, et probabilis, non procederet appellatio a futuro grauamine. Et ita haberet locum opi. illorum, qui dicunt a futuro grauamine in iudicio appellari non posse: quos late refert Peru. in c. vt debitus. versīc. secundo queritur. infra eod. de cuius veritate la
16 tius ibi videbimus. † Decima differentia est: quia in iudiciali currit terminus a die interposite appellationis: sed in extraiudiciali a die illati grauaminis, pro quo appellatur. clem. sicut. eod. titu. Et hoc intelligitur, quando appellatur a grauamine futuro: vt dicit text. in d. clem. sicut. Si ergo a futuro grauamine in iudicio posset appellari ex causa probabili, et verisimili, vt supra proxime dictum est, ita esset dicendum in iudiciali ap
17 pellatione. d. clem. sicut. † Vndecima differentia est respectu suspensionis: quia appellatio iudicialis in totum suspendit. c. venientes. supra de iureiuran. De quo Abb. se remittit ad c. super eo. supra eo. Sed in appellatione extraiudiciali factum de preterito non suspenditur: vt probatur in c. constitutis. supra eod. vbi non suspenduntur futura cōsecutiua ad actum de preterito. Nam, vt patet ibi, si appellatur a collatione beneficij, vel a confirmatione electionis, non suspēditur actus inuestiture, vel traditionis possessionis: quia ista sunt consecutiua ad actū in preterito: ergo pariter non videtur suspensa ipsa collatio, vel confirmatio electionis. Et ita sequitur Perusi. in xiij. q. circa fin. Sed tamen talis differentia non videtur de iure probari: quia preterita suspenduntur quantum ad actum de futuro, vt nihil innouari possit pendente appellatione. l. j. et per totum ff. nil no. appella. penden. Et hoc videtur habere locum ita in appellatione iudiciali, sicut in extraiudiciali, quando attentata sunt contra appellationem. d. c. cum nobis. Non obstat text. in d. c. constitutis. quia varios habet intellectus: et secūdum intellectum Imo. qui videtur approbatus communiter, ita haberet locū in appellatiōe iudiciali, sicut in extraiudiciali: quia illa, que ibi innouantur, sunt consecutiua ad actum de preterito. Preterea, appellatio ibi frustratoria fuit: quia, vt ibi dicitur, causam expressit non legitimam: non ergo mirum, si effe
18 ctum suspensionis non inducit. † Duodecima differentia est
a respectu reuocationis [a] attentatorum. Nam in iudiciali appellatione omnia attentata post appellationem simpliciter reuocantur: sed in extraiudiciali illa duntaxat debent retractari, que fiunt contra appellationem. capi. cum nobis. supra de election. Anton. de Butr. in d. c. cum nobis. in secundo notabili, videtur velle quod etiam in iudicialibus tantum suspēdat illud quod est contra appellationē. Vnde si appellatur quod Titius in testem non recipiatur, quia criminosus sit: nihil obstat quin alij testes recipi possint, et in causa principali procedatur: quia articulus appellationis separatus videtur a causa principali: ideo causa principalis suspensa non intelligitur: vt not. in c. super eo. el j. supra eod. Sed prima opin. communiter approbatur: et ita tenent Innoc. et Abb. post alios in d. c. cum nobis. idem Abb. in c. j. supra eod. et in c. cum I. et A. supra de re iudicata. Et hoc etiam verius videtur: vt in xiij. q. Perus. hic concludit: quia iura simpliciter dicunt quod post appellationem suspensa est iurisdictio iudicis a quo c. venientes. de iureiurando. Et ideo simpliciter iura dicunt debere reuocari quicquid post appellationem attentatum sit: vt in c. significante. in cap. Rodulphus. de rescrip. et in c. significauit. supra eod. Et rationem diuersitatis isto casu Innocent. adducit in c. quia propter. in fi. de electio. quia appellatio extraiudicialis non debet generaliter suspendere potestatem competentem parti, sed sufficit quod appellantem defendat, ne opprimatur circa idem, super quo appellatur: in alijs pars appellata iure suo vti posse debet. Sed in appellatione iudiciali in totum iurisdictio suspēditur, vt supra dictum est. Et si dicatur quod predicta ratio, que consideratur in appellatione extraiudiciali, etiam videtur procedere in iudiciali: quia satis esse videtur quod appellans defendatur circa idem, super quo appellauit. Ad hoc Abb. respondet in d. c. cum nobis. in glos. j. quod aliud sit in iudiciali: quia cum iudicium reddatur in inuitum. l. inter stipulantem. §. si Stichum. de verbo. obligatio. Si iste qui appellauit in vno articulo, cogeretur litigare coram iudice a quo in alio articulo, grauatus esset dupliciter: quia cogeretur pro eadem causa litigare coram diuersis iudicibus. Et quia fuit grauatus super vno articulo, non debet compelli litigare super alio eiusdē cause: in appellatione vero extraiudiciali ista cessant. Et hanc dicit esse optimam rationem diuersitatis, quam sequitur Perus. hic, in xiij. quest. dicens quod ex quo iudex grauauit appellantem in vno articulo, in alijs redditur suspectus. capi. ad hec. et c. proposuit. supra eod. ideo non debet cogi coram eodem iudice in alio articulo litigare. Non sic in extraiudiciali: quia in alijs pars appellata suo iure vti potest. Predictis non obstantibus opin. Anto. de But. videtur sustentabilis. Et in hoc
19 vis tota consistit, † nunquid si appellatur in vno articulo separato a causa principali, in totum suspendatur iurisdictio in causa principali. Et communis conclusio videtur esse quod non: vt est text. in c. super eo. el j. supra eod. secundum intellectū Ant. de But. qui communiter approbatur, vt ibi dictum fuit. Vnde si appellatur a condemnatione expensarum ratione cōtumacie, non videtur suspensa iurisdictio in causa principali. Appellatio enim videtur limitata respectu grauaminis illati: ergo limitatum effectum producere debet. l. in agris. ff. de acquiren. rer. dom. Ideo nihil obstare videtur quo minus actus valeat, et reuocari non possit: dummodo non sit contra appellationem. Et ratio, que consideratur in appellatione extraiudiciali, etiam videtur procedere in iudiciali. Et ad hoc bene facit, quia appellatio, que pendet in vna causa, non suspendit iurisdictionem iudicis a quo in alia causa cōtra ipsum appellantem. c. ad hec. et c. proposuit. supra eod. Ergo idem dicendum est, quando articulus appellationis est separatus a causa principali: quia propter separationem idem, quod de causa penitus diuersa iudicatur. l. etiam. ff. de mino. cum simil. Non obstat quod iura generaliter dicunt attentata post appellationem debere reuocari: quia intelliguntur quando sunt contra appellationem. Et ita loquitur text. in d. c. venientes. Secus si nō sint contra appellationem: quia valent cum effectu, cum in eis non sit suspensa iurisdictio, d. c. super eo. Non obstat quod appellans cogatur litigare coram diuersis iudicibus: quia ex quo articulus separatus est, causa diuersa videtur. Et quando cause sunt diuerse, hoc toleratur d. c. proposuit. et c. ad hec. Non obstat quod iudex a quo reddatur suspectus: quia fateor quod poterit recusari, secundum quod dicitur in d. c. ad hec. Sed per hoc iurisdictio iudicis suspensa non videtur: vt probatur in dictis iuribus. Et in hoc decipitur Perus. et Abb. in d. cap. cum nobis.
20 ¶ † In glo. ij. circa ea, que Abb. de custodia ecclesie hic scribit, prima conclusio sit quod in ecclesia collegiata cathedrali vacāte sede, capitulum habet custodiam ecclesie vacantis. xij. q. ij. c. non liceat. Generaliter enim in administratione capitulum succedit. c. pen. et fin. de prebend. in vj. Sic etiam in capitulo ecclesie inferioris, secundum Ab. hic, post antiquos, quos refert: et idem Abb. in c. cum dilectus. in glos. j. de consuetud. et in c. ea, que. de statu monach. in c. his que. de maior. et obed. Cardi. post alios in clem. ne in agro. §. Abbate. in ij. q. de statu mona. Et in terminis de custodia ecclesie, tenet Imo. post Ioan. Andr. in c. vnico. vt eccles. benef. Et ideo capitulum poterit ecclesiam alicui commendare, donec de rectore prouideatur: vt Abb. hic in fine concludit. Licet enim capitulum non succedat in potestate conferendi beneficia ad collationem prelati spectantia, c. illa. ne sede vacante. tamen potest capitulum beneficium alicui commendare: vt per Ioannem Andream in c. vnico. ne sede vacan. libro sexto. Sequitur etiam Abb. in d. c. illa. idem tenet

Fede. in

Fede.in tract.permut.beneficiorum.q.xxxviij.Archid.xxiij.di
stinctio.in c.presbyteri.Domin. in c.j.xv.q.de maior.⁊ obed.in
vj.⁊ in d.c.vnico.§.j.versicu.an capitulum. Et hoc verum est in
cõmenda,que fit ratione custodie,vt supra dictum est:sed com
menda, que fit in titulum commendationis, per capitulum
fieri non potest:vt tenet Domin.post alios,quos ipse refert in
c.nemo deinceps.circa fin.de electio.in vj. Similiter conclusio
predicta locũ habet, nisi prelatus remotus sit propter malam
administrationem:quia tunc mala suspicio insurgit cõtra ca-
pitulum,quod tacuit:ideo tali casu in administratione nõ suc
cedit.cap.ea,que.vbi Abb.de statu monach.⁊ idem Abb.hic.⁊
in cap.cum dilectus.in iij.notab.per illum textum de rescript.
21 Imol.in dic.ca.vnico.vt eccle.benefic.† Secunda conclusio sit
quod in ecclesia non colligiata custodia ecclesie vacantis per-
tinet ad prelatum,qui habet ius conferendi in tali ecclesia.gl.
no.in cap.cum vos.vbi Abb.post Joann.Andr.⁊ alios,de of-
ficio ord.idem Abb.hic.Et in hoc prelatus prefertur patrono
habenti ius presentandi:quia plus iuris habet in concessione
prelatus,quam in presentatione patronus.c. dilectus filius.§.
de offi.delega.Nisi patronus ecclesiasticus sit:quia ipse custo-
diam habet:vt tenet Abb.hic,per istum text.secundum vnum
intellectum.Innocen.in c.vnico infra vt eccle.benefic.⁊ bonus
text.in cap.cum vos a contrario sensu ⁊ ibi Abb.supra de offic.
ordi.Et ad hoc bene facit:quia patronus ecclesiasticus ratio-
nem administrationis petit in temporalibus. c. cũ ⁊ plantare.
§.in ecclesijs.de priui.⁊ in ca.in Lateranẽ.de preben.vbi Abb.
dicit secus esse in patrono laico,per tex.in ca.nouerint.x.quest.
pri.not.Abb.in c.ex literis.in iiij.notab.⁊ in cap. cum pars.in
v.differentia.de iure patro.ergo a fortiori habebit ecclesiasti-
cus patronus custodiam ecclesie vacantis.Et ita arguit Abb.
hic.Sed tamen predicta differentia inter patronum laicum ⁊
ecclesiasticum in dictis duobus casibus non videtur bene pro-
bari de iure.Nam ratio,que allegatur ꝙ potentius sit ius in-
stitutionis,quam presentationis,dic.c.dilectus filius.etiam in
patrono ecclesiastico militat:imo ius patronatus laicorum vi
detur esse firmius,⁊ maioris virtutis,quam sit ius patronatus
ecclesiasticum:vt not. in c.cum dilectus.de iure patro.⁊ tradit
glo.in cle.ij.de preben.Et ipse etiam laicus patronus tenetur
bona ecclesiastica defendere.xvj.q.vij.capi.filijs.ergo etiam ad
illum custodia ecclesie vacantis pertinere videtur.Sic etiam
videtur ꝙ possit exigere rationem temporalium:quia ista de-
fensionem bonorũ ecclesie respiciunt.Non obstat text.hic:quia
in textu de iure patronatus nihil habetur.Et dato quod Ab.
hic in textu allegaret ius patronatus hic,non negatur idẽ esse
in patrono laico.Non obstat tex.in c.cum nos.quia ex glos.j.ibi
responsio colligitur.Non obstat quod ecclesiasticus exigat ra-
tionem temporalium:quia hoc negari potest.Nam iura supra
allegata loquuntur in religiosis, qui ecclesias habẽt subiectas
in temporalibus:vnde tali casu bene cõgruit ꝙ exigant ratio-
nem de temporalibus. sed quando sunt simpliciter patroni,
nullo modo de temporalibus se intromittunt.dicto cap. noue-
rint.⁊ in capitu. preterea.de iure patro.Preterea,dato quod
ecclesiasticus rationem peteret,idem esset dicendũ in patrono
laico,per supra dicta.Et tenendo hoc,non obstat text.in d.ca.
nouerint.quia loquitur quantũ ad hoc,vt ipsi patrono de bo-
nis tẽporalibus nihil applicetur. Secus vero videtur quo ad
redditionem rationis simpliciter:quia in hoc vtilitas ecclesie
versatur.Et hoc respicit defensionem bonorum ecclesie:que de
fensio etiam patrono laico incumbit.xvj.q.vij.cap.filius.Et ad
hoc specialiter videtur tex.in ca.ex literis.in fine de iure patr.
22 prout illum text.induxi in ca.de monachis.de preben.¶† In
glo.in ver.vnam procurationem. Notandum est quod solutio
b pensionis[b] non probat possessionem.Ad idem glo.in cap.cum
Bertoldus.in ver.iure.supra, de re iudi. Nã solutio pensionis
pluribꝰ ex causis fieri potest.Unde solutio indeterminata non
probat possessionem.nec rei subiectionem.vt per Abb.hic infe
rentem contra Bald.in l.solent.ff.de offi.procon. Idem Abb.
in c.ij.in fi.infra.de censib.in ca.fi.in ij.notab.supra de cau.poss.
⁊ propr.in ca.quanto.in ij.notab.de censib.⁊ tradit Calder.in
consi.v.in titu.de priui.Et hoc,nisi essent alie coniecture subie-
ctionis.Et ita dictum Baldi saluari potest,secundum Abba.
in d.ca.fin.in iiij.notab.⁊ latius in consil.cij.in causa,que verti-
tur.lib.pri.Et quod glo.dicit de possessione,procedit prout gl.
hic loquitur,quando alius reperitur possidere.Et ita Barto.
concludit in l.quãuis.§.j.in l.qui vniuersas.§.colonũ.ff.de ac-
quiren.posses.Sed si alius non reperitur possidere,ex solutiõe
pensionis possessio probatur,secundum Bartol.in locis pre-
allegatis.⁊ not.dom.Abb.in capitulo cum venissent.de restit.
spoliat. Et isto casu procedit dictum Bald.in l. Pomponius.
per illum textum.ff.qui.mo.vsufru.amit.vbi simpliciter dicit
quod per receptionem pensionis possessio probatur, etiam cõ
tra tertium.Et not.Fulgos.in consil. cxciiij.proponitur.Bal.
in consil.cclxxx.statuto cauetur.circa fin.lib.iiij.Contra ipsum
c vero soluentem[c] possessio indistincte bene probatur: vt notat
Ange.in d.l.quanuis.§.j.vbi Alexand.⁊ idem Abbas in dicto
capit.cum venissent. Et si longo tempore pensio soluta sit pro
aliqua re,non solum possessio, sed etiam dominium probatur
d contra soluentem.l.litibus[d].C.de agri.⁊ censi.libro xj.vbi Bar
e tol.dicit notabiliter ex hac litera,quod si per decem annos[e] re
spondisti mihi de pensione tanquam colonus, vel inquilinus,
ex hac diuturna solutione probatur, te esse colonum,vel inqui
linum meum. Et per illum text.in dicta l.litibus. idem voluit
Bald.in l.j.versicu.pone,quidam soluit ecclesie.C.de fideicom-
miss.dicens quod probatur directum dominium absque eo ꝙ
appareat de alia concessione. Idem Bald. in l.si certis annis.
C. de pact. vbi dicit hoc notandum esse pro emphyteutis, qui
instrumenta emphyteuticaria perdiderunt.Et idem Ange.in
l.qui aliena.§.j.ff.de acquir.heredi.vt refert pluries de facto se
habuisse.⁊ idem Angel.in §.emphyteusim.in authen.de non a-
lie.versi.sed tunc quero.Et hoc originaliter prius voluit Spe-
cul.in titu.de emphyteu.§.nunc aliqua. versicu.lxiiij.⁊ versicu.
cxlij. Et secundum istam conclusionem consuluit Ro.in cons.
cxxvij.posito quod dominium rei.⁊ late do.Ab.in cons.lxxiiij.
duo principalia. in primo dubio. Et ibi refert,quod si talis a
solutione desistat per biennium,iure suo priuatur. Et ita supe
rioribus annis hic Pisis consului. ¶ In glos.in ver. in eum
statum.planus intellectus videtur,cui verba litere correspon-
dent,quod hic appellatio fuerit generalis,vt patet ibi:ne quis
eos molestaret. ⁊ ideo porrigitur etiam ad istum archidiaco-
num detinentem rem,pro qua appellatum fuit.Nam satis di-
citur molestare archidiaconus detinendo possessionem, ⁊ im-
pediendo Abbatem,⁊ monachos,vti sua possessione.l. vim fa-
cit.ff.de vi,⁊ vi arma. Et ita Abbas post Innocen. hic,⁊ glos.
in d.c.non solum.in glos.magna.circa princ.⁊ sequuntur Inn.
⁊ Moder.hic.Iste tamen intellectus videtur procedere,dum-
modo appellatio interposita generaliter postea intimetur, ⁊
notificetur illi a quo attentata petũtur reuocari:alias propter
ignorantiam ipsius attentantis attentata retractari non pos-
sent:vt tradit not.Rota in decisione xxxviij. item quod atten-
tata.eod. titu. in nouis. Et quod intimatio requiratur, etiam
tenet Anton.de Butr.hic.Facit text.in clem.j.eod.titu. Licet
enim aliquid fieri possit parte absente,tamẽ postea debet ei no
tificari:vt per Bald.in l.eos.§.apostolos.C.eod.in authenti.ei,
qui.C.de tempo.appell.cum similib.vt tradit Alexand.in con-
silio xxxix. incipiente, viso themate. libro primo, in consilio
lxj.in causa,⁊ lite.libro tertio,⁊ in consilio lxxxvij.viso themate
supra scripto. libro quinto. Facit quod notat Rota in deci-
sio.xiij.item licet in causa beneficiali.in titu. de dolo,⁊ contum.
Et dum Abb.concludit quod vtilius est, si agatur remedio at
tentatorum,quam interdicto vnde vi:patet ex pluribus diffe-
rentijs,quas refert,⁊ latius prosequitur Peru.hic,⁊ colligitur
ex his,que Innocen.tradit in c.dilecti.de maiori.⁊ obed. Old.
in consil.cxcix.Rota in ij.decisione.de rest.spol.in nouis. Car-
dina.in consil.x. ⁊ dictum fuit Innoc. Et hec de plano proce-
dunt respectu interdicti vnde vi,prout doct. loquuntur ⁊ hic,
⁊ in locis preallegatis. Sed potest dubitari an istud remediũ
7 attentati plenius prouideat, quam remedium [7] c.reintegran-
da.iij.q.j. Et videtur quod non:quia illud locum habet etiam
absque appellatione: ⁊ sufficit probare de antiquiori possessio-
ne agẽtis, que postea ad aduersarium quocunqꝫ modo absque
facto eius peruenit:vt tradunt Innocen.⁊ doctor.in c. sepe.de
restit. spoliato. Lapus allegatione lij.letatus sum. Abb. in c.
cum ad sedem.de restitut.spoliat.in c. si diligenti. de prescript.
cum concordan.vt per Alexand.in consil.vj.in iij.lib.in consil.
cxvij.viso.lib.ij.⁊ in consilio xc.lib. v. Sed in contrarium facit:
quia in remedio c.reintegrãda.requiritur litis contestatio: vt
per Bartol.in l.naturaliter.§.nihil commune.cum concord.vt
prosequitur Alexan.ibi,ff.de acquiren.poss.hoc autem non re-
quiritur in remedio attentati. Doctores hic dicunt esse consi
deranda alia,que requiruntur in d.c.reintegrãda. que per do-
ctores traduntur in l.rem,que nobis.ff.de acquir. possess.Sed
vlterius non prosequor: quia a proposito nostro hoc alienum
23 est. ¶† In glos. fina.quicquid Abb.hic dicat referendo Inn.
declaratio videtur magis conuenire ad literam,vt causa veri
similis dicatur illa, de qua ex aliquibus indicijs suspicari pos-
sit. Hoc enim modo verisimile in iure accipitur. c. quia verisi-
mile.de presump.l. non est verisimile. ff. quod metus causa. Et
hoc videtur sentire ipse Innocen.in c.cum nobis.de electio.se-
cundum quod Abbas ibi refert, ponendo exemplum ad text.
hic:⁊ retuli supra in vltimo notabili huius decretalis. Causa

vero probabilis, dicitur causa rationabilis, que si probata esset, deberet legitima reputari: vt glo. hic dicit, et probatur in d.
24 capit. vt debitus. † Et ad hoc vt appellatio extraiudicialis legitima reputetur, copulatiue requiritur quod ex causa verisimili, et probabili facta sit: vt hic colligitur, dum textus dicit copulatiue, ex verisimilibus, et probabilibus causis. Facit tex. in l. si heredi plures. ff. de condic. instit. Non ergo sufficit quod causa sit verisimilis, nisi etiam probabilis sit: nec etiam causa esset sufficiens probabilis, nisi esset verisimilis. Ex eo enim quod causa verisimilis est, fundatur intentio appellantis. d. l. non est verisimile. cum similibus. Et ideo habetur pro probata quantum ad iustificandum appellationem, ad hoc vt attentata reuocentur: vt hic. Unde quando ius commune presumit contra appellantem: quia tunc causa non est verisimilis, veritas cause probari debet: vt voluit Innoc. hic. Rota in decis. xxxv. in nouis. eodem titu. et dixi supra in vltimo notabi. bonus tex. in cap. de decimis. de restitutio. spoliato. Et ideo quod dicunt Anton. de Butr. Abb. et Moder. hic, post Lap. quod attentata debeant reuocari, licet presumptio sit contra appellantem, quia ex mero officio iudicis talis reuocatio procedit, non videtur verum: quia quando ius commune est contra appellantem, causa non est verisimilis, prout hic requiritur: ergo attentata non reuocantur. Postremo dum text. dicit quod Abbas pluries appellauit: an appellatio reiterari possit. Abb. post Joannem Andr. et alios concludit quod sic: et secunda appellatio non erit inutilis propter interesse longioris vite. Sed
f Barto[f]. in l. cum procurator. §. si dominus. ff. de no. ope. nun. expresse contrarium tenet, videlicet quod secunda appellatio non valeat. in versicu. iuxta predicta. quia secunda appellatio nihil operatur, ex quo per primam suspensa fuit iurisdictio, et negocium ad superiorem deuolutum. et ipse Abb. hoc sequitur in c. dilecto. infra eod. Petrus de Ancharan. in clement. j. versicu. ex hoc habeas. de dolo, et contuma. et Ro. in consilio xlj. in presenti consultatione. et idem Alexander post alios, quos late refert in d. §. si dominus. quia, secundum eum, interesse longioris temporis non debet considerari: vt per glo. in l. qui his idē. ff. de verbo. obliga. pro qua Bartol. ibi allegat textum in l. pater, qui castrense. in fine, de castren. pec. Et ideo non debet considerari quod secunda appellatio lōgiorem habeat vitam. Et quia iura, que dicunt quod tempus prosequende appellationis currat a die appellatiōis interposite. cle. sicut. e. ti. intelligi debent de prima appellatiōe: arg. l. boues. §. hoc sermone. ff. de ver. sig. Et ad hoc etiā adducit l. q his idem. de ver. ob. Et licet loquatur in actu pendēte a voluntate duorū, idē tn̄ est in actu pēdente a voluntate vnius. Et in hoc reprobat responsionē Ant. de Butr. Non puto tamen recedendum esse ab opi. Ab. et aliorum hic: quem communiter doctor. canonum sequuntur. Et idem tenet Bald. in l. et generaliter. §. j. C. de reb. credit. et in c. j. §. sancimus. versicu. sed quero. quo tempore mil. et in l. appellatione. C. eod. tit. quia per secundam appellationem tēpus prosequendi appellationem prorogatur: et non est nouum, quod dilatio extendatur. l. penult. ff. de pretor. stipula. et quia, vt dixi, in notabilibus, nihil prohibet, quo minus actus regulariter possint reiterari. Unde excommunicatus, iterum potest excōmunicari: vt per gloss. in c. ita quorundam. de iudeis. Ang. per illum textum in l. si edes. ff. de seruitu. vrba. predio. notat Baldus in l. nihil. C. de manumis. vindi. Non obstat quod appellatio secunda nihil operetur: quia interesse longioris vite non consideratur, vt Alexander dicit: quia contrarium verius videtur: vt probatur in l. quoties. §. item si temporali. ff. de administratione tuto. et in l. si creditori. ff. de legatis et fideicommis. j. et declarat Areti. in d. l. qui his idem. post Ang. ibi, qui respondet ad textum in dicta l. si pater. quod ibi non habetur ratio temporis quo ad hoc vt ille incidat in edictum, si quis omissa causa testamēti: quia propter hoc non lucratur ex bonis testatoris, prout in illo edicto consideratur. Non obstat quod tempus prosequendi appellationem de prima intelligatur: quia secundum hoc non valeret secunda appellatio, quando in prima quis succubuisset: quod est contra titulum, ne liceat tertio prouoca. Ultimo non obstat l. qui his idem. quia interesse longioris vite ibi in secunda stipulatione, non potest considerari: quia prescriptio prime per secundam stipulationem interrumpitur. l. cum notissimi. §. in his. C. de prescriptione longi temporis. Et ita Angel. dicit in d. l. qui his idem. et sequitur ibi Aretinus. Retenta tamen conclusione quod secunda appellatio fieri possit, non tamen vlterius poterit multiplicari: et ideo non poterit decies fieri: vt notat Baldus in l. eos. §. apostolos. versicu. sed nunquid. C. eod. et sequitur simpliciter Alexand. in dicta l. cum procurator. §. si dominus. et Angelus Aretin. in l. j. §. libelli. in fine, ff. eodem. Sed in contrarium est decisio eiusdem Baldi in dicto cap. j. §. sancimus. de quo Alexander non meminit, vbi dicit quod prima appellatio non absorbet secundam, nec millesimam (vt eius verbis vtar) dummodo fiat intra decem dies. Et istud videtur verius: quia militat eadem ratio de interesse longioris vite. Cautela tamen est, vt appellatio reiterari non possit, quod appellatus procuret vt index admittat primam appellationem, et illi deferat: nam tunc index functus est officio suo: vnde vlterius secunde appellationi deferre non potest: argument. l. qui arbiter. cum gl. ff. de arbitr. Ita notat Bald. in l. eos. §. apostolos. versic. quero nunquid. C. eodem. Sequitur Angel. Aretin. in dicta l. j. §. libelli. in fine, dicens hoc notandum esse in practica. Et tradit Bartholom. Ueronen. in cautela cxciiij. vbi quis potest.

¶ Additiones.

1 ¶ Agentis. Adde Dec. in c. cum venerabilis. in v. no. de exce.
2 ¶ Acquiri potest. Potest enim quis rem semel effectā suā de nouo acquirere si prima acquisitio sit dubia, vel secunda sit plenior. Jo. Mo. Jo. And. et Do. in c. cū persone. §. quod si talis. de priuil. lib. vj. Old. in cons. xxiij. vide questiones. Dec. in l. nemo ex his. §. j. ff. de regul. iur. tradit Aymon in consil. xvj. post redditum. nu. 6. vbi etiam seq. dictum Dec. hic.
3 ¶ Reiteratur. Uide Dec. in c. j. de confirma. vtil. vel inuti. et j. eo. c. et quid si vna appellatio fuit rite interposita, alia vero nō, vide Bal. in cons. cviij. lib. v.
4 ¶ Legitimari. Idem Dec. in cons. lv.
5 ¶ Recuperande. Idem in consil. ciij. in prin.
6 ¶ Appellatur. Idem in c. cum sit. in vij. not. s. hoc tit.
7 ¶ Remedium. Uide Decium in cons. cclij. et in consilio ccci. Sil. Ald.
4 tur. ¶ † Quarto nota ibi: corrigere que contra ipsam, quod non omnia innouata post appellationem debent reuocari, sed illa duntaxat, que concernunt preiudicium ipsius appellantis. Et ita videtur text. hic, quod etiam in appellatione iudiciali tantum reuocantur attentata contra ipsam appellationem, sicut in appellatione extraiudiciali: vt dixi in c. bone. supra eo.
5 ¶ † Quinto nota in versicul. si vero. quod in facto notorio archiepiscopus inter subditos sui suffraganei potest se intromittere. Bonus text. in capit. Romana. §. notoria. de censi. lib. vi. quod ampliatur hic etiam post appellationẽ pendentem apud summum pontificem. Regulariter enim archiepiscopus inter subditos suffraganei nullam habet potestatem, nisi in casibus expressis in iure. cap. pastoralis. in princip. de offic. ordi. capit. j. de sup. neglig. prela. lib. vj. Sic etiam in ipsis suffraganeis nullam habent potestatem, nisi quatenus expressum in iure reperitur. Joan. And. post Hostiē. in cap. magne. de vot. Et idem dicit Joan. And. in c. nullus. de iure pat. Et inter alios casus quando factum est notorium, vt dictum est. Nam in notorijs receditur a regula iuris communis: vt per glos. in cap. ex conquestione. de restitu. spolia. de qua not. Abb. in consil. xliiij. in presenti questione. lib. j. cum simil. vt Rom. tradit in l. si vero. §.
6 de viro. ff. sol. matri. And. Sicul. in c. j. de offic. ordi. ¶ † Sexto nota quod sicut renuntiatur appellationi, quando ille, qui appellauit, comparet coram iudice a quo, capit. gratum. de offic. delega. ita per comparationem factam coram archiepiscopo pendente appellatione apud summum pontificem. Quod notandum est duplici ratione. Prima, quia archiepiscopus erat iudex qui a principio pro causa appellationis adiri potuisset: vnde poterat presumi quod appellationem transferre voluisset de summo pontifice ad archiepiscopum: et precise non insurgit illa contrarietas, que colligitur, quando comparet coram iudice a quo: nisi videretur renuntiare. Secunda ratio est, quia non agebatur de causa principali, prout loquitur text. in dicto cap. gratum, sed petebatur reuocari grauamen illatũ post appellationem: et tamen dicitur quod ex hoc videtur renuntiatũ appellationi. Quod videtur contra glossam approbatam communiter in cap. si a iudice. in verbo, teneris. eodem titulo. in vi. Dum inquit, quod non videtur renuntiare appellationi, quãdo coram iudice a quo grauamen petitur reuocari. Et sequitur Abb. in dicto cap. gratum. Nam hoc videtur contra istum textum hic. Et de hoc perpendit Perusi. hic, qui ad hoc respõdet, quod ratione cõnexitatis textus hic procedat: quia de grauamine excommunicationis iudicari non potest, nisi de causa appellationis cognoscatur. Sed ista ratio semper generaliter videtur procedere in quolibet grauamine illato post illationẽ, de quo nõ videtur posse cognosci, nisi articulus appellationis
7 tangatur: et sic glo. in dicto ca. si a iudice. non esset vera. ¶ † Septimo nota, quod protestatio per actum contrarium non tollitur, quando a principio protestanti opponitur, vt tanquam contrarius non audiatur. de quo in glo. fi. videbimus. ¶ Octa
8 uo nota, quod allegans contraria non auditur. Facit textus in l. j. C. de fur. in l. vbi repugnantia. de reg. iur. nec a tali cõtra-
1 rietate mulier, vel rusticus propter simplicitatem excusatur ': quia vbi est contrarietas, simplicitas esse non potest. Ita not. Bal. in l. scripture. col. fin. versi. querunt docto. C. de fide instru. Allegat Joan. And. in cap. cum Joannes. de fide instrument. Aduersarius tamen, quando actor est sibijpsi cõtrarius, vnum ex contrarijs acceptare potest: vt Bald. singulariter dicit in l. cum precum. circa finem, versicu. et nota. C. de libera. cau. ¶ Extra glossam opponit, et soluendo post alios concludit quod ille, qui appellauit ad summum pontificem in terminis decretalis, deferendo causam postea simpliciter ad archiepiscopum, videtur renuntiare appellationi interposite ad Papam, et illam ad archiepiscopum deferre, ita quod archiepiscopus per viam appellationis in isto casu hic cognoscit. Ex quo infertur quod videatur renuntiare appellationi duntaxat respectu summi pontificis, apud quem pendebat appellatio, et non respectu partis, ex quo appellatio ad archiepiscopum defertur. Quod videtur contra doctores communiter, qui inferius concludũt, quod appellatio absolute tollatur comparendo coram inferiori: de quo inferius dicam. ¶ In glo. ij. in fi. glo. opponit, et non soluit. Abbas respondet vt per eum hic. Vel aliter dici potest, quod in contrario appellatum fuit ab ipsa sententia excommunicationis, et appellatio ibi non suspendit excommunicationẽ, merito denuntiari potest excommunicatus, quia habetur pro excommunicato: et ibi denuntiatio fit ab eodem iudice, qui excommunicauit. Sed hic appellatum fuit ex alio grauamine: et pendente appellatione excommunicatus fuit ille, qui appellauit: et si appellatio legitima est, excommunicatio non valuit. Et hoc debet decerni per iudicem appellationis, ad quẽ erat deuolutum negotium, et alius iudex inferior erat incompetens. Et sic patet, quod ista iura in diuersis casibus loquũtur. Item hic erat iudicãdum de iustitia, vel iniustitia excommunicationis,
9 in contrario de simplici denuntiatione agebatur. ¶ † In glo. episcopus posset. in fin. vera ratio videtur illa, quam dominus Antonius de Butr. adducit quod iudex a quo ideo nõ cognoscit, an sua sit iurisdictio, quia in alium iurisdictio transfertur. Nam cum iudex a quo de causa appellationis principaliter cognoscere non possit. l. eos. in princip. C. eodem. quia a se ipso appellari non potest. cap. a collatione. eodem titu. in sexto. necessario iurisdictio ad superiorem transfertur: prout dictum fuit supra in rub. merito ipse iudex appellationis, qui de causa principali appellationis habet cognoscere, etiam de isto incidenti cognoscit, an talis appellatio sit, per quam iurisdictio ad eũ deferatur. Et hoc secundum regulam procedit, quod ille, qui habet principaliter cognoscere de aliqua causa, etiam incidenter cognoscit an ipse sit iudex: vt in cap. super literis. §. de rescript. et in l. ff. ff. si quis in ius vocatus nõ ierit. Et licet videretur, quod iudex a quo haberet cognoscere, an ipse priuetur iurisdictione, vel suspendatur eius iurisdictio, tamen magis conueniẽs fuit, et etiam secundum regulam, vt dixi, hoc procedit, quod talis cognitio ad iudicem appellationis deferatur. Et ex his remouetur quod Abbas in contrarium adducit. Ipse tamen Abbas aliam rationem allegat: quia in causa appellationis agitur de imperitia vel iniquitate iudicis: vt in l. j. ff. eodem. merito iudex a quo videtur esse suspectus: quia verisimiliter nunquam iudicaret cõtra se, ne de imperitia, vel iniquitate argueretur. Sed ista ratio non videtur generalis: quia quandoque appellatur, et ex nouis probationibus sententia prius lata impugnatur: quia in causa appellationis non probatum probabo, non productũ producam. cap. cum Joannes. de fide instrumentorum. Et tali casu non agitur de imperitia, vel iniquitate iudicãtis. Et sic ratio Abbatis non haberet locum. Preterea ratio, quã Abb. adducit, respicit principalem causam appellationis, quando pronuntiatum est, male iudicatum, et bene appellatum. Et ita loquitur textus in dicta l. j. in princip. ff. eodem. Sed in ista questione incidenti, quando dubitatur an appellatio legitima sit, vt admittatur, et iudicio transferatur in superiorem, non agitur de iniquitate, vel imperitia, sed consideratur quod dicitur
10 in cap. vt debitus. j. eodem. ¶ † Postremo notãdum est quod Abbas incidenter dicit, secundum glossam in ca. statutum. de rescrip. in vj. quod iudex redditur suspectus, quando disputationem assumit cum parte super iurisdictione eius. Facit glo. et quod ibi Abbas in cap. conquerente. de restitutione spoliatorum. et quod notat Dominicus in cap. ordinarij. §. primo. de officio ordinarij, in sexto. Judex enim assumendo disputationem pro vna parte, videtur illi esse nimis fauorabilis, merito redditur suspectus: vt vidimus in cap. ex insinuatione. §. eodẽ. Et hoc procedit, quando inter partes litigatur. Secus quando iudex per inquisitionem ex officio procedit: quia tunc licet assumat disputationem cum inquisito, nõ per hoc redditur suspectus: vt Abbas hic dicit, per textum cum glo. in capit. cum persone. de priuileg. in sexto. et idem Abbas in capit. super literis. supra de rescriptis. licet aliter ibi velit Anton. de Butrio. Et hoc intelligitur, et procedit, quando iudex necessitatur ad procedendum ex officio, puta in respicientibus vtilitatem publicam, iuxta notata in l. quarta. §. hoc iudicium. ff. de damno infecto. Tunc enim cum faciat ex necessitate officij, non arguitur, quod ipse videatur hoc affectare, argumen. l. rem legatam. ff. de adimend. legatis. xxviij. questione j. ca. eam nunc. Actus enim, qui fit ex necessitate, voluntatem non probat. Baldus in authent. offeratur. in secundo notab. per illum textum C. de litis contestatio. et not. Bald. per illum textum in l. ij. in ij. nota-
[redacted]
tes, litigetur, siue ex officio voluntario iudicis [redacted]
1 [redacted]
tur

tur de contrarietate, & factum contrarium impeditur. Secus si factum contrarium protestationi nemine opponente perficiatur: quia tunc protestatio a facto cõtrario viciatur. Et ideo si in isto casu appellans nõ repelleretur, & in causa procederet, protestatio velut contraria facto non vitiaret, quo minus videretur renuntiatum fuisse appellationi. Et hoc quantum ad

12 textum hic.† An autem protestatio[a] per actum contrariũ tol-

a latur, habemus considerare duos casus: Primus, quando opponitur, ne factum contrarium sequatur: & tunc preualet protestatio. Et in hoc non est difficultas. Secundus casus, quando actus contrarius perficitur nemine opponente, & tunc a facto contrario protestatio vitiatur, secundum Abb. hic, & idem dicunt Anto. de But. & Imo. Sed in isto casu contrarium tenet Joan. And. hic, quod imo protestatio valeret, & a contrario facto non vitiatur. Et dicit istum textum specialiter procedere in iudicialibus, in quibus protestatio iuuat licet facto contraria sit, Et hoc sequitur Peru. hic, & idem Imo. in ca. cum M. de constitu. & videtur tenere Calder. in consi. v. eodem tit. Alexand. in l. non solum. §. morte. de operis noui nuntiat. Et videmus in simili, quod quando quis litigando coram iudice, protestatur quod non vult in illum consentire, actus videtur contrarius protestationi, & tamen protestatio iuuat: vt voluit In[redacted]cap. cumana. de elect. cum concordan. vt dixi in capi. j. de iudi. Sed considerandum est, quod iste intellectus nõ videtur probari hic: quia textus prout Abbas hic dicit, loquitur quando actus contrarius protestationi a principio nõ admittitur, sed quando actus contrarius protestationi sequitur absque conditione: vt quia pẽdente appellatione apud summum pontificem appellans compareat coram archiepiscopo, & protestetur quod per hoc non intendit renuntiare appellationi, an videatur renuntiare, non determinatur hic. Et isto casu verior videtur opin. Abb. & aliorum, videlicet quod protestatio a facto contrario vitietur. Et ita non obstante protestatione renuntiatio habeat locum, quia talis renuntiatio insurgit consecutiue ex dispositione iuris. Nam cum causa delata ad principem, coram inferiori tractari non possit, nisi renuntietur protestatio, contra naturam actus surgentis ex dispositione iuris non iuuat: vt probatur in cap. cum M. de constit. vbi protestatio quod receptus in canonicum nihil percipiat, vitiatur: quia est contra ius, cum receptus in canonicum debeat habere prebendam. c. relatum. de preben. Facit tex. in cap. diaconi. xxviij. distinc. vbi vitiatur protestatio, si promotus ad sacros ordines

a protestetur, quod non velit seruare castitatem[a]. Facit tex. in l. j. §. i. ff. si vsusfructus peta. Hic enim actus videtur precise contrarius protestationi, ideo protestatio vitiatur: vt notab. declarat Ang. in l. iurisgentium. §. quod fere. ff. de pac. no. Bald. in l. Nesennius. ff. de nego. gest. glos. per illum tex. in clemen. gratie. in verbo, renuntiare. de rescriptis. Et ista conclusio bene procedit in dictis casibus, in quibus non potest protestatio dispositioni iuris derogare. Alias secus: quia protestatio valeret: vt not. declarat do. Abb. in cap. cumana. versic. tertio contra predicta. de electio. & in dicto cap. cum M. Et hoc modo procedit dictum Innocen. relatum s. in dicto cap. cumana. Nam in dicto casu protestatio non est contraria facto: vt declarat Abb. in dicto cap. cum M. Barto. in dicto §. morte. & no. Ange. in l.

13 iurisgentium. §. quod fere. ff. de pact.† Postremo dom. Abbas post Host. concludit, quod si coram inferiore comparet, qui ad summum pontificem appellauit, renuntiare videtur appellationi: vt hic dicitur, nõ solum respectu iudicis, sed etiam respectu partis. Ista conclusio de plano procedit comparendo coram iudice a quo: vt in cap. gratum. s. de offic. deleg. vel coram alio inferiori, qui de causa principali posset cognoscere. Secus videtur in terminis huius Decretalis coram archiepiscopo, qui pro causa appellationis duntaxat adiri videtur, vt supra dictum est. Et ad hoc facit, quia voluntas, que ex aliquo facto arguitur, eatenus infert, quatenus ex tali facto necessario sequitur: vt not. Bartolus in l. j. §. hoc interdicto. in fine. ff. de itinere actuque priuato. Unde videtur renuntiatum appellationi respectu summi pontificis duntaxat, & non quo ad partem. Facit textus ibi: appellationis prosecutioni tacite renuntiare videatur.

¶ Additiones.

a ¶ Protestatio. Adde eundem Decium in cap. cum M. Ferrariensis. in versicu. secundum membrum principale. s. de constitutio. Hiero. Gig.

i ¶ Excusatur. Vide Dec. in c. pastoralis. s. de excep. Sil. Ald.

a [redacted]

[redacted]

1 ¶ Clericus potest capi pro delicto, & in vinculis retineri.
2 Prelatus inferior qualiter potest habere iurisdictionẽ in aliqua parte diecesis episcopo excluso.
3 Iudex potest petere subditum suum ab alio iniuste detentum.
4 Superior non solum appellare potest pro se, sed etiam pro subditis suis.
5 Appellans & appellatus, extra iudicium diuersos habent iudices.
6 Interdictum ecclesiasticum potest ferri sub certo modo, qui, si cessauerit, cessat interdictum.
7 Interdictum potest ad tempus suspendi.
8 Iudex deferens appellationi non potest penitere, & assumere iterum causam.
9 Appellatio si interponitur extra iudicium, omnia attentata contra eam reuocantur. 10.
11 Denuntiatio an probet aliquem excommunicatum.

1 Dilectis. ¶ † Primo nota, quod clericus potest capi pro delicto, & retineri in vinculis: vt hic, & in c. j. de depo. & talis captura fieri potest per laicum de mandato iudicis ecclesiastici. c. vt fame. vbi Ab. in iij. not. de sent. excom. & in c. si clericos. vbi Do. de

a sent. excõ. in vj. Similiter clericus pro delicto torqueri[a] potest. d. c. j. non tamen potest clericus torqueri per laicum, etiam de mandato iudicis ecclesiastici: vt no. probat, & concludit do. Abbas in c. vniuersitatis. in vlt. not. de sen. excom. & in c. vt fame. in fi. eo. tit. vbi refert Ant. de Bu. ibi, & Pe. de Ancha. sic tenere, &

2 consuluisse, quod notandum est. ¶ † Secundo nota, quod prelatus inferior, de iure speciali potest habere iurisdictionem in aliqua parte diecesis, excluso episcopo. Facit tex. in c. auditis. & ibi Abb. in iiij. not. de in inte. rest. in c. auditis. vbi Abb. in vj. not. de prescrip. & in c. referente. in j. not. de preb. not. Car. in cle. ij. in vj. q. de rebus eccles. non alie. Ista tamen acquisitio, que fit per inferiorem prelatum contra episcopum, est valde odiosa, & restringitur. Unde qui prescribit potestatem instituendi, non

i videtur habere potestatem destituendi[i b]: vt est not. dictum

b Host. in c. cum ex iniuncto. de her. vbi Abb. & alij sequuntur: vt not. Abb. in c. accepta. circa fi. de rest. spol. & in c. ea que. de statu

3 monachor. cum simi. ¶ † Tertio nota, quod iudex repetere potest subditum suum ab alio iniuste detentũ. Et ideo rector nostre vniuersitatis posset repetere scholarem captum per Potestatem, & in tali repetitione allegari debet causa sue iurisdictionis: vt not. Bal. in l. j. §. per hanc. in princ. ff. de rei vendica.

4 ¶ † Quarto nota secundum do. Abb. hic, superiorem non so-

2 lum appellare posse pro se, sed etiam pro subditis suis[2]. Dicitur tamen hic, quod episcopus absolute pro se appellationem interposuerit pro suo interesse: vt patet ibi: ne decanus in suũ preiudicium aliquid attentaret. Interesse enim superioris consideratur non solum immediate, sed etiam respectu subditorũ, & ita loquitur tex. hic. Secus si ageretur solũ de interesse subditorum: quia pro iniuria illata subdito dominus agere non potest: vt per glo. fin. in c. authoritate. de priuileg. in vj. & no. Abb. in c. licet causam. in vlti. notab. s. de probat. & tradit Ro. in xvj. decisio. in titu. de re iudic. in nouis. Cardi. in clemen. j. in princ. in ij. q. de reliquijs & venera. sancto. Domi. post alios in cap. ad apostolice. in princip. in vltima oppositio. de re iudica. in vi. Et hoc sane intelligitur, nisi esset iniuria illata subdito respectu domini: quia tunc actio domino acquiritur: vt Bartol. in l. j. §. fin. ff. de iniurijs. Facit tex. notab. in cap. sciant. de election. in vj.

5 ¶ † Quinto nota singula. secundum Abba. hic, quod si appellans extra iudicium, & appellatus, diuersos habent iudices, iudex ipsius appellantis attenditur. Nam ipse appellans originaliter reus videtur: quia appellat ne molestetur, ideo ad iudicem suum causam reducere potest: sicut quando reus actorem conuenire velit super exceptione sibi competenti: quia actor coram iudice ipsius rei conuenitur: vt not. in capit. si quis contra clericum. s. de foro competen. Et per hoc infertur, differentiam esse inter appellationem iudicialem & extraiudicialem: quia in iudiciali semper attenditur superior eius, a quo appellatur. cap. Romana. §. debet. eodem titul. in vi. Sed aduertendum est: quia in hoc non videtur differentia inter appellatio-

c nem iudicialem & extraiudicialem[c]: nam vtroque casu appellatur ad superiorem eius, qui grauauit. Et patet hoc etiam in appellatione extraiudiciali, in c. a collatione. eod. tit. in sexto.

[redacted] in tali app [redacted] detur procedere. [redacted] pellatur, erat episcopus: sed quia causa agebatur cum ipso epi scopo, ipse redditur suspectus: propter hoc archiepiscopus succedit: vt est casus in dicto cap. a collatione. Et hoc in causa appellationis, prout ille textus loquitur. In causa vero prin/cipali, quam episcopus cum subdito habuisset, arbitri eligerentur. xj. quest. j. cap. si clericus. Non obstat quod iudex appel lantis attendatur, cum ipse sit in effectu reus: quia imo in causa appellationis extraiudicialis actor videtur, ex quo prius ipse ad iudicium prouocat. cap. forus. §. actor. de verborum significationibus. Et petit grauamen sibi illatum reuocari: ergo dicitur in ista causa actor, et in causa appellationis: vt est tex

6 tus in dicto capit. a collatione. ¶ † Sexto nota interdictum posse ferri sub certo modo: quo cessante interdictum cessat. Et per istum textum consultus a magnificis dominis Florentinis, dixi quod absente domino protonotario de Caponibus, cessabat interdictum impositum in ecclesia montis Caroli.

d Secus[d] in excommunicatione: vt Abbas hic dicit per gloss. in clement. j. de decimis. de quo dixi in cap. primo. in sexto notabi. de iudic. Imo tamen in dicta clementin. j. et Cardina. ibi: xxx. questio. arguunt contra glo. ibi, vbi videndum est. ¶ Septimo nota, quod licet quis non detulerit appellationi aduersarij, tamē si ipse in alio articulo in eadē causa appellet, appellatio sua admittitur: de quo dictum fuit in c. cum sit. §. eodem.

7 ¶ † Octauo nota quod sententia interdicti suspendi potest: et appellatio tempore suspensionis interposita, differt suspensionem in euentum appellationis: de quo dictum est in capit. ad

8 hec. §. eodem. ¶ † Nono nota, quod iudex, qui semel detulit ap

e pellationi, postea penitere[e] non potest, et causam reassumere, et processus eius non valeret: quia iurisdictio statim translata est in superiorem, c. cum appellationibus. eodem tit. in sexto. Secus si non esset iurisdictio in alium translata: quia iudex procedendo videretur reuocare interlocutoriam: vt in simili tradit Rota in j. decis. item si post cōclusionem. de testibus. in nouis. vbi inquit, quod quando iudex post conclusionem in causa admittit probationes, conclusionem videtur reuocare. Sequitur Abbas in cap. cum dilectus. de fide instrumentorum. cum concordant. vt tradit Alexand. in l. quod iussit. ff. de re iudica. et in cōsil. lxx. videtur prima facie. lib. iij. ¶ Decimo nota, quod turbans diuinum officium excommunicari potest, et etiam de ecclesia eijci potest, secundum gloss. hic. De iure ciuili aliter

9 punitur. authent. sed nouo iure. C. de episc. et cler. ¶ † Undecimo nota, quod quando appellatio extra iudicium interponitur ex causa probabili et verisimili, omnia in contrarium attentata reuocantur, licet veritas cause non probetur. De quo vi

10 dimus in capit. bone. §. eodem. ¶ † Duodecimo not. quod attentatum post appellationem extraiudicialem est nullum, etiam si appelletur ab aliquo, vt a parte. vt Abbas, hic deducit. Sed potest responderi quod textus, hic loquatur in sententia excommunicationis, in qua speciale est vt sit nulla: vt dictum

11 est in capitul. dilecti. supra eodem. ¶ † Ultimo nota quod non statur denuntiationi superioris, denuntiantis aliquem esse excommunicatum. Ex quo infertur quod denuntiatio non probatur quem esse excommunicatum: vt Abb. hic dicit. Sed considerandum est quod textus hic loquitur, et procedit quando apparet, veritatem esse in contrarium: alias secus videtur: quia in dubio probata denuntiatione arguitur, et probatur excommunicatio: vt dixi in capit. pastoralis. §. verum. §. eodem. ¶ In gloss. ii. dum Abb. concludit hic, quod textus hic intelligitur in interdicto, non obstante opin. quorundam, qui dicebant quod textus hic intelligitur in cessatione a diuinis, et mouetur domi. Abb. quia text. semper dicit de interdicto, vnde in dubio a proprietate verborum recedendum non est, l. non aliter. ff. de lega. iij. Et quia cessatio est quid facti, vnde non conuenit quod hic dicitur, irritam, et inanem. Ista enim verba respiciunt interdictum, quod iuris est: et quia appellatio habuit suspendere interdictum: quod non potest habere locum in cessatione a diuinis, que est facti: et que in facto consistunt, per appellationem non suspenduntur: vt per eum hic. Sed tamē iste rationes non vrgent: quia si bene legatur textus hic, non loquitur simpliciter de interdicto, sed de interdicto secūdum quid. Et cum ministerio dicit, quod decanus interdictum huiusmodi promulgauit: et episcopo presente, a diuinis cessaretur. Et ideo potius ista fuit cessatio a diuinis quam interdictum loci. Et hoc consonat: quia magis conueniens videtur cessatio a diuinis pro ista re parua, quam interdictum. ca. quesiuit. et quod ibi Abbas de his, que fiunt a maio. parte capitu. Non obstat quod Abbas dicit de proprietate verborum: quia imo verba indicant quod sit cessatio a diuinis, ex quo non loquitur de interdicto simpliciter, vt dixi. Non obstant illa verba, irritam, et inanem: quia ista verba bene conueniunt ad pronuntiationem decani, que erat iuris, et non facti, licet ipsa cessatio respectu clericorum dicatur facti. Et per hoc tollitur vltima ratio, quia etiam appellatio potuit suspendere cessationem respectu pronuntiationis decani.

¶ Additiones.

1 ¶ Destituendi. Uide Joann. Franc. Balb. in tractat. de prescript.

2 ¶ Subditis suis. Idem Deci. in c. ex parte. in vltim. notab. §. de rescript. Siluest. Aldob.

a ¶ Torqueri. Dec. supra de iudic. c. at si clerici. nu. 19. vbi dixi. Et Felin. in c. olim. de rescript.

b ¶ Destituendi. Card. clem. j. quest. vij. de renunc. Gemini. c. nemo. in j. si. de elect. in vj.

c ¶ Extraiudicialem. Imo in hac semper aditur iudex cause: vt de arbitris not. in c. Quintauallis. de iureiur.

d ¶ Secus. Decius supra de excep. c. apostolice. nu. 3.

e ¶ Penitere. Felin. in cap. qualiter, et quando. el j. versic. fallit quarto. de accu. [redacted]

1 ☞ Papa si aduocat ad se causam pendentem coram inferiore, inferior non potest se vltra de illa intromittere.

2 Renocatio negotij per superiorem suspendit iurisdictionem inferioris magis, quam appellatio.

3 Notario si auferatur signum, quo vtitur, intelligitur prohibitus exercere officium tabellionatus.

4 Notarius depositus ab officio non potest iterum creari per comitem Palatinum.

1 **T nostrum.** ¶ † Primo nota, quod quādo Papa causam pendentem coram inferiori ad se ad/

a uocat[a], inferior vlterius de tali causa se intromittere non potest. Et in hoc textus hic est singul. et not. Inno. in c. cum M. circa fi. de constitu. Bald. in c. j. §. ad hec. ver. ex premissis. de pace iurament. firman. Nam causa, que semel est in curia Romana, nunquam exibit de curia, nisi Papa ad ordinarium remittat: vt notab. inquit Bald. in l. si vt proponis. la j. versic. et nota. C. quomodo et quando iudex. Et hoc in simili in fortiori casu locum habet: quia si Papa prouidet alicui de beneficio, quamuis prouisio fuerit nulla ex aliquo defectu, tamen illud beneficium remanet

b reseruatum[b], et de illo ordinarius se intromittere non potest[1]:

1 vt notab. tradit Petr. de Anch. in consil. lvij. circunscriptis. et late Roma. in consi. cccxxxv. circa primum. versic. ceterum. Et quod hic dicitur in Papa, idē est in alio superiore circa Papam, quando haberet potestatem reuocandi, vt quia sit superior in eadem specie iurisdictionis, prout declarant Bal. et Ange. in l. iudicium soluitur. ff. de iud. et quod no. tradit Archi. xj. q. j. c. de persona. Ex quo infertur, q si episcopus aduocat negotium agitatum coram vicario suo, vlterius vicarius procedere non potest: vt doc. hic dicunt, et no. Do. in c. ij. ver. sed quid si episcopus. de off. vica. in vj. Nam cum in totum vicarius reuocari possit, vt not. in c. fin. de procur. in vj. Host. de off. vica. §. in quibus. versi. sed nunquid. Anto. de But. in c. tua nobis. in versicu. quero an episcopus. in fi. de off. vic. Bald. in l. solent. §. sicut. per illum text. ff. de off. procon. a fortiori cognitionem vnius cause

2 interdicere poterit. ¶ † Secundo nota, quod reuocatio negotij facta per superiorem, magis suspendit iurisdictionem inferioris, quam appellatio. Hoc patet, fm Abb. hic, quia appellatio in iure consistit. Unde, nisi sit legitima, nō suspendit. c. cum appellationibus. eo. tit. in vj. Sed reuocatio indistincte iurisdictionem inferioris suspēdit. l. iudicium soluitur. ff. de iudi. Sed ista ratio non satisfacit: quia comparatio videtur fieri hic de aduocatione cause ad appellationem legitimam. Nā si appellatio sit frustratoria, non suspendit iurisdictionē. Unde comparatio non esset bona: et ideo debet verificari q reuocatio cause magis suspēdat, quā appellatio legitima. Quod esse potest ea ratione: q2 reuocatio habet volūtatē superioris, qui videt inhibere inferiori: vt hic dicitur. Et ipsa appellatio etiā maiorē effectū producit, qn a superiore recipit: vt patet in ca. pastoralis. §.

3 preterea. §. e. et in c. non solū. eo. ti. in vj. ¶ † Tertio no. fm Bal. hic, q si tabellioni auferatur signū, quo vtitur, etiā prohibitus videtur exercere officiū tabellionatus. Idē si militi signa mili [redacted] ff. de

ff.de his, qui notantur infamia. Et in simili textus in ca. degradatio. de penis. in sexto. Et intelligitur hoc, quando diffinitiue ista adimuntur, non prout hic, quando per viam attentati, vt
4 Baldus dicit. † Et notandum est, quod notarius depositus ab
c officio[c] tabellionis, iterum per comitem Palatinum creari nō potest: vt notat Baldus per illum textum in c. gratum. in fine. de postulatione prelatorum. & in c. at si clerici. in princ. de iudic. vbi allegat glos. pro singula. in authen. de armis. §. fina. in verbo, denuntiemus. Idem Baldus, in l. nihil. in princip. C. de manumiss. vindict. Sic etiam Cardina. depositus, amplius cardinalis effici non potest. Hostien. de peniten. & remissio. §. qui confitendum. versic. cui cardinales. Et idem de doctore not. Baldus in l. ij. ad finem. C. de liber. & eorum liber. Et predicta conclusio procedit, quando quis priuatur propter delictū: quia esset presumptio fraudis. Alias secus: quia priuatus aliquo iure ex noua causa, iterum illud acquirere potest: vt notat Abbas per illum textum in capitu. ad aures. in vltimo notabi. j. de pactis. Facit quod not. Baldus, in c. post translationem. de renūciati. in versi. vltimo nota de doctore reprobato, qui ex causa postea approbari potest. ¶ Quarto nota ibi, irritam & inanem. ꝙ ista verba geminata, sunt maioris efficacie. Facit quod in simili singula. Bald. dicit de verbo, cassentur, & irritentur. in titu. de pace Constantie. in ver. hoc quod nos. in versi. cassentur. Et in simili de illis verbis, fit, & habeatur. not. Baldus in ca. vnico. de litis contestatio. versi. & scias. & idem Baldus, in prima constitutione Digestorum. in princip. circa finem versi. quod antē. ¶ Extra glossā Abbas post alios opponit hic, quod imo traditio sigilli, de qua hic agitur, fieri potuerit, non obstāte aduocatione cause facta per superiorem: quia fuit quedam executio collationis iam facte, que per appellationem non impeditur: vt not. in c. constitutus. s. eodem. ergo nec per aduocationem cause debuit impediri. Abbas respondet tripliciter. Primo, quod hic non constabat de collatione, licet allegaretur: vnde si non constat de principali, accessorium valere non potest. Ista solutio non satisfacit: quia videtur contra tex. hic, qui fundatur in reuocatione sigilli, ex eo quod attentata sit post appellationem, vel post aduocationem cause. Et sic videtur textus presupponere, quod collatio facta fuisset: alias enim textus fecisset fundamentum, quod collatio facta non fuisset: quia ratio ista fortior fuisset: & quia sicut constat de traditione sigilli, sic apparet de collatione prius facta: vt habetur in cap. j. j. vt eccles. benefic. Unde secundo Abbas respondet quod hic ex coniecturis apparebat, summum pontificem voluisse negotium ad se omnino transferre, ita quod nihil penitus posset innouari. Sed ista solutio non caret diuinatione. Ideo postremo dominus Abbas respondet, quod contrarium loquitur in appellatione pendente: textus hic procedit in aduocatione cause facta per superiorem: que quidem aduocatio plus operatur, quam appellatio, vt hic dicitur: vnde non mirum, si traditio sigilli impeditur. Ista solutio, quam etiam alij posteriores sequuntur, verbis litere applaudere videtur. Sed tamen si recte consideretur, etiam ista non valet, & deterior alijs videtur: quia textus hic etiā vult istum textum habere locum in appellatione, dum arguit a fortiori, quod plus sit, superiorem ad se reuocare negotium, quam ad eum appellare. Unde sicut pendente appellatione nihil innouandum est: ergo multo fortius postquam superior negotiū ad se reuocauit, prout etiam glo. hic dicit. Unde ad contrariū dici potest, quod non sit verum, quod appellatione pendente executio fieri possit prout dictum fuit in cap. bone. s. eod.

¶ Additiones.

a ¶ Non potest. Uide eundem Dec. in c. j. in j. notab. j. de confirmat. vtil. vel inuti. Siluest. Aldob.

a ¶ Aduocat. Late decis. Tholo. cccclxxx. Iacobus de sancto Georgio in tracta. feudorū. feu. vicarij. Petrus Rebuffus in repetitio. quod iussit. nu. 61. adde Seminia. consil. xlvij. Iason consi. cxliiij. lib. ij. Fran. Ripa. c. cum M. Ferrariensis. nu. 194. de consti. Dec. in d. c. cum M. versi. secunda conclusio.

b ¶ Reseruatū. [redacted]

c ¶ Officio. Iacobus Rebuff. l. j. de debito. ciuitat. libro ij. Ias. l. ex hoc iure. de insti. & iure l. Barbarius. de offic. preto. Hippo. [redacted] Marsil. singul. cccccclvi.

1 ¶ Impetratio literarum in causa appellationis, an debeat continere nomina iudicum, a quibus appellatur.
2 Iudex si prefigit terminū appellanti, an videatur detulisse appellationi.
3 Terminus statutus a iudice appellanti, non potest ab appellato preueniri, si hoc taceat literas impetrando.
4 Appellans potest prosequi appellationem corā iudicibus impetratis per appellatum, super confirmatione sententie: quia litere appellationis sunt communes.
5 Iudex ad quem appellatur, potest moderari tempus iuris ex causa, non autem sine causa.
6 Litere quādo sunt nulle, non est opus de illis mentionē facere.



1 Oblate. Summatur & diuiditur: vt per Abbatem hic. ¶ † Primo no. quod in impetratione literarum, in causa appellationis non est opus facere mentionem de nominibus iudicum, a quibus appellatū fuit. Et ita tenet hic Ubertus & Ioannes Andre. qui eum refert, & Abbas post alios, per istum textum ibi: quidam iudices. Potest tamen dici, ꝙ hoc necessario non probetur hic: qꝛ potuit gratia breuitatis Papa ita referre, licet nomina expressa fuissent in impetratione literarum. In se tamen dictum verum videtur, quod tenet Specula. in titu. de officio vicar. ver. antepenulti. Facit textus in l. j. ff. eo. ibi: a qua sententia. De sententia ergo loquitur ibi Iurisconsult. & de nomine iudicis, a quo appellatur, nihil dicit. Et quia sufficit habere certitudinem: cum hoc pro forma non requiratur, iuxta notata in l. hac consultissima. C. qui testamen. facere possunt. Si tamen de qualitate iudicis posset dubitari, an ab eius sententia appelletur, tunc videretur, quod qualitas iudicis deberet exprimi ad iudicandum, an appellatio admitteretur, iuxta ea, que habentur in l. j. ff. de officio prefect. preto. & in l. prefecti. ff. de minori. cū simili. ¶ † Secundo nota, ꝙ ex prefixione termini, appellatio
2 ni delatum non videtur: quia hic ponuntur vt diuersa, dum dicitur quod non fuit appellationi delatum, nec terminus appellationi prefixus. Et per istum textum hoc tenet glo. in c. cū appellationibus. eodem titu. in sexto. Sed tamen videtur posse responderi, ꝙ diuersitas in hoc consistat, quia primo loquitur de expressa dilatione, quando iudex specialiter defert appellationi. Secundo de tacita, dum terminus prefigitur. Nam sicut delatum appellationi videtur, quando iudex appellationem benigne recipit, vt Abbas hic dicit, & probatur in c. sepe. vbi Perusi. in secundo notab. s. eodem. Et si iudex admittit, si, & inquātum, etiam videtur deferre si deferendum sit, vt not. Bald. in l. edita. in repetione Perusina. versi. item dubitatur. C. de edendo. Angel. in consi. cccxxvij. in causa accusationis. Et tradendo apostolos iudex videtur detulisse. cap. dilectis. s. eod. not. in c. j. eodem titu. in sexto. ergo pariter videtur, quod iudex constituēdo terminū appellanti videatur appellationi deferre. ¶ † Ter-
3 tio nota quod terminus prefixus a iudice, vel a parte, preueniri non potest per appellatū hoc tacito, literas impetrando. Et ista regula non habet locum, quando in curia iudex appellationis impetratur: qꝛ indistincte impetratio valet: vt voluit Ioā. Mo. in rubr. de rescriptis. in sexto. & sequitur Rota in dec. xvj. item quod c. oblate. in nouis. & in xij. in nouis. in titu. de rescriptis. & sequitur Imo. & declarat Perusi. hic, in fine. Et licet in casu huius decretalis non valeat impetratio literarum appellatio tamen hic non videtur deserta. Fede. in consi. clxxxi. in obiectione, que heri. Item regula huius text. procedit durāte termino prefixo ab homine: secus si termino finito litere impetrētur: quia impetratio valet: vt in casu nostro consuluit Federic. in consilio xxviij. punctus questionis. circa finem. ¶ † Quarto
4 nota, quod appellans potest appellationem prosequi coram iudicibus impetratis per appellatum super confirmatione sententie, litere enim appellationis communes sunt. Et ideo quādo admittitur appellatus, licet appellans non deberet audiri ex persona eius, admittitur ex persona appellati: vt not. Abb. tradit in c. personas. s. eodem. versi. vlterius quero. & idem Abbas in capitulo, ex parte. versiculo, aduerte ad vnum. s. de rescriptis. & not. Rota in vj. decisio. item si appellatus. in nouis. &
5 idē Rota xxxviij. decisio. eodem titu. in nouis. ¶ † Quinto nota, quod etiam iudex ad quem ex causa moderare potest terminum iuris: alias secus, quia sine causa nō posset, vt a contrario probatur: vt hic. Iudex tamen a quo, vt Abbas hic dicit, semper potest restringere terminum iuris capitu. cum sit. ca. personas. s. eodem. Et ratio videtur secundum Abb. hic, quia iudici a quo sit sepe preiudicium: quia frustratorie appellatur causa differendi negotium: ideo ipse potest, vt fraudibus obuietur. Sed ratio ista cessat in iudice, ad quem: vnde ipse sine causa terminum prefigere non potest. Primo considerandum est, quod hic textus loquitur in termino iuris. Idem tamen est in termino hominis: quia etiam causa subsistente per iudicem ad quem moderari potest: vt not. Abbas tradit in c. personas. s. eo. Secundo non videtur, quod iudex a quo, semper possit indistincte terminum iuris restringere: imo etiam in eo causa requiritur,

c.cum sit.§.eod.Non obstat ratio Abb. quia in ratione sua can sa subesse videtur, vt fraudibus obuietur, ne appellatio sit frustratoria, vt ipse dt. Preterea, si appellatio frustratoria vr, aliter prouisum est: quia iudex a quo illam admittere non debet.c. cu
6 appellationibus.eodem titu.in vj. ¶ Ultimo nota, quod quando litere sunt nulle, non est opus de illis mentionem facere, vt a contrario sensu probatur hic, et est glos.in c.ex tenore.de rescriptis.cum similibus.vt per Abbatem hic: et idem glos.in ca.cum nostris.de concessione preben.in verbo, de facto.et in c.in nostra in glos.j.§.de rescriptis.Ex quibus Abbas infert in ca.per vestras.de donationib.inter virum et vxorem.in glo.in verbo, ta
a cita veritate.quod de processu nullo[a] non est opus facere mentionem.et Ro. in consil.cccclxxxiij. dubitatur. concludit quod de prouisione nulliter facta mentio fieri non debet. Et de lite nulla Oldrad.tradit in consil.cexcix.quidam Ugo.in prin. Et de vnione nulla. Calder.in consil.xxix.de prebendis.Et de electione nulla idem Calder.in consil.xiiij.de rescriptis.cum simi lib.vt Moder.cogerunt in dicto c.ex tenore.de rescrip. Et ratio prescriptorum est, quia superior verisimiliter ex actu nullo non minus de facili concessisset.Secus ergo videtur, quando in actu nullo concurreret aliqua qualitas, que superiorem debuisset retrahere a tali concessione.Exemplum colligitur ex eo, quod not.Abbas in c.cum iamdudum.in prin.versi. sextum, qr de prebendis.Nam nō est nouum, quod ex actu nullo producatur aliquis effectus[b] secundum subiectam materiam.Facit qd
b not.Barto.in l.fin.per illum textum.ff.de rebus eorum. vbi licet testamentum sit nullum, tamen voluntas testatoris declaratur: et quamuis testamentum sit nullum, non tamen proprie qs dicitur decedere ab intestato, sicut quando nullum penitus fa cit testamentum: vt not. Calder.tradit in consil.vj.in tit.de cōstitutioni.et late probat Ro.in consilio cxcix.presens. Est etiam notandum quod licet actus sit nullus de iure, si tamen de facto obseruetur, qr superior ita velit, quo ad subditos habetur perinde, ac si valeret: vt in notabi.casu Alber.scribit in l.j. versic. sed circa hanc materiam. C.de summa trinita. Et ad hoc facit glo.
c fina.[c] in fin.in l.qui habebat.ff.de manumis.testamen. et alia que Alexand. adducit in consilio cvij. pro inuestigatione. libro ij. Nam in predictis casibus de actu nullo deberet mentio fieri, si secundum casum, qui occurrit, non ita de facili superior concessisset.iuxta ca.postulasti.de rescriptis.Et ista addenda sunt ad ea, que habentur per Moder.in dicto capitu. ex tenore. ¶ In glos.in verbo, pars appellata. Abbas insistit, quando appellatus dicatur nimium precurrere. In quo Joan. Andr. concludit, quod hoc arbitrio iudicis remittatur. Et sequitur Bald.et Anto.de Butr.hic. Angel.in authen.ei, qui.C.de tempo.appel la. Et ista opinio per Moder.hic approbatur. Primo per istū textum hic, vbi appellatus prohibetur nimium precurrere: potest ergo precurrere, sed non nimium. Hoc autem videtur verificari, expectando vltimum mensem, secundum quod habetur in authen.ei, qui.C.de temporib.appellatio.quia tunc non esset precurrere. Secundo, quia in tali impetratione literarum, quā facit appellatus, datur appellanti facultas, an ipse velit causam appellationis prosequi: eo nolēte, appellatus prosequi potest. Sed si essemus in vltimo mense, appellatus indistincte haberet potestatem prosequendi. Tertio, quia authenti.ei, qui.loquitur de prosecutione, in qua vltimus mensis expectatur. Secus videtur in impetratione literarum, que precedit prosecutionem, de qua loquitur textus hic. Quarto, quia textus prohibet ne appellatus nimium precurrat. Et cum hoc determinatum non sit, arbitrio iudicis relinquitur l.j.ff.de iure deliberandi.not. in c. de causis. de officio delegati. Iste tamen rationes, cum quibus transeunt Moder.hic, euitari possunt. Nam prima non obstat, quia etiam in vltimo mense appellatus potest dici precurrere, preueniendo appellantem, cui principaliter prosecutio appellationis incumbit: vnde appellatus ante vltimum mensem nimium precurrit: expectato vltimo mense debito, nō precurrit. Secūda etiam non obstat, quia dici potest, quod etiā in vltimo mense appellatus non habet simpliciter potestatem prosequendi: sed tunc demum quando ipse appellans non velit: vt probatur in dicta authen.ei, qui ibi: appellatione cessante, cum vnus mensis subest. Tertio non obstat, quod authenti. ei, qui loquatur de prosecutione: quia etiam impetrans literas dicitur prosequi: vt dictum est in capitu.personas.supra eodē. Ultima ratio etiam tollitur: quia dici potest quod tempus sit determinatum in dicta authenti.ei, qui. Et secundum illud, qd ibi dicitur, intelligitur textus hic, argumen.l.non est nouum.ff. de legibus.et statim inferius latius dicam. Alia est opinio quam videtur approbare dominus Abbas hic, et Moderni sequuntur, quod quantum ad impetrationem literarum: prout loquitur hic, sit in arbitrio iudicis, quando dicatur nimium precurrere: sed respectu prosecutionis appellationis, appellatus debet vltimum mensem anni expectare, dicta authen.ei, qui Ista distinctio prima facie applaudere videtur: quia iura ita lo
d quuntur. Sed tamen considerandum[d] est: quia si facultas prosequendi appellationem, que appellato conceditur, restringitur ad vltimum mensem dicta authen.ei, qui. et loquitur ille textus in prosecutione, que debet fieri coram iudice electo ab ipso appellante: ergo etiam consonat, quod impetratio literarum, quam facit appellatus, debeat fieri in vltimo mēse. Talis enim impetratio, que per istum appellato conceditur, debet intelligi tempore alias concesso ipsi appellato, vt minus preiudicium appellanti inferatur, et iuri antiquo minus derogetur. argum. c.cum dilectus.de consuetu. Et ita tempus impetrationis literarum non videtur a tempore prosecutionis posse separari. Et ad hoc bene facit textus hic, vbi facta impetratione literarum, immediate infertur ad prosecutionem. Et ideo verior videtur illa opinio que habet quod ista impetratio literarum per appellatum fieri possit duntaxat in vltimo mense, secundum qd habetur in d.authenti.ei, qui. Et ita tenet Innocen. in c.sepe.§. eodem.in fin.vbi Anto.de Butr.et Imol.sequuntur.idem Innocen.et Joan.Andre.Anto.de Butr.et Imo.in c.ex ratione.§. eodem. Et idem videtur tenere archid.ij.questione vj. in c. appellatore.et videtur communis opinio a qua non est recedendū. Ultimo Abbas post Joannem Andre.ad textum hic, rationē adducit diuersitatis inter terminum iuris, et terminum hominis, qui preueniri non potest: quia terminus iuris datur ad prosequendum, et finiendum appellationem.clementi.sicut. eodem titu. Unde finis termini expectari non debet: quia tūc finis appellationis haberi non posset: et ideo ante finem appellatus potest preueniri impetrando. Terminus vero hominis non potest constitui ad finiendum appellationem.capitulo, ex insinuatione.supra eodem.merito expectatur finis termini: quia eo finito etiam appellatio postea poterit expediri. Sed ratio ista videtur dubitabilis: quia licet terminus hominis non constituatur ad finiendum respectu iudicis appellationis, cui inferior legem imponere non potest.dicto capitulo, ex insinuatiōe. tamen elapso termino hominis appellatio etiam deserta intelligitur, et non superest facultas vlterius finiendi ipsam appellationem: vt vidimus in capitulo, personas.supra eodem. vnde quantum est in parte, eadem ratio militat in termino hominis que in termino iuris, ex quo vtroque termino finito pars excludit: et si aliqua iusta causa impediatur: ita post terminū iuris, sicut post terminum hominis, auditur.capitulo, cum sit Romana.supra eodem.et c.ex ratione. Preterea attenta ratione Abbatis, terminus hominis non deberet posse preueniri, etiam faciendo mentionem de tali termino, quia adhuc militaret ratio Abbatis: et tamen contrarium dicitur hic. Unde alia ratio videtur posse assignari: quia de termino iuris superior notitiam habet ideo concedendo literas non decipitur. Secus in termino hominis, de quo probabiliter superior ignorat. Unde quando eo tacito litere impetrantur, non valent: quia non videtur fuisse de intentione summi pontificis, velle recedere a termino prefixo ab homine: vt colligitur per istum tex.hic: ibi: eo tacito.

¶ Additiones.

a ¶ Processu nullo. Uide Cald.in consi.xiiij.sub rub.de rescrip.
b ¶ Effectus. Uide de hoc Aretin.in l.diuortio.ff.soluto matri.et in notabi.questio.tradit Bartol. et ibi Moderni alia adducūt in l.certi condictio.§.si nummos.ff.si certum petatur. et aliquid per Felinum in c.cum venerabilis.de exceptionibus.
c ¶ Glossa fina. Et istam glossam allegat Bald.pro singulari in notabili questio.in consilio centesimo decimosexto.in iiij. volumine.secundum nouam impressionem.et vide etiam que ad hoc allegat pulchre Jas.in l.vbi pactum.C.de transact.
d ¶ Considerandum. Adde consi.domini Alexā. xx.incipiente viso processu cause vertentis inter procuratorem camere.in j. volumi. [redacted]

1 ¶ Lis est contest[redacted]causa appellationis, quando vtraque pars [redacted]
2 Litis cōtestatio an sit necessaria i appellatiōe ab i[redacted]
4 Pars altera si sit absens per contumaciā in causa appellatio[redacted]cedi ad sententiam diffinitiuam lite nō cōtestata.
5 [redacted]atio an sit necessaria in causa nullitatis.



Er tuas. ¶ Primo nota, quod effectus litis contestate durat post sententiam in causa appellationis, vt sententia diffinitiua ferri possit. Facit textus notabilis in l.ita demum. C.de procuratoribus. vbi exceptio dilatoria, que non potest opponi in

in causa principali, post litem contestatam: non poterit oppo-
ni in causa appellationis. not. per glossam ⁊ doctores, in capit.
ad audientiam. supra de rescriptis. de quo late dixi in rubr. su-
pra eodem. in ij. questione vbi videndum est. ¶ Secundo nota,
ibi: coram primis iudicibus. Ex ratione decisionis, quod dispo
sitio huius decretalis generaliter procedit, quandocunque ap
pellatum sit post litem contestatam: vt per Abbatem hic. Sed
tamen considerandum est: quia text. in princip. videtur loqui
cum ministerio, dum in princip. dicit, quando appellatur post
sententiã, vel saltem post depositiones testium publicatas. Ista
enim dictio saltem, precise arguit, quod si prius appellatur, tex
tus hic non haberet locum. Facit cap. non iuste. de procurato-
ribus. ⁊ capitulũ, si diligenti. de foro competenti. Nam ex quo
tunc testes sunt examinati ⁊ publicati, apparet de meritis cau-
1 se, de quo in gloss. ¶ † Tertio nota a contrario sensu hic, ibi: se
per contumaciam absentante. secundum Abbatem quod quã-
do vtraque pars est presens, etiam in causa appellationis, lis
debet contestari. Sed istud argumentum a contrario sensu be
ne non colligitur hic: quia text. dum loquitur de parte absente
per contumaciam, ⁊ considerauit communem contingentiam,
que est, quod quando partes sunt presentes, lis cõtestatur. Vn-
de ad ostendendum, quod non requirebatur litis contestatio,
ponit causam in parte absente: idem tamen esset in vtraque par
te absente: quia valeret processus in terminis huius decretalis
absque litis contestatione: ex quo semel fuit lis contestata. Et
sic ratio, que assignatur hic, etiam parte presente procedere vi
detur. Extra istum casum bene verum est, quod licet in aliquo
casu procedatur, lite non contestata parte absente, tamen quan
do pars vtraque est presens, lis debet contestari: vt dicit glossa
notabilis in capitulo, per venerabilem. in versi. non seruatum.
infra qui filij sint legitimi. Et illã sequitur Baldus, in l. si quis.
in principio. C. finium regundorum. ⁊ in lege, incerti. C. de inter
dictis. Et per illam glossam Baldus regulam ponit in authen
tica, qua in prouincia. versi. ex predictis infero. C. vbi de crimi-
ne agi oportet. quod licet interdum procedi possit lite non con
testata, hoc intelligitur parte absente: sed parte presente lis om
nino contestari debet. ¶ Vltimo nota, quod in causa appella-
tionis procedi non potest ad diffinitiuam, nisi lis contestata sit
saltem in causa principali. Et ita per istum textum secundum
Baldum hic, suppletur, ⁊ glossatur textus in l. fina. §. illud. C. de
temporibus appellationum. quod notandum est ad ea, que in-
2 fra dicam. ¶ † In glossa in versi. liquebit. Ex his, que Abbas
dicit, prima conclusio est, quod in appellatione ab interlocuto-
ria non sit necessaria litis contestatio: vt probatur in capitulo,
interposita. §. sane. infra eodem. ⁊ quia appellatio ab interlocu
toria incidenter occurrit, ideo non videtur necessaria litis con
testatio: sicut in exceptionibus contingit, super quibus lis non
contestatur, secundum communem opinionem, quam Abbas
tenet post alios in capitulo, prudentiã. §. sexta. de officio dele-
gati. vbi Baldus, Cardinalis ⁊ Imo. ratione adducunt: quia
si deberet lis contestari super exceptionibus, etiam deberet fer
ri diffinitiua: ⁊ ita plures sententie diffinitiue proferrentur: qđ
absurdum videtur. Et ista conclusio procedit in exceptionibus
proprie sumptis: secus est in exceptionibus improprijs, que vim
habent actionis, in quibus necessaria est litis cõtestatio, vt quã
do opponitur contra prelatum. Ita Innocentius in capitulo,
super eo. de electionibus. quem alij sequuntur, ⁊ notat Ange-
lus per illum textum, in lege, si quis libertatem. §. nam cuz qui
3 dam. in fine. ff. de petitione hereditatis. † Secunda conclusio,
Si appellatur a sentẽtia diffinitiua, ⁊ vtraq; pars sit presens,
28 bus supra dictis. † Postremo extra glossam Abbas concludit, quod causa appellationis specialiter exprimi debet, vt dicitur in clementi. appellanti. eodem titulo de qua dictum fuit in capitulo, consuluit. el secundo. supra eodem. Et ideo non potest appellãs dicere notario, Habeas pro expressis causas grauaminis, quas tibi cras dabo in scriptis: vt notabi. dicit Ang. in l. quicquid adstringende. ff. de verborum obligationibus. ⁊ sequitur Imol. ibi, ⁊ Alexand. Et hoc intelligitur, nisi dies sequens esset intra tempora appellandi: vt singulariter not. Baldus in l. ij. circa finem, versiculo, vnum quero. C. de episcopa. audien. Et ita absoluta sunt omnia, que traduntur per dominum Abbatem hic. Reliqua per Moder. hic.

¶ Additiones.

A ¶ Nullo. Adde eundem Decium. capitulo, oblate. s. hoc eod. tit. in versiculo. Nam non est nouum, ⁊ vide eundem in capitu. cum M. ferrariensis. de constit. in versiculo, ⁊ etiã videtur. vbi dicit quod etiam si actus per quem Papa ad se causam auocat sit nullus, tamen auocatio tenet: vide etiam eundem Decium s. in capitulo, vt nostrum. in princip. ibi, Et hoc in fortiori casu.

B ¶ Apponatur. Adde eundem Decium in c. pastoralis. in ver. secus si a statuto. s. hoc eo. titu.

C ¶ Terminis. Vide per domi. Jas. in l. ij. C. vt lit. penden.

Hiero. Sig.

1 ¶ Attenditur. Declara vt j. per eundem.

2 ¶ Vel aliter. Contra hanc conclusionem extat ferrarie statutum sine aliqua ratione, vt alias ibi docebã ostendens propterea iniquum esse ⁊ restringendum.

3 ¶ Puniatur. Adde Dec. in c. inter cetera. eo. ti. Siluest. Aldo.

a ¶ Onus. [redacted]

b ¶ In expensis. Vide pulchre And. Sicul. in consi. 50. incipiente, illud afferam in medium. in primo volumine.

c ¶ Incompetenti. Alexand. l. ij. C. de eden. Roma. cõsil. ccccxij. Feli. cap. gratum. de officio delega. Jason l. more. de iurisdictione omnium iudic. ⁊ in rubr. de in ius vocand. ⁊ in l. iij. de eo per quem fact. erit. Hippoly. Marsil. not. ccxcj. Fallit vbi non potest haberi copia iudicis competentis. Albe. in dicta l. si pater. facit Barto. in l. j. C. de naufrag. libro xj. Ego vero dico quod si reus errore actoris non declinando vel subterfugiendo abusus fuerit, interrupta est prescriptio, quinetiã valebũt testimonia defunctorum testium, qui coram competenti repeti nõ possunt, vt noue dico in praxi iudiciali.

d ¶ Iudicium. Vide Feli. in c. olim. de rescri.

e ¶ Intimata. Falsum est. Et Roma. ibi male consuluit, quia ante executionem nondum est citatio, ⁊ licet nõ vti, ⁊ penitere.

f ¶ Excusatur iudex. Idem volunt Bal. ⁊ Salic. in l. iuris ignorantia. C. qui admit. ⁊ ibi Pau. de Cast. ⁊ Moder.

g ¶ Inimicitia. Vide quod not. Bart. in notabili questione, in l. penul. in prin. ff. solu. matri. ⁊ quod not. Fulg. in consi. cxxix. incip. visis duobus vltimis.

h ¶ Contrarium. Et bene, ⁊ ita practicatur. Adde quod quandoque etiam vtriusque partis consensus ⁊ iudicis ad quẽ, hoc efficere non potest, vt quãdo alterius interest, puta iudicis habentis iurisdictionem infeudatam, qui potest interuenire, ⁊ ostendendo se bene iudicasse, petere subditum ⁊ causam ad se remitti, vel a denegatione appellare: vt sepe in hoc regno, quanquam hoc sit contra publicam vtilitatem, cuius ergo introducta est iurisdictio, quam turpe, imo nefas est vsibus ⁊ questui cuiusquam seruire: vt expostulat Albe. in l. imperium. de iurisdi. omn. iud. dixi in praxi iudiciali. [redacted]

1 ☞ Causa cessante cessare debet effectus. fallit. 2. 3. 4. 5. 6.

7 Iudex delegatus potest sententiam suam interlocutoriam reuocare.

8 Interlocutoria per iudicem potest reuocari, licet ab ipsa sit appellatum, nisi detulerit appellationi. 18.

9 Interlocutorie reuocatio non requirit partium consensum.

10 Appellari an possit a comminatione iudicis.

11 Iudex an indistincte possit reuocare interlocutoriam, ⁊ vsque ad quod tempus. 12. 20.

13 Interlocutoria quando habeat vim diffinitiue.

14 Interlocutoria si est talis quod per eam finiatur officium iudicis, vt quia pronuntiat se iudicem incompetentem, non potest reuocari.

15 Interlocutoria non potest reuocari, si ab ea fuit bis appellatum.

16 Interlocutoria si fuit bis reuocata, non poterit vltra reuocari.

17 Interlocutoria si sit lata de consensu partium, non potest reuocari de consensu alterius partis.

19 Interlocutoria non potest reuocari per iudicẽ a quo, si ei fuit inhibitum per iudicem ad quem ne procedat in causa.

21 Interlocutorie reuocatio debet fieri causa cognita.

1 Cum cessante. ¶ † Primo nota illud vulgatum.
B Quod cessante causa, cessat effectus[B] [1]. Idem
1 dicitur in c. magne. in fi. j. de vot. Facit text. in l. generaliter. C. de episc. ⁊ cle. ⁊ in l. adigere. §. quamuis. ff. de iure pat. Et ideo quod pro necessitate temporis statutum est, cessante necessitate remouetur. j. questione j. capitulo, quod per necessitatem. ⁊ j. questione vij. capitulo, quod pro remedio. Et quod metu periculi cõceditur, finito metu extinguitur: vt not. Bald. per illum textum in l. j. C. de nau. feno. Et quod propter odium, vel fauorẽ statutum fuit finita causa fauoris, vel odij, tollitur: vt inquit Bald. per illum textum in l. fina. C. qui ad lib. perue. non poss. Ex quibus ad no

tabili

tabilem questionem infertur per Rom. in consi. cccciiij. in casu
proposite. ⁊ in consil. ccccvij. in proposito casu. Et causa hic su-
mitur pro ratione: vt not. Barto. in l. ij. §. fina. circa finem. ff. de
donat. Nam causa proprie illa dicitur, que habet ratioñe: alias
sine ratione abusiue causa dicitur: vt Bald. scribit in capitulo,
monasteria. j. de vit. ⁊ hon. cleric. allegando l. si ita stipulatus. §.
possunt. in fine. ff. de verbo. obliga. Et predicta conclusio locum
habet, cessante causa finali: secus est in causa impulsiua: quia illa
cessante, non tollitur dispositio: vt per gl. in capitulo, post trans
lationem, de renunc. in capitulo, cupientes. in princip. in versi.
periculosis, vbi Ioan. Andre. ⁊ Do. de elect. in vj. ⁊ idem glo. in
l. j. §. sequum. per illum textum. ff. de postul. ⁊ in l. si mulier. C. de iu
2 re dot. Hoc † tameñ fallit in materia beneficiali, vbi propter am
bitionem refrenandam, etiam cessante causa impulsiua, cessat
2 effectus[2], vt not. Abb. dicit, per illum textum in capitu. postu-
3 lasti. in vlti. nota. s. de rescrip. Oldra. in consi. cclvj. in prin. † Se
a cundo conclusio limitatur, nisi effectus esset consummatus[a], et
3 alicui esset ius quesitum[3]: quia tunc cessante causa, remanet ta-
men effectus: vt not. Barto. in l. ij. §. fina. de don. Allegat text.
qui bene probat in l. fina. in princip. ff. vnde liber. Et idem not.
Bartol. in l. Titia. §. Imperator. versiculo, pone quod filij. de
lega. ij. Et hoc procedit, quando effectus coñsummatus est, ⁊ ius
quesitum sit de iure communi. Secus si de iure extraordinario
4 vt not. tradit Bald. in l. si pro ea. in viij. q. C. man. † Tertio con-
clusio fallit, quando causa certo, ⁊ determinato requiritur tem-
b pore: quia sufficit causam adesse illo tempore, quamuis postea[b]
cesset: vt not. Bald. declarando dicta Petr. ⁊ Cyn. in l. generali
ter. C. de episcop. ⁊ cler. vbi inducit text. in l. quecunque. §. fin. ff.
de publi. Et ad predicta bene facit quod not. concludit Ioan.
Andre. in regula, decet. de regu. iu. in vj. quod si pater propter
numerum filiorum immunitatem consequitur, quamuis post-
ea numerus filiorum deficiat, non tamen priuilegium immuni
tatis extinguitur. Et sequitur Barto. in l. ij. §. non solum. ff. de
excu. tut. Paul. de Castr. in l. si cum dotem. §. si maritus. ff. solu.
matr. ⁊ late tradit Ioan. de Ana. in consi. vlti. circa dubium ob
5 latum. † Quarto, conclusio fallit, quando essent plures cause fi-
4 nales: quia tunc vna cessante non cessat effectus[4]. §. affinitatis.
Instit. de nupt. l. liberorum. in princip. vbi Barto. ff. de his, qui
not. infa. ⁊ idem Bart. in l. si ventri. §. in bonis. ff. de priui. cre. et
in l. j. ff. solut. matri. Limitatur hoc per Abb. hic, non procede-
re, quando quelibet causa per se non sufficit ad producendum
5 effectum, de quo agitur[5], per textuz in c. quoniam frequenter. §.
porro. iuncto si autem. vt lite non contesta. Sed potest dici q
cause non videntur finales: ex quo quelibet nonsufficit: vt dicto
§. affinitatis. Nam causa impulsiua a finali cognoscitur, quan-
6 do illa cessante, non cessat dispositio[6]: vt not. Domin. post Ioã
nem Andre. in capitulo, quoniam de immuni. eccle. in vj. Cyn.
⁊ Bald. in l. generaliter. C. de episcop. ⁊ cler. Barto. in d. l. iij. §. fi
6 na. circa finem. ff. de donatio. vbi reliqua videnda sunt. † Quin-
to limita vt per Abbat. in capitulo, abbate. in glos. de verborũ
7 signi. ¶ † Secundo nota quod etiam iudex delegatus senten-
tiam suam interlocutoriam reuocare potest: ⁊ not. glos. per istũ
textum in l. quod iussit. ff. de re iudic. Et sic in tali interlocuto-
ria delegatus equiparatur ordinario, de quo loquitur text. in
d. l. quod iussit. Secus tamen est in sentectia, que fertur vt diffi
nitiua: quia facilius extinguitur iurisdictio delegati, quam or-
dinarij l. si vt proponis. la j. iuncta l. si preses. C. quomodo, ⁊ quã
8 do iud. ¶ † Tertio quod interlocutoria reuocari potest, licet
ab ea appellatum sit. Nam licet per appellationem iurisdictio
suspendatur, tamen grauamen, pro quo appellatuz fuit, potest
reuocari. capitulo, si a iudice. eod. titu. ¶ Quarto nota quod in
iudicio etiam a futuro grauamine potest appellari, quando iu
dex comminatur: alias secus. In appellatione tamen extraiudi
ciali indistincte a futuro grauamine appellatur. cle. sicut. eod.
titu. in capitulo, bone. s. eod. ⁊ Abbas hic dicit. Sed consideran
dum est, quod extra iudicium a futuro grauamine appellatur,
quando grauamen verisimile est. Et ita videtur etiã in appella
tione iudiciali, vt probatur hic: quia comminatio iudicis facit
futurum grauamen verisimile: merito appellatur: vt latius di
ctum est in dicto capitulo, bone. ¶ Quinto nota, quod sanum
c dicitur consilium, si quis reuocat[c] quod male fecit. Facit text.
xxvj. questione iiij. in capitulo, magne. Unicuique enim licet er-
rorem suum corrigere. xxxv. questione ix. in capitulo, loci. §. por
ro. Et sapientis est mutare consilium in melius l. nonnunquam
vbi glos. ff. de colla. bono. sicut de Petro legitur xxij. questione
j. capitulo, beatus. ⁊ xij. questione j. in capitulo, certe. Et melius
est. seipsum corrigere, quam expectare quod ab alijs corrigatur
9 vt dicit text. in authen. de nuptijs. §. j. ¶ † Sexto nota, quod in
reuocatione interlocutorie partium consensus non requiritur:
vt probatur hic in verbo, libere. De cuius natura est vt alteri⁹

consensus non exigatur, vt not. in capitulo, de multa. de prebẽ. ⁊
per gloss. in clemen. dudum. de sepul. Et ita videtur text. hic p
dicto Barto. in dicta l. quod iussit. ⁊ not. Bal. in l. j. C. sen. rescin.
non pos. ⁊ sequuntur Moderni hic. Sed tamen considerandũ
est quod textus iste parum facit: quia verbum, libere, quod pon
deratur, non respicit reuocationem sententie, sed facultatem
procedendi post reuocationem: vt colligitur dũ dicit, libere in
cause cognitione procedat. ¶ Septimo nota quod quando
vna dubitatio proponitur, omni alio respectu defectus reuoca
tur, vt probatur hic, ibi: dummodo. ⁊ in l. qui testamento. in prin
cipio. ff. de testa. in capitulo j. de etate ⁊ quali. in vj. ⁊ in capitulo
10 j. de filijs presby. eodem libro vj. cum similibus. ¶ † In glossa j.
ibi: quod non est verum, hoc est contra textum hic, vbi expresse
dicitur, quod a comminatione appellatur: ⁊ no. Bald. in rubri.
C. commi. vel episto. versicu. extra tamen not. dicens quod iste
comminationes terrorem incutiunt: ⁊ si fiunt a iudice seuiente
appellari potest, allegat Innocentiuz hic. Ex quo infert quod
si quis timet, ne contra ius ponatur ad torturam, appellet, ⁊ cõ
fessio postea facta non valeret: vt in titu. nil non. appella. pen-
den. Et idem not. Bald. per illum textum in l. si quis prouocatio
ne. vbi Salice. in fine. C. eodem. Et hoc quando iniuste iudex cõ
minatur: secus si iuridice, quia tunc non potest a comminatio-
ne appellari. Et ita contraria allegata in glossa procedunt: vt
Abbas post alios hic concludit. Sed tamen aduertendum est,
quod licet iuste iudex comminetur, non propter hoc appella-
tio excludi videtur: quia sufficit quod causa legitima allegetur
ad hoc vt appellatio admittatur. capitulo, vt debitus. s. eodem
de iustitia vero appellationis postea apparebit. Et ideo vide-
tur dicendum quod in iuribus allegatis in glossa appellatio
admittatur, ne ibi hoc negetur. Uel dicta iura locum habent,
quando comminatio simpliciter ad dispositionem iuris refera
tur: quia tunc appellari non potest, cum a pena legis non ap-
pelletur l. si qua pena. ff. de verborum signific. ¶ In eadem glos
sa ibi: eodem modo, quo appellans, vt Abbas hic dicit, glossa
non tollit formaliter contrarium. Unde secundum eum, respõ-
detur dupliciter. Primo, quod iudex hoc facit beneficio huius
constitutionis. Sed ante istam decretalem, idem tamen erat:
vt in l. quod iussit. ff. de re iudicata: ⁊ ideo propter hoc formali-
ter ad contrarium non respondetur. Secundo dicit quod non
tractatur de preiudicio appellantis, cum habeat intentum, ex
quo grauamen reuocatur. Sed hoc etiam non satisfacit: quia
quantum ad appellantem. Abbas bene loquitur: sed vis vide-
tur consistere in appellato, cui videtur ius quesitum. Sed po-
test responderi quod ius quesitum sit reuocabiliter, secundum
naturam interlocutorie. Simile est in donatione causa mortis,
vel in contractibus innominatis: ⁊ quia tale ius facto iudicis
acquiritur, ideo per eum reuocari potest: vt notat Bartol. in l.
qui Rome. §. Flauius. de verborum obligat. ⁊ in l. iij. ff. de ser.
expor. cum similibus. ¶ In eadem glossa ibi: non tamen quo
ad iudicem. circa materiam huius decretalis, secundum Ab-
bat. queritur de tribus. Primo, an iudex indistincte interlocu
toriam reuocare possit. Secundo vsque ad quod tempus reuo
catio fieri possit. Tertio, an in reuocatione cause cognitio re-
11 quiratur. Quo † ad primum, regula sit, quod interlocutoria
d a iudice possit reuocari:[d] vt hic, et in l. quod iussit. vbi Bartol.
in prin. iura concordantia adducit. ff. de re iudica. Nam iudex
appellationis hoc potest. capitulo fina. eodem titu. in vj. a for-
tiori poterit iudex, qui iudicauit: vt arguit Abbas hic. Iste ta
men modus arguendi non multum satisfacit: quia iudici ap-
pellationis hoc conceditur per viam appellationis, que non
cadit in iudice a quo: quia de se ad ipsum appellari non potest.
capitulo ij. de consuet. Unde ratio melior videtur, quia consul-
tius est: se ipsum corrigere, quam expectare quod ab alijs cor-
rigatur. §. j. in authentica de nupt. Et hoc in eo, qui retinet po-
testatem corrigendi, vt excludatur illud, quod posset dici de
sententia diffinitiua, que mutari non potest ab eo, qui iudica-
uit l. iudex posteaquam. ff. de re iudicata. Et in sententia inter-
locutoria ratio in textu hic assignatur, ne processus negotij
principalis friuolis exceptionibus retardetur. Et talis reuoca
tio fieri potest sine causa: vt dicit Paul. de Castr. in dicta lege,
quod iussit, quia arbitrio suo hoc committitur. Et pro hoc fa-
cit textus hic, dum dicit, libere. Sed contrarium verius vide-
tur, quod imo causa requiratur: vt tenet Bald. in l. post senten-
tiam. circa finem. C. de sent. vbi inquit quod in corrigendo fa-
ctum proprium causa requiritur. Allegat l. cos. C. de modo
mul. ⁊ sequitur Alexand. post alios, quos refert in dicta l. quod
iussit. qui respondet ad textum hic, quod nihil facit. Uoluit di-
cere, vt puto, quod verbum, libere, hic non refertur ad potesta-
tem reuocandi, prout dixi in not. Sed tamen pro opi. Pau. de
Castr. considerandum videtur, quod cum reuocatio fieri de-

beat re integra, videtur quod iudex simpliciter reuocare possit
corrigendo errorem suum absque alia causa extrinseca: quia sa-
tis est ꝙ bono vtatur consilio, vt hic dicitur. Probabilis tamē
videtur distinctio Baldi d.l. post sententiam. vt distinguamus
vtrum agatur de modico, vel de magno preiudicio in tali re-
12 nocatione interlocutorie. † Primo conclusio predicta, ⁊ regula
fallit in interlocutoria, que habet vim diffinitiue, que secundum
omnes, non reuocatur: vt Abbas hic dicit: ⁊ idē Ant. de Bu.
Imo. ⁊ Moder. hic. Et ad hoc est glo. in c. fi. in versi. inanes. de
elect. in vj. ⁊ tenet Bart. in l. arbitro. ff. qui satisd. cogan. cum si.
vt tradit Alex. in d.l. quod iussit. in ver. quarto fallit. ⁊ idem te-
net Ang. in auth. de here. ⁊ Fal. §. illud. ver. noto istam glos. Et
ad hoc facit, quia interlocutoria habens vim diffinitiue regu-
latur a diffinitiua: vt not. Bal. in l. minoribus. C. de his, qui. vt
13 indi. de quo dixi in c. peruenit. el ij. s. eod. Et † ad cognoscendū
B quando interlocutoria habeat vim diffinitiue[B], notandū est
ꝙ diffinitiua dicitur dupliciter. Primo respectu ordinis pro-
cedendi. Secundo respectu finis: quia finem liti imponit: vt tra
dit Bart. in l. Titia. ff. de accu. ⁊ in l. si cum exceptione. §. hoc au
tem. ff. quod met. cau. Et quomodo distinguatur mera interlo-
cutoria ab illa, que habet vim diffinitiue, recurrendū est ad ea,
que precipue Aret. scribit in consi. xx. in q. j. consi. cvj. in presenti
dubitatione. ⁊ in consi. cxix. in presenti dubitatione. Ex his in-
fertur quod cum preceptum iudicis interlocutoria sit, habens
vim diffinitiue, vt no. Ange. in dicto §. illud. auth. de here. ⁊
Fal. ⁊ in consi. cxv. primo inquiramus. Bal. in l. hi, qui. C. eo.
titu. ⁊ do. Anto. in rub. supra de re iudi. ⁊ latius in consi. vj. an
sententia dationis in solutum. infertur quod non poterit per
iudicem reuocari. Ita Ang. in dicto §. illud. Aliter tamen vi-
detur velle in d. consi. cxv. Sed distinguitur vt idem Ang. tra-
dit in l. si debitori. ff. de iudi. facit quod no. Bar. in l. nō fatetur.
ver. an isto casu. ff. de confes. ⁊ quod not. Bal. in l. fin. §. necessita-
14 te. C. de bon. que lib. Secundo † regula fallit, quando talis in-
terlocutoria est, per quam officium iudicis finitur: vt quia pro-
nuntiat se non competentem. Nam talis interlocutoria non
poterit reuocari. Abbas hic per textum in c. significantibus. s.
de offi. deleg. vbi Abb. in iij. not. idem dicit, ⁊ notat Barto. per
illum text. in l. dicere. in prin. ff. de arbit. ⁊ idem Bar. in dicta
l. quod iussit. Bal. in l. pe. circa fi. C. de pactis. Ang. in l. j. C. sen.
rescin. non pos. Allegat Inno. c in c. consuluit. de offic. dele.
Ista limitatio procedit, nisi appellatum sit a tali interlocu-
toria: quia tunc sententia suspenditur: ⁊ non potest dici quod
iurisdictio finita sit: vt Abb. hic concludit, allegando Ro-
tam decisi. lxxxiij. que est xij. item si a pronuntiatione. eodem
tit. in nouis. Facit textus in c. si a iudice. eodem tit. in vj. Et
ad hoc videtur text. in c. dilectus. el iij. de preben. ⁊ sequuntur
Peru. ⁊ Moder. hic, ⁊ idem Abb. in c. peruenit. el ij. s. eodem.
Contrarium tamen in hoc voluit Cal. in d. c. dilectus. quem
ibi sequuntur Imo. ver. item etiam aduerte. ⁊ Alex. in dicta l.
quod iussit in xij. fallen. qui dicit istam opi. veriorem: quia
sicut in diffinitiua non potest iudex se intromittere vlterius,
cum functus sit officio suo: ita in ista, per quam finitur eius iu-
risdictio. Non obstat c. si a iudice. quia intelligitur de interlo-
cutoria, per quam officium iudicis non extinguitur. Non ob-
stat text. in c. dilectus, quia ibi processum fuit vigore secundi
mandati. Non obstat quod per appellationem sententia suspē
datur: quia verum est quo ad executionem impediendam, sed
non facit reuiuiscere iurisdictionem extinctam: alias esset di-
cendum quod etiam iudex potest reuocare diffinitiuam a qua
appellatur. Non tamen a communi opi. recedendum est, que
videtur probari in c. dilectus. Nec valet illa responsio, quod ibi
procedatur vigore secundi mandati: quia hoc diuinationē con
tinet: ⁊ potius verba litere innuūt quod authoritate primi mā
dati procedatur, dum ibi dicitur, quod illi pronuntiauerunt se
non esse executores nostri mandati. loquitur ibi summus pon-
tifex, qui postmodum in fine dicit, Mandatum exequi procu-
retis. Et sic videtur loqui de eodem mandato, super quo iudi-
ces pronuntiauerunt se non esse executores. Et quia per appel
lationem sentētia suspenditur. Et facit ratio textus in fi. hic, ⁊
etiam tex. in dicto c. si a iudice. qui generaliter loquitur. Non
obstat quod dicitur de diffinitiua: quia illa de sui natura irre-
uocabilis est alia ratione, quam quod iudex priuetur iurisdi-
ctione. Predicta limitatio locum habet in delegato: secus in
ordinario videtur: vt not. Bal. per illum textum in l. si preses.
C. quomodo, ⁊ quando iudex. in prima oppositione, dicit ita li-
mitari textum in d. capit. significantibus. Et sequitur simplici
ter Perusi. hic: ⁊ idem dicit Paul. de Cast. in l. ij. in fi. ff. si quis
in ius voc. Sed contrarium tenet Alexan. in d.l. quod iussit. in
xij. fal. quia eadē ratio videtur in ordinario: quia videtur fun
ctus officio suo, pronuntiando se incompetentem, vt s. dictum
est. ⁊ text. in d.l. si preses. loquitur, quando sententia fuit nulla:
sed hic valuit: vnde ad casum istum non bene arguitur. Sed ta
men ille textus induci potest: quia cum delegatus, etiam nulli
ter pronuntiando, priuetur iurisdictiōe. l. si vt proponis. C. quo
modo, ⁊ quando iudex. secus in ordinario d.l. si preses. datur in
telligi quod firmior sit iurisdictio ordinarij, quā delegati. Vn-
de quod dicitur in d. c. significantibus. in delegato non bene in
fertur ab ordinario a quo non ita de facili iurisdictio abdica-
tur, ⁊ quia remanet iudex, sed delegatus remanet priuatus. Se
cundo predicta limitatio procedit quando iudex pronuntia-
c uit se incompetentem[c] super principali negotio: quia tunc non
potest talem interlocutoriam reuocare. Secus si super alio de-
pendente a principali: vt probatur in d. c. dilectus. de preben.
secundum intellectum Pau. de Eleaza. quem refert, ⁊ sequitur
Sali. in l. post sententiam. C. de sen. ver. quero de quodam ter-
tio. Et approbat Alex. in dicta l. quod iussit. arg. c. super gra-
tia. de offi. deleg. in vj. vbi sicut non expirat gratia per mortem
summi pontificis, ita non extinguitur iurisdictio executoris
dati super tali gratia. Sed tamen ille textus non multum fa-
cit: quia ibi secundum regulam accessorium sequitur naturam
sui principalis. Sed in casu nostro in illo accessorio, ⁊ dependē-
te, est diuersa ratio a principali: quia in eo abdicata est iurisdi-
ctio, ⁊ in eo militat ratio, que in principali, quando sic pronun-
tiatur. ⁊ in dicto c. dilectus. cum habeat varios intellectus, fun
15 damentum fieri non potest. † Tertio regula fallit quando ab
interlocutoria fuit bis appellatum, ⁊ bis fuit confirmata: quia
tunc non potest per iudicem reuocari. gl. no. in cle. fi. in verbo,
super ea. quam ibi sequitur Card. ⁊ Imo. eo. tit. Abbas hic, ⁊
Ant. de But. in c. fraternitatis. ver. nota mirabilē glo. de frig.
⁊ male. Alex. in d.l. quod iussit. in vj. fal. Ex quo enim confirma-
ta reperitur sententia, ⁊ vlterius reclamari nō potest, cessat ra-
tio textus hic, ne processus super negotio principali retarde-
tur. Et quia reuocatio admittitur, quando quis ducitur ratio
ne, ⁊ sano consilio, vt hic dicitur, que ratio cessat, quando repe-
ritur bis cōfirmata. Unde reuocatio iniusta videtur: quia pre-
sumptio surgit pro tali interlocutoria. cle. j. de re iud. Alia est, ⁊
16 quarta limitatio, que huic conformatur, videlicet quando † in-
terlocutoria bis reuocata fuit, quia vlterius non poterit reuo-
cari, vt Bar. concludit in d.l. quod iussit. Ant. de But. hic, ⁊ in
d. c. fraternitatis. Sali. in d.l. post sententiam. quia sicut non li-
cet tertio prouocare, ita non videtur permissum iudici vt ter-
tio, vel vlterius sententiam reuocare possit. Et ad hoc Bart.
allegat textum in l. fideicommissa. §. si quis. ff. de leg. iij. vbi le-
gatum tantum bis prestatur, quando ab herede debuit presta
ri, si per legatarium amittatur. Et pro ista conclusione Alex.
in dicta l. quod iussit. rationem adducit, quia iudex appellatio
nis in locum iudicis a quo surrogatur. l. cum apud Sempro-
nium. ff. iud. sol. Sicut ergo iudex appellationis tantum bis
reuocare potest sententiam, quia tertio prouocare non licet:
ergo idem dicendum videtur in iudice a quo, vt tantum bis
interlocutoriam reuocare possit. Sed tamen ista limitatio ex
rationibus predictis parum mihi suadet. Nam primum simi-
le non satisfacit, dum dicitur quod tertio non licet appellare:
quia a facultate appellandi que parti tollitur, non bene infer-
tur ad reuocationem interlocutorie, que ex officio iudicis pro
cedit: vt patet per glo. hic, quam doct. sequuntur, ⁊ dicūt quod
licet post decem dies non possit appellari, quia sententia tran-
sit in rem iudicatam, iudex tamen ex officio vsque ad senten-
tiam diffinitiuam interlocutoriam reuocare potest. Secundo
non obstat textus in l. fideicommissa. §. si quis decem. quia ibi
dictio, iterum, ponitur, que signat secundam vicem tantum:
vel loquitur ibi textus in dispositione hominis, que restringi-
tur in prima vice: ⁊ ibi tantum semel legatum prestatur post
legatum relictum a testatore: secus in dispositione legis: vt
not. Bald. distinguit in l. j. ver. quarto quero. C. de his, que
pe. nom. Ultimo non obstat quod iudex appellationis in lo-
cum iudicis a quo surrogetur: quia fateor hoc. Et dum di-
citur, quod per iudicem appellationis tantum bis senten-
tia reuocatur: etiam hoc fateor. Dum postea arguitur: er-
go idem in iudice, a quo. istud argu. ⁊ ista illatio non bene
infertur: quia iudex a quo non surrogatur in locum iudi-
cis ad quem. Nam argu. quod facit Alex. procederet, si ar-
gueretur quod illud, quod est dispositum in iudice a quo,
etiam haberet locum in iudice appellationis: quia talis iu-
dex in locum iudicis a quo surrogatur: ⁊ surrogatum sapit
naturam eius, l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. Sed
arguere de iudice appellationis ad iudicem a quo, ex ratio-
ne, quam ipse adducit, argumentum non bene procedit. Ad
17 hoc facit quod doct. tradunt in l. prima ff. de lega. j. † Quin-
to fallit, si lata sit interlocutoria de partium consensu: quia
tunc

tunc de alterius partis consensu tantum non poterit reuocari argu.c.significante.j.eo.vbi Abb.in iij.no.et hic.Sed contrariū tenet Peru.hic:quia si iudex de voluntate partium causam cōmisit consilio sapientis,etiam partibus inuitis,commissionem reuocare potest l.ad principem.vbi Bar.ff.eo.no.Bal.et Ange. in l.ex illo.C.eo.Et quia regula textus hic,videtur procedere ēt partibus inuitis:vt probatur hic in ver.libere.et dictum fuit in not.Non tamen videtur recedendum ab opi.Abb.hic,quam tenuit Imo.in c.ceterum.in fi.de rescri.et sequitur Alex.qui alios adducit in d.l.q iussit.ver.octauo fallit.Non obstat q supra dicitur de causa cōmissa cōcilio sapientis: quia in tali interlocutoria ratio specialis est,cū iudex consiliū illud sequi non teneatur:vt dictum fuit in c.vt debitus.in glos.in versi.ex rationabili causa.s.e.Non obstat tex.hic in ver.libere:qr intelligitur quādo iudex nō protulit interlocutoriam de consensu partiū.Vel secūdo,vt dixi in no.textus iste nihil facit:qr verbū,libere,nō respicit reuocationē sententie,sed facultatē procedendi.

18 † Sexto fallit,quādo iudex a quo,detulit appellatiōi:qr iurisdictio trāsfusa est in superiorē.c.cū appellationibus.eo.ti.in vj.ideo reuocatio fieri nō potest.Abb.post alios hic.Et hoc procedit,etiā si delatū sit tacite appellationi,secundū Bald.hic,vt puta qr tradidit apostolos.Nā tūc etiā interlocutoria reuocari nō potest vt dicit Abb.in sexto casu hic:et no.Domi.post Archi.in c.j.§.in quibus.in prin.eo.tit.in vj.et idē Domi.post antiquos,quos refert in c.vt super.ver.sed quero an iudex.eo.tit.in vj.Car.in cle.ij.§.verū.in iiij.q.in fi.eo.tit.Et adeo ista conclusio procedit q nec etiā de cōsensu partiū potest reuocari:vt tenent Domi.de Rota in decisio.lxx.itē si iudex.in fi.In hoc tamen cōtrariū tenet Peru.hic,quia apud iudicē,qui detulit appellationi,remanet iurisdictio in habitu,et solū exercitio iurisdictionis priuatur:vt per gl.in d.c.cū appellationibus.in ver.reputari.vbi Domi.per illum textū,et idē Domi.in d.c.vt super.ergo re integra de partium consensu iudex poterit exercitiū reassumere:arg.c.pastoralis.§.j.de rescri.Predicta tamē limitatio restringitur,vt procedat in delegato:secus videtur in ordinario:vt dicit Peru.hic,allegando Rotam in decisio.ccclxij.in fin.facit text.in l.si preses.C.quomodo,et qn iudex.et quod supra dictū est in secunda limitatione.Et quia reuocare grauamen,tendit ad faciliorem expeditionē cause appellationis,vt hic ergo ordinarius poterit reuocare:vt not.in c.cum teneamur.s.eo.Et in simili facit text.in c.j.§.post hoc.eo.tit.in vj.Sed considerandū

f est,q his rationibus idem[f] videtur dicendū in delegato.Et sic ista limitatio non habebit locū: qr vt dictū est,iudex,qui detulit appellationi,remanet iudex in habitu,et exercitium iurisdictionis tantū ab eo abdicatur respectu cause appellationis,et respectu cause principalis,que tunc ad eum non debet remitti d.c.cū appellationibus.per hoc tamen non excluditur,quo minus possit grauamen reuocare,vt sic facilius causa appellationis expediatur:vt probatur in simili in c.si a iudice.eo.ti.in vj.de quo Abb.inferius dicit:ille text.etiam isto casu videtur procedere.Et per hoc etiā videtur q iudex possit reuocare delationē,quā fecit:licet aliter velit Domi.post Jo.And.in d.c.cū appellationibus.§.si vero.versi.sed pone.per c.significantibus.de offi.deleg.Sed ille tex.cum simi.dictis s.in secunda limitatione,videtur procedere,quādo in totū iudex priuatur iurisdictione:sed hic iurisdictionem saltem retinet in habitu,vt dictū est.

19 Septimo† fallit,quādo facta fuit inhibitio per iudicē ad quē iudici a quo,ne procedat,iuxta c.non solū.eo.tit.in vj.quia tūc interlocutoria non potest reuocari,secundū Hosti.hic: de quo merito Abb.dubitat:qr licet facta inhibitione iudex a quo nō possit procedere in causa principali,per hoc tamen non sequitur q grauamen illatū reuocare nō possit:vt probatur in c.si a iudice.eo.tit.in vj.nisi dicatur dictū Host.procedere,ne iudex ad quē,illudatur,vt Abb.dicit hic.Sed ad hoc potest responderi q non videtur iudex ad quē illudi,ex quo fit iure permittēte:vt probatur in d.c.si a iudice.Nā licet per appellationē suspendatur iurisdictio.c.venientes.de iureiur.et s.c.proximo,tamē non impeditur reuocatio d.c.si a iudice.ergo idē dicendum facta inhibitione.Nam inhibitio fit respectu appellationis:vnde appellatione cessante per reuocationem,cessabit inhibitio.Et quia non obstante inhibitione,iudex a quo potest ea,que tēdūt ad faciliorem expeditionem cause appellatiōis:vt not.in c.ij.de ma.contract.contra interdi.eccle.et in d.c.cum teneamur.Sed nulla facilior expeditio videtur,quam reuocare grauamē vt latius concludit Perusi.hic.Facit glo.in d.c.non solum.in ver.quicquid.Et q dictum est,expresse videtur probari in d.c.si a iudice.vbi text.videtur loqui,etiā post inhibitionem valent actitata per iudicem a quo d.c.nō solum.§.j.Ex his rationibus etiam dubitabiles redduntur alie limitationes,quas in duobus casibus sequentibus Abb.refert.Alias limitationes non prosequor iuxta morem consuetū,non excedendo ea que Abb.

20 tradit.† Circa secūdum Abb.hic post glo.et doct.concludit,q licet ad instantiam partis reuocatio non possit fieri post decē

c dies,iudex tamen ex officio vsq ad diffinitiuā sententiā poterit reuocare.[c]Et idem glo.fi.in c.querelā.s.de procu.et in c.venerabilibus.in ver.decenniū.de sen.excō.in vj.Saly.in d.l.post sententiam.in ver.sexto quero.C.de sen.cū fi.vt Alex.tradit in d.l.quod iussit.Durum tamen videtur q iudici concedatur facultas reuocandi sententiam,casu quo sententia transiuit in rem iudicatā.Nec videtur hoc probari in d.l.quod iussit.quia simpliciter ibi dicitur,q potest.Et hoc intelligitur re integra,vt glos.hic: ergo nō videtur posse,si transiuit in rem iudicatā:quia res integra nō videtur.Et quia tūc cessat ratio textus hic in fi.quia processus cause principalis non retardatur.Et ad hoc facit,quia talis facultas data iudici,debet intelligi sine preiudicio tertij,cui ius est quesitū.l.ij.§.merito.l.si quis a principe.ff.ne quid in loco pub.Facit textus in l.fi.C.sen.rescin.nō pos.et quod not.per glos.in l.fi.C.de in ius voc.Unde videtur probabilior opi.quam Abb.in sequenti mēbro primo refert,q re

21 [illegible]rtis consensus post decem dies.† In tertio membro principali conclusio est,quod reuocatio interlocutorie causa cognita fieri debet,si talis interlocutoria sit in qua requiratur,et interuenerit cause cognitio,alias secus.Ita Abb.concludit post Jo.Andre.et Bart.quos refert idem Ant.de But.hic.Sal.in d.l.post sententiam.versi.quarto quero.in l.peremptorias.ver.quero,si iudex.C.sen.rescin.non pos.Si tamen reuocetur absq cause cognitiōe,valet reuocatio,sed pōt appellari,vt Abb.dicit hic.Si tamen lata fuisset interlocutoria absq cause cognitiōe,que requirebatur,tūc etiā in reuocatiōe cause cognitio nō erit necessaria,secundū Ant.de Bu.quia sicut de facto

g aliquid facit,ita de facto[g] debet reuocare:vt dicit Innoc.in c.querelam.de elec.quem refert,et sequitur Bal.in l.si pacto,quo penam.in prin.C.de pact.vbi inquit quod si data fuit tenuta sine partis citatione:illa parte non citata reuocari debet.Facit glo.in l.minor.in prin.ff.de euict.cum si.vt tradit Alex.in d.l.si pacto,quo penam.et in d.l.quod iussit.et in l.j.§.nunciatio.ff.de no.oper.nun.Et plura ad hoc Ro.adducit in consi.ccxx.circa primum.in princ.Notandum tamen est quod ille,qui de facto obtinuit,puta creditor missus in tenutam parte nōcitata,instare potest,vt quod factum est ex abrupto,non reuocetur,sed cōfirmetur,ex quo de nouo deberet fieri.Ita no.Ang.dicit in l.si finita.in prin.ff.de dam.infe.de quo Alex.ibi.et Ang.Areti.in §.quadrupli.instit.de act.Postremo Abb.dicit notandum vnum dictum Bar.in d.l.quod iussit.quod interlocutoria mā-

b data executioni[b],nisi causa cognita reuocari nō potest.Idem Bart.in l.j.§.fi.circa fi.per glo.ibi.ff.de pret.stip.cum concor.vt Alex.tradit in d.l.quod iussit.in ix.fal.Et latius hoc prosequitur Peru.hic in versi.nono fallit.

Additiones.

a Effectus.Adde q ista regula locū ēt habet in sententie,cessante enim causa sententie absolutorie,cessat ipsa absolutio:vt notat Sozinus in l.si a te.de excep.rei iud.ff.in primo notab.

b Diffinitiue.Que sit interlocutoria habens vim diffinitiue,vide Vincent.de Perus.in rub.ff.de re iudic.in ver.interlocutoria vero.et in ver.potest etiā poni.

c Reuocare.Addē Vincent.hercula.de Perus.in l.q iussit.in versi.nūc assumo tertiam.ff.de re iudic. Hiero.Big.

1 Effectus.Et ideo cessante ciuitate:cessat patria potestas.§.j.inst.qui.mo.ius pat.po.sol.Et cessante causa priuilegij cessat priuilegium.text.est.vbi Bar.et ibi addidi in l.titia.la ij.§.vsuras.ff.de leg.ij.Et cessante causa dilationis,cessat dilatio.ca.significante.vbi deci.in fi.j.eo.Et vide pro hac regula no.Jas.in l.j.ff.de offic.eius.versi.vltimo.Deci.consi.xxiiij.text.est not.in l.fi.§.sed quia.et ibi Pau.de Ca.in prin.et in fi.C.de ind.vid.tol.Alex.in l.si constante.in fi.prin.ff.solu.ma.et q in nota.casu ponit Jas.in l.sciendum.§.fi.ff.qui satisda.cog.Et ad hanc regulam,vide Alcia.in lib.j.de ver.sign.vbi pluribus modis declarat,et ponit exempla,q cessante ratione legis,cessat lex.

2 Effectus.Vide Deci.in d.c.postulasti.in iiij.not.

3 Quesitum.Adde Dec.in l.j.ff.de of.eius.Alcia.lib.j.de ver.sig.vbi plura ponit exempla.

4 Effectus.In dubio autem plures presumuntur.Sal.in l.si fit.C.de noxalib.Alcia.id arbitrarium iudicis existimat li.j.de verb.sig.et ad hanc limita.vide Andr.tiraquel.in l.si vnquam.in prin.nu.89.

5 Quo agitur.Adde Alcia.in li.j.de ver.sig.fol.vi.in fi.et seq.

6 Dispositio.Vide Alcia.lib.j.de ver.sig.fol.xxj.Siluo.Alde.

9 Consummatus.Jas.l.j.de offi.eius,cui manda.est iurisdict.

Andr.Tiracq.repet.l.si vnquam.ver.susceperit liberos.nu. 155. C.de reuocan.dona.

b ¶Postea.Decius consi.xxiiij.ad finem.

c ¶Reuocat.Vide Feli.in c.qualiter,& quando.el.i.ij.not.de accu.Et correctio est opus charitatis:vt per beatum Thomam ij.q.ij.xxxiij.ar.i.

d ¶Possit reuocari.Vide abundantissime per do.Feli.in c.qualiter & quādo.el.i.de accu.Et per Vincent.Peru.in l.quod iussit.ff.de re iudic.

e ¶Incompetentez.Decisio.Tholo.clxxxv.Bar.repe.l.ex quacunque.si quis in ius voc.non ierit.Anto.Corse.in not.ver. sententia.v.vide Geminia.c.si super.de offic.deleg. in vj.Decium supra e.c.peruenit.ij.in fi.

f ¶Idem.Et placet,licet communis contra.

g ¶Ita de facto.Andr.Tiracq.de legib.connubia. gl.iij.nu.15. cum seq.Aymo.consi.cxl.in fi.consi.clxxij.nu.7.

h ¶Executioni.Arct.consi.xxvj.in fi.Ias.l.si opus nouum.de operis noui nuntia.Anto.Corse.in sing.ver.sententia.i.Feli.in rub.de re iudi.And.Tiracq.repe.l.si vnquam.ver.reuertatur. [redacted] nu.254.

1 ¶Iudex non potest recusari sine iusta causa.
2 Causa suspicionis proposita,contra iudicem, probatur coram arbitris.
3 Arbitri,qui cognoscunt de causa suspicionis,an eligantur tantum in casibus in iure expressis,an etiam in casibus similibus.
4 Et an tales arbitri cognoscāt de causa principali, probata causa suspicionis.
5 Iudex recusari potest,non expressa causa in iure.
6 Iudex,qui est compater alterius partis,an possit recusari.
7 Arbitratores electi a partibus,an possint tertiuz assumere.
8 Iudex ordinarius si recusetur, & causa recusationis sit approbata per arbitros, an possit committere causam de partium consensu.
9 Processus iudicis recusati an valeat.



1 Cum speciali. ¶†Primo nota φ iudex sine iusta causa recusari nō potest. Et hoc de iure canonico videtur hic,& in c. secūdo requiris.s.eo. Secus est de iure ciuili: quia sola volūtate recusatur:vt not.in l.apertissimi.C. de iudi.vbi glo.cum simi.vt Abb.hic adducit.Et procedit ista cōclusio,nisi esset datus iudex de partium consensu:quia tunc etiam de iure ciuili sine iusta causa recusari non potest:vt not.Ang.in l.qr poterat.ff.ad Trebel.Allegat Inno.hic:& prosequitur ibi Alexā.qui etiā refert Oldr.& Nicol.de Neapo.voluisse φ etiā de iure ciuili causa proxima suspicionis deberet allegari, & probari: puta,qr inimicus.Non autem causa remota, videlicet, ex qua causa inimicitia processerit. Et de tali causa remota intelligitur textus in d. l. apertissimi. Sed hoc communiter non tenetur.Dicit tamen Pau.de Cast.in l.item suspectus.ff.de procu. φ licet causa non debeat probari,debet tamen allegari, arg. l. cum hi.§.in causa.ff.de transa.Et hoc cōsonat,vt suspicio fraudis remoueatur.arg.eius,quod not.Bal.per illum tex.in l.hoc modo.ff.de condi.& demonstra.Subijcit Abb.hic φ etiam alia differentia est:quia de iure canonico ordinarius,etiam episcopus,recusari potest.c.si quis contra.de foro compe. Sed de iure ciuili ordinarius ex toto non recusatur,sed datur episcopus adiunctus ordinario.auth.si vero contigerit.C.de iudi. Quod tamen ibi dicitur de episcopo, non seruatur de consuetudine: sed sufficit φ alius vir probus associetur,secundum Guliel.de Cug.Bal.Sal.& Pau.de Cast.ibi in prin.& idem dicit Bal.hic Et ideo consuluit Alex.in consi.clxxxij. viso processu.lib.ij.φ archipresbyter potuit ordinario associari: & valet processus. Alibi etiam consensus episcopi requiritur, & non seruatur de consuetudine:vt no.Bar.in l.fi.§.si cum antiquitas.C.de cur.furio.& idem Bar.in consi.cxliiij. iudex communis Assisij. facit

2 φ no.per glo.in c.i.de treuga,& pace.¶†Secundo nota φ causa suspicionis coram arbitris probatur.Debet tamen allegari coram iudice,qui recusatur:vt hic,in glos. & probatur etiam in c.suspicionis.vbi Anto.de But.de offic.deleg.& in c.secundo requiris.supra eo.& in l.apertissimi.C.de iudi.nisi esset absens, vt in l.fi.C.eo.titu.de iudic.Et expressio cause debet fieri eodez cōtextu,vel saltem intra tempus,quod datur ad recusandum, secundum Bal.hic, sicut dictū est in appellatiōe ab interlocutoria,in c.vt debitus.supra eo. & probatur hoc ibi: ipsa probata. not.Spec.in tit.de recu.iudi.in §.fi.ver.quid si vnā.Ab.in c.po

3 stremo.supra eo.†Et subijcit d.Abb.hic,φ arbitri iuris,de quibus iste textus loquitur, eliguntur in casibus duntaxat a iure expressis.Allegat Archi.in c.i.de except.in vi.vbi Io.Andr.& Domi.hoc sequuntur in versi.si vero.idem Domi.in c.ab arbitris.circa fi.de offi.deleg.in vj.Ipse Abb.tamen putat idē esse in casibus similibus expressis,per gl.in c.statutum. de rescript. in vj.Idem Abb.in c.pastoralis.de rescri.& in c.i.in prin. supra de arbi.Sed contrarium in hoc tenet Roma.in no. suo cccccli. si allegatur.vbi dicit φ glo.in d.c.statutū,non est vera:qr est cōtra cōmunem opi.& quia ille, qui est iudex in causa principali, est etiam iudex super hoc incidenti l.quoties.C.de iudi.in c. super literis.infra eo.Et ab ista regula non videtur recedendum nisi quatenus reperitur φ iura specialiter vlterius procedant disponendo φ ad arbitros recurratur: & talis dispositio arbitrorum,tanquam exorbitans a iure communi, restringitur in casibus solum expressis in iure,vt doc.dicunt.Et concordando opiniones concludendum videtur,vt dicamus φ arbitri eligi possunt in casu omnino simili expresso,in quo eadem ratio videatur.arg.c.cū dilecta.de confir.vti.& φ not.in c. translato.de cōstitu.facit gl.no.in l.fi.C.de reuo.dona.cum simili.Sed si non sit casus ex toto similis,in aliquo dubio, non est recurrendum ad arbitros, ex eo φ in quibusdam casibus ita factum in iure reperitur: quia hoc solum in expressis casibus locū habet. Et notandum est,φ tales arbitri iuris,ad quos hic recurritur potius dicuntur iudices,quā arbitri:vt not.Bar.in l.fi.C.de iudi. vbi Bar.& alij sequuntur:& idem Bal.in l.i.ver.vlterius opponitur.C.de pericu.& commo.rei vendi.Abb.in c.suspicionis. de

4 offi.deleg.& idem Abb.& Mod.in c.fi.de re iudi.¶†Tertio nota φ probata suspicione arbitri non cognoscunt de causa principali:& hoc secundum canones. De iure vero ciuili arbitri de

5 causa principali cognoscunt l.fi.vbi Bal.C.de iudi.¶†In glo. in verbo,iuste. Nota iudicem posse recusari ex causa in iure nō expressa:qr proceditur a simili,iuxta l.nō possunt.ff. de legibus. Et ad hoc bene facit glo.no.in l.fi.in versic.voluerit. vbi Cyn.& Sali.C.de reuoc.dona.que tenet donationem reuocari posse ex

a causa,que ibi non exprimitur,dūmodo causa similis[a] sit.Quāuis textus dicat donationem tantum posse reuocari ex causis ibi nominatis.Et in simili est not.dictū Guliel.de Cug.in aut. licet.C.de liberis preter.qui dicit φ quamuis textus in §. aliud quoque capitulum.in auth.vt cū de appel.cog. enumeret quatuordecim causas,ex quibus filius exheredari potest,tamen ex alia causa,que ibi non exprimitur,exheredari poterit, dummodo similis sit,vel maior expressis.Allegat bonum text.in ca.i.§. porro.que fuit prima cau.benefi.amit.in ver.sed qr natura.& sequitur Alex.in l.si quis id,φ.ff.de iurisd.omnium iudi.& refert ibi se ita consuluisse.& sic consi.ccij.super themate.in ij.lib.a fortiori in casu nostro hoc dicendum est, vbi materia non videtur odiosa sed fauorabilis,ne coram suspecto iudice cogatur litigare.Facit φ no.per gl.in l.i.ff.de cōdi.indebi.tex. in c.cū dilecta. de confir.vti.vel inuti.cum simi.Secundo super ista glo.Abb. dicit esse notandum, φ sententia non dicitur esse lata contra ius,ita φ reddatur nulla,iuxta c.i.de re iudi.quando non est cōtra legē loquētē in terminis,sed in simili[t].Et hoc idē Bal.dicit in l.ij.C.quādo prouo.nō est neces.vbi inquit φ licet non valeat sententia lata cōtra legē,valet tamē,si lata sit cōtra simile legis Allegat Iac.de Are.& Cy.ibi.& idē Ant.de But. in c.ab excōmunicato.ver.tertio hoc vtrū.de rescrip.Idē Abb. in c. i.de re iud.ver.quid autē si est lata cōtra simile.Et hoc intelligitur, nisi simile cōprehendatur a ratione generali expressa in lege:quia tūc sentētia est nulla:vt voluit Ant.de Bu.in d.c.i.& sequit Abb. ibi per l.nō dubiū.C.de legi.Et ad hoc faciūt que dicta sunt de

6 ratione legis in c.secūdo requiris.s.eo.in prin.† Tertio Abb.

b cōcludit,φ cōpater[b] alterius partis recusari potest secundum mores regionis,quibus attētis, hoc iudex debet arbitrari. Et idē Imo.hic,& in c.prudentiā.s.de offi.deleg. Et φ repellatur,

c facit,qr repellitur a testimonio[c],secundū Bal.in l.generaliter. ff.de in ius voc.Sali.in l.testis idoneus.ff. de testib. ergo a fortiori tanquā iudex poterit recusari:qr facilius repellitur iudex quā testis:vt per gl.in c.insinuātē.de of.deleg.cū si.vt dixi in c. postremo.s.eo.& qr magis diligēdus est pater spiritualis,quam naturalis.gl.xxx.q.iij.c.pyctaciū.& ij.q.vij.in c.qualis.Quod tamē dictū est de testimonio,nō videtur expeditū:qr contrariū[a]

a tenēt idē Bal.& Sali.in l.parentes.C.de testib.& Alex. post Roma.in d.l.generaliter.vbi refert Bar.ita cōsuluisse.& idē Alex. sequitur in cōsi.gl.in causa,& lite vertēte inter Christophorū.li. iij.circa fi.merito concludendū videtur hoc esse in arbitrio iudicis.¶In gl.in ver.cū iudice.ibi:extraordinario.Nota φ iudiciū inquisitionis extraordinariū dicitur: de quo late scripsi

7 in rub.s.de iudicijs.¶†In glo.in ver.tertium.quod hic dici

z tur de tertio eligendo,non habet locum in arbitratoribus[z]: vt Bal.not.dicit in capitulo i.de inuesti.in mari.fac.sequitur Abbas in c.suspicionis.ver.sed non est dubium.supra de offi. dele-

⁊ in ca. Quintavallis.supra de iureiur. Peru.hic:⁊ idem sentit Bal.in l.fi.in x.questione.C.de contrahen.emptio. Et idem expresse tenet Cardi.in consi.lxxxvj.in princ.videtur pronunciationi.Alleg.ad hoc glo.Hostien.⁊ Joan.And.in c.cum nobis.supra de arbit.Contrarium tamen sentit Bald.in l.hac edicta li.§.his illud.versi.quid si isti arbitratores.C.de secun.nupt.⁊ in l.ij.C.de rescin.vend.dum loquitur de estimatoribus,qui eligūtur.Sed prima opi.communis^d videtur. ¶ Jn gl.in verbo,recusatoris.in fi.circa ea,que Abb.hic dicit, habemus notare intellectum eius ad istum textū quem etiam latius tradit in d.

8 c.si quis.de foro compet.† Et concludit in iudice ordinario, q̄d licet recusetur,⁊ causa suspicionis approbata sit:poterit tamen ipse causam committere,etiam sine consensu partium vel recusatoris:quia quod dicitur de consensu recusatoris,hoc est dictū de consilio,vt recusatio euitetur,non quod necessario requiratur:quia licet iudex suspectus sit in causa principali, non videtur suspectus in isto incidenti, quo minus causam committere possit,salua recusatiōe.Et hoc in ordinario:licet secus sit in delegato d.c.iudex.de offic.deleg.in vj.quia delegatus vtitur iure delegantis l.j.ff.de offic.eius.Et intentio delegantis non videtur esse,vt causa suspecto committatur.Ordinarius vero habet iurisdictionem generalem:vnde licet suspectus sit in causa principali,potest tamen causam committere: vt latius Abbas tradit in d.c.si quis contra.Aretinus in dicto c.si quis contra. reprobat istum intellectum,per text.in c.suspicionis.de offi. de lega.vbi recusatus non potest assignare terminum ad probandum causam suspicionis:quia prouocatus forte abesset, vt ibi dicitur.Et sic videtur quod nedum in causa principali,sed etiā in ista incidenti suspectus reputetur: ergo in proposito etiam in committendo causam alteri, debet reputari suspectus. Nec obstat si dicatur,Si causa committitur suspecto, poterit recusari:quia attenta ista ratione,iudex in dicto ca.suspicionis.potuisset terminum constituere:cuius contrarium ibi dicitur.Sz tamen responderi potest quod in dicto c.suspicionis.iudex non potest partibus terminum assignare ad probādum suspicionē, duplici ratione. Prima,quia suspectus:vt ibi dicitur in princ. Secunda est,quia ad arbitros hoc pertinet, quibus omnia cōmissa sunt,que causam suspicionis respiciunt. Et ista secunda ratio preualet,⁊ finalis videtur illius decisionis. Prima vero non attenditur.Quod patet, quia recusatus potest terminum assignare ad finiendum causam suspicionis.c.legitima.eo.titu. in vj.⁊ facit textus in dicto c.suspicionis.in fi.Quod non posset si ratio illa prima attendatur.Secundo contra Abb.Aret.adducit,quia ratio Abbatis que assignatur inter ordinarium et delegatum,non videtur procedere, dum inquit quod delegat^9 nihil habet proprium,⁊ ordinarius habet generalē iurisdictionem:⁊ quod licet suspectus sit in causa principali,non est suspectus in ista causa incidenti commissionis:quia ratio ista secundum eum, etiam militat in delegato.Nam remanet iudex antequam super causa suspicionis pronuntietur,dicto c.iudex.Unde potest cogere arbitros discordantes d.c.suspicionis.in fine,⁊ arbitris terminū assignare potest d.c.legitima.ergo pariter videtur habere potestatem causam committendi. Sed responderi potest quod in cōmissione totius cause agitur de maiori preiudicio:⁊ eadem ratio videtur, que in causa principali , in qua iudicare non potest.Non sic,quando cogit arbitros tertium eligere,vel terminum prefigit.Et solum in iudice delegato expressum est,quod sine consensu partium non potest:vt in d.c.iudex. Unde non debet hoc trahi ad ordinarium,in quo eadem ratio videtur:quia ordinarius non ita facili recusatur:vt not.in l. apertissimi.C.de iudi.cum ipse firmiorem habeat iurisdictionez l.si vt proponis.la j.iuncta l.si preses.C.quomodo, ⁊ quando iudex.⁊ ita opi.Abbatis defendi potest:de qua latius dixi in d.c. si quis contra.de foro compe.Retenta tamē communi opinione,quod iudex,etiam ordinarius,causam non possit committere,nisi de cōsensu recusatoris,pro qua facit textus hic,in verbo, committatur.quod videtur importare necessitatem: consensus tamen alterius partis non requiritur:vt Abb. hic contra glo. concludit.Et non sine ministerio textus hic,⁊ in dicto c. iudex. duntaxat facit mentionem de consensu recusatoris : quia contra eum videtur iudex prouocatus:vt dicitur in d.c.suspiciōis. Altera pars tamen,si iudicem habebit suspectum,illum recusare poterit:sed quominus causa committatur , impedire non potest:vt per glos.in d.c.iudex.in versi.recusatoris.de offic. delega.in vj.

9 ¶ † Extra glo.queritur de antiqua questione , vtrum

e valeat processus iudicis recusati^e. Jn hoc varie sunt opiniones vt Abbas hic refert,⁊ latius prosequitur Peru.hic:⁊ idem Abbas in disputatione,duo sunt clericali ordine. Et in effectu vi-

B detur tenere opinio^B.Host.⁊ Bar.q̄ non valeat processus: q2 videtur contra ordinem iuris,cum prius super recusatione esset pronuntiandum:ergo non valet l.prolatā.C.de sen. Et istā opi.etiam tenet Domi.in c.iudex.de offi.delega.in vj.per illum textum,vbi recusatus non potest causam committere,nisi de cōsensu recusatoris: ergo videtur q̄ non possit exercere iurisdictionem sine recusatoris assensu.Et in ista opi. finaliter residet Alex.in l.quia poterat.ff.ad Trebel.dicens,etiam de iure canonico veram esse opi.Bar.per d.c.iudex. prout illum Domi. inducit,ponderando q̄ textus precise loquitur,dum inquit , non potest:iuxta not.in l.nemo potest.de lega.j.⁊ in c.j.de regu. iur. cum simi.Et idem etiam Alex.in consi.lxxxix.diligenter considerati.lib.j.Sed tamen predictis rationibus responderi potest.Nā quod dicitur de origine iuris prepposterato, non obstat: q2 prepposteratio vnius cause ad aliam,non vitiat processum l. j.C.de appel.Et istud est,q̄ dicit Bal.hic,q̄ quando forma cadit inter duo,quorū quodlibet est in sua specie perfectū,actus valet,nisi appelletur.Secus quando ordo respectu eiusdē cause requiritur:vt in l.prolatam.C.de sen.⁊ no.Bald.in ca.fi.supra de ordi.cog.Preterea,vt dicit Spec. in secunda parte operis, in fi.proem.ordo iudicij tantum consideratur post litem cōtest. ante litem contestatam prepposteratio ordinis nō vitiat. Sequitur Bald.ibi,in addi.qui allegat Bar.in l.si queramus. ff.de testa.vbi hoc dicit in versi.quero quid si iste ordo.⁊ idem Bal.in l. prolatam.ver.quero ergo.⁊ idem Bald.in l.exceptionem. C.de proba.⁊ in auth.contra cum rogatus.C.ad Trebel.⁊ in l.qui crimen.in vij.q.de accusa.Non obstat textus in c.iudex.quia loquitur quantum ad commissionem cause, que non potest fieri nisi de consensu recusatoris.Ex quo datur intelligi q̄ ipse remanet iudex,quia consensus recusatoris non posset iurisdictionez tribuere l.priuatorum.C.de iurisdic.om.iud.Et probatur in d.c.iudex.in fi.vbi dicitur q̄ post pronuntiationem arbitrorum omnino desinit esse iudex.Ergo videtur q̄ prius ante pronuntiationem,non sit omnino priuatus iurisdictione. Facit textus in d. c.suspicionis.in fi.⁊ in d.c.legitima.eo. tit.in vj.in quibus patet q̄ vtitur iurisdictione.Si ergo procedit in causa principali nō obstante recusatione,valet processus,cum habet iurisdictionē, nisi appelletur.Et videtur textus in c.super questionum.in fin. de offi.deleg.Et ideo probabilior est opin. illorum , quos Abb. hic quarto loco refert,vt distinguatur inter ius canonicum, et ciuile,vt de iure ciuili processus sit nullus, de iure canonico valeat,antequam appelletur.Et in ista opi.residet Bal.hic.Et ratio diuersitatis videtur,quia de iure ciuili recusatio proposita operatur absque eo q̄ causa allegetur,⁊ probetur : vt not. in l. apertissimi.C.de iudi.sed de iure canonico causa suspicionis debet allegari,⁊ probari:merito ante probationem processus nō redditur nullus.Et istam opi.sequitur Jmo.hic, ⁊ in d. l.quia poterat.⁊ in l.quidam consulebāt.de re iudi.Et ita etiam tenet Roma.in consi.cccx.circa prin.per textum in d.c.iudex.in fi.de offic.deleg.in vj.⁊ in c.secundo requiris.circa fi. ver. quod si coram.supra eo.Quod tamen dictum est de iure canonico, limitatur,nisi iam electi essent arbitri super causa suspicionis: quia tunc processus iudicis super causa principali esset nullus:quia cognitio translata est in arbitros.Jta Ang.in dicta l.apertissimi.⁊ idem dicit Domi.in d.cap.iudex.Et in istis terminis late consuluit Alex.in consi.xcix.diligenter consideratis.lib.j.Reliqua per doct.hic.

¶ Additiones.

A ¶ Contrarium.Et idem tenet Jason per aliqua in d.l.generaliter.⁊ idem inuenio tenere Are.in c.cū oporteat.in fi. de accu. quamuis primam opi.inueniam tenere d.Alex.in consi.xxxiiij. incip.viso processu.iij.vol.⁊ in consi.cxliiij.incip.quoniam abunde. in ij.volu.

B ¶ Tenere opinionem.Uide Practicā Papien. in forma declinat.iurisdic.⁊ allegat suspitio.in verb.iudicem suspectum. Hierony.Sig.

1 ¶ Simili.Adde Dec.in c.quoniam contra.§.de probat.

2 ¶ Arbitratoribus.Adde Lanfranc.in trac.de arbit.in ij.q. vj. q.princip.vbi addidi. Siluest. Aldob.

a ¶ Similis.Idē Alex.cōsi.cciij .li.ij.vbi dixi Jas.auth.nō licet. C.de lib.preter.⁊ exhere.Pet.Gerar.no.j.Guliel.Benedi.repe. c.Raynutius.ver.in eodē testamēto relinq.ij.num. 19. Hippo. Marsi.not.lxxviij.Franc.Ripa.rep.dicta l.si.q. gli.

b ¶ Compater.Hoc solum non sufficit Stepha.Auffre.trac. de recusatio.iudic.ver.xxxiiij.⁊ bene,quicquid dicat Jas.l.apertissimi.C.de iudic.

c ¶ Testimonio.Jmo nō repellitur.Cepol.causa ciui.cōs.v.n.xx. Frāc.Cur.senior trac.de testib.cōclu.xxx.Jas.l. generaliter. de in ius voc.Stepha.Auffre.trac.de reproba.testi.ver.pater spiritualis.Aretin.c.cum oporteat,de recusa.dixi ad Alexand.con

fil.cccxxxvij.lib.vi.

d ¶Communis. Et verior, ut pote in contractibus, & voluntariis.

e ¶Recusati. Dic quod non valet, nisi pars compareat, & procedat non appellando, ut Panor. hic, Alexand. consil. xij. nu. 6. li. vj. Adde Decium consil. clxxv. Alexand. consil. lxxxix. lib. j. ubi dixi. [redacted]

1 ¶Appellatio non admittitur in notoriis.
2 Delictum dicitur esse notorium altero de tribus modis.
3 Attestationes, si nihil opponitur contra eas, an, & qualiter inducant notorium.
4 Reus convictus testibus, & confessus, non potest appellare.
5 Confessus tantum, non potest simpliciter appellare.
6 Heres defuncti, si contra eum agatur de confessione ipsius defuncti, an possit appellare.
7 Iudex si procedit ex officio, an sit vocandus in causa appellationis a iudice ad quem.
8 Quid autem si processit instante parte.

1 §. Porro. ¶†Primo nota quod in notoriis appellatio non admittitur. Idem dicitur in c. cum sit Romana. in fi. in c. pervenit. & c. consuluit. supra eo. & in c. Romana. §. finautem. eod. titu. in vj. & no. Oldra. in consil. cccxxiiij. in proposita consultatione. Nam in notoriis iudicis pronuntia
a tio non est proprie sententia, sed videtur quedam executio[a]: ut not. Inno. in ca. ex parte. el j. de verbo. signific. Et ab executore non appellatur. c. novit. supra eod. Et ideo etiam in notoriis appellari non potest. Ita Oldr. dicit in d. consi. cccxxiiij. Aliã rationem Oldradus ponit in consi. xviij. Et predicta conclusio procedit, quando appellatio simpliciter proponitur. Secus si causa allegetur, per quam appellatio iustificetur: quia ex causa admitti debet, etiam in notoriis: quia multa dicũtur notoria, que non sunt, c. consuluit. supra eod. Et ita tenet glo. in d. c. cum sit Romana. §. finautem. in verbo, mandetur. Roma. cõsil. preallegato, cum similib. ut dixi cap. consuluit. el j. supra eo.
2 ¶†Secundo nota quod notorium redditur delictum, alternative ex tribus, videlicet ex rei evidentia, vel confessione, aut alia legitima probatione, glo. hic, facit textus in c. fi. infra de cohab. cle. & mul. in c. cum olim. de ver. signi. De evidentia rei clarum est: quia nulla melior probatio videtur, quam illa, que oculata fide ex aspectu[b] rei colligitur. Unde talis probatio nunquam excludi videtur: ut not. per Azo. in summa. C. ad legem Aquil. sequitur Baldus in l. contra negantem. in fine. C. ad l. Aquil. & in rubri. C. de probat. facit text. in c. evidentia. infra de accu. & quod not. per glo. in cap. ij. ver. manifestum. de verbo. signifi. in vj. De confessione iudiciali idem dicitur, quod notorium facit, & notorium iuris appellatur. c. fi. de coha. cle. & mul. & in d. cap. cum olim. not. Ange. in consil. in causa predicta. & no. Bald. in l. properandum. in fi. prin. C. de iudi. ubi ex hoc not. infert quod reus, qui confitetur delictum, etiam perempta instãtia poterit condemnari: quia confessio notorium facit: & in notoriis ordo iudiciorum non requiritur. Textus tamen in d. ca. Romana. §. finautem. contrarium probare videtur, dũ ibi confessio, & notorium tanquam diversa ponuntur. Et ita Do. ad hoc ponderavit illum textum. Sed potest dici quod diversitas ibi consideretur inter notorium facti, & notorium iuris: ut per glo. ibi, in verbo, notorio. Similiter, & tertio, notoriũ efficitur, si delictum alio legitimo modo manifestetur, quod qualiter intelligatur, videbimus in glo.
3 ¶†In glo. in ver. confessionem. ibi, per sententiam. Idem dicit Hostien. per testes productos, contra quos nihil opponitur. Quod Abbas sequitur post alios hic, dicens notandum esse quod attestationes notoriũ inducunt, quando nihil opponitur. Et allegat textum in ca. cum olim. ut ubi etiam Abb. infra de verbo. significa. De quo dictũ fuit in c. ex insinuatione. supra eod. Et ad hoc facit, quia manifestum dicitur illud, quod constat per instrumentum publicum: ut notat Barto. in l. j. in princ. ff. de oper. no. nuncia. ver. venio ad questiones. Idem Barto. in l. creditores. circa fi. C. de pign. Bald. in l. generali. C. de sac. sanct. eccle. Paul. de Cast. in consi. cccxxj. in causa, que vertitur, cum simil. Et hoc intelligitur, quãdo nihil contra instrumentum opponitur: ut tradit Anto. de Butr. in c. cum contingat. in iij. de rescrip. in ca. cum dilecti. de dolo. & in c. licet causam. de probatio. Considerandum tamen est quod istud notorium, quod causatur ex probationibus factis in iudicio, nõ videtur excludere appellationem: quia cõvictus tantum, appellare non prohibetur l. ij. in fin. C. quorum appell. Nisi dicamus, quod quando nihil oppositum fuit, prout doct. hic loquuntur, quod etiam si appellatio prohibeatur, bene simpliciter contra tale notorium proponitur: nisi aliqua iusta causa allegetur, per quã appellatio iustificetur: prout de notorio dictũ est in textualibus. ¶In fi. gl. ex dictis Abb. due eliciunt conclusiones.

4 Prima est, † quod testibus convictus & propria voce confessus, appellare non potest l. ij. C. quorum appel. ubi glo. Oldra. Bart. & Bald. dicunt illum textum generaliter habere locum in aliis criminibus, & etiam in causis civilibus. Et idem tenet Bartol. post Dy. in l. creditor. §. iussus. ff. eod. titu. Do. in c. Romana. §. finautem. eod. titu. in vj. Et istam opi. tanquam communem sequuntur Imo. Mathe. & Ange. de Aret. in d. §. iussus. qui dicunt quod dispositio d. l. ij. quatenus tollit facultatem appellandi in quibusdam delictis ibi expressis, est favorabilis: quia Reipublice interest ut delicta puniantur. c. ut fame. de sen. excommu. merito extenditur l. cum quidam. ff. de lib. & posthu. & quia contra convictum & confessum maxima videtur presumptio frustratorie appellationis, que admitti non debet. cap. cum appellationibus. eod. ti. in vj. Et ita etiam resident Moder. hic. Sed tamen advertendum est: quia ut hic doct. dicunt, & inferius videbimus, quando quis duntaxat est confessus, non obstante propria confessione, appellatio admittitur, si causa iusta allegetur, que habeat offuscare confessionem: ut no. in c. Romana. §. finautem. eo. titu. in vj. Nam ista ratio etiam videtur habere locum isto casu, quando quis simul fuit convictus, & confessus. Unde videtur quod etiam ex iusta causa, ut j. dicam, appellari possit. Non obstat textus in d. l. ij. quia intelligitur, quando sine iusta causa appellatur, ita quod appellatio simpliciter proponatur. Et hoc satis probatur ibi dum loquitur de convicto tantum, qui simpliciter appellare potest, ut ibi dicitur. Ergo etiam ita principium intelligitur: arg. l. qui filiabus. ff. de lega. j. Vel secundo dici potest quod ille textus restringatur in delictis ibi expressis, prout ibi voluit Petr. & sequuntur Cy. & Albe. quia materia odiosa videtur: ideo stricte interpretari debet. Non obstat quod dicatur materia favorabilis eo respectu, ut delicta puniãtur: quia iste favor intantum non attenditur, ut appellatio excludatur. Alias esset dicendum quod in criminalibus appellari non posset, contra l. non tantum. ff. eod. titu. Hoc enim duntaxat locum habet in quibusdam criminibus, in quibus propter eorum gravitatem statim ad executionem properatur l. addictos. C. de episcop. audi. no. in d. l. non tantum. Non obstat quod appellatio frustratoria videatur: quia illa presumptio purgatur ex causa iusta, que allegetur. Fateor tamen quod isto casu debeat causa esse magis probabilis, cum maior presumptio insurgat contra convictum & confessum. Et ad declarationem predictorum, quis dicatur convictus, not. Fulgo. tradit in
5 consi. cxxiiij. propositis statutis. in ij. dubio. † Secunda conclusio est quod confessus tantum, simpliciter appellare non potest nisi iusta causa allegetur, ut quia dicat se errasse, allegando iustam causam sui erroris. Nam etiam in causa appellationis error corrigi potest l. fi. C. de erro. advo. Et iste est unus casus, in quo etiam in appellatione a diffinitiva causa requiritur. Abb. hic, & ita etiam formaliter Angel. dicit in d. l. ij. in princ. C. quorũ appel. no. Jo. And. & Do. in c. cũ sit Roma. §. finautẽ. in gl. in ver. de quo. eo. titu. in vj. Bal. in l. minoribus. in iiij. no. C. de his qui. ut indig. & tradit Car. in consi. cj. in causa appellationis. Et iusta causa dicitur, si cõfessus occidisse Titiũ, credẽs illũ mortuum ex vulnere, quod ei intulit, dicat dictum Titium vivere: & ita evidenter apparebit de errore confessionis. Nam tali casu appellatio admitti debet: arg. l. j. in fi. ff. de quest. & est bonus textus in l. inde Neratius. in fi. ff. ad leg. Aqui. Ita Ang. Are. post Mathe. dicit in d. §. iussus. & no. hoc Bal. in l. j. ver. quinto punitur mẽdax. C. de fur. Et ad hoc facit, quia quãdo quis cõfitetur se homicidiũ fecisse, nõ tamẽ debet ita ex abrupto decapitari, sed de
c bet cõstare de corpore occisi.[c] ut no. Bal. in c. at si clerici. in prin. de iud. Ang. in l. certũ. in prin. ff. de cõfes. idẽ Bal. in l. j. circa fi. C. ne fil. pro patre. Si tamẽ ex cõfessione erronea quis decapitatus fuisset, per hoc verus homicida non liberatur: ut est casus sing. in l. qui servũ. ubi Bal. ff. de interro. act. & idẽ Bal. in l. ij. in
6 fi. C. qui. res ind. nõ no. & in c. j. §. iniuria. de pa. iur. fir. † An autẽ heres appellare possit, si cõtra eũ agatur de confessione defuncti, Abb. post alios, quos refert, cõcludit quod nõ: ut per eum hic. Et idẽ tenet Imo. hic, quẽ refert, & sequitur Jo. de Ana. in c. in literis. j. de rapto. Facit quod no. Bal. in l. j. ver. de uno quero. C. ne ex delict. defunc. ubi dicit heredẽ teneri ex cõfessione defuncti: quia videtur defunctus cõstituisse se soluturũ: & quia agitur de exoneratione cõsciẽtie defuncti: ideo heres obligat. Idẽ Bald. in l. generaliter. C. de non nu. pecu. in x. q. in fi. Videtur tamen quod heres appellare possit pro suo interesse, casu quo defunctus appellare potuisset, si viveret, secundũ ea, que superius dicta sunt de cõfessione. Ad hoc quod no. Bal. in d. l. j. ver. procedo ulterius. C. ne ex delic. defunc. Et quod dictũ est de cõfessione defuncti, intelligit de vera: secus si ficta sit, quia nõ nocet heredi l. eius, qui. ubi Bart.

ff. de


ff.de iure fisci.vt dicunt Peru.& Moder.hic.Sed tamen vide
tur eo casu, quo ficta confessio nocet defuncto,quod etiam tali
casu debeat preiudicare heredi:arg.l.si superatus.§.fi.ff.de pi
gno.vbi culpa authoris nocet singulari successori:& fortiori de
bet preiudicare heredi,qui non debet habere plus iuris, quam
7 defunctus,vt ibi dicitur.¶†In glo.in versi.superiore. ibi:cre
do quod sit vocandus.Prima conclusio ex glo.habetur, quod
vbi iudex ex officio processit in causa appellationis,que coram
superiore agitatur,debet citari.Et pro dicto glo.hic,est textus
in c.venerabilibus.in princ.quem ibi not.Domi.in vltimo no.
de sent.excommu.in vj.Anto.de Butr. per illuz textum in ca.
cum ab ecclesiarum.in iij.no.de offic.ordi.& idem Anto.de Bu
tri.in c.qua fronte.supra eo.Abb.in c.sacro.in glo.in versi.con
stiterit.de senten.excom.Bald.in l.sancimus.in xij. q. in fi.C.de
iudic.& in c.in nostra.post Inn. de procur. Notat etiam Bald.
in l.nam ita diuus.versic.item est argu.ff.de adop. Et ista vide
tur cōmunis opi.de cuius veritate statim dicam. Et isto casu,
si citatio omittatur,processus redditur nullus: vt Romanus
concludit in consilio cccxliij.ex proposito themate.in ij. dubio.
Et hoc quantum ad preiudicium iudicum:respectu tamen sen
tentie processus valet. Ita intelligitur quod not. Bald.in d.l.
8 sancimus.& in c.j.ver.de iudice.de mili.vas.qui cōtu.est.¶†In
fin.glo.secunda conclusio colligitur,ꝙ in causa appellationis,
9 non est citandus iudex[d],qui iudicauit, quādo ad instantiā par
tis proceditur.Abb.post alios hic,idem Abb.post glo.in d.ca.
sacro.& Bald.in d.c.j.de mili.vas.vbi allegat Innocen.in d.ca.
in nostra.vbi etiam Anto.de Butr. de procur. & idem Ant.de
Butr.in c.de cetero.versicu.ad primum.de transact. & in c.ij.in
viij.not. supra de rescript. quia non agitur principaliter de in
teresse iudicis,vt per glos.hic,imo,quod plus est,etiam si iudex
ex officio suo processit, tamen in causa appellationis citari nō
debet,secundum Sali.in l.fi.circa fi.versi.quero quid de iudice.
C.si re.vel accu.mor.fue.allegat Inno.hic,& hoc comprobat qui
busdam rationibus. Et licet contrarium communiter appro
betur,vt supra in prima conclusione dictum est, tamē pro opi.
Sali.multum facit:quia vis tota consistit an agatur de interes
se,& preiudicio iudicis:& tunc debet citari:quia interest iudicis
causam defendere suam:vt dicitur in d.c.venerabilibus.versic.
attamen.Et licet textus videatur loqui, quando iudex ex offi
cio processit,idem tamen est,si ad instantiam partis,per ratio
nem expressam in textu.Et hoc fatentur Abb.& Anto. de Bu.
hic, quod debet citari iudex, quando tractatur de preiudicio
[redacted] instantiam partis procedatur. Ex eo enim ꝙ iu
dex ex officio moueatur,non magis videtur de preiudicio eius
tractari,quam si ad instantiam partis procedatur: cum vtro
que casu faciat illud ex necessitate officij.Et eo casu, quo iudex
non sit citandus,potest tamen ipse,si velit pro aliquali eius in
teresse,assistere cause:vt Abb.hic dicit,post Anto.de But.in d.
c.ij.Bald.in c.dilectus.el j.de rescrip.& in rub.C.de pen.iudic.in
fi.Arcbid.in ij.q.vj.cap.hoc etiam.

¶Additiones.

c ¶Non potest.Adde Dec.in consi.xxxiiij. Siluest.Aldob.

a ¶Executio.Socin.consi.xxij.lib.j.
b ¶Aspectu.Deci.supra eo.c.an sit.nu.ij.
c ¶Corpore occisi.Pau.de Cast.in l.quoties.§.si quis.ff.de he
redib.instit.Deci.supra de probatio.c.iurauit.
d [redacted]

1 ¶Litis contestatio inducitur per confessionem aduocati.
2 Que confessio nocet clientulo,si non reuocetur.
3 Delegatus a principe pōt alteri delegare:secꝰ in subdelegato.
4 Delegatus ab ordinario,an possit subdelegare, si sibi hoc per
mittatur ab ipso ordinario.
5 Confessio aduocati intra quantuz tempus reuocari potest.
6 Delegatus inferioris a principe,an saltem post litem contesta
tam subdelegare possit.
7 Delegatus ad vniuersitatem causarum potest delegare.



1 Um causam.¶† Primo nota
ꝙ per confessionez
aduocati litis contestatio inducitur.Et hoc in
telligitur,quando facta fuit presente parte: q̄
perinde habetur, ac si ab ipsa parte facta fuis
set l.j.C.de erro.aduo.vbi Sal.& Pau.de Cas.
de litis contestatione hoc dicunt. Et ita etiam Bald. declarat
hic,& idem Abb.in c.pastoralis.in j.not.in fi.supra de iudic.con
trarium tenet Andre.Sicu.in d.c.pastoralis. de quo dicendū
2 est, vt ibi dixi. ¶† Secundo nota ꝙ confessio aduocati nocet
clientulo,nisi reuocetur:vt hic,& in c.olim.infra de censi.& in ta
li confessione non est opus probare errorem,sicut in reuocatio
ne proprie confessionis requiritur:vt Abb.hic dicit,& not.glo.
a in d.c.olim.Sed aduertendum est:[a] quia ista reuocatio debet
fieri incontinenti l.fi.C.de erro.aduo. Et tali casu idez videtur
in propria confessione,que incontinenti reuocari potest absque
b eo,quod error probetur,[b]glo.not.in c.fina.in verbo, iusta cau
sa.in fin.de iureiurand.in vj.Sequitur Bald.in l.edita.versi. se
pe accidit.C.de eden.& in l. j. versic.& nota quod interdum.C.de
furt.& Abb.infra hoc idem dicit. Et secundum hoc non vide
tur differentia inter propriam confessionem,& aduocati nisi di
catur quod propria confessio debet statim reuocari, scilicet an
te,quam in acta redigatur:vt per glo.in c.apud misericordem
xxxij.questio.j.sequitur Anto.de But.in cap.fin.de confess.& in
cap.ex literis.de diuortijs.& tradit Roma.in l. si vero. §. de vi
ro.ff.solut.matr.Sed confessio aduocati incontinenti potest re
uocari,id est intra triduum:vt expresse text.dicit in d.l.fin.C.de
3 erro.aduo.¶†Tertio nota quod delegatus immediate a prin
cipe potest alteri delegare,subdelegatus tamen vices suas alte
ri committere non potest:vt hic,& idem probatur in cap. super
questionum.§.si vero.vbi Ant.de But.in iij.not.& Abb.in prin
cip.Et Peru.in ij.quest.hic:quia vt Abb.hic dicit, esset proces
sus in infinitum.Sed tamen ratio ista cessaret,intelligendo de
prima vice,iuxta l.boues.§.hoc sermone. ff.de verborum signi
fic. Unde melior ratio videtur:quia illud est priuilegiuz, quod
tantum competit ipsi delegato immediate a principe,quod in
alium transferri non potest:vt not.in d.§.si vero.facit tex.in di
4 cto ca.super questionum.§.j.de offic.delegat. †Subijcit tamen
Abb.hic,quod licet delegatus ab ordinario delegare non pos
sit,tamen habebit hanc potestatem,si ab ordinario hoc sibi cō
mittatur:vt per glos.in d.cap.is,cui.de offic. delegat. in vj.per
quam dicit limitari text.hic.Et ita Abb.sentit idem esse in de
legato principis,vt possit causam sibi commissam subdelegare
cum potestate subdelegandi.Sed hoc non est verum:quia glo.
in dicto c.is,cui.loquitur in ordinario:& approbatur communi
ter,vt colligitur ex his,que tradit Alexand. in l.a iudice. C. de
indi.& Peru.in j.quest.hic. Secus tamen in delegato a princi
pe,qui non potest dare potestatem subdelegandi illi, cui vices
committit.glos.not.in cap.super questionum.§.porro. in versi.
transfert.de offic.deleg.& sequitur Alexan. post alios quos re
fert in dicta l.a iudice.& Peru.hic,in iij.questio. Fulgo.tamen
in l.more.ff.de iurisdict.omnium iudicum. expresse tenet ꝙ idē
sit in delegato principis:prout Abb.sentit hic.Et pro hoc facit
quia delegatus principis videtur habere maiorē potestatē in
delegādo,quā ordinarius:q; etiā causas meri imperij delega
re potest l.j.vbi Bar.& doc.C.qui pro sua iuris. Quod tamen fa
cere non potest ordinarius:vt no.in l.j.in prin.ff.de of.eius. Nō
tamen recedendū est a cōmuni opi.quia fundamentum non est
tutum quod delegatus a principe causas meri imperij delega
re possit:quia articulus disputabilis est, & contrarium late de
fendit Alexand.in dicta l.j.ff.de offic.eius.¶Expeditis nota
bilibus,dum Abb.opponit quod reuocatio confessionis videa
tur nociua ecclesie,& soluit quod reuocatur confessio,quatenus
preiudicabat ad processum,& non respectu confessati.Sed con
siderandum est quod ista distinctio non videtur bene posse ve
rificari, vt reuocetur vno respectu, & alio respectu remaneat:
argumen.eorum,que Barto.tradit in l.Aurelius.§. idem que
sijt.ff.de libe.lega.& principaliter reuocatio fieri intelligitur re
spectu eius,quod continetur in confessione. Accidentaliter ve
ro sequitur reuocatio, que consideratur quo ad processum. Et
ideo aliter ad obiectum responderi potest: quia talis reuoca
tio confessionis aduocati non erat nociua ecclesie: quia ab ea
dem parte emanauit: nec erat in ea fundata intentio ecclesie,
cum per aduersam partem non esset approbata. Unde semper
ab eadem parte poterit dici, & allegari de possessione quadra
ginta annorum:nec reuocatio obstabit: quia respectu proces
sus facta fuit,& non respectu meritorum cause. Hoc modo de
clarari potest,& saluari quod Abbas dicit.¶In glos. in versi.
eadem die.in fin.habetur notabilis limitatio secundum Abb.
post alios hic,ad text.in l.fina. C. de erro. aduoc. dum ibi dici
tur quod confessio aduocati intra triduum reuocari potest.
Nam procedit quando confessio preiudicaret ad merita cau
se. Secus si ad processum: quia reuocari debet ante, quam
pars aliquid faciat, propter quod videatur approbare con
fessionem:postea vero non potest, vt in glossa hic. Sed tamen
idem dicendum videtur quando confessio aduocati preiudica

ret ad merita cause:quia si aliquo actu tacite approbetur, videtur quod postea reuocari non possit:argu. l. sed & si susceperit. in prin.ff.de iudi.Est enim vis in tacita approbatione, que vtroque casu militat:vt in regula,quod semel placuit.de regul.iur. in vj.Et ita contra Abb.Peru.hic dicit.Sed saluando distinctionem,quam Abbas facit,dici potest,talem differentiam procedere secundum communem contingentiam,que est,quod tacitus consensus bene colligitur respectu processus,dum ad vlteriora proceditur:prout in exemplo,quod gloss.ponit. Sed in confessione meritorum cause non ita colligi potest tacitus consensus per processum ad vlteriora:quia ea, que respiciunt merita cause,non excluduntur,donec in causa conclusum sit: & non est nouum,quod differentia constituatur,habito respectu ad illud,quod plerunque,& communiter contingit l.contractus. ff. de regu.iuris.& declarando illum text.tradit Bart. in l. quod Nerua.ff.depos.

5 †Secundo quod dicitur in dicta l.fi.de confessione aduocati,que intra triduũ reuocari potest, intelligitur absque eo,quod error probetur:sed probato errore vsque ad sententiã, & etiam in causa appellationis,reuocatio poterit fieri:vt Abb. hic concludit.Et ita glos.intelligitur xxx v.questio.ix.§.his ita. & probatur in dicta l.fina.vbi Pau.de Castr.ita declarat illum textum.Tertio dicta l.fina.locum habet,nisi talis confessio expresse approbetur:quia tunc non poterit reuocari:vt Abb. dicit hic.Et idem quando tacite approbatur ex aliquo facto:prout glo.hic dicit,& supra dictum est.Et sic textus in dicta l.fi. videtur procedere solum in tacita approbatione, que insurgit ex non facto,videlicet quando scit confessionem aduocati, & intra triduum illam non reuocat.Et in predictis casibus,quando cõfessio approbatur,poterit reuocari,si error probetur, prout esset in propria confessione:vt Abb.sentit hic:quia plus non debet preiudicare confessio aduocati approbata,quam si propria confessio fuisset.Propria autẽ cõfessio,si error probetur^a, vsque ad sententiam poterit reuocari:vt Abb.hic concludit,& probatur in c.fin.supra de confes.& in l.error.C. de iur.& facti igno. Et ista conclusio etiam procedit,quamuis confessio deliberate facta sit post terminum datum ad respondendum,secundum veriorem opin.quia etiam deliberãdo quis decipi potest l.de etate.§.ex causa.ff.de interrog.act.Debet tamẽ tali casu error magis iustificari.Ita Bal.not.dicit in l.error.C.de iur.& fac. igno. & idem Bald. tenet in l.iusiurandum & ad pecunias.in princip. versi.sed pone.ff.de iureiuran. & late Roma. tradit in l.si vero. §.de viro.in xxxj.fallen.ff.solut.mat.& idem Roma.in consil.ccclxj.vt proposita consultatio. Et ideo etiam ibi concludit quod cõfessio iurata reuocari possit, post Ant.de But.qui hoc dicit in dicto capitu.fin.de confes.& idem Roma.in dicto §. de viro. Nec propter hoc dicitur quis periurus:vt not. Bald.in l.de tutela.C.de in integr.restitut.Et ad predicta etiam facit:quia confessio,etiam sepius repetita,reuocari potest: vt not.Bald.in l. prima,per illum textũ in primo no.C.de iuramen.calum.Materiam tamen vlterius non prosequor,quia longum esset:& non traditur per alios hic.Illud tamen notandum est, quod in casibus,in quibus reuocatio admittitur,aduersario expense refici debent:vt no.Bart.dicit in l.rura.in fine.C. de omni agro deser.libro xj.facit quod not.Barto.& docto.in l.edita. C. de eden.

6 ¶†In glo.in verbo,delegatus.ibi: non distinguendo.Cõclusio est,secundum glo.quod delegatus inferioris a principe,etiã post litem contestatam,subdelegare nõ potest:vt probatur hic. Secus in procuratore, qui post litem contestatam substituere potest:& ita equiparatio non procedat:vt Abb.declarat hic, et in d.c.cum Bertholdus.& idem Barto.in l.j.ff.quis,& a quo appel.Alias tamen,vbi esset eadem ratio, valet argumentum de procuratore ad delegatum l.& quia.in fine. ff. de iurisdict.omn. iudic.per quam legem Innoc.dicit in capit.in nostra. de procura. quod ista duo mandata sunt multum similia, & in vtroque veniunt tantum expressa.& tradit Alexan.in dicta l.& quia. Et subijcit Abbas hic, quod delegatus inferioris a principe poterit vnum articulum,non iurisdictionem totalem delegare. Et ita intelligitur textus in d.cap.cum Bertholdus. de re iudica. vbi Abb. idem dicit,allegando etiam textum in capit. super questionum.§.nos autem.de offic.delega. vbi Inno.hoc sequitur.& idem tenet Alexand.post Salice.ibi, & alios, quos refert in l.a iudice.C.de iudic.& Rota in iij.decision.item quod delegatus.& in xiiij.item si episcopus.de offi.delegati.in nouis. Et ista est communis opin. vt dicit Imol. in clemen. j.in gloss. fin. de offic.delegat. Alexand.in l.more. de iurisdic.om. iudic.

7 ¶†In fin. gloss. nota quod delegatus ad vniuersitatem causarum potest subdelegare. Et hoc communiter approbatur: vt Abbas hic dicit.Idem glos.in capit.super questionum.§.si vero.in verbo,delegare,de officio deleg.& in l.a iudice.in gloss. j.C.de iudicijs.per l.j.ff. quis & a quo appella. secundum vnum intellectum.& glo.ibi.& Bartol.hoc tenent.Nam de isto iudicatur,sicut de ordinario.glo.in l.fina. C.de iudic.not. Bald.in l.si vt proponis.versic.quero quid si est delegatus. C.quomodo, & quando iudex.& per glo.in capit.statutum.§.insuper.in versic. moderatus.de rescript.in vj.Et conclusio glo.hic, intelligitur prout loquitur,quando vnam causam tãtum delegaret: secus si vellet vniuersitatem cõmittere:quia non potest,vt gloss. sentit,& notat Hostiẽ.in Summa,in titul.de iudic.deleg.in §.quis possit.& sequitur Anton.de But.in dicto c.super questionum. §.si vero. Alexand. in dicta l.a iudice. C. de iudic. Sed tamen videtur,quod nec vnam causam delegare possit,quia ipse vere delegatus est:vt per gloss.in clem.& si principalis.de rescriptis. ergo non videtur quod alteri committere possit:quia iure proprio iurisdictionem non habet.l.more.de iurisd.omnium iudi. Et ita quidam tenent, quos Abb. hic refert. Et ista opinio etiam de iure est sustentabilis. Nam ratio quare delegatus non delegat,est,secundum Ange.in d.l.more.in prin.quia radix, et proprietas iurisdictionis remanet in ordinario:quia a se iurisdictionem abdicare non potest l.legatus.ff. de officio presidis. Unde in delegatum non trãsit,nisi vsus iurisdictionis.Et ideo dicit text.in l.j.§.qui mandatam.ff. de officio eius.quod delegatus nihil proprium habet,sed eius,qui mandauit,iurisdictione vtitur.Sicut ergo vsuarius vsuarium non constituit.§.j. Institu. de vsu.& habita.ita nec delegatus delegatum. Et ista ratio cõmuniter approbatur:& etiam militat in tali delegato ad vniuersitatem causarum,cum etiam ipse delegatus sit,& per glos.in dicta clemen.& si principalis.de rescriptis.Et tradit hoc Imo.in l.si vni.ff.de re iudica.Et ad hoc bene facit quod Abbas tradit in cap.relatum.de offi.deleg. vbi arguit a delegato simplici ad delegatum ad vniuersitatem causarum,ad identitatem rationis.Facit quod not. Abb. in ca. causam matrimonij. supra de officio deleg.& in c.fi.de re iudica. Nec dicatur quod talis delegatus equiparetur ordinario, vt in pluribus casibus prosequitur Perusi.hic:quia etiam in pluribus casibus simplici delegato equiparatur:vt colligitur ex his, que Alexan. tradit in l.more.ff.de iurisdictio.omnium iudic.Non obstat text.in dicta l.j.ff.quis,& a quo.quia fundamentum ibi fieri non potest:cum vario modo intelligatur.

¶Additiones.

a ¶Sed aduertendum est.Uide domi.Andre.Sicul.in consilio vj.volu.j.

b ¶Quod error probetur. Uide per Iaso. de hoc in l. error. in ver.quarto limita.C.de iuris & fact.ignoran. [redacted]

1 ¶Exceptio peremptoria,an, & quando possit ad processum opponi.

2 Appellari an possit in iudicio a futuro grauamine.

3 Appellans a sententia nulla licet constet de nullitate,non obtinet in causa appellationis,nisi probando quod appellatio sit legitime interposita.

4 Appellans an possit simul prosequi nullitatem in causa appellationis.

5 Appellari an possit a sententia nulla.

6 Libellus,in quo dicitur,dico sententiam nullam, &, si qua est, appello,an sit admittendus.

7 Succumbẽs in causa appellationis,an possit postea dicere sententiam nullam.

8 [redacted]

1 

[redacted] tita. tamẽ opponi potest ad processum.Et quãdo peremptoria exceptio ad processum opponatur, declarat Barto.in l.cum querebatur.in fi.ff.iud.sol.& in l.j.vbi not. loquitur.C.de ori.iur.

2 ¶†Secundo nota in iudicio a futuro^a grauamine appellari non posse etiam sub conditione: vt quia dicatur,si me grauaueris,appello.debet enim prius grauamen expectari:vt hic,& per Innoc.in c.significauerunt.de testi. Idem Innoc.in c.super eo.el j.supra eod.& glo.in c.ij. vt lite non contesta.quia causa debet exprimi in appellatiõe:alias a iudice nõ recipitur.c.vt debitus.supra eod,& idem tenet Bal. in l.penult. C.quorum appell.versi.quero an ab interlocutoria. cum cõcordan.& prosequitur Perus.in dicto c.vt debitus.versi.queritur. Ibi reprobat opinionẽ Abb.in d.c.significauerunt.de testi.qui [illegible]bat quod a futuro grauamine sub conditione appellari potest:quia tunc in effectu appellatio post grauamen confertur:& ita a preterito grauamine appellari videtur.Nam contrarium

tenet

tenet Peru.quia vbi aliquid prohibetur fieri per viam princi
palis dispositionis,etiam per modum conditionis fieri nō po
test.l.Seius & Augerius.& ibi Bar.ff.ad legem Falcidiam.Et
contra Abb.etiam tenet Are.in dicto cap.significauerunt.per
textum not.in cap.Romana.§.j.de offic.ord.in vj. vbi archiepi
scopus nō potest in diecesi sui suffraganei committere causam
appellationis future,casu quo ad ipsum appelletur. Et sic vi-
detur quod causa appellationis committi non possit sub con-
ditione, ne iurisdictio suffraganei aliquo modo ledatur. Ita
hic ne ledatur honor iudicis,non debet admitti appellatio cō-
ditionalis. Adducit etiam rationem:quia posset iudex ita suā
interlocutoriam iustificare,quod pars retraheretur ab appel-
latione:ideo talis appellatio,tanquam forte superflua, admit
ti non debet.Non obstant iura,in quibus potest fieri sub condi
tione,quod simpliciter prohibetur:quia non habēt locū, quan
do eadem ratio prohibitionis etiam militat in actu conditio-
nali:vt quia est defectus potestatis in causa efficiēti. l. si minor.
ff.de ser.expor.Et ita isto casu videtur:quia quis appellare nō
potest,nisi grauetur. Et licet appellatio conferatur in tēpus
permissum,non cessat causa prohibitionis,scilicet honor debi-
tus iudicibus.Sed tamen his remotis opinio Abb.sustentabi
lis videtur:quia appellatio porrigitur ad diem purificate con
ditionis.cap.si pro te.cum glos.de rescrip.in vj. cum aliis iuri-
bus que Abb.inducit.Facit text.in l.vitricus.§.fi.& in l.sed in-
terim.ff.de dona.inter virum & vxorem.ibi:licet non valeat do
natio inter virum & vxorem de presenti, valet tamen si in cau-
sam futuri diuortii conferatur:& sic confertur in tempus, quo
cessat ratio prohibitionis.Facit tex.in l.si rem meam.ff.de ver
borum obli. Non obstat textus in l.Seius.quia loquitur quan
do dispositio conditionalis in fraudem ordinatur: vt ibi ex-
presse dicitur.Secus ergo cessante fraude,prout in casu nostro
videtur.Non obstat textus in cap.Romana.quia ibi non insta
bat causa appellationis:& status,qui tunc erat de presenti,non
indicabat futuram appellationem:ideo commissio non potest
fieri:quia leditur iurisdictio suffraganei. Secus in casu nostro
videtur,vbi appellatio ex causa verisimili interposita videtur.
Et per hoc tollitur ratio Are. dum dicit quod interlocutoria
poterit iustificari,adeo quod pars ab appellatione retrahere
tur: quia non est hoc verisimile, quando instat causa appella-
tionis, de qua appellans bene potest cogitare. Et facit textus
in l.non ad ea.in princ.ff.de condit.& demonst.Imo,quod plus
est,etiam simpliciter videtur quod a futuro grauamine appel
lari possit,quando est verisimile:vt in cap.cum cessante. s̄.eod.
in cap.concertationi.cum glo.eodem titu.in vj.Non obst.tex.in
ca.vt debitus.quia fateor quod ex causa debet recedi a iudice:
sufficit tamē quod causa sit de futuro verisimilis:prout dicitur
in appellatione extraiudiciali a futuro grauamine,in qua etiā
causa requiritur.c.j.eo.tit.in vj.& vidimus s̄.in cap.cum sit Ro
mana.in glo.in ver.passim.Non obstat tex.hic,quia dici potest
quod loquatur, & velit quod causa appellationis specialiter
designetur,vt appareat ex qua causa appelletur: & ita nō facit
vim in futuro grauamine:quia etiam si exceptio legitima non
esset admissa,& sic grauamen iam illatum esset,non tamē appel
latio debet simpliciter interponi,sed debet apparere quod pro
pter hoc fuerit appellatum.Et istud est,quod dicit tex.hic.Et
de his etiam aliquid dictum fuit in c.bone.s̄.eo.Reliqua in no
tabilibus per doc.hic.¶ Expeditis notabilibus,opponitur,&
respondetur per do.Abba.post alios hic.Ex cuius dictis text.
3 iste redditur not.q † appellans a sententia nulla, non obtinet
in causa appellationis,licet cōstet de nullitate: nisi appellatio
iustificetur, probando quod legitime interposita sit. Ita text.
no.hic,secundum Io.And.quem Abb.& alii sequuntur. Licet
enim nullitas deduci potuisset absque appellatione, & tunc suf
ficeret probare nullitatem, tamen quando deducitur nullitas
per viam appellationis,debet probari quod appellatio legiti-
ma sit: & non sufficit probare nullitatem simpliciter: vt quam
viam elegero,hec mihi pateat.l.si mulier.in fi.ff.quod met.cau.
cap.exhibita.vbi Abb.in vlt.not.de iudi.& idem Abb.in ca.j.in
secundo intellectu. s̄.eodem titul. Sed tamen considerandum
est quod in terminis,in quibus loquitur ista Decretalis,vide-
licet in beneficialibus,multum exuberat officium iudicis.cap.
oblate.s̄.eodem.cap.cum nobis.s̄.de elec.adeo quod in talibus
licet pars non probet intentionem secundum quod deduxit,
iudex tamen supplet:vt per glossam in capit.cupientes.§.cete-
rum.in verbo,excludentes.& in verbo,contumaciam.in capi.si
forte.in verbo,euidente.in cap.ab eo.in glos.fi.de elec.in vj.cum
similibus.Et ideo ratio illa non videtur procedere, dum dici-
tur,vt quam viam elegero,hec mihi pateat.Sed dicendum est
quod in alio iudicio in terminis huius Decretalis processus
nullus poterit declarari. Et ita supplendum est,quod docto-
res hic dicunt. Sicut in simili licet sententia in causa beneficia
li transeat in rem iudicatam respectu illius,contra quem lata
fuit.cap.cum dilecti.in fine.de elect.Secus est quo ad eum, pro
quo lata fuit sententia:quia contra eum iniuste detinentem, su
perior procedere potest: vt Abbas declarat in dicto cap. cum
dilecti.vbi allegat dictum Innocen.ad hoc in capit. ad aures.
de rescrip.& idem Abb.tradit in cap. ad audientiam.el ii. de re
scrip.Bene facit dictum Compostel.in cap.mandatum. de re-
scrip.vbi inquit quod licet reus confiteatur defectum iuris sui
in beneficio,tamen actore non probante,in eadem instantia pri
uari non potest,quia hoc petitum non fuit, & pronūtiari debet
secundum petitionem.cap.licet Heli.de simo. Sequitur Abb.
in cap.cum super.versi.ex gloss.penul.& in cap.ex conquestione.
de restitut.spol.not.Specu.de actio.& peti.§.super actionibus.
versic.sed quid si reus.Rota in v.decisione.nota nunquid reo.
vt lite pendente.& in vii.decisione.nota reus.de except. in anti-
quis.& Roma.in consi.cccxlvii.quo ad articulum.Papa tamē
ex suprema eius potestate,non attenta forma petitionis,posset
hoc etiam in eadem instantia declarare,vt Abb. dicit in dicto
cap.cum super.& in dicto cap.ex conquestione.arg.cap.propo-
suit.de concess.prebend.Et ideo videtur quod in terminis hu-
ius Decretalis si Papa ipse processisset, potuisset processum
nullum declarare, licet forma appellationis seruata non fuis-
set:quia summus pontifex ad formam petitionis non adstrin-
gitur:vt Abb.hic,& not.Anto.de But.in dicto cap.licet Heli.
vbi Ioan.de Anan.in fi.sequitur.& idem Barto.in l. Emilius.
4 ff.de mino.& tradit Alex.in l.vinum.ff.si cer.pet.† Ex supra di-
ctis infertur ad questionem secundum Abb.hic,an appellans
simul prosequi possit nullitatem sententie in causa appellatio-
5 nis.Et ex dictis eius prima conclusio est,quod† a sentētia nul-
b la appellari potest. [b] Abb.post Inn.& alios per istum textum,
ad idem textus in cap.exhibita.vbi Abb.in iiii.not.s̄.de iudic.
& in l.si expressim.ff.eodem.not.Bald.in l.j.C.quando prouoc. &
prosequitur Peru.in vii.quest.& idem tradit Cuman.in consi.
xliiii.ab arbitrali sententia.Alex.in consi.lix.viso titulo.in prin
cip.lib.iiii.Et non solum expresse a sententia nulla appellatur,
c sed etiam si appellatio simpliciter interposita sit,nullitas [c] in-
cluditur,vt Abb.secundo hic concludit:& probatur in l. quedā
mulier.vbi Bal.& Flo.ff.fami.erciscun.in l.Carmelia Pia.vbi
Bar.ff.de iure patro.Calder.in consi.vltimo.in titu. de appel.
Ange.in consi.cxxix.visis omnibus.circa finem.Et hoc intelli-
gitur,nisi nullitas per ipsum appellantem reseruetur: vt not.
tradit Alex.in consi.lix.Per appellationem tamen,que inter-
ponitur a sententia nulla,actus non confirmatur:vt probatur
in l.si expressim.ver.vnde si quis.ff.eod.vbi Cuma.in iiii.no.gl.
Barto.& Bald.ibi.ver.tertio quero.in l.j.C.quando prouo. Et
idem Bal.circa fi.hic,& prosequitur Peru.in viii.quest.hic. Et
idem glo.in verbo,infirmabitur.l.j.ff.de fer.in cap.fi.in ver.ne-
cesse.de re iud.in vj.& in l.ii.in glo.j.C.si ex fal.instr.Et ita etiam
concludit Card.in cle.j.quest.xiii.de re iudi.Abb.in cap.signifi
casti.s̄.de foro compe.ver.ex his dico.vbi reprobat gl.que con-
trarium dicit in cap.statutis.ii.quest.j.Appellatio tamē quan
do sententia est nulla,non videtur necessaria: vt probatur in l.
si expressim.vbi Cuma.in iiii.notabi.Bal.in l.j.versi.sed contra
predicta opponitur.C.quando prouo.Peru.in vii.quest.hic, &
idem Bal.in l.j.in princ.C.de sent.ex breuic.recit. vbi inquit q
licet appellatio non sit necessaria, non tamen frustratoria est:
quia causam ad superiorem deuoluit. Fulg. tamen in consi.cl.
quidam ciuis Senensis.in j.dubio,efficaciter probat q appel-
latio frustratoria sit a sententia nulla,per l.ex consensu.§.j.ff.eo
dem tit.ibi:frustra prouocatum ab ea sententia, que non tene-
bat.& in l.si constet.eod.tit.ibi:superuacua fuit.Unde notabili-
ter infert quod tali casu procurator,qui habuit potestatem ap
pellandi, non possit appellare.Sed potest dici quod dicta ver
ba ponuntur in legibus preallegatis eo respectu,quia appella
tio non videtur necessaria.Ita videtur declarare Iuriscōsul
tus in l.j.in princ.que sen.sine app.rescin.dum dicit non esse ne-
cesse appellare,si sententia sit nulla.Et certe appellatio non vi
detur frustratoria,ex quo effectum deuolutionis producit, vt
Abb.hic concludit,& Bal.in d.l.j.C.de senten.ex breuic. recit. &
idem Bart.in l.si expressim.in iii.quest.& in l.si vt proponis.la j.
C.quomodo & quando iud.Lap.alleg.cvii.appellatio a nullita
te.Rota in decisi.xlviii.item fuit dubitatum.eod.titu.in nouis.
Peru.in vii.questio.hic.Cuma.in consi.xxxvi.proponitur.& in
dicto consi.xliiii.ab arbitrali.vbi etiam dicit esse vtile, quod a
sententia nulla appelletur: quia impeditur executio, que non
suspenditur in causa nullitatis, nisi altiorem postularet inda-
ginem,iuxta not.in l.iiii.§.condemnatum.de re iudica.Supe-
rior ergo, ad quem causa deuoluitur virtute dicte appellatio-
nis, habebit cognoscere, & pronuntiare super nullitate senten-

tie,vt Abb.hic concludit. Et idem Bartol.in dicta l. si expres-
sim.versicu.quarto videndum.facit quod no. Archidiac. secun
da questione vj.in cap.a iudicibus.sequitur Bald.in ca.j.§.san-
cimus.quo tempo.mil. Anton.de Butr. Imol. Abb. ⁊ Peru.
in xv.questio.hic. Et ad hoc bene facit quod no. Abb.in capit.
in literis .in fin.de officio d. elega. vbi inquit quod sicut potest
archiepiscopus cognoscere de causa appellationis, ita etiam
per viam nullitatis adiri potest. ⁊ ibi hoc tradit pro notabili.
Poterit etiam superior talem sententiam,que nulla dicebatur,
confirmare: vt per glossam in l.j.C.quando prouoca.vbi decla-
rat Bartol.versicul.circa tertium.⁊ idem Bartolus in dicta l.
si expressim. Innocen.in capi.primo.de confirma.vti.vel inuti.
vbi Abbas refert not.per Specu.de sentent.§.iuxta.versiculo,
sed quid si a sententia. Et etiam ex noua causa poterit senten-
tia nulla reformari: vt Bartolus concludit in dicta l. si expres-
sim.versicu.quero coram quo iudice.in fin.vbi allegat Inno.in
cap.cum contingat.de offic.delega. Idem Barto.in dicta l.pri
ma.C.quando prouoc.⁊ in l.si vt proponis. la prima.C.quomo-
do,⁊ quando iudex.⁊ tradit Peru.in xxxiiij.questio. Alexand.
6 in dicto consilio lix. †Vltima conclusio sit,quod admittitur li-
bellus,in quo dicitur,dico sententiam nullam: ⁊,si qua est, ap-
d pello. [d] Abb.post Hostiensem ⁊ docto.hic, Bartol.in dicta l.si
expressim.in iij.questio.glo.in l.j.Ubi Barto.⁊ Bal.in versicul.
quinto quero.C.quando prouo.⁊ idem Bald.in l.tale pactum.
§.qui prouocauit.in xviij.questione.ff.de pactis. ⁊ ita seruatur
in curia Romana.vt Specul.dicit in titul.de sentent.§.iuxta.
versicul.sed nunquid talis libellus. Et prosequitur Peru. hic
in xxj.questione.Et idem Cuma.in dicto consilio xxxvj.vbi in-
quit,valere talem libellum, siue de iure, siue consuetudine pro-
cedat. Et idem econtra libellus procedit, si dico sententiam in-
iustam:⁊ posito quod iusta sit,dico eam nullam:vt no.Bal.in l.
qui testamento.in principio.ff.de excusatione tutorum.Et non
refert an dicatur alternatiue,vel copulatiue: vt Bal.tradit in
l.j.versicu.modo quero.C.quando prouoc. Imo.in dicta l.si ex-
7 pressim.⁊ Peru.in xxij.questione hic. ¶ †Circa predicta dubi
tatur an succumbens in causa appellationis, postmodum de
nullitate dicere possit.Abb.hic post Bartolum in dicta l.si ex-
pressim. versicu.videndum est.⁊ in dicta l.j. C.quando prouoca.
distinguit an de nullitate agatur principaliter,an incidenter:
vt per eum hic.Et idem dicunt Anton.de Butr.⁊ Imo.⁊ pro-
sequitur Peru.in xxxj.questione. ⁊ sequitur hoc Cuma. in di-
cto consilio xliij.Et ad declarationem predictorum notādum
est, quod secundum formam dicti libelli, in quo dicitur: dico
sententiam nullam:⁊,si qua est,appello.nullitas videtur dedu-
ci principaliter,ex quo fuit facta mentio nullitatis:vt no.Bar.
in dicta l.si expressim.versicul.videndum est an casibus. Aliter
tamen videtur voluisse glo.in dicta l.j.C.quando prouo. quam
sequuntur ibi Bal.Ange.⁊ Salic.⁊ tradit Peru hic, in xlviij.
questione.Sed prima opinio verior videtur,⁊ magis commu-
nis:vt late defendit Alexand.in consi.ij.consideratis his. libro
8 iij.de quo etiam Cum.in dicto consi.xxxvj. ¶ †Postremo tra
ctat Abb.hic an valeat secunda appellatio interposita ab eo-
dem grauamine:de quo dictum fuit in ca.bone.ad finem.s. eo-
dem. Ad vnum tamen aduertendum est, dum Abbas hic di-
cit,sententiam transire in rem iudicatam, si prime appellatio-
ni renuntietur. Nam hoc esset verum,si secunda appellatio in-
terposita fuisset post tempus datum ad appellandum:sed do-
cto.loquuntur quando durante tempore,⁊ facultate appellan-
di secunda interponitur:⁊ etiam remanente prima,secūda va-
let,propter interesse longioris vite: vt dictum fuit in dicto ca-
pitu. bone.

¶ Additiones.

a ¶ Futuro.Et bene,quicquid dicat Dec.nisi in ipso actu gra-
uaminis impendentis, vt apparitore volente pignora capere,
si reus dicat,vbi de facto exequaris, appello . Sed tunc etiam
non censetur appellatio conditionalis, sed pura, ⁊ de presenti
grauamine.

b ¶ Appellari potest. Uide Baldum not. in consilio cccviij. in
quinto volumine.

c ¶ Nullitas. Alexan.consi.lix.nu.9.lib.iiij.vbi tetigi.⁊ Dec.con
silio cccxxxij.nu.c.vbi etiam dixi.

d ¶ Appello. Uide que in notab.q.tradit Ias.in l.j.in prin.ff.de
inst.⁊ iure. [redacted]

1 Miles secularis prefertur monacho.
2 Denominatio quando,⁊ an semper fiat a dignioribus.
3 Monachi an preferantur canonicis regularibus.
4 Procurator si mittatur cum mandato non sufficienti, domi-
nus reputatur contumax.6.
5 Causa an debeat tractari in curia Romana, si terminus sit
prefixus a indice, vel a parte.

1 Nicolao. ¶ †Primo nota secundum
Abb.hic,quod miles secula-
ris prefertur monacho:vt ex ordine litere hic
colligitur. Ex hac enim priori nominatione
B maior dignitas arguitur [B]:vt per gl.in c.quo
rundam.in verbo,predicatorē.de ele.in vj.⁊ in
c.benequidē. in ver.Mediolanensem.xcvj.dist. Et ista conclu
sio procedit,nisi monachus esset clericus,vel in sacerdotio con
stitutus:quia tunc dicitur miles celestis militie.xj.q.j.in c.Chri
stianus.qui dignior reputatur, vt Abb. declarat hic, ⁊ alij se-
quuntur. Et ex hoc etiam pari ratione inferri videtur ꝙ do-
ctori preferatur. Ista tamen ratio de celesti militia,etiam vide
tur militare in monacho simplici,qui etiā in Christo militare
dicitur:vt probatur in c.Christianus.iuncto c.ij.de fo.compet.
Unde ex ista ratione non infertur specialiter ad clericū, prout
Abb.dicit.Et quantum ad prerogatiuam militis,que ex ordi-
ne litere hic ponderatur, posset dici quod miles esset actor in
ista causa expensarum:quia ipse prius adiuit summum ponti-
ficem, ⁊ petijt quod expense sibi reficerentur. Et isto respectu
prius hic nominatur ad designandum ordinem iudicij: ⁊ tali
casu actor prius nominatur,licet reus esset dignior. c.si.ne sede
vacan.c.qualiter ⁊ quando.s.de iudic.Et generaliter in tali ar
gu.quod sepenumero fit,ex priori nominatione considerādum
2 est:quia non videtur verum †quod ex priori nominatione,que
1 fit in alia materia, ad prerogatiuam prelationis inferatur [1]:
sed prerogatiua duntaxat eo casu debet considerari, in quo
prior nominatio facta reperitur. Gratia exempli in l. quoties.
ff. de vsufruct, vbi si duobus alternis annis vsusfructus relin-
quitur,primo nominatus incipit habere vsumfructum : quia
magis dilectus videtur.Et vtique clerico simplici prius nomi
nato deberetur vsusfructus,prout ibi dicitur:non tamen dicē-
dum esset quod clericus esset dignior episcopo, ex eo quod in
primis tali casu nominatus sit: quia ex diuersis non fit illatio.
l. Papinianus exuli.ff.de mino.Sic etiam induci potest tex.in
l.generaliter.§.si quidem.ff.de fideicom.lib.in capit.penult. de
elect.in vj.cum simil. Tale enim argu.procederet,si in materia
dignitatis,⁊ prelationis fieret prior nominatio.Preterea vide
mus sepenumero quod digniores posteriori loco nominātur:
vt colligitur in cap.ij.de iudi.ibi:Abbates,archiepiscopi. in c.
postulasti.de concess.preben. ibi:vos archiepiscopum vestrum.
Facit quod habetur in rub.j.de prebend.⁊ digni.Sed tamen a
communi opinione recedendum non est:quia negari non po-
test quin regulariter, ⁊ vt in pluribus, a dignioribus fiat prior
a nominatio. [a] Nam digniora preponenda sunt.glo.in §.fina.in
ver.ignorentur.instit.de iur.natu.gen.⁊ ciui.⁊ in §.aliam.per il
lum tex.inst.de bono.possess. Et digniores prius scribi debent:
vt dicit textus in l.j.ff.de albo scriben.Et per illum textum di-
cit Bal.in l.cum quidam.in tertia oppo.C. de verborum signi.
quod prior nominatus maior ceteris esse presumitur. Idē An
gel.dicit in dicta l.generaliter.§.si quidem.⁊ tradunt Angel.⁊
Imo.in l.qui soluendo.la ij.ff.de hered.instituen. Domi.in c.si.
in princ.de offic.deleg.in vj.Et hoc colligitur in cap.veritatis.
de dolo ⁊ contu.ibi:episcopo, Abbati,⁊ preposito.in c.j. de reb.
eccle.ibi:episcopo, vel Abb. Et in supra scriptionibus Decre-
talium in c.ex parte.in c.literas.de concess.preben.in c. cum di-
lectus.de fide instru.cum simi.que colligi de facili possunt. Non
obstant allegata in contrarium:quia pro responsione conside-
randum est, quod interdum fit aliqua dispositio , in qua prior
nominatio considerari potest cum ministerio respectu illius
particularis dispositionis: vt in dicta l.quoties. Et quando
prius nominatus est actor,vt hic,⁊ in iuribus supra alleg.⁊ tūc
non infertur ad prerogatiuam dignitatis:quia ex diuersis nō
fit illatio.d.l. Papinianus.ff.de mino. Aliquando, ⁊ secundo,
in priori nominatione, nulla consideratio prioris nominatio-
nis subesse potest: ⁊ tūc ex priori nominatione maior dignitas
arguitur,per iura supra allegata. Et hoc,quod dictū est,quod
arguatur maior dignitas ex priori nominatione, procedit in
dubio:secus quando constat de maiori dignitate:quia ordo li-
tere tunc non attenditur.l.nec enim.ff.de solut. Ubi Imo. not.
Bar.in l.ij.§.si prius.ff.de vulg.⁊ pup. Et hoc modo locum ha
bent iura,in quibus quandoque posteriori loco digniores po-
nuntur.Et ideo quantum ad text.hic,non bene infertur quod
Abb.⁊ doc.dicunt:in se tamen verum est quod presbyteri prefe
b runtur [b] alijs,rationibus supra dictis.Facit quod not.Io.An.
⁊ sequitur Ant.de Bu.in c.quo libentius.de ser.non ordi.per c.
ante omnia.xl.dist.⁊ in c.Julianus.xj.q.iij.in c.si quis dubitet.
3 xv.distin. †Ex predictis infertur ad questionem,de qua supe
rioribus annis maxima fuit altercatio, quod monachi prefe-
rantur

rantur canonicis regularibus: quia prius nominati reperiuntur c.ij.de sup.neg. prel.in c. Deus, qui. de vi.& honest. cleric.& in rub.j.de stat.monast. Addo text.in c. licet. in princip.de regula. in c.nullus.de iur. pat. Et ita tenent Card. Imo.& Abb. in c.auaritie.j.de preb.vbi late de hoc dixi. Et idem tenet Domin.xvij.dist.in c.episcopus. Comprobatur hoc, quia monachorum institutio antiquior est: vt Abbas dicit in d.ca.auaritie.ideo premittuntur: vt per glo.in c.quorundam.in ver.predicatorem.de elect. in vj. Sic etiam regula monachorum fuit prius approbata: vt colligitur in c.perniciosam.xviij. q.ij.& prior approbatio inspicitur: vt not. Abbas in cap. nimis.el ij. de excess.prela. Dom.in d.c. quorundam. Et pro ista opinione talis ratio induci potest: quia canonici latiorem habent regulam.c.quod Dei timorem.de stat.monac. Hinc est, quod canonici regulares effici possunt monachi: vt tradit Cald.in consi. xiij. de stat.monac. Probatur in cap.sane. declarando vt per Abb.ibi post Innocen.de regula. Ergo datur intelligi quod monachorum religio perfectior sit,& maior. Maior enim religio dicitur, ad quam transitus permittitur.cap.licet.c.sane.de regula. Nam qui prouehitur, a minori ad maius prouehitur, in c.legitimus.in fin.xciij. dist.c.fin.de translatio.episc.gloss.in cap.non est. de regu. & de his latius dixi in dicto cap.auaritie.

4 ¶ Secundo nota† quod quãdo procurator non mittitur cum mandato sufficienti, dominus reputatur contumax, & in expensis condemnatur: vt dicit Bald. per istum textum hic.& idem not.Bartol.in l.j.§.quod si nemo.in fin.ff. quod cuiusque vniuer.in l.ij.§. defendi.in princip.ff.ex quibus cau.in poss.ea.& per illum text.not.Bartol.in l.si finita. §. Julianus. versic.sed quero.ff.de dam.infec. quod procurator non legitimus perinde habetur, ac si non venisset. Et idem Abb.in ca.constitutus. in iiij.not.de procur.in c.in pertractandis. in tertio not.de iura.calum.Domi.in c.j.in prin.de elec. Et ideo statutum, quod loquitur de mandato, intelligitur de sufficienti: vt not.Bald. in l.fin.C.de edil.edicto.& referunt Peru.& Moder.hic. ¶ In

5 glo.j.glo.sentit quod † causa debeat tractari in curia Romana, quando terminus fuit prefixus a iudice, vel a parte, ad prosequendum appellationem. Sed Hostiẽ.& Joan. And.& doct. communiter dicunt quod prefixio termini non sufficit, sed debet esse recepta a iudice, vel approbata a parte: vt in c.interposita.§.j.j.eod.& latius hoc prosequitur Abbas hic, & sequuntur Moder. Sed tamen pro defensione gloss. considerandum est quod quando appellatio ad Papam interponitur, appellatio videtur esse in curia: quia videtur esse in optione summi pontificis, an ipse velit cognoscere, vel causam alteri committere.c. vt litigantes.de offic. ordin. Et ideo videtur quod procurator debeat habere plenum mandatum ad impetrandum, vel ad causam tractandum in curia, prout videbitur summo pontifici. Unde si causa cõmittitur in curia,& procurator tantum reperitur habere mandatum ad impetrandum, non est sufficiens, merito tanquam contumax condemnatur. Et ita text.hic.de plano procedit. Et a fortiori si causa a summo pontifice esset commissa in curia, reputaretur contumax. Et ita etiam potest intelligi text.hic, dum dicitur, quia fuit commissa diacono cardinali. Et predicta procedunt, habito respectu ad iudicem appellationis: sed respectu partium, si iudex appellationis non adstringit appellantem, sed velit ad requisitionem eius causam committere, non cogitur appellans in curia Romana litigare ad instantiam appellati. Et ita potest intelligi tex.in dicto c.interposita. Et secundũ ista etiã potest intelligi tex.in ca.qua fronte.j.eod. Item quando appellatio recipitur a iudice a quo, dum Ab.distinguit inter appellationem ab interlocutoria, vel diffinitiua, dici potest ꝙ tex.in d.ca.interposita.intelligitur de appellatione recepta ab ipso iudice appellationis: quia quo ad eum appellatio dicitur recipi.c.pastoralis. §.preterea.de off.delega.sed in iudice a quo dicitur deferri appellationi.

6 †Ultimo, si queratur an causa appellationis sit tractanda in curia Romana, an procurator ad impetrandum, & contradicendum simpliciter possit hunc articulum defendere, Spec.in tit.de proc.§.an autem.versi.sed pone.concludit ꝙ sic:& sequuntur Abb.& Mod.hic. Et ista conclusio clara videtur, quando dicitur, ad impetrandum, & contradicendum: vt habetur in c.interposita.§.j.j.eo. Licet enim illa verba,& ad cõtradicendum: debeant restringi respectu contradictionis, secũdum precedentia, vt in simili no.Bar. tradit in l.quod dicitur. per illum tex.ff.de tute.tamen ille, qui dicit causam debere tractari in curia, videtur impedire impetrationem: ideo mandatum ad hoc extenditur. Et idem videtur dicendum, si dicatur simpliciter ad impetrandum. Nam videtur habere mãdatum ad respondendum opponentibus se,& contradicentibus: argu. c.preterea.de off.deleg.vbi in mandato iurisdictionis hoc probatur: ergo idem in mandato procuratoris, quod regulariter illi equiparatur.l.& quia.ff.de iurisd.omnium iudicum.

¶ Additiones.

B ¶ Arguitur. Adde eundem Dec.in c.decernimus.in ver.& ibi similiter.j.de iudic. Hier.Sig.

1 ¶ Infertur. Et an ex denominatione, vel ex inscriptione acquiratur dignitas, vide Feli.in proe.Greg.ille enim qui prius nominatur, magis dicitur honorari. Bald.in authen.hoc amplius.C.de fideicom.est text.in c.si quis iusto. ibi, is qui primo. de electio.lib.vj.& ꝙ prior nominatio inferat prelationem, vide Guliel.Bone.in repe.c.Raynutius.ver.testamentum.el ij. nu. 28.de testa.Chassan.in catalogo glor. mundi, in j.part. in xvij. consideratione. Sil.Ald.

a ¶ Nominatio.Dec.j.de preb.in rub.in fi.

b ¶ Presbyteri preferuntur. Cõfirmo ex eo, quod no.vult Bar. in consilio suo, quod incipit, queritur si aliqua possessio. prout refert Jas.in l.generaliter.circa fi.ff.de in ius voc. [redacted]

1 ¶ Iudicium potest concipi in personam solius tutoris, & etiam contra pupillum, & contra quamlibet personam pro eo comparentem.

2 Appellari potest ad Papam immediate, de loco subiecto tẽporali iurisdictioni Pape, etiam inter laicos.

3 Sententia lata super impotentia appellandi, dicitur interlocutoria.

4 Delegari potest causa laico inter laicos a Papa,& etiam simplici clerico.

5 Iterum, hec dictio, de quot vicibus intelligitur.

6 Appellare non licet tertio, fallit 7.8.9.10.11.

12 Appellationis multiplicatio facta sine interuallo habet vim vnius.

1 **SUa nobis.** ¶ †Primo nota iudicium posse concipi in personam solius tutoris tutorio nomine: potest etiam concipi contra pupillum. l.j.§.sufficit.ff.de admi.tut.vbi Bar.in princ.dicit ꝙ libellus formari potest contra pupillum: & generaliter contra quamlibet personam legitime pro eo comparentem. Et quod ita seruatur de consuetudine. De quo Bald.
2 Imo.& Alexan.in l.si ex legati causa.ff.de verb.obl. ¶ †Secundo nota ꝙ a iudice seculari, etiam inter laicos, ad Papam appellari potest immediate, quando locus est de temporali iurisdictione ecclesie. De quo dictũ fuit in c.si duobus.j.eo. ¶ Ter
3 tio nota ibi: interlocutus fuerit.†ꝙ sententia lata super impotentia appellandi, interlocutoria dicitur: quod alibi non reperitur, secundum Bald.hic. Nam non potest dici diffinitiua, cũ non sit lata super meritis cause: habet tamen vim diffinitiue, vt Abb.hic dicit, allegando Rotam in deci. lxxxiij.& idẽ Bal. tradit in l.vnica.versicu.quero an sententia.C.ne lic.ter.prouo. Car.in cle.si.post gl.secundam ibi: ver.sed quero.eo.tit. Peru. in c.cum cessante.j.eo.ver.vj.& Cald.in consi.vj.in tit.de re iud.
4 ¶ Quarto nota†ꝙ causa inter laicos, etiã laico a summo pontifice delegari potest: a fortiori etiam clerico simplici poterit committi, etiam hodie, non obstante c.statutum. de rescr.in vj. per quod decretalis ista, non corrigitur: vt concludit Anto.de Bu.hic. Et idem finaliter Abb.sequitur. Indignum enim videtur, secundum eum, ꝙ clerici in dignitate positi, in causis laicorum occupentur. Et idem tenet Imo. in causis tẽporalibus laicorum, per tex.hic. Do.in d.c.statutum.ver. quid si causa tẽporalis. Et ita sequuntur Peru.& Moder.hic. Sed contraria opin.verior videtur, quam tenet Imo.in d.c.statutum.per illũ tex.qui generaliter loquitur, & nulla ratio videtur restringendi, ex quo tales cause vniformiter a summo pontifice poterant cõmitti. Et quia indignum videtur ꝙ persona inferioris gradus habeat representare summum pontificem: prout pro ista parte Abb.arguit hic. Non obstat ꝙ clerici positi in dignitate non debẽt tractare causas laicorum: q: ratio ista cessat, ex quo Papa causam illis committit. Et secundum istam opi. Alex. consuluit in consi.lxxvij.in causa,& lite.lib.ij.vbi cõcludit ꝙ doctores maioris authoritatis, quos ibi refert istam opi.sequun-
5 tur. ¶ In gloss.j.nota†ꝙ proprie dictio, iterum, de prima vice intelligitur. Ex quo infert Bal.circa fin.hic, in ver.& per hoc dicebam, ꝙ potestas data arbitro in compromisso, vt semel,& iterum compromissum prorogare possit: quod hoc pro duabus vicibus tantum intelligitur. Sequitur Alex.in l.qui bona.§.fin. ff.de dam.infec.& Mod.hic, sic etiam potestas prorogãdi data
a simpliciter arbitro in prima vice[a] restringit. Ita voluit Spec.

in ti.de arb.§.excipitur.ver.sed quid si fuerit actum. ꝛ idem te-
net Bal.in c.olim ex literis.de rescr.in c.fin.ver.finantem dictū
est.de consue.Bene facit quod no.Bal.in l.j.versi.quarto quero.
C.de his que pe.no.Et ista habent locum in dispositione homi
nis que in primo actu verificatur.l.fideicommissa.§.si quis de-
cem.ff.de leg.iij.Secus est in dispositione legis,vel statuti:quia
tunc intelligitur toties,quoties opus fuerit:vt not.distinguit
Bal.in d.l.j.C.de his que pe.no.ver.quarto quero.ꝛ idē Bald.
post Cy.in l.veluti.§.hec vox.ff.de eden.sequitur Alex.in consi.
lxx.viso consilio.lib.ij.Et ideo si ex forma statuti cōpromissum
debet fieri,toties debet compromitti,ꝙ causa decidatur,secun
dum Bal.in d.l.veluti.§.hec vox.ꝛ idem Bal.in d.l.fideicōmis-
sa.§.si quis decem.ꝛ in l.qui per salutem.in fin.ff.de iureiu.Ro.
in consi.cccccciij.in casu proposite consultationis.cum si.Et in
5 ista prorogatione[1] compromissi illud notandum est,ꝙ non po
test fieri de maiori tempore, quam sit expressum in cōpromisso,
vt eleganter voluit Bal.in d.c.fi.de consue.ver.dubitatur insu-
per.Facit tex.in c.ij.v.qđ.ij.idem Bald.in consi.cccxix.nobiles
[redacted] Aliter tamen loquitur Bal.in l.j.C.vt in poss.lega.de
quo Alex.in d.consi.lxx.¶ In glos.ij.ibi:interlocutus fuit.Est
6 enim regula,†ꝙ tertio appellare non licet:vt in iuribus alleg.
in gl.Et procedit ista conclusio,etiam in duabus appellationi
bus interpositis ab interlocutoria,adeo ꝙ nō audiatur postea
in appellatione,que etiam a diffinitiua interponatur.cle.fi.eo.
tit.not.Bal.ꝛ Salic.in d.l.vnica.Secundo ampliatur, etiam si
appellatur ab electione, ꝛ sic ab actu extraiudiciali: licet enim
ibi sint tantum due sententie,sunt tamē due appellationes:vn-
de tertia prohibetur,ƀm Bal.in d.l.vnica.ver.quero quid si ap
pelletur.ꝛ sequitur Sali.ibi.Tertio locum habet etiam in ter-
tio.qui pro suo interesse appellare potest.Nam si sciuit causam
appellationis agitari,non poterit tertio appellare:vt no.In-
noc.in c.cum super.ꝛ ibi Abb.post alios ver.sed dubium est.de
re iud.no.Bar.in l.j.§.interdum.ff.a quib.app.non lic.Quarto
etiam procedit in sententijs,que non transeunt in rem iudica-
tam.Gl.no.in c.fraternitatis.in verb.fornicatio.in fi.de frigi.ꝛ
male.Abb.post alios hic.Idem Abb.in c.ad reprimendam.de
off.ord.Ant.de But.Abb.ꝛ Imo.in c.lator.ꝫ.de re iud.Aliter
tamen voluit Host.eod.tit.§.quoties.Anto.de But.in d.c.fra-
ternitatis.Sed dicendum est ꝙ per viam nullitatis, ꝛ querele
talis causa poterit retractari,non per viam appellationis: vt
Abb.declarat in d.c.fraternitatis.Imo.in clem.j.in prin.de re
7 iudi.† Predicta conclusio limitatur, quando ab eadem parte
tertio appellaꝛ, ab alia vero parte poterit appellari:ꝛ sic qua-
tuor appellationes super eodem articulo fieri possunt: vt not.
Spec.eo.tit.§.quoties.Bar.in d.l.vnica.C.ne lic.ter.prouo. Et
declarat Abb.hic,ꝛ sequitur Car.in cle.fi.eod.titu.Et tali casu
pars,que tertio appellare non potest,non prohibetur adhere-
re appellationi aduersarij:vt dicit Bal.hic, per l.ampliorem.
in prin.C.eo.tit.Sequitur Imo.hic,ꝛ Peru.in c.dilecta.in vj.
conclusione.ꝫ.eo. Et secundum predicta interpretari debet sta
2 tutum,quod disponit,nisi semel posse appellari[2].Nam intelli-
gitur ab eadem parte.Cum tamen hoc allegarem Senis,non
potui obtinere:quia practica erronea ibi inoleuit,quod tātum
8 semel precise appelletur.† Secundo conclusio locum habet,
quando ab eodem capitulo, vel ab eadem sentētia appellatur,
ita quod secunda sententia , ꝛ tertia cum prima conformetur.
Secus si sententie non essent conformes:vt tradit Alexand.in
consi.lxxvij.in causa,ꝛ lite.in princ.lib.ij.Idem Andr.Sicu.in
consi.x.lib.j.Facit quod no.Ang.dum loquitur de expensis li-
9 tis,in d.l.vnica.ne lic.ter.prouo.†Tertio fallit,si per viam pri-
b uilegij[b] a principe hoc concedatur,ƀm Bald.hic.Et idem esset
per rescriptum,in quo esset clausula,non obstante:qꝛ ius quesi-
tum per sententiam, que transiuit in rem iudicatam , tolli po-
test per rescriptum principis:vt no.Bal.post glo.in l.si. C.sent.
resc.non poss.ꝛ prosequitur Peru.hic in ij.ꝛ iij.q. Est enim ius
quesitum de iure ciuili,quod tolli potest a principe: licet secus
in iure quesito de iure gentium:vt Io.dicit,Bal.in d.l.fin.not.
Ang.in l.Lucius.ff.de pri.cred.Abb.in consil.lxxxiiij.videtur
primo.lib.j.Pau.de Ca.in l.cum heredes.ff.de acquir.poss.Et
in casu nostro etiam sufficit sola scientia principis,qui causam
c committat,in qua late sunt tres sententie[c] cōformes,vt tradit
Alex.in dicto consi.lxxvij.vbi allegat Ant.de But.ꝛ Imo.hic.
10 Quarto † fallit in tertio,quando ignorauit causam agitari:vt
Abb.post Inn.ꝛ alios,concludit in d.c.cum super.Bar.ꝛ doc.
in l.a sententia.ff.eo.tit.Unde cautela est,ꝙ tertius,qui compa
retp so tuo interesse,iuret ꝙ de nouo habuit notitiam sentētie,
[redacted]it Ang.Are.ibi.Sic etiam,quando appellatio remo
uetur in rescripto,non intelligitur respectu tertij.ca. super eo.
de off.deleg.not.Bar.in l.j.§.interdum.ff.a quib.app.non licet.
Perusi.in cap.pastoralis.in prin.in vij.quest.ꝫ.eod. Sic etiam

quod dicitur in clemen.j.de re iud.non habet locum in tertio
comparente:vt tradit Card.ibi in iiij.quest.Rom.in xiij.deci
sio.item supposito.de proba.in nouis.ꝛ in iij.decisi.vtrum latis
11 tribus sententijs.de re iudic.in antiquioribus.†Quinto tertia
appellatio admittitur,si oppositum non fuit, secundum Bal.
hic,per illum text.qui alibi non reperitur.De quo dicendum
est,vt tradit Peru.in cap.directe.in viij.conclusione.ꝫ.eodem
titu.Postremo licet tertio appellari non possit,potest tamen
dici de nullitate,secundum Anto.de Bu.ꝛ Imo.hic.no.Spec.
eodem titu.in §.quoties.ꝛ in titu.de excep.§.nisi.versi.intelligi-
tur.Peru.in dicto cap.directe.in ix.conclusione. ¶ In fi.glo.
12 nota †quod multiplicatio appellationis facta sine interuallo,
habet vim vnius appellationis.Facit glos.not.in l.si conuene-
rit.la j.ff.de pigno.actio.que dicit quod trina interpellatio fa-
cta eodem tempore,pro vna habetur.ꝛ per illam gl.dicit Bal.
in proe.Cod.in princip.versi.vlterius procedo. quod vnica est
confessio, quando pluries eodem tempore quis confitetur.Et
secundum hoc declaratur,quod no.Barto.in l.cum scimus.C.
de agrico.ꝛ censi.lib.xj.de geminata confessione,vt illud proce-
dat,quando cum interuallo emanauit.Uel dici potest ꝙ gloss.
hic,cum similib.loquitur quando multiplicatio fit in verbis:ꝛ
vnica reputatur appellatio,vel interpellatio,vt dictū est.Se-
cus si multiplicatio verborum facta sit ea intētione,ꝛ ad istum
effectum,vt actus dicatur geminatus: quia tunc erunt plures
appellationes,vel plures confessiones.Nam alibi etiam ex ver
bis geminatis eodem tēpore magnus effectus insurgit:vt no.
Bald.in c.fi.de off.deleg.vbi inquit,quod electa videtur indu-
stria persone,quādo causa committitur,ꝛ dicitur, tu tu cogno
scas.Facit quod no.Bal.in c.eam te.ponderando verba ibi ge
minata,ibi:mandatum dedimus,ꝛ preceptum.ꝫ.de rescriptis.
ꝛ quod etiam no.in l.nec damnosa.C.de precib.Imper.offeren.
Alexand.in l.iij.in princ.ff.quod quisque iuris,cum similib.vt
late Roma.tradit in l.si vero.§.de viro.in xxxj.fallen.ff.soluto
matrimo.In his enim videtur quod ratio subiecte materie at
tendatur ad effectum interualli, quod in geminatione actus,
vel verborum consideratur. De questione, quam Abbas hic
tradit de secunda appellatione, dictum fuit in capit. bone. su-
pra eodem.

¶ Additiones.

1 ¶ Prorogatione.Idem in c.de causis.de off.deleg.Marsi.in
singu.lij.prorogatio compromissi.Lanfran.in trac.de arbi.vi-
de Bal.cccclxviij.punctus super quo petitur consilium.versi.si
autem hoc non apparet.lib.iiij.per textum in l.in his.§.vxor.ff.
soluto matrimo.

2 ¶ Appellari.Ita apparet in consi.suo xlix.in prin. Sil.Ald.

a ¶ In prima vice.Uide late per Jas.in l.duobus.in §. si ei qui.
in ff.de iureiurando.

b ¶ Uiam priuilegij.Adde Soc.in consil.clviij.

c ¶ Tres sententie.Uide plene per Fel.in c.cum inter priorem.
de excep. [redacted]

1 ¶ Appellatum si fit ad archiepiscopum, officialis eius an
possit cognoscere de causa appellationis.
2 Appellari an possit a delegato episcopi ad eius vicarium.
3 Appellandum est gradatim.
4 Prorogatio iudicij non potest fieri sine consensu proprij iu-
dicis.
5 Papa si constituat vicarium in curia Romana, an tali vica-
rio poterit appellari ad Papam.

1 Dilecti.ij. ¶ † Primo nota ꝙ appel
latione interposita ad ar-
chiepiscopum , officialis eius cognoscere po-
test.Idem colligitur in c.dilecti.ꝫ.e.in c.signi-
ficantibus.de oper.no.nunt.in c.Romana.eo.
tit.in vj.Et hoc intelligitur de officiali princi
pali,videlicet de vicario,qui vnum,ꝛ idem tribunal facit.ca.ij.
de consue.in vj.ꝛ d.c.Romana.no.in cle.ꝛ si principalis.in glos.
in ver.officialis.de rescr,ꝛ tradit Cald.in consi.ij.eod.ti.Et cir
2 ca hoc queritur an † a delegato episcopi ad vicarium eius ap-
pellari possit.Abb.arguit ad partes,ꝛ finaliter cōcludit quod
ad episcopum ipsum debeat appellari, si presens,vel in loco vi
cino reperiatur.Domini tamen de Rota in decis.cccl.itē licet
officialis. ꝛ est tertia in titulo de offic.vicarij. in nouis. tenent
indistincte quod ad vicarium eius appellari possit : quia sicut
appellari potest ad episcopum,ita ꝛ ad officialem eius: vt hic,
ꝛ in dicto cap.dilectis.cum simi.supra alleg. ꝛ sequitur Peru.
in ij.q.hic:quia quod facit vicarius, videtur factum ab episco-
po.glo.in c.j.de capel.monac.in vj. Facit tex.ꝛ quod ibi Bal.in
l.ii.

in l.fi.C.vbi z apud quos. z idē Bal.tenet in d.c. dilectis. Pro opinione tamen Abb.facit:quia semel causa fuit exempta a vicario,ex quo alij specialiter committitur,c.studuisti.de off.delegati. Et hoc etiam videtur habere locum in causa appellationis:quia eadem causa est,cum de eadem retractetur:vt no.in l. inuitus.C.de procur. Unde inconsulto episcopo non debet vicarius de tali causa se intromittere.Facit tex.in dicto cap.studuisti.z quod no.Abb.post alios de delegato Pape,a quo ad delegatum generalem ipsius Pape appellari non potest. Et in questione ista idem Abb.dicit in ca.si quis contra clericum. de fo.compe.ver.sed circa predicta.Et idem etiam voluit Roma.in not.cccclilij.tu habes.vbi ad hoc allegat bonum text. in cap.si contra vnum.de offic.deleg. in vj. Ista conclusio limitatur,nisi episcopus esset absens:vt per Abb.hic,z in dicto cap.si quis contra.arg.tex.not.in l.si hominem.ff.mand.De quo plura tradunt Moder.in cap.j.de constit.Facit textus in l.si longius.in princ.ff.de iudic.Et in proposito est bonus text.in cap.
a cum nullus.§.j.de tempo.ord.in vj.propter absentiam[a] episcopi potestas vicarij ampliatur.Et illum tex.in no.quest.allegat Abb.in consi.lxxviij.facti contingentia.versi. venio ad quartum.lib.j.Domi.in dicto cap.si contra vnum.de off.deleg.in vj. Et in simili est dictum Archid.in cap.Reatina.lxxxiiij.distin. quod si consensus regis,vel archiepiscopi aliquo casu requiritur,eo absente vicarius supplet.Facit tex.in cap.j.§.fin. ne sede vacante.in vj. ¶ Secundo nota quod iudex appellationis habet pronuntiare sententiam latam post appellationem non tenere. Et hoc clarum est,quādo expresse petitum fuit. Est enim tutior practica, vt in libello appellationis hoc petatur: vt dicunt Host.z doc.hic. Idem tamen esset si non petatur:quia accessorie hoc venit,z ex natura legitime appellationis tacite intelligitur,secundum Innoc.z docto.hic.Facit textus in ca.exhibita.s.de iudic.in cap.significante.j.eodem.in l. cum ex causa.ff.eodem.Et de his attentatis post appellationē insistit Pe
3 ru.hic. ¶ †In glo.j.regulariter gradatim appellandum est:vt hic,cum concord.in glo.allegatis.Primo fallit,quando proceditur in causa appellationis coram superiore,ad quem,omisso medio,appellatum fuit, z per appellatum nō opponitur:nam processus tenet,secundum glo.hic,quam Abb. post alios sequitur.Et dicit Imo.hoc seruandū esse in practica.Et tenet Abbas in cap.referente.j.de prebend.Rota in decision.ccclxxxvij. item si tres.Calder.in consi.j.eodem titu.vbi dicit hoc probari ratione,quam Abbas etiam adducit hic: quia sicut consuetudo hoc operatur, vt infra dicam, que, sicut consuetudo, tacito consensu inducitur:idem ergo videtur quando pars non contradicit:quia tacitus habetur consensus.Et ita se habet communis opi.In contrarium tamen arguit Imo.quod imo processus sit nullus,per cap.j.de foro compet.in vj.in princ. vbi coram archiepiscopo procedi non potest,etiam de consensu partiū, omisso medio articulo appellationis.Et quia si processus valeret, hoc esset ex tacita prorogatione, que fieri non potest, nisi de consensu proprij iudicis.cap.significasti. de foro compe. Et sic non videtur valere processus, tanquam factus sit coram iudice incompetenti.l.fin.C.si a non compe.iu.Peru.hic respōdet. quod tex.in capi.j.de fo.compet.non loquitur in causa appellationis,sed in causa principali:z in causa appellationis iste, ad quem appellatur,omisso medio, dicitur iudex competens, nisi excipiatur.Nam competens iudex dicitur, licet eius iurisdictio declinari possit:vt per glo.in cle.ij.vt lite pen.z idem dicit Ange.de Aret.in l.j.§.si quis.ff.eod. vbi ad hoc allegat glo. in l.ij.§.j.ff.de iudic.Et per hoc respondetur ad illud,quod dictum est de prorogatione:quia illud locum habet, quando litigatur coram incompetenti: secus si iudex competens sit: vt in isto casu videtur. Ulterius tamen pro opinione Joan. ꝙ non valeat processus,bene facit textus in dicto cap.j.de fo.compet. quem ipse inducit: licet enim loquatur in causa principali,tamen sicut iudex appellationis mediante articulo appellationis de causa principali cognoscit,c.vt debitus.s.eo.non tamen omisso tali medio appellationis, etiam consentientibus partibus,de causa principali cognoscere potest. Ita ergo pariter videtur dicendum quod superior non possit cognoscere de appellatione,omisso inferiori,ad quem gradatim debet appella-
4 ri.† Similiter prorogatio non potest fieri,nisi de consensu proprij iudicis,dicto cap.significasti. ergo processus nullus videtur. Nec est verum quod iudex appellationis,ad quem omisso medio appellatur,dicatur esse cōpetens:quia non videtur habere iurisdictionem. Ad hoc videtur textus in l. Imperator. ff.eodem.dum ibi dicitur:Non recte ad Imperatorem appellatum esse.Et quod processus sit nullus,expresse tenet Bartol. in l.j.§.si quis in appellatione.ff.eodem.dum respondet ad tex. in l.si per errorem.ff.de iurisdi.omnium iudicum. Nec isto casu videtur facta prorogatio, vt dictum est.Et quia in causa appellationis non habet locum prorogatio: vt singulariter tradit Bal.in titu.de pace Constan.in ver.in causis.circa fin. alias in ver.hoc quod nos.De quo tamen aliter sentit Are.in cap.quoniam contra.de probat. Non obstat ratio,quam pro communi opi.Abbas hic adducit.z Calder.in dicto cap.j.de tacito consensu,ex quo consuetudo causatur: quia in cōsuetudine tacitus consensus simpliciter non consideratur:sed virtus consuetudinis illud facit. Sed in casu nostro esset consensus tacitus simpliciter,qui non videtur sufficere,per supra dicta.Secūdo fallit,quando consuetudo esset in contrarium.Nam valet consuetudo vt omisso medio appelletur:vt in gloss.hic,z probatur in cap.Romana.§.j.eodem titul.in vj.z ideo valet consuetudo ꝙ ad principem de iure ciuili, etiam immediate appelletur: vt not.Bal.in authen.quas actiones.C.de sacrosan.eccl.facit textus in cap.si duobus.in fin.s.eodem.in capi.licet ex suscepto.de foro compe.Consuetudo enim tribuit iurisdictionem non habenti.cap.cum contingat.de foro compe.x.q.iij.ca.conquestus. c.dilectis.s.de arb.A fortiori ergo iudex,qui reperitur habere iurisdictionem,poterit habilitari.Tertio fallit in summo pōtifice,ad quem,omisso medio,appellatur.ij.q.vj.cap. Romani. Secus tamē est de iure ciuili:quia ad Imperatorem immediate appellari non potest.l.Imperatores.ff. eo.tit. nisi in scholaribus:vt dicit Bal.per illum tex.in auth.habita.in vij.no. C.ne fil.pro pat.z sequitur Abb.in disputatione,Sandulphus clericus.ver. secundum dictum.Alios casus prosequuntur Abb. z doc.hic. ¶ In eadem gloss.ibi:idem credo.ista consuetudo reprobatur,vt Abbas hic,z doct.dicunt.vt est casus in c. ij.de cōsue.vbi reprobatur consuetudo quod de vicario ad episcopum appelletur.Et hoc videtur duplici ratione.Prima,quia ab eodem ad seipsum appellari non debet:vt dicitur in dicto cap.ij. debet enim esse distinctio personarum inter iudicem a quo, z iudicem ad quem appellatur:argument.l.ij.de stipu.ser.z c.fin. de institut.Secunda est,quia de substantia appellationis est ꝙ ad maiorem iudicem referatur:vt dicit glo.in dicto c.ij.Et cōtra substantiam appellationis consuetudo non valet: quia irrationabilis videtur:ideo non valet.c.fi.s.de consuetud. Nam appellatio corrigit iniquitatem, vel imperitiam iudicis. l.j.ff. eo. Et irrationabilis videtur consuetudo quod minor habeat iurisdictionem in maiorem:ideo non valet: vt tradit Archid. xvj.dist.in c.inferior.z late circa hoc dixi in rub.s.eo. Et predicta conclusio procedit de iure canonico.Secus est de iure ciuili:quia non solum valet consuetudo,sed etiam est de iure communi,vt a sententia vicarij ad ordinarium eius appelletur:vt not.dicit Bal.per illum tex.in l.a proconsulibus.C.eod.tit. Et ratio videtur, quia de iure canonico idem tribunal reputatur episcopi,z vicarij.d.c.ij.de consuet.z in cap.Romana.in princ. eod.titul.in vj.Et ideo vicarius habet iurisdictionem ordinariam,vt per glo.in dicto c.Romana.in ver. generaliter. z in c. ij.in ver.officialem.de off.vica.in vj.Sed de iure ciuili vicarius non habet ordinarium:vt tradit Alexand.in rub.de offic.eius. Bart.tamen in l.precipimus.C.eod.videtur velle quod non sit differentia quantum ad hoc inter ius canonicum, z ciuile:z in dubio debent iura canonica z ciuilia concordari:vt not.in ca.j. de no.ope.nun.z tex.in d.l.a proconsulibus. videtur loqui in vicario electo a principe:vt colligitur in l.j.§.a prefectis. ff.de legat.iij.Et iste etiā de iure ciuili habet ordinariam iurisdictionem:vt Alex.deducit in d.rub.de offi.eius. Et ideo in illo casu cessat ratio,que s.allegatur. Et tenendo hic ꝙ non sit differentia inter ius canonicum,z ius ciuile,ad tex.in d.l. a proconsulibus. responderi potest ꝙ loquitur in vicario prefecti pretorio, a quo prefecto pretorio appellari non potest.l.j.C.de off.prefec. pretor.Et hoc priuilegium non transit in vicarium eius: ideo ne vicarius male iudicaret, ad ipsum prefectum appellatur.
5 Sed † in casu nostro licet a vicario non appelletur ad episcopum, ad superiorem appellari potest.Ex quo inferri videtur quod si Papa,a cuius sententia non appellatur,in curia Romana vicarium sibi constituat,prout habetur in c.tua.de offic. vic.quod tali casu ab illo vicario ad Papam poterit appella-
b ri[b]:quod notandum est.Et quod dictum est,non valere cōsuetudinem,quod ad maiorem iudicem appelletur:hoc declarari debet,vt late dixi in rub.s.eod.

¶ Additiones.

a ¶ Propter absentiam.Confirmo ex his, que scribit Jas. vbi refert se consuluisse in l.cum filiusfamilias.ff.si cer.pet.

b ¶ Appellari.Confirmo ex his,que no.scribit Soc.consi.cxcv. ver.postremo posito.z per discursum illius consilij. [redacted]

1 ¶ Mater dicitur habere filios in potestate ratione tutele.
2 Tutela matris finitur,si transeat ad secunda nota.

3 Iudex si ad ulteriora procedat neglecta exceptione, videtur ta
cite reijcere exceptionem, & sic ab eo potest appellari.
4 Mater recipiens tutelam filiorum debet renuntiare Vel-
leiano.
5 Administratio tutoris an valeat, si non fecit inventarium.
6 Tutela matris an sit legitima.



1 X parte. ¶ † Primo nota quod mater
ratione tutele dicitur habe
re filios in potestate. Ex quo infert Bal. hic,
in fi. quod si pater reliquit filios sub potesta-
te matris, videtur illam tutricem constitue-
a re. Et idem esset si in manibus [a] matris, reli-
1 cti essent: quia exponitur, id est, in potestate [1]. l. fi. vbi glo. in ver.
in sua manu. C. de emanc. lib. no. in l. manumissiones. ff. de inst. &
b iure. Secus si filij relinquantur sub custodia [b] matris: nam pro
pter hoc non videtur tutrix relicta. l. qui aliena. §. quanquam.
vbi glo. & Bal. ff. de nego. gest. & idem no. Bal. in l. omnem. C. ad
Tertul. & in consi. ccxxix. dicta particula testamenti. versic. sed
nunquid. lib. iiij. Bal. Tamen hic dicit quod text. in d. §. quan-
quam. procedit a iure Digestorum, quo tempore non poterat
mulier dari tutrix. Secus ergo videtur hodie: vt dicũt Imol.
& Pau. de Cast. in l. sed si hoc. §. fi. ff. de cond. & demonst. Sed ta
men etiam hodie idem dicendum est: quia sub nomine custo-
die vel cure non venit tutela: quia est quid maius: vt no. Bart.
in l. tutores. §. j. per illum text. ff. de admi. tuto. & tradit Aret. in
consi. xxvj. viso puncto. Et predicta conclusio in se vera est, per
ea, que habentur in locis supra allegatis. Sed hic nõ bene pro-
batur quod verbum potestas includit tutelam: quia speciali-
ter dicitur de tutela ibi: sub potestate, & tutela ipsius: ergo non
videtur sub illo verbo, potestate, comprehendi tutela, de qua
specialiter facta est mentio: argumen. l. doli clausula. ff. de ver.
oblig. Et hoc patet ex verbis precedentibus, dum dicitur, res,
de quibus agebatur: & filij eius sub potestate, & tutela. vnde vi-
detur quod verbum, potestas, ad res, & tutela ad filios refera-
2 tur. ¶ † Secundo nota quod per transitum ad secunda vota tu
tela matris ipso facto extinguitur: de quo dicam. in glos. & hoc
procedit in tutela. Secus si mulier sit executrix data in testa-
mento: quia transeundo ad secunda vota, officio executionis
non priuatur: vt no. Bar. in l. a filio. ff. de ali. & cib. lega. in prin. &
sequitur Bal. in authen. eisdem penis. in fi. C. de secundis nupt.
¶ Tertio nota eum, qui desijt esse tutor, non posse amplius no
mine pupilli conuenire: & hoc verũ est pro negotijs nouis. Se-
cus est pro causis inchoatis, pro quibus tutor tenetur, licet sit
finita tutela, nisi in curatorem sit translata administratio: vt
Abbas hic dicit, per text. in l. j. C. vt cau. post. pub. adsit tut. Ad
idem tex. in l. ita autem. §. si tutor. ff. de admi. tut. & no. Bar. in l.
Lucius. §. Paulus. per illum tex. ff. eo. tit. & ad idem text. in l. si
tutor post finitam. ff. de tu. & ra. dist. in l. quid ergo. in §. iudicio.
3 C. de contra. iud. tute. ¶ Quarto nota quod † si iudex neglecta
exceptione ad vlteriora procedat, videtur tacite exceptionem
2 reijcere [2]: & ab eo appellari potest: vt est text. sing. hic, secundum
Card. & not. Barto. in l. a procedente. circa fin. C. de dilat. quem
Abb. hic adducit. & idem Abb. in ca. cum super. in glo. ij. in fi. s.
de off. deleg. & tradit Rota in xiiij. deci. in titul. de excep. in anti
quis. Bal. in l. j. col. fi. C. de ord. iud. Ro. in consi. cccxx. circa pri-
mum. de quo insistit Peru. hic, late Mod. in c. suborta. de re iu
dica. Et dicit Abb. hic quod per istum textum limitatur c. dile
cto. s. eodem. dum ibi habetur quod appellari potest quando
exceptio proposita reijcitur. Nam idem est, si ad vlteriora pro-
3 cedatur, vt hic. Et idem est, si iudex expresse non admittat [3]: quia
idem est dicere, non admittit, quod reijcit: vt no. Bald. in l. j. in
fi. C. de neg. gest. Et idem si iudex tertio interpellatus superse-
deret: nam appellari potest: vt Abb. hic dicit, argu. ca. j. de sup.
negl. prel. facit glo. in cle. dudum. in ver. recusauerint. de sepul.
cum concord. vt tradunt Moder. in c. ex literis. s. de constitu.
Sed in contrarium videtur tex. in cle. quanuis. de appella. vbi
sufficit vnica interpellatio eodem contextu sepius facta, que
pro vno habetur: vt per glo. in c. ab eo. de appel. in vj. & per glos.
in l. iiij. ff. de pigno. act. Et isto medio Roma, reprobat commu
nem opinionem in suo singula. ccccxxiiij. ego dixi. & in consilio
ccccxxvij. in proposito casu. & Moder. sequuntur in dicto cap.
ex literis. restringendo tex. in dicto cap. j. de supplen. negligen.
prelat. vt specialiter in casu suo procedat: quia canon ibi vltra
procedit. Sed saluando communem opinionem, ista responsio
melius accommodari potest ad dictam clemen. quanuis. vt di
[illegible]od trina appellatio requiratur: prout dicitur in di-
cto cap. j. Et hoc non negatur in dicta clemen. quanuis. sed so-
lum inducitur quod eodem contextu fieri possit. Et hoc modo
iste textus adaptatur secundum Ro. in l. de pupillo. §. si quis
ipsi pretori. in additionibus. ff. de no. oper. nunt. Et sic licet in-
terpellatio pluries facta eodem contextu pro vna habeatur, vt
supra dictum est, hoc fallit in dicta clemen. quanuis. vbi canon
disponendo vlterius procedit. ¶ In glos. ibi: sed per officium
tutele. bene recidit filius in potestatem matris. & Abb. in prin.
hoc declarat. Et hoc procedit, etiam si ipsa mulier sit in pote-
state patris. Nam patria potestas non impedit tutelam. instit.
qui da. tuto. in testa. poss. in princ. quia diuersa est patria pote-
stas a potestate tutoris. Secus esset in eadem specie potesta-
tis. l. sic eueniet. ff. de adult. & dicit Abb. hic quod licet tutor di-
catur habere potestatem in personam pupilli, secus tamen est
in curatore, qui datur principaliter bonis, non persone. l. in co
pulandis. de nup. Et hoc verum intelligitur, nisi esset curator
furiosi, qui datur principaliter persone, sicut tutor: vt no. Sali.
4 in d. l. in copulandis. facit tex. inst. de cura. in princ. ¶ † In glo.
ibi: & renũtiat Velleiano. & si absque tali renuntiatione tutelam
suscepit, non valet tutela: quia ista non dicitur esse leuis solen-
nitas: vt Abb. hic concludit post Bart. in dicta authen. matri
& auie. versicu. quero quid si mater. & sequitur Bald. ibi. ponde-
rando textum qui loquitur conditionaliter, si renuntiauerit
Velleiano, & conditio non dicitur continere leuem solennita-
tem. l. pretor. ff. de colla. bono. Et idem tenet Ang. in l. fi. C. quã.
mu. tut. offic. Bonus textus in l. in dubium. C. de tuto. & cur. qui
non satisd. facit tex. in l. fin. §. omnem. & quod ibi Bart. C. de ad-
ministr. tuto. & quod not. Bald. in l. si tutor. in fi. C. in quib. caus.
in integrum restitu. non est necess. Et que in matre requirãtur
vt tutelam habeat cum administratione, not. Ang. in consilio
50. in themate. in princ. Et de alio tutore tradit Pau. de Cast.
in consi. cccl. postquam iste tutor. not. gloss. & Barto. in l. legiti-
5 mos. in princ. ff. de legi. tuto. Querit Abb. hic, † an valeat admi
nistratio tutoris, si non fecit inuentarium. Ad declarationem
presupponendum est, quod tutor non debet administrare, nisi
prius inuentarium conficiat. l. tutor, qui repertorium. §. j. ff. de
admi. tuto. vbi Barto. & in l. tutores. C. eodem titu. & in l. fi. C. ar
bit. tute. §. illud proculdubio. Et vltra inuentarium requiritur
quod sibi administratio concedatur a iudice: vt no. glo. & Bar.
in l. legitimos. supra allegata in princ. glo. in l. tutores. C. de ad-
minist. tut. & not. Bald. in dicta l. si tutor. in princ. C. in quib. cau.
in integ. resti. non est necess. Et hec vera sunt, nisi esset res tem-
pore peritura, vel pupillo expediret: vt notat Barto. in l. tutor
qui repertorium. in fi. princi. ff. de admi. tutorum. & in dicta l. le-
gitimos. in fi. princ. & probatur in l. fin. vbi Barto. & Bald. C. de
tuto. & cur. qui non satisd. cum concord. vt tradit Alex. in consi.
clxiij. libro v. Si ergo tutor non fecit inuentarium, prout regu
lariter tenetur, & absque alia solennitate, ita ex abrupto admi-
nistrauit, Abb. hic concludit, quod tenet administratio: potest
tamen tanquam suspectus remoueri. Et hoc prius tradit Bar
to. in l. tutor qui repertorium. quem Abbas hic adducit. Et ta-
c li casu tutor videtur esse in dolo [c]: & tenetur ad interesse, & con-
tra eum iuratur in litem. d. l. tutor qui repertorium. in princip.
not. Bar. in consi. cl. cum predicta. Pet. de Anchar. in consilio
cccxvij. in causa, que vertitur. Roma. in consi. cxviij. quo ad pri
mum, in secundo dubio. & in consi. ccccxiij. quo ad primum. Ful
go. in consi. xxv. spiritualis miles. Bal. in consi. cccliij. ad evidẽ-
tiam premittendum est. Ang. in consi. clxxv. viso dicto statuto.
Et dato quod tutor bene administrauerit tutelam, non excusa
tur, quando illam legitime non accipit: vt not. Bald. dicit in l.
omnem. versicul. quero quid si mater. C. ad Tertullianum. & in
l. matres. versicu. quero nunquid mater. eodem titu. & idẽ Bal.
in l. precibus. versicu. quero quid si mater. C. de impuber. & alijs
substitut. Quandoque tamen tutor etiam excusatur, & in eo bo-
na fides presumitur, licet supra dicta non obseruauerit: vt in
no. casu tradit Pau. de Cast. in consi. cccl. supra allegato. post-
6 quam iste tutor. & fina. † An autem tutela matris sit legitima:
Abb. concludit quod sic, licet voluntaria sit, post Bartolum in
dicta authent. matri & auie. versicu. quero an mater. Est tamen
differentia: quia tutela legitima, que agnatis defertur, regula-
tur ab hereditate. l. j. in princ. & l. iij. in princ. ff. de legit. tuto. Et
ideo si per statutum agnati cognatis preferantur in successio-
nibus, eodem modo in tutelis preponuntur, secundum Barto
lum in dicta l. j. & dicta l. iij. §. fin. & in consilio ciuitatis Medio-
lani. quam refert, & sequitur Pet. de Anch. in cap. j. versi. quid
si lex prouidit. de constitut. Et idem tenet Salice. in l. fina. C. de
legi. here. in fin. & in authen. sicut. C. de legi. tuto. circa fin. versic.
quero tertio si statutum. Sed ista tutela legitima que matri cõ
ceditur, ideo regulatur ab hereditate. Quod patet: quia ma-
ter in hereditate filij omnibus agnatis prefertur per senatus-
consultum Tertullianum. Et tamen in tutela, quam olim a
principe habuisset, iuxta l. fina. ff. de tute. nõ preferebatur agna
tis: vt est textus in l. ij. §. his illud. C. quando mu. tut. offic. Tu-
tela

tela ergo non defertur matri hodie respectu hereditatis, sed propter affectionem matris in filios.§.quia vero.in authen. vt fine probi.ma.deb. Et ideo licet mater a statuto excludatur ab hereditate filij,non tamen videtur excludi a tutela. Ita no.decidit Salic.in dicta authen.matri & auie.versic.nono quero ab extra.quia non datur matri tutela,eo, quod hereditas sibi deferatur,sed quia mater est.Et hoc idem tradit Salice. in dicta authen.sicut.in fin.C.de legi.tuto. Et expresse hoc prius voluit Ioan.And.in additio.Specu.in tit.de cura.vbi ponit instrumentum cure furiosi,circa finem,versic.dicit Ubertus de Bobio.& ita alias consului Pontremoli. Et reperio quod ista sequitur Alexan.in consi.cxxj.viso statuto.sub rub.de tutel. li.iij.

¶ In glo.ibi.soluta est tutela.imo statim quod vadit ad iudicem,& dicit se velle ad secunda vota transire,desinit esse tutrix: vt Barto.concludit in dicta l.si quis sub conditione.ver.quero an statim.ff.de test.tut.& in authen.sacramentum.C.quan.mul. tut.offic.in versic.quero an statim.Bal.in l.omnem.C.ad Tertullianum.cum similibus,vt tradit Ange.Are.inst.de legi.pa. tu.Et matre transeunte ad secunda vota,est locus datiuo,secũdum glossam in dicta authen.sacramentum.C.quando mu.tu. offic. Quod verum intelligitur, quando assumpsit tutelam, & postea volens transire ad secunda vota vadit ad iudicem,& petit dari tutorem:vt Bar.concludit in dicta authent.sacramentum.& sequitur Bal.ibi,& Sali.idem tenet Bart.in l.si quis sub conditione.in ver.quero matre exclusa. ff.de test.tut. & sequitur Bal.ibi,circa finem.& late Ang.in authen.matri & auie.C.quãdo mu.tut.offic.Facit quod not.Barto.in l.j.C.de testa.tut. Et tali casu debet dari tutor a iudice ille, quem mater nominauit. §.finautem tutela.in authen.de nuptijs.& not.Bald.allegando illum textũ in dicta l.si quis sub conditione.dicens quod Bar. de facto ita sibi respondit:& tenet Bartol.in l.credendum.in fi. ff.qui pe.tut.Non tamen iudex adstringitur, vt sequatur consilium matris:vt not.declarat Bal.in l.precibus.C.de impuber. & alijs substitut.versicu.scias.& in dicta l.omnem.versicu.an datiuus.Subijcit Abbas hic, quod si mater non petat dari tutorem filio intra annum,priuatur hereditate.§.fina. instituta ad Tertullianum. cum similibus, vt per Abbatem hic. Et nota quod Abbas expresse tenet quod mater habeat annum.& probatur in dicto §.fina.quem Abbas adducit: & idem concludit Bal.in l.precibus.C.de impuber.& alijs substitu. versicu.modo queritur.& idem Ange.in l.sciant.C.de legi.here.in prin.& sequitur Ioan.de Ana.in consil.xlv.visis his.Et ista est communis opin.vt concludit Ang.Aret.in dicto §.fi.in princip.& late tradit Pau.de Cast.in consi.ccclxxij.postpositis authoritatibus. Et hoc verum intelligitur in matre, que sit maior vigintiquinque annis: nam si sit minor, excusatur: vt est textus in l.ij. C.si aduers.delic.Quid autem si mulier,que excedit decimumoctauum annum habetur pro maiore vigintiquinque annis, vt est Florentie,an excusetur.Alias fuit consultum quod non: quia quo ad istam penam maior vigintiquinque annis reputatur: quia statutum recipit interpretationem secundum iura cõmunia:argu.l.sed & posteriores.ff.de legib.& per glossam in l.sciendum.ff.qui satisdare cogantur.& not.Barto.in tracta.ad reprimendum.in versic. non obstantibus. Et specialiter facit quod not.Bal.in authen.si captiui.versicu.sed iuxta hoc queritur.C. de episcop.& cler.& valet statutum,per not.per Salice.in l.ij. C. de his qui ve.eta.impetra. Et quod dictum est de matre, idem dicit Abbas esse in quolibet alio, qui abintestato potest succedere:vt est text. in l.sciant cuncti.C.de legit.here.Et hoc intelligitur in eo,qui est in proxima spe succedendi, qui immediate vocatur:secus in alijs remotioribus:vt not.Bart.distinguit in consi.xviij.viso testamento.alleg.gloss.not.in l.nepotibus.C. qui pet.tut.vbi Bal.notat illam pro singulari.& idem sequitur Bald.in l.sciant.supra allegata,& late tradit in l.precibus.C.de impuber.& alijs substitut.versicu.sed si impubes. & in l.matres. C.ad Tertullianum.Postremo quod dicitur in tutela, secun-
d dum Abbatem hic,etiam habet locum in cura d. Alleg.Spec. & Bart.in locis supra alleg.per eum hic.Et ad hoc bonus text. in l.ij.§.si mater.versi.quid si curatores non petit.ff.ad Tertul. & ibi not.Barto.

¶ Additiones.

1 ¶ Potestate.Uide Saliaul.in repet.l.Centurio.ff.de vulgari & pupillari.

2 ¶ Reijcere.Uide Dec.in c.super.de off.deleg.

3 ¶ Admittat.Uide que addidi ad Bartolum in l. a procedente.C.de appel. Sil.Aldo.

8 ¶ In manibus.Pro hoc addo bene facere tex.in cap. cum venissent.ibi:ad manus nostras.de constitut.& ibi ponderat Barto.qui multa dicit de ista dictione,manus, seu eius significato.

ibi vide,& adde hic:& adde etiam quod refert Ia.in l.manumissiones. vbi refert se cõsuluisse in ciuitate Mutine quod si testator dicat in testamento,filium meum pupillum relinquo in manibus matris sue. quod per ista verba mater censetur constituta tutrix testamẽtaria. Et ideo anno preterito inducebam ista ad questionem de qua fuit magna contentio, videlicet quod si testator dixit in testamento quod reliquerat filios sub gubernio, regimine. & administratione,& cura,quod per talia verba censetur testator eum omnino voluisse ipsum esse tutorem testamentarium. Et inter alia allegãdo inducebam idem quod refert in notab.quest.Barto.Socin.in l.qui duos.ff.de rebus du. vbi refert quod alias habuit questionẽ in facto:vt per eum.Et adducebam etiam quod specialiter consuluit idem Socin. in consilio lxxxiij.

b ¶ Custodia. Idem Rom.singu.clxiiij.committo. Bald.consi. ccccxxviij.lib.iij.consi.ccxciiij.dicta particula.li.v. vide Pau. l.cum ita legatum.de cond.& demonst.Nico.Boer.decisio.Burdegalen.cxiiij.Aret.consi.lxxvj.viso testamento. dixi in cõsu. Parisi.titu.viij.in pub.

c ¶ In dolo.Uide late do.Andr.Sicu.in consil.suo lx.in tertio volumine.

d ¶ Cura.Scilicet impuberis.sed apud nos tutela,& cura generalis, sunt idem, vt dixi in consu.Parisi. titulo octauo, in ru- [redacted] brica.

1 ¶ Iudex inferior potest principem consulere ex iusta causa de iure.
2 Iudex potest committere causam consulendam inuitis partibus.
3 Leges,quibus canones non contradicunt,videntur approbate de iure canonico.
4 Iudex debet partibus edere copiam relationis fiende.
5 Iudex si vult euitare onus iudicandi,qua pena puniatur.
6 Partes non possunt vlterius contradicere consultationi formate.7.
8 Partes licet consentiant quod sententia feratur secundum consilium sapientis , tamen a tali sententia poterit appellari.

1 Intimasti. ¶ † Primo nota quod ex iusta causa potest iudex inferior principem consulere de iure:quia eius proprie est iura interpretari,cuius est condere.c.inter alia.de sen.excommu.& in l.final.C. de legibus. ita primo Abb. hic. Et sic videtur requirere quod iudex ex iusta causa hoc faciat.Nam iudex a se ipso habet potestatem interpretandi leges & canones respectu cause,que coram eo vertitur:vt est dictum Innocen.in ca.cum speciali.§.eodem.quod refert & sequitur Abbas in cap.j. in primo notabi.de iuramen.calum.in cap.capellanus.§.de ferijs. in cap.cum venissent.de iudic.cum similibus.Sed quando dubitat, & a seipso resolui non potest,iusta causa videtur vt ad principem recurrere possit.vt hic,& in l.fi.C.de leg.in l.j.& ij.C.de rela.& in l.cum de noua.vbi Bald.C.de legi. Ad idem tex.in l.diuus.ff.de offic.presid.ibi:consules nos.facit tex.in l. diuus.la ij. ibi:Imperatori rescribatur.ff.de fal.& in l.ad bestias.ff.de pen. & in l.j.§.fin.ff.de quest.in cap.per venerabilem.qui fil.sint legit.

2 Et † in fini.dixit no.Inno.in cap.super questionum.§.de offic. delega.quod iudex, etiam inuitis partibus potest committere causam consulendam.Et hoc pro not.refert,& sequitur Ange. in l.ij.C.de sentent.ex breuicu.reci.& per glossam ibi, dicit quod in re dubia,potest iudex, licet sit peritus, dicere quod velit habere colloquium cum sapientibus:& caute agit,si hoc facit, secũdum eum. Ex quo videtur inferri quod petere possit vt a doctioribus in causa consulatur.Facit text.in l.dubium.C.de repu.vbi Ang.post Cy.idem dicit:& not.Bal.in l.nõ fine.in prin. per illum tex.C.de bo.que lib.Et quod dictum est de relatione, & consilio sapientis,intelligitur quando casus probabilem habet dubitationem: prout iura supra allegata loquũtur.Secus si res esset clara: quia tunc relatio esset malitiosa,que fieri non debet,vt cõcludit Bal.in l.j.C.de legi.in ver. quarto relatio est malitiosa.Alexã.in l.iudices.in fi.C.de iudic.Et istud est quod Abb.dicit hic,quod relatio habet locum,dummodo malitiose non fiat.Et eodem modo dicit Bald.in d.l.j.C.de legi. de statuto,quod consilium sapiẽtis requirit. Nam in casu claro locum non habet.Et idem not.Bart.in l.ille aut ille.§.cum verbis.de leg.iij.& Bal.in l.placet.in princ.C.de sacrosan.eccle.& in l.j.C.de rela.Ang.in consil.cxxxvi.in questione vertente.& tradit Alex. in consi.lxij.visa facti narratione. lib.ij. Et si statutum velit quod iudex teneatur causam committere cõsi.sapientis,licet calum-

niose petatur, non valet: vt late probat Signo. in consi. lvj. sta-
tuto ciuitatis Mediolani. ¶ Secundo not. ibi, legitimas san-
3 ctiones. † quod in materia relationis, ꝛ consultationis, atten-
duntur leges, etiam de iure canonico, ex eo quod canones non
contradicunt. Et est regula communis in qualibet materia, ꝙ
leges, que precise preiudicium non afferũt, in quibus canones
non contradicunt, videtur approbate de iure canonico: vt tra
dunt Host. ꝛ doc. in cap. fi. de solu. Arch. xx. dist. in c. lege. Anto.
de Bu. in cap. ecclesia sancte Marie. versi. dic si queritur. ꝛ late
princip.C.de Carbo.edicto. & gloss.in l.de pupillo. §.qui opus. in verbo,nuntiare.de operis noui nuntia.cum similibus,vt ibi Alexan.scribit.Et predicta conclusio procedit, secundum Abbatem hic, quando talis confirmatio petitur a principe: secus si ab inferiori:quia coram inferiori talis confirmatio peti non potest.Et ita secũdum Abbatem hic intelligitur, vt procedat dictum Innocen.in cap.causam que.el ij.qui filij sint legi. Sed aduertendum est,quia talis distinctio videtur contra mentem Innocent.in vtroque loco,vbi loquitur generaliter.Et rationes eius etiam generaliter videntur procedere, & que supra allegata sunt,etiam habent locum coram inferiori: quod patet, dum simpliciter docto.loquuntur de iudice. Et ideo Innocẽ. in capit.proximo.j.eodem.vt Abbas etiam hic refert, videtur absolute approbare illud,quod dixit in dicto cap.causam,que. & illud videtur verius de iure.Et istam opinionem late defendit Imo.in l.si contendat.ff.de fideiusso.per regulam l.pure.§. fina.ff.de exception.vbi reo non datur facultas agendi:& quia actio possessori non competit.§.eque.institu.de actio.Ad allegata in contrarium Imo. respondet quod loquuntur in casibus particularibus:vt ipse prosequitur in dicta l.si contendat. tenet Salice.in l.iij.C.qui bon.cede.poss.& dixi in cap.si autem. de rescriptis. Est verum quod Alexand.in dicto §. eleganter. sequitur conclusionem Abb.hic,& Barto.post glossam in dicta l.si contendat.pro qua adducit,quia videmus quod ille, qui est in possessione, potest etiam iuste petere eam sibi confirmari. l. iij.§.missum.ff.de Carbonia.edicto.& quod ibi Barto.Sed ille textus non videtur probare hoc: quia pupillus ibi non habebat possessionem,quam peteret sibi confirmari:sed erat missus in possessionem: & sic habebat tenutam simplicem. Et dicitur ibi,quod pretor illum tuetur,constituendo possessorem. Et ad alia,que adduci possunt,respondet Imola in dicta l.si contendat. Innocen.in dicto cap.causam que.Salicet.in dicta l.iij. vbi respondet ad illum textum C.qui bon.ced.poss.vel dicamus concordando opiniones, quod extraiudicialiter confirmatio
9 peti potest:sed non in iudicio, saltem contentioso. † Secundo Abb.concludit in secundo casu principali,quod si sententia sit nulla,& ex certa scientia confirmetur cum cause cognitione,valida erit,& vlterius de nullitate prime sententie non poterit dici,nec opponi.Et idem Ange.tradit in l.ij.in vij.fallen.in fi.ff. si quis in ius.cum similibus,vt tradunt Moder.in dicto cap. causam que.& adde Alexand.qui late idem concludit in consilio cxj.viso themate.in princip.libro quinto.Et ista conclusio limitatur vt procedat, nisi secunda sententia confirmatoria eodem morbo laboraret:vt not.Anton.de Butr. hic:& idem Anton.de Butr.in cap.super literis.in repetitio.versic.sed si dicatur.de rescriptis.Et hoc late declarat Perusi.in dicto cap. dilecto.in questio.xlj.de appellatio. Et ista limitatio satis includitur in conclusione,quam doctores faciunt in locis preallegatis:quia hoc modo loquuntur.Secundo limitatur,dummodo vitium prime sententie esset remissibile de consensu partium: alias secus: vt not. Cardinalis in consilio lxj. seriatim. in secundo dubio.cum similibus,vt per Moder.in dicto cap. causam que. Et ista etiam limitatio est de mente doctorum in locis supra allegatis,a cessante ratione nullitatis,que erat in prima sententia.

Additiones.

1 Non possit.Vide eundem Deci.in cap.vt nostrum.in j.not. s.de appellat.

2 Moneatur.Idem Decius in capit.iij. in princip.supra de exceptio.

3 Potestatis. Vide que ego late scripsi in libro clausular. in clausula supplentes &c.vbi multa addidi. Sil.Aldo.

a Pape.Idem Ancharanus in dicto consilio lviij.& consilio cccxxix.intentio domine constantie.Iason consilio xcviij. lib. iiij.Dec.s.eodem.cap.vt nostrum.in princip.& in consi.cccxcij. consilio cccccxcix.idem sentit Bonifac.de Vital.in clement.j. vt lite pendent.sed quicquid dicant,veritas est in contrarium, vt sepe casu occurrente consului.& est multum vtile in praxi.fa. beneficium resignatum in curia, siue in fauorem siue simpliciter,vel ibi vacasse per obitum,& collatum incapaci. Secũdum predictos cessaret.cap.statutum.de prebend.in sexto. nec rediret collatio ad ordinarium, donec Papa valide & efficaciter contulisset,&,quod deterius est,si vacauit in partibus, sed Papa preuenit,quamuis inutiliter conferendo inhabili,tamen preuentio illa,licet inutilis,ligaret manus ordinarij pro illa vacatione.Ego vero semper tenui,& teneo,si vacauit in curia,etiam si non sit parochialis ecclesia, quod post mensem a vacatione redit potestas ad ordinarium,siue Papa medio tempore nulliter contulerit, siue nullo modo manus apposuerit, & multo magis remanet potestas ordinario,si Papa nulliter preuenerit,per cap.non prestat.de regu.iur.in sexto.Facit Stephanus Aufreri.in additio.questio.Tholos.cccccxxvj. in fi. Stephan. Bertrand.consilio ij.numero 50.libro tertio.glo.pragma.titu. de reseruatio.capit.ij.in verbo,causa.& ita tenent loquendo de prouisione Pape in fauorem certe persone,vt si non subsistat, nullum faciat impedimentum ordinario. Sed quid si Papa contulit valide,sed collatio non habuit effectum,qua forte collatarius repudiauit, vel prius obijt, aut incapax factus est, quam acceptaret:breuiter dico quod potestas redit ad ordinarium,ex quo dispositio Pape reducta est ad non causam.Sed questio est an Papa habeat mensem integrum, vel residuum mensis:& Ioan.Andr.in additio.Specu.titul.de actio.seu petitio.ad finem.sentit quod habeat nouum integrum mensem a tempore prouisionis resolute,per capit.si electio. de election.in sexto.Ego vero dico quod nõ habet nisi residuum mensis, [redacted] & dict. cap. statutum. quod dictam reseruationem operatur, fauorabile est, & interpretatione adiuuandum,vt ibi tenent gloss.& omnes docto. Aut ergo Papa statim contulit vacans in curia per resignationem, & tunc cessat questio de residuo mensis,ex quo non incepit currere.Aut vero aliquanto post resignationem,vel obitum in curia,contulit non nulliter,sed collatione pendente,iuxta capi. si tibi.de prebend.in vj. que postea annullatur, & tunc non habet nisi residuum mensis:quod si non vacauit in curia,non tenetur ordinarius expectare mensem,sed statim cõferre poterit simul sic beneficium erit conferibile. [redacted].

1 Litere impetrate in causa appellationis,nullam faciẽtes mentionem de primis,an valeant.

2 Executio sententie fieri non debet pendente appellatione.

3 Textus quando potest intelligi vario modo,ille intellectus valet,qui congruit glosse.



1 Done. Sũmatur, & diuiditur, vt per Abbatem hic. † Primo per Abbatem colligitur quod hic valent posteriores litere impetrate per appellantem, nullam facientes mentionem de prioribus impetratis per appellatum.Et hoc ideo, quia prime erant nulle,de quibus non erat opus facere mentionem:vt probatur hic,& in cap.ex tenore.cum gloss.de rescriptis.cum similibus,vt per Abbatem. Sed aduertendum est, quia textus hic in contrarium induci potest, dum ponderatur quod non fuit facta expressa mentio de primis:que tamen non valebant, quia impetrate fuerunt non facta mentione de appellatione pendente: vnde hoc pendet ab intellectu Decretalis, de quo gloss. Secundo nota quod appellatus non debet preuenire appellantem,de quo vide in cap.oblate.de appellation.vbi di-
2 ctum fuit. † Tertio nota ex textu cum gloss. quod pendente appellatione executio fieri non debet: & si facta sit,debet reuocari.cap.venientes.de iureiurando.& not.in glo.hic. Facit textus in cap.cum teneamur.de appellatio.cum similibus,vt dixi in consilio xcvij.Et hoc intelligitur in appellatione a diffinitiua:sed in appellatione ab interlocutoria distinguitur, vt habe-
3 tur in capi.non solum.de appellation.in sexto. † Quarto ex gloss.declarando istum textum colligitur vt in fin. Abbas hic dicit,quod quando textus vario modo intelligi potest, illa lectura preualet,que rubrice congruit.Facit gloss.in ca.tibi qui. de rescriptis.in sexto.cum similibus, vt per Abbatem hic. Et idem not.Anton.de But. in proemio Decret.§.sane. versicu. item allegatur.Et secundum hoc declaratur quod not. Bart. in l.in ambiguo.ff.de rebus dubijs. Facit quod not.Bald.in l. prima.C.ne liceat tertio prouoca.vbi inquit,quod si textus dubius sit in intellectu, secundum rubricam intelligitur, cum similibus,vt notat Alexand.in l.prima.ff.si certum petatur.Et idem Alexand.in consilio clxxxix.mature digestis.libro secundo.& in consilio xiij.circa primum.libro tertio. not. Abb.in ca. ad audientiam.de rebus eccle.non alien.vbi allegat istam glossam hic. In glo.fina. Abb.sequitur intellectum glos. videlicet quod in principio textus loquatur,quando litere confirmationis impetrate fuerũt simpliciter in forma communi: & quia non faciebant mentionem de appellatione,non valebant. Alie vero impetrate per appellantem non derogabant confirmatorijs:quia de illis non faciebant mentionem expressam. Ideo valent confirmatorie,donec cognoscatur de causa appellationis. Non obstat quod non facerent mentionem de appellatione:quia verum est in principio,sed postea impetrate fuerũt,facta

cta mentione appellationis: ⁊ ideo in versic. verum. mutat casum, secundum Abb. ⁊ doct. hic. Sed certe durum videtur intelligere quod mutet casum: quia textus videtur procedere, retento eodem casu, ⁊ themate. Sed tunc stat difficultas, si litere confirmatorie erant nulle: quia non faciebant mentionem de appellatione, ergo non erat opus de illis facere mentionem. d. cap. ex tenore. cum ibi not. Et si erant nulle ergo non poterant stare in suspenso. Ad ista, in quibus difficultas videtur consistere, cogitabam posse responderi, quod licet litere priores non facerent mentionem de appellatione, valebant tamen, quia cōtinebant confirmationem sententie in forma communi, que parum operatur: quia conditionaliter dicebatur: sicut iusta est. Nam huiusmodi litere nihil preiudicant appellationi interposite, nec literis postea impetratis per ipsum appellantem, in quibus ipse in effectu dicit sententiam iniustam: sicut in simili alibi dicitur de clausula, vocatis vocandis, que tollit surreptionem: vt not. tradit Cardin. in consi. xcij. fauendo pupillis. Nec obstat huic responsioni text. in cap. oblate. de appellat. vbi erat confirmatio facta in forma communi, ⁊ tamen dicitur ibi quod litere dicte confirmationis erant surreptitie: quia loquitur ille tex. quando per literas confirmationis causa fuit commissa iudicibus, qui haberent cognoscere de causa appellationis: quo casu hoc tenderet in preiudicium appellantis. Secus videtur in isto casu, vbi cōfirmatio facta fuit simpliciter, prout istum textum intelligunt glo. ⁊ docto. Sed tamen quia iura generaliter dicunt, quod pendente appellatione nihil est innouādum, ⁊ quod litere impetrate non facta mentione de appellatione, non valent, non videtur recedendum a communi intellectu videlicet quod in versicu. verum, mutet casum, declarando hoc modo: quia post primam responsionem factam, quod posteriores litere derogarent prioribus confirmatorijs, que erant nulle, quesitum fuit quid si litere priores confirmationis valuissent. Et respōdetur in antiqua Decretali secundum distinctionem, que hic ponitur, quod aut expresse derogatum fuit in primis confirmatorijs, ⁊ valent secunde. Aut generaliter: ⁊ tunc secunde non tollunt primas, sed sunt in suspenso, vt hic dicitur. Et ita refert Cardinal. hic hoc constare in antiqua Decretali, ⁊ quod iste versicu. verum, hic fuit nimis breuiter decisus.

1 Priuilegium transferre de loco ad locū est periculosum, ideo debet transcribi, ⁊ mitti copia.
2 Sigillum episcoporum, vel abbatum, dicitur esse authenticum.
3 Tenor alicuius scripture an talis, vel talis sit, ista inquisitio est delegabilis.
4 Priuilegia reuocandi que sit iusta causa.
5 Casus exceptus a regula extenditur ad alium similem casum.
6 Exceptio an ⁊ quando firmet regulam.
7 Regula nunquam ampliatur per exceptionem, quādo ex hoc sequeretur correctio iuris.
8 Instrumentum potest scribi in papyro.
9 Quasi, hec dictio est nota impropriętatis, ⁊ diminutionis.
10 Prescriptio contra exemptionem diuersis respectibus quanto tempore firmetur.
11 Romana ecclesia gaudet priuilegio prescriptionis centum annorum.
12 Prescriptio centum annorum, an, ⁊ qualiter possit probari per testes.
13 Libellus qualiter debet formari quando episcopus vendicat ecclesiam sibi subiectam.
14 Abbatissa dicitur habere administrationem, sicut Abbas.
15 Mulier an, ⁊ quando possit suscipere officium procuratoris.
16 Litere legati in preiudicium tertij non probant, licet administrentur.
17 Priuilegium si petitur reuocari, an pars sit citanda.

Cum dilecta. Summatur, ⁊ diuiditur vt per Abbat. hic. ¶ †Primo nota periculosum esse, 1 transferre priuilegium, quod quis habet, ad loca remota: ideo tutum est, vt solēniter trāscribatur, vt Abb. hic per istum tex. dicit. Ad idem tex. in c. accepimus. de fide instru. ⁊ ibi Abb. in iij. not. dicit, quod quis non debet compelli ad producendum instrumēta originalia in loco remoto. Ideo consilium est, quod solenniter exemplentur, vel etiam tali casu quando periculum immineret in itinere, iudex debet mittere personas idoneas ad locū, que videant originale, ⁊ faciant fidem iudici: vt no. Barto. in l. pretor. §. fin. ff. de eden. vbi alleg. tex. in d. c. accepimus. ⁊ idē not. Bar. ⁊ Bal. in l. iudices. C. de fide instr. An autem aduersarius precise possit petere quod originalia instrumenta edātur, transferendo de loco ad locum, prestādo cautionem de periculo: fuit alias questio ventilata in ciuitate Florentie: de qua videndum
2 est quod dixi in c. j. de proba. ¶ †Secundo nota quod sigillum episcoporum, ⁊ abbatum, dicitur esse authenticum: de quo late
3 dixi in c. post cessionem. de prob. ¶ †Tertio nota quod inquisitio tenoris alicuius scripture est delegabilis, vt Abb. hic dicit. Et hoc procedit non solum quando apparet illa scriptura, vt hic loquitur, sed etiam si perdita sit: vt est tex. in ca. cum olim. el j. de priuil. Imo etiam ipsa confirmatio, ⁊ renouatio priuilegij delegari potest: vt no. Bal. in l. tutores. in fi. ff. de confir. tut. Facit tex. in c. si abbatem. de elec. in vj. ⁊ quod no. Pe. de Ancha. ⁊ Do. post Jo. And. in c. si confirmationem. de elect. in vj. Et notandum est ad tex. hic, quod ille, cui committitur vt videat instrumentum, non potest alteri illam commissionem delegare: vt no. Bal. in auth. sed nouo iure. versi. dubitatur. C. si cer. peta. quasi Bald. velit quod videatur electa industria persone: ⁊ ad hoc facit: quia testes, qui habent deponere de tenore instrumen
8 ti, debent esse periti,[a] ita quod cognoscant defectum instrumēti: prout sunt procuratores, ⁊ aduocati, prout notabiliter Bar. dicit in authent. si quis in aliquo. C. de edendo. ⁊ in l. ij. §. diuus. ff. de iure fisci. Abb. in ca. Albericus. de testi. not. in c. cum olim. de priui. vbi Anto. de Bu. in princ. ⁊ Abb. ibi, in glo. fi. ⁊ dixi in consi. lxxxij. viso processu. ¶ Quarto nota quod renouatio priuilegij impeditur per contradictionem eius, cuius interest. Et hoc verum est in se, licet textus hic possit cauillari. Ad idem est tex. in cap. cum olim. de priuil. vbi Abb. in j. nota. dicit quod renouari nō debet priuilegium, vel instrumentum, nisi citatis his quorum interest. Et hoc verum est, quando hoc petitur coram ordinario. Secus si petatur a principe, qui potest priuilegium de nouo concedere: vt no. Abb. in cap. ex parte. in iij. no. de priui. Quod sane intelligitur quando constat de mēte principis. Alias secus: quia in dubio non videtur velle tertio preiu
4 dicare. cap. super eo. de offic. deleg. vbi late dictum fuit. †Et notandum est quod iusta causa renouandi priuilegia est propter
1 vetustatem[1]. c. fi. vbi glo. de fide instrum. Ad idem glo. in §. j. in auth. de her. ⁊ falc. in verbo, reparare. cum simi. vt tradit Ale
5 xan. post Ro. in l. si finita. §. elegāter. ff. de dam. infe. ¶ †Quinto nota quod casus exceptus a regula extenditur ad alium ca
2 sum similem[2]: vt Abb. hic dicit. Et ad hoc Abb. solet allegare istum tex. vt patet in c. ad audientiam. de cler. non resi. ⁊ in c. inrauit. de proba. cum simi. vt tradit ibi And. Sicul. ⁊ late Moder. in cap. quoniam frequenter. in princip. vt lite non contest. Sed tamen reperio Alexan. in l. si constante. in princi. ff. soluto matrimo. qui dicit quod iste textus nihil facit, quod renouatio priuilegij, de quo agitur, non est casus exceptuatus a regula, imo est secundum regulam. c. fi. s. de fide instru. Ad hoc replicari potest, quod imo videtur casus specialis renouatio priuilegij, vel instrumenti, ex quo non potest fieri, nisi ex causa. d. c. fi. de fide instru. Et ad hoc bene facit tex. in l. si qui ex argētarijs. §. fi. ff. de eden. Et Alex. ipse hoc modo arguit per istum tex. in l. §. ff. de of. eius. ver. iuxta predicta queritur. ibi, in ver. v. ⁊ idem Alexan. in l. singularia. versi. preterea. ⁊ in l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cert. pet. Et pro ista conclusione est bonus textus in cap. post translationem. versi. quanquam. de renun. vbi Bal.
6 ad hoc no. illum textum. †Et ex ista conclusione Abbas infert limitationem ad regulā, que dicit quod exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis. cap. dominus. xxxij. q. ij. vsi. ⁊ in c. ij. in fi. de coniug. lepro. in l. quesitum. §. denique. vbi Bar. ff. de fun. instru. ⁊ in §. vt autem. vbi glo. ⁊ Bar. in auth. de non alien. vt talis regula non procedat in casibus similibus exceptuatis: quia illi etiam eximuntur a regula, per supra dicta. Et hoc etiam ampliatur, si facta sit exceptio per dictionē taxatiuā, vt Abb. hic dicit. Facit quod no. Bar. in l. si constante. in prin. ff. so. ma. ⁊ in l. iij. §. cum Titio. ff. de ali. leg. Et in proposito in terminis tradit Ang. in l. si tamen. §. in edilitijs. ff. de edi. edic. in l. Paulus. §. heres rogatus. versi. ⁊ hinc est. ff. de vsur. in l. ita nobis. C. de adult. cum simi. vt tradunt Alexan. ⁊ Mod. in l. j. C. de bon. poss. contra tab. ⁊ idem Alex. in d. l. si constante. ⁊ in consil. cxxx.
b in causa. lib. iiij. Et vlterius[b] declarando dictam regulam melius, quam alibi scriptum sit, considerandum est quod exceptio firmat regulam ista ratione: quia sub generalitate omnes casus regula includit. Unde aliqui casus specialiter excipiūtur, alij sub regula remanent: argu. l. cum pretor. ff. de iudi. in l. maritus. C. de procura. ⁊ xxv. dist. c. qualis. sed quo ad alios casus, qui sub regula non comprehenduntur, exceptio non firmat regulam: quia non facit quod regula extendatur ad ea, que alias sub regula non includuntur: vt est tex. no. in l. generali. §. vxori. ⁊ ibi Bar. ff. de vsufruc. leg. Nam in legato generali eorum, que

in domo sunt, venalia non comprehenduntur. dicta l. generali. §. idem quesiuit. l. si chorus. §. j. l. si ita legatum. de leg. iij. Si ergo testator legauit vsumfructum omnium rerum, que in domo sunt, excepto argento, non veniunt lane, mercis causa comparate: vt est text. in d. l. generali. §. vxori. Et sic exceptio facta ibi de argento, licet confirmet regulam nō tamen ampliat, vt sub
3 illo generali legato res venales[3] includantur, que alias in tali legato non comprehendebantur. Et ad idem tex. in l. Lucius. §. pluribus. & ibi Bar. ff. ad Trebellianum. no. Flo. in l. mora. la j. §. j. per illum tex. ff. de vsuris. Abb. in cap. in nostra. per illum tex. de sepul. cum simi. vt late congerunt Moder. in dicto cap. quoniam frequenter. in prin. vt lite non contest. Et idem Abb. tradit in consil. ex. casus in effectu. in fi. lib. ij. Roma. in consilio cclxxix. circa primum. Signo. in consi. viij. questio proponitur. versicu. secundo premitto. Aret. in consi. cxliij. visa. & idem Alexan. in consi. xxxix. viso statuto. lib. iiij. & in consi. cvj. visis. lib. v. Andr. Sicu. in consi. xix. lib. j. Et Maria. Soc. in consi. xlvij. in primo. Et Corn. Peru. in consi. lvij. lib. j. Et ratio huius cōclusionis manifesta videtur: quia exceptio est facta ad restringendum regulam: ideo non debet illam ampliare. l. legata inutiliter. de leg. j. l. mancipia. de fundo instru. & l. quod fauore. C. de legi. Et ista conclusio sane intelligitur, & procedit, quando exceptio fuit facta de eo, quod in regula continebatur. Nam tunc exceptio satis operatur, quia regulam restringit, prout loquitur tex. in dicta l. generali. §. vxori. Secus si exceptio facta sit de eo, quod in regula non comprehendebatur: quia tunc ne exceptio reddatur superflua, & inutilis, regulam ampliare intelligitur. Gratia exempli, Si constituo procuratorem ad omnia generaliter, non veniunt ea, in quibus speciale mandatū requiritur. cap. qui ad agendum. de procurat. in vj. Sed si constituo procuratorem ad omnia, nisi quod iuramentum non possit deferre, & sic excipio vnum casum, in quo speciale mandatū requiritur, certe per talem exceptionem, regula ampliatur ad alia omnia, in quibus mandatum speciale requiritur: vt concludit Domin. post Lap. in dicto cap. qui ad agendum. §. j. & sequitur Alexan. in l. fin. ff. quod quisque iur. Et dixi in cap. consultatio
4 nibus. in fi. per illum textum de offic. delega. Et ad hoc facit[4], quod not. Alexan. in consil. ccxv. nec arguendi sumus. versi. denuo considero. lib. ij. vbi inquit, quod quando princeps excipit vnum casum, in quo noluit tertio preiudicare, ex tali exceptione declaratur intentio principis, quod in alijs voluerit tertio preiudicium inferre. Et ratio huius proxime conclusionis videtur, quia exceptio declarat regulam. l. nam quod. §. fina. ff. de penu lega. Et exceptio debet esse de regula: non enim conuenit quod si regula loquatur de homine, exceptio sit de boue: vt no. Barto. in l. j. ff. de regu. iur. Dy. in rub. de regu. iu. in vj. Ex quo infertur notabiliter quod si in casu d. l. generali. §. vxori. fuisset facta exceptio de aliqua re venali, que in tali legato, vt supra dictum est, non continetur, tamē virtute talis exceptionis, regula generalis legati etiam ad omnes alias res venales extenderetur, vt exceptio aliquid operetur: argu. l. si quando. in princi. de lega. j. in cap. si Papa. de priuile. in vj. & per ea, que supra dicta sunt. Nec isto casu habet obstare quod exceptio non debeat regulam ampliare, cum facta sit ad istum effectum quod regula restringatur, vt supra dictum est: quia ex quo aliter exceptio non valeret, inducta ad diminutionem, operaretur augmentum, quando alias dispositio non potest habere locum. l. denique. §. interdum. vbi Barto. ff. de pecul. leg. & in l. Proculus. ff. de vsufruct. Et ista declaratio sane intelligitur, quando verba regule, que debent ampliari, non repugnant: quia generalia sunt: vt in dicta l. generali. §. vxori. & in questione, in qua loquitur Domi. & Alexand. in locis supra allegatis. Secus videtur, si verba regule repugnarent: quia tunc regula nullo modo per exceptionem ampliatur, sed potius exceptio inepta iudicatur: vt notabiliter tradit Pau. de Cast. in l. in his. ff. de legi. vbi inquit quod dictante statuto quod soluatur gabella de omni instrumento continente summam centum librarum, excepto instrumento procurationis. Et sic regula statuti loquitur de re estimabili: & illa exceptio de instrumento procurationis, de re inestimabili: non tamen propter qualitatem exceptionis regula statuti extenditur ad instrumenta facta de rebus inestimabilibus: sed potius, secundum eum, exceptio inepta reputatur quod ex eo videtur, quia verba regule repugnant, que precise loquuntur de rebus estimabilibus. Sed in casu, in quo loquuntur Domi. & Alexan. in locis supra alleg. verba regule erāt generalia. Et secundum qualitatem exceptionis extentionem patiebantur. Et hoc modo varia hec doctorum dicta adaptari possunt. Et secundum istam declarationem dubitabile videtur dictum Pet. de Ancb. in cap. ij. versi. quero episcopus concessit. de offic. vica. in vj. cum similibus: vt tradunt Moder.[5] in

7 dicto cap. quoniam frequenter. in princ. vt lite non conte. † Vltimo notandum est, quod nunquam virtute exceptionis regula ampliatur, si correctio iuris sequeretur: vt est glo. que ita intelligitur, secundum Alexan. ibi, in dicta l. fin. quod quisq; iur. Sed contra hoc facit: quia, vt verba aliquid operentur, argumentum a contrario sensu colligitur, etiam ad correctionem iuris: vt not. Alexand. post Roma. in autben. ex testamento. in princ. iuncta l. j. C. de colla. per illum tex. Ita ergo videretur dicendum in isto casu, quando verba exceptionis nihil alias ope
8 rarentur. † Sexto nota quod instrumentum etiam scribi potest in papyro: vt Abb. hic dicit, & idem not. Bartol. in l. j. ff. de bonorum possess. secundum tabu. per l. librorum. in princi. ff. de legat. iij. & idem Barto. in l. commodato. §. sicut. in fine. ff. commod. in l. quoniam indignum. in fin. C. de testamen. cum simi. vt tradit Alex. in l. si quis ex argentarijs. §. si initium. in princi. ff. de edendo. & Alber. in l. sacri affatus. ff. de diuer. rescr. ¶ Septi
9 mo † nota quod dictio quasi, est nota impropriętatis, & diminuit: vt est glo. in l. in facto. in ver. quasi. ff. de condi. & demonst. & not. Ange. in l. j. ff. de transact. cum simi. vt tradunt Moder. in cap. gratum. de offic. deleg. & idem Abb. in cap. j. de postu. prelatorum. in iiij. notab. in cap. ex literis. in ij. notab. de iureiurand. & in cap. j. de magistr. & glo. per illum textum in l. si cum dotem. §. fin. in verbo, quasi. ff. soluto matrimo. & in l. penul. ff. de serui. &
10 no. Alex. in consi. xxxiij. ponderatis verbis. lib. iij. ¶ † Octauo nota quod contra exemptum, quatenus agitur de preiudicio eius, prescribitur spacio quadraginta annorū: sed quo ad preiudicium ecclesie Romane, cui exemptus immediate subijcitur, requiritur spacium centum annorum, vt Abb. hic dicit, & allegat tres glo. vt per eum hic: & se remittit ad cap. ad audientiam. de prescript. vbi videtur idem tenere quod hic. Et ibi in ver. ex hoc infertur. dicit quod ecclesia inferior exempta, cōtra quam prescribitur spacio quadraginta annorum, non potest se tueri ex persona Pape: & hac ratione forte Papa hic constituit abbatissam procuratricem ecclesie Romane. Sed finaliter Abb. in dicto cap. ad audientiam. tenet contrarium, & cōcludit quod imo prelatus exemptus se tueri possit ex persona Pape, contra quem non currit, nisi prescriptio centenaria. Et certe hoc videtur verum, quando tractatur de preiudicio Romane ecclesie, & illud preiudicium inseparabile fit a preiudicio ipsius ecclesie inferioris: quia tali casu ratione communionis videtur sibi prodesse prescriptio ecclesie Romane: argum. tex. notab. in l. si communem. ff. quemadmodum seruit. amit. & notat Inno. in dicto cap. ad audientiam. Et in simili Abb. in cap. de quarta. versi. sed circa predicta quero. de prescrip. cum similib. vt tradunt Moder. in cap. j. de prescrip. & facit tex. in cap. cum tempore. de arb. in fin. & in cap. ij. in fi. de restitut. in integrum. & in cap. cum olim. el ij. circa medium. de priuil. cum simil. vt per
11 Mod. in cap. cum olim. de prescript. ¶ † Nono nota quod ecclesia Romana gaudet prescriptione cētum annorum. Ad idē text. in cap. ad audientiam. de prescrip. & in authent. vt ecclesia Romana. in princ. & in authen. quas actiones. C. de sacrosan. ecclesijs. in fi. Et idem est contra Imperatorem, contra quem nō prescribitur, nisi spacio centum annorum: vt notabiliter decidit Ange. in l. iam pridem. C. communia. de vsucapio. Et codē modo nec contra alium principem, qui superiorem non recognoscat: vt Alexan. concludit in consi. lxxxiiij. in causa vertente. lib. j. cum similibus. tradunt Moder. in dicto ca. ad audientiam. Et quod dictum est, ampliatur, secundum Abba. hic, per istum textum, vt etiam procedat in iuribus, que competūt Romane ecclesie ratione libertatis date: id est, in ecclesijs exēptis, vt hic. Et hoc verum est, si agatur principaliter de eius interesse: alias secus, vt per glo. in d. c. ad audientiam. in verbo, principaliter. & no. Bal. in d. authē. quas actiones. ver. secundo queritur. Et ex predicta conclusione Abb. hic infert ad vsucapionem rerum mobilium, que non videtur habere locum cōtra ecclesiam: vt per eum hic. Aliter tamen voluit Ange. in auth. vt ecclesia Romana. ver. item dixi. de quo videndum est quod no. Dy. in regu. possessor. de regu. iur. in vj. & late Salice. in l. j. C. de
12 vsuca. transforman. ¶ † Decimo nota quod prescriptio cētum annorum potest probari testibus, ibi: testes reciperent ad probandum prescriptionem, referendo ista verba ad precedentia, vbi tex. loquitur de prescriptione centum annorum. Et ad hoc etiam Abb. allegat istum textum in cap. cum nobis. de prescri. Pro quo facit, quia quis presumitur viuere vsque ad centum annos: vt not. per glossam in l. ij. §. si dubitetur. vbi Bar. Bald. & Imo. sequuntur. ff. quemadmodum testamen. aperian. & not. Bal. & Ange. in l. sed si de sua. ff. de acquirenda hered. & not. in l. fin. C. de sacrosan. ecclesijs. Sed tamen considerandum est, quia non videtur verum quod prescriptio centum annorum probari possit testibus, qui attestarentur de visu, per ea, que Abb. di-

cit in dicto cap.cum nobis.Non obstat textus hic,quia simpliciter dicit quod testes probarent praescriptionem legitimã,unde intelligitur de praescriptione quadraginta annorum,que regulariter currit contra ecclesiam. cap.de quarta. de praescript. non autem intelligitur de praescriptione cẽtum annorum, que probari non potest. Et licet pro parte episcopi allegetur praescriptio centum annorum, ex contingentia facti illud fuit: satis tamen fuisset probare praescriptionem quadraginta annorum contra monasterium, contra quod agebatur. Vel secundo tex.hic,intelligi potest de testibus deponentibus de auditu z fama,iuxta no.per Inno.in cap.veniens. de verborum signi. cum simi.vt dixi in cap.j.de appel.Non obstat quod quis praesumatur viuere vsque ad centum annos:quia non est verum.Licet enim textus in dicta l.fin.C.de sacrosan.eccle.dicat istud esse tempus longissime vite,non tamen sequitur quod tanto tẽpore

5 quis viuere praesumatur[5].Et not.Are.in dicta l.sed si de sua. ff.de acquir.heredi.versi.non obstant iura.Et idem tradit Petrus Philippus de Corneo in consi.cccxli.quod dicta dos. li

13 bro primo.¶†Vndecimo nota modum libellandi,quãdo episcopus vendicat ecclesiam sibi subiectam:vt no.Abb.in c.cum inter.de re iud.in v.notab.vbi inquit,quod vbi agitur de subiectione, iudicium generale dicitur, z libellus generalis admittitur.Et que actio competat contra subditos,qui denegãt obedientiam,z seruitia debita:no.Jo.Fab.in §.praeiudiciales.ver. in secundo casu principali.inst.de act. Et an agi debeat contra illum,qui dicitur subditus,vel contra illum, qui possidet subiectionem.not.Abb.in capi.inter quatuor.de maio.z obed.z in c. auditis.versi.venio ad glo.de praescript.¶Duodecimo,z vltimo nota quod quando quis succubuit in causa,debet lacerare priuilegia,z instrumenta contraria. Et idem not.Abb. de instrumento sententie,que declaratur nulla in cap.accedens.el j. in vlt.notab.vt lite non contesta.z ibi etiam allegat istum text. hic:z idem Abb.in cap.cum pridem.in iiij.notab.de pac.z facit quod not.Bal.in l.fi.C.ad exhiben.cum simi.vt tradunt Mod. in dicto cap.accedens.in v.conclusione.z no. Alber. in l.dissolute.C.de condict.ex lege.Et notandum est quod ille,qui tenetur instrumentum restituere debitori soluenti,debet habere expensas factas in recolligendo instrumentum:vt not. Baldus in l. fi. C.de cond.ex lege.quod declaratur,vt latius Sal.ibi distinguit.¶In glo.prima ibi:non poterat videre.Abb.dicit quod hoc videtur contra factum Pape,qui distulit innouationem. Et ideo,secundum Abbatem,necessarium est dicere quod aliquod interesse pars aduersa praetendere potest, z sua interest: quia consumpto originali, non timet litem sibi inferri in futurum. Et propter hoc in fine hic mandatur corrumpi priuilegium.Sed aduertendum est pro defensione glo.quia rationes Abb. videntur procedere, quando constat quod priuilegium non debet habere locum:vt textus hic in fine loquitur.Sed gl. hic intelligitur,quando hoc non constabat,prout textus hic in princip.dicit,ibi:non videremus quare non deberent eadẽ priuilegia innouari.Et hoc patet:quia Papa postea renouationem concessit,aliter non probato interesse.Vnde quod dicitur hic,non videremus, intelligitur rebus sic stantibus, videlicet habita relatione ab episcopis,z abbatibus,quibus fidem adhibuit:sed postea distulit propter cõtradictionem canonicorum superuenientem:potuisset tamen etiam tunc innouationẽ concedere, si voluisset, non obstante contradictione, prout postea fecit,per rationem,que in textu allegatur.¶In glo.in verbo, procuratricem.ibi:cap.dilecti.Abbas dicit quod ille textus lo

6 quitur[6] in casu speciali, in quo ratione consuetudinis mulier habet iurisdictionem. Et secundum Abb.ibi in quarto notabili, hoc solum procedere videtur in muliere habente dignitatem,prout loquitur ille textus.Alias secus,quia esset consuetudo contra honestatem,que non valet.cap.cum decorem. c.cum ab omni.de vita z honest.cler.Et hoc idem videtur sentire glo. fina.in cap.noua.de peniten.z remiss.dum inquit, nisi forte aliqua nobilis habeat a consuetudine. Et eodem modo loquitur Bal.in l.fin.C.de arbi.Sed tamen idem dicendum est in qualibet muliere,que a consuetudine habilitari potest:qz talis prohibitio in mulieribus,moribus,z consuetudine introducta est. l.cum praetor.§.fin.ff.de iudic.ibi: moribus,vt femine.z iij.questione vij.cap.infamis.§.tria. Ergo videtur quod talis prohibitio contraria cõsuetudine tolli possit:vt in simili casu arguit Bal.in l.ij.in princip.ff.de vulg.per illum textum ibi:moribus. Et idem Ange.per illum textum in l.more.ff.de acquir.hered. z merito glo.in muliere ita simpliciter tenet in cap.cum deuotissimam in gloss.fin.xij.quest.ij.z xv.quest.iij.§.j.in verbo,mulieres.¶In eadem glo.ibi:cap.cum deuotissimam.ibi:etiam textus loquitur in casu speciali,vt Abb.hic dicit. videlicet quãdo mulier successit in aliqua dignitate: puta in comitatu, vel regno.Et idem Abb.post Inno.z alios in dicto capi.dilecti.z in cap.significauit.de rescrip.z in cap.dilecta.de maio. z obedien. z no.Ange.in l.ij.ff.de regu.iur.z in l.cum praetor.§.fi.ff.de iudi. vbi refert vidisse reginam Joannam sedentem in solio regali,

14 z proferentem sententiam cõtra illos de Balso.¶†In eadem glo.ibi:ratione administrationis.nota quod abbatissa dicitur habere administrationem,z in administratione abbati equiparatur:vt dicit Bald.in cap.j.in princip.qui feud.dare possunt. Abb.in cap.ij.in princip.de his que fiunt a prela.Card.in consilio xvij. circa primum. Et abbatissa dicitur etiam habere iurisdictionem,quam exercere potest in suas moniales:vt notat Abb.in cap.dilecta.in ij.not.de maio.z obed.z ibi post glo. concludit quod etiam possit habere collationem beneficiorum.Et abbatissa etiam dicitur habere dignitatem: vt probatur in ca. indemnitatibus.§.verum.vbi Domini.in vj.not.de elec.in vj.z not.Abb.in cap.cum in cunctis.in princ.de elec. Et dicitur habere dignitatem cum administratione:vt no.Barto.in l.j.in ij. oppositione.C.de dignit.lib.xij.z in l.j.C.de mulier.z in quo loco.li.x.Et ideo appellatione praelatorum etiam abbatissa comprehenditur:vt in notabili casu tradit Fulgo.in consi.cxxi.sup

15 posita bulla.¶†In eadem glo.ibi:ff.de regul.iur.l.ij.Conclusio est,quod mulier regulariter officium procuratoris suscipere non potest.l.neque femina.ff.de procur.cum simi.vt gloss.hic dicit.Et hoc procedit in iudicio:secus est in extraiudicialibus: vt no.Abb.hic:z idem Barto.in dicta l.ij.ff.de regu.iuris. per textum in l.iij.§.j.ff.de nego.gest.Et idem dicunt Albe.z doct. in dicta l.alienam.C.de procur.z facit textus in l.j.§.z parui refert.ff.de exercito.in l.sed z si quis. §. parui.ff. de institoria.in l. idemque.§.si cui mandauero.versicu.si mater.ff.manda. Et intantum hoc procedit, quod licet femina ex forma statuti obligari non possit,tamen officium procuratoris ad negotia suscipere potest:vt no.singulariter Ange.post Jacob.de Aret.in l. quamuis.in princ.ff.de acquiren.possess. Et hac ratione etiam

D mulier executrix[D] constitui potest in extraiudicialibus, puta in vltima voluntate:licet secus sit,si in iudicio tale officium explicari debeat:vt not.Barto.in dicta l.ij.ff.de regu.iur.in l.a filio.in princ.ff.de alimen.z cib.leg.in l.filio.§.matri.ff.de alimen. leg.z no.Bal.in l.id quod pauperibus.versicu. secundo quero. C.de episcop.z cler.cum simi.Secundo fallit in iudicio voluntarie iurisdictionis:vt not.Bal.per illum textum in l.j.§.fin.C. commu.de manumiss. Ille tamen textus non videtur generaliter probare hoc:quia loquitur in casu speciali: vt notatur ibi in glo.per l.nec mulierem.ff.de manumissio.vind.Tertio fallit in quinque casibus,quos tradit Specu.in titul.de procura.§.j. Quarto fallit in casu, quem ponit Barto. in fauorem pupilli, vel minoris,in l.ij.in fi.C.de negot.gest.cum simi.vt per Alexã. ibi,declarando tamen vt per Bald.z docto. in l.alienam. C. de procu.Quinto fallit,vbi esset procedendum de equitate, remotis apicibus iuris: quia ista exceptio dicitur esse de apicibus iuris:vt probatur in l.si fideiussor.§.quidem.vbi glo.ff.manda. Ex quo infertur quod vbi agitur de salute anime,mulier poterit esse procuratrix:quia tali casu non est disputandum de apicibus iuris:vt est dictum Archid.no.in capi.scriptum.vj.q.iij. quod dictum allegauit Anto.de Alex.in l.alienam. C. de procur. Et pariter inferri potest ad alios casus, in quibus proceditur de equitate,reiectis apicibus iuris:de quo videndum est quod dixi in cap.ex parte.el ij.de offic.delega.Sexto fallit hoc in abbatissa, pro interesse monasterij: vel textus hic procedit, quando constituitur a Papa,prout loquitur,z no.per gl. hic, z in cap.dilecti.in verbo,remote.de arbit.nam quelibet mulier etiam ad iudicandum a principe habilitari potest:vt per glos. in §.j.in verbo,mulieres.xv.q.iij.z in l.imperialis. in verbo, dignitatem.C.de nup.z in l.j.in verbo,ad honores.C.de mulier. z in quo loco.z ibi Bar.facit quod not.per glo.ij.in cap.decerni-

16 [redacted]imi.vt ibi dixi,de iudi. ¶†Extra gloss.in prima oppositione,Abb.concludit quod litere legati nõ probant in praeiudicium tertij,sed adminiculantur.Et idem not.Abb.in cap. cum olim.el j.ver.noto limitationem.de priui. vbi inquit quod assertioni bonorum virorum creditur quo ad quandã praesumptionem.Facit quod de exemplo not.per gloss.in l.ij.ff. de fide instru.cum simi.vt Alexan.scribit in auth.si quis in aliquo.versicu.quinto fallit.C.de eden.

17 ¶†In secunda oppositione Abbatis conclusio habetur, quod in ista renouatione priuilegij non requiratur litis contestatio. Et ratio videtur, secundum Abbatem,quia causa ista summaria videtur, z quia tractatur de modico praeiudicio:vt per eum hic:z sequitur Maria. in ca. quoniam.fallentia lx.vt lite non contest.Et ista conclusio videtur bene procedere,vbi agitur de modico praeiudicio, prout loquitur textus hic: quia renouatio priuilegij parum, vel nihil praeiudicabat episcopo cõtradicẽti, qui fundabat se in praescri-

ptione: qua probata priuilegium tollitur. Secus videtur, vbi esset preiudicium non paruum: vt quia priuilegium esset suspe ctum ex aspectu, et per renouationem illa suspicio remoueretur: quia tunc sicut citatio requiritur, vt inferius Abb. conclu dit, pariter videtur quod litis contestatio requiratur: quia in isto casu remissa non reperitur. Ultimo Abb. concludit quod in renouatione priuilegij citatio requiratur, et generaliter hoc procedit in exemplatione instrumenti, que ex causa fieri debet: vt no. Abb. in cap. Albericus. de testib. ver. in causa tertio. cum simi. vt tradunt Mod. ibi in princ. et prius Alex. post gl. et doct. in authen. si quis in aliquo. C. de edendo. in princ. Et ad hoc facit, quia examinatio testium, et exemplatio instrumenti a pari procedunt, quantum ad hoc quod in vtroque casu necessaria sit citatio: vt notatur per Rotam in prima decisione. de fi. instrumen. in nouis. Abb. in d. c. Albericus. et in c. abbate. de verb. signific. Sicut ergo in examinatione testium citatio necessaria est, ita etiam in renouatione: prout etiam in fine arguit Abb.
7 hic. Et hoc verum est, nisi esset periculum in mora: quia tunc citatio non requiritur: vt no. Inno. in c. fi. de fid. instrumen. Specu. in titu. de instru. edi. in §. ostenso. ver. quid si citatio. et sequitur Alex. post Ang. in dicta auth. si quis in aliquo. Et est simile in testibus, qui propter difficultatem, et periculum examinari possunt parte citata: vt no. Bart. in l. ij. C. de naufra. lib. xj. cum simi. declarando vt dixi post Are. et Mod. in c. ij. de testi. et facit quod no. Inno. in c. venerabilem. in fi. de elec. Ubi inquit, quod vbi est periculum in mora, et non habetur copia superioris, potest quis propria authoritate contrauenire iuramento: licet alias absolutio esset necessaria. Et sequitur Bal. in l. non dubium. C. de legi. Abb. post Card. in c. quanto. de iureiur. Ange. in l. fi. ff. qui satisd. cog. et Roman. in singu. ccccxcj. tu sai. Et plura ad hoc Roma. tradit in l. si vero. §. de viro. in fallen. xlj. ff. sol. mat. Et conferunt que idem Roman. scribit in eodem §. de viro. in fal. lvj. Mod. in c. cum quidam. de iureiur. Similiter si fiat renouatio authoritate eius, qui de nouo principaliter priuilegium concedere potest, citatio non requiritur: vt no. Abb. hic, et in c. ex parte. el j. in iij. not. de priui. et Arch. in loc. dist. c. contra morem. cum simi. vt alias dixi in auth. si quis in aliquo. C. de eden. Similiter si exemplatio fieri debet de mandato Pape, citatio non requiritur: vt no. dicit Imo. post Hostien. in cap. peruenit. versi. extra glo. de fideiusso.

¶ Additiones.

1 ¶ Uetustatem. An autem in tali renouatione requiratur citatio, vel litis contestatio, vide j. eod. cap.
2 ¶ Similem. Idem tradit Deci. in consilio ccccxcvj. in notabili casu.
3 ¶ Res venales. Uide eundem in consil. xliij.
4 ¶ Facit. Seq. Dec. in consi. ccccxx.
5 ¶ Presumatur. Adde Cor. in consi. clxxxj. versicu. et licet. libro secundo.
6 ¶ Loquitur. Latius in l. femine. ff. de reg. iur.
7 ¶ In mora. Uide alia exempla per Dec. in ca. at si clerici. §. de adulterijs. s. de iudic. Sil. Aldo.

a ¶ Periti. Alex. consi. cxcvj. nu. 9. lib. ij. And. Tiraq. de retrac. conuen. §. j. glo. vij. nu. 55. cum seq.
b ¶ Ulterius. Eadem ad verbum tradit Decius l. j. numero 21. de regulis iuris.
c ¶ Moder. Scilicet Fel. et pariter dubitat Dec. l. j. num. 29. de regulis iuris. sed non est dubitandum quam verum sit. Idem tenet Anchar. in rub. de regu. iur. in vj. et sequitur Stephan. de Phedericis. tracta. de interpreta. iur. parte ij. vbi mendum est citando Ancharan. in capit. regula: quia legendum est, in rubrica.
d ¶ Executrix. Dixi in consue. Parisi. §. cxiiij. et tetigi ad Deci. l. ij. nu. 21. de regu. iuris. [redacted]

1 ¶ Canonici dicuntur etiam regulares in ecclesia cathedrali.
2 Confirmari nihil debet regularibus personaliter: quia nihil proprium habere possunt.
3 Litere emanantes de curia preter solitum stylum, presumuntur surreptitie.
4 Canonicus regularis non potest retinere beneficia manualia, que possunt reuocari ad nutum abbatis.
5 Beneficium manuale si confirmatur simpliciter per Papam, an alteretur, quo minus possit per Abbatem remoueri.
6 Beneficium manuale potest reuocari per abbatem, licet illud concesserit ad vitam.
7 Regularis an possit implorare officium superioris, vt non possit sine causa priuari beneficio.



D nostram. Summatur, et diuiditur, vt per Abbat.
1 hic. ¶ † Primo nota quod regulares in eccle sia cathedrali dicuntur canonici.[a] Et hoc in
a telligi potest, quia forte ecclesia cathedralis erat regularis: quo casu nihil repugnat, quo minus dicantur canonici: vt Abb. hic post Jo. And. et alios dicit: et idem Abb. in c. causam que. de iudic. Uel secundo intelligi potest quod essent canonici regulares sancti Augustini, secundum Abba. hic. Et hoc constare potest ex qualitate ecclesie Nemanen. de qua tex. hic loquitur, quam non reperio inter cathedrales, quas omnes enumerat Alb. in rub. ff. de statu homi. Tertio etiam dici potest quod esset canonicus in ecclesia cathedrali ex dispensatione Pape: vt in simili habetur in c. preterea. de prebend. vbi docto. ita intelligunt illum tex. De iure autem communi religiosus non potest esse canonicus in ecclesia seculari: vt Abbas hic dicit, in vltimo notab. per textum in cap. super eo. de regular. vbi Abb. etiam dicit quod per viam dispensationis hoc fieri non potest. Sed dictum eius intelligitur in dispensatione facta ab inferiori: secus si a summo pontifice, quia valeret, vt supra dictum est. Ulterius etiam dici potest, quod monachus esse possit canonicus in ecclesia seculari de iure communi, accedente abbatis consensu, iuxta c. si religiosus. de elect. in vj. Et ad hoc facit tex. in dicto cap. preterea. de preben. intelligendo simpliciter prout loquitur: vbi religiosus potest esse archidiaconus in ecclesia cathedrali. Non obst. tex. in dicto ca. super eo. quia non videtur probare illud, ad quod communiter allegatur. Nam dum ibi dicitur, nec amplius in ecclesijs secularibus debent assumi: illa verba referuntur ad casum propositum ibi: qui erat de clericis, qui dimisso habitu religionis ad ecclesias seculares reuertebantur: dicitur ibi quod coguntur perseuerare: quia penitere non possunt: non autem dicitur ibi, quod monachus professus non possit habere dignitatem in ecclesia seculari. Et certe de consensu Abbatis videtur quod possit. Nam potest monachus esse in seruitio alicuius principis secularis de licentia abbatis: vt not. Abb. post Host. in ca. quanto. de offic. ord. in cap. ex rescripto. de iureiurando. a fortiori videtur quod possit esse in seruitio ecclesie secularis. Nec obstat quod non possit sibi appropriare prebendam, quia esset contra substantiam regule, vt per glos. in cap. quorundam. lxxiiij. dist. quia poterit esse canonicus sine prebenda: vt not. in c. relatum. de prebend. vel etiam poterit habere prebendam non iure pro-
2 prio, sed habebit administrationem nutu Abbatis. ¶ † Secundo nota quod regularibus non est aliquid personaliter confirmandum. Et ratio est, secundum Abb. hic, post Jo. And. Hoffred. et alios hic, quia proprium habere non debent, neque possunt. cap. cum ad monasterium. in princ. de statu monac. xij. q. j. cap. nolo. et cap. non dicatis. et idem Abb. in gloss. hic dicit. Sed ista ratio non satisfacit: quia Papa hic potuisset illos habilitare, si voluisset, ad prioratum, de quo agitur, vt infra videbimus. Et ideo melior ratio est illa, que in textu assignatur: quia sedes apostolica non consueuit regularibus confirmare prioratum: ideo talis confirmatio fuit surreptitia: quia non fuit expressum de religione: vt in tex. hic, et in glo. dicitur. Et quare sedes apostolica hoc facere non consueuit, ratio Abb. adaptari
3 potest, quia proprium habere non debent. ¶ † Tertio nota quod
b litere emanantes de curia preter solitum stylum, [b] surreptitie presumuntur, vt hic, et quandoque false. cap. proximo. j. eodem. et in cap. quam graui. de crimi. falsi. in l. constitutionibus. in fin. ff. ad munic. Facit quod not. per glo. vbi Bal. in l. si quis sub conditione. de cond. inst. cum simi. vt dixi in c. ij. in iij. not. de rescri.
4 ¶ † Quarto nota quod licet regularis sit canonicus ecclesie cathedralis, non tamen potest retinere beneficia manualia, que ad nutum abbatis reuocari possunt. c. cum ad monasterium. §. tales. de statu monac. cap. j. in fi. de priui. in vj. clemen. j. §. premissa. de supplen. neglig. prelat. Et illa qualitas canonicatus non habet alterare naturam beneficij: quia religiosus licet promotus sit ad dignitatem, tenetur tamen seruare substantialia religionis: vt no. Abb. post glo. in c. pen. in fi. de vita, et honest. cler. In glos. j. Abb. dicit quod glo. non bene exponit verbum, personaliter: sed certe intentio gloss. non fuit exponere verbum, personaliter, sed supplere ad dictum Pape, secundum superius dicta. ¶ In fine glo. ex dictis Abb. colligitur quod licet persona inhabilis sit, et incapax, locus tamen est capax. Et sic facilius habilitatur locus, quam persona. Et ad hoc facit, quia fauorabilior est dispositio, que respicit locum, quam personam: vt probatur in cap. ne aliqui. de priuilegijs. in vj. et gloss. fin. ibi. Et ad idem gloss. in cap. fina. per illum textum in glo. in verbo, dignitatibus. de rescript. in vj. et facit quod not. Joan. And. in regula, quod ob gratiam. de regul. iur. in vj. quem Abb. refert, et sequitur

5 quitur in c.cum nobis.in ix.nota.de electio.†Successiue Abb.
concludit quod beneficium manuale per simplicem confirma-
tionem Pape non alteratur, quo minus per abbatem remo-
c ueri possit. Secus[c] si confirmatio ex certa scientia facta sit:
quia tunc efficitur obedientiarius pape. Et idem Abb. tenet
in c.nisi essent.in fin.de preben.& Cardi.ibi,in secunda opposit.
& idem Cardi.in c.porrecta.in ij.qõ.j.eodem. Imol.in clemẽ.j.
in glos.in verbo,reuocari.versicu.noto gl.de supplenda negli-
gen.prelato.Et sic tali casu quando confirmatio ex certa scien
tia facta sit, solum a summo pontifice reuocari potest. Et hoc
de reuocatione Pape,verum intelligitur, quando confirma-
tio fuit facta simpliciter ex certa scientia,quia natura beneficij
non alteratur.Secus si vlterius procedatur,& expresse dicatur
quod pro toto tempore vite eius prioratum retinere possit:
quia tunc etiam a Papa non poterit remoueri de ordinaria
potestate:quia tunc beneficium perpetuum reputatur: vt no-
tat Abbas post Innocẽ.in c.cum inter R.in iij.notab.de elec.
Et idem Abb.infra eod.& glo.in c.porrecta.Et idem dicit La
pus allegatione xxvij. disputat. in fine. Nam tali casu constat
de voluntate Pape, & de potestate non est dubitandum: quia
in beneficialibus liberam habet potestatem.c. ij.in fine.de pre-
bend.in vj.clement. j. in fine.vt lite penden. Et predicta proce-
dunt quantum ad remotionem a beneficio: sed in alijs rema-
net sub iurisdictione ordinarij: vnde poterit in manibus eius
renuntiare, & permutare, vt Abbas hic dicit. Facit textus in
c.per tuas.de maior.& obedien.cum similibus,vt dixi post glos.
in c.j.supra eodem.Et aduertendum est ad illud, quod dictum
est de renuntiatione, que, secundum Abbatem hic potest fieri
in manibus ordinarij:quia ex quo fuit facta cõfirmatio a sum-
mo pontifice, videtur quod in manibus confirmantis renun-
tiatio fieri debeat:vt not.Bartol.in l.finali. C.de defenso.ciui-
ta.& dictum fuit in cap.j.supra eo.Sed potest responderi quod
dictum Bart. intelligitur, quando confirmatio est necessaria,
videlicet quando fit post electionem: secus autem in casu isto
videtur, in quo confirmatio fuit voluntaria. Quid autem si
collatio facta sit a summo pontifice immediate de prioratu ma
nuali,an tunc talis prior per abbatem remoueri possit?in quo
dubio Abb.considerat duos casus.Primus est, quãdo Papa
contulit ex iure deuoluto: & tunc clarum est quod ab ipso ab-
bate remoueri potest.Et ita tenet Paul.de Liaza.in disputa-
tione sua incipiente,religioso. Et sequitur Lapus post Cald.
quem ibi refert in allegatione ix.disputat hic Imol.post An-
ton.de Butri.in c.per tuas,circa finem.de maior.& obed. Car-
di.in dicta clement.j.versic.premissa.& Domi.in ca.presenti.de
offic.ord.in vj.Et ad hoc facit,quia superior,qui supplet negli
gẽtiam inferioris,debet eodem modo prouidere, sicut inferior
fecisset,dicta cle.j.§.j.& not.Io.And.in regu.contra eum.de re-
gu.iuris.in vj.in Mercu.Barto.in consi.cxxxvij. domini prio
res.in fi.& Bal.in l.fi.C.si mancip.ita fuer.alienatum.cum simi.
Ista tamen conclusio non videtur procedere sine dubio: quia
propter negligentiam eius,videtur quod Abbas reuocare nõ
possit:vt in simili not.Bar.in l.vbi ceptum.ff.de iudic.& in l. se-
pulchri.ff.de sepul.viola.& in l.quamuis.ff.de damno infec. cum
simi.vt Alex.ibi scribit.Et facit regula,ex eo.de regu.iur.in vj.
Et quia tali casu,proprio iure Papa videtur contulisse, ideo
inferior reuocare non potest:argumen.cap.cum in distribuen-
dis.de tempo.ord.Secundus casus est,quando Papa contu-
lit tale beneficium principaliter,& nõ ex iure deuoluto: & idem
Abbas cõcludit,quod natura beneficij non alteretur,ideo per
Abbatem remoueri poterit:quia Papa simpliciter conferen
do,non videtur voluisse alterare naturam beneficij.Et ad hoc
facit quod not.Feder.in tractatu de permu.benefic.quest.xvij.
vbi concludit quod permutantes beneficia manualia, autho-
ritate Pape remoueri possunt,prout prius potuissent.Et idẽ
tradit Lapus allegatione xxvij.disputat an preceptor.in fi.di-
cens quod si Papa beneficia manualia cõferat, vel permutet,
non tamen tales videntur perpetuari, sed possunt more solito
remoueri,nisi Papa expresse mandaret contrarium. Et facit
quod not.Rota in tertia decisione.in tit.de regul.in antiquis.
In contrarium tamen videtur, quod not.Paul.de Liaza. in
questione per eum Perusij disputata,incipiente,religioso. v-
bi tenet quod collatio facta per Papam de manuali beneficio
non possit reuocari per Abbatem, nisi esset facta ex iure deuo-
luto:vt supra dictum est.Et refert Lapus allegatione ix.dispu
tat hic,an si Papa.& Domi.idem sequitur in dicto cap.presen
ti.de offic.ordina.in vj.Imo.post Anton.de Butr.in dicto ca.
per tuas.in fin.de maio.& obed.Card.in dicta clemen.j.versicu.
premissa.de supplenda neglig.prela. Et idem tradit Bal.in c.
illud.in fin.de maio.& obed.vbi inquit quod si religiosus habet
prioratum a Papa, non tenetur illi renuntiare ad nutũ Ab-
batis. Facit quod not.Ioan.de Anan.in capi.excommunica-
mus.§.quia vero.de here.Abb.hic dicit istam opinionem pro-
cedere,quando Papa cõcessit beneficium religioso ad vitam.
Et hoc clarum videtur:quia tunc de mente Pape constare vi
detur.Sed tamen idem generaliter dicendum est, quando col
latio a Papa fuit facta simpliciter,prout doctores loquuntur
in locis supra allegatis.Nõ obstat ratio Abb.dum dicit, quod
Papa simpliciter conferendo non videtur alterare naturã be
neficij:quia hoc verum est isto respectu, quod beneficiũ est ma-
nuale,prout prius erat: sed tamen reuocatio talis beneficij de-
bet fieri per Papam,qui manum apposuit:argum.cap.vt no
strum.de appel.& in cap.cum in distribuendis. de tempo. ordi.
Et facit quod not.Abb.in cap.postulasti.in glo.in verb.dispen
satum.in fi.de cler.excommu.ministran.vbi inquit quod in col-
latione beneficij facta per Papam,inferior dispensare non po
test.Sed quo ad alia beneficium remanet sub dispositione Ab-
6 batis,vt Abb.hic dicit:& dictum fuit in cap.j.s.eodem. †Suc-
cessiue Abb.hic dicit in versicu.sed quia visum. quod beneficiũ
manuale reuocari potest per Abbatem, licet ad vitam illud
concesserit.Et not.Fede.in consi.cxxxiij.casus est talis. & idem
Abb.in cap.cum ad monasterium.versic.ex his infero.de statu
monach.Domi.in cap.presenti.de offic.ordin.in vj. facit gloss.
notab.in cap.fin.in verbo,reuocatus.de procur.in vj.que voluit
d quod procurator reuocari[d] possit,non obstante quod dictum
fuisset,etiam cum iuramento,quod non posset reuocari.Et no
tat Barto.in l.cum precario.in princip.per illum textum ff.de
precario.cum similibus.vt tradunt Modern.in cap.cum M.
versicu.secunda conclusio.de constitut. Et late tradit Ang.in
consi.ccxxv.super quo dubio.Vltimo Abb.concludit quod nõ
potest induci consuetudo,quod beneficium manuale efficiatur
irreuocabile:quia cum talis reuocatio esset in facultate Abba
tis, si non est vsus tali facultate, consuetudo non inducitur:
quia in actibus mere facultatis, consuetudo induci non po-
test,vt Abbas hic dicit,& in cap.Ioannes.de cler.coniug. cum
similibus,vt prosequuntur Modern.in capit.cum accessissent.
7 & in capit.cum M.Ferrarien.de consti.†An autem regularis
possit implorare officium superioris, vt sine causa non possit
remoueri a prioratu manuali.Abb.se remittit ad Innocen. in
cap.insinuãte.qui cleri. vel vouen. vbi tenet quod sic, quando
ex malitia vellet eum remouere.Et refert Domini.in c. presen
ti.de offi.ordin.in vj.in clemen.j.in fin.de supplen.negligen.pre
la.Et istam opinionem tenent Vltramontani. Sed in Italia
communiter tenetur contrarium:vt not.Domini.in cap.cum
singula.de prebend.in vj.Et ad hoc facit, quia nuda voluntate
sine causa talis prior remoueri potest: vt not. Cardi.dicta cle-
men.j.versic.premissa.in j.opposi.de supplen. negligen. prelato.
& idem Petr. de Ancharan.ibi & Imol. versicu. secundo noto.
Abb.in dicto cap.cum ad monasterium.col.ij.de statu monac.
& ideo monachus spoliatus prioratu manuali,non potest age-
re contra Abbatem: vt not.Bal.in l.cum affirmes.C.de liber.
cau. Et licet prior manualis possit reuocari ad nutum Abba-
tis,d.cap.cum ad monasterium.§.tales. tamen per mortẽ Ab-
batis reuocatus non intelligitur:vt not.Abb.in cap.si.versi.ex
quo infero.de precar.Et ratio manifesta videtur,quia per mor
tem reuocatio non inducitur.cap.si delegatus.§.j.de off.deleg.
in vj.& notabiliter declarat Barto.in l.& quia.ff.de iurisdictio-
ne omnium iudicum.

Additiones.

a ¶Dicũtur canonici.Sicut sunt in ciuitate Auxitanea in co-
mitatu Arminiaci,& in ciuitate Condoniensi in Guasconia.
b ¶Stylum. Idem Bal.Panor.Fel.cap.inter dilectos.de fide
instru.Panor.Fel.cap.causam que.de testib.glo.in cap. quan-
uis.in verb.non extendit.in fi.& ibi Philip. Franc. de preben.
in vj.Ang.l.iiij.C.de testib.Franc.Curt.senior consi.xvj.nume.
10.consi.xvij.Fel.cap.ij.& ibi Franc.Ripa.s.de rescrip. Ias.in
l.testamentum.C.de testa.in l.j.§.his videtur.si quis iudic.non
obtemper.Hippo.Marsi.in l.fi.nu.18.de iurisd.omnium iud.&
in l.de vno quoque.de re iud.& in sing.cxviij. Alciat.de presum.
reg.ij.presump.xxx.in fi.
c ¶Secus.Idem Phi.Cor.consi.ccxxv.lib.j.Barb.ca.cum ac-
cessissent.nu.85.cum seq.de constit.Pet.Rebuff.trac.de pacifi.
possessio.nu.279.
d ¶Reuocari.Alexan.consi.xxix.numero 18.lib.v.vbi dixi.De-
cius consi.cccclxxv.nume.17.Pet. Paulus Parisius consilio
viij.ad fin.lib.iiij. [redacted]

1 ☞Suspicio sola,an faciat vt quis puniatur de crimine falsi.
2 Papa an obligetur ex promissione sua,vel voto,vel iuramento.
3 Papa si ex certa scientia confirmat beneficium regulari, effi-
citur obedientiarius Pape,nec potest remoueri per Abbatẽ.

4 Factũ esse aliquid ex certa sciẽtia, quot modis probari possit.



Porrecta. Summatur, ⁊ diuiditur vt per Abbatem hic. Duo prima notabilia Abb. superius sunt declarata.

Dum legeret do. Philippus Decius Decretalem, porrecta. de confirmatione vtili vel inutili, ad lectionem accesserunt reuerendissimi Cardinales sancte Crucis, ⁊ Corciensis, ad quos hac prefatiuncula visus fuit.

Qui Mahometi fidem venerantur, ⁊ colunt, si illius imaginem videre illis contigerit, propria sponte excecari solent, eo quod nihil dignius, nihilque preclarius eis videatur, quod inspicere possint: sic mihi hodie contingit, reuerendissimi, supremique ordinis antistites: nam postea quam pro singulari vestra humanitate mihi datum est, vt amplissimo conspectui vestro, veluti radianti sydere, auditorium meum illustretur, nihil est in hac re preclarius, quod a me desiderari possit, nihil est vlterius, quod ad summum honoris mei cumulum accedere posse videatur: quo fit vt me plurimum debere intelligã reuerendissimis D. V. quibus ago gratias, quas possum, reuerẽterque illis pro tenui facultate mea omnem operam meam, inuiolabilem fidem, atque deuotionẽ polliceor, nihil vnquam pro amplissima dignitate vestra recusaturus, quod a fidissimo (licet humili) amico expectari possit, ⁊ ab eo, qui ⁊ vitam, ⁊ facultates, quantule sunt, reuerendissimis D. V. debitas esse testatur. Reliquum est vt occurrentem lectionem prosequamur.

1 ¶ † Tertio nota, secundum Abbatem quod ex sola suspicione quis punitur in crimine falsi. Quod est singulariter notandum: quia videtur tex. hic pro dicto Domi. quod allegatur in cap. in memoriam. xix. distinct. vbi Archidiacon. dicit quod in crimine falsitatis suspicio falsitatis pro falsitate habetur, ⁊ ad penam proceditur. Allegat textum in l. iubemus. C. de probat. vbi dicitur, tanquam falsarios esse detinendos. Et dictum Domi. sequitur Ioan. de Anan. in rubr. de crimine falsi. ⁊ Alexan. in consi. lxxvij. in causa accusationis. libro primo. Et fuit originaliter dictum Archid. in dicto cap. in memoriam. ⁊ idem tenet Hostien. in summa de crimi. fal. §. qualis probatio. in princip. Specul. de instrumen. edi. §. restat videre. post principium.

a Sed[a] aduertendum est, quia licet a posterioribus approbetur hoc dictum, non tamen videtur verum. Et in contrarium est decisio Bal. in l. iurisgentium. §. quod fere. ff. de pactis. vbi per glo. ibi dicit, quod probatio falsi debet de necessitate concludere quod falsum sit. Et cum regulariter probatio debeat esse cõcludens, cap. in presentia. de proba. secundum Bal. qui videtur ponere specialitatem in crimine falsi, videtur dicendum quod in tali crimine probatio magis concludens ⁊ strictior requiratur. Et idem not. Sal. in l. de tutela. in princi. C. de in integrum rest. mino. Bal. in l. Imperator. versicu. ⁊ noto. ff. de statu hominum. ⁊ sequitur Alexan. in cõsi. lxx. viso processu inquisitionis. lib. i. ⁊ in consil. lxxiiij. viso testamento. eod. lib. j. facit quod not. Barto. in l. quoties. in princ. ff. de hered. inst. Cuius dictum Alexan. sequitur in consi. xxvij. in causa ⁊ lite. in princ. lib. j. Areti. in consi. xlvij. visis. Et dictum Archidia. ⁊ Domi. intelligitur quantum ad capturam, prout loquitur textus in dicta l. iubemus. ibi: quasi falsarios detinendos. Nam dictum doctoris intelligitur secundum textum, quem allegat, vt not. Bartol. in l. non solum. §. liberationis. ff. de liber. leg. in l. cum quidam. ff. de his quibus vt indignis. Et de captura loquitur etiam textus in dicto cap. in memoriam. non autem in dictis iuribus dicitur quod de suspicione falsitatis puniatur pro falsario. Nec etiam Archid. ⁊ Domi. hoc dicunt, si bene legantur, in dicto c. in memoriam. quia solum dicunt quod iudex procedit ad penam. Ista enim verba importare videntur quod formetur processus contra captum pro suspicione falsitatis: non autem inferunt quod immediate pro ipsa suspicione falsitatis puniatur. Esset enim valde absurdum, quod pro sola suspicione deberet puniri tali pena: cum suspicio minus sit, quam presumptio: vt not. Barto. in l. admonendi. ff. de iureiurando. Secundo illud dictum Domini, prout allegatur, saluari potest in suspicione, que induceret presumptionẽ iuris, pro qua iuris presumptione pena delicti imponitur. l. j. C. de sicar. Secus esset in presumptione hominis, prout notabiliter distinguit Abb. in cap. acce[illegible]usatio. ⁊ dixi in l. cum quid. ff. si certum petatur. Et tali casu idem esset in alijs delictis, ⁊ nulla specialitas isto respectu esset in crimine falsi. Tertio illud dictum Domi. saluari potest in ciuilibus, prout loquitur Alexand. in dicto consilio lxxvij. libro primo. vt colligitur ibi. Et ita etiam loquitur Ioannes de Anan. in consilio xlix. dubium, de quo queritur. Secus in criminalibus, vbi clariores probationes requiruntur. l. fina. C. de probationibus. Ideo presumptiones, que in ciuilibus admittuntur, in criminalibus ad condemnationẽ non sufficiunt, vt not. Antonius de Butr. in capit. quanto. de presumptionibus. Abb. in cap. ij. eodem titul. Alexand. in consilio xv. viso processu. libro primo. Et iste clariores probationes, que in criminalibus requiruntur, etiam in isto crimine falsitatis necessarie sunt: vt not. Alexand. in dicto consilio lxx. viso processu. libro primo. ⁊ idem Alexan. in consil. clxxix. in causa Angelorum. libro secundo. Petr. de Ancbar. in consilio xxiij. visa inquisitione. ⁊ Fulgosius in consilio clxxiij. in causa inquisitionis. Et in puncto iuris etiam in ciuilibus dictum Archidiac. ⁊ Domini. non videtur verum, per supra dicta: ⁊ iura que allegantur, loquuntur respectu capture, vt dictum est. Non obstat textus hic, dum dicitur, eosdem punias, tanquam falsitatis authores: quia ista verba intelliguntur, adhibita cause cognitione, videlicet si legitime probetur. Nam si alicui executio cõmittatur, ⁊ nulla cause cognitio precesserit, intelligitur quod procedatur ad executionem, causa prius cognita: vt notat Barto. in l. prescriptione. C. si contra ius vel vtil. pub. per l. ⁊ si non cognitio. C. si contra ius. ⁊ bene facit quod notat Baldus in cap. secundo. versicul. quero Papa. de constitut. vbi inquit quod si Papa mandat alicui quod sententia cõfirmetur, intelligitur causa cognita, si confirmãda sit, aliter infirmari potest. Et ista notanda sunt ad practicam: ⁊ ita superiori anno dicebam, allegando in ciuitate Casalensi, in causa non parui ponderis. Et ex his expedita sint notabilia. ¶ Priusquam deueniamus ad declarationem gloss. constitui referre casum, qui fuit tempore Gregorij duodecimi. Nam cũ de eius electione tractaretur in conclaui, ante papatum tanquam cardinalis, ⁊ etiam post papatum, promisit, iurauit, ⁊ vouit renuntiare papatui, pro sedando schismate, quod longo tempore durauerat: ⁊ eo modo promisit non creare cardinales: postea noluit implere quod promisit, ⁊ contra votum, ⁊ iuramentum creauit quatuor cardinales: ⁊ propter hoc ab eo plures cardinales recesserunt de

b ciuitate Lucana, ⁊ Pisas[b] se contulerunt: vt refert Anton. de Butrio in cap. primo, de constitutio. versicul. ex quibus patet. ⁊ in capit. quod ad consultationem. in princip. de re iudicata. Et in isto casu dubitari potest de tribus. Primo an ex tali promissione papa adeo efficaciter obligetur, quod se ipsum absoluere non possit. Secundo, an licite cardinales ab eo recesserint. Tertio, an si requisiti fuerint vt reuertantur sub pe-

2 na excommunicationis, teneantur obedire. Circa † primum procedendo breuiter, ⁊ conclusiue, non videtur dubitandum quod Papa ex tali promissione obligetur, cum votum ⁊ iuramentum sint de iure naturali: vt per glossam in capit. quanto. de iureiurando. ideo Papa voto, iuramento, ⁊ promissione sua adstringitur: vt in terminis dicit Antonius de Butrio in dicto capit. primo, versiculo, sic ⁊ Papa. Et idem in terminis huius predicte questionis tradit Petrus de Ancbara. in consilio lxv. pro declaratione dubiorum. ⁊ sequuntur Abb. ⁊ Imo. in dicto capit. primo, de constitutionibus. Et etiam Deus ipse ex promissione sua obligaretur: vt notat Bald. in l. j. in principio. ff. de pactis. vbi magistrum Sententiarum ita dicentem refert: ⁊ tali casu non potest se ipsum absoluere, saltem sine causa: vt not. Abb. in dicto cap. j. ⁊ idem Abbas in cap. quanto. versicu. ex quo infero. de iureiurando. in cap. proposuit. de concess. prebend. Nam etiam alios sine causa absoluere non potest: vt per glossam in dicto cap. quantó. Et requiritur quod talis absolutio fiat causa cognita: vt not. Innocen. in cap. ad aures. quod metus causa. Abb. in capi. j. de iureiurando. Imo, quod plus est, videtur in casu isto nullo modo absolutio fieri posse. Ita videtur velle Anton. de Butr. in dicto cap. j. de constitut. ⁊ idem tenet Imol. ibi. Et ista opin. iustificari potest: quia concurrunt duo vincula, iuramenti, ⁊ voti, que potentius ligant. cap. j. de treuga ⁊ pace. Et quia in facto proprio quis se ipsum absoluere non potest: vt de voto no. Abb. in cap. magne. in princip. de voto. Et quia debet esse distinctio personarum inter absoluentem ⁊ absolutum: argument. capit. fina. de instit. vt dicit Imol. in dicto capit. primo. Et ista regula videtur esse de iure naturali, ⁊ non de iure positiuo, vt quidam dicunt: quia nec sibi ipsi quis imperare, nec se prohibere potest: vt dicitur in l. penultima. ff. de arbitris. Et quia in tali casu Papa Gregorius iam inciderat in periurium, quia creauerat cardinales contra votum, ⁊ iuramentum: quo casu quando quis prius incidit in periurium, absolutio fieri non potest: vt not. Feder. in consilio ccc. factum tale est, debitor. sequitur Abbas in capit. primo. de iureiurando. Roman. in consilio cccxxvj. in re presenti. in princip. Anton. de Butr. ⁊ Imo. in cap. debitores. de iureiurando. ⁊ idem Baldus in authent. quod eis. in fine. C. de nuptijs. ⁊ in l. j. in fi.

l.ij.in fine.C.si aduersus rem iudicat. Sed etiam retenta prima opinione, quod ex causa absolutio fieri possit, causa intelligitur, quando iuramentum esset illicitum: vt notat Cardinalis in clementina prima, §. finali, in xvij. questione, de iureiurando. vbi allegat Innocent. in dicto capitu. debitores. eodem titulo. & tradit Paulus de Castro in consilio ccxvj. presupposito fine preiudicio. vbi inquit quod absolutio a iuramento peti non potest, nisi quando iuramentum esset extortum dolo, vel metu, vel super re illicita, puta super vsuris: vt per Innocent. in capit. si vero. de iureiurando. Et tali casu, quando iuramentum est illicitum, videtur procedere quod not. Abb. de cardinalibus, in capitulo, sicut nostris. in principio, de iureiuran. in tertio notabili. vbi inquit quod si cardinales ante creationem summi pontificis aliqua statuunt, & promittunt, etiam cum iuramento, illa obseruare, si contingat aliquem eorum promoueri ad summum pontificatum, tale iuramentum non astringit, si tendit in preiudicium dignitatis pontificalis, per illum textum: & bene dicit quod iuramentum fuit illicitum. Secus est in casu supra dicto: quia licitum fuit iuramētum, & votum, pro sedando schismate. Et ideo efficaciter debuit obseruari, nec absolutio fieri potuit: sicut in cap. quamuis. de pactis. in vj. & in capitulo, cum contingat. de iureiurando. In talibus & consimilibus casibus, quia licitum fuit iuramentum, absolutio peti non potest: vt tenent Archidiacon. Ioannes Andre. & Dominic. in cap. quamuis. Angel. in l. si quis pro. in princip. ff. de fideiussor. Roma. in consilio ccccxxxvij. in casu proposito. in fine. Paulus de Cast. in consilio supra allegato ccxvj. & in authentica, sacramenta puberum. C. si aduer. vend. Alexand. in consilio xlij. super premisso. libro primo. & in consilio lj. visis. libro iij. cum simil. que notanda sunt. Ex quibus omnibus supra dictis per modum cuiusdam summarij absolutum sit primum dubium. In secundo dubio Anton. de Butrio in terminis casus suprascripti in dicto capit. j. de constitutio. videtur sentire quod domini cardinales recedere potuerint: quia, vt ipse dicit, contra votum, & iuramentum Papa creauerat cardinales quatuor. Et confirmatur, quia in casu supra dicto Gregorius tenebatur cedere, & renunciare papatui, vt promiserat: & cum requisitus non fecerit, habetur ac si renunciatio facta fuisset. Ita in terminis de summo pontifice scribit Romanus consilio cccccxxxiij. questio discutiēda est. vbi hoc late probat: sed gratia breuitatis non refero eius rationes. Et in casu supra dicto, vt refert Antonius de Butrio in d. c. j. de constitu. illa promissio Pape Gregorij erat notoria: quia publicata fuit per vniuersum orbem: quo casu, quando delictum est notorium, licitum est recedere a prelato: vt concludit Antonius de Butrio in repetitio. capi. vestra. de cohabita. clerico. & mulie. versic. tertius casus est. & idem tradit Dominic. in capit. sacerdotes. ij. q. vij. circa finem. Hoc tamē altiorem postularet indaginem, per ea, que traduntur per gloss. & doctores in ca. cum non liceat. de prescript. & precise non potest responderi, nisi qualitates casus diligenter prius perscrutentur. Uenio ad tertium dubium, in quo breuiter respondetur, secundum quod in terminis Abbas tradit in cap. inquisitioni. de sententia excommunicat. vbi per dictum Innocen. ibi infert ad excusationem cardinalium, qui reuocabantur a Gregorio sub pena excommunicationis. Dicit enim quod non tenebātur obedire: quia fuisset impeditum concilium, & vnitas ecclesie: & sic ex tali precepto mala futura presumebantur, & status ecclesie perturbari. Et ista breuiter dicta sint pro aliquali notitia: que si contingat in dubium reuocari, in maiori otio melior resolutio fieri poterit. Hec enim ex tēpore quodam modo, vel saltem precipitato studio dicta sunt. Et ne, reuerendissimi cardinales, videar abuti singulari vestra humanitate, facilitate, & clementia, sit finis presentis lectio-

3 nis. ¶ In glos. † in verbo, confirmantur. notandum est ex gl. vt etiam Abbas dicit, quod per cōfirmationem factam ex certa scientia regularis efficitur obedientiarius Pape, & nō potest per Abbatem remoueri: in alijs tamen Abbati obedire tenetur, argumen. cap. per tuas. de maiorita. & obedien. & dictum fuit in capit. j. & in c. ad nostram. supra eodem. Subijcit Abbas hic quod onus probandi aliquid esse factum ex certa scientia, incūbit impetranti. Et ad hoc facit, qz ꝯfirmatio facta ex certa sciētia, dispensatio dicitur: vt notat Bal. in c. cum super. de causa possess. & propric. in principio. Et ille, qui obtinuit dispensationem, probare tenetur, & iustificare dispensationem: vt notat Oldradus consilio cclvj. clemens episcopus. in secundo dubio. facit quod notat Calderi. in consilio x. in titu. de probatio. Alias vero communis doctrina est, quod si rescriptum impugnatur ex falsi assertione, ille, qui impetrauit, probare tenetur: si vero ex veri taciturnitate impugnatur, ipse impugnās probare debet: vt concludit Ioannes Andre. in capitulo primo, de lit. contest. vbi Domin. illum refert. & sequitur, & idem Abb. in c. de presum. & in c. constitutus. in prin. de rescr. Car. in consi.

4 lxix. quo ad primum. & Socinus in cons. clxiiij. visa bulla. † Et secundum Abbatem hic, duobus modis probatur aliquid factum esse ex certa scientia. Primo, si in literis sit facta mentio de ista decretali: argumen. capitu. j. de exces. prelat. in sexto. Et ad hoc facit, quia clausula, non obstante: & clausula, ex certa scientia: equiparantur, glossa magna in fine, in l. ratas. in fine, C. de rescindenda venditione. & notat Baldus in l. idem Ulpianus. ff. de excusatione tutor. & in capitulo primo, §. naturales. versiculo, sed ego quero. si de feudo fuerit controuers. & tradit Ioannes de Anania in consilio lxxxj. viso instrumento. Paulus de Castro in l. iij. §. si is, pro quo. versiculo, item subijcit. ff. quod quisque iuris. cum similibus. vt tradunt Moderni in c. nonnulli. in principio. versiculo, quarto fallit. de rescriptis. & Alexander in consilio trigesimo, ponderatis. libro quinto. Secundo, quando secunda iussio emanauit: quia habet vim clausule, ex certa scientia: vt Abbas hic dicit. Et de hoc est dictum notabile Baldi in l. nec damnosa. C. de precibus Imperat. offerendis. & sequitur Alexander in l. tertia, in principio. ff. quod quisque iuris. & confirmatur, vt Moderni prosequuntur in dicto capitulo, nonnulli. versiculo, fallit sexto. & in capi. si quando. de rescriptis. Tertio dicitur fieri ex certa scientia, quando tenor rei confirmate exprimitur. capitu. penulti. infra eod. de quo ibi videbimus. Quarto, quando expresse dicitur, ex certa scientia confirmamus: vt not. per glossam in clementina, & si principalis. in glos. finali, de rescriptis. & in capi. statutum. in glos. iij. verbo, literarum. de rescriptis. in sexto. Abbas in c. examinata. infra eodem. Romanus in consilio cclxvij. iuste sunt rationes. Alexander in consilio xxxix. viso statuto. facit text. in clementina prima, de probationibus. Quinto etiam ex certa scientia fieri dicitur, licet hoc expresse non dicatur, si tamen ex narratis comprehendatur, glos. notabilis in capit. pastoralis. §. preterea. in verbo, ex certa scientia. de officio & potestate iudicis delega. & in clemen. j. in eodem verbo, ex certa scientia. de iudic. & notat Abbas in c. ad hec. de rescriptis. & in c. cum inter. de exceptio. cum simil. vt late congerunt Moderni ibi: & idem tenet Imola in l. quidam consulebant. versic. item aduerte. ff. de re indica. & in clemen. ij. in fine, de rescript. cum simil. vt tradit Fran. de Curte in consilio lxv. super premissa. Alex. in d. consi. xxxix. lib. iiij. & Are. in l. potest quis. ff. de vulg. & pup. Et ista conclusio confirmatur duplici ratione. Prima est, quia videmus quod si tenor rei confirmate inferatur, dicitur confirmatio facta ex certa scientia. c. pen. infra eo. Ergo patet quod precise non requiritur quod exprimatur de certa scientia. Secunda ratio est, quia in hoc solum voluntas principis attenditur: vt per Inn. in c. cum ecclesiastice. de excep. Et in tali voluntate declaranda non est data forma: ergo sufficit quocunqꝫ modo colligatur. l. certum. ff. si cer. peta. not. in l. hac consultissima. C. qui testa. fac. pos. Et videmus in testatore, cuius voluntas etiam ex coniecturis inspicitur. l. licet Imperator. vbi Bart. de leg. j. l. cum auus. de cond. & demon. cum si. Sed tamē aduertendum est: quia predicte conclusioni repugnare videtur text. hic, vbi religiosi faciebant mentionem de religione: & sic Papa videtur habuisse notitiam ex certa scientia, & tamen hoc non sufficit: quia litere non valent, vt hic dicitur. Et ita istum textum ponderant Moderni in d. l. nonnulli. in princip. versic. obstat huic fallentie. de rescriptis. Et respondent Moder. & dicunt quod in casu istius decretalis non sufficit certa scientia: quia videtur habere clausulam derogatoriam ad rescripta in con-

c trarium: ideo vltra certam scientiam requiritur[c] clausula, non obstante: vt notat in capitu. ex parte. de capel. monac. Sed nō bene probatur hic, quod sit clausula derogatoria. Et in isto textu certa scientia Pape sufficeret, quando hoc constaret: vt glo. hic, & doctores dicunt. Sed hic dubitabatur de falsitate literarum: quia erant contra solitum stylum, vt hic dicitur. Et remota tali suspicione litere valerēt, propter illam certam sciētiam, que colligitur ex eo, quod esset facta mentio de religione. Et ideo conclusio supra facta videtur bene probari hic, remota suspicione falsitatis.

¶ Additio.

a ¶ Sed. [redacted]

b ¶ Pilas. [redacted]

c ¶ Requiritur. [redacted]

1 ☞ Arbitrium probatum contra ius, vel formam compromissi, non valet.
2 Confirmatio quando dicatur facta in forma communi.
3 Arbitrium nullum an possit approbari per partes.
4 Patroni laici possunt facere compromissum super iure patronatus.
5 Confirmamus, hoc verbum an videatur importare confirmationem ex certa scientia, si simpliciter proferatur.

Examinata. Summatur, & dividitur vt per Abba. hic.
1 ¶ † Primo nota quod arbitrium cõtra formam iuris, & compromissi prolatum, non valet, vt Abbas hic dicit. Nam primo cõtra formam iuris quod non valeat arbitrium, tenet gloss. in l. diem proferre. §. stari. ff. de arbit. in l. iij. in princip. in verbo, commisse. in fi. ff. eod. tit. & not. Imo. in cap. primo, in gl. fi. in principio de constit. Et ideo male iudicando arbiter facit litem suam. l. penulti. C. de pact. vbi Barto. in vltimo notabili. Et per hoc limitatur quod dicitur in d. l. diẽ proferre. §. stari. vt habeat locum respectu partium, sed non quantum ad iudicem: vt notat Alber. in dicta l. penulti. in fine, quia arbitria ad instar iudiciorum redacta sunt. l. j. ff. de arbi. Secundo quod dictum est, non valere arbitriũ contra formam compromissi, exẽplificari potest ex eo, quod notat Bar. in dicta l. diem proferre. §. stari. vbi tenet non valere sententiam arbitri, quando inique iudicauit, & contra ius, si dictũ fuit quod de iure iudicaret. De quo late tradunt moder. in c. causam, que. de re iud. & Ioannes Baptista de sancto Severino in l. omnes populi. ff. de iust. & iu. & not. Bald. in consil. alias. cccclxxvij. Ioannes & Fed. ric. libro iiij. secundum primam impressionem Item exemplificari potest, quando arbiter excederet formam compromissi, id est, potestatem sibi datam in compromisso: quia non valeat sentẽtia. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbit. Et notat Roman. in consilio cxv. viso compromisso. in fine, & in consilio. cxlj. eximie doctor. & in consilio cxxv. dictum laudum. & videtur probari hic. Et per istum textum dicit Bald. in titulo de pace Constantie. versi. sententie quoque. alias, sunt quoque. quod sententia arbitri lata super eo, quod nõ fuit compromissum, adeo nõ valet, quod ratificari non potest. Et sequitur Romanus in cõsilio clv. premissum laudum. Et idẽ tenet ange. in consi. ccxviij. visa narratione. Et hoc intelligitur quod non potest ratificari quod valeat tanquam laudum, prout videtur loqui textus hic sed virtute pacti sic, vt inferius statim dicam in tertio notabi.
2 ¶ † Secundo noto quod dicitur confirmatio facta in forma communi, quãdo fit conditionaliter. Et de hoc dictum fuit in rubrica supra eodem. Et secundum Abb. hic, hoc verũ est, non inserto tenore rei confirmate. Et sic a contrario sensu Abbas vult quod inserto tenore non esset confirmatio in forma communi, licet facta esset conditionaliter: vt probatur in ca. penul.
3 infra eodẽ. & ibi videmus. ¶ † Tertio nota ibi: ab vtraque parte receptum. quod partes non possunt arbitrium nullum approbare. Et hoc secundum Abbatẽ hic procedit, quia in isto casu non erat vitium consensu partium remissibile in ista questione iuris patronatus. Secus si solum agatur de favore partium: quia sentẽtia nulla approbari potest, & valeret virtute pacti, vt Abb. hic concludit, allegando glo. per illum tex. in l. ij. C. communia vtriusque iudicij. Sed advertẽdum est, quia hic nõ negatur, quin valeret conventio facta de laudo nullo, quando de voluntate partium constaret. Et text. hic non videtur contradicere: quia solum in textu dicitur, quod receptum fuit laudum ab vtraque parte, prout erat confirmatum a summo pontifice: & partes illud receperunt simpliciter: & non apparet qd voluissent illud approbare per eorum cõventionẽ. Nam quod dicitur per gloss. in d. l. ij. C. cõmunia vtriusque iudicij. procedit, quãdo intervenit traditio, vel stipulatio, secundũ Bald. in ca. cum causam. de testibus. cum similib. vt Barth. Socinus scribit in consi. ccxx. visis. Vel secundo respondetur quod hic absolute non dicitur quod a partibus receptum fuisset, sed quod papa confirmauit laudum, sicut iuste latũ fuit, & a partibus receptũ. Et sic ista sunt verba narratoria [redacted] pontificis. Vel t[redacted] laudum, vt hic dicitur: & talis receptio laudi no[redacted] du[redacted] pacti: [redacted] istud, quod erat [redacted] g[redacted]allegata. [redacted] quod in ista questione iuris patronatus vitium non esset remissibile cõsen[redacted] cõpromissum [redacted] inter laicos õ causa [redacted] patrona[redacted]a etiam laudum [redacted] ratificari potuisset. Bene verum est in se quod Abb. hic dicit. Et notandum est ad limitationem glo. in d. l. ij. vt non procedat, quando talis sit materia, que solum a cõsensu partiũ non pendeat. Facit text. in l. iuris gentium. §. si paciscar. ff. de pact. & in l. cum hi. §. si cum lis. & quod Angel. ff. de transac. cum simi. vt Socinus scribit in prealleg. consilio ccxx. Et hoc manifeste doctores volunt, dum concludunt quod sententia nulla nõ possit approbari vt sententia: quia hoc non est in potestate partiũ,
1 vt valeat tanquam sententia [1]: vt not. Bart. in l. j. C. qui pro sua iurisdi. Caldericus in consilio viij. de re iudi. Cardina. in consilio lxxj. seriatim. in secundo dubio, cum simili. vt tradũt Moderni in cap. significasti. de foro competenti & idem Roman. in consilio clxxiij. pro decisione. in fi. & in consilio clxxv. dictũ laudum. Abbas in consilio xcij. contra sententiam. lib. j. & in consi. lxij. in controversia. lib. ij. Alexand. in l. quod iussit. ff. de re iudica. Aretin. in consi. lvj. post absolutum. & Alexan. in consilio cxxiiij. omissis superfluis. lib. j. ¶ Quarto ex dictis Abbatis colligitur hic, qd ecclesia accipitur pro iure patronatus. Et sic videtur textus hic pro eo, quod not. Baldus & Pau. de Cast. in l. monumenta. C. de legatis. Vbi volunt quod si patronus legavit ecclesiam, legatum valet: quia ius patronatus legare in-
4 telligitur. ¶ † Quinto, & vltimo ex dictis Abb. per istum tex. habetur quod inter laicos contendentes de iure patronatus potest fieri compromissum: quod notãdum est: quia licet transactio fieri nõ possit sup iure patronatus. c. preterea. de transactio. potest tamen fieri compromissum. Et bene facit qd not. Petrus de Anchara. in consilio xxxiij. in causa. Et tale cõpromissum debet fieri in ecclesiasticũ, vt Abbas sentit, declarando textum quod iste vicedominus, in quem factum fuit compromissum, erat ecclesiasticus. & notat Moderniores in capi. quãto. de iudic. Sed tamen videtur quod etiã de ista questione iuris patronatus in laicum cõpromitti possit, vt notabiliter voluit Domin. in c. i. §. ceteris. de clericis coniugatis in vj. Et licet ipse loquatur in clerico coniugato, ratio tamen, quam adducit, generalis est, dum inquit, quod ius patronatus cadit in laicum. Et bene facit quod notat Petrus de Anchara. in consilio xxxiij. preallegato. Et ad ea, que in cõtrarium adduci possunt, responsum fuit, prout dixi in dic. capi. quanto. de iudi. ¶ In glo. fin. notandum est, dum glo. differentiam facit inter confirmationes, & privilegia: & cum illa videntur transire doctores hic: & idem glo. in cap. quoniam Abbas. in glo. fin. de officio delega. cum similibus. vt Roma. tradidit in consil. ccxxxvj. circa propositã. Sed tamen ista differentia non videtur procedere, data paritate terminorum: quia, vt declarat Barto. in tractatu, ad reprimendum. in verbo, prout. illud, quod dicitur in cap. abbate sane. de verborum significatione allegato in glo. procedit non solum in privilegijs, prout ille text. loquitur. sed in qualibet materia, que de sui natura ordinatur ad aliquid de novo disponendum: quia tunc dictio, sicut, stat causative, & ponitur pro quia. Et hoc late prosequuntur Modern. in capi. ij.
5 in ij. charta. de rescriptis. ¶ † Postremo circa ea, que Abbas dicit de confirmatione, omissis alijs, de quibus supra dictũ est, dum Abbas cõcludit quod verbum, confirmamus, prolatum simpliciter, videtur importare confirmationem ex certa scientia, nisi esset confirmatio contra ius. Ista conclusio repugnantiam habere videtur: quia confirmatio ex certa scientia dispensatio dicitur: vt notat Baldus in cap. cum super. in princip. de causa possessi. & proprie. Et sic videtur contra ius, cum dispensatio, sit iuris communis relaxatio: vt notatur per glo. vij. q. j. §. j. nisi rigor. Et ideo dicendum videtur absolute quod verbũ, confirmamus, prolatum simpliciter, nõ dicatur importare cõfirmationẽ ex certa scientia, sed in forma communi, vt diximus supra, in rubrica, respondendo ad rationem Abbatis hic. Sed gratia brevitatis non repeto, quia ibi videndum est.

¶ Additio.

1 ¶ Sententia. Idem in capitulo, prudentiam. de officio & potestate iudicis delegati. & in consilio quadringentesimo octuagesimo octavo. Sil. Ald.

1 ☞ Confirmatio quando videatur facta ex certa scientia.
2 Conventio facta sub conditione, si Papa confirmabit, valet, sicut valet matrimonium contractum sub conditione, si Papa dispensabit.
3 Compositio facta super decimis, an valeat.
4 Translatio licet non valeat in spiritualibus, an tamen valeat amicabilis compositio.
5 Compositio super quantitate decimarum facta, an valeat sine authoritate Pape.

Instru

1 Instrumentũ originale nõ est necessariũ pducere in certo casu.

Venerabilis. Summatur, ꝛ diuiditur, vt per Abba.
1 hic. ¶ † Primo no. quod quando in confirmatione tenor rei confirmate exprimitur, videtur facta confirmatio ex certa scientia. Et ad hoc iste text. allegatur: ꝛ not. etiam Abb. in c. inter dilectos. de fide instr. in c. examinata. §. eod. ꝛ in consil. lxij. illud de iure. Roma. in consil. cccxxvij. iste sunt. ꝛ in consil. cccxxxvj. circa propositam. Alexand. in consil. j. libro v. Ex quo enim cõstat, superiorem habuisse notitiam rei cõfirmate, per illam insertionem videtur facta cõfirmatio ex certa scientia. Et hoc etiam procedit, secundum Abb. hic, post Anton. de But. si tali casu apponatur clausula conditionalis, quia tunc, sicut, ponitur pro quia. Et idem Abb. dicit in d. c. examinata. in fi. ꝛ consilio lxij. preallegato. Et hoc intelligendum videtur stante veritate rei, prout in tenore inserto narratur: quia clausula, ex certa scientia, non purgat falsitatem narratorum: vt per Rotam in ij. decis. eod. tit. in nouis. Facit quod not. Bald. in l. fin. C. de sen.
2 tent. rescin. non pos. cum simi. vt dixi in c. j. §. eod. ¶ † Secundo nota quod valet conuentio facta sub conditione, si Papa
a confirmabit: sicut etiam valet matrimonium [a] sub conditione si Papa dispensabit: vt notat Abb. post alios in c. super eo. de condi. appo. Et secundum Abb. hic, illa conditio, Si Papa confirmabit: de confirmatione ex certa sciẽtia intelligitur. Et hoc videtur verũ, quando actus aliter non valeret, prout Abb. loquitur. Secus videtur, si actus esset validus: quia tunc secundum subiectam materiam videtur quod de confirmatione in forma communi intelligatur: vt dictum fuit in rubri. §. eod. Et tenendo quod ista compositio, de qua text. loquitur, valeret, dici potest quod ista esset cõfirmatio in forma cõmuni, quia erat facta conditionaliter: vt patet in tex. ꝛ insertio tenoris hic ponderatur, non ex necessitate, sed ad maiorem rei euidentiam: vt hic dicitur, ꝛ etiam inferius declarabitur. ¶ Tertio no. secundum Abb. hic, quod illa clausula, sicut sine prauitate: apponitur de stylo curie in omnibus confirmationibus. Sed hoc de iure non videtur verum: quia confirmatio ex certa scientia debet fieri simpliciter, vt supra dictum fuit in rub. Bene verum est ꝙ confirmatio ex certa scientia, non alteratur, licet dictio, sicut, apponatur: qꝛ tunc illa dictio, sicut, ponitur causatiue, vt Abbas hic dicit post gloss. hic, in verbo, sicut, in fi. Et idem not. gl. in c. quoniam Abbas. in fi. per illum text. de offic. deleg. Hosti. in sum. eod. tit. §. fin. in fi. ꝛ idem notat Bart. in tract. ad reprimendum. in verbo, prout. Facit quod not. Bar. in l. eum, qui. §. Julianus. ff. de constit. pecu. Old. in consi. cxxj. ad primam questionem. in ij. dub. Paul. de Castr. in consil. cccxxij. in causa decimali. cum simil. vt tradunt Moderni in cap. ij. de rescr. quorum dicta reassumunt Moderni in l. penulti. C. de institutio-
3 nibus, ꝛ substitut. ꝛ in l. admonendi. ff. de iureiur. ¶ † Quarto nota ex isto textu, iuncta glo. quod valeat compositio facta super decimis, intelligendo quod authoritas Pape hic non esset necessaria: valet enim talis compositio facta authoritate episcopi, vel archiepiscopi: vt notat Abb. per illum textum in capit. ij. in princip. de transactio. ꝛ glos. fina. ibi, dicit etiam hoc procedere in compositione non gratuita, vt quia non soluit totam decimam. Et sequitur Abb. in c. veniens. in secundo nota. eodem titu. Et hoc maxime haberet locum in decimis preteritis, in quibus valet compositio, etiam sine superioris authoritate: vt no. per gloss. in capitu. vt super. de rebus eccles. non alienan. not. in capi. fin. de rerum permut. ꝛ idem Abbas tradit in c. cum homines. de decim. ꝛ Domi. in consilio xvij. pro declara-
4 tione. ꝛ de hoc videbimus in glo. ¶ † In glo. j. nota quod licet in spiritualibus transactio prohibita sit, tamẽ amicabilis compositio fieri potest. Et est textus in capitu. super eo. de transactio. Et quomodo amicabilis compositio distinguatur a trãsactione, eleganter declarat dominus Abbas in capitulo, super eo, ꝛ latius Imola post Antonium de Butrio ibi, in fine, in di-
5 cto capitulo, super eo. ¶ † Et ex dictis Abbatis circa istam glossam conclusio est post Joannem Andream ꝛ alios, quod super quantitate decimarum non valet compositio, nisi facta sit authoritate Pape, quia agitur de remissione decimarum, quam solus Papa facere potest in aliquo casu: vt per glossam in capitulo, a nobis. vbi Abbas post alios. de decimis. ꝛ dixi consilio cxiij. ꝛ idem tenent Antonius de Butrio, Cardinalis ꝛ Imola hic. ꝛ idem Cardinalis in clementina dispendiosam. in decimanona questione, de iudiciis. Sed huic conclusioni obstare videtur textus allegatus in gl. in capitulo, statuimus. de transactio. vbi valet amicabilis compositio facta super decimis, etiam cum laicis, ex sola authoritate episcopi, vel archiepiscopi. ꝛ glossa ibi tenet hoc procedere, etiam si de quantitate decimarum remittatur. Imola ibi mouet difficultatem de isto dicto Joann. Andr. hic, quod in contrarium videtur, ꝛ respondet quod ille textus intelligitur, quando hoc fieret ex causa: vt quia ille, cui fit remissio, esset pauper. Et idem videtur tenere Abbas in dicto capitulo, statuimus. in glos. fina. vbi late distinguit. Sed istꝰ videtur magna restrictio ad illum textum, qui generaliter loquitur. Et videtur concordare cum isto textu istum textum, prout glossa allegat hic, ꝛ glossa in dicto capitulo, statuimus. sequitur ibi Hostiẽsis, Abbas, ꝛ Archiepiscopus Florentinus in secunda parte summe titu. quarto, capitu. tertio, §. finali, in fine. ꝛ idem habetur in supplemento Pisanelle in verbo, decime. j. Et tenendo istam opinionem que videtur habere equitatem, non obstat textus hic: quia nõ negatur hic, quin valeret compositio facta authoritate epi f[redacted] actum fuerit ad maiorem cautelam quod confirmatio Pape interueniret. Non obstat quod ista esset confirmatio ex certa scientia, que arguit quod compositio prius facta non valeret: quia primo negari potest quod esset confirmatio ex certa sciẽtia, sed potius erat in forma communi, quia facta fuit conditionaliter, vt hic dicitur: ꝛ ad maiorem rei euidentiam tenor rei confirmate inseritur. Nam isto modo loquendi videtur textus innuere quod confirmatio facta simpliciter in forma communi, sufficiens fuisset in isto casu. Preterea, ꝛ secũdo, dato quod confirmatio ex certa sciẽtia fuisset, non per hoc infertur quod compositio prius facta non valeret: quia nihil repugnat, quin etiam super actu valido confirmatio ex certa scientia fieri possit, licet nõ videatur necessaria. Non obstat ꝙ solus Papa possit decimas remittere: quia illud verum est, ꝛ intelligitur per viam priuilegij, si hoc fieret in re clara. Secus videtur si per viam compositionis remissio fiat pro parte, ꝛ non in totum: vt per glossam in dicto capitulo, statuimus. Nam tali casu potius ex officio, ꝛ dispositiõe superioris, quam ex conuentione partium videtur fieri: vt in simili est bonus textus in capi. nisi essent. de preb. ꝛ no. Abb. in c. quesitum. in fine, de rerum permu. ꝛ in c. non satis. in fi. de simo. ꝛ Pet. de Anch. in cons. cclxxx. questio proponitur. cum simi. vt dixi in consilio
6 cxliij. ad plura. ¶ † In glos. ij. colligitur, vt Abb. hic dicit, limitatio ad illud, quod habetur in authent. si quis in aliquo. C. de eden. quod si in confirmatione tenor rei confirmate insertus sit, talis relatio facit fidem, licet originale nõ producatur. Ad idem est glos. penulti. in cap. si Romanorum. xix. distinc. in c. Abbate. de verbor. significa. Et tradit Abb. post Innocent. ꝛ alios in c. inter dilectos. de fide instrum. vbi inquit quod inserto tenore videtur facta confirmatio ex certa scientia, vt hic habetur: ideo probat, absque eo, quod originale exhibeatur. Et idem not. Specu. in titu. de instrum. edi. §. nunc videndum. vbi quidam distinguunt. ꝛ in ver. quid si concessum. ꝛ Card. in consilio cxviij. duo sunt videnda. cum simil. vt tradunt Moder. in d. c. inter dilectos. Roma. in consilio cccxxvj. circa propositam consultationem. Et ampliatur ista conclusio secundum Abb. hic post alios, vt talis insertio faciat fidem, etiam si inserta ibi esset contra ius commune: quia Papa videtur dispensare confirmando ex certa scientia. Et sic colligitur secundum Abbat. hic quod confirmatio ex certa scientia, dispensatio dicitur. Et hoc notat Bald. in c. insuper. in prin. de causa possess. ꝛ proprie. Et ad hoc facit, quia actus, qui alias non valet iure communi, ex certa scientia Pape confirmatur: vt per gloss. in d. c. ad hec. ꝛ ibi Abb. de rescr. ꝛ no. Bar. in l. cõficiuntur. §. codicilli. de iure cod. Et qꝛ clausula, ex certa scientia, hꝫ vim clausule de plenitudine potestatis: vt no. Bal. in l. eos. in princi. C. de appell. Abb. in d. c. ad hec. de rescri. cum si. vt ibi dictum fuit. Et ex §. d. dicta conclusio intelligitur, quando fuit facta confirmatio inserto tenore de consensu partium: alias non faceret fidem de tenore cõpositionis, vt Abb. hic post alios dicit. Sed aduertendum est, quia si de cõsensu partium insertio facta fuisset, faceret fidem, ꝛ authoritas superioris non requireretur: vt notat Abbas in capitulo, Albericus. versicu. aduerte tamen. de testib. cum similibus. vt per Mod. in cap. fina. in princi. de fide instrumen. Et ideo non videtur quod consensus partium necessarius sit. Bene verum est, quod citatio partis requiritur in tali insertione: vt notat Abbas in c. Abbate. de verb. sign. ꝛ in d. c. Albericus, cum simil. vt per Mod. ibi in prin. ꝛ Bartol. ꝛ doct. in authentica, si quis in aliquo. C. de eden. Illud tamen, quod dictũ est de consensu partium, ꝛ citatione partis, limitatur per Abbatem hic, in fi. secundum notata in clem. literis. que est clemen. j. de probat. quasi Abbas velit quod staretur assertioni Pape asserentis de tenore compositionis per eum inserto: vt dicitur in dicta clem. j. Sed tamen hoc non videtur verum in preiudicium partis, que debuit citari: quia nõ statur assertioni Pape

in preiudicium alterius:vt not. Abb. in d.clem.j.in fi. Et que
supra dicta sunt,bene procedunt in instrumentis,que inferun-
tur.Secus est in priuilegijs,vel in renouatione priuilegij,quã
Papa facit,etiam partibus non vocatis:vt dicunt Anton.de
Butr.Cardi.⁊ Jmo.post Host.hic,⁊ not.Abb.in c.ex parte.in
iij.notab.de priuilegijs.vbi inquit quod quando fit renouatio
ab illo,qui potest principaliter priuilegium concedere, citatio
non requiritur.

¶ Additio.

a ¶ Matrimonium.Non tamen tanquam de presenti , sed tan-
quam de futuro. Ideo secuta dispensatione de nouo contrahe
here vel consentire oportet,vt not. in c.pen.de condit.apposi.⁊
Theologi scholastici in iiij.senten.dist.xxviij.vbi Ricar.Tho.
Aqui.Bonauen.⁊ Tho.Argenti.dist.xxxj.Quid autem de pa
ctis ⁊ donationibus prius factis, ⁊ interim dum redimitur dis
pensatio,dixi in consu.Paris.§.clvj.

1 ☞ Legatus non potest vnam ecclesiam de potestate Pape
eximere.
2 Patriarche habent suas dioceses, ⁊ deinde prouincias sub se.
3 Subditi debent prestare reuerentiam suis superioribus.
4 Abbates,⁊ monasteria subijciuntur episcopo de iure cõmuni.
5 Integre,hoc verbum qualiter intelligatur.
6 Legatus de latere an possit vnire ecclesias sue legationis.
7 Confirmatio facta,etiam ex certa sciẽtia , non tamen confir-
mat actum in preiudicium tertij.
8 Papa an possit deponere episcopum sine causa.



Ua nobis. Summatur, ⁊ diuidi-
tur,vt per Abbat. hic.
¶ In tex.ibi: occasionem.occasio hic in malã
partem accipitur pro falsa excusatione. Ad
idem text.in c.solite.in princi. ibi:non causam,
sed occasionem prebuit. de maio.⁊ obed. Abb.
ibi:facit tex.in c.j.de iureiur.in vj.in c.statutum.§. insuper.⁊ ibi
Dominic.in penul.not.⁊ de rescript.in vj.Et quandoq; etiam
a occasio [a] accipitur pro causa impulsiua.c.j.vbi Abbas in ix.no
tab.vt ecclesiastica beneficia. Facit text.in cap.j.porro.ibi:cau-
sam,seu occasionem.de statu monach.in sexto. Et in effectu vi-
detur quod occasio illa dicatur , que non est ordinata ad effe-
ctum, de quo agitur,sed accidentaliter , ⁊ a casu illud contin-
git.l.fina.§.sed cum in secundam.C.de furt.l. rescriptum.§.j.ff.
de distractio.pigno.l.generaliter.§.si quis alienum.versic.pla-
ne.ff.de fideicommiss.liber. Et ideo aliud est,queri ex aliquo:a-
liud est,quod de eius occasione queratur:vt notat Bartol.in l.
1 fori.C.de diuers.ind. ¶ † Primo nota quod legatus non po-
test vnam ecclesiam eximere de potestate ordinarij, vt Abbas
hic dicit.Et ad hoc istum textum Specula.adducit,in titul.de
lega.§.nunc ostendendum.versicu.xj.Et hoc idem est de episco
po,qui non habet potestatem concedendi exemptionem in to
tum in aliqua ecclesia sue diecesis: vt notat Joan.Andr.⁊ Ab-
bas post alios in cap.cum venerabilis.de censibus. Calder. in
consilio xj.in titu.de rebus eccle.non alien.Fed.in cons.cclvij.
casus talis est.⁊ idem Abb.in c.cum olim.el secundo, de priuil.
⁊ in c.cum inter.de re iudica.cum similib.vt late tradunt Mo-
der.ibi.Ex quibus patet,istam esse magis communem opinio-
nem,que sane intelligitur,⁊ procedit , nisi confirmatio Pape
interuenisset:vt notat Ab.in d.c.cum venerabilis.de censibus.
post glossam ibi,⁊ alios,per textum in cap.constitutus.de reli-
gios. domib. vbi glos.⁊ Abbas idem dicit. Et hoc intelligitur
de confirmatione facta ex certa scientia:quia actus nullus con
firmari debet,per ea,que dicta sunt in capit.j.supra eod.Et hoc
in terminis Speculat.in titul.de lega.§.nunc ostendendum.in
dicto versicu.xj.Et subijcit Abbas hic quod legatus, etiam de
latere , regulariter non potest aliquid facere contra ius com-
mune. De quo videndum est in locis allegatis per Moder.in
2 cap.j.de rescriptis. vbi dictum fuit. ¶ † Secundo nota quod
patriarcha habet suam diecesim,⁊ postea ꝑuincias sub se. Di-
citur enim patriarcha summus patrum. xxj. dist. c.cleros. Et
patriarcha ⁊ primas in effectu idem sunt:vt dicitur xcj.dist.c.j.
Et patriarcha est supra archiepiscopos.c.antiqua.de priu.vbi
Abb.in iiij.no. dicit quod sicut episcopi dicuntur suffraganei
archiepiscoporum,ita archiepiscopi dicuntur suffraganei pa-
triarcharũ. Et ideo ab archiepiscopis ad ipsos repellatur : vt
not.Abb.in d.c.antiqua. Est tamen notandum quod patriar-
cha non facit gradum in negligentia archiepiscopi : vt notat
3 Jmo.in cle.si de beneficio.ver.tertio querit.de preb. ¶ † Ter-
tio nota quod subditi tenentur superioribus suis reuerẽtiam
prestare.Et in tantum hoc procedit quod licet exempti sint,ab
ista tamen reuerentia non liberantur. l.fi. C.de bonis liber.vbi
Bal.vers.item per hunc text.in verbo, reuerentia.refert Oldr.
respondisse archiepiscopo Rauennat.quod exemptum mona
sterium a iurisdictione episcopali,tenetur tamen exhibere re-
uerentiam episcopo , ⁊ illi ire obuiam secundum consuetudi-
nem.Et idem Ange.dicit in l.sed si hac.§.patronum.per illum
textum.ff.de in ius vocan.Ang.Jmo.⁊ Alex.in l.alia.§.elegan
ter.in princip.ff.solu.mat.cum si.vt tradunt Mod.in c.cum in
ter.de re iudic.⁊ in c.cum non liceat.de prescrip. Et forte nõ vi
detur hoc procedere,quando exẽptio facta sit pleno iure a sum
mo pontifice:vt Abb.tradit in d.c.cum inter. versicu.in tertio
membro. cum si.vt de isto verbo pleno iure,tradunt Mod. in
4 c.auditis.de prescr.¶ † Quarto no.quod monasteria, ⁊ Abba
tes subijciuntur episcopo , ⁊ diecesano de iure communi. Ad
idem tex.xviij.q.ij.c.Abbates.cum sim.allegatis per gloss.ibi,⁊
not.Abb.per illum text.in cap.j.in princ.de statu monacho.no
tatur in c.conquerente.de offic.ordin. in c.cum venerabilis. de
religio.domibus.facit text.in c.j.de supplen. neglig. prelat.⁊ in
5 c.cum contingat.de eta.⁊ quali.¶ † Quinto,⁊ vltimo no.quod
verbum,integre,intelligitur sine aliqua diminutione.vt ex ver
bis precedentibus hic colligitur.Et ita istum tex.no.Cardina.
hic.Ad idem est tex.in l.ij.§.ad filiorum,ibi:integrum, nullaq;
ex parte diminutum dominium . C. quando ⁊ quibus quarta
pars debeatur.lib.x.⁊ in l.si quando.la j.C.de bonis vacant.li.x.
⁊ in l.decem.in fine,ff.de fideicom.libert.⁊ in clem.dudum.§.ve
rum.cum glo.in verbo,integre.de sepul.⁊ not.Ang.in authen.
de hered.⁊ Falci.§.si vero expressim.facit text.in l.fina. C.ad le-
gem falcid.cum simili.vt Alexan.scribit in cons.cxlj.viso testa-
mento.lib.ij.Et ad hoc adduco quod notabiliter voluit Bald.
in l.quod nomine.circa finem, versic.sed quid si ex consuetudi-
ne.ff.de condi.indebi.vbi inquit quod si maritus promittit do-
tem integram restituere,propter illud verbum,integram,vide
tur promisisse restituere totã dotẽ sine aliqua diminutione.Et
b ideo, ꝑm eum , excluditur [b] maritus ab illa parte lucri dotis,
que sibi ex forma statuti competebat. Et idem tenet Bal. in d.
l.fina.C.ad legem Falcid.per illum textum,⁊ notat Raynu. in
l.post dotem.⁊ ibi Alexand . in fine,ff. soluto matrimo. ⁊ idem
Alexand.sequitur in consilio v.circa primum.lib.iij. ⁊ in consi.
6 cxxxiij.super quesitis.lib.v. ¶ † Expeditis notabilibus d.Ab
bas prosequitur questionem , videlicet nũquid legatus de late
re vnire possit ecclesias sue legationis.Jnnocen.quem Abb.re
fert,videtur residere in opinione negatiua,videlicet quod non
possit.quam late firmauit Fede.in cons. Reuerendus in Chri
sto pater.Et Anto.de But.hic plene refert,⁊ sequi videt̃. Sed
c ꝯtrarium,videlicet quod imo possit [c], tenet Spec.in titu.de
lega.§.nunc ostendendum.versic. quinto, dummodo non infe-
ratur preiudicium diecesano,prout dicit̃ hic.Et sequitur Joã
nes Andr.in additionibus Specul.in versicu.preallegato. Et
idem tenet Rota in decisione tertia,in titul. de officio lega.in
antiquis. Et idem habetur in prima ⁊ secunda decisione , eod.
titu.in nouis.Et istam opinionem Abbas hic finaliter appro-
bat:⁊ idem Abb.in c.sicut vnire.versic.extra glossam queritur.
de excessi.prela.⁊ Jmola in clementi.ne in agro. in glos.in ver.
ordinarios.in fine,de statu monacho. Et secundum istam opi-
nionem consuluit alias collegium Papiense vt refert Cardi.
hic. Ex quibus patet , istam esse magis cõmunem opinionem.
Et fundamentum potissimum videtur , quia si episcopus po-
test d.ca. sicut vnire . ergo videtur quod etiam legatus possit:
quia etiam ipse ordinarius est in loco sue legationis.capitu.se-
cundo,de officio lega.in sexto. Et potest omnia,que potest epi
scopus,vel archiepiscopus in sua diecesi:vt not.Specul.in d.§.
nunc ostendendum.vers.pretermissa autem omnia . post versi-
culum lxxxix.⁊ Abb.hic refert. Et est verum quod Federicus
negat tale argumentum:vt etiam recitat Abbas hic:sed nihil
adducit quod efficaciter vigeat. Pro opinione tamen Feder.
facit vna ratio,ad quam doc.non respondent,videlicet quia le
gatus non potest aliquid facere in preiudicium episcopi,vel al
terius:vt no.Abb.hic post Spec.in tit.de leg.§.nunc ostenden
dum.ver.lvij.Sed responderi potest hoc habere locum in alio
preiudicio iuris quesiti:secus in isto preiudicio videtur, vt no
tatur per Rot.in d.iij.decisio.in antiq.Et hoc patet,quia sicut
potest ordinario preiudicare in conferẽdo , ergo pariter idem
videtur in vniendo. ¶ Jn glos.vnica in prin.ibi:in forma com
muni.glo.videtur intelligere tex.in confirmatione facta in for
ma communi. Abb.hic videtur tenere ꝯtrium, quod imo esset
confirmatio ex certa scientia: quia , secundum eum,tenore in-
serto facta videtur. Sed hoc non bene probatur hic : quia li-
cet dicatur quod Papa collationem confirmauerit , non se-
quitur quod tenor illius collationis insertus fuisset. Et quia
cum textus hic loquatur simpliciter de cõfirmatione,in forma
communi intelligitur.capi.ex parte.cum glos.de constitu.⁊ di-
ctum

ctum fuit in rub. s. eod. Bene verum est quod etiam tex. iste ha
beret locũ, licet facta fuisset cõfirmatio ex certa scientia, vt Ab-
bas hic concludit. Ex cuius dictis habetur notabilis conclu-
7 sio, quod † confirmatio, etiam facta ex certa scientia, non vide
tur confirmare actum in preiudicium tertij. Et hoc idem vo-
luit Bal. in preludijs feudorum. ver. idem dicit And. de Iser.
vbi concludit quod quãdo rescriptũ respicit preiudicium par
ticularis persone, non sufficit clausula, ex certa scientia. Et se-
quit Are. in consi. xv. reuerendissime pater. Et bene facit quod
not. Bal. in l. fi. ver. dicas etiam. C. sent. rescin. non poss. Alexan.
illum refert, et sequitur in cons. xxiij. viso. lib. v. et in cons. cxxv. vi
so titu. in fi. lib. ij. et idem tradit Pau. de Cast. in cons. clvij. que-
stio ista vertitur. Et predicta conclusio sane intelligitur, quan
tum ad preiudiciũ episcopi, vel tertij, de quo non constat, Pa-
pam cogitasse: secus videtur in preiudicio tertij, de quo cogita
uit. Gratia exempli, in casu nostro respectu collationis, quia
per vnionem episcopus priuatur collatione in futurũ. Et quo
ad istud preiudicium collationis, de quo necessario Papa co-
gitauit, preiudicium infertur episcopo ex tali confirmatione.
Et ad hoc facit, quia videmus in priuilegio exemptionis, per
quod derogatur iuri ordinarij, absque eo quod aliter sit facta
mentio de tali iure: vt not. per gloss. in c. cum olim. el j. vbi Ab.
post alios, de priuileg. et eodem modo in priuilegio decimarũ:
vt notant Ioan. And. Card. et Abb. in c. dudum. de priuil. et di-
8 xi in cons. cxiij. ¶ † Postremo Abb. prosequitur questionem,
an Papa possit deponere vnum episcopum sine causa. Glo. in
c. per principalem. ix. q. iij. tenet simpliciter quod sic. Et ad hoc
facit, quia Papa in beneficialibus liberam habet potestatem.
c. ij. in fi. de preb. in vj. in clem. j. in fi. de pre. Et quia episcopi in-
stituti sunt de iure positiuo, vt notatur in c. olim. xcv. dist. Er-
go videtur quod tolli potest per Papam: vt primo arg. Abb.
hic. Nam in beneficialibus Papa habet pro ratione volunta-
tem. Ideo ad libitum eius potest prelato auferre titulum be-
neficij: vt Domin. dicit per gloss. ibi, in c. si gratiose. de rescrip.
in vj. et in terminis glo. in d. c. per principalem. Quod etiam si-
ne causa Papa possit, tenet Card. in cle. j. in vlti. not. vt li. pen.
cum si. vt tradunt Moder. in c. que in ecclesiarum. de constitu.
Sed tamen cõtrarium late Abb. hic concludit, videlicet, quod
Papa non possit sine causa, per rationes plures, quas indu-
cit. Et idem Abb. concludit in disputatione incipiente, episco
pus, et quidam rector. in primo dub. ver. venio ad secundum ca
sum. Et idem tenet Cardi. in cons. cxlij. videtur dicendum. vbi
dicit glo. in d. c. per principalem. procedere, quando hoc Papa
faceret ex causa. Et eodem modo illam gloss. limitat Roma. in
cons. cccxlv. circa primum. ver. ex his ergo. cum simil. vt late re-
ferunt Mod. in d. c. que in ecclesiarum. de const. Et in ista opi-
nione negatiua ibi resident per rationes Abbatis hic. Et ista
opinio vera videtur, et bene procedit de potestate ordinaria:
d sed de potestate absoluta [d] videtur quod etiam sine causa Pa
pa hoc facere possit: quia Imperator hoc potest in temporali-
bus de plenitudine potestatis: vt no. Ang. in l. item si verbera-
tum. §. j. ff. de rei vendic. cum simil. vt dixi in d. c. que in ecclesia-
rum. a fortiori hoc poterit Papa in beneficialibus, in quibus
maiorem habet potestatem: vt notabiliter declarat Paulus
de Castro in consilio cclxxxij. in facto presenti. cum concordan
tibus: vt per Moder. in dicto capit. que in ecclesiarum. Et di-
stinctionem, quam supra dixi, ponit Anton. de Butr. in c. con-
stitutus. de religios. domi. Et hoc idem tenet Dominic. in con
silio liij. Gregorius duodecimus. vbi glos. in d. c. per principa-
lem. dicit procedere etiam sine causa. Et hoc de potestate abso-
luta. ex eo, quod notat idem Dominicus in consilio xxxvj. ca-
sus talis est. dum allegat capitul. proposuit. de concessio. preb.
Et tenendo istam opinionem non obstant rationes Abbatis:
quia vnico verbo responderi potest quod procedunt de pote-
state ordinaria, non autem de plenitudine potestatis. Et vlte-
rius etiam specialiter responderi potest. Et primo dum ar-
guit quod episcopus non possit absque eius consensu remoue-
ri, per capitu. inter corporalia. de translatio. episcop. responde
tur quod illud totum ibi dicitur eo respectu, quod summo põ-
tifici illud reseruatum sit, qui tanquam vicarius Christi habet
potestatem transferendi episcopum, vt ibi dicitur. Et nos lo-
quimur hic in summo pontifice. Et sic ille textus videtur pro-
bare contrarium, quod ipse Romanus pontifex possit. Non
obstat quod dicitur de apostolis. Et quod sicut Petrus non
potuisset vnum apostolum remouere, ita nec Papa vnum epi
scopum: quia episcopi subrogati sunt loco apostolorum. c. in no
uo. xxj. distinctio. Nam argumentum hoc non videtur bene p-
cedere: cum Petrus ipse non cõstituisset Apostolos, sed Chri
stus. Et licet Petrus esset Christi vicarius, non tamen potuis
set venire contra factum Domini: arg. l. si hominem. ff. mand.

Secus videtur in summo pontifice, a quo ordinati fuerunt epi
e scopi, quorum [e] institutio est de iure positiuo: ergo etiam de-
stitutio videtur de iure positiuo: vt in simili arguit Bartolus
in lege, ex hoc iure. ff. de iustitia et iure. et dixi in rubrica de ap-
pellat. et facit tex. in l. ab emptione. et quod ibi Bart. ff. de pact. et
quod not. Petr. de Ancha. in cons. ccclj. in questione. Non ob-
stat, quod episcopi sint loco apostolorum: quia subrogatũ non
sapit naturã eius, in cuius locum subrogatur quo ad causam
efficientem: vt not. Bart. in l. j. §. et hec actio. ff. si quis testa. liber
esse iussus fuerit.

¶ Additiones.

a ¶ Occasio. Dec. l. certi condictio. in prin. si cer. peta.
b ¶ Excluditur. Sed hoc non puto verum, nisi aliter constet de
mente. faciunt que dixi ad Alex. consil. v. nume. 14. lib. iij. et cons.
cxxxiij. nu. 6. lib. v.
c ¶ Possit. [redacted]
d ¶ Absoluta [redacted]
e ¶ Quorum. Imo iuris diuini, vt late Panor. dispu. j. Andre.
Iser. de c. Corra. in vsib. feu. Rom. cons. cccclxvij. et patet xxj. q.
j. c. j. c. videntes. et xcix. distin. c. j. et lxxx. dist. c. cum illis. et art. xiij.
ad Corinth. [redacted]

¶ De prebendis. Rubrica.

[redacted]



Ifficile est histem
poribus vt scribendo quis laudem asse
quatur. Nam si ea, que maiores nostri
varijs in locis tradiderunt, in vnũ col-
ligere quis velit, hoc quidẽ laboriosum
fuit olim: impresentiarum admodum
facile est, et nulla penitus commẽdatio
ne dignum videtur. Si quis vero inge
nij subtilitate, ac proprijs inuentionibus famam sibi vendica-
re contendit, difficillimum est, post tot antiquorum exquisita
ingenia, aliquid noui in medium promere, quod laudem me-
reatur: ac illud non omnibus cõtingit, sed paucis, quos equus
amauit Iupiter, a quibus longo interuallo me alienum esse
plane intelligo. His rationibus ab hoc scribendi munere libẽ
ti animo abstinuissem: tamen vt vobis aliqua ex parte satisfa-
ciam, quibus ex merito nihil, quod mee qualiscunque faculta-
tis sit, denegare possim, pauca quedam sub breui compẽdio re-
ponam ad interpretationem eorum, que d. Abb. hic scribit. Nõ
quod velim transcribendo verbosos commentarios facere, sed
paucis quandoque additis, in illis precipue insistam, in quibus
dubitari contingit.

1 ☞ Continuatio ad proxime precedentia referri debet.
2 Maior dignitas non semper arguit ex priori nominatione.

Pro solito more, hec Rubrica

precedentibus sic continuatur. Nam supra de vi. et hon. cler. tra
ctatum fuit, verum quia clerici viuere non possunt sine preben
dis, ne in opprobrium clericatus mendicent, xciij. dist. c. diaco-
ni sunt. merito competenti ordine hec rubrica subijcitur, secun
dum Ioann. And. quem post alios sequitur Anton. de Butr.
Abb. et Mod. Solus Ioan. de Imo. hic ab ista communi con
1 tinuatione recedit ex eo, quod a remotis fieri visa est. † Et conti-
nuationis natura est, vt vno contextu, et ad supra proxime pre-
cedentia referatur: vt not. in l. ij. ff. de statu hominum. facit tex.
in l. continuus. in principio, ff. de verborum obligatio. Sed ab
hac impugnatione, quod dictum est, de facili potest defensari:
quoniam tituli, qui sequuntur post titulum de vita et hon. cleri
cor. habent materiam conformem ad illum titulum, qui cum
istis continuatur: vnde tali casu toleratur cõtinuatio ad remo
ta: vt est text. in l. j. in prin. si tabu. test. et probatur instit. de lega.
in princ. Predicta tamen continuatio duplici ratione non sa

tisfacit. Prima, nam rubrica duas partes eque principales cō plectitur, de prebend. ⁊ dignit. Illud ergo, quod consideratur, ⁊ dicitur quod clerici honeste viuere non possunt, nisi habeant prebendas: ista ratio respicit tantum primam partem rubrice de preben. ad alteram vero partem principalem de dignitatibus non adaptatur: quia clerici bene honeste viuere possunt sine dignitate. Secunda, quia non videtur verum quod constituatur prebenda, ne clerici cogantur mendicare. Nam attenta hac ratione clericis abundantibus ex patrimonio, nō deberentur: quod falsum est, cum omnibus clericis indistincte ea ratione conferantur: quia qui altari seruit, de altari viuere debet. in c. cum secundum. infra eod. xij. quest. j. ca. ex his. ⁊ videbimus in c. episcopus. infra eo. Et istis rationibus non videtur procedere alia continuatio, quam ipse Imola hic tradit. vnde magis placet illud quod vltimo loco ponit. Istam continuationem [redacted]

not. in c. legimus. lxiij. dist. in fi. vbi qui prouehitur [redacted] ad

2 [redacted]

a ri nominatione a mai [redacted] in can. bene quidem. xcvj. distin. in ver. Mediolanen [redacted] capit. quorundam. eod. titu. in vj. quod seruit ad ea, que dicam in c. auaritie. infra eod.

[redacted] Additio.

a Nominatione. Dec. j. eod. c. auaritie. ⁊ s. de appel. c. Nicolao. ⁊ in rub. ff. si cert. pet. nu. 13. facit Ias. l. j. in prin. ⁊ ibi Fran. Ripa de verb. oblig. quibus in locis arguunt pro priore nominato, sed non concludit. [redacted]

1 Populus, ⁊ clerus, vt diuersa ponuntur.
2 Clerici appellatione populi comprehenduntur. 14.
3 Abbas includitur monachorum appellatione.
4 Episcopatus est dignitas, tamen dispositio loquens de habentibus dignitatem, non comprehendit episcopos.
5 Indefinita non equipollet vniuersali, quādo diuersa est ratio.
6 Uerbum, intelligitur, de sui natura impropriietatem denotat.
7 Uerbum, etiam, implicat casum magis dubitabilem.
8 Clerus venit appellatione populi in materia fauorabili.
9 Populi appellatione veniunt forenses.
10 Clerici veniunt appellatione districtualium.
11 Sedes apostolica in alios, quam clericos, nō habet potestatē.
12 Ciuitas Constantinopolis dicitur communis patria.
13 Priuilegium contra ius commune stricte interpretatur.
15 Bona ecclesiarū non cōpetunt ex vinculo consanguinitatis.
16 Uerbum, consanguinei, largo modo accipitur.

Ut nullus. In bonis ecclesie non succeditur iure consan-
1 guinitatis. h. d. † Primo no. ibi: in clero, siue populo. quod populus, ⁊ clerus ponuntur vt diuersa. Et ideo, secundum Anto. de Butr. Imo. ⁊ Abb. post alios, bene colligit quod ap-
a pellatione populi a non veniūt clerici. Et hoc modo similiter probatur in c. ex parte. el j. ibi: clerum, ⁊ populum. j. de priui. in c. in nomine Domini. xxiij. dist. ⁊ in c. qui in aliquo. lj. dist. Ad idem tex. in c. vbi periculum. §. super his. de elec. in vj. ⁊ in c. j. de censi. e. li. ⁊ in cle. in plerisq. de elec. ⁊ bonus tex. in c. nullus episcopi. lxiij. dist. facit tex. vij. dist. in capitu. nulla ratio. Cum enim in iuribus preallegatis inter clerū ⁊ populū copula interponatur, colligitur ꝙ tanquam diuersa se habent, iuxta no. per gl. in ru. ff. de iur. ⁊ fac. ign. Et ideo bene infertur ꝙ appellatione populi clerus non contineatur. Et ne proprijs laboribus quis fraudetur, predicta iura allegant Mod. in c. ecclesia. s. Marie. s. de const. Addo tex. in c. quod sicut. de elec. in c. si. de fer. ⁊ lxiij. dist. in c. nosse. xciij. distinct. in capi. miratus. ⁊ in clementina prima, de reliquijs ⁊ veneratione sanctor. ibi: tam clerici, quam populi. Ex quibus omnibus cōprobari videtur quod dicit Car. in d. cle. in plerisque. in prin. ꝙ nūquam sub nomine populi venit clerus, nec contra: ⁊ si contrarium reperitur, in aliquo casu speciali procedit illud. Secundo hoc idem probatur xij. q. j. in c. duo sunt. vbi dicitur quod duo sunt genera Christianorum. clerici, ⁊ laici. Si ergo habent sexu duo genera, non videtur quod appellatione vnius generis, ⁊ sic appellatione populi, veniant clerici, qui de alio genere sunt. Tertio adducitur tex. vbi hec opinio efficaciter comprobari videtur, in c. si sententia. de sent. excom. li. vj. vbi si sententia interdicti proferatur in clerum, populus interdictus non intelligitur, nec ecōtra: ⁊ vno ipsorum interdicto, alius licite admittitur ad diuina. Ergo datur intelligi quod appellatione populi clerus non includatur. Et per s. dicta hec opi. negatiua approbatur in materia stricta, ⁊ odiosa: vt hic concludunt Pet. de Anch. ⁊ Imo. ad fi. sequitur do. Abb. du se remittit ad no. in c. dilecti. s. de fo. comp. vbi expresse hoc dicit. ⁊ idem Abb. in c. j. s. de vita ⁊ ho. cle. cum concord. vt late congerunt Mod. in c. ecclesia s. Marie. Et ista communis opinio duobus modis confirmatur. Primo per text. in d. c. duo sunt genera. xij. q. j. dum inquit quod λαός Grece, Latine dicitur populus. ergo vr̄ quod laicus ⁊ populus idē sunt. Sed appellatione laicorum clarum est quod nullo modo veniūt clerici: quia tanquam species opposite apponuntur: vt in c. j. s. de vi. ⁊ ho. cler. Ergo ita videtur dicendū, quod appellatione populi non veniunt clerici. Et ita ponderant Mod. illum tex. in d. c. ecclesia s. Marie. sed prius ad hoc illum tex. not. Alberi. in suo dictionario in ver. laici. Secundo inducerem text. in d. c. si sententia. ibi: econuerso. nam tex. videtur equiparare ista, quod sicut appellatione populi non debet clerus contineri, ita econuerso appellatione cleri populus non intelligitur: vt procedat argumentum equiparationis, quod ibi textus facere intendit: quanuis, vt supra communis opi. doct. sit, quam minime in iudicando pretermittere licet. Predictis tamē non obstantibus vt vobis occasio disputandi tribuatur, dico quo contrarium
2 probabiliter attentari potest. † Dico quod appellatione populi de proprietate sermonis, generaliter clerici comprehendantur, per ea, que pro ista parte affirmatiua infra referentur. Et primo respondendo ad istum textum, cum si. s. allegatis, considerandum est quod licet appellatione populi clerus contineatur, non tamen dicuntur clerici de populo simpliciter, sed vltra qualitatem popularem, alia conditio in ipsis clericis repe-
b ritur, cum sint electi sorte, ⁊ diuino officio mancipati b: vt dicitur in d. c. duo sunt. xij. q. j. xxj. dist. c. electos. ⁊ in c. cum secundū. infra eo. Et propter talem qualitatem, iura faciunt mētionem de clero ⁊ populo, nonꝙ diuersa sint, sed potius tanquā genus ⁊ species se habēt: vt dicit in rub. de serui. ⁊ aqua. ⁊ in Euāgelio legit, discipulis, ⁊ Petro: sit em̄ specialis ista mētio ad maiorē declarationē. Nā forte videbat quod sub nomine populi nō cōprehenderent populares qualificati, vt clerici sunt: ideo ad remouendā hanc dubitationem, iura sepenumero spāliter de clericis loquunt. Ad hoc bonus tex. in l. quesitum. §. pen. ff. de fun. instruc. instrumentoq; leg. facit text. lxij. dist. in c. nulla, ibi: episcopi ⁊ clerici. ⁊ lxiiij. dist. in c. si. in prin. dū dicit, non liceat sacerdotes, vel clericos: cum si. in quib⁹ sit mentio spālis, de eo, quod in expresso genere potuisset cōprehendi. Ad idem text. in c. j. in
3 princip. de dilation. ibi dilecti filij Abb. ⁊ monachi. † ⁊ tamen appellatione monachorū Abb. includit, in c. si. de simo. ⁊ tex. in c. prelatis, vel clericis. de homic. in vj. Nam licet in casibus, put etiā in tex. hoc, species cum genere exprimat, illa species eximatur a genere, quia genus non influit, nec infert ad speciem expressam, vt in l. doli clausula. ff. de ver. oblig. l. sanctio legū. ff. de pen. tū per hoc nō tollit, quin alias si absolute proferat genus, species omnes in genere cōplectant, vt patet ex predictis. Et ita respondet ad omnia iura s. allegata, in quibus de populo, vel clero specifica mentio habetur. Secūdo rn̄deri potest, Aduertendū est ꝙ omnia iura s. allegata, semper in ordine litere nominant prius clerū, deinde populū, vt hic: clero, siue populo: ⁊ in d. c. ex parte. in clerū, ⁊ populū: cum omnibus s. allegatis. Clarū est enim ꝙ appellatione cleri nō venit populus: vnde premissa nominatione cleri, necessaria fuit expressio populi, ex quo materia erat cōmunis, ⁊ nō solū clericis, sed omnibus alijs cōpetebat. Argumentum, ꝙ sit, dz procedere, quādo iura primo populū, ⁊ postea clerū nominarēt: nam tunc nominatio cleri post populum non videret necessaria, si sub nomine populi contineret. Sed p̄dicta iura semper de clero prius loquunt: ꝙ non fuit sine ministerio, ex quo ita vniformiter semper repetit: ⁊ primo nominato clero, cū materia sit omnibus communis, opus fuit populum exprimere. Prima tamen respōsio est magis generalis, ⁊ plus in ea resideo: ⁊ ita primum fundamentum sit sublatum. Secundo non obstat textus in ca. duo sunt. xij. questione j. prout primo inducitur: ⁊ dicit duo esse genera Christianorum, clerici, ⁊ laici: quia dico modo quod vnicum genus tantum est Christianorum. Nam pariter sunt omnes Christiani vel clerici, ⁊ laici, ⁊ appellatione Christianorum ita laici veniunt, vt clerici, vt ibi colligitur, ⁊ in lege prima, C. de sum

C.de summa trin.& fide catho. Unde verbum, genera, ibi ponitur pro speciebus: quasi dicat, due sunt species. Sic Iurisconsultus loquitur in l.iij.§.genera.ff.de acquir.poss. Vere enim sunt eiusdem generis respectu fidei Christiane. Secundo respondetur quod tex. loquitur de clericis & laicis, qui sunt tanquam species opposite: vt in c.j.de vita & hone.cler. questio nostra loquitur de populo & clero, qui se habent vt genus, & species, vt s.dixi. Ad secundum argumentum de c.si sententia. in quo omnes [redacted] tur, & dico, quod li[redacted] non includatur clerus, [redacted] uenit ex eo, quod de vi sermonis non veniat clerus appellatione populi, quia imo venit, vt infra probabitur: sed hoc ibi specialiter disponitur contra propriam naturam verborum: quia in clericis agitur de maiori preiudicio, quod ipsi interdicti sint, ad quos rerum diuinarum administratio pertinet: & ideo licet verba conueniant, non videtur de intentione proferentis sententiam interdicti in populum, vt clerus comprehendatur. Et ita a proprietate verborum receditur, vt deseruiamus intentioni.c.intelligentia dictorum.de verb.sig.

4 † Hoc patet, & videmus in simili: nam episcopatus est dignitas, & quidem culmen dignitatis, vt in c.venerabilis.j.eod.no.glos.in c.ij.eod.titu.in vj.& tamen dispositio, que de habentibus dignitatem simpliciter loquitur, non includit episcopos: vt in ca.dilectus.de concess.preben.in c.inquisitores.de heredi.in vj.in c.quia periculosum.de sent.excommu.lib.vj. Episcopi ergo non includuntur, non ex eo quod non habeant dignitatem: sed quod non videtur eadem ratio, cum in eis agatur de grauiori preiudicio, vt dicit tex.in c.quia periculosum.

5 † nam indefinita non equipollet vniuersali, qn diuersa ratio reperitur, vt no. Dy.in ru.de regul.iur.lib.vj.bonus tex.in l.questitum.§.illud.ff.de leg.iij.& verba proferentis, vt intentioni deseruiant simpliciter, non secundum quid accipiuntur: vt c.statutum. iuncto c.licet canon. de elect.lib.vj.l.hoc legatum.vbi Bar.ff.de leg.iij. Et his rationibus in d.c.si sententia.non venit clerus: quia clerici simpliciter non sunt de populo, & in eis illo casu alia ratio videtur, quam in alijs popularibus: non per hoc tamen tollitur: quin de proprietate sermonis appellatione populi, clerici comprehendantur, sicut species sub genere continetur: vt in §.plebiscitum. inst.de iure na.gen.& ciui.& j.dicam. Secundo respondetur, & dici potest quod hoc ibi pro extensione de nouo inducatur: quia proprie ita declarando intentionem eius, vlterius procedit: argum.tex.not.in l.j.ibi: quod ita late patere volumus.& quod ibi Bald.in pulchra questione voluit per illum text. C.si rect.prouinc.

6 Confirmatur hoc, quia text.in d.cap.si sententia. † vtitur verbo, intelligitur. quod de sui natura improprietatem designat.l.j.in princi.C.de rei vxor.actio. quasi text.concedat quod de vi sermonis clerus includatur. Quarto non obstat tex.in c.duo sunt.dum aliter inducitur, ponderando illa verba λαός Latine populus, vt supra: quia hoc prima facie vigere videtur: respondendum est, & dico quod laici apud Grecos ponuntur pro qualitate hominum laicorum clericis contraria, seu opposita: vt in c.j.de vita & ho.cler. Si latine hoc volumus exprimere, non habemus vocabulum, quod hoc precise exprimat: si tamen aliquo modo hoc latine dicendum sit, vtimur vocabulo generis, & dicimus populum: & ita nō precise λαός & populus idem significant, sed penitus vt species & genus se habent. Et quod hoc ita sit, deducitur ex eo quod dicitur in d.c.duo sunt. κλῆρος Grece, & sors Latine: idem non sonant, cum verbum, sors, sit longe generalius. Unde patet quod pro vocabulo speciei apud Grecos nos vtimur vocabulo generis, cum maior sit apud nos terminorum penuria. Et ad argumentum, λαός Grece, Latine populus, verum est quod ita dicimus, quia ad hoc non habemus precipuum nomen: non tamen sequitur quod ista sint synonyma, & horum precise idem sit significatus, vt patet de sorte, vt dixi. Quod etiam suadetur: quia si proprie populus laicos designat, iura vterentur verbis Latinis, & dicerent populares, & non laicos. Ex quo enim iura semper de laicis loquuntur, datur intelligi quod verbum, populus, hoc specialiter non demonstret: & ita, vt dixi, concludendum est quod sit nomen generis, in quo & clerici cōprehenduntur. Secundo respondetur quod argumentum colligitur affirmatiue, prout ibi colligitur: nam inquit, appellatione laicorum apud Grecos venit illud idem, quod nomine populi apud Latinos continetur, cum ibi fiat adequatio de verbo, λαός, ad populum, & econtra, argumētum non valet: quia illud, quod continetur sub verbo, populus trāsferatur in verbum λαός, vel quod significatum populi restringatur: quia inducta ad vnum finē, nō debent contrarium operari.l.legata inutiliter.ff.de leg.j.per l.princeps.ff.de legib. Ultimo non obstat text.in c.si sententia. inducendo vt s. vltimo loco dixi, quod illa parificatio restringatur specialiter in illo casu, prout loquitur: sit enim illa equiparatio immediate, & non per modum communis regule adducitur, ita quod conditio non est separata, & nota.

7 † Secundo respondetur quod verbū, etiam, quod tollit arg.ibi in ver.etiam econuerso.de cuius natura est implicare casum magis dubitabilem, vt no.in l.si puta tor.§.j.ibi: quod si.ff.ad legem Aquil. Unde primus casus reputatur clarus, quod interdicto clero, non venit populus: econuerso vero populo interdicto, an clerus includat, casus est magis dubitabilis: tamen illo casu cum implicatura etiam idem concludit, & ita casum econtra habuit pro magis dubitabili: & sic argumentum econtra non pariter procederet. ¶ Pro parte vero affirmatiua, in materia fauorabili, quod appellatione

8 populi veniat clerus. † Primo hoc probatur in §.plebiscitum. inst.de iure nat.vbi dicitur quod populus est genus, & sub eius nomine varie conditiones hominum cōtinentur, ideo plebeij, senatores, patritij omnes includuntur: ergo idem dicendū est in clericis. Non obstat responsio Imo.hic, qui dicit quod clerici sunt diuerse professionis: quia dico quod imo sunt eiusdē professionis, ex quo omnes Christiani sunt.c.duo sunt.xij.q.j. Licet enim eligantur sorte: & nouam qualitatem suscipiant, vt in d.c.j.& in c.cum secundum.j.eod.non tamen eximuntur a populo, vt j.dicam. Secundo videtur text.per quem ad ita dicendū omnes doctores concurrunt, in c.dilecti.s.de foro compet.vbi priuilegiū datum Anglicis, etiā clericis competit, & ita sub nomine Anglorum, siue Florentinorum, etiam veniunt clerici: ergo a fortiori idem dicunt appellatione populi, cuius significatio generalior videtur. Facit etiam tex.in c.ad decorem.j.de in

9 stit.vbi sub vocabulo Venetorum, clerici continentur. † Tertio comprobatur hoc per text.not.in auth.de questore.in prin. vbi appellatione populi veniunt aduene, & forēses, ibi, dum inquit, Ciuitas nostra populosa est turbis diuersorum hominū, & maxime agricolarum suas ciuitates & culturas reliquētium. Ergo debent venire clerici: & videntur ista genera omnino necessaria. Nā aduene non veniūt appellatione Florentinorū, & tū veniunt appellatione populi, vt ibi. Ergo datur intelligi quod nomē populi generalius sit: modo sic, clerici veniunt appellatione Florentinorum, vt s.proxime: ergo longe magis appel-

10 latione populi. † Ultimo etiam facit, quia veniunt clerici sub nomine districtualium: & ita clerici dicūtur esse de districtu: vt no.Io.And.in c.si.de offi.dele.in nouella.& ibi Do. in ver.quero, pone. Et probatur hoc in c.accedens.el ij.s.vt lite non contesta. ergo idem videtur appellatione populi. Et sic ex omnibus predictis rationibus, & similibus in materia fauorabili, cōmunis conclusio est, quod appellatione populi veniat clerus. Et ex his confirmatur ꝙ voluit Pet.de Anch.in cons.cccxlij. viso themate.in j.dub.vbi per plura concludit, quod, appellatione officialiū populi includatur episcopus, & vicarius eius. Quod etiam tenuit Bal.in l.j.§.huius studij.ff.de inst.& iur.cū concor.vt per Mod.in d.c.ecclesia s.Marie. Et isto casu verificatur quod lex.dist.in c.fin.dicitur, ꝙ largo modo sub nomine populi veniunt ecclesiastici. Si qui etiam partē gñaliter amplecti voluerint, ad ea, que pro parte affirmatiua inducuntur, de facili hoc modo responderi potest: & primo ad §.plebiscitū. clara videt responsio Imo.quod sit in hominibus eiusdē professionis, cum etiam si volūtas sit iudicibus secularibus se subijcere non possint, in c.si diligenti.de fo.compet.& c.significasti. eod.titu. Bene facit, quia ille textus est Imperatoris: vnde nō videtur habuisse rationem ad clericos, cum in eis non habeat potestatem, & distincte sint iurisdictiones, in capi.nouit.supra de iudic.xcvj.distinctio.cap.cum ad verum. Secundo non obstat text.in d.c. dilecti.quia loquitur in alio nomine appellatiuo in ver. Anglicis.quod verbum videtur respicere naturam, & originem hominum. Nam verum est, vt videtur sine dubio, quod Florentinus clerus sit Florentinorum: designat enim originem, que immutabilis videtur. Et ita respondet Cardi. in preallega.clem.in plerisque.in principio, de election. Secundo responderi potest, & dico quod ille textus nihil facit, quia intelligi omnino debet quod priuilegium, de quo ibi, expresse datum fuit Anglicis clericis, non Anglicis simpliciter: nam, vt ibi expresse dicitur, a sede apostolica emanauit illud priui-

11 legium. † Ergo clericis tantum concessum videtur: quia in alijs non habet potestatem, in capitulo, nouit.supra, de iudic.& in dicto capitulo, cum ad verum.xcvj.distinctio. Et ita ex persona concedentis hoc colligitur: & sic non obstat text.in capitu. ad decorem. quia ibi expresse de clericis Venetis dicit. Ad te-

12 xtum in authen.de questore.dic † quod ibi loquitur in ciuitate Constantinopolitana, que in locū ciuitatis Romane constructa fuit, & subrogata, & ideo cōmunis patria esse dicit sicut Roma. ff.ad mun.l.Roma.quia subrogatum, &c.§.fuerat. instit.de act. Pro quo allego bonum textum de subrogatione nominis.in l.

filia.§.fin.ff.de cond.& demonstr.vbi eadem ancilla reputatur, ex quo idē nomen imponitur. Ergo in proposito ciuitas Constantinopolis, cui Roma nomen impositum est, eadem ciuitas reputatur. Ad quod vide singulariter quod in l.si vsusfructus ciuitati.ff.quib.mod.vsusfr.amitt. Cum ergo sit communis patria Romana ciuitas, nimirum si forenses dicuntur ibi esse de populo. Secus ergo videtur esse in alio loco. Ita Bald. declarat illum tex.in rub.C.qui acc.ver.assentio.in fi. Secundo posset etiam dici quod ille tex. intelligatur de illis forensibus, qui haberent ibi domiciliū. Et ex hoc tollitur aliud fundamentū, quod sit a fortiori, arguendo quod nomen populi generalius sit, quam nomen Florentinorum: nam ex his omnia corruunt: quia clerici magis semoti sunt a populo quam forenses: cū ipsi nullo modo possint se subiicere iudicibus alienis, & maxime secularibus, vt s. dixi. Non obstat vltimo quod clerici dicuntur de districtu, quia hoc verbum respicit territoriū. Et ita loquitur c.accedens.ibi: de districtu dicti comitis. Licet ergo qualitas clericatus non eximat quem de territorio, videtur tamen eximere de qualitate populari, que respicit publicam, per s. dicta. Et sic ex omnibus his s. dictis demōstratur quod vnaqueque opi.in disputationis congressu sustentabilis sit. Concludēdo tamen quid tenendum sit. Primo communis opin.non satisfacit, per iam dicta. Secundo, quia continentur duo membra, quibus iura allegata non correspondent: nam tex.hic, cum sim.& plura alia fundamenta partis negatiue non loquitur in materia odiosa, vt ex s. dictis colligitur. & text.in c.si sententia. loquitur in interdicto, & in excommunicatione, que materia odiosa non reputatur: cum alias fiat in talibus lata interpretatio: vt no. Host.& Abb.in c.cum in partibus.in fi.de verb.signi. Abb.per illum tex.in c.j.in gl.pen.de postu.pre. Sic etiam, que pro affirmatiua parte inducuntur, non precise in materia fa-
13 uorabili loquantur, vt patet ex s. dictis. † Et tex.in d.c.dilecti. videtur continere priuilegium contra ius commune, quod solet stricte interpretari.c.ex tuarum.de aut.& vsu pall.no.in c.in his.de priuil. Tertio, q2 imperfecta videtur communis distinctio, dum loquitur in materia odiosa, aut fauorabili, & tertium casum omittit, scilicet quid iuris in materia indifferenti. Unde circa istum articulum faciatis quatuor cōclusiones. Prima sit, quod appellatione populi, de proprietate vocabuli veniat clerus.d.§.plebiscitum.ibi dū inquit: vniuersi ciues continentur. ergo etiam clerici, qui dicuntur ciues. Et de Paulo legit̃ x.dist.in c.si adiutorium.ibi: cū aduersus iniuriosos se Romanum ciuem esse testatur. nam qualitas clericatus nō repugnat quod sint clerici ciues, & de populo, attenta verborum natura,
14 licet iudicio secularium non subiiciantur. † Secunda conclusio sit, q̃ in materia cōpetenti duntaxat clericis, appellatione populi clerici tm̄ continentur. Adduco text.not.viij.q.j.in c.licet. dum inquit, qui prestantior est ex omni populo, eligit̃ in episcopum. ibi verbum, omni populo, de clericis tantum intelligit̃, & de illis, qui in sacris sunt: eum huiusmodi tm̄ ad episcopatū promoueri possint.c.a multis.de eta.& quali.habet̃ in c. cum in cunctis.de elec. Tertia conclusio sit, econtra in dispositione, que tātum laicis conueniret, tunc clerici non venirēt. Ad hoc text.in c.graue.de sen.excom.ibi: a potestate, & populo deputati. nam intuēti illum tex.patet, q̃ materia non patitur vt clerici includantur. Quarta, & vltima conclusio, in materia communi, & indifferenti dic q̃ veniūt clerici, siue in odiosis, siue in fauorabilibus, per ea, que s. dicta sunt. Bene probat̃ hoc in d.c.licet. viij. q.j. facit text.in l.j.C.de sum.tri.& fid.cat.in c.forus.§.si index.de ver.sig.ibi: quasi ius dicens populo. Nam ibi nullus negabat q̃ sub nomine populi includantur clerici. Et ad hoc vltimum adduco tex.not.in c.accusatus.in fi.de heret.in vj.& ibi gl.& Dom. quod imo in materia indifferenti appellatione secularium, veniunt clerici: ergo a fortiori appellatione populi, per s. dicta. Fallit hec vltima conclusio in casu.c.si sententia.de sen.excom. lib.vj.non quia ibi materia odiosa sit, sed specialiter ratione, q̃ s. dixi, respondendo ad illum tex. Et predicta notanda sunt: q2
15 hactenus hoc modo digesta non reperiuntur. ¶ † Secundo no. est quod dixi in summario, quod bona ecclesiarum ex vinculo consanguinitatis non competunt, nec etiam iure alicuius successionis conferuntur: vt in c.cum apostolica. viij.q.j.per totum, in glo. nisi ex dispensatione a summo pontifice concedantur. de Magnanimo archiepiscopo legitur viij.quest.j.in c.petisti.not.glos.in c.episcopo.el j.viij.quest.j. Et predicta in secularibus procedunt dignitatibus, adeo quod plures de eadem domo successiue in eadem dignitate prohibentur eligi, ne videantur succedere. Textus no.qui in Imperatore loquitur in c.venerabilem.s.de electio.in versic.insuper.& ibi Abb.per hoc not. vbi nonnullos arguit, qui beneficia ecclesiastica eo pretextu insaniter petunt, quod diu plures de eadem domo illa habuerunt: nam hec sola causa est vt repellantur, per illum textū.
16 ¶ † Ultimo nota quod verbum, consanguinei, largo modo accipitur. Alias autem qui sint proprij consanguinei, vide gloss. & Barto.& late Alexand.in l.cum quidam.§.quod dicitur.ff.de acquir.heredit.

¶ Additiones.

a ¶ Populi. Deci.s.de const.c.ecclesia.nu.8. Old.q.xxxij. Alex. consi.xlj.nu. 4. vbi tetigi.lib.vj.

b ¶ Mancipati. [redacted]

1 ¶ Licitū esse alicui dicitur illud, pro quo pena imponitur, soluendo penam.
2 Statutum quod homicida non sit de prioribus, comprehendit etiam occidentem bannitum vigore statuti.
3 Verbum Alimonia, importat vite necessaria.
4 Argumentum a contrario sensu non sumitur cōtra alia iura.
5 Solutio partis nihil prodest in obligatione indiuidua.
6 Alter dicitur de duobus.
7 Alter quandoque dicitur de tribus.



Non liceat.

Episcopo non licet aliquem ordinare sine titul. hoc dicit. ¶ Primo nota: ibi non liceat a contrario sensu, quod episcopo licet, prestando alimenta ordinato. vt expresse in fine dicitur: & hoc in penam episcopi constituitur: vt j.
1 eod.episcopus. † Et ita habetis notare quod licitum esse alicui dicitur illud, pro quo pena imponitur, soluendo penā. Ex quo infertur quod plus est, illud posse impune fieri, quam si licite permittatur. Cuius contrarium in no. questione voluit Bal.
2 in l.decuriones.ad fin.C.ex quib.caus.infam. † vbi inquit, quod quanuis ex forma statuti bannitus impune occidi possit, tale homicidium toleratur, sed non laudatur: ideo occidens nō poterit esse de Prioribus, statuto prohibente ne homicida inter Priores eligatur. Sed dicit Bald. si statutum velit quod licite bannitus occidatur, quia tunc nullum committit maleficium, qui illum interficit. Allegat text.in l.is, qui aggressorem.C.de sica.vbi habetur quod ille, qui aggressorem interficit, nullā ob factum culpam metuere debet. & Bal. sequitur Pet.de Anch. in capit.j.in ver.in hac eadem materia occurrit.de constitutio. Sed eius decisio videtur dubia per istum text.vt s. dixi. & contra eum facit tex.in l.semper. & quod ibi gl.ff. de ri.nupt.& in l.j. C.ne liceat poten.& in c.quam sit laudabile.de Iudeis.iuncta l. Gracchus.C.de adul.vbi quod legitime fit, impune fit, nisi eius intentio probetur: vt in d.l. is qui aggressorem. illa loquitur de pena, que ibi: metuere non dz. Unde idem esset in alio casu, quando impune permittitur fieri. Magna tamen est authoritas Bal. sed differentia quam facit, non videtur iure probari: non enim in istis verbis, sed in qualitate homicidij differen-
3 tia videretur. ¶ † Secūdo nota verbum, alimonias, quod importat vite necessaria: vt in fi. hic colligitur. Ad idem est text. in c.aurum.in c.hec cuius.in c.ecclesiarum seruos.xij.q.ij.in c. inter cetera.xxij.q.iiij.& in l.necare.ff.de libe.agnos. ¶ Tertio nota ibi: nullas alimonias. nam a contrario sensu videtur probari quod satis esset, si episcopus aliquid pro victu subministraret: sed tamen hoc falsum est, quia tenetur in totum prouidere
4 de expensis: vt in fine hic dicitur, & in c.episcopus.j.eo. † Nō ergo hic, argumentum a contrario sensu sumitur: quia esset contra alia iura: vt per glo. primam in c.j.s.de eta.& qual.lib.vj.& q̃ not.glo.in c.cupientes.§.quod si per viginti. de electio.in vj.in verbo, petere.in fi. Uel dicemus quod cum episcopus obligetur ad prouidendum ordinato, vt viuere possit, ista obligatio que respicit necessitatem ordinati, videtur esse indiuidua: vt de vsu dicitur.l.vsusfructus.ff.de vsu & hab.& late declarat Barto. in l.stipulationes non diuiduntur.ver.quarto quero de indiuiduitate.ff.de verb.obl. Unde licet episcopus aliquid daret pro alimentis, ex quo non prouidet sufficienter necessitati ordinati, que indiuidua est, reputatur quo ad officium iuris, quod nihil det: & videtur etiam dicere nullas alimonias dedisse: quia
5 in obligatione † indiuidua solutio partis nihil prodest.l.ita.§.
6 ex his.l.in executione.§.pro parte.ff.de verb.obli. ¶ † Quarto nota ibi: duorum alterum. quod alter, dicitur esse de duobus: vt in c.prudentiam.§.illa quippe.vers.idem quoque.s.de offic. deleg. Ad idem tex.in l.nonnunquam.ff.de indi.not.Bart.per illum tex.in l.j.§.quod in sententijs.ff.quando appel.sit. Quod verum est proprie, vt inquit in l.si duobus.ff.de bon.poss.cōtra tab.no.glos.& Cyn.in l.ancille.C.de fur.& Bal.ibi in ver.quarto not. Ex hoc infertur quod si tres sint accusati de vulneribus, & in accusatione duorum dicitur quod alter alteri auxilium prestitit:

stitit: quia alter de duobus intelligitur: ꝛ isti sunt tres: libellus accusationis propter incertitudinem non procedit. Et ita servatum fuisse attestatur, ꝙ notandum est. Ista tñ decisio dubitabilis videtur, ꝛ cōtra eam regula cōis se offert, que dicit qđ verba libelli largo modo intelligūtur, ꝛ improprie, vt sustineatur libellus l. sed ꝛ si possessori. §. itē si iurauero. vbi Bar. ff. de iu rein. ꝛ l. j. vbi Bar. C. de vsufru. no. Inno. in c. examinata. de iudi. glo. ꝛ doct. in c. constitutioni. de relig. do. cum simili. Sed ita
